BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
20 — M
9

Digitized by Google



OPTATA DIV ARTICVlatio, et illustratio Oxoniensis Libri Primi Sententiarum Doctoris Subtilissimi .P. F. Ioannis Duns, Scoti, Sacratissimi ordinis Minorum ac Theologorum Principis. Cum fidelissima integritate, et puritate litteræ textualis eiusdem ad articulorum præclarum D. Thomæ modum redactæ: cum cuiuslibet articuli commentarijs, ac disputatis difficultatibus, nec non et controuersijs, quæ circa textum Scoticum excitantur.

OPVS IN TRES TOMOS DIVISVM

TOMVS PRIMVS

Reuerendissimo Presuli, et undequaque Preclarissimo uiro P. N. fratri Bernardino de Senis totius ordinis minorum, dignissimo Generali Ministro, ac in monarchia Seraphica sanctissimi P. N. Francisci, legitimo successori, uniuersi Minorum gregis Protopastori.

DICATVS.

AVCTORE FRATRE MATHÆO DE SOSA

Olisipponensi, Prouincię Sancti Jacobi Patre et actuali diffinitore, Lectore Jubilato, ac Generalis Minoritarum Achademię apud Salamanticenses per multos annos Sacrę theologię Primario Professore

Nunc autem eiusdem Prouinciæ Prouinciali Ministro

Col.

Digitized by Google

TOMVS PRIMVS
Libri Primi, textus Scoti articulati, & per commentarios illuſtrati, necnon difficultatibus plurimis enucleati.

TASSA.

YO Lazaro de Rios Angulo Secretario del Rey nueſtro Señor, que por ſu mandato hago officio de Eſcriuano de Camara, de los que en ſu Conſejo reſiden; certifico que auiendoſe viſto por los Señores del dicho Real Cõſejo, vn libro en dos tomos intitulado, ſobre el primero de las ſentencias del Doctor ſubtiliſsimo Fr. Iuan de Scoto, compueſto por el P. Fr. Mattheo de Soſa de la Orden de S. Franciſco Prouincial de la Prouincia de Sanctiago, que cõ licencia del dicho Señor fue impreſſo, taſſaron cada pliego de los del dicho libro à quatro marauedis, y à eſte precio, y no mas mandaron ſe venda, y que eſta taſſa ſe ponga al principio de cada libro de los què ſe imprimieren, y para que dello conſte, doy la preſente en Madrid à ſeys dias del mes de Febrero de mil y ſeyſcientos y veynte y nueue años.

Lazaro de Rios.

Tiene eſte Primero tomo con principios, y tablas, docientos y cinquenta pliegos, que montan mil marauedis en papel, ſegun ſu taſſa.

Cum Priuilegio Regali, & facultatibus Ordinis, & ordinarij.

Index mendorum huius tomi prioris.

PAG.1.lin.8.ſentarium l.ſententiarum,pag.3.col.2.lin.18.commuuniſsima,l.communiſsimi,pa.17 co.2.lin.8.concl.articuli,l.concluſione articuli.pag.29.col.2.lin.54.muto,l.multo.pa.35.col.2.lin.30.placitis.l.placito pag.36.col.1 lin 31.relationibus.l.reuelationibus.pag.44.col.2.lin.26.inferre.l.inferri,pa.45.col.1.lin.15.credendum.l.credendam pag.63.col.1.lin.22.naturali.l.naturalis.pag 90.col.1 lin.20 ſupernaturalem.l naturalem.pag.111.col.1.lin.23.SueniKeldiani.l.SueniKfeldius.pa.116.col.1.lin.13.alijs l.alij pag.118 col.2.lin.17.collocat.l.collocat.pag 125.col.1.lin.28.nollem.l.nolens,ibidem, lin.29.que l.qui,ibidem,lin.45.executate.l.exequi.ibidem.col.2.lin.20.non efficit,l.non efficit,pag.141.col.1.li.21 ſed hæc habentur.l.ſed hæc non habentur.pag.161.col.1.lin 25.Alienorum.l.Arianorum.pa.163.col.1.lin 41.excededit,l.excedit.pa.164.col.1.lin.2.breuis,lege breui,ibidem,lin.14.tanenm.l.tanom m,ibidẽ,lin.17.fuerunt.l erunt,ibidem.lin 32 colore.pag.148.col.2.lin.18.ſpecici.l.ſpecie,pag.226.col.1.lin.42.non aliter per rationem.l.non aliter,quam per rationem,pag.235.col.2.lin.25 conreptu.l.conceptu pag.236.col.2.lin.45.vt opus.l ad opus,ibidem.col.2.lin.40.quod.l.quo.pag 254.col.2.lin.21.l pluri.l.plurimi,pa 257.col.2.lin.59.contulit,l.conuoluit.pag 162 col.1.lin.7.admutao.l.admittat pag.267.col.1.lin.14. ex l. eſt,ibidem.lin.15.ex leſt.pag.270.col.2.lin 43.altiſsima.l.latiſsima,pag 271.col.1.lin.11.quoecmque. l. quæcumque ibidem,lin.51.proprius l.proprium.pag.28n.col.1.lin.12.fidem.l.finem.pag 291.col.1.lin.5.piſta præcedit.l.iſta præcedit,pag.292.col.2.lin.21 repetiri non poſſe.l.reperiri poſſe.pag.290.col.2.lin.11.poteſt autem.l.non poteſt autem.pag.308.col.2.lin.37.tenee.l.tenenc.pag.309.col.2.lin.46. erra non poſſet,l.non poſſet non errari.pag.330.col.1.lin.2.practice,ſeu ſpeculatiue.l.practicum,ſeu ſpeculatiuũ,ibid.lin 15.viſio.l.fruitio,pag.336.col.1.lin.30 quos.l.quaſi,pag.344 col.2.lin 2.practicam.l practicum,p.345.col.2.lin.48.videor.l.video.pag.347 col.1.lin.48.negationis.l.relationis,ibidem.col.2.lin 52. admittit.l. amittit.pag.355.col.2.lin.9.obieuctum.l.obiectum pag.357.col.1.lin.25.præfixu actu.l.præfixus actus.pa.361.col.2.lin.58.innumere l.innuere.pa.368.col.2.lin.29.delinquendo l.diligendo.pag 374.col.2.lin.45.omiſsi.l.omiſsis.pa.380.col.2.lin 17.ſoluer.l.ſoluere,ibidem,lin.22.dicens quod illam.l.dicens illã,pag.382.col.1.lin.22.realem quo.l.reale in quo,pa.384.col 2.lin.10.aliud.l.alium,pag.390.col.1.lin. 21.de voluntatem.l.Dei voluntatem.pag.413.col.1.lin.47.eſſe verum.l.non eſſe verum.pa.424.col.1 lin.6 noſtri.l. noſtræ.pa.425.col.1.lin. 3.nolebat.l.nolebant.pa 436 col.2.lin.8.quod.l.quo,pa.439.col.2.lin. 16. teſtimonij.l.teſtimoniis,pag.442.col.1.lin.52.irreferibilitate.l.referibilitate,ibid.col.2.lin.13.particulã.l.pars.pag.445 col.2.lin.22.iuxia.l.iuxta,pa.455.col.2.lin.22.tu in eta.l tunc ita lin.40.ſubtile.l.futile. pag 473.col.2 lin.38.proprior.l.proprius,pa.476.col.2.lin.15.non poſsit.l.poſsit,ibid.lin.43.impræſſa.l.impræſſæ pag.479.col.1.lin.10.tantam.l.tantum.pa.491.col.1.lin.13.modus.l muodus,pa.492.col.2.lin.23.elicereeur.l diceretur.pa 502.col.1 lin.7.in potentia l.potentia.pa.505.col.2.lin.18.contare.l.conſtare,pa.507.col.2.lin.46.vnum tale,l.vnum cotale pa.508.col.2.lin.10.eum l.cur.pa. 512.col.2.lin.7.poteſt l.potes.p.514 col.2 lin 4.ſed etiam.l.ſic etiam.pa.515 col.2.lin.2.obiectum.l.ad obiectum,pa.519.col.1.lin.23.generandi.l generanti ibid lin.20.natura,l.naturalis,pa.524 col.2.lin.49.impotentiam.l.potentiam,ibid.col.2.lin.9.ſufficientia l efficientia.pa.529 col.1.lin.4.actum,l.autem,ibid.lin.28.dieam,l.dici.pa.540.col.2.lin.18.intellectum.l intellectu.pa 541 col.1 lin.33.habitum.l.habitu.pa.545.col.1.lin.18.nne.l.fine.p.547 col 2.lin 2.medium l modum.pa.54 col.1.lin.27.nequeat in hærere.l.nequeat duabus potentijs in hærere.ibid lin.ſublatus l.ſublatis.pa 554 col.2.lin.19.ſpecies,l.ſpecie.p.555.col.2.lin. 30.bono.l.dono,ibid.lin.29.admiſſus.l amiſiſſe,pa.563.col.2.lin.37.cõcederet.l.conduceret.pa.576,col.2.lin.31.præmiſſæ.l.promiſſæ.pa.584 col.1 lin 30.manere obiectum abſque.l.manere abſque.pa.585.col.2.lin.41.omne,l.hoc nõ.pa.589.col.1.lin.25.quamcumque,l.quicumque,pa.606 col.1.lin.21.exaucta.l.ex hauſta.pa.608.col.2.lin.3.eſſe incognito,l.in eſſe cognito.pa.609.col.1.lin.37.infertur,l.non infereur.pa.635.col.2.lin.13.principalem.l.principale.pa.639.col.2.lin.45.poſſe.l.non poſſe,pag.658.col.1.lin.18.diligentis,l.dirigentis,pa.719.col.2.lin.28.dicenda non eſt,l.dicenda eſt,pa.721.col.2.lin.10.vltra.l.citra.pa.754.col.1.lin 7.in cauſabili.l.in cauſabile.pag.758 col.2.lin.26.dium,l.medium.pag.763.col.2.lin.24.Tathereta.l.Tatheretum.pag 784 col.2 lin.6.actus.l.actu.pa.785.quæ alias,per errorem numeratur.pa.802.col.1.lin.49. infinitum.l.in infinitum.pa.787.col.1.lin.52 minimas l.minima,ibid.col.2.lin.28.confutare.l.confutari.pa.796.co.1.lin.28.non viſum eſt.l.viſum eſt.pa.819.col.1.lin.29 ſenſiſnæ.l.ſenſitiuæ.pa.822.col.2.lin.32.argumentũ l.argumenta.pa 815.col.1.lin.9.omnes.l.omnibus.pa.816.col.2.lin.37.quæ.l.quod.pag.830.col.1.lin.38.mobilis.l.mobili.pa.852.col.1.lin.24.finito.l.infinite.pa.857.col.1.lin.35.Incertas.l. infeitas.ibid. col.2 lin.30.quau.l.quantum.pa 866.col.2.lin.40.vel.l.ſed.pa.867.col.2.lin.15.eſt illud.l.ſic eſt illud.pag. 870 col.2.lin 41.tertio quod ad here.l.tertio adhue pag.833.col.2.lin.45.infinitas.l.finitas.pag.840.col.1.lin 32.poſsit l.poſſet.p.845.col.2.lin.25.compoſitus.l.compoſitum.p.848.col.1.lin.37.infinitatem ipſam.l infinitas ipſa.

His erratis correctis conuenit hic liber cum ſuo originali, pro quorum fide meo nomine ſubſcripſi.

M. Gonzalus Correa. *Corrector.*

Cenſura admodum Reuerendi Patris Fratris Bonauenturæ de Morroi Prouinciæ ſancti Iacobi, olim Prouincialis Miniſtri, & totius Ordinis Minorum Diffinitoris Generalis.

EX commiſsione, & mandato Reuerendiſsimi Patris, fratris Antonij de Trejo, olim Vicarij Generalis totius noſtri Seraphici Ordinis, nunc Epiſcopi Carthaginenſis, vidi, & attente perlegi, primam, ſecundam, & tertiam partem operis reuerendi admodum Patris, & ſapientiſsimi Magiſtri fratris Matthæi de Soſa bis Iubilati Lectoris, nunque Diffinitoris huius ſanctæ Prouinciæ ſancti Iacobi, prædicti Seraphici noſtri Ordinis, & in hoc inſigni S. Franciſci Conuentu generalis ſtudij Salmanticenſis per multos annos primarij Profeſſoris. In quibus partibus exacte continetur totũ, quod Doctor ſubtilis Frater Ioannes Duns, Scotus, noſtri Ordinis Profeſſor, in primo Sententiarum ſubtiliter tractat, ordine quodam mirifico per articulos digeſtum: quæſtiones omnes accutiſsime, & perlucido diſſoluens, ita vt ſpiritu ipſius ſubtilis Magiſtri videatur indutus: argumenta aduerſariorum dilucide diſſoluens: & tandem doctrinam ipſius Doctoris Subtilis, difficultatum nubibus dilutis, claram & perlucidam reddit. Ob quod huiuſmodi opus dignum iudico, vt omnibus pateſiat, prælo mandari: & quod tám nobile opus ab omnibus fruatur. Quam cenſuram propria mea manu ſubſcriptam, Auctori prædicto tradidi: Prælatis ſit hoc noſtrum iudicium notum, & ad impreſsionem huiuſmodi operis licentia ei concedatur: cedit enim in Religionis gloriam, & ſcholæ Scoticæ illuſtrationem, & vniuerſæ Reipublicæ litterariæ incrementum. Data in prædicto noſtro Sancti Patris Franciſci Salmanticenſi Conuentu Idibus Auguſti anni milleſsimi ſexcenteſsimi vigeſsimi quarti.

Frater Bonauentura de Monrroi.

Cenſura Reuerendi Patris Fratris Antonij Hẽriquez Lectoris iubilati Sancti Franciſci Salmanticenſis, & Prouinciæ ſancti Iacobi Diffinitoris.

IVSSV Reuerendiſsimi Patris Fr. Bernardini de Senna in Franciſcana familia fratrũ Minorum de Obſeruantia cis Alpes Generalis Commiſſarij, vidi librum, cuius inſcriptio, optata diu articulatio, & illuſtratio Oxonienſis libri primi Sententiarũ, Doctoris ſubtiliſsimi Patris Fratris Ioannis Duns, Scoti, ſacratiſsimi Ordinis Minorum, &c. editum à Reuerẽdo admodum Patre fratre Matthæo de Soſa inſtituti euiſdem ſectatore, Theologiæ Sacræ in Regali hoc magni Parentis Franciſci Salmanticenſis Conuentu Profeſſore è merito, & huius almæ Diui Iacobi Prouinciæ diffinitore ac Patre, elaboratum ſanè opus tot luſtris deſideratum, tot expectatum ſæculis, à paucis ab hinc annis, à paucis aggreſſum, mox ab iſto numeris omnibus abſolutum. Euolui, & accurate quantum licuit, deprehẽdi, aduerſum Catholicæ Doctrinæ, pietati, aut bonis moribus nihil, abſtruſam Doctoris mentem enucleatam, reconditas difficultates luce donatas, expoſita omnia eruditione mira, dexteritate mirabili. Igitur, prodeat in lucem, in multorum gloriam, omniũ vtilitatẽ cenſui, in Seraphico Cœnobio, Idibus Septembris anno à virgineo partu 1624.

Frater Antonius Henriquez.

¶ Cenſura

Cenſura Patrum Lectorum ſacræ Theologiæ generalis ſtudij S. Franciſci Salmanticenſis circa puritatem textus Scoti.

DE mandato Reuerendiſsimi Patris noſtri Fratris Bernardini de Sennis ſacratiſſimi Ordinis Minorum Generalis Miniſtri, attente, & maiori, qua potuimus diligentia, vidimus vtrunque textum Scoti, & ſcilicet veterem, in cuius littera laborantes cathedras Theologiæ ſumus hactenus moderati, & nouum, illuſtratum, & articulatum a ſapientiſsimo, & admodum reuerendo Patre noſtro Fratre Matthæo de Soſa huius ſanctiſsimæ Prouinciæ parente meritiſsimo, & actuali Diffinitore, necnon noſtræ almæ Salmanticenſis Academiæ, & generalis ſtudij per multos annos primario moderatore, ac iterum, atque iterum iubilato Magiſtro. Quid profundiſsimi ingenij, & infatigabilis ſtudij, & ſingularis induſtriæ, articulatio hæc præclara demonſtret, neminem latet, ſi quidem & excelentia operis, & auctoris inclyti fama volat per Arces: hæc tamé, nec noſtræ cēſuræ ex Antiſtitis obedientia ſubiacet: ſed noſtri muneris eſt textū cōtextuare vtrūque. Hoc igitur de omnibus quatuor libris ſententiarum atteſtamur, & veram facimus fidem; in vtroque videlicet texto eandem inuariatam litteram prorſus eſſe: nec quidem in appice, aut iota mutari: præterquam quod Scoti profunditatis littera, articulatione, qua longe præclarior redditur, eſt, non quoad ordinem, ſed quoad methodum articulationis, modo mirifico commutata; ſeruata attamen in omnibus Scoti litteræ puritate: proptereaque nobis tàm textus irrefragabilis eſt iſte ab auctore noſtro articulatus, quàm ille à noſtro ſubtili Doctore ſcriptus: in cuius atteſtationem, hæc propria manu ſubſcripſimus, in hoc Regali ſancti Patris noſtri Franciſci Cœnobio Salmantino. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, Kalendis Iunij.

Frater Petrus Ladron de Gueuara. — Frater Sebaſtianus Fajardo. — Frater Laurentius de Villa Real.

Facultas Reuerendiſsimi P. N. F. Bernardini de Sennis, totius Ordinis Minorum Generalis Miniſtri.

FRATER Bernardinus de Sennis, Miniſter Generalis, & ſeruus totius Ordinis fratrum Minorum, doctiſsimo, dilectoque nobis in Chriſto Patri Fratri Matthæo de Soſa, noſtræ Prouinciæ S. Iacobi Diffinitori, ac lectori iubilato, necnon ſacræ Theologiæ in noſtro Generali Salmanticenſi ſtudio primario profeſſori, ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Cum ex iuſſu, & commiſsione noſtra, docti, grauesque viri, & Patres, librum à te compoſitum, & inſcriptum, Articulatio, & illuſtratio Oxonienſis libri primi Sententiarum ſubtiliſsimi P. Fratris Ioannis Duns Scoti, &c. in tres tomos diuiſum viderint, maximéque probarint: quod ſpes de tua eruditione, & ſtudijs pollicebatur concepta: tenore præſentium, vt prædictum librum typis, & prælo mandes, copiam facimus: dummodo quæ ſacroſancta Tridentina Synodus, & Regia Sanctio perſcribunt, ad vnguem obſeruetur. Vt autem opus prædictum in lucem dignius prodeat, tibi meritum ſanctæ obedientiæ iniungimus. Datum Mantuæ Carpentanæ, die decimo quinto Iunij, anno reparatæ ſalutis 1626.

Frater Bernardinus de Sennis
Miniſter Generalis.

Digitized by Google

Cenſura ſapientiſsimi Magiſtri, & admodum reuerendi P. F. Frãciſci de Boil, Ordinis S. Mariæ de Mercede, & Redemptionis Captiuorum.

REVIXIT Scotus, qui ſuperſtite adhuc Parente perierat, imo oritur vſurus prima luce, non minus difficilis, quam ſubtilis, in apertum hactenus non productus. Laborabat hucuſque dificilitate ſubtilitas. Auctor idem crebris raræ, ac reconditæ Doctrinæ notis opus inſigniuit, conſultoque conſilio operam dedit, vt à nemine intelligeretur, niſi qui plurimum laboraſſet. Igitur qui ſtyli tenebras, & in volucra captabat, iam iam illuſtrationibus, & articulationibus, in primum eius librum Sententiarum à Reuerendo admodum Patre fratre Matthęo de Soſa fœliciter æditis, prodit ſole clarior. Fateor ingenue hoſce exantlatos labores diuturniores, grauioreſque mihi viſos, quàm modica ſane huius noſtri æui ætas ferre poteſt. Noui fœtus, quos celebris Salmanticenſis ſchola profert: nec voluere negotia concionum, quibus implicor ab huiuſmodi gratioribus litteris, animum, & voluptatem ſe mouere. Quæ ergo iam diù intermiſeram, iuſſus, & libens poſtliminio euoluere tentaui. Sed vt erat opus ingens tribus, nec paruis voluminibus diſcretum, alterum fore volutandum animi gratia ſumpſeram. Paulo diligentius verſare cœpi. Cœpit me impetus experimenti capiendi ecquis vtilior ille foret, auctor ne, an illuſtrator? Commodius fruimur Scoto ope filij, quàm cura magiſtri. Præſtat ille: fulget iſte, cuius diuitiæ ſub ſinu latentes eruuntur. Ipſaſque complicatas vbertim expandere aliquod erat operæpretium. Sed non cuiuſuis id erat hominis. Multa multos fefellerunt, nec adhuc quiſquam repertus eſt, qui theſaurum integrum bona fide effoderit, & in lucem totam protraxerit. Præſtitit hoc Auctor eximius, in maximum Præceptoris emolumentum. Cuncta in offenſo pede cucurri. Moribus, illibatæque fidei, nihil reperi obnoxium. Quapropter cudi poſſe, debereque exiſtimo. Matriti in conuentu Redemptorum, Beatæ Mariæ de Mercede, pridie Idus Decemb. Anni 1626.

Magiſter Franciſcus Boil.

Conſenſus Ordinarij, ad duos tomos, qui ob voluminum magnitudinem, ſunt in tres diſtributi.

NOS el Doctor D. Iuan de Mendieta capellan de ſu Mageſtad, y Vicario General deſta villa de Madrid y ſu partido, &c. Por la preſente auiendo viſto, y hecho ver dos tomos de libros que ha compueſto el Papre Fray Mateo de Soſa, de la Orden de ſeñor San Franciſco, ſobre las ſentencias del Doctor Iuan Duns Scoto de la dicha Orden. Damos licencia que ſe puedan imprimir por lo que à nos toca, por no auer en ellos coſa contra nueſtra ſanta Fe, y buenas coſtumbres. Dada en Madrid à 9. de Enero de 1626.

El Doctor Iuan de Mendieta.

Por ſu mandado. Simon Ximenez.

Digitized by Google

Cenſura celeberrimæ, & inclytæ Vniuerſitatis Salmanticenſis, ſupremi Senatus Regij iuſſu.

REVERENDI admodum, & ſapientiſsimi Patris, Fratris Matthæi de Soſa, Prouinciæ Diui Iacobi Seraphici Ordinis Diffinitoris, & Patris, Lectoris emeriti, & Generalis ſtudij Salmantini per multos annos primarij Profeſſoris, articulationem, illuſtrationem, Commẽtaria, ac diſputationes in primum librum Sententiarum Scoti, ſupremi Senatus iuſſu, & Academiæ Salmantinæ decreto cum fructu, & voluptate euoluimus, opus in tres tomos diſtributum, vtiliſsimum, ſimul & ſubtiliſſimum: in eo ſi quidem Scotus præ nimia ſubtilitate, quæſtionumque protractione difficilis, diſtinctus, elucidatuſque prodit; in eo & ex ſacris litteris, & ex proprio Auctoris penu pro Scotica doctrina tuenda, arma validiſsima continentur. Credimus, ſubtilem Doctorem, qui multos ſemper habuit ſectatores, tanti operis incremento multo plures habiturum: Illud igitur dignum typis iudicamus, & vtinam multo antea fuiſſet excuſum, ne tanto theſauro tot ſæculis Theologica ſchola caruiſſet. Salmanticæ die 14. Septemb. anno 1626.

Frater Franciſcus Cornejo.

Frater Baſilius Pontius Legionenſis.

Frater Franciſcus Dominguez.

Frater Bernardinus Rodriguez.

Admodum Reuerendi Patres prædicti, ſapientiſsimique Magiſtri moderantur grauiores Theologiæ Cathedras Vniuerſitatis. Primus namque eſt veſpertinus emeritus, ſecundus Primariam profitetur, tertius Cathedram Durandi, & quartus Cathedram Scoti regit.

Yo Antonio Ruano de Medrano Familiar del ſanto oficio, y ſecretario de la muy inſigne Vniuerſidad de Salamanca, doy fe y teſtimonio verdadero que en el Clauſtro pleno que ſe congregò à los nueue dias del mes de Setiembre, de mil y ſeyſcientos y veynte y ſeys años, ſe preſento eſta cenſura, y la Vniuerſidad acordò ſe dè teſtimonio della al Padre Fray Mateo de Soſa, y de ſu pedimento hize la preſente en Salamanca dia mes y año dichos.

Don Vicente de Calata yud
Rector.

En teſtimonio de verdad.

Antonio Ruano de Medrano.

EL REY.

POR quanto por parte de vos Fray Mateo de Soſa de la Orden de ſan Franciſco, Difinidor de la Prouincia de Santiago, Lector jubilado della, y de prima del eſtudio de la dicha Ordẽ, en la Vniuerſidad de la ciudad de Salamanca. Nos fue hecha relacion que auiades compueſto vn libro en dos tomos, intitulado ſobre el primero de las ſentencias del Doctor ſutiliſsimo fray Iuan Duns Scoto, q̃ ante los del nueſtro Conſejo fue hecha preſentacion, y nos pediſteys y ſuplicaſteys os mandaſemos dar licẽcia para le poder imprimir, y priuilegio por el tiempo que fueſemos ſeruido, ò como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Cõſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la prematica por nos vltimamente hecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone. Fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra licencia para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien: por la qual os damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años, primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten deſde el dia de la fecha della, vos ò la perſona que vueſtro poder vuiere, y no otro alguno: Podays imprimir y vender el dicho libro en dos tomos que de ſuſo ſe haze mencion por el original, que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que và rubricado, y firmado al fin; de Lazaro de Rios Angulo nueſtro ſecretario, que por mi mandado haze oficio de eſeriuano de camara, de los que en el reſiden. Con que antes que ſe venda lo traygays ante ellos juntamente con el dicho original; para que ſe vea ſi la dicha impreſſion eſta conforme a el, y traygays fe en publica forma, en como por Corrector por nos nombrado ſe vio, y corrigio, la dicha impreſsion por ſu original. Y mandamos al impreſor que imprimiere el dicho libro en dos tomos, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn ſolo libro al autor, ò perſona a cuya coſta ſe imprimiere, y no otro alguno, para efecto de la correccion y taſſa, haſta que primero el dicho libro eſte corregido, y taſſado por los del nueſtro Conſejo. Y eſtando aſsi y no de otra manera pueda imprimir el dicho libro en dos tomos; principio y primer pliego, en el qual ſeguidamente ſe ponga eſta licencia, y priuilegio, y la aprobacion, taſſa, y erratas, ſopena de caer, è incurrir en las penas contenidas en la prematica, y leyes de nueſtros Reynos que ſobre ello diſponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo de los diez años perſona alguna ſin vueſtra licencia no le pueda imprimir, ni vender, ſopena que el que lo imprimiere aya perdido, y pierda todos y qualeſquier libros, moldes, y aparejos que del dicho libro en dos tomos tuuiere, y mandamos incurra en pena de cincuenta mil marauedis, la qual dicha pena ſea la tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la perſona que lo denunciare. Y mandamos à los del nueſtro Conſejo Preſidente y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaciles de camara, y caſa y Corte, y Chancillerias, y

à todos los Corregidores, Aſsiſtentes, Gouernadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y juſticias, qualeſquier de todas las Ciudades, Villas y lugares de los nueſtros Reynos y ſeñorios, que vos guarden y cũplan eſta nueſtra licencia, y contra ſu tenor y forma no vayan ni paſſen, en manera alguna. Fecha en Madrid à diez y ocho dias del mes de Enero de mil y ſeyſcientos y veynte y ſiete años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor,

D. Sebaſtian de Contreras.

REVERENDISSIMO

PATRI, PRAECLARISSIMO VIRO, SAPIENTISSIMOQVE IVBILATO MAGISTRO, AC INNVMERIS TITVLIS VNDEQVAQVE SPLENDIDIDISSIMO ECCLESIÆ IVBARI, P.N.F. BERNARDINO DE SENNIS, TOTIVS ORDINIS SERAPHICI DIGNISSIMO GENERALI MINISTRO, AC GENERALISSIMO ARCHIPRAESVLI, SANCTISSIMIQVE P.N. FRANCISCI IN MONARCHIA SERAPHICA LEGITIMO SVCCESSORI, &c.

F. MATTHÆVS DE SOSA EIVS HVMILLIMVS E CLIENTIBVS, IN SACRA THEOLOGIA BIS IVBILATVS, ET APVD Salmanticēſes in generali ſtudio, per multos annos primarius ſacræ Theologiæ moderator, ac ſanctiſsimæ ſancti Iacobi Prouinciæ, eiuſdem Ordinis Prouincialis miniſter, ſempiternam fœlicitatem precatur.

I*NCOLIT orientem ſabæus Aloes* (REVERENDISSIME ANTISTES) *illuſtris pompa virtutum, fœcundum aromatum incrementum. Cuius quis arborem comprehendere potuit, hactenus inacceßibilem? an ſalutare? an videre? Profecto neutiquã aliquis, ſi Plinio credere, dignũ ſapientes duxerint. Expulſione aeris, tantum, influentis vnda, rami de montibus ex temporis vetuſtate cadentes, flumineq́ Babylonico capti, tonanti Ioui ſacrantur. Sic Theologorum omnium Principis, P. F. Ioannis Duns Scoti doctrina, quouis aromate gratior, ipſoq́ Apolline illuſtrior, antris hactenus abſcondita; etſi illuſtris, etſi fœcunda: ipſa tamen incomprehenſa, inſalutata à multis, & fere omnibus inacceſibilis. Rami ſolum ex eius*

¶ 4 *alti-*

altitudine cadebant, capti ſaculo iſto ferreo. & tanta, vel librorum, vel Auctorum varietate Babylonico; fractiores (inquam) de quarũ ſcientia multos, vnuſquiſque non dubitat, multiplicium librorum volumina edidiſſe, ſuiſq; conſecrauiſſe Mæcenatibus. Aſt, totam ipſam Aloem nemo vidit, qui difficultatem vidit, in ipſa enim Scotica littera enucleatione difficilima, omnes fuere Dauus, nullus Oedippus, ſed èn iã (Paſtor vigilantiſsime) arborem ipſam, Scotum nempe, non certe nouum, ſed antiquum, noua quadam forma conductum, nouoq; ſtylo ſubactum, & ſubrizatum; enigma ſolutum, vt ſint praua confuſionũ nubila in directa, & aſpera in vias planas. Aquam, proculdubio non ciſternarum diſsipatarum, ſed melioris, & ſalutaris ſapientiæ, ex qua bibenti fiet fons aquæ ſalientis in vitã, & lucem, quæ à luce illa, omnes illuminante, ſubrutilat. Sed vnde mihi tanta, tantiſq; negata articulandi Scotum fælicitas, vt ſolùm me docente, exortum ſit in tenebris lumen? An ne ab ingenio? An ab ſtudio? An ab arte? Añ ab aſsiſtentia continua?

Priſc. li. 6.

Nocturna verſante manu, verſante diurna?

Virg. Enei 14.

Non certe, ſolùm ab ſtudio, ingenio, arte, & aſsiſtentia, ſed ſimul cum his, ab illa, de qua Aelquilius luculenter ſic fatur,

Aelq. li. 2.

Fœlicitas mater obedientia
Coniuxque (vt aiunt) ſoſpitatoris Iouis.

Fingit Poeta (Roterodamo exponente) Iouem ſoſpitatorem, cuius beneficio contingat ſalus hominum, huic eſſe vxorem, cui nomen obedientia, qua parmus Principibus, ac Magiſtratibus, & horum coniugio natam eſſe filiam, cui nomen fælicitas. Præclara (me hercle) vox, & tali viro digna ſententia, quæ declarat nullam eſſe hominibus fælicitatem, quæ ex obedientia, qua Magiſtratibus obtemperamus, haud oriatur. Mihi vero, ita contigit; nam dum, Reuerendiſsimorum totius Seraphicæ Religionis, Archipræſulum P. F. Ioannis à Ferro, illuſtriſsimi nunc D. D. F. Antonij à Trejo, Cartaginenſis Epiſcopi meritiſsimi, tunc vero Ordinis Vicarij Generalis, & P. F. Benigni à Genoua, præceptis adhæreo: vt colonus alter, ipſo tamen fælicior, precioſam iſtam Theoſophantium Indiam, aloem incomprehenſam, nullis conferendam aromatibus, adinueni: & quod ex mei imbecilitate ingenioli ſolum ſpectare non poteram, tribuit obedientia ipſa, deditq; abditiſsima tanti Doctoris dogmata enubilare: nam vox eſt Domini, quæ reuelat condenſa. Et ſi quæ forte nõ diceda aſſero, aut aliter quã formanda propono, me excuſſat à delicto, l. liber homo, ff. ad legem Aquil. *nam vt ibi iuris conſultus*

Roter. ada. obedientia.

L. liber homo ff. ad l. Aquil.

tus, obedięti a debita, vel promiſſa, liberat, quem à crimine: Secura igitur gloria, ſed pœna haud eſt timenda. Quid ergo fœlicius? Solum Reuerendiſsimam Paternitatem tuam, habere Mœcenatem trino me aſpicientem aſpectu, cui arborem nouiter inuentam poſsim conſecrare, eſt fœlicitas ipſa. Nam etſi tria præcepta præfata, in tam ardua fuerint mihi nauigatione sydus, vertex & acus: donec te habui, non ſolū præceptorē, ſed præcipientē: nec portū, ne quid fœlicitatis, ſine tuis auſpicijs me habere putaui. Nam nec ego, nec opus iſtud ſuperas poterit volitare per arces: niſi de te, de Sennis tuis, Sennas tribuat alas omnipotens, quibus animalia gaudebant, apud Ioan. cap. 4. quia vt ibi Lyranus noſter doctiſsimus, iſtis alis (Sennis nempe) debent Eccleſiæ Doctores volare. *Hæc ille. Quaſi non alijs. Sub alis namq; Sennis protectionis tuæ ſemper me, & mea cuncta fouiſti: cliētulus, te patronum inueni: filiolus, te verum patrē experior: ſucūbens, te auſpiciatorē agnoui. Quid eloquar? honores, dignitates, fauores, tutelā, patrocinium, & plem quæ habeo, de manu tua me accepiſſe immortali gratitudine gloriabor.* Ioan. c. 4.

Nec metus eſt, quod munus hoc noſtrum, qualecunque ſis aſpernaturus, qui donaria, non precijs, ſed animis ſolitus es ſtimare, & licet videam paſsim excellentes ingenio noſtræ Religionis viros, ceu magnos, & opulentos Reges, tibi Salomoni noſtro, quaſi in templi Dei ſtructuram mittere lucubrationes, vt ebur, aurum, marmora, gemmas, etiam video quotidie inter auro gemmiſque radiantia, Principum donaria, pratenſibus floſculis, aut hortenſibus herbulis, hinc inde concinatas corollas, ſuſpendi, diuis, quas re tenuis pietate diues, offert plebeculus. Ad hæc

Non egò diuitias dando tibi, plura dediſſem. *Ouid. li. 4. Triſt. Egl. vltima.*
Diuitis, ad manes, nil refert vmbra, ſuos.
Perpetui fructum donari nominis: idque
Quo, dare nihil potui, munere, maius habes.

Alioqui, quid illud eſt, ſeu magnum, ſeu puſillum, ſeu ludricum, ſeu feriū, quòd huius ingenioli fundus produxerit, id omne iure ipſo, tibi mendicas minoritanæ Religionis Princeps, Mœcenas, Antiſtes, qui, ceu ſalutare quoddam sydus, in hoc Religioni datus, vt præ-

Digitized by Google

cipiente, & præſide, quidquid eſt bonarum rerum pullulet, ac ſubdeleſcat. Nec mihi venit in mentem quiſpiam noſtrorum optimatum illuſtris, vel cui magis debeam (debe. m & magis) vel qui ad litteras magis affectus, optimis artibus ſolertius imbutus, ſtemmatumq; decore locupletior appareat. Nam omnifariam apud Hiſpanos, Italos, Francos, Indos, &c. dilucidum eſt, te tum ſanguinis generoſitate; tum facinorũ laude, tum etiam virtutum omnium, & diſciplinarum præſtantia longe cæteros anteire. Alia dicent alij. Hæc haud prætereũda. Te ſcũ terrenus, neſcio, quis Cain diuiſiones à fratre in Religione medi
Geneſ.1. *tabatur, tibi q; aiebat, ſi nõ rectè eã diuidas, peccaſti) prudẽtiſſimũ reſpexit Dominus, & nõ ad munera eius. Si etenim ſub humilitatis pallio, ſeu forſan exemptionis zelo, quidam ex tuis, paliũ regimini Monarchiæ Seraphicæ ab eius Obſeruantia autumabant diuidere, ac ſi pallium generaliſſimi noſtri præſulis, ita breue eſſet, vt vtroſque operire non poſſet, & inſtar filiorum Iacob Ioſeph adorationẽ, tollerare haud poterant: tu ſingulari prudentia, paternæq; benignitatis viſceribus, præcordia fratrum imbuiſti amore, & corda fraternitatis priſtinæ, renouaſti, ita vt qui Ioſephum fratres oderant, & nec per ſomnium Dominũ adorare volebant: tandem ſua annona gratia coacti, Romã petunt, & te verũ S.P.N. Franciſci ſucceſſorẽ agnoſcũt, paſtoremq; venerantur vnicum, & petunt,* ſerui tui fratres ſumus, *inquiunt. Sed*
Gen.24. *cur quem renuntiauerant; ipſum nunc ad ſe totis cordibus reuocant dominũ, ac ſuperiorẽ exoptant? præſertim cũ à Commiſſario Generali, ad vniuerſæ habenas Religionis, tã ſit difficilis tranſitus (nõ enim in ſæculis noſtris, hoc viſum eſt) nec videndũ expectamus facilitei? haud niſi, quia Deo, cognoſcunt, aſlante, te ſolum dignũ imperio, concordiã, fratrumq; diligentẽ vnitatem, & ſicut Petro deſideranti tria tabernacula, quibus tegerentur ſinguli, datur vnicum lucentis tabernaculum nubis, qua tegantur omnes, ſic te, vt nubem vnicam lucidã datum quærentibus diuiſionem, qua gubernentur, claritate vniuerſi, cognoſcũt & ipſi. Lucidam (inquam) nam vbi ablata diuiſione vnitas floret, non poſſunt ibi, non lucis, ſcaturire, claritatis, & fontes. Nec mirum te Archipræſulem ſtatim feciſſe dominum, & non antea, quando à Pontifice ſummo impetrabatur diuiſio: nam prius voluit Deus, congregationem, & vnionem videre aquarum, quam luminaria in firmamento cæli ſtatuere. Statim creatur ſol, illico vnicus*

Apollo

Apollo refulges. Quid plura? Laudo te? In hoc non laudo ego ſolus: laudat illuſtris Francorum ampla familia, cui imperturbabilem requiem, & tranquillitatē, quādo ſeditio minabat horribilis, prouidiſti. Laudat Minorum Religio hilaris vniuerſa, eo quod (te protegēte, viderit) plura in Cælo Empyreo refulgere ſydera minora, ſed maxima, quā à principio hactenus. Viginti nouem illi Sanctos dediſti glorioſos, D. Margaritā de Cortona, D. Ioanē Capiſtranum, D. Iacobum de la Marca, D. Conradum, Diuum Petrum de Alcantara, D. Eliſabeth Portugalliæ Reginam, & viginti tres Martyres Iaponenſes ſimul denique. Tandem nunc, apud Sanctiſsimum P. N. Vrbanum Octauum, inſtas quadraginta tuorum Minorum Canonizationem illuſtrium, & quotidie fœliciter illam expectas. Laudat iterum, & millies, nunquam fandi finem factum: nam ſi Diuus Bernardinus de Sennis fuit Ordinis reformator primus excelſus: tu vero alter Bernardinus de Sennis, ſine tertio ſecundus, qui ad priſtinum puritatis ſtatum Euangelicum reformaſti: Cætera omittam. Nam quicunque egregia, & ſumma illuſtrium laudum tuarū præconia recolere voluerit, facile intelliget, nil tibi vlla ex parte deeſſe, quod vel à natura, vel à virtute, vel à fortuna ſit expetendum: quo cæteris non longe præſtantius habearis. Quid dico à fortuna? Abſit, quod in te aliquid fortunæ videatur, vel concedatur. Nam ſi Minoritana familia, Catholicus Hiſpaniarum Rex, Summus Eccleſiæ Antiſtes, quilibet

Rerumque tibi commendat habenas
Et ſacros merito, ornat diademate crines.

Neutiquam hoc fortunæ adſcribendum: nam vt Poeta canit.

Fortuna immeritos auget honoribus, *Virgil. de Fortuna.*
Fortuna innocuos, cladibus afficit.
Iuſtos illa viros, pauperie grauat,
Indignos eadem diuitijs beat.

Sed animo, valori, virtuti. Audi Naciancenum Poſthumio Principe, quaſi tecum ſtantem. Inſublime (*inquit*) euectus es, ſupremam nactus es poteſtatem: non eſt hoc fortunæ munus, ſed hanc poteſtatem, tanquam virtutis præmiū adeptus es, vt ipſa redderetur glorioſior. *Habenas tibi creditas* *Nacianz. de orat. ad Poſth.*

exi-

eximia dexteritate direxiſti. Sed quid mirum hoc faciat, qui

Eraſ. adag. 32.

Solus meruit regnare rogatus?

In quo, ac ſi vno in homine plures ſint Heroes, & in vnico pectore non ſimplex inhabitet lumen, vtraque lux ſubrutilat. Non igitur equidem immerito, nec fauſto vllo, mea conſecrantur ſtudia Mæcenati nobiliſſimo: teſtis origo, & genus tuum, quod ex vtroq; parente, tùm Germaniam, tùm Hiſpaniam, tùm Luſitaniam, in inclyta Ulyſipea communi, benigniſſimaq; matre, decorauit illuſtrius, quā egeat commendatione: erudit iſſimo, docet ipſa Theologia, ius Pontificeum, cæſareumq; & cætera omnes diſciplinæ, quæ tanta, tamque vno in pectore tuo, multipliciter ſe explicuerunt: Prudentiſſimo, clamat vtraq; curia, quibus dediſti ſigna rara, ſed non raro: Benigniſſimo, huius vero laudis teſtimonium exponunt, quaſi de te, verba Poetæ.

Ouid. lib. 1 de Pont.

Eſt piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox
Quique dolet, quotiens cogitur eſſe ferox.

Eſt ne aliud amplius? Certe ſi omnia tua eſſent reſencēda magnalia, tempus, non oratio, omni detrimento magnitudinis, nullo diſpendio veritatis, deficeret. Accipe ergo P. Reuerendiſſime has qualeſcunque tibi iterum, atque iterum dicatas lucubrationes, nam mihi magis complaceo, quod illas digneris hoſpitio tuæ Bibliothecæ illuſtrare, quàm ſi cedrinis capſullis, in Apollinis templo reponerentur. Pedibus Reuerendiſſimæ Paternitatis tuæ omnia ſuppono, ſubſterno; ſuccumbo, viuas fœliciter, & ad vniuerſæ tuæ Monarchiæ gloriam, & ad Eccleſiæ incrementum, intende proſpere, procede, & regna.

Reuerendiſsimæ P. tuæ,

Obſequentiſſimus filius.

Frater Matthæus de Soſa.

Præfatio ad Lectorem.

INCLYTA Vlyxea Mater, ex Paternis Auis, & Proauis Cacerenſibus me benigniſsime genuit: Sacratiſsima Minoritarum Religio, in magni Parentis, Seraphicique Chriſti plagiferi vtero, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, clementiſsime me ſuſcepit: fœlix Salmantica totius orbis celeberrima vniuerſalis Magiſtra me docuit: ac in ſubtiliſsimi omnium Theologorum Principis Doctoris Scoti ſplẽdidiſsima ſchola, lacte Scotico enutritus, per continuos viginti & ſeptem annos (adimpleto prius naturalis Sophiæ trienali magiſterio) ſacræ Theologiæ gradatim vſque ad primariam cathedram, terque, quaterque apud Salmãticenſes extiti moderator & rector. A primæua attamen diſciplina, & ſtudiorũ primordijs, Scoti libris (quos integros pernoctans reuolui, & accurate legi) veri diſcipuli zelo, operam pia affectione nauaui. Verum in eius litteræ profunditatem immerſus, iam iam eximiæ ſubtilitatis nectaribus alacris, veluti ſa uberrimi ſcaturientis fontis aquarum dulcedine ebriatus: iam verò nimiæ obſcuritatis confuſione obtenebratus, non minus, quàm abſinthiorum, aut fellis amaritudine excitatus, hinc, illincque ingenij nauicula fluctuante, turbatus, naufragium pertimebam. Ad celebres veteres Scotici textus expoſitores, in conflictu huiuſmodi non prætermiſsi recurrere; in eis autem doctrinali methodo, non ſufficienter inuenta, nec quidem Scoticæ litteræ mente genuina ſatis explanata; quinimo, nec dum ipſa Scoti mole, à confuſionis ergaſtulo ab aliquo ex noſtratibus erepta, nec illuſtrata: tranſactis lucubrationibus non paucis circa eius intelligentiam, doctrinæ ſplendidiſsimæ diuitem, claritatis verò in ipſomet eius ſplendore, egenum, & inopem me inueni.

Textus namque librorum Scoti theſaurus diuitiſsimus ſemper extabat, neutiquam verò, doctrinali methodo claritatis digeſtus, ita vt potius theſaurus abſconditus, quam lumen ſplendens debuerit celebrari. Vnde non immeritò quidam grauiſsimus Scoti diſcipulus exclamauit in Prooemio ſui tertij Sententiarum, conteſtans ſe multum fleuiſſe, eo quod non erat, qui apperiret *Apocal. 5.* hunc librum, & ſolueret ſignacula eius. Et quidem ipſe eiuſmodi ſignacula ſoluere, & librum Scoti pro viribus apperire, curauit: verum enim vero liber iſte, pretioſus clauſus, & ſignatus adhuc remanſit. Egebat namque ipſo Doctore ſubtili, qui ſuæ ſubtilitatis clauibus illum apperiret, & nobis de theſauro ſuo proferret noua & vetera; non tantum vt in ſchola Scotica diuites redde- *Matt. 13.* rentur diſcipuli, verum & vt etiam reliqua Chriſtiana Theologorum vniuerſitas, de eius ſcientiæ, & ſapientiæ theſauro prolato, ſubtilitatis, eruditionis diuitia-

uitiarum muneribus frueretur. Credo etenim piam alienorum affectionem, doctrinæ Scoticæ hactenus defeciſſe: quia ſtylli confuſio, & claritatis inopia, opus præclarum reddebat inacceſſibile, & veluti monſtrum, ingeniorum acumina effugabat: vnde inopes ſubtilitatis theſauri, quaſi in fide Parentum, Scoti ſententias, quas forſan nec viderant, nec earum limina ſalutauerant, acriter improperabant non pauci. Quo improperio dolens ille relatus doctrinæ Scoticæ lator, ſe amplius fleuiſſe fatetur.

Pſalm. 87. Si igitur ille fleuit, ne quidem ſimiliter eodem dolore & zelo, oculi mei
Pſalm. 76. languerent præ inopia claritatis: anticipauerunt vigilias oculi mei, & in vigilijs lucubrans, huius libri optabam ſignacula ſoluere; non ſane quod in ſuperbiam elatus antiquos, Scoti aſſeclas antecellere præſumpſiſſem: ſed hanc magnam prouinciam ſuſcipere auſus ſum, inſtante ſanctæ obedientiæ virtute, & merito: quo Reuerendiſsimus Pater Frater IOANNES DEL HIERRO, olim noſtræ ſacratiſsimæ Religionis Generalis Miniſter ad id me ſuo præcepto aſtrinxit: quod poſtea Reuerendiſsimi ſucceſſores illius, Patres, Frater ANTONIVS DE TREJO, qui nunc Eccleſiæ Cartaginenſis in Hiſpania illuſtriſsimus antiſtes fœliciter extat, & Frater BENIGNVS DE GENVA, ac tandem Reuerendiſsimus N. P. F. BERNARDINVS DE SENNIS, eiuſdem Ordinis Generaliſsimi Archipraſules, ſuis litteris confirmarunt. Sub obedientiæ ergo ſanctiſsimæ iugo, non dubitaui hoc opus difficile aggredi, diuino fretus auxilio, eius implo-
1. ad Corin. 12. rans ſpiritum: qui omnia operatur in omnibus, & diuidens ſingulis prout vult, manu non abreuiata, vni ſermonem ſcientiæ, alteri vero interpretationem ſermonis, affluenter elargitur, & tribuit. Hoc igitur numine nixus, & obedientiæ merito, doctrinæque Scoticæ zelo indutus, iuuentutis, & virilitatis meæ, luſtra huic precioſo labori, quaſi incultum orbem exploraturus, ſacraui. Et ne in proprij honoris gloriam inquirendam, tot annos fatigatus conſumerem, non tantum in noſtris Poſtillis, verum in excuteranda textus Scotici littera laboraui. Quia vero ex aſsiduo ipſius ſtudio reperi, doctrinæ Scoticæ excellentiam, quantumuis ſubtilitate polleret, ſtante nihilominus indigeſta confuſionis mole, ſemper adhuc ipſiſmet linceis oculis obtenebratam manere; hoc immane monſtrum, & tenebroſum nubilum de medio tollere, & theſaurum iſtum è latebris in lucem educere, ſum conatus, reducendo videlicet ipſam Scoti litteram ad articulos, eiuſque difficultates ſelectas, per eorundem articulorum ordinem diſtribuens: ſeruata attamen integra textualis litteræ puritate, abſque additione, aut diminutione aliqua, textus apicem immutante. Vbi enim interdum remiſsio noſtra ad textus claritatem interuenit, diuerſis characteribus in typographia, à pura littera textuali ſecernitur. Quotquot igitur difficultates ab Scoto in quæſtione qualibet inſimul, & mixte reſoluuntur, quæ olim ob ſimultatem mixtionis, confundebantur adinuicem: iam in noſtra articulatione (vbi quælibet ſuũ articulum ſibi vendicat, & cõſtituit) illuſtrantur. Et hac illuſtratione articulationis inuenta, ſubtilitas clarior cæteris diſciplinis oſtenditur, & cunctis Theologorum ſcolis præclarior redditur.

Præclaram igitur (ſtudioſe Lector) tibi trado doctrinam. Scotum enim ſubtilem, ſed nequaquam tenebroſum accipies. Si namque claro Doctoris Angelici methodo hactenus fruebaris, iam hic ſub eodem methodo, præclarius Scoti ſubtilitatem præmanibus habes, & theſaurum hucuſque abſconditum, iam doctrinali ordine explanatum. Liber etenim iſte tot ſæculis clauſus, qui ipſum

appe-

Digitized by Google

Præfatio ad Lectorem.

apperiret, inuenit, & qui eius ſignacula ſolueret. Apertus eſt tibi liber Scoti: in ita pecudum: cõmede illum, & diuina guſtabis nectaria; in textu namque ſic illuſtrato, facillime ſacra myſteria profundiſsimis fundamentis enucleata, firmiſsimis ſacræ paginæ elogijs conteſtata, ſacrorum Conciliorum, & Eccleſiæ teſtimonijs confirmata, Sanctorumq; Patrum auctoritatibus roborata, nec nõ ſubtiliſsimis rationum diſcurſibus comprobata reperies. Et vtinam Commentatij noſtri ſupra ipſius libri textuales articulos, & difficultates, quæ à nobis excitantur ex textu, cedant (vt deſidero) in maiorem eiuſdem libri textualis litteræ claritatem. Si quid autem lucubrationum noſtrarum commendatione dignum exiſtat, in gloriam eius, à quo omne datum optimum, & omne donũ perfectum eſt, cedere, æquo animo proteſtor. Quod vero ineptum reperiatur, meum eſt: & ideò quæ noſtræ tenuitatis marte, hîc, & in toto hoc opere diſputando, obſeruando, concludendo, aut ſoluendo, quomodolibet profero: tanquam humanæ fragilitatis peculium, pedibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & fidei orthodoxæ ſubmitto.

Omnes itaque quatuor libros Sententiarum Scoti textualiter articulatos, tanquam mei imbecillis ingenij prolem, & articulorum cõmentarios, ac difficultates ex ipſo textu exortas, veluti mearum vigiliarum munuſculum ſtudioſis humiliter offero. Primus autem liber in tres tomos diuiſus, quorum duo priores, primus videlicet, & ſecundus (nam tomus tertius in typographia eſt) grato animo ad lucem nunc prodeunt, integer in vniuerſæ Reipublicæ exijt theatrum. In primo igitur tomo Scoti Prologũ, cum difficultatibus de proœmijs Theologiæ, deque ſupernaturalitate formarum, finis hominis, & potentiæ: nec non alia circa ſacrorum librorum canonicam certitudinem, & de reliquis prologum eiuſmodi concernentibus, ante Diſtinctiones primi libri inter Prologomena adſunt. Inſuper difficultates de vltimo fine, de fruitione, & vſu, de viſione Dei, de ipſomet Deo, deque eius vnitate, infinitate, ſimplicitate, & exiſtentia, quæ omnia ſub prima Diſtinctione, & per tres quæſtiones ſecundæ, Doctor pertractat, ſatis elucidatas inuenies. In ſecundo vero tomo à quæſtione quarta Diſtinctionis ſecundæ, vſque ad trigeſimam quintã Diſtinctionẽ, myſterium ſanctiſsimæ Triados, & plura, quæ ad cognoſcibilitatem Dei pertinent, locupletiſsime extant. Diſtinctio vero decimaſeptima, quæ varias, & ſatis difficiles controuerſias comprehendit: ne prolixe eas, quæ ſunt de Trinitatis myſterio interrumperet: à cæterarum Diſtinctionum numero, & ordine, conſulto exeritur. In tertio tandem tomo prædicta Diſtinctio decima ſeptima primum obtinet locum, ſub qua de habitibus naturalibus, & ſupernaturalibus in genere agitur; in ſpecie vero de habitu charitatis, de merito, deque alijs, quæ ſub tali Diſtinctione Doctor cõgnlcat. Qua finita à Diſtinctione trigeſima quinta, vſque ad finem huius primi libri, difficultates de attributis diuinis ſeorſum, de ſcientia Dei, de eius voluntate, de prædeſtinatione, de reprobatione, & de auxilijs (quatenus pronunc nobis permittitur) & de alijs, quæ ad huius libri complementum ſpectant, ipſum, noſtra craſſa mineruâ, perficient. Nõ plurium difficultatum noſtrarum numerum augeo, quinimo nonnullas ſub eodem titulo reſoluo, ſine ne vrgente neceſsitate, titulos difficultatum multiplicem: & quoniam quam plurimas, quæ nobis diſputandæ venerant, Scoticus textus locupletiſsime tractat. In noſtris attamen commentarijs, ſeu articulorum expoſitionibus, quæ difficilia textualia ſunt, exacte enucleantur, ac ſi vt difficultates

ſele-

ſelectæ, à nobis ventilarentur ea, igitur accuratè legi, & attentè ſpeculandas fore, ab ſtudioſis lectoribus precor. Quæ omnia, & ſingula in cuiuslibet tomi finibus, indices Diſtinctionum, Quæſtionum, articulorum que ibi tradalium, ac noſtrarum difficultatum, & partitionum per paragraphos indicabunt.

Epitome materiarum, quæ in hoc tomo primo diſputantur.

In fine huius tomi ponuntur ſex indices, quibus indicantur omnia, quæ in eo tractantur, nunc autem breuiter materiarum epitome inſinuatur.

QVÆSTIONES de Supernaturalitate formarum, deque naturali capacitate potentiæ, in ordine ad recipiendas illas, & ad Deum ſuum finem vltimum.

De libris Canonicis, & de neceſsitate eorum, deque Traditionibus, Concilijs, & certitudine eorum, quæ decernit Eccleſia, ſeu Pontifex ſummus.

De qualitate Theologiæ plura Prolegomena, quæ ad omnes ſcientias pertinent.

De neceſsitate Theologiæ, & de fide acquiſita, & de explicita adultorum.

De vltimo fine hominis.

De viſione beata locupletiſsime.

De fruitione, & vſu, & alijs actibus voluntatis.

De exiſtentia Dei.

De infinitate Dei.

De ſimplicitate Dei.

De vnitate Dei.

VITA

VITA PRAECLARA BEATISSIMI VIRI, AC SVBTILISSIMI DOCTORIS, OMNIVMQVE THEOLOGORVM PRINCIPIS P. F. IOANNIS DVNS SCOTI, SACRATISSIMI ORDINIS MINORVM SERAPHICI P.N.S. FRANCISCI.

§. I.

De patria Scoti, eiuſque natione.

TAMETSI inter auctores Hyſtoriographos non minima circa noſtri ſubtiliſsimi Doctoris Scoti nationem, & patriam ſuborta fuerit litigiola contentio: alij etenim Anglũ, Albanũve alij, alij quidem ex Scotia Scotum, ac denique Hybernum non pauci fuiſſe exiſtimarunt: hoc attamen vnum certum, maxime haud quamquam latebit, in Duno videlicet vetuſtiſsima vrbe (quæ licèt nunc extet exigua, iam attamen olim ob opulentiam celebrem, ob pietatis monumenta inſignem, ob ciuiũ multitudinem famoſam, ac tandem ob nobilitatis excellentiam, præclaram celebrauit antiquitas) hoc naturæ miraculum, hunc doctrinæ ſplendorem, Doctorem nempè ſubtilem, & ſubtilitatis Magiſtrum, atque in lucem gentium conceſſum, e cunula materna infantulum aggreſſum, prima præſentis ſæculi lumina ſalutaſſe. Nec mirum, quod hoc ſacratiſsimæ vniuerſalis ſophiæ monſtrum, & ſelectiſsimum diuinæ electionis vas theſauris ſapiẽtiæ plenum Scotum, pro ſua quiſque natione, ac patria poſsidere contendat, & pro viribus ſuum tutelarem patronum, in gloriam propriam ſibi applicare laboret. Vnuſquiſque etenim Dum ſua res agitur, quocunque titulo, quantumuis minimo iuſtitiæ adepto, gloriatur ſe hunc ſcientiarum magiſtrum habere Mœcenatem. Anglia nanque, eo quod in ſua florentiſsima Oxonienſi Vniuerſitate, pueriles didiſcerit litteras, vel forſan quia pulchriora ibi ſuæ perilluſtris doctrinæ ſcripta, iam Doctor effectus, affluenter Eccleſiæ dederit: Scotum ſe genuiſſe proclamat. Scotia vero, quia proprio ipſius cognomine appellatur Scotus, ſe ipſam Scotum peperiſſe proculdubio gloriatur. Vel etiam quia hoc idem teſtantur verba illa à Reuerendiſsimo Patre Gonzaga in origine Seraphicæ Religionis 1. parte pag. 84. relata: quæ extant in ipſius Scoti tumuli epitaphio: *Scotia me genuit, Anglia me ſuſcepit, Gallia me docuit, Colonia me tenet.* Quod idem contendit Albania, quo tamen titulo ſpeciali non conſtat. Hybernia tandem, Doctorem ſubtilem, veluti ſuæ propaginis prolem clamoribus celebrat, & in ſui fauorem potiora Anglorum, Hybernorum, atq; Scotorum teſtimonia, ex eorum Chronicis exenterata adducunt. Hoc ſatis propugnat Mauritius de Portu Hybernus Archiepiſcopus Tuamenſis, apud Hyberniam inſignis Scoti diſcipulus, commentator, & Poſtillator, in epiſtola ante quæſtiones Metaphyſicæ Scoti, vbi Scotum ſuum conterraneum appellat, vt patet ex epigrammate ad Scoti commentarios, vbi craſſa mineruа ſic dicit.

Reuerendiſſimus Gonzaga in origi. Seraphic. Relig. 1. p. pag. 84

Mauritius de Porta.

> *Aſſertor meus eſt, præſentis gloria ſæcli*
> *Mauritius, conſors ingenij, & Patriæ.*

Ex quo deduci videtur, quod cum ciuitas Portuenſis (à qua Mauritius oriundus cognomen accepit) circiter vrbem

Digitized by Google

Duns, vel Dunum, duabus videlicet leucis tantummodo diſtet, ita Scoti patriæ Duns eſſe coniunctam, vt poſſet nō immerito Mauritius Scoti ſe compatriotam eſſe gloriari. Quod exinde plerūque omnes Hyberni Scotum in ſua patria eſſe progenitum, ortum, & educatum teſtificantur. Sic Hugo Cabellus in vita Scoti ad eius libros præambula, & alij. Verum enimvero, vt res iſta exacte maneat explorata, obſeruo ex pluribus, nō ſolū ex eo, quod vtraque ciuitas Dunus nēpe, & Portus ſic coniuncta extiterit, Dūs ad Hyberniam, cuius ciuitas erat Portus, reduci: ſed quia reuera Hybernia, Albania, & ipſa Scotia, vnico Scotiæ nomine gaudebant, ob diuiſionē nihilominus Inſularū alijs cognominibus appellatæ fuerūt; ſed longo tēpore Hybernia Scotiæ maioris nomen obtinuit, teſtibus Iſidoro lib. 12. cap. 6. & Beda li. 1. Hiſtor. Anglorum cap. 1. Sed certius eſt Albaniam non eſſe inſulam aliquam ab his duabus diſtinctam, ſed ipſam, quæ nūc vocatur Scotia. Vtraque igitur, erat nuncupata Scotia, ſed Hybernia dicta eſt, Scotia maior, Albania vero, Scotia minor. Concilientur igitur opiniones, quæ circa Scoti patriam, & natione verſantur: ſtat enim eſſe Hybernum, & ſimul fuiſſe Scotum ex vrbe Dūs in maiori Scotia, quæ quia intra eandem Scotiā maiorem, nunc nūcupatam, Hybernia, extitit vicina Portuenſi ciuitati, potuit Mauritius ortus in illa merito dici, *Scoti conſors ingenij, & patriæ*, & veritas epitaphij ſepulchri Scoti Scotiam illum genuiſſe teſtari.

Iſidor. lib. 12. cap. 6. Beda lib. 1. Hiſto. Anglorum.

§. 2.

De genere, & nomine proprio, & appellatiuo Scoti.

PATRIAM ſeu nationem Scoti maiorem Scotiam (quæ Hybernia eſt) iam fuiſſe, concluſimus, oppidum quoque, in quo extitit fœliciter natus, ciuitatem Dunenſem, vel Duſium (vt alij pronunciant) fuiſſe cenſemus. Nunc autem hanc vrbem celebrem vbique terrarum eſſe ob præclariſſima Sāctorum corpora, quæ theſaurizantur in ſumptuoſiſsimis ſacris ſacellis, illius fama proclamat, & præſens diſthicon atteſtatur.

Tres ſancti in Duno, tumulo tumulantur in vno
Brigida, Patritius, atque Columba Pius.

In illuſtriſsima itaq; vrbe Dunēſe ex parentibus non ſolū honeſtis, aut modicæ nobilitatis, verū ex illuſtri Scotorum familia anno 1274. Scotus noſter in matris viſceribus conceptus, & in lucē ortus prodijt, & ſacratiſsimo Baptiſmatis fonte, Ioannis nomine eſt vocatus, qui item Duns, & Scoti cognominibus appellatus eſt: tametſi autē non pauci Scotū ex Scotia patria cognomē Scoti accepiſſe teſtētur, veluti ex patria vrbe, Dūs quoque vocatur, ac proinde vtrūq; cognomen ex patria prouinciali, ſeu nationali ſibi vſurpaſſe appareat. Hoc tamen (vt credo) non ita eſt planum, vt ſententia oppoſita non ſit longe certior illa: ſufficiebat namque verbis Scotiæ cognomen, vt in illa prouincia, & natio nota fieret. Qui etenim Hiſpalenſis vocatur, non eget alio cognomine, quo declaretur Hiſpanus: eſſe autem in Hybernia ſolium, ac domū titulo, & cognomine Scoti, illuſtrem, teſtatur inter alios Hugo Cabello, qui ſe vidiſſe, & cognouiſſe non paucos ſibi coætaneos viros, prope Dunum ciuitatem commorātes bellicoſos, nobiles, & illuſtres, ex Albania pluribus iam retro ſæculis trahētes originem, qui cognomine Scoti appellabantur, in ipſius Scoti vita affirmat. Nec mirū, quod inter Scotos adſit peculiariter familia quædam, quæ nō alio vtatur cognomine, quā generali totius Prouinciæ, ſeu Regni: quinimo hoc euidens generoſitatis, & nobilitatis eſt argumentum: indicat namque ab ipſius Regni origine, veluti exploratores illius ſibi cognomina Regni, in explorationis, & triūphi gloriam, vſurpaſſe: ſic etenim in Regno Caſtellæ familia quædam nobiliſsima Caſtellæ cognomine gloriatur, & in Portugalliæ Regno alia extat illuſtris familia, quæ etiam Portugalliæ cognomine honoratur; quod quidem in pluribus Europæ Prouincijs plerumque obſeruari non dubito, & Sereniſsima Auſtriæ progenies cum alijs præclariſsimis atteſtatur. Scotus igitur noſter, inſtar prædictarū familiarū ex nobiliſsima Scotorū familia deſcēdens, illuſtris genere, & glorioſior cognomi-

Hugo Cabelius.

nomi-

nomine in vrbe celebri natus, velut ſol micans corruſcantibus radijs, tanquam Eccleſiæ iuuar, venit in mundum, vt teſtimoniũ perhiberet de lumine, ab hinc trecẽtis & quinquaginta quatuor annis.

§. 3.

De primis progreſsibus, & adoleſcentia vſque ad obitum Scoti.

PVERILITATIS primordia, quæ infantilem ætatem plerumque rationis vſus concomitantur exper tem, in puero Scoto, virilitatis maturæ, & perfectiſsimæ rationis encomia corruſcarunt. Fœliciter namque peractis cunabulis, anticipato luſtro, quo pueri limina rationis ſalutant, paruulus Scotus, quaſi ex infantilibus cunis exultauit, vt gigas adcurrendam viam ſalutis, vel ſpeculatiuè, & practicè, intelligendo videlicet, & amãdo Deum auctorem cæli, ita aggrediendo, & ingrediendo arca na ſublimitatis illius, à numine ſũmi cæli edoctus, doctor nobis de cæli reuelatione deſcenderet, & ſic à ſummo cælo egreſsio eius, nos ſpeculari, & comparare fœlicem ingreſſum cæli docet. Tractatis etenim prioribus rudimentis dubius & perplexus, an humanarum, an ve diuinarum litterarum ſtudijs vacare ſibi foret vtilius? Quinimo hebesſibimet viſus ad litteras addiſcendas non ætatis teneritudo cõſolabatur puerũlum, ſed excellentia animi illum vrgebat anguſtijs: nam ſicut de Alexandro narratur fleuiſſe, eo quod non totius mundi dominator exiſteret, qui quidem fletus Alexandri Magnanimitati nõ derogat, ſed ipſam magis exaltaſſe conceditur; ſic Scoti exiſtimata hebetudo, non ipſius naturali acumini derogauit. Cum organorũ repagula in paruulis ſummopere obſtent ſubtilitatis diſcurſibus, qui nimo giganteis animum in puero ſublimauit; eo quod ſe puerilibus armis de ſtudijs victoriam celebrẽ reportare deſiderans: & quia id ſibi illico iuxta animi fœlicitatem non cõtigit, ſecernẽs hebetem anguſtijs, & ſingultibus premebatur.

In conflictu igitur iſto, ſatagente ingenij, & ſubtilitatis impulſu, quadã die ſolitarius aliquãtulum commorans ſub arbore, gemitibus, & lacrymis Virginis Deiparæ auxilium implorabat, & intellectus illuſtrationẽ peroptans, ſuæ perplexitatis, & hebetudinis præfactæ remedium poſtulabat, non etenim ab humana induſtria, aut terrenis auſpicijs, ſed ab altiſsimo Patre luminũ ſacratiſsimæ Matris lucis internuntu illuminari, ac à nubilo liberari curabat. In oratione autem ſic ſub arbore fatigatus, ſomno ſopitus eſt; in quo fœliciſsimũ ſomniũ, vel potius præclariſsima viſio eius triſtitiam, in alacritatem mutauit. Cæli nãque Regina intemerata Maria præſciẽs Scotum futurũ ſuæ immunitatis, & Cõceptionis immaculatæ propugnatorẽ accerrimum, ei apparuit: eiuſque animum excitat, fletus catharactas enubilat, præcordia mulcet, & ipſum corroborat; Scotum pergere in ſtudijs ſuadet, ſeque ei ſcientiam, & ſapientiam ab infinita ſapientia, quam in viſceribus genuit, impetratura alacriter pollicetur: modo ſibi fideliter in ſeruire promitat. Gaudens, & exultans puer Scotus de viſione mirabili expergefactus à ſumno, quaſi ſuſcitatus ſurrexit, & obſequium vouit, quod, adueniente ætate pro toto vitæ tempore, corde, voce, & opere ſacratiſsimæ Virgini pro viribus adimpleuit: & ſi vtrũque promiſit, vtrũq; impleuit; & ipſe Scotus Dei Matris beneficio illuſtratus ſurrexit, & tãti beneficij memor, ſe ſuaque, Virgini Deiparæ conſecrauit: ſi namque ſub arbore mæſtus cadebat, Virgo ſub arbore ſuſcitauit Scotum, ita vt ei iuſte affari valeat dicẽs, ſub arbore malo ſuſcitaui te: & bene malus dicitur arbor iſta, quia fructus vberrimos Dei Eccleſiæ protulit.

Caſus de apparitione Virginis Deiparæ Scoto in ſõnijs.

Promiſſit Scotus Virgini ſe ſeruiturum.

Lætabundus velociter pergit Scotus apparitionis præclariſsimæ lucis radijs illuſtratus, & in florentiſsimã tunc temporis Angliæ Vniuerſitatem Oxonienſem, ſtudiorũ cauſa, nõ peregre proficiſcitur. Ibiq; diuinum ſequẽs elogiũ, teſtans initium ſapientiæ eſſe timorẽ Domini, vt dealbatus ſtola iucunditatis, mẽtis iucundæ, & alacris puritate, promiſſum puriſsimæ Virgini adimpleret, nõ dubius, religionẽ Seraphicã eſſe præomnibus Virgini gratã, eo quod eius culto res ſpecialioribus titulis Virginis obſe-

quio conſecrantur, in conuentu fratrū Minorum ſanctiſsimi P. N. Franciſci Oxonienſi (vt fertur) habitum ſacratiſſimum noſtrum ſuſcepit. Ibique (vt in proprio paragrapho apparebit) perfecitea, quæ locuta ei fuerat Virgo ſanctiſsima: ſed vacans omnibus perfectiſſimi monachatus muneribus, non propterea litterarum ſtudia prætermiſsit: nā ipſis operam dedit, & tali velocitate ingenij difficilima penetrauit, vt vix poſſit concedi totam Scoti ætatem ſufficere ad ſolùm legēdos libros, & auctores, quos refert, impugnat, & citat. Non dū adoleſcens, logicalia documenta in cathedra publica explanabat, Phyſicā, Metaphiſicam, & omnes Ariſtotelicos libros ſubtiliter commentabatur, Mathematicas artes, & ſcientias, iuriſque prudentiam, adeò coluit, vt in vtroque iure peritiſsimus iuris cōſultus ab omnibus cenſebatur. In omnibus artibus, & ſciētijs fuit inſignis, Grammaticam, Rethoricam, vtramque Philoſophiam, Ethicā, Enconomicam, & Politicam, Theologias omnes, Miſticam videlicet, Poſitiuam, Moralē, & Scolaſticam, & denique omnium ſcientiarum theſauros in ſe reconditos, tanquā in vniuerſali theſauro theſaurizauit. Vnde veluti præſētis ſæculi monſtrum, & gentium ſtupor, & cunctarum litterarum prodigium, ab omnibus in ſubtilitatis trophæum ſubtilis Doctor fuerit acclamatus.

Plures cathedras regit Scotus.

Titulū Doctoris ſubtilis accepit.

Nondum viginti quatuor annos ætatis attigerat, quando Primariam Theologiæ Cathedram moderabatur Oxonij. Nō ſolum habitatores, & incolæ nationis illius Scotum celebrem, & ſingulare mundi miraculum proclamabant, verū & in vniuerſam totius orbis Chriſtianā rempublicam, ſubtilitatis eius fama volabat. Generalis Miniſter vniuerſæ Frāciſcanæ familiæ, qui tunc eius ſupremū clauum tenebat, reuerendiſsimus videlicet, Pater frater Gundiſaluus de Balbona huius præclariſsimæ Prouinciæ ſancti Iacobi alumnus, Scotum creſcēte mirabili profunditatis, & doctrinæ fama illius, ad Pariſienſem tunc toto orbe celeberrimam Vniuerſitatem, antequā trigeſsimum ætatis perficeret annum, ad ipſorum Pariſiorum inſtantiam, miſſit: cui has litteras teſtimoniales dedit ad Guardianum Pariſienſem, Doctoreſque noſtri Ordinis, ibi aſsiſtentes: *Dilectum nobis in Chriſto Patrem Ioannem Scotum, de cuius vita laudabili, ſcientia excellenti, ingenioq́; ſubtiliſsimo, alijſq́; inſignibus conditionibus, partim experientia longa, partim fama, quæ diuulgata eſt vbique, informatus ſum, ad plenum dilectioni veſtræ aſsigno, &c.* Quā epiſtolā adducit Rodulfus. Pariſijsq́; gradū Doctoris incredibili Vniuerſitatis aplauſu ſuſcepit, & armis litterariæ militiæ vix adinſtans derelictis, fortes debellauit aduerſos, præſertim in tuenda puritate, & immunitate præclariſsimæ Cōceptionis Reginæ cælorū, ex cuius certaminibus ſemper victor euaſit, & de inimicis glorioſas victorias reportabat.

Litteras teſtimoniales P. F. Gundiſalui à Balbona.

Rodulfus.

Nec quidem prætermittenda ſunt pluraquæ ex diſputationibus huiuſmodi fuere ſuborta, & præſertim non poſſum quinque notabilia ſilentio commendare. Primum eſt illico indicti Pariſienſi Vniuerſitate, ita omnes fuiſſe profeſſos ſententiam Scoti, dum adhuc doceret, vt vniuerſali compromiſſo, & & inuiolabili lege ad perpetuam rei memoriā ſancitum fuiſſe: *Ne in futurum vllus ad Magiſterium, Doctoratum, gradumve admitteretur, niſi prius de tuenda immunitate Maria voto emiſſo.* Quod poſtea ſimiliter plures aliæ vniuerſitates, & communitates fecerunt: quod diuinitus initiatum exemplum cunctæ vniuerſitates fide, & affectu deuotionis imitantur: inter quas noſtra alma Salmantina ſummopere ſplendet. Secundum, ex notabilibus eſt, quod tunc temporis quidam Beatiſsimæ Virginis aduerſarius, qui Scotum nunquam antea viderat, licet plura de eius ſubtilitate audierat, cum ingrederetur gymnaſiū, nec ipſum Scotum diſputantem cognoſceret: eius tamē ſubtilitatibus obſtupefactus, & diſcurſibus conuictus, alta voce coram Pariſienſi ſenatu exclamauit ſic dicēs. *Vir iſte vnus eſſe debet ex tribus, aut Angelus de cælo, aut diabolus ab inferno, aut Scotus de Duno.* Tertium autem (quod maximū eſt) & fama celebri vbique terrarum vagatur (eſt enim caſus omni cōmendatione digniſsimus) pergebat Scotus in ſcholas, cui præparatū erat certamen maximum cæterorum, ad quod etiam de longinquis vniuerſitatibus conuocati nō pauci acceſſerant; certamen verò circa Virgineam Cōceptionem ſubien-

Statutum Pariſienſe de tuēda immunitate Conceptionis Virginis Deiparæ.

Magnū miraculum.

biendum erat. Cū ergo tranſijſſet Scotus, via incedens, & vidiſſet marmoreā beatiſsimæ Virginis imaginem, ſuper ingreſſum cuiuſdam ſacelli collocatam, flexis genibus deuotiſsimè eā adorauit, & his verbis auxilium, & interceſſionem eius pro fœlici diſputationis exitu implorauit humiliter dicens. *Dignare me laudare te Virgo ſacrata, da mihi virtutem contra hoſtes tuos.* Subito (ô res mirabilis!) ſacratiſsimæ Virginis imago, quaſi annuens, caput inclinauit: & ſic vſque in hodiernum diem miraculosè inclinato capite perſeuerat. Quartum item admiratione dignum eſt, quod ex diſputatione huiuſmodi, in qua Scotus glorioſam triumphi palmam accepit, cuncta Pariſienſis ſchola communi omnium acclamatione in gratificationem Scoti, Scotum ipſum celeberrimo nomine, & titulo *Doctoris ſubtilis* appellauit. Quem titulum poſtmodum Vicarius Chriſti ſūmus Eccleſiæ Pater Clemēs Papa V. ſpeciali Bulla cōfirmauit. Poſt hæc mirabilia quintum Coloniæ contigit: nam cum iterum immaculatæ Conceptionis Sāctiſsimæ Virginis contrarij Coloniam peterēt, vt qui Pariſijs contra Scotum præualere nequaquā potuerunt, Coloniæ iterum bella vindictæ animo renouarent. Scoto autem noſtro pro defenſione honoris Dei matris, etiā Coloniā peruenienti, ecce vniuerſa ciuitas cum clero, ciuibus: & Primatibus obuiam plauſibiliter exierunt: contrarijſque cum rubore, & confuſione reiectis, eiuſdem Scoti ſententiam laudauerunt, & alacribus ludis, feſtis, canente tuba, acclamatione non antea audita, omnis ſexus, & ætas, omniſque illuſtrium, ac plebis ſtatus, altis vocibus Virginem Deiparam ſine labe peccati fuiſſe cōceptam credere profitebantur, & eius propugnatorem Scotum, Magiſtrum veritatis & ſubtilem Doctorem acclamarūt, & pompaticè in cœnobium Seraphicum deduxerunt, titulumque ſuæ ſubtilitatis, & cauſam illius hæc carmina atteſtantur.

Papa cōfirmauit Scoti titulum. Clemen. V.

Triumphus Coloniæ de aduerſarijs reportatur.

Concepta eſt Virgo, prima ſine labe Parentis
Hoc tuliſt hoc dicto, prælia dura dedit.
Inde genus meruit tantum ſibi Papa refundens
Doctor ſubtilis dicitur, inde dedit.

§. 4.
De ſanctitate, & miraculis Scoti.

NON ſolum micabat, vt verus doctrinæ, & ſapientiæ ſol inter ſydera ſplendidiſsimi firmamenti Eccleſiæ, diuinis, & humanis literis Scotus: ſed etiam vt diuinum ſanctitatis exēplar, inter Beatos & Sanctos omniū virtutum, & ſanctitatis exercitijs mirificè refulgebat. Perfectiſsimus namque Euāgelij cultor, euāgelicæ regulæ inclytus ſectator, curſum vitæ, terram Promiſsionis explorans, toto vitæ tēpore humilis, nudus, caſtus, abſtinens, miſericors, charus, pœnitēs, contēplator, modeſtus, vigilās, obediēs, pauper, mitis, pacificus, pius, deuotus progreditur. Ita vt eius memoria in benedictione ſēpiterna ſit: eo quod fuerit totus amabilis, dilectuſq; Deo & hominibus: regulam etenim, vt verus Seraphici Chriſti Signiferi Filius obſeruauit ad unguē. In humilitatis profundiſsimis fundamentis, radices iaciēs, omniumq; virtutum matri humilitati, ita obtemperabat, vt nihil ſibi ſaperet, quod humilitatis ſapidiſsimo ſale nō eſſet cōditum. Vili indutus tunica, nudiſque pedibus peditando incedens, hinc illinc, & inde ob cauſas Religionis, & immaculatæ Virginis honorē pauperrime peragrando, victui neceſſaria hoſtiatim, vt mendicus, & ſpretus pauper, pro eo, qui pro nobis, cū diues eſſet, ſe fecit pauperem in hoc mundo, humiliter mēdicabat. In omni genere modeſtiæ verſatiſsimus fuit, ita vt diſputando, defendēdo, & ſcribendo, nec minimum verbū, à materia diſputationis extraneū, alicui obnoxium, offenſiuum ve aliquādo protulerit; quinimo cor eius verbum bonū eructabat cōtinuo, prout modeſtiſsima verba ſcriptorū eius demonſtrant: ſumma etenim veneratione, & reuerētia Doctorum, quos confutat, opinantium, ſuppreſſo plerumque nomine, facit ſic dicens, *Sine præiudicio melioris ſententiæ dico.* Item alibi *de intentione Philoſophorū neſcio, ſed nolo eis imponere abſurdiora, quā ipſi dicūt, vel quàm ex dictis eorum neceſſariò ſequantur, & ex dictis eorum volo rationabiliorem intellectum accipere.* Et alia ſimilia verba, quæ

Verba modeſtiſsima Scoti.

paſsim in operibus ſuis, quæ auctoris chriſtianam modeſtiã, & religioſam humilitatem maximo altedũ acuit: ſed quid mirum? non enim Scotum inflauit ſciẽtia: ſi etenim (vt alij crediderũt) numen excelſum Scoto noſtro, & ſacræ paginæ, & ſanctæ Theologiæ occultiſsima myſteria, & abdita arcana diuinitus reuelauit, & eueclauit condenſa: non mirum, quod in tẽplo eius, Scoti libri omnes dicant gloriã, & in gloriã Dei cuncta eius ſcripta ſapientia ſuâ indutam modeſtiſsimis terminis protuliſſe. Obedientia in gradu heroico in Scoto reſulſit, alacritate namque, & promptitudine incredibili mãdata prælati exequebatur adunguẽ, ac ſi Deum in ipſo loquentem audiſſet. Quod teſtificatur illud rarũ obedientiæ exemplum inter ipſius elogia, & encomia adductum, videlicet, quod cum Pariſijs extra conuentũ cum ſocio ſcholas adiret; ibique à Generali Miniſtro obedientiales literas accepiſſet, quibus præcipiebat Scoto, vt cauſa tuendæ Cõceptionis immaculatiſsimæ Virginis Coloniã pergeret, monente eque ſocio, vt conuẽtũ rediret, & fratres ac Patres, Vniuerſitatem, Doctoreſque illius (vbi cathedrã Primariam regebat) ſalutaret, eiſque vale, diceret: reſpondit (obedientiæ & ſanctiſsimo viro digna ſententia) *Pater Generalis iubet me ire Coloniam, non redire conuentum ad ſalutandos fratres*, ſtatimque ab eo loco diſceſſit, & continuo eſt iter Coloniæ aggreſſus.

Admirabile obedientiæ exemplar.

In oratione pernoctans diuinis nectaribus fruebatur, ibique diuino cõſortio gaudens, in libro & verbo eructato à Patre magnalia ex dulciſsimo contemplationis ſtudio veluti Moyſes de caliginoſo monte deſcendens, eloquebatur, de quo Antonius Poſſeuinus, in apparatu ſuo hæc ait: *Haud mirum fuerit, ſi ingenium Doctoris ſubtilis modeſtia, & charitate præditum, altiſsimos ſenſus eruere potuerit, ad veritatem indagandam: nunquam enim ſuam ſententiam profert, in aliorum iniuriam, vel depreſsionem, quin quorum aut errores conuellit, aut opiniones diſſentit, adeò id modeſte, & plerumque ſuppreſſo nomine facit, vt Chriſtiano pectore hauſiſſe à Domino ſapientiam, certe integra mẽte cognoſci poſsit.* Quibus verbis ſapientiam à Deo in reuelationibus accepiſſe, ſimul cum charitate, & modeſtia, credendum eſſe piè, auctor ille affirmat. In cõtemplatione namq; præcipuũ eius ſtudium exercebatur, de qua dixerunt ſanctus Archiepiſcopus noſter Gonzaga, & Rodulfus, ab Hugone citati, cap. 3. in vita Scoti: *Quod immobilis ſedebat ſeriatis ſenſibus, mente alta contemplatione in diuina myſteria abſorta.* Magiſtrum ſcientiæ ſpeculatiuæ, & practicæ, intelligentiæ nempè, & dilectionis, ipſam Sapientiam à Patre luminum genitam habuiſſe creditur: quod teſtatur ille dulciſsimus caſus, quem refert Epiſcopus Portuenſis noſter Frater Marcus à Liſbona, & Paulinus Berti ſacratiſsimi Ordinis Diui Auguſtini in epiſt. ante Scoti opera, & plures alij ab Hugone relati his verbis: *Quod nocte quadam Natiuitatis Dominicæ, dum altiſsima Incarnationis myſteria contemplatur, dignatus eſt dulciſsimus Ieſus infantis forma ſuum ſeruum viſitare, eius brachijs inſidere, eumq; ſuauiſsimis, & repetitis amplexibus conſolari.* Quod miraculum tantis glorioſiſsimi Scoti, veluti Beatiſsimi Patris Antonij ſanctitatẽ cõfirmat. Eius extaticã vitã mirificè probant verba S. Bernardini, quæ infra in ſequenti paragrapho de Scoti obitu referuntur.

Antonius Poſſeuinus.

Archiepiſ. Gonzaga, & Rodulf. ab Hugone cit. ca. 3 in vita Scoti.

Marcus à Liſbona Epiſcop. Portuenſis.

Paul. Berti

Qui item miracula vltra miraculoſã vitam Scoti, quæ tempore vitæ, & poſt obitum eius, & nunc hac noſtra ætate quotidie experiuntur, videre deſiderat, legat Hugonem Cabellũ in vita Scoti, reuerendiſsimum Gõzaga, Rodulfum, & alios veteres, & recentiores Hyſtoriographos, & præſertim Epiſcopũ Portuenſem citatum, ſecunda parte Chronicarũ lib. 7. cap. 3. vbi de Scoti ſanctitate, & vita hæc profert: *Tunica vna vili, & repetiata indutus, ſine calceamentis Apoſtolorũ more incedebat, corpus ſuum ſic caſtigans, & in humilẽ ſeruitutẽ ſpiritus redigens, eundo à Gallijs in Britaniam, indeq; redeũdo, ſuæ ſanctæ profeſsionis non immemor, non in curribus, & in equis, ſed in nomine Domini pediſando iter cõficiebat, vbi non erat cœnobium, victus & hoſpitium, & tranſitus per oceanũ amor Dei humiliter emendicabat, in grãde meritum ſibi, & aliorũ ædificationẽ.* Quod idem Ioan. Mayor in 4. diſt. 38. q. 11. confirmat. Sed excellens virtutis elogium eſt illud, quod habetur in officio cõceptionis à Chriſti vicario ſanctiſsimo Papa Sixto 4. approbato, quod habetur apud Bernardinum

Epiſc. Portuenſis.

Mayor in 4. diſt. 38. quæſt 11.

num

Digitized by Google

num de Buſtos in ſuo Mariali, in cuius lectione quarta recitanda ſequentia ponontur verba: *Dominus vero noſter Ieſus Chriſtus ad protegendam matris dilectæ dignitatem, Scotum Ordinis Minorum doctorem eximium, ad ciuitatem illam protinus deſtinauit, quia aduerſariorum fundamentis, argumentiſq; omnibus inuincibili ſermone confutatis, ita Conceptionis Dominæ noſtræ innocentiam clareſcere comprobauit, quod omnes illi fratres (ſcilicet Doctores) ſubtilitatem eius plurimum admirati, obmuteſcentes diſputando defecere: quapropter opinio Minorum à Pariſienſi ſtudio illico approbatur.* Notate verba, & penſate myſteria, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum (ait Pontifex Summus Eccleſiæ) qui prædictum officium approbauit, miſiſſe Ioannem Scotum ad protegẽdam matris dilectæ dignitatem. Si ergo Scotom ad tam excelſum munus elegit, procol dubio Scotum, tanto munere dignum inuenit.

Bernardin. de Buſtos.

Magnum elogiũ Scoti ex aliud longe præclarior colligitur.

Paranimphum, vt nunciaret Mariæ opus Incarnationis, Archangelum Gabrielem inter omnia ſydera cæli impyrei elegit Dominus: Ioſephum ſanctiſsimum ſponſum eiuſdem Mariæ ad eius virginitatem cælãdam inter omnes ſanctos Iſraeliticæ Eccleſiæ prælegit: dilectiſsimom diſcipulum inter omnes Apoſtolos, & Principes primitiuæ Chriſti Eccleſiæ, ſibi elegit, vt ſolatium matris poſt eius mortem exiſteret, & Virginem matrem diſcipulo virgini commendauit in Cruce. Cui ergo dignitatem dilectiſsimæ Matris commendauit æterni Patris Filius in terra, niſi dilectiſsimo, pijſsimoque accerrimo propognatori ipſios Scoto? Si etenim ad alia tria munera tres virgines Dei filius diuinitus prælegit: profecto hoc quartum munus, quod vergebat in Virginis dignitatem, & filij honorem, & cæli gloriam, & vniuerſalis Chriſtianæ Eccleſiæ ſolatium, & omnium fidelium incrementum, non niſi inter perfectiſsimos Eccleſiæ Proceres, matris puriſsimam Conceptionem, & dignitatem matris Virginis, Scoto Virgini cõmẽdauit. Hæc namque eſt gloria Scoti, & totius noſtri ſacratiſsimi inſtituti, quod ſi Gabrielem Archangelum Paranimphum elegit, & Ioſeph beatiſsimũ deſtinauit ſponſum, & Ioannem dilectũ matris filium delegauit, alterum Ioannem, nempe Scotum, dignitatis maternæ protectorem vocauit: ſi quidem ad protegendam matris dignitatem protinus deſtinauit. Ex quatuor enim excellẽtioribus vniuerſi partibus, ad quatuor excellentiſsima munera, quatuor excellentiores miniſtros deſtinauit, ex cælo Paranimphũ, ex ſynagoga ſponſum, ex Eccleſia Profilium, & ex religionie Seraphica protectorem.

Nota hunc diſcurſum.

Beatum ergo dixerunt omnes populum, cui hæc ſũt, & Beatus populus, qui ſcit iubilationẽ. Creſcat igitur iubilatio populi Dei, nẽpe Franciſcanæ familiæ, ex qua D[n]s, inter cęteras, protectorẽ dignitatis maternæ elegit. Etſi populus beatus propter Scotũ debet merito celebrari, beatũ voce plena acclamemus Scotũ: beatiſsimũ enim virũ ſua elogia teddũt, beatum in pluribus Septentrionis prouincijs adorauerunt: beatum quoq; miraculis venerantur Principes, & nũc excellẽtiſsimus Princeps Salmonet in Italiæ partibus beatũ prædicat, & à ſanctiſsima ſede, Scoti miraculis motus, eius canonizationem implorat. Sed argumentum aliud ſanctitatis Scoti, cæteris lõge clarius, eſt pictura tabulæ: vbi effigies eius ſanctitatis titulo ſignabatur. Nam abhinc trecẽtis annis fuit cõſtructus chorus noſtri conuentus S. P. N. Franciſci Salmanticenſis, cuius vetuſtiſsimas ſedes ſeu ſedilia, admodũ coronæ ſurſum ornabant imagines omnium Sanctorũ, & Beatorum ordinis, qui illius ſæculi ætate in Eccleſia Dei, vita, aut miraculis corruſcarunt. Erantque in tabulis ſingulis cum ſobſcriptione nominis, Sancti, aut Beati depicti: inter eas autẽ in tabula propria effigies Scoti extabat, cũ titulo antiquis caracteribus ſic ſcripto, *Beatus Scotus*, quã imaginẽ ego frater Matthæus de Soſa Lector bis iubilatus, & eiuſdẽ Ordinis ſanctiſsimæ S. Iacobi Prouinciæ indignus Prouincialis Miniſter (qui hæc ſcribo) me ipſum oculis meis vidiſſe, titulũq; prædictũ in ea perquã ſæpe legiſſe, tũ in ipſo choro, quãdo cõſeruabatur in ſua vetoſtate primęua, tũ quoq; poſt chori translationem, & renouationem, in cella ſeu cubiculo ſapientiſsimi magiſtri mei P. F. Frãciſci de Herrera (qui etiam ſupra Scotũ ſcripſit) iuro in ſigno ſanctiſsimæ Crucis, & in verbo ſacerdotis teſtificor, Quãtæ autẽ auctoritatis

ſint ſcripturæ antiquæ probant textus in cap. *cum cauſa de probationibus*, & loquẽs *de ſcriptura in columna, vel lapide*, cap. ſane 24. quæſt. 2. vbi alia iura citat gloſſa in dicto cap. *cum cauſam verb. per libros antiquos*, & tradunt Iaſon, Decius, & DD. in l. 1. ff. *ſi certum petatur*. Si igitur tunc temporis Scotum veteres, vt Beatum venerabantur, ac illum inter Beatos & Sanctos, tituloque Beati ornatum collocarunt, cur inuidi tempeſtatis præſentis Scotum, alias beatũ, audacter diffamare, aut deteſtari non dubitant?

c. cũ cauſa.
cap. ſanct.
Iaſon.
Decius.
l. 1. ff. ſi certum petat.

§. 5.

De immaturo obitu Scoti.

ANNO à Virgineo partu milleſimo trecenteſsimo octauo menſe Nouembris die octaua, ætatis vero ſuæ 34. obijt inclytus Theologorũ Princeps Scotus, Coloniæ in conuentu fratrum Minorum, vbi in ſepulchro honerifico in medio chori corpus eius fœliciter requieſcit: ibique Scotus ſepultus, dormit beatus, dilectuſque Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt. De eius morte iniquè locuti funt Paulus Iobius, Habrahã Bzouius, & Ianſenius Iouem, qui canina rabie cõtra Scotum latrantes, duo nempe poſtremi priorem ſequentes, inficere famam ſanctitatis vitæ huius beatiſsimi Doctoris, mortem ipſius deſperatam fuiſſe vlulãrũt, & caninis vlulatibus alij ex appoplexia mortuum fuiſſe proteruiunt; eorum attamen ſerpentinas linguas, & dẽtes contriuit, & quaſi ora leonũ conclũſit his verbis Georgius Hebebattus cancellarius ordinum Vabariæ, in ſuo ſyllabo errorum Bzouij: *Nec refert quod Bzobius in Scoto inſectando, Iouium ante ſignanum habeat, &c. Historia fidem in eo maiorem deſideramus. Natus ad errandum, mordax, temerarius, audax.* En cenſura, & qualificatio Hyſtoriographorum mordacium: quæ ſufficit, vt hæc, & plura alia commentitia, quæ narrant, ſeu potius fingũt, nulla fide credantur. Credendũ eſt igitur Doctoribus ſanctis, qui veluti perfectiſsimi cæli, enarrant glorian Dei, & Sanctorum eius: inter quos Sanctus

Paul. Iou.
Habraham Bzouius.
Ianſenius Iouem.
Hebebattus.

Bernardinus, in cuius ore non eſt inuẽtum mendacium, tom. 4. ſerm. 1. de regno Dei num. 5. loquens de obitu Scoti affirmat mortuum fuiſſe in raptu & extaſi, quo (ſicut paſsim ſolebat) diuino conſortio fruebatur. Hæc namque ſunt verba Sancti Bernardini: *Oportet ſubleuare mẽtem à ſenſualibus ad inſenſualia, ſicut accidit Doctori ſubtili, qui ita fuit extractus de ſenſualibus ad inſenſualia, & ita fuit eleuatus, quod Fratres, qui ignorabant hunc ſolitum eius morem, credentes ipſum fore mortuum ſubterrauerunt eum viuum, & poſtea venientes eius diſcipuli, & ſcientes id ſibi ſæpius accidere, quid foret de eius modo interrogantes, reperierunt, eum viuum ſubterratum fuiſſe.* Hactenus Diuus Bernardinus, qui veritatem caſus enarrans, duo facit, & quidem ex contemplatione extatica, & nimia eleuatione mentis Scoti in Deum, eam quam per exemplum omnes ſuadet, ad ſubleuandam mentem, à ſenſualibus ad inſenſualia, hoc eſt, à carnalibus ad ſpiritualia: vt ceſſantibus potentijs ſenſualibus operari, mens veluti ſoluta cathenis ſenſuum, contemplando valeat ad altiſsima cæleſtia tranſuolare. Secũdum verò affirmat, Scotum in extaſi, & eleuatione raptus, ſic diu perſeueraſſe, vt diuturna oratio, & contemplatio raptus, fratribus viſa fuerit mors, qui ignorantes Scotum virum eſſe extaticum, & ſic diuturnas extaſes paſsim habere, illum, ac ſi reuera mortuus eſſet, charitate fraterna ſepilierũt. Neque ab ignorãtia caſus liberarẽtur, niſi diſcipuli Scoti aduenientes, ipſum viuum ſepultum fuiſſe affirmarẽt. Ex qua narratione fidelíſsima ſancti Patris Bernardini duo licet colligere, vel quòd Scotus in ipſa extaſi verè mortuus fuit, & verè mortuus ſepultus. Vel quòd verè, vt in caſu refertur, in extaſi viuus permanſit, & viuus fuit ſepultus. Primum ex caſus enarratione non implicat: quia diſcipuli aduenientes non potuerunt videre, an viuus ſepultus fuerit: ſi quidem illum è ſepulchro educentes non reperierunt viuum, aut ſemiuiuum, ſed ex ſolito more contemplationis exstaticæ, ibi potuerunt ſuadere, Scotum in extaſi viuum fuiſſe ſepultum; & id cæteris fratribus conuentus annuere. Si autem hoc eſſet, proculdubio glorioſus fuiſſet obitus Scoti: extitiſſet namque precioſum, &

S. Bernard.
Diſcurſus disiunctiuus de morte Scoti.

ſin-

ſingulare à Deo præparatum ſeruo dilecto ſuo genus mortis, quo in eleuationis, & contemplationis excelſæ præmiū, ſicuti Scotus ſenſus, & interiora terrena reliquerit, vt ad cælestia mens libera tranſuolaret, ſic Deus ipſe animam ſibi arriperet, & corp⁹ redderetur exanime; tunc etenim fœlix mors, potius quàm acerba egregio Scoti venerat celebranda. Quid enim glorioſius, quàm in vitio ne intimè per amoris affectū cum Deo, quam per effectum, ipſi in viſione beata, & fruitione vniri?

Vtroq; modo concluditur fuiſſe Scoti mortem fælicē.

Si attamen verè viuus in extaſi fuiſſe ſepultus, non derogat violentia mortis ſanctitati, & beatitudini morientis: non etenim potuit ignorantia ſepelientium nocere merito contemplationis extaticæ, quo iuſtus apud Deum, & Deo vnitus exercebatur: violentia namque non animæ, ſed corpori facta, non tollit animæ gloriam: nam ſancti martyres violenter martyrio cruciari in membris, maiori feruore ſpiritus, animam Deo amoris ardoribus vniebant, confracta corpora concutiebantur extenſe, animæ verò fruebantur intenſe. Si igitur Scoti anima Deo in raptu nimis vniebatur amore, quid officit, quod corpus quaſi exanime violenta ſubterratione torqueretur in humo? Profectò ſubterratio iſta nihil minuit ſanctitatem ſepulti.

Nec aliquid obſtāt exagerantiū murmura, hanc immaturam mortem ſubitaneam appellantium: mors enim ſubitanea, quam aborret Eccleſia, eſt mors improuiſa: obitus vero Scoti, in contemplatione & extaſi, improuiſus non fuit, ſi quidem prouidentia ſanctitatis vitæ præuenicte occaſum, & adorationis excelentiſſimæ culmen, Scotum ſubleuās illū in puncto maioris ſublimitatis præuenit. Nec rarum, aut nouum hoc genus mortis in Eccleſia eſt: nam vt referunt Ceſār Baronius tomo 10. ad annū 965. & Tritemius cum alijs ab eo relatis, hoc idem Beato Archiepiſcopo Colloníenſi Gero omni ſanctitate prædito viro contigiſſe conſtat: qui in conſecratione ſua accipiens oleum ſacrum, ſubito eleuatus eſt in raptu diuturniſſimo, in quo illi Apoſtolus Petrus, & D. Ambroſius apparuerūt, & iudicāte populo, ob raptus diuturnitatem, mortuum eſſe, eū

Ceſar Baronius.
Tritemius.

viuum ſepelierunt. Quinimo, alias atrociores Sanctorum mortes Hiſtoriographi referunt. Sanctus namque Simeon Stelytes radio deſcendente de cælo, ſubito mortuus eſt: Sanctus Belinus caninis dentibus repēte dilaniatus: Sanctus Agaton leonum morſibus dilaceratus. An ne ſancti prædicti, repentina morte præoccupati, refrigerio æternæ ſalutis priuantur? abſit. Legatur Holchot ſupra 4. Sap. vbi refert mortem ſubitam vnius ſancti, qui (Deo ſic ordināte) mordacium calumniam præueniens, ſedens ſuper libros, quibus ſtudebat, repente mortuus inuentus eſt; ſed habebat manum ſupra librūm apertum ſacræ Paginæ, & cum digito indice ſignabat illum verſum: *Iuſtus quacunque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Et reuera, prædictam calumniam radicitus abolet auctoritas celebris ſanctiſſimi Patris Auguſt. lib. 1. de ciuit. cap. 11. vbi loquens de iuſtorum morte, quorum animæ in manu Dei ſunt, & viſi ſunt oculis inſipientiū mori, & male mori, illi autē ſunt in pace, hæc profert verba, *Mala enim mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſerit.* Quibus omnibus cum vita Scoti ſanctiſſima, & Diui Bernardini, de immaturo obitu, teſtimonio, ſatis deducitur Scotum, vita, & morte Beatum fuiſſe, & omni veneratione, & commendatione dignum exiſtere. Quod magnopere confirmant, & atteſtantur encomia carminū, quæ in eius ſepulchro tunc poſitā, nunc ibi immortali memoria perſeuerant, inter quæ ſequentia extant.

Holchot.

D. Aug.

I.

Clauditur hic ribus, fons Eccleſiæ, vie. vitus
Doctor juſtitia, ſtudij, arca Sophia,
Dux fuit hic veri, clauſtri lux, & tuba veri.

II.

Feruebat ſtudio nullo virtute ſecundus:
Quod didicit, totum mox alios docuit.

---

§. 6.

De excellentia, cōmendatione & elogijs doctrinæ Scoti.

¶¶ 5 Diuinæ

DIVINÆ Sapientiæ flumina, quæ affluenter non tantum humanitus, ſed (vt pie creditur) parte m vel (vt ita dicam) maiori ex parte, diuinitus, in mentem Scoti noſtri influxere: adeò vberem Eccleſiæ campum, hominumque ingenia, ab eo effluentia irrigarunt, vt memoriam priſcorum celebriũ magiſtrorum pro tempore prorſus ſubmergerent. Nec mirum quod hoc priuilegio ab excelſo numine ſibi conceſſo Scotus gauiſus fuerit; tàm etenim ſolida iecerit fundamenta doctrinę, vt nuſquã in tantilla nota erroris, aut verbo aliquãtulum ſubiecto cenſuræ in tot libris, & operibus protulerit. Quod in maximã Scoticæ doctrinæ excellentiam vergit, quod nempe ab hinc trecentis, & viginti, & alijs pluribus annis adſint in Eccleſia Dei tot libri Scoti, & per varios temporis curſus congregata fuerint Concilia œcumenica generalia, nationalia, ac prouincialia, in quibus plurimum errores damnati, vel forſan relegatæ ſententiæ retractatæ fuerunt, aut tandem propoſitiones diſſonæ declaratæ, & per decreta Pontificũ nonnulla â libris grauiſsimorum auctorum deleta, ipſoſque expurgatos, vel notis, ſeu aduertentijs cancelatos: & quod hactenus, nec à decretis Pontificum, nec à Concilijs quomodolibet congregatis, vſquam fuerit liber aliquis Scoti, aut quæſtio, aut ſententia, aut propoſitio, aut aſſertio, aut concluſio, aut ratio, aut verbum, aut terminus, aut iota, aut appex, aut quodcunque aliud, damnatum, retractatum, relegatum, deletum, expurgatum, cenſuratum, notatum, declaratum, aut modo aliquo reprehenſum. Quæ maior excogitari poteſt altitudo doctrinæ Scoti? Mehercle doctrina eius, enixa catholicæ fidei firmiſsimis fundamentis, eſt catholiciſsima, & in omnibus, & per omnia fidei pediſequa, ſacræ vtriuſque teſtamenti ſcripturæ teſtimonijs ſummopere roborata, Sanctorum Patrum, & præſertim præclariſsimi Eccleſiæ ſolis Auguſtini validiſsimis auctoritatibus confirmata, ſcaturientis fontis ſubtilitatis amnibus irrigantibus fertilis, ſubtilis diſcurſibus, inexpugnabilibus reſponſis armata, gladijs argumentorum ſtrenua, ac tandem ſolidiſsimis fundamentorum mœnibus ſecura.

Encomium Scoti ſumma commẽdatione dignum.

Attendite, precor, elogia quibus veteres, & Recentiores non ſolum noſtrates, ſed vniuerſalis ſcolæ, quinimo, & Eccleſiæ Primates illuſtrauerunt Scotũ; & in primis ſint illa verba, quibus Antonius Poſſeuinus in ſuo Appatatu ſic loquitor. *In ſcripturis diuinis, ac in Philoſophia Ariſtotelis adeò præſtitit, vt in diſputationibus palmam cæteris præriperet: atque ob id Doctor ſubtilis fuerit appellatus. Hic primum Oxonij ſententias interpretatus, deinde in ſchola Pariſienſi primum locum adeptus, Academiam illam multum illuſtrauit, Theologiaſ. ſcholaſticã multis ſubtilitatibus auxit; in quibus multa, quæ non patebant, eruerit, factum eſt, vt qui eius doctrinam ſectantur, Scotiſtæ vocentur.* Idem poſſeuinus in laudem, & commendationem Doctrinæ Scoticæ ponderat ibidem ſequentibus verbis, ea quæ à nobis ſunt nuper notata, *Cuius Doctrinæ graue illud teſtimonium extat, quod eius libri abſque vllo erroris næuo vſque in hanc diẽ trecentos circiter annos, in Oecumenicis Concilijs inuiolati permãſerint.*

Antonius Poſſeuin.

Mauritius autem Portuenſis in fronte primi libri Sententiarum applicãs Scoto, & eius doctrinæ illud Iob cap. 39. ſic ait. *Eleuabitur vt aquila in arduis ponet nidum ſuum. Nullus ad naturæ diuinæ ſecreta reuelanda altius volauit, mentiſq. aciem firmius affixit, ibi poſuit nidum ſuum, id eſt quietem contemplationis, via ſcribendo, & patriæ perfruendo.*

Mauritius Portuenſis.

Paulus ſcriptor in prologo ſic loquitur. *Eius ſententiæ ita profundæ, ac fæcundæ, vt earum fæcunditas frequenter decem & viginti alias ſubtiles, veras, & vtiles propoſitiones virtualiter includat.* Inſigne teſtimonium eſt illud Matthæi Vveſlenſis, qui ſe inueniſſe teſtatur in Scoti libris ſexcenta loca, vbi errores varios confutando, velut Athlãtem Eccleſiæ fidem, ſtrenue ſubſtinuiſſe. Hæc namque ſunt verba illius. *Per ſexcentos ſuæ doctrinæ locos immobiliter inixus Eccleſiam muniuit.* Hæretici, illum Catholicorum, quos Papicolas vocant, *Herculem* Papicolarum ſuo tempore appellabant. Rodulphus lib. 3. teſtatur, quod extitit *veritatis præcipuus amator.* Guillelmus Vorillon, hæc de doctrina Scotica perfert. *Eius dicta communem tranſcendũt facultatem, inquiſitor maximus veritatis, redargutor falſitatis, veritatis legis ſumma, &c.* Iulius quoq; Eſcaliger exercit.

Paulus ſcriptor.

Matthæus Vveſlenſis

Rodulphus

Guillelmus Vorillon.

Iulius Eſcaliger.

cit. 1470. affirmat; *quod fuerit lima veritatis.* Sed longe præclarius eſt elogium Baptiſtæ Mantuani ad maximum Cæſar, videlicet, *quod ſi fas eſt homini Deum teneri, Scoto, Religio, Deum que debent.* Item citatus Guillelmus Vvorillon, inquiet *mirum, tot ſubtilia ſcribens, in errorem non eſt comprehenſus, vel aliquo.* Sabelicus lib. 7. cap. 4. hæc profert de Scoto, *prædicare audio nomen Scotum, quo nemo ſubtilius diuinas tractauit literas.* Cardanus lib. 16. dubius remanſit, quis duorum ſcholis vtilior fuerit, *an Ariſtoteles, an Scotus?* & quod maxime eſt, Hiſtoria vniuerſalis in ſexta ætate folio 321. hæc de Scoto inquit: *Ioannes Scotus Theologus ſubtiliſsimus, anno Domini 1300. claruit, vt alter Apolo floruit, & præ cæteris Theologis ſubtiliſsima opera edidit.* Tritemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, ſic Scoti doctrinam excellit: *Adeo profundus, vt ſcripta eius paucis ſint penetrabilia, & ob id quoque minus vſitata.* Poſſeuinus præeleg..tus inquit, *quod Palmam cæteris præripere.* Et Paulus Scriptor vltra quæ dixerat, ait, in eodem Prologo: *Inter quos ſalua pace omniũ, vnũ alijs præſtantiorẽ Ioannẽ Duns Scotũ intueor, qui omnia tã clare, tàm luculenter, tàm ſubtiliter enodauit, vt merito omnibus venerandus, & amplectendus.* Hæc Torboctius lib. 19. Hyſtoriarum ſic de eo aſſeritur. *Scotus tanta eruditionis Theologus, vt eius ingenio illud ſæculum cenſeri poſſe indignum.* Bartoluctos dixit, *quod fuit ſtella lucidiſſima Theologiæ.* Iacobus Philippus Bergomenſis in Supplemento chronic. ait. *Ioannes Duns, cognomento Scotus, Ordinis Minorum, Theologorum ſubtiliſsimus, per hoc tempus, vel vt alter Apolo floruit, & præ cæteris Theologis, ſubtiliſsima edidit, quantum valent eius commentarij, in diuinis codicibus, abſque noſtro teſtimonio, ipſi oſtendunt.* Volterranus in Antropologia inquit: *Per id tempus Scotus vniuerſitatem Pariſienſem magnopere illuſtrauit.* Compendium Rioche lib. 4. cap. 84. dicite *Ioannes Duns Scotus, Ordinis Minorum, vir omni ſcientia profundus, & peritus: vnde & Doctor ſubtilis nuncupatur.* Ioannes Pitſeus Decanus Liuerdini in Lothoringia, de rebus Anglicis pag. 391. ait: *Scotus, ingenio ad liberae plane facto, & admiraculum ſubtili atque acuto, vt non tàm hominẽ arte mentis ſtupendum, quàm inter Philoſophos, quendam dixeris Deum.* Et paucis interiectis verbis proſequitur. *Nihil tam occultum, & abſtruſum, quod perſpicax eius ingenium non penetrauerit, & è tenebris erueret, nihil denique tam nodoſum, quod ille, quaſi quidam Ædippus, non diſſolueris.*

Baptiſ. Mãtuanus. — *Sabellicus.* — *Cardanus.* — *Hiſtoria. Vniuerſa.* — *Tritemius* — *Poſſeuinus* — *Paul. Scriptor.* — *Torboctius.* — *Bartolucẽ.* — *Iacob. Philippus.* — *Volterran.* — *Rioche.* — *Ioann. Pitſeus.*

Elogia Thomiſtarum. Quod autem magis excellentiã Scoticæ doctrinam commendat, eſt teſtimonium plurium Thomiſtarum, tùm ex ſacratiſsima Patrum Dominicanorum familia, tùm quoque ex alijs Religionibus eandem ſcholam ſequentium. *Andr. Audec.* Nam Andreas Audec Carmelita in Epigrama, hæc fatur: *Altius at Scoto nemo, vel doctius vno docuit dogmata ſacra.* *Ægidius.* Sapientiſsimus Ægidius de præſentatione, Luſitanus, præclariſsimi Ordinis ſancti Auguſtini, & ſacræ Theologiæ apud Connimbricenſes Profeſſor primarius lib. 3. de Immaculata Conceptione quæſt. 6. art. 4. §. 3. in hæc verba prorrumpit: *Inter omnes in hoc laudandus eſt Ordo ſanctiſsimus Minorum, cuius omnes Theologi cũ ſuo duce doctiſsimo Scoto, hanc immunitatem, & Beatæ Virginis innocentiam, eo ſtudio, & vigilantia defendunt. Vt Iulius ſecũdus in gratificationem, huic ordini commendarit curam Ordinis Monialium, quem ſub titulo immaculatæ Conceptionis, ſub propria Regula inſtituerat, quod mihi argumento eſt, huius familiæ Theologos, non tàm ducis ſui amore, & ſchola Scoticæ contẽtione, quàm zelo honoris Beatæ Virginis, in hac veritatis defenſione, indefeſſo labore ſudare.* Ibi citatus Paulinus Verti eiuſdem Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, hoc magnum fatur elogium: *Si à ſcolis auferas peculiares Scoti opiniones, reliquum eſt, vt ipſe plane diſerendi vſus, & occaſio langueat.* Item adiecit, *Vniuerſitatem Collonienſem inſtituit & primus eius fundamenta iecit.* *Paulinus Verti.* Ex Patrum autem Dominicanorũ familia, doctiſsimus Hieronymus Ferrarienſis Inquiſitor cum de locis communibus Scoti à ſe recopilatis loqueretur, hæc ait: *Fecundi amenique horti, fælices arbores excelſarum contemplationum in agro Eccleſiæ, à Ioanne Scoto ſatæ ſunt.* *Hiero. Ferrarienſis.* Item Sixtus Senenſis, eiuſdem Ordinis Doctor grauiſsimus lib. 4. Bibliotecæ Sanctæ fol. 285. ſic ait: *Ioannes Dũzius, &c. vir admirãdæ eruditionis, ſubtilitate præditus, &c.* *Sixtus Senenſis.* Item Alfonſus Ciaconus eiuſdem Ordinis Prædicatorũ in vita Clementis V. hæc ait de Scoto, *Ioannes Scotus in diuinis ſcripturis, & Philoſophia peripatetica verſatiſsimus, ob ingenij acumen,* *Alfonſus Ciaconus.*

vitæ, & rerū abditarū accuratiſſimas interpretatiónes Doctor ſubtilis vocatus. Ac Magiſter Gracina Dominicanus in perſcriptioni bus catholicis lib. 1. pag. 168. dum geſta hæreticorum Angliæ enarraret, & ſubuerſionum Vniuerſitatum, librorumque catholicorum incendia ad notaret, quibus hæretici gladijs, armis & fuſtibus (vt ita loquar) furoris inſania cōtra ſcripturas Catholicas latrarent, & talia incēdia acclamatione plauſibili celebrarēt: refert applauſum puerorum circa librorum Scoti incendium, ac ſi præſertim gauderent de incendio librorum maximi catholici orbis, ac accerrimorum doctrinæ catholicæ propugnatorū, & eos qui acrius eorū pravitatem, & hæretica dogmata confundebant: quod in maximam Scoti, & noſtræ Religionis excellentiam cedit. Verba autem prædicti Magiſtri, hæc ſunt. *Eduardus Angliæ Rex, Henrici Octaui ſanguine, & errore hæres, Collegia, Vniuerſitateſque Theologicas euertit, & ſcholaſticos incuſans, eorumque libros vndiq; collectos, feretro impoſitos Rogo conſumpſit, clamantibus adoleſcentulis funus Scoti, & Scotiſtarum.* Gracina.

Accedit cenſura alterius Dominicani, glorioſiſsimi videlicet ſancti Antonini de Florentia 3. p. titulo 24. §. 2. cap. 8. vbi loquens de Scoto, inter alia enarrans hæc dicit: *Scripſit multa ſubtilia: vnde & Doctor ſubtilis eſt appellatus.* Hæc de teſtimonijs ſcholæ oppoſitæ. Si nāque de domeſticis noſtris elogia referremus, de his quæ de Scoti laudibus, eiuſque doctrinæ encomijs attollantur, prolixa nobis reſtarent teſtimonia adducenda. D. Anton.

Ex grauiſsima quoque ac Religioſiſsima Patrum Ieſuitarum familia non deſunt Scoto elogia. Nam Pater Ferdinandus de Salazar Complutenſis Vniuerſitatis Cathedraticus, in lib. de Cōceptione cap. 13. ſic loquitur. *Longe eſt alia ſubtiliſsimi Doctoris mens, qui quemadmodum omnibus Theologis immaculatæ Conceptionis propugnandæ auctor extitit: ita etiam nihil prætermiſit, quod in hac re ad maiorem Virginis gloriam facere poſſet.* Et infra cap. 42. hæc ait. *Ioannes Duns Scotus præcipuus, ac maximus puræ conceptionis vindex, qui tanquam huic doctrinæ, ſua auctoritate fidem comparauit, quantam nullus alius ante, vel poſt ipſum.* Elogia PP. Ieſuitarum. Salazar.

Pater quoque Ioannes de Pineda eiuſdem Societatis, in aduertētijs ad priuilegium Regis Aragoniæ D. Ioannis, de immaculata Conceptione, hæc de Scoto laudabili profert ſermone. *Ab anno 1300. quo floruit Ioannes Scotus, doctor ſubtilis, erga hoc myſterium deuotiſsimus, cuius acutiſsimo ingenio, mirabili ſpiritu Dei, & ſantiſsimæ Matris eius auxilio, patenti illo, & vſque hodie perſeueranti imaginis miraculo declarato, cœpit hæc ſancta opinio ſuum ſplendorē reſumere, & quaſi renaſci.* Et pater Ioannes Oxeda eiuſdem ſocietatis Ieſu, in informatione pro defenſione immaculatæ Conceptionis, folio 62. ait plura commendatione digna, quæ refert Hugo in cap. 5. vitæ Scoti, inter quæ hæc extant. *Mediū quo ſe Francia ad antiquam opinionem de immaculata Conceptione reduxit, fuit celebre illud decretum Vniuerſitatis Pariſienſis in fauorem eiuſdem Immaculatæ Conceptionis factum: cuius reſtitutionis, & decreti magna ex parte, cauſa fuit magnus Scotus, gloria ſacræ Religionis Seraphici Patris ſancti Franciſci.* Item ait: *Qui ex ſcholaſticis primus hanc ſententiam magis ex profeſſo docuit, & à quo magis propagari, & publicè propugnari cœpit, eſt Ioannes Scotus Doctor verè ſubtilis, & ex hoc capite, inter alia, laude digniſsimus.* Hactenus Doctores grauiſsimi huius ſanctæ Societatis, ex qua plures non paucas Scoti ſententias ſectantur, & mirifica eruditione clarificant. Inter quos veluti omnium Princeps, extat ſapientiſsimus, & omni commendatione digniſsimus Pater Franciſcus Suarez, ſui Ordinis iubar excellens, qui, vel eas ſequitur, vel modeſtiſsimo improbat, quas nō ſequitur. Pineda. Oxeda.

Non tamen prætermittenda ſunt ea, quæ Pontifices Eccleſiæ, Cardinales, itē in congregatione coniuncti dixerunt, & ſtatuerunt, & quid ſummi Eccleſiæ Pontifices decretis ſuis, vel ſtabilita obſeruari mandarunt: quæ maximè in laudem Scoti eiuſq; doctrinæ veniunt ponderanda. In primis Epiſcopus Senagallienſis in hiſtoria Seraphica lib. 3. folio 326. inquit, Scotum ſic in orbe vniuerſo celebrem fama ſapientiæ extitiſſe: *Quod concurrebant ex multis ciuitatibus multi, ad eum videndum, & audiendum.* Et ſubdit loquendo de ſecuritate eius doctrinæ: *Mirum quod, cum ipſe fuerit ſubtilis, & natura audax: in nullo, vel tantillo fuerit errore deprehenſus.* Ioannes Leſeus Epiſcopus Roſenſis lib. 7. ſuæ hiſtoriæ pag. 250. inquit: Elogia Pontificum. Epiſcopus Senagolienſis. Leſeus.

Digitized by Google

quit. *Ioannes Scotus tanta fuit ingenij acumine, indicij vi Doctrina cognitione: vt Theologiam illam reconditiorem, quam Scolaſticã vocant, multis ſublimitatibus exquiſitis feliciſsime auxerit, in quibus quod multa quæ in obſcuro poſita latebant, à tenebris acerrima ingenij perſpicientia eruerit. Qui eius viam, ac Doctrinã audiunt conſectantur, imo qui queſtionis alicuius intimã rationẽ ad viuũ reſecãt, ac ſubtilius perſcrutantur, Scotiſtæ ſumma tãti ingenij laude vocantur: quaſi nihil aut tam difficile ſit inter ſipium, aut tandenſa caligine inuolutum, quod Scoti ingenium non potuerit penitus inſpicere, ac clare aperire.*

Gerſon. Item Gerſon Cãcelarius Pariſienſis tomo 4. lect. 1. conſi. 5. de auctoritate Doctrinæ Scoti, & multitudine illam ſequentium ait: *Quorũ certe numerus longe maior eſt, & multitudine, & auctoritate.*

Antonius Cĩsarenus. Antonius Cæſarenus Patriarcha Venetiæ epiſt. ad Tarnis. Sic loquitur. *Scripta eius recõditiſsimos ſenſus habet*, & præclara aliam eius laudem proſequitur.

Grimaldus Item Cardinalis Grimaldus in epiſt. ad Antonium de Fantis hæc ait: *Scotus pro communi litterarum auctoritate ſcripſit.*

Sarnanus. Cardinalis Sarnanus inter plura elogia Scoti inquit, *quod reſpectu omnium Doctorum, extitit, ſicut Sol inter Aſtra.* Sed aliud maximum encomium Doctrinæ Scoti eſt alterius Cardinalis, quem (nomine tacito) refert Hugo Cabellus in apologia pro Ioãnne Scoto, cap. 9 vbi plura, & præclara habentur contra Bzouium pro doctrinæ Scoti excelentia, cuius verba nõ referuntur hic: quia longum eſt caput. Legatur apud Hugonem, qui etiam refert in vita Scoti ſub cap. 5. prope medium elogium maximum Doctrinæ Scoti, his verbis, *Hic addo decretum ſacræ Congregationis Cardinalium, quo mandatum eſt Magiſtro ſacri Palatij, qui ex ordine Prædicatorum aſſumitur, quæcumque Scoti eſſe conſtiterit, ſine vlteriori examine, libere prælo mandari ſinat.*

Clem. V. Præterea (quod maximum eſt) ipſe ſummus Pontifex Clemens V. dum Petri Nauiculam regeret (vt refert *Math. Ferquius.* Matthæus Ferquius in Apologia pro Scoto) ad confutandos errores, & hæreſes Veguinorum, aut Vegardorum, & Aldiuerti Galli, Balchi, & aliorum, quæ in partibus Germaniæ Eccleſiam inficiebant, Scotum conſtituit cenſorem, qualificatorem, correctorem, & talium errorem, & hæreſum damnatorẽ, ac pro veritate catholica, & fide tuenda ſupremum præſidem, & Eccleſiæ delegatum, & iudicem.

Item ſummus Eccleſiæ Pontifex Benedictus tertius anno Domini 1411. ad inſtantiã catholicorũ Regum Ferdinandi, & Eliſabethæ in Vniuerſitate alma Salmanticenſi duas cathedras Sancti Thomæ videlicet, & Scoti, tanquam duas columnas Herculeas quibus *non plus vltra* ſcientiæ ſacræ addi poteſt, fundauit. *Benedict. 3*

Quinimo & illuſtriſsimus Archiepiſcopus Cardinalis frater Franciſcus Ximenez, noſtri Ordinis decus, fundans Complutẽſem Vniuerſitatem, ſtatuit Cathedram Scoti Primariam perpetuo eſſe futuram. *Ximenez.*

Rex item Dominus Dionyſius Portugaliæ in ſua Vniuerſitate Conimbricenſi Cathedram Scoti inſtituit. *Dioniſius Rex.*

Vniuerſitas Pariſienſis Scotum tanquam ſui illuſtratorem agnoſcit, & veneratur, Scotique ſententias cæteris antecellit, & ſequitur ita, vt in pluribus erroribus quos determinauit contra plures grauiſsimos Doctores, aliquos connumerat (quorũ nomina ob reuerentiam ſibi debitã ommitto) qui ſunt opiniones oppoſitæ ſententijs Scoti. Videatur collectio eiuſmodi errorum Pariſienſium, apud Magiſtrum Sententiarum in fine, vel etiam apud Diuum Bonauenturam impreſſionis Venetijs anno 1562. in fine tertij lib. Sententiarum, & alibi vbi habetur ſeorſum. Item Collonienſis Vniuerſitas Scotum ſuum fundatorem, & iubar præclarum reueretur, & eiuſdẽ tribunal profitetur. Sicque elogia Scoti, & eius ſubtilis doctrinæ à Doctoribus grauiſsimis noſtræ, & alterius claſis, ac à pluribus alijs, nec non ab Epiſcopis, Cardinalibus, Regibus, ſereniſsimis, florentiſsimis Vniuerſitatibus orbis, ac eandem à ſummis Eccleſiæ Pontificibus ſunt magnopere commendata.

---

§. 7.

De ſcriptis Scoti.

PLVRA opera Doctoris ſubtilis, vltra ea, quæ nũc extant in Bibliotecis typis mandata, ferũt Chronicæ noſtri Ordinis, ſcripſiſſe Scotum, prout refert Cabellus in eius vita ca. 8. *Cabellus.*

vbi

vbi poſt enumerationem eorum, quæ nunc reperitur, ait: *Et varios tractatus, inter quos dubiũ nõ eſt ſcripſiſſe tractatum de immaculata Conceptione, pro qua tot cruẽta ſubſtinuit bella. Quæ enim habet in. 3. d. 3. quæſt. 1. de hac re, ſcripta erant antequam euocaretur in Galliam, ad quæſtionem illam pro matris Dei honore propugnandam. Cumque in Gallis tàm celebres, & ſolẽnes habuerit diſputationes pro Mariæ à peccato originis immunitate omnimoda, coram ſacra facultate Pariſienſi, & iuſſu Pontificis, ac præſentibus eius legatis, vt ſcribit Bernardinus de Buſto: certo certius videtur inter illos varios tractatus, aliquem extitiſſe de immaculata Cõceptione, &c.* Libri verò, quos ſcripſiſſe conſtat, & prælo fuiſſe mandatos ſequenti Catalogo indicantur.

Scripſit quatuor libros Sententiarũ ſupra Magiſtrum Oxinij, proptereaq; ſcriptũ Oxonięſe vocatur, & eſt doctrina præcipua Scoti, quam omnes Scotiſtæ ſequuntur.

Item ſcripſit alios quatuor libros ſententiarũ Pariſijs, quos Reportatas vocauit; non quod in his contradicat Prioribus: ſed quod in his addidit plura, & ſe ſe reportat, & remittit ad ea, quæ in Oxonienſibus dixerat.

Item ſcripſit librum Quodlibetorum.
Item librum Collationum.
Alium librum de primo Principio.
Scripſit librum Theorematum.
Librum de Cognitione Dei.
Libri vbi ſunt tetragramata quædam.
Librum ſermonum de Tempore.
Item alium ſermonum de Sanctis.
Scripſit commentaria ſuper quatuor Euangeliſtas.
Commentaria quoque ſuper epiſtolas Pauli.
Librum lecturæ ſuper Geneſim ad literam.
Librum Meteororum.
Librum de modis ſignificandi.
Librum quæſtionum ſuper vniuerſalia Porphirij.
Librum quæſtionum ſuper prædicamẽta Ariſtotelis.
Scripſit duos libros ſuper Perihermenias.
Etiã alios duos libros ſuper lib. Priorũ
Item alios duos libros ſuper librũ poſteriorum.
Item quæſtiones ſuper librum Elenchorum.
Quæſtiones ſuper libros de Anima.
Scripſit Methaphiſicam duodecim librorum.
Item expoſitionem Methapyſicæ duodecim librorum.
Collectiones concluſionum Methaphiſicæ lib. 12.
Super Cathegorias lib. 1.
Scripſit Phiſicam 8. lib.
Item librum de perfectione ſtatuum.
Item librum Commentariorum imperfectorum.

Hij omnes libri numerati exiſtunt, & habentur in varijs Bibliotecis, vpote in Collegio Mertonenſi Oxonienſi vbi habentur octo volumina operum eius: in Collegio Bellionenſi habentur quinque volumina: in Collegio Oxialenſi, & Lineolẽſi, & Cãtabrigiæ, in Collegio Sancti Petri, habentur multa volumina, teſte Ioanne Pitſeo de ſcriptoribus Angliæ; item in Collegio Caij habetur vetuſtiſsimum volumen Scoti in primum his verſibus ſubſcriptum. *Ioannes Pitſeo.*

Iſtud opus ſcripſit Scotus, dum corpore vixit.
Pariſijs dixit, & ob hoc ſua fama reuixit.
Nam ſibi ſubtilis nomen, ſubtilia donans.
Quem veſtis vilis, pes nudus, corda, coronãt.

§. 8.

De Scoti Diſcipulis.

SEXCENTOS Theologiæ Magiſtros Scoti diſcipulos, in quodã generali capitulo Seraphici ordinis in ſimul inuentos fuiſſe, teſtantur Chronographi, innumeroſque ſua ætate, & in poſterum hactenus habuiſſe nemo ignorat: ſi quidem ſola minoritana Religio (quæ omnes alias multitudine, & numero propagationis in omnibus mũdi partibus ſita exuperat) ſufficiebat Doctores, & Magiſtros omnibus Vniuerſitatibus præſtare. Quot Doctores Pariſijs ab Scoti ætate hactenus extitiſſe: quotque Colloniæ, Oxonij, Louaniæ, Bononiæ, & cæteris nobis ignotis in ſeptemtrionalibus partibus fundatis Vniuerſitatibus, nemo neſcit. Quod autem eſt mirum, & maxime commendãdum, eſt in hac præclatiſsima Salmanticenſi Vniuerſitate omnes Theologicas & Phi- *600. Magiſtri, & Doctores Scoti diſcipuli ſimul conuenerũt in vno Capitulo.* *In Vniuerſitate Salmanticenſi plures regebant cathedras fratres Minores Scoti diſcipuli.*

& Philoſophicas Cathedras, quinimo & Cathedram Decreti Gratiani, huius Regalis Conuentus S. P. N. Franciſci Salmantini Fratres noſtros Doctores, & Magiſtros multo tempore guuernaſſe. De quo legatur Antonius Ramirez de Mendoza, in relatione quadam facta Philippo Hiſpaniarum III. Regi. Quos Doctoratus, & Magiſterij gradus in reformatione Ordinis, humilitatis, & paupertatis Euangelicæ gratia, anteceſſores noſtri incredibili omnium ędificatione laudabiliter renunciarunt. Hic idem profecto non aliam niſi Scoti doctrinā in Cathedris, quas regebant, docuiſſe eſt certum. Inter veteres autem, & recentiores Scoti diſcipulos, qui eruditiſſimè ſcripſerunt ſequens Catalogus indicat.

Ioannes Vaſolis ſcripſit quatuor libros ſententiarum ſuper Scotum.

Guillelmus Ocam, Scoti diſcipulus, ſcripſit quatuor libros Sententiarum, & fundauit ſcholam Nominalium, cuius Princeps eſt, aliaque opera edidit.

Aluarus Pelagius inſignis Scotiſta etiam ſcripſit lib. Sententiarum.

Franciſcus de Maironis Doctor illuminatus ſcripſit quatuor libros Sentētiarum ſuper Scotum, & alia opera locupletiſsima.

Antonius Andreas ſcripſit quatuor libros Sententiarum, & alia opera in Philoſphia; & Methaphiſica.

Ioannes Canonicus ſcripſit libros Sententiarum ſupra Scotum.

Ioannes Landunus ſcripſit libros Sententiarum ſupra Scotum.

Adan Godam ſcripſit doctiſsimè ſupra Scotum.

Buridana ſcripſit ſupra Scotum.

Burleus ſcripſit ſupra Scotum.

Antonius Tubeta ſcripſit Methaphiſicam, & formalitates ſupra Scotum.

Bruleſer ſcripſit quatuor libros Sententiarum ſupra Scotum, & Diuum Bonauenturam.

Sirectus ſcripſit ſupra Formalitates Scoti.

Ioannes Vallonis ſcripſit ſupra formalitates Scoti.

Paulus Scriptor ſcripſit ſupra Primū Scoti.

Ioannes Virgerius ſcripſit Supra primum Scoti.

Frāciſcus Lichetus ſcripſit erudutiſsime Sētētiaria in quatuor libros, & Quodlibeta Scoti.

Gratianus Briſenſis ſcripſit quæſtiones in ſecundum Scoti.

Tataretus ſcripſit in quatuor libros Sententiarum, & Quodlibeta Scoti, & Dialecticam paruam, & Logicam magnam, & Philoſophiam locupletiſsimè.

Iacobinus Malcofoſius Bargius ſcripſit ſubtiliſsimè ſuper primum Scoti.

Hieronymus Gadius ſcripſit in quodlibeta Scoti.

Ioanes de Ripa vocatus Doctor difficilis, ſcripſit quatuor libros Sententiarum ſupra Scotum.

Petrus Aquilanus, ſeu Scotelus ſcripſit ſupra Scotū acutiſsime, & ideò Scotelus vocatus eſt.

Godeſredus de Fontibus, dictus Doctor venerādus, ſcripſit ſuper ſentētias, & quodlibeta Scoti.

Guillelmus Rubionis eruditiſsime ſcripſit ſuper quatuor libros Scoti.

Hugo de Caſtronouo, ſeu Caſtronouiēſis, Scoti accerrimus defenſor, ſcripſit ſupra Scotum.

Guillelmus Vvorilonius ſcripſit in quatuor libros Sententiarum Scoti.

Alfonſus à Caſtro Prouinciæ Sācti Iacobi, accerrimus Hæreticorū propugnator, ſcripſit libros, & tractatus varios cōtra Hæreſes, & de iuſta Hæreticorum punitione.

Andreas de Vega Prouinciæ Sācti Iacobi ſcripſit Doctiſsime de iuſtificatione ſupra, Concilium Tridentinum, vbi ſequitur doctrinam Scoti.

Mauritius de Portu poſtillauit totam Doctrinam Scoti, ſcripſitque Vniuerſalia eius ſubtiliſsime, & epithoma in eius formalitates, itē librum diſtinctionum, dictionarum ſcripturæ, compendium veritatum quatuor libros, carmine Leoosno & alia multa.

Iacobus Almainus ſcripſit in 3. & 4. Sententiarum Scoti.

Olex ſcripſit ſupra ſententias Scoti, & ſupra canonem, & alia mirabilia opera.

Piſsa ſcripſit pulchrè reſolutiones Scoti.

Gabriel Biel ſcripſit quatuor libros Sententiarum, & quodlibeta, & ſupra

cano.

canonem Miſſæ, qui etſi rariſsime Scotum deſerat, omnia tamen ex Scoto deſumpſit.

Aquila doctiſsime ſcripſit ſuper Scotum.

Antonius Defantis colegit omnes additiones ex manuſcriptis Scoti, eiuſqoe textui illas pulcherrime addidit, & plores alij veteres Scoti diſcipuli, quos nō memini, ſuper ipſum ſubtiliter ſcripſerunt. Ex recentioribus verò.

Illuſtriſsimus Pater Rada Prouinciæ Sāti Iacobi, Magiſter meus, & Archiepiſcopus Tranenſis, ſcripſit quatuor libros Controuerſiarum, inter Scotum, & Diuum Thomam.

Sapientiſsimus Magiſter meus P. F. Francicus de Herrera Prouinciæ Sancti Iacobi, ſcripſit tres acotiſsimos libros ſuper 1. & 2. Scoti, & alium librū Quadrageſimalē lingua vulgari ex Doctrina Scoti, & alium librum reſolutionū totius doctrinæ Scoti.

Reuerendus P. F. Ioannes de Ouando magiſter meus Prouinciæ Sācti Iacobi ſcripſit ſuper 3. Scoti, & alium librom de myſterijs fidei, & alium, quem Paſtoralem intitular, & alium de Dominicis per annum.

Paduanus de Graſsis ſcripſit Enchiridion ſupra quodlibeta Scoti.

Nicolaus de Niſa ſcripſit Summā tractatum, ſupra opera Scoti.

Franciſcus de Ouando, ſcripſit breuiloquia in quatuor libros ſententiarum, reſolutiſsime, & ſatis acute.

Ioſephus Angles Prouinciæ Sācti Iacobi, ſcripſit in quatuor libros Scoti lucidiſsimas flores Theologiæ.

Franciſcus Pitigianus Aretinus ſcripſit commentarios in Phiſicam Scoti, & eius 3. & 4. Sententiarum tres locupletiſsimos homos.

Philippus Faber ſcripſit quatuor libros ſupra ſententiarios Scoti.

Gregorius Ruiz ſcripſit ſuper 4. Scoti.

Ioannes de Colonia ſcripſit quæſtiones Mgaiſtrales ſuper Scotum.

Antonius de Cordoua ſcripſit quæſtiones varias.

Ioannes ab Incarnatione edidit bene ordinatom libri primi Scoti.

Hugo Cabellus Prouinciæ Sancti Iacobi, ſcripſit ſcholia quibus quatuor ſententiarios Scoti exornauit.

Ludouicus Rodriguez Prouinciæ Sācti Iacobi ſcripſit Commentarios ſupra Logicam Scoti.

Alij ſapientiſsimi Scoti diſcipuli ex ſacratiſsima Religione Seraphica ſcripſerunt ſupra ipſum; alij vero plures alios libros Theologiæ Myſticæ, Poſitiuæ, & Moralis locupletiſsimè, & eruditiſsimè ſcripſerunt. Præſertim ex hac Diui Iacobi Prouincia inter alios, ſunt quentes maioris nominis.

Pater Frater Didacus Stella ſcripſit ſupra Locam, & plures tractatus deuotiſsimos ad Theologicam miſticam pertinentes.

R. P. F. Philippus Diez, ſcripſit decē libros de ſermonibus ſupra omnia Euāgelia, quæ Eccleſia canit.

R. P. F. Manoel Rodericus quatuor tomos ſummæ moralis Theologiæ, itē tres tomos Quæſtionum Regularum, & Collegit omnes Bullas Pontificias Religionibus concernentes, & plura alia opuſcula, quibus lucem dedit ſcholis circa Theologiam moralem. Supra quē eius nepos F. Hieronymus Rodericus fecit compendium.

R. P. F. Ludobicus de Mirāda ſcripſit ordinis Iudicialis, erudotiſsimè duos tomos, itē Manuale Prælatorum in duos tomos diuiſum; item alios duos tomos ſpiritualium contionum: item tractatum de Conceptione immaculatæ Virginis, item de ſenſibus Sacræ Scripturæ, de Sphera, & innumeralia opuſcula, & non ceſat adhuc ſcribere, & prælo mandare lucidiſsima opera.

R. P. F. Hērricus de Villalobos magiſter meus, vtilliſsimam ſimul, & eruditā ſumam caſuum in duos tomos diſtributam, ac alium tomum, quem cōpendium vocat, ſcripſit.

Qui fuerunt magiſtri ſacræ theologiæ, & fere omnes emeriti & Doctrinæ Scoti ſectatores: iſti ergo, & innumeri alij tamquam Scoti diſcipuli, & ab eius fonte præclaro aquas ſapientiæ bibentes, in Eccleſia Dei quotidie ſalutiferæ ſtudij incrementa, & fructus ſaluberrimos propagarunt, & plures in dies magis, ac magis propagare non ceſant.

Digitized by Google

QVAESTIONES PROLOGALES.

TEXTVS SCOTI.

CVPIENTES ALIQVID pe penuria, ac tenuitate noſtra, cùm paupercula in gazophylatium Domini mittere, &c.

CIRCA Prologum huius primi libri ſententiarium quæruntur quinque. Primum, de neceſsitate huius doctrinæ; & ſpectat ad genus cauſæ efficientis: & eſt quæſtio: Vtrùm neceſſarium ſit homini pro ſtatu iſto aliquam doctrinam ſpecialem ſupernaturaliter inſpirari. Secundum ſpectat ad genus cauſæ formalis; & eſt quæſtio: Vtrùm cognitio ſupernaturalis neceſſaria viatori tradita ſit ſufficienter in Sacra Scriptura? Tertium ſpectat ad genus cauſæ materialis; & eſt quæſtio: Vtrùm Theologia ſit de Deo, tanquam de ſubiecto primo? Quartum, & quintum pertinent ad genus cauſæ finalis; & eſt quæſtio quarta: Vtrùm Theologia ſit practica? Quinta vero quæſtio: Vtrùm ex ordine ad praxim, vt ad finem, dicatur per ſe ſcientia practica?

QVÆSTIO PRIMA.

De neceſsitate Sacræ doctrinæ in vndecim Articulos diuiſa.

PRIMO quæritur. Vtrùm homini pro ſtatu iſto ſit neceſſarium doctrinam ſpecialē ſupernaturaliter inſpirari, ad quam, videlicet, nō poſsit attingere lumine naturali intellectus? Circa quod quæruntur vndecim.

¶ Primò. Vtrùm poſsit homo cognitione naturali omnes veritates intelligibiles cognoſcere?

¶ Secundò. Vtrùm natura humana vileſcat ex eo, quod non poſsit ex naturalibus attingere obiectū ſupernaturale?

¶ Tertiò. Vtrùm homo poſsit naturaliter cognoſcere Deum finem ſuum?

¶ Quartò. Vtrùm homo poſsit ratione naturali cognoſcere ea, quæ ſunt neceſſaria, & ſufficientia ad acquiſitionem finis vltimi?

¶ Quintò. Vtrùm homo naturaliter poſsit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas?

¶ Sextò. Vtrùm homini pro iſto ſtatu neceſſarium ſit aliquam doctrinam ſupernaturalem inſpirari?

¶ Septimò. Vtrùm ſupernaturalis doctrina ſit homini ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem?

¶ Octauò. Vtrùm doctrina reuelata ſit ſupernaturalis intellectui comparata ad ipſius intellectus inclinationem?

¶ Nonò. Vtrùm de his, quæ ſunt cognoſcibilia in Theologia, ſit poſsibilis cognitio in alijs ſcientijs?

¶ Decimò. Vtrùm prima principia poſsint applicari ad concluſiones theologicas?

¶ Vndecimò. Vtrùm rationes, quibus probatur neceſsitas ſacræ doctrinæ, ſint demoſtrationes, aut perſuaſiones tantum?

ARTICVLVS I.

Vtrùm poſsit homo cognitione naturali omnes veritates intelligibiles cognoſcere?

AD PRIMVM ſic proceditur: videtur quod poſsit homo cognitione naturali omnes veritates intelligibiles cognoſcere: ad quod adducitur auctoritas, ſimiliter & ratio Phyloſophi ex diuerſis locis. Primò per illud, lib. 3. de anima, vbi dicit: quod intellectus agens eſt, quo eſt omnia facere, & intellectus poſsibilis eſt, quo eſt omnia fieri: ex hoc arguitur ſic. Actiuo naturali, & paſsiuo debite approximatis, & non impeditis neceſſario requiritur actio: quia non dependet eſſentialiter niſi ab eis, tanquam à cauſis prioribus: ſed actiuum reſpectu omnium intelligibilium eſt intellectus agens, & paſsiuum eſt intellectus poſsibilis: & hæc ſunt naturaliter in anima, & non ſunt impedita; ergò virtute naturali iſtorum poteſt conſequi actus intelligendi reſpectu cuiuſcumq; intelligibilis. A.

Text. com. 18. & 9. Meth. tex. com. 10.

B. Confirmatur ratio, nam omni potentię paſsiuæ naturali coreſpondet aliquod actiuum naturale, alioquin videretur potentia paſsiua eſſe fruſtra in natura ſi per nihil in natura poſſet reduci ad actum: ſed intellectus poſſibilis eſt potentia paſsiua, & naturalis, reſpectu quorumcumque intelligibilium: ergò correſpondet ſibi aliqua potentia actiua naturalis: ſequitur ergò propoſitum. Minor patet, quia intellectus poſsibilis naturaliter appetit cognitionem cuiuſcunque cognoſcibilis; & perficitur per quancunque cognitionem: ergò eſt naturaliter receptiuus cuiuſcumque intellectionis.

1. De cœlo & mundo cõtra Plat. & 3. de an. tex. cõ. 18.

C. Secundò præterea. 6. Meth. diuiditur ſcientia ſpeculatiua in Methaphyſicam, & Phyſicam, ſiuè naturalem, & Mathematicam: & ex probatione huius ibidem, non videtur poſsibile plures habitus eſſe ſpeculatiuos: quia in iſtis conſideratur de toto ente, & in ſe, & quoad omnes partes eius: ſicut autem non poſſet eſſe aliqua alia ſcientia ſpeculatiua ab iſtis, ſic nec practica aliqua alia à practicis acquiſitis actiuis, & factiuis: ergò ſcientiæ practicæ acquiſitæ ſufficiunt ad perficiendum intellectum practicum, & ſpeculatiuæ acquiſitæ ſufficiunt ad perficiendum intellectum ſpeculatiuum.

Text. com. 2.

D. Tertiò præterea: quia potens naturaliter intelligere principium poteſt naturaliter cognoſcere, & intelligere concluſiones incluſas in principio: ſed naturaliter intelligimus principia prima, in quibus virtualiter includuntur omnes concluſiones ſcibiles: ergo naturaliter poſſumus ſcire omnes concluſiones iſtas ſcibiles. Maiorem probò: quia ſcientia concluſionum non dependet, niſi ex intellectu principij, & ex deductione concluſionum ex principijs, ſicut patet ex diffinitione ſcire primò poſteriorum: ſed deductio eſt ex ſe manifeſta, ſicut patet ex diffinitione ſyllogiſmi perfecti primo priorum: quia nullius eſt indigens, vt appareat euidenter neceſſarius: ergò ſi principia intelliguntur, & deductio manifeſta eſt ex ſe: habentur omnia, quæ ſunt neceſſaria ad ſcientiã cõcluſionis. Probatur prima pars minoris: quia termini primorum principiorum ſunt communiſsima: ergò iſtos poſſumus naturaliter intelligere: quia ex primo Phyſicorum communiſsima à nobis primò intelliguntur: principia autem cognoſcimus; in quantum terminos cognoſcimus, vt conſtat ex primo poſteriorum: ergo principia prima poſſumus naturaliter cognoſcere. Secunda pars minoris probatur: quia termini primorũ principiorum ſunt commu-

Text. com. 5.

Text. com. 1.

Text. com. 2. & 4.

Text. com. 6.

communiſsimi: ergo quando diſtribuuntur, diſtribuuntur pro omnibus conceptibus inferioribus: accipiuntur autem tales termini vniuerſaliter in primis principijs; & ita extendunt ſe ad omnes conceptus particulares: & per conſequens ad extrema omnium ſpecialium concluſionum, quare, &c.

E. SED contra eſt, quod Auguſtin. 11. de ciuitat. Dei, capit. 3. ait, quæ remota ſunt à ſenſibus noſtris, quoniam teſtimonio noſtro ſcire non poſſumus, de his alios teſtes requirimus, ergo, &c.

F. Reſpondeo dicendum: quod in iſta quæſtione videtur eſſe controuerſia inter Phyloſophos, & Theologos. Tenent enim phyloſophi perfectionem naturæ, & negant perfectionem ſupernaturalem: Theologi vero cognoſcunt defectum naturæ, & neceſsitatem gratiæ, & perfectionum ſupernaturaliũ. Diceret ergo Phyloſophus, quod nulla eſt cognitio ſupernaturalis homini neceſſaria pro iſto ſtatu: ſed quod omnem notitiam ſibi neceſſariam poſſet acquirere ex actione cauſarum naturalium. Contra iſtam tamen poſitionem phyloſophorum poteſt argui tripliciter. Primo, ex neceſsitate diſtinctæ cognitionis finis. Secundo, ex triplici cognitione neceſſaria omni agenti propter finem. Et tertio, poteſt argui principaliter ex nobilitate cognitionis ſubſtantiarum ſeparatarum: *Quæ rationes habentur infra in articulo quarto, quinto, & ſexto, vltra quas tres rationes, ſunt ſequentes duæ ad idem*. Quarto ergo principaliter arguitur ſic. Ordinatum ad aliquem finem, ad quem eſt ex ſe indiſpoſitum, neceſſe eſt paulatim promoueri ad diſpoſitionem reſpectu illius finis: ſed homo ordinatur ad finem ſupernaturalem, ad quem ex ſe eſt indiſpoſitus: ergò indiget paulatim diſponi ad habendum illum finem. Hoc autem fit per cognitionem aliquam ſupernaturalem: ergo, &c. Si inſtetur, quod agens perfectum poteſt ſtatim remouere imperfectionem, & ſtatim agere. Reſpondetur, quod etſi poſſet Deus de potentia abſoluta, tamen perfectius eſt communicare homini aliquam actiuitatem reſpectu ſuæ perfectionis conſequendæ, quàm non communicare: poteſt autem homo habere actiuitatem aliquam reſpectu ſuæ perfectionis finalis: ergò perfectius eſt: quod hoc ſibi communicetur: quod non poteſt fieri ſine aliqua cognitione imperfecta præcedente iſtam perfectam, ad quam ordinatur finaliter. Quinto arguitur ſic: omne agens vtens inſtrumento in agendo non poteſt

Ratio hæc eſt D. Tho. 1. p. q. 1. articu. 1.

Henric. in Summa, & Varro, li. 1. q. 2. teſt per illud inſtrumentum in aliquam actionem, quæ excedit naturam illius inſtrumenti; lumen autem intellectus eſt inſtrumentum, quo anima nunc vti tur in intelligendo naturaliter. Ergò non poteſt per illud lumen in aliquam actionem, quæ excedat illud lumen: ſed illud de ſe eſt limitatum ad cognitionem habitam per viam ſenſuum. Ergò anima non poteſt in aliquam actionem, quæ non poteſt haberi per viam ſenſus: ſed multorum aliorum cognitio eſt neceſſaria pro ſtatu iſto: ergo, &c.

G. Hæc ratio videtur concludere contra eum, qui fecit eam: ſecundum enim deductionem iſtam, lux increata non poterit vti intellectu agente, vt inſtrumento, ad cognitionem alicuius ſinceræ veritatis: quia talis ſecundum eum non, poteſt haberi via ſenſuum, ſine ſpeciali illuſtratione: & ita ſequitur, quod in cognitione veritatis ſinceræ, lumen intellectus agentis nullo modo habeat aliquam actioné: quod videtur incoueniens, quia iſta actio perfectior eſt omni in tellectione, & per conſequens illud, quod perfectius eſt in anima, in quãtum intellectiua, oportet concurrere ad iſtam actionem. Iſtæ duæ rationes non videntur plurimum efficaces. Prima enim eſſet efficax, ſi eſſet probatum, quod homo ordinatur finaliter ad cognitionem ſupernaturalem, cuius probatio pertinet ad Quæſtiones de Beatitudine: & ſi cum hoc oſtenderetur cognitionem naturalem non ſufficienter diſponere pro ſtatu iſto ad cognitionem ſupernaturalem conſequendam. Secunda petit duo, ſcilicet, aliquorum cognitionem eſſe neceſſariam, quæ non poſſunt cognoſci per viam ſenſuum, & quod lumen intellectus agentis eſt ad talia cognoſcibilia limitatum. Tres ergo primæ rationes *ſupra relatæ, & infra in tertio & quarto articulo ponendæ*, probabiliores aparent. Pro ſtatu *igitur* iſto ſecundum Phyloſophum, intellectus poſsibilis natus eſt moueri ad cognitionem ab intellectu agente, & phantaſmate. *Tertio de anima, tex tu. c. 30.* Igitur ſola illa cognitio naturalis eſt, quæ ab iſtis agentibus poteſt imprimi. Virtute autem iſtorum, poteſt haberi omnis cognitio incomplexa, quæ ſecundum legem communem habetur à viatore: ſicut patet in inſtantia *poſita infra articulo quinto*: de ſubſtantijs ſeparatis. Et ideò licet Deus poſsit per reuelationem ſpecialem cognitionem alicuius incomplexi cauſare, ſicut in raptu, non tamen talis cognitio ſupernaturalis eſt neceſſaria de communi lege: de complexis autem veritatibus ſecus eſt: quia ſicut oſtenditur per *1. Concluſ.*

per tres rationes primas contra primam opinionem adductas: 2. Concluſio. poſita tota actione intellectus agentis, & phantaſmatum, multæ complexiones manebunt ignotæ, & nobis neutræ, quarum cognitio eſt nobis neceſſaria.

H. Ad primum argumentum dico, quod cognitio dependet ab anima cognoſcente, & obiecto cognito. Quia ſecundum Auguſt. 9. de Trinitat. cap. vlti. à cognoſcente, & cognito paritur notitia. Licèt ergo anima habeat ſufficiens actiuum, & paſſiuum intra ſe: pro quanto actio reſpectu cognitionis conuenit animæ: non tamen habet intra ſe ſufficiens actiuum, pro quanto actio conuenit obiecto, quia ſic eſt vt tabula nuda, vt dicitur tertio de anima. Eſt igitur intellectus agens, quo eſt omnia facere. 3 De anima tex. cō. 14. Verum eſt, in quantum actio cōpetit animæ reſpectu cognitionis, & non, in quantum eſt obiectum actiuum.

I. Ad confirmationem rationis dico ad maiorem, quod natura quandoque accipitur pro principio intrinſeco motus, vel quietis, prout deſcribitur, ſecundo phyſicorum, quandoque pro principio actiuo naturaliter, 2 Phyſico. tex. cō. 6. prout natura diſtinguitur contra artem, ſiuè propoſitum propter oppoſitum modum principiandi. Primo modo non eſt vera maior, quia non correſpondet omni paſſiuo naturaliter principium actiuum quod ſic ſit natura: quia multa ſunt naturaliter receptiua alicuius perfectionis, cuius non habet principium intrinſecum actiuum. Secundo modo propoſitio maior eſt falſa in quibuſdam, quando, ſcilicet, natura propter ſui excellentiam ordinatur naturaliter ad recipiendam perfectionem ita eminentem quod non poſſit ſubeſſe cauſalitati agentis naturalis ſecundò modo dicti: & ita eſt in propoſito. Cum probatur maior dico. Quod potentia paſſiua nō eſt fruſtra in natura; quia, licèt per agens naturale non poſſit principaliter reduci ad actum, tamen poteſt per tale agens diſpoſitio ad ipſum induci, & poteſt per aliquod aliud agens in natura, ideſt in tota coordinatione entium, puta per agens ſupernaturale, completè reduci ad actum. Aliter tamen poſſet dici ad maiorem: quod ipſa eſt vera loquendo de potentia paſſiua naturali, vt paſſiua comparatur ad actiuam: non autem, vt paſſiua comparatur ad actum receptum. Differentia membrorum patet, ex reſolutione quæſtionis, *infra in ar.* 8. Minor vero eſt vera ſecundo modo, non primo. Poſſet autem tertio modo facilius dici ad minorem, negando, quod licet

abſolute

abſolute intellectus poſsibilis ſit naturaliter receptiuus talis intellectionis, non tamen pro ſtatu iſto. Cauſa huius dicetur inferius diſtinct. 3.

H. Ad ſecundum dicitur, quod diuerſa ratio ſcibilis diuerſitatem ſcientiarum inducit, eandem enim concluſionem demoſtrat Aſtrologus, & Naturalis. Puta, quod terra eſt retunda: *Hoc autem impugnabitur, infra artic. 9.* & ideò ad argumentum reſpondeo. Quod in illis ſcientijs ſpeculatiuis, etſi tractetur de omnibus ſpeculabilibus: non tamen, quantum ad omnia cognoſcibilia de eis, quia non quantum ad propria eorum cognoſcibilia, ſicut patebit infra in tertia ratione principali contra opinionem Phyloſophorum.

In hoc. 1. diſt. 5. q. 1. & 3.

Solutio erat D. Th.

Artic. 3.

I. Ad tertium: *Ponuntur tres ſolutiones, quæ quia infra in articul. 10. impugnantur, ideò reſpondeo.* Quod ſecunda pars minoris eſt falſa, hæc, ſcilicet, quod in primis principijs includuntur virtualiter omnes concluſiones ſcibiles. Ad probationem dico. Quód ſicut termini ſubiecti ſunt communes, ita & termini prædicati. Quãdo ergo termini ſubiecti ſic diſtributi accipiuntur pro omnibus, non accipiuntur, niſi reſpectu terminorum prædicatorum, qui ſunt communiſsimi, & per conſequens virtute talium principiorũ, non ſciuntur de inferioribus, niſi prędicata communiſsima: hoc patet per ea, quæ infra citato artic. docentur.

Expoſitio primi Articuli, quæſtionis primæ Prologalis.

CONTROVERSIAM celebrem inter Theologos, & Phyloſophos naturales exortam refert Doctor ſubtilis in Litteera textuali circa humanæ naturæ intellectualem virtutem. Iſti etenim naturæ perfectionẽ ita ſupra ſydera tollunt, vt nec ipſius Dei ſupernaturalia arcana vires naturales humanæ mentis exuperare exiſtimẽt; illi autem ipſius naturæ defectum agnoſcentes gratiæ neceſsitatem ad ſupernaturalia confitentur. Phyloſophorum igitur argumenta minime efficatia ſcholaſtico more in articuli exordió Doctor proponit, ac deinceps difficultatem enucleans triplici concluſione reſoluit; quærenti enim de naturali cognitione intellectus humani naturali ſolummodo lumine illuſtrati, quæ ſit? Et cuius ſit? Et deniq; cuius eſſe non valeat? Egregiè ſingulæ interrogationi ſingula concluſione ſatisfacit. Prima namque, quæ ſit naturalis cognitio, oſtendit dum inquit: *Pro ſtatu iſto intellectus poſsibilis natus eſt moueri ad cognitionem ab intellectu agente, & phantaſmate: & ſola illa cognitio naturalis eſt, quæ ab iſtis agentibus poteſt imprimi.* Secunda concluſio indicat, quæ obiecta poſsit intellectus naturaliter pro iſto ſtatu ſecundum legem communem diſtinctè intelligere: ait etenim: *Virtute iſtorum agentium poteſt haberi omnis cognitio incomplexa, quæ ſecundum legem communem habetur à viatore.* Tertia tãdẽ principale quæſitũ articuli dirimit oſtendens, nõ omnia intelligibilia poſſe intellectum naturaliter attingere, ac I.

propterea quā plurima nobis ad ſalutē neceſſaria viribus naturæ cognoſcere non valere, dum ait : *De complexit veritatibus ſecus eſt, quia poſita actione intellectus agentis, & phantaſmatum, multæ complexiones manebunt ignotæ, & nobis neutræ, quarum tamen cognitio eſt nobis neceſſaria*. Harum ergo concluſionum quælibet ſingularem difficultatem inuoluit, atque ideò ſingulam ſeorſum exponere ſaltim reſolutorie opus erit.

2. CIRCA primam breuiter ſupponendum eſt, propter improportionē ſenſibilium ad intellectum, neceſſarium eſſe ad intellectionem intellectus agentis, & phantaſmatis miniſte-

D. Auguſ. rium; quia vt docet D. Auguſt. 12. ſupra Geneſ. capit. 29. *Non putandum eſt corpus aliquid agere in ſpiritum, quaſi ſpiritus corpori faciendi materiæ vice ſubdatur, &c.* Et decimo de Trinitate, cap. 5. *Anima* (inquit) *conuoluit, & rapit imagines corporum*. Eſt in ſuper ſupponendum propter corporis ergaſtulum, nō poſſe intellectum ſua obiecta attingere, abſq; eo quod prius à ſenſibus cognoſcatur. Vnde eſt illud Phyloſophicum axioma : *Nihil intellectui ineſſe, quin antea in ſenſu præfuerit*. Ex quo prouenit, quod cognitio intellectus pro hoc ſtatu à cognitione ſenſuum, tanquam à cauſa ſeu conditione ſine qua non (vt inter alios, 4. libr. Meth. q.

Soncinas. 32. notauit Soncin.) dependet. Hæc igitur duo ad intellectionem pro hoc ſtatu (non ſolum naturæ lapſæ, verum & in ſtatu naturæ integræ, ac in ſtatu gratiæ, nec non & in omni naturæ ſtatu, dum modo tamen mens hominis intra carnis mortalis mænia reſideat) neceſſario requiruntur. Primum, ſcilicet, quod obiectum intelligendum prius ſenſibile ſit, vt percipiatur à ſenſu, & ſecundum quod tale obiectum aliâs ſenſibile, iam per ſpeciem intelligibilem proxime intelligibile fiat, vt proportionetur intellectui, quod probat Doctor in textu: *Quia anima non poteſt in aliquam actionem, quæ non poteſt haberi per viam ſenſus*. Primum igitur iſtorum habet obiectum ab accidētibus phyſicis, quibus afficitur, & ſine quibus nullatenus ſenſibile eſſet, vt compertum eſt: ſi enim Deus omnia talia accidentia à ſubſtantiali corpore ſepararet, quamuis tale corpus haberet partem extra partem, ſi tamen accidentibus expers eſſet, proculdubio à ſenſu prorſus inattingibile foret.

Secundùm vero effectiue cauſant intellectus agens, & phantaſma; quæ quidem duo agentia, non vt cumque mouent intellectum poſsibilem, ſed mouent cauſando, & gignendo in eo ſpeciem intelligibilem talis obiecti, vt docuit Doctor in Quodlib. quæſt. 15. Littera N. his verbis: *Virtute intellectus agentis de phantaſmate in phantaſia gignitur ſpecies intelligibilis in intellectu*. Quod idem docet infra in hoc primo diſt. 3. quæſt. 6. art. 2. & 3. & quæſt. 7. art. 3. ad cuius ſpeciei cauſationem intellectus agens vna cum phantaſmate actiue concurrit, vt Doctor tradit ibidem, & in hoc textu, dum ipſa vocat agentia, & eodem loco quodlibetali oſtendit ab ipſis agentibus ſpeciem intelligibilem gigni, intellectu poſsibili mere paſsiuè ſe habēte, dum inquit gigni ab ipſis agentibus in intellectu poſsibili. 3.

PORRÒ quod non ſolum intellectus agens, verum & quod etiam phantaſma ad talis ſpeciei productionem actiue concurrat, docet expreſſe Doctor in citata quæſtione quodlibetica Littera E. & ex D. Auguſtino, quod egregie exponit Lychetus, quæſt. 1. prologi, & hic textus confirmat dum intellectum agentem, & phantaſma duo agentia nuncupat: per hanc ergo ſpeciem ab iſtis agentibus productam redditur obiectum proxime intelligibile, & intellectui proportionatum. Cum igitur naturaliter omnis cognitio dicto modo à ſenſibilibus pendeat & ſenſibilia miniſterio intellectus agentis, & phantaſmatis intelligibilia reddantur, conſequenter illa eſt ſolūmodo cognitio naturalis, quæ per ſpeciem intelligibilem ab his agentibus in intellectu poſsibili impreſſam ſola eorum virtute haberi poteſt. Ex qua concluſione non licebit per oppoſitum inferre omnem non naturalem cognitionem (qualis eſt ſupernaturalis) 4. *Lychetus.*

Digitized by Google

ralis) abſque horum agentium miniſterio haberi poſſe; myſteria etenim gratiæ, & fidei, vt credantur, à nobis priusin ſenſibilibus contineri neceſſum fuit. Quia vt reſoluit Apoſtol. ad Rom. 10. *Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, quomodo enim* (vt antea dixerat) *credēt ſine prædicāte?* Hæc tamen gratiæ myſteria, tametſi nobis plerumque virtute ſenſuum, & intellectus agentis, ac phantaſmatis intelligibilia, & credibilia fiant: poterunt nihilominus ex peculiari priuilegio immediate in intellectū per reuelationem haberi; vt patet in raptu, & viſum eſt Actor. 10. in conuerſione Cornelij. Attamen ſecundùm legem communem arcana Dei à fidelibus ex ſenſibili auditu creduntur; quia tamen radicitus, & originaliter neceſſario ex reuelatione dependent, ideò vtrūq; requiritur, ſcilicet, & quod reuelata deſuper fuerint vniuerſali Eccleſiæ, & quod deinceps ipſius Eccleſiæ Magiſterio verbo ſenſibili prædicentur, & à nobis ſenſibilium, & intellectus agentis, & phantaſmatis ſupra poſito ordine addiſcantur. Ex quibus planè cōcluditur prima cōcluſio textualis, q; ſcilicet: *Illa ſola erit naturalis cognitio, quæ ſolo miniſterio, & virtute intellectus agentis, & phantaſmatis*, abſq; reuelationis cuiuſlibet dependentia, *haberi poteſt*, ſi etenim à reuelatione Eccleſiæ proponentis facta dependeat, iam non naturalis cognitio erit, ſed ſupernaturalis: quamuis medio naturali phantaſmatis, & intellectus agētis ex ipſa Eccleſia addiſcatur.

Ad Rom.

Actorum, 10.

5. CIRCA ſecundam concluſionem eſt nobis videndum, quid ſit notitia incomplexa? Et quidem de hoc varius eſt inter ipſos Scoti diſcipulos modus loquendi: nam Baſolis. 1. quæſtione prologali, §. *circa ſecundum*, prope finem, diſtinguit inter notitiam complexam, & notitiam complexi, & videtur innuere notitiam incomplexam eſſe ſcientificam, quam vocat ſimplicem, notitiam vero non ſcientificam eſſe complexam: & vtramque ait poſſe eſſe notitiam complexi, & incomplexi. Lychetus vero ibidem, §. *ad quæſtionem Doctoris reſpond.* accipit notitiam incomplexam pro diſtincta, ac ſi complexa ſit idem quod cōfuſa. Alij tandem aliter de notitia incomplexa & complexa loquuntur, quorū fundamenta, quia potius ad quæſtionem de nomine quam de re pertinere videntur, ſi quæ ſunt, ob vitandam prolixitatem, nec refero, nec impugno. Dico tamen reſolutorie notitiam accipere complexionem, ſeu incomplexionem ab obiecto complexo, aut incomplexo quod conſiderat; ex ſe enim quælibet notitia eſt vna ſimplex & incomplexa qualitas (non loquor hic de habitu totali ſcientifico, de hoc etenim infra in quæſtion. 1. huius prologi ſub artic. 1. difficult. 11. qualitatem cōpoſitam eſſe ex mēte Doctoris tueor) hoc patet ex contextu huius articuli, vbi Doctor indiſtincte loquitur de notitia incomplexa, & de obiectis incomplexis. Nam in hac ſecunda cōcluſione ait: *Poteſt haberi omnis notitia incomplexa*, in tertia vero inquit: *Multa complexiones manebunt ignota, &c.* Profecto ſi alia eſſet notitia complexa à notitia complexi, & alia notitia incomplexa à notitia incomplexi, conſequenter de notitia complexa loqueretur ad differentiam notitiæ incomplexæ de quo aliàs dixerat. Confirmatur præterea ex definitione termini complexi & incomplexi, quæ habetur à Dyalecticis, quod optimè exponit Guillelmus de Rubione acutiſſimus, & vetuſtiſſimus Scoti diſcipulus in prologo quæſtione. 6. §. *Hoc præmiſſo ponuntur hic duæ concluſiones*: notitia igitur incomplexa eſt cognitio termini incomplexi, qualis terminus ſimplex eſt, vt homo. Notitia vero complexa eſt, cognitio termini compoſiti, & complexi, quales ſunt propoſitiones, vt poſtè homo eſt animal rationale, in quo etiam ſenſu loquutus eſt D. Thom. 2. 2. quæſtion. 1. Artic. 2. Cayetanus ibidem, ac Durandus in 3. diſtinctione 24. His ergo præhabitis inueſtigandum eſt nobis, quænam ſit notitia incomplexa, quæ virtute intellectus agentis & phantaſmatis poſſit haberi, vt hanc naturalem eſſe afferamus?

Baſolis.

Lychetus.

Guillelm. Rubio.

D. Thom. Caietanus. Durand.

6. NON nulla etiam naturalia obiecta incomplexa in rerum natura exiſ

tere. quæ virtute intellectus agentis, & phantaſmatis naturaliter cognoſci nõ poſſunt, docuit Doctor expreſſe in textu, & infra in artic. 5. de ſubſtantijs ſeparatis conſtat, quæ quamuis naturalia entia, & ſingularia ſint: imò & ſimplicia (vt anima ſeparata) à nobis tamen virtute intellectus agentis, & phantaſmatis, nequeũt cognoſci, eo quod eorum notitia via ſenſuum haberi nõ poteſt. Idem docuit D. Thom. 1. part. quæſtio. 12. artic. 4. in corpore dicens: *Quædam vero ſunt, quorum naturæ ſunt perſe ſubſiſtentes, non in materia aliqua, quæ tamen non ſunt ſuũ eſſe, ſed ſunt eſſe habentes, & huiuſmodi ſunt ſubſtantiæ incorporeæ, quas Angelos dicimus.* Et hoc fere idem eſt de ſubſtantia ſecundum ſe, ac de materia prima, & de ſingulari ſub ratione propriæ ſingularitatis, quia virtute phantaſmatis habetur tã tummodo cognitio eorum, quæ eſſentialiter, aut virtualiter in ſenſibilibus, quorum habemus phantaſmata, includuntur: vt probat Lycheтus vbi ſupra, & ſapientiſsimus Magiſter meus Pater Herrera in 1. diſputati. 2. quæſt. 5. Quod verò ſubſtantia ſecundum ſe non moueat intellectum noſtrum, & phantaſmata, probat Doctor infra Diſtinction. 3. quæſ. 3. art. 2. & vltra, quod de ſubſtantia habeamus tantummodo conceptum, nõ ſecundum ſe, ſed quatenus continetur in aliquo ſenſibili, probat ibidem: & hoc idem de materia prima, & de ſingulari ſub ratione ſingularitatis, probat in ſua Metaphyſica, lib. 7. quæſtio. 15. Sequitur igitur, quod illa ſolũmodo incomplexa pro iſto ſtatu, in quo ſub carne viuimus, naturaliter cognoſcuntur ab intellectu, quæ virtute phantaſmatum, & intellectus agentis haberi poſſunt. Et hæc ſunt omnia ſenſibilia in ſe ipſis, & omnia quæ eſſentialiter, vel virtualiter continentur in illis: quod idem concludit, D. Tho. vbi ſupra, dicens: *Ea igitur, quæ non habent eſſe, niſi in materia indiuiduali, cognoſcere, eſt nobis naturale?*

6. Tandem circa tertiam concluſionẽ textualem clare patet ex dictis, quod veritates complexæ ſunt propoſitiones, vt potè homo eſt animal rationale. Vel homo eſt albus, &c. Iſtarum autem quædam ſunt, quorum termini ſunt nobis naturaliter noti, eo quod quilibet ſeorſum ſumptus eſt nobis per ſimplicem cognitionem ſic notus, & ſimiliter complexio eorum poteſt fieri nobis nota virtute phantaſmatis, & intellectus agentis, vt cõſtat in iſta complexione. Homo eſt albus. Aliæ verò ſunt, quorum termini partim ſunt nobis naturaliter noti, partim vero ignoti, complexio tamẽ eſt nobis omninò naturaliter ignota: vt in iſto complexo, Deus eſt trinus, & vnus; cuius complexionis primũ terminũ ignoramus, quia licet a creatura mundi, Deum eius authorem agnoſcamus, hæc non eſt notitia diſtincta, de qua procedimus, ſed nimis confuſa; quinimò (etiã ſuppoſita fide) nõ habemus de Deo notitiam complexã diſtinctam, ſed tantum cognoſcimus per fidei reuelationem, quod eſt aliquod ens ſupereminens beatificatiuũ, & quod quidem ens Deum nominamus. Cæteros autem terminos, vt potè trinum, & vnum naturaliter cognoſcimus. At qui complexionem talium terminorum, id eſt, copulam, ratione cuius, hæc prædicata Deo conueniunt, nõ poteſt intellectus noſter cognoſcere, poſito quocumque intellectus agentis, & phantaſmatum miniſterio; ſed diuina reuelatio eſt ad hoc ſimpliciter neceſſaria. Diuus Thomas, & Cayetanus locis citatis tenent complexionem iſtarum rerum ſupernaturalium, quæ creduntur, eſſe quoad nos, & ex parte noſtri modi intelligendi, nõn tamen in ſe, quia complexæ tantum ſunt nobis per modum veritatis enunciabilis, licet in ſe ipſis incomplexæ ſint. Sed re vera iſta complexio terminorum (non loquor de vnitate, ſed de trinitate) non ſolum quoad modum enunciandi, ſed ipſis ſupernaturalibus ſignificatis a parte rei conuenit. Quia ad hanc complexionem non officit ſolum terminorum inter ſe realis identitas: dummodo formalis diſtinctio ex natura rei reperiatur in ipſis. Quæ quidem in pluribus propoſitionibus de Deo enunciatis proculdubio reperitur: vt infra

in

infra in quæſtione de diſtinctione attributorum ab eſſentia ſub difficultate. 67. dicitur. Ex prænotatis ergo, tertia concluſio textus facile intelligitur, quod ſcilicet *de complexis veritatibus ſecus eſt*, quia poſita tota actione intellectus agentis, & phantaſmatum, multæ complexiones quarum termini ſunt nobis naturaliter noti, naturaliter cognoſcuntur: vt patet de naturalibus in ſenſibilibus eſſentialiter, vel virtualiter incluſis: vt homo eſt albus: multæ vero complexiones quarum complexio & termini, non ſunt nobis naturaliter noti, quales ſunt omnes ſupernaturales veritates: *Manebunt igitur & nobis neutræ, quarum cognitio eſt nobis neceſſaria*. Argumenta tandem phyloſophorum ſubtiliter ſoluit Doctor in textu, cuius Littera in reliquis eſt ſatis clara & perſpicua.

ARTICVLVS II.

Vtrum natura humana vileſcat ex eo, quod non poſſit ex naturalibus attingere obiectū ſupernaturale?

A AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod natura humana vileſcat ex eo, quod non poſſit ex naturalibus attingere obiectum ſupernaturale.

Ratio eſt, quia vilificat naturam, (nempè quod ipſa non poſſit cō ſequi perfectionem ſuam ex naturalibus) cum natura minus deficiat in nobilioribus ex lib. 2. de cœl. & mundo. *c.8. tex. cō. 50. & 59.*

B. SED contra eſt quod in hoc magis dignificatur natura vt *infra patebit*.

Reſpondeo dicendum. Quod ſi fęlicitas noſtra conſiſteret in ſpeculatione illa ſuprema ad quā lem poſſumus nunc naturaliter attingere, non diceret Phyloſophus naturam deficere in neceſſarijs. Nunc autem concedo illā poſſe naturaliter haberi, & vltra hoc dico, aliam eminentiorem poſſe naturaliter recipi: ergò in hoc magis dignificatur natura, quam ſi ſuprema ſibi poſſibilis poneretur ſolum eſſe illa naturalis. Nec etiā eſt mirum, quod ad maiorem perfectionem ſit capacitas paſſiua in aliqua natura, quam eius cauſalitas actiua ſe extendat. C. *Concluſio.*

D. Ad argumentum de 2. cœl. & mundi dico: quod nō eſt ad propoſitum: quia Phyloſophus loquitur ibi de organis correſpondentibus potentiæ motiuæ, ſi in eſſet ſtellis, quòd natura dediſſet eis organa. Et concedo vniuerſaliter: quod cui datur potentia, quæ nata eſt eſſe organica, ei datur à natura organum, in non orbatis dico: ſed in propoſito dico: quod data eſt potentia: ſed non organica: non tamen ſunt naturaliter data omnia alia preter potentiam concurrentia ad actum.

E. A phyloſopho igitur haberi poteſt, quòd naturaliter ordinabile ad aliquem actum, vel obiectum naturaliter haber potentiam ad illud, & organum, ſi potentia eſt organi-

organica, ſed non ſic eſt de poſterioribus requiſitis ad actum.

Expoſitio ſecundi Articuli quæſtionis primæ Prologalis.

Y. CONCLVSIO Clara eſt in textu, & debet intelligi non ſolum de conſequutione finis, verum etiam de cognitione ipſius: quamuis enim humana natura ſit naturaliter inclinata, ad finem ſupernaturalē, vt docet Doctor (de quo infra) non tamen poteſt naturaliter cōſequi ipſum finem, imò nec ipſum, aut quodcumque obiectum ſupernaturale, naturaliter in via cognoſcere: quia inclinatio & propenſio nullam actiuam cauſalitatem concludit: ſed tantum eſt tendentia perfectibilis ad ſuum perfectiuum, quæ ineſt potētiæ receptiuæ. Perfectibile enim, in quantum perfectibile, capacitatem receptiuam, & principium paſsiuum importat, in principio autem paſsiuo, (vt docet Doctor in 4. diſt. 49. quæſt. 11. litera E. & Litera G.) non datur ſupernaturalitas: ad attingendum vero finem ſupernaturalem, potentia ſupernaturalis requiritur: non ergo vileſcit natura, eo quod non poſsit attingere ſuum perfectiuum, quod ſupernaturale eſt: quinimò maioris excellētiæ eſt in ipſa natura, quod vltra omnem cauſalitatem actiuam, quam habet reſpectu ſuæ naturalis fœlicitatis, poſsit inſuper aliam fœlicitatem (nēpè claram Dei viſionem & fruitionē, in qua ſupernaturalis fælicitas, & vltimus finis ſupernaturalis conſiſtit) quatenus eſt principium paſsiuum eminentiorem recipere: & tunc Doctor concludit non eſſe mirum, quod ad maiorem perfectionem ſit capacitas paſsiua in natura, quam eiu cauſalitas ſe extendat actiua. Scotus.

(.?.)

ARTICVLVS III.

Vtrùm homo poſsit naturaliter cognoſcere Deum finem ſuum?

AD tertium ſic proceditur, videtur, quod homo poſsit naturaliter cognoſcere Deum finem ſuum: quia omnis natura cauſata eſſentialiter dependet a qualibet per ſe cauſa eius, & propter talem dependentiam ex cauſato cognito, poteſt demoſtratione, quia, quælibet eius per ſe cauſa cognoſci. Ergò cum natura hominis ſit homini naturaliter cognoſcibilis: quia non eſt potentiæ cognoſcitiuæ improportionabilis: ſequitur, quod ex iſta natura cognita, poſsit naturaliter cognoſci finis illius naturæ. A.

Confirmatur ratio, quia ſi ex natura inferiori cognita, cognoſcitur eius finis, non minus hoc eſt poſsibile in propoſito: quia nec minor dependentia eſt finiti in propoſito ad ſuum finem, quam in alijs. Ex hac etiam ratione videtur, quod falſa ſit iſta propoſitio: finis ſubſtantiæ non cognoſcitur, niſi ex actibus eius: quia ex cognitione naturæ in ſe poteſt finis eius cognoſci demoſtratione, quia; ſi autem dicatur, quod ratio concludit hominem naturaliter poſſe cognoſcere ſuū finem B.

finem naturale m:non autem ſupernaturalem. Contra, quia Auguſt. 1. de prædeſt. ſanctorum, capit. 4. Proinde (inquit) poſſe habere fidem, ſicut poſſe habere charitatē, naturæ eſt hominum; habere autem fidem, quem admodum habere charitatem, gratiæ eſt fidelium: ſi igitur natura hominis eſt naturaliter cognoſcibilis homini: naturaliter etiā erit cognoſcibilis iſta potētia, vt eſt talis naturæ, & per cōſequens ordinabilitas talis naturę ad finē, ad quem fides, & charitas diſponit.

C. Secundò prætereà: quia homo naturaliter appetit finem iſtum, quem dicis ſupernaturalē: igitur ad iſtum naturaliter ordinatur: ergò ex tali ordine poteſt concludi iſte finis ex cognitione naturæ ordinatæ ad ipſum.

D. Tertiò prætereà: quia naturaliter cognoſcibile eſt, primum obiectum intellectus eſſe ens, ſecundum Auicenam, & naturaliter eſt cognoſcibile in Deo perfectiſsime ſaluari rationem entis: finis autem cuiuſcumque potentiæ eſt optimum eorum, quæ continentur ſub eius ſubiecto primo: quia in illo ſolo eſt perfecta quietatio, & delectatio, ex 10. Ethic.: igitur naturaliter cognoſcibile eſt, hominem ordinari ſecūdum intellectum ad Deum, tanquam ad finem.

Auicen. 1. Meth. c. 5. & 4. Met. tex. com. 4

1. Ethic. capit. 4.

E. Confirmatur ratio: quia cui naturaliter eſt cognoſcibilis potentia aliqua, ſibi naturaliter eſt cognoſcibile, quid ſit eius obiectum primum, & vlterius poteſt cognoſcere, in quo ſaluatur ratio illius primi obiecti, & in quo perfectiſsime: tale autem eſt finis potentiæ: mens autem nota eſt ſibi ſecundum Auguſ. 14. de Trinit. cap. 4. vel 15. Igitur notum eſt ſibi, quid ſit eius primum obiectū, & nouit Deum non excedere rationem illius primi obiecti: quia tunc nullo modo eſſet ab ipſa mēte intelligibilis: ergo nouit Deū eſſe optimum, in quo ſaluatur ratio ſui primi obiecti, & ita nouit ipſum eſſe finem potentiæ.

D. Auguſ.

F. SED contra eſt illud Auguſtin. de ciuitat. lib. 18. cap. 41. vbi inquit: Phyloſophi neſcientes ad quem finem referenda iſta eſſent, inter falſa, quę locuti ſunt, verum videre potuerunt.

D. Auguſ.

G. Reſpondeo dicendum. Quod homo non poteſt ſcire ex naturalibus finem ſuum diſtinctè, quod probatur primo: quia phyloſophus ſequens naturalem rationem, aut ponit eſſe fœlicitatē perfectam in cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum acquiſita: ſicut videtur dicere 1. Ethico. & 10. Aut ſi nō determinate aſſerit iſtā ſupremā eſſe nobis poſſibilem; aliam tamen ratione naturali non concludit: ita quod ſoli rationi naturali innitendo, vel errabit circa finem in particulari,

Concluſio.

capit. 13. & 10.

ti, vel dubius remanebit. Vndè 1. Ethicor. cap. 13. dubitando ait: Siquidem igitur, & aliud aliquod Deorum eſt donum hominibus: rationabile & fœlicitatem Dei datum eſſe, & maximè humanorum quanto optimum. Secundò probatur eadem minor per rationem: quia nullius ſubſtantiæ finis proprius cognoſcitur à nobis, niſi ex actibus eius nobis manifeſtis, ex quibus oſtenditur, quod talis finis ſit conueniens tali naturæ: nullos autem actus experimur, nec cognoſcimus ineſſe naturæ noſtræ in ſtatu iſto, ex quibus cognoſcamus viſionem ſubſtantiarum ſeparatarum eſſe conuenientem nobis: ergo non poſſumus naturaliter cognoſcere diſtinctè, quod iſte finis conueniens ſit naturæ noſtræ. Hoc ſaltim certum eſt, quod quædam conditiones finis, propter quas eſt appetibilior, & feruentius inquirendus, non poſſunt determinatè concludi ratione naturali. Et ſi enim daretur, quod ratio naturalis ſufficeret ad probandum, quod viſio nuda, & fruitio Dei eſt finis hominis: tamen non concluderet, quod illa perpetuo conuenit homini perfecto in corpore, & anima: ſicut dicetur in 4. diſtinct. 43. & tamen perpetuitas huius boni eſt conditio reddens finem appetibiliorem, quàm ſi eſſet tranſitorium. Conſequi etiam hoc bonum in natura perfecta appetibilius eſt, quàm in anima ſeparata: ſicut patet per Auguſ. 12. ſuper Geneſim. Iſtas ergò, & ſimiles conditiones finis neceſſariũ eſt noſcere ad efficaciter inquirendum finem: & tamen ad eas cognoſcendum non ſufficit ratio naturalis: ergò requiritur doctrina ſupernaturaliter tradita.

H.

Ad primum argumentum dicendum, quòd licet procedat de fine, qui eſt cauſa finalis; non de fine attingendo per operationẽ, quorum finium diſtinctio dicetur infra. Poteſt tamen ad iſtud, & ad ſequens de Auguſt. & ad tertium de potentia, & primo obiecto, dici vnica reſponſione: quod omnia accipiunt noſtram naturam, vel potentiam intellectiuam eſſe à nobis cognoſcibilem naturaliter: quod falſum eſt ſub illa ratione propria, & ſpeciali, ſub qua ad talem finem ordinatur, & ſub qua capax eſt gratiæ conſumatæ, & ſub qua habet Deũ pro perfectiſſimo obiecto. Non enim cognoſcitur anima à nobis, nec natura noſtra pro iſto ſtatu, niſi ſub ratione aliqua generali abſtrahibili à ſenſibilibus, ſicut patebit infra diſtinct. 3. Et ſecundum talem rationem generalem non conuenit ſibi ordinari ad talem finem, nec poſſe capere gratiam, nec habere ſic Deum pro obiecto perfectiſſimo. Tunc ad formam augmenti, cum dicitur.

Quæſ. de ſubiecto, & q. de praxi & diſt. 1. q. 2. & in 4. diſt. 48. q. 2. & 49. q. 8. & in theorematibus.

In hoc 1. q. 1. & 3.

tur.

tur: quod ex ente ad finem poteſt cognoſci finis demõſtratione, quia, dico: quod non eſt verum, niſi cognito illo ente ad finem ſub illa propria ratione ſub qua habet finem illum, & tunc minor eſt falſa. & cum probatur per proportionalitatem, dico: quod licet mens ſit eadem ſibi; non tamen pro ſtatu iſto eſt proportionalis ſibi, tanquam obiectum, niſi ſecundum rationes generales, quæ poſſunt abſtrahi ab imaginabilibus.

I. Ad confirmationem dico. Quod nec aliarum ſubſtantiarum fines proprij cognoſcuntur, qui, ſcilicet, ſunt earum ſecũdum rationes proprias, niſi aliqui ſint actus manifeſti, ex quibus concludatur ordo earum ad talem finem. Et ex hoc patet ad illud, quod adducitur contra probationem minoris, *quæ eſt in corpore articuli*: quod iſta propoſitio non eſt falſa: non cognoſcitur à nobis finis proprius ſubſtantiæ, niſi per actus eius nobis manifeſtos: non enim accipitur propoſitio illa, quod non poſſit

O aliter cognoſci finis. Bene enim eſt verum, quod ſi ſubſtantia ſub propria ratione cognoſceretur, ex natura ſic cognita poſſet eius cauſa per ſe cognoſci demoſtratione quia: ſed non ſic cognoſcitur à nobis aliqua ſubſtantia, nunc: ideò nullũ finẽ poſſumus, nunc concludere proprium ſubſtantiæ, niſi per actum euidentem de illa ſubſtantia, vt nota in vniuerſali, & confuſe. In propoſitõ autem deficit vtraq; via: ſed probatio minoris tetigit vnam viã de ignorantia actus ſupponendo aliam de cognitione naturæ in ſe.

Ad ſecundum de Auguſt. dicò: quod illa potentia habendi charitatem (vt ipſa eſt diſpoſitio reſpectu Dei in ſe ſub propria ratione amandi) cõuenit naturæ hominis ſecũdum rationem ſpecialem, non communem ſibi, & ſenſibilibus: & ideò non eſt illa potentialitas naturaliter cognoſcibilis de homine, ſicut nec homo cognoſcitur ſub illa ratione, ſub qua eſt eius hæc potentia. Et ita reſpondeo ad illud, in quantum poteſt adduci contra cõcluſionẽ principalẽ, ſcilicet, oppoſitam minori primæ rationis. Sed in quantũ adducitur contra illam reſponſionem de fine naturali, & ſupernaturali, cõcedo, Deum eſſe finem naturalem hominis, licèt non naturaliter adipiſcendum, ſed ſuper naturaliter: & hoc probat ratio ſequens de deſiderio naturali, quam concedo. K.

Ad tertium negandum eſt illud, quod aſſumitur, ſcilicet, ꝙ naturaliter cognoſcimus ens eſſe primum obiectum intellectus noſtri, & hoc ſecundum totam indifferentiam entis ad ſenſibilia, & inſenſibilia. Et quod dicit Auicena L.

Comment. 4. Meth. c. 3.
Auicena, non concludit: quod ſit naturaliter notum: miſcuit enim ſectam ſuam, quæ fuit ſecta Mahometi, phyſicis, & quædam dixit, vt phyſica, & ratione probata: alia, vt conſona ſuæ ſectæ. Vnde ipſe expreſsè ponit, 5. Methaphyſicæ ſuæ animam ſeparatam cognoſcere ſubſtátiam materialem in ſe: & ideò ſub obiecto primo intellectus habet ponere ſubſtantiam immaterialem contineri; non ſic Ariſtoteles: ſed ſecundum ipſum videtur eſſe primum obiectum intellectus noſtri quidditas rei ſenſibilis, & hoc vel in ſe ſenſibilis, vel in ſuo inferiori, hoc eſt, quidditas abſtrahibilis à ſenſibilibus.

Aui. 9. Meth. c. 7. & ſupra.

M. Contra hanc ſolutionem arguitur ſic: quia ſi quidditas rei materialis ſit obiectum adæquatum intellectus, tunc intellectus non poterit intelligere aliquid de ſubſtátijs ſeparatis: quia obiectum adæquatum, vel formaliter, vel virtualiter, continet omne illud, in quod potentia poteſt ferri: ſed quidditas materialis, nec formaliter, nec virtualiter continet ſubſtantias ſeparatas: ergò, &c. Item contra eandem reſponſionem. Si ideò non cognoſcitur, quid ſit obiectum primum intellectus: quia non cognoſcitur intellectus ſub ratione propria, ſub qua reſpicit tale obiectum: ergo non poteſt cognoſc[illegible]e quocumque, quod ipſum ſit intelligibile. Reſpondeo ad primum: aſſumptum non eſſe verum: quia quinque communia ſenſibilia, ſcilicèt, numerus, figura, motus, magnitudo, & quies, ſentiuntur à viſu per ſe, & tamen neutro modo continentur ſub luce, vel colore. Sufficit enim aliqua conuenientià, vel concomitantia vnius ad alterum.

De hoc vide 2. de anima tex. cō. 63. & in ſequentib. vide in 4. diſt. 12. q. 3.

N. Ad ſecundum concedo, quod non habetur modo cognitio de anima, vel de aliqua eius potentia, ita diſtincta, quod ex ipſa poſſit cognoſci, quod aliquod obiectum tale ſibi correſpondeat: ſed ex ipſo actu, quem experimur concludimus potentiam, & naturam, cuius iſte actus eſt illud reſpicere pro obiecto, quod percipimus attingi per actū: ita quod obiectum potentiæ non concluditur ex cognitione potentiæ, ſed ex cognitione actus, quem experimur. Sed de obiecto ſupernaturali neutram cognitionem poſſumus habere: ideò ibi deficit vtraque via cognoſcendi finem proprium illius naturæ.

O. Ad confirmationem, & ad illud, quod additur de Auguſtino in confirmatione quartæ rationis, reſpondeo, & dicò: quod dictum Auguſtini debet intelligi de actu primo ſufficiente ex ſe ad actum ſuum ſecundum: ſed tamen nunc impeditur, propter quod impedimentum actus ſecundus

Digitized by Google

cundus non elicitur à primo. De
hoc autẽ amplius dicetur infra.
In hoc. 1. diſt. 3. q. 3. & in 2. d. 2. q. 8. & in quodl. q. 14 Si vero obijciatur cõtra iſta. ho-
mo in ſtatu naturæ inſtitutæ po
tuit cognoſcere ſuam naturã. igi
tur finẽ naturæ ex deductione pri
mæ rationis: igitur iſta cognitio
non eſt ſupernaturalis. Reſpon-
deo, quod requireretur dici qua
lis fuerit cognitio hominis inſti
tuti: quod vſq; alias differatur. Sal
tim reſpectu viatoris pro ſtatu iſ
to eſt illa cognitio ſupernatura-
lis: quia facultatem eius naturalẽ
excedens: naturalem dico ſecun-
dum ſtatum naturæ lapſæ.

Expoſitio tertij artic. q. 1. Prologi.

De cognititione diſtincta
1. procedit huius articuli dif-
ficultas, vt patet ex littera
textus: confuſe namque, &
inadæquate per conceptus
communes, & imperfectos à creatu-
ris deſumptos Deum cognoſcimus,
Ad Rom. teſte Apoſtolo ad Rom. 1. *Inuiſibilia
Dei à creatura mundi per ea, quæ facta
ſunt intellecta conſpiciuntur.* Vnde natu
rales Phyloſophi per ipſarum crea-
turarum relationes in Dei cognitio-
nem venerũt. Quam ob rem Deũ eſſe
(ſublata etiã fidei cõfeſsione) ratio na
turalis demõſtrat, vt docet D. Th. 1. p.
D. Thom. q. 2. ar. 2. & 3. & quinq; vijs hoc idẽ de
mõſtrari oſtẽdit. Et q. 11. ar. 3. Deũ eſſe
vnum, ex tribus vijs demõſtratiue pro
Scotus. bari affirmat. Quod præclare Scotus
in hoc 1. diſt. 2. quæſt. 3. art. 2. ſeptem
vijs per demonſtrationes concludit.
Nihil tamen poteſt demonſtrari de
Deo quoad nos demõſtrationẽ *prop-*
Scot. *ter quid*, ſed demõſtratione, *quia*, vt ip
ſe Scotus diſt. 2. q. 1. art. 3. & Diuus
Thom. citata quæſt. 2. art. 2. oſtendũt.
Quæ quidẽ omnia infra ſuis locis pa
tebunt. Cum ergo Deus ſit cauſa effi
ciens, & finalis hominis, poteſt homo
confuſe ex cognitione creaturarum
naturaliter in cognitionẽ ipſius Dei
vt primi efficientis, & etiam vt ſui fi-
nis, venire: vt docet Scotus in hoc 1.
diſt. 2. q. 2. ar. 1. & 2. Licet tamen ex na
turalibus hæc, & forte alia, poſsit in-
tellectus humanus de Deo demõſtra
tione, *quia* cognoſcere, nõ tamen pro
pterea poteſt diſtincte cognoſcere
Deum, vt habetur in concl. articuli.

Sed tunc vrget argumẽtum ipſius 2.
articuli ſic: ex cauſato cognito po-
teſt demonſtratione, *quia*, quælibet e-
ius per ſe cauſa cognoſci: cum ergo
natura hominis ſit homini naturali-
ter cognoſcibilis, & huius naturæ cau
ſa finalis ſit Deus: ſequitur, ꝙ ex cog-
nitione naturæ poſsit eius finis cog-
noſci. Huic argumento reſpõdet Sco
tus, quod non eſt verum antecedens,
niſi cognito illo cauſato, quod eſt ad
finẽ ſub illa propria ratione, ſub qua
habẽt finem illum: & tunc falſum eſt,
quod homo poſsit pro iſto ſtatu natu
raliter cognoſcere naturã ſuam diſtin
cte: quia nõ eſt proportionabilis ſibi,
tanquã obiectum. Hæc Doctor reſpõ
det. Sed tunc vrgẽt amplius ratio con
tra Doctorẽ: ſi enim tota ſolutio ſtat
in hoc, quod homo non cognoſcit ſe
ipſum ſub propria ratione: tũc ſic: ip
ſe Doctor expreſſe vult in q. 14. Quod
libetali lit. N. quod anima ſeparata nõ
poſsit ex puris naturalibus cognoſce
re Deũ diſtincte ſub propria ratione
Deitatis: & tamen certũ eſt, quod ipſa
anima ſeparata perfectiſsime ſe ipſam
ſub propria ratione cognoſcit. Rur-
ſus in 2. diſt. 1. q. 9. lit. D. vult etiã ex-
preſſe, ꝙ Angelus ex puris naturalibus
non poſsit Deũ cognoſcere ſub pro-
pria ratione: & tamẽ ipſe in eadẽ diſt.
3. citata q. 8. lit. C. & alibi, concedit, &
probat: ꝙ Ang. poteſt ſe ipſum diſtin
ctiſsime cognoſcere: ergo ſolutio Do
ctoris ruit, & difficultatẽ nõ euacuat.

Reſpõdeo, quod & ſi homo cognoſ
ceret diſtincte ſuã naturã, ſicut anima 3.
ſeparata ſe ipſam cognoſcit, & ſimili
ter Angelus (ꝙ verũ nõ eſt) nõ propte
rea ſequitur, ꝙ poſsit Deũ diſtincte
cognoſcere. Quia ad cognitionẽ diſ-
tinctã cauſæ per cognitionẽ effectus,
non ſolũ requiritur, quod effectus en
titatiue, & quantũuis diſtincte cog
noſcatur; ſed vlterius neceſſariũ eſt
cognoſcere diſtincte depẽdẽtiã, qua
talis effectus depẽdet à cauſa. Et ſic de

hæret anima ſeu Angelus ex puris naturalibus cognoſcere depēdentiā ſuā ad Deū, vt ad cauſam efficientē, vel finalē; quā quidē depēdentiā anima ſeparata, aut Angelus nequit ex naturalibus cognoſcere. Et tota ratio ſtat in hoc: quod nulla relatio poteſt diſtinctè cognoſci, niſi præcognito termino illius: quod expreſſè docuit Doctor, & egregie ex ipſo notauit Lychetus in hac quæſt. 1. Prologi. Tum ſic, Deus ſub propria ratione non poteſt naturaliter cognoſci: ergo nec relatio terminata ad ipſum. Nec valet, ſi dicas, quod relatio creaturæ ad Deum identificatur realiter cum ipſa: ergo cognitā creatura diſtinctè, debet quoque diſtinctè cognoſci relatio ipſius ad Deum. Non inquam valet: quia ſufficit diſtinctio formalis relationis huiuſmodi à ſuo fundamento, ad hoc vt poſsit ſtare cognitio fundamenti abſque cognitione relationis. Nec tandem valet: ſi dicas, quod Angelus cognoſcit ſe intuitiue, & cognitio intuitiua ad rem exiſtentem terminatur: ſed quæ ſunt idem realiter, dicunt eandem exiſtentiam: ergò intuitiuè cognoſcit Angelus talem relationem. Ad hoc enim dico: quod intuitiua cognitio cuiuſlibet relationis, à fundamento, & termino æque dependet: cum relatio ſit entitas habens eſſe à fundamento & termino, vt aduertit pater Herrera in 1. diſpu. 8. quæſt. 1. Hæc quidem omnia in ſua ſolutione Docuit Doctor illis verbis. *Niſi cognito illo cauſato, quod eſt ad finem ſub illa propria ratione, ſub qua habet finem iſtum.* Quæ ratio propria nihil aliud eſt, quam relatio, qua reſpicit Deum finem ſuum. Ex quibus concluditur cum Doctore: quod homo non poteſt ſcire ex naturalibus finem ſuum diſtinctè.

Lychet.

Herrera.

4. Quibus ſuperaddo, quod etiā ſi videret diſtinctè anima ſeparata, ſeu Angelus, relationem iſtam, qua reſpicit Deum vt cauſam effectiuam, aut finalem ſui, non adhuc exinde poteſt colligi, poſſe ex puris naturalibus Deum diſtinctè cognoſcere: quia relatio, licet ſit ad terminū, & in conceptu ſuo formali ordinem ad terminum includat: non tamē in ſe includit ipſum terminū; nec aliquid termini ad eius formalem rationem pertinet, quia ipſum dicit in obliquo, non tamen in recto: proptereaq; poteſt quis patrē in creatis diſtinctè cognoſcere, quin eius filiū cognoſcat diſtinctè. Sat enim eſt cognoſcere diſtinctè patrem habere filiū, vt pater cognoſcatur diſtinctè: licet filius tantum in confuſo ſit cognitus: vnde tenuit Doctor in hoc 1. diſt. 1. q. 2. ar. 3. in corpore, non eſſe contradictionem, intellectum creatum beati poſſe videre vnam perſonam diuinā ſine alia: quod immerito limitauit Baſolis, vt intelligeretur de diuinis perſonis non correlatiuis: prout late infra ſub diſt. 1. q. 1. in diſtic. 31. de poſsibilitate viſionis eſſentiæ ſine perſonis, ſeu vnius perſonæ ſine alia, oſtendo. Hic ſe offerebat ex occaſione textus in ſolutione ad 2. arg. celebris illa difficultas. Vtrum Deus clare viſus ſit finis naturalis hominis. Sed illam conſulto diſtuli vſque ad 8. articulum, vbi late agitur de naturalitate, aut ſupernaturalitate finis, aut mediorum reſpectu potentiæ.

Baſolis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo poſsit ratione naturali cognoſcere ea, quæ ſunt neceſſaria, & ſufficientia ad acquiſitionem finis ſui?

AD quartum ſic proceditur. Dicitur, quod poſsit homo ratione naturali cognoſcere ea, quæ ſunt neceſſaria, & ſufficientia ad acquiſitionē finis ſui. Quia ſi per vnū extremū cognoſcitur aliud extremū: ergo & mediū: ſed neceſſaria ad cōſequēdū finē ſunt media inter naturam, & finē conſequendum. Igitur cū ex cognitione naturæ poſsit cognoſci finis naturæ ſecūdū prius probata: videtur, quod ſimiliter poſſint cognoſci media neceſſaria ad finem. A.

Se-

B. Secundo prætereà (& præcedēs ratio cōfirmatur) ita enim in propoſito, entium ad finem videtur eſſe neceſſaria connexio ad ipſum finem, ſicut in alijs: ſed propter talem connexionem in alijs, ex fine cognoſcuntur illa, quæ ſunt ad finem neceſſaria: ſicut per rationem ſanitatis concluditur talia, & talia requiri ad ſanitatem: ergo &c.

C. SED contra eſt, quod Auguſt. 11. de ciuit. Dei. cap. 2. ait: quid prodeſt noſſe, quò eundum ſit, ſi ignoratur via, qua eundum ſit? In hoc enim errabant Phyloſophi, quia & ſi aliqua de virtutibus vera tradiderunt, tamen falſa miſcuerunt.

D. Reſpondeo dicendum: quod omni cognoſcenti agenti propter finem neceſſaria eſt triplex cognitio. Primo, quomodo, & qualiter finis acquiratur. Secundo, cognitio omnium, quæ ſunt neceſſaria ad finem. Tertio eſt neceſſarium cognoſcere, quod omnia iſta ſufficiant ad talem finem. Primum patet: quia ſi neſciat, quomodo finis acquiratur: neſciet, qualiter ad conſequutionem illius ſe diſponat. Secundum probatur: quia ſi neſciat omnia neceſſaria ad ipſum finem, propter ignorantiam alicuius neceſſarij, poterit à fine deficere. Et quantum ad tertium, ſi neſciat iſta neceſſaria ſufficere, dubitādo ſe ignorare aliquid neceſſariū, nō efficaciter proſequetur illud, quod eſt neceſſariū. Sed hæc tria non poteſt viator ratione naturali cognoſcere. *Concluſio.* Probatio primi: quia beatitudo confertur, tanquam præmium, pro meritis eius, quem Deus acceptat tanquam dignum tali præmio: & per conſequens; nulla naturali neceſsitate ſequitur ad actus noſtros qualeſcumque, ſed contingenter datur à Deo actus aliquos in ordine ad ipſum tamquam meritorios acceptante. Hoc autem non eſt naturaliter ſcibile, vt videtur, quia in hoc errabant Phyloſophi ponentes omnia, quæ ſunt à Deo immediate, eſſe ab eo neceſſario. Saltem alia duo membra ſunt immanifeſta: non enim poteſt ſciri naturaliter acceptatio voluntatis diuinæ, vt puta, tanquam contingenter acceptantis talia, vel talia, digna vita æterna. Et quod etiam illa ſufficiant, dependet mere ex voluntate diuina circa ea, ad quæ contingenter ſe habet: ergò &c.

E. Ad primum argumentum patet: quia ſupponit quoddam iam negatum *in præcedenti articulo.*

F. Ad ſecundum (ſeu confirmationem illius rationis) dico: quod quando finis ſequitur naturaliter ea, quæ ſunt ad finem, & naturaliter præexigit illa, tūc ex fine poſſunt concludi ea, quæ ſunt

ſunt ad finem. Hic autem nō eſt conſequutio naturalis, ſed tantum acceptatio diuinæ voluntatis compenſantis iſta merita, tanquam digna tali fine.

Expoſitio quarti articuli quæſtionis Prologi.

1. ARTICVLVS iſte procedit ex hypotheſi, quod homo Deum finem ſuum ſupernaturalem cognoſceret, an, ſcilicet, cognito fine, conſequēter cognoſceret media neceſſaria ad finis conſequutionem? Quia ſemel admiſſo, quod talem finem cognoſcere nō poſſet, inutilis profecto eſſet quæſtio de cognitione eorum, quæ ſunt ad finem, quinimo & impoſibilis, nam vt ex Phyloſopho in 2. phyſic. text. com. 85. tradit Diuus Thomas 1.2. quæſt. 1. art. 1. *Omnia, quæ ſunt in aliquo genere, deriuantur à principio illius generis: finis autem eſt principium in operabilibus ab homine.* Ex quibus concludit Sāctus Doctor, quod homini conuenit agere propter finem. Vnde Thomiſtæ quam plurimi dixerunt, media ſolum materialiter, & per accidens, habere rationem obiecti voluntatis: cum omnis bonitas formalis ſibi proueniat à fine, quem reſpiciunt. Et licet ſecundum mihi probabiliorē ſententiā, quā tueor infra in diſt. 1. q. 1. ſub expoſitione ar. 3. diffi. 15. media habeant etiam ſuam propriam bonitatem, ſecundū quam intra rationem formalis obiecti voluntatis clauduntur: nihilominus vnum certum ſuppono, media, videlicet, non eſſe obiecta primaria, ſed ſecundaria voluntatis, eodem modo, quo in intellectu cōcluſiones ſunt obiecta ſecundaria: quia ſunt per alia priora obiecta, videlicet, per principia per ſe nota. Et ita quamuis non ſint ſcita per accidens, ſed per ſe, non tamen ſunt ſcita propter ſe, ſed propter aliud prius cognitum, nempe, propter principia. Eodem prorſus modo phyloſophādū eſt de cognitione mediorum & finis: media enim in tātum habent rationē medij, in quantum deriuātur à fine: ergo non poteſt mediū in ratione medij cognoſci, quin cognoſcatur finis, à quo deriuatur. Quod etenim cognoſcatur quidditatiue ſecūdū propriam entitatem illud, quod eſt mediū, non obſtat ad hoc, vt non poſſit ignorari ſecūdū rationem medij: quod patet clare. Poteſt namque cognoſci pharmacū, ſeu quodcūque aroma, ignorādo eſſe medium ad ſalutem: & in moralibus, heretici cælibatum entitatiue cognoſcūt, qui tamen ipſum, medium ad gloriam conſequendam, non eſſe, proteruiūt: deſtructa igitur cognitione finis, cognitionem quoq; mediorum ad finem deſtrui neceſſe eſt.

Ariſt.
D.Thom.

2. Circa intentum igitur articuli eſt difficultas: an cognito fine vltimo ſupernaturaliū poſſint naturaliter cognoſci media neceſſaria ad cōſequutionem finis? Quā egregie ſoluit Doctor per diſtinctionē illorū triū, quæ neceſſario requirūtur ad talem finem cōſequēdū, vt pote qualiter acquiratur finis? Et dato quod per merita, per quæ merita? & dato quod per actus virtutum, per quos actus? primum, ſcilicet, quia neceſſario debet ſcire homo gloriā dari per modum præmij, & conſequenter ex meritis: quia præmium & meritum ſunt correlatiua, & ex cōſequēti ſimul in cognitione. Et hoc eſt ſcire, quomodo finis acquiratur. Si enim Deus reuelaret hominibus cognitionē vltimi finis, abſque eo quod reuelaret dandum eſſe talem finem per modum præmij, proculdubio ſcirent homines tunc finem ſuum: media autem ad conſequutionem ipſius ignorarent: quod ſupponit D. Aug. prout habetur infra in litera textus. *Quid prodeſt noſſe, quo eundum ſit, ſi ignoratur via, qua eundum ſit.* Et forſan deciperentur homines tenendo Deum ſibi hūc finem daturum gratis, ſicut gratis elargitur alia dona ſupernaturalia: vt cōſtat de prima gratia, & fide. Secundū, quod requiritur, eſt cognoſcere, quæ merita neceſſaria ſunt, & in hoc errabant Phylo-

D. Auguſt

Phyloſophi, vt docet idem Sanctus Auguſtinus ibidem: *Quia etſi aliqua de virtutibus vera tradiderunt, tamen falſa immiſcuerunt*. Et nunc errant hæretici plura contra Conciliorum definitiones, & morum decreta, dogmatizantes. Tertium tandem eſt cognoſcere ſufficientiam meritorum: & hoc clare ex textu conſtat dependere ex mera voluntate diuina, cuius liberum, & contingens decretum naturaliter incognoſcibile eſt, & inueſtigabiles viæ eius.

3. Sed tunc vrget ſecundum argumentum articuli: quod inter finem & media eſt neceſſaria connexio; imò ex dictis plus vrget ex eo quod rationem medij in ordine ad finem, à quo deriuatur conſtituimus: videtur ergo hanc connexionem eſſentialem eſſe: ergo cognito fine relationem mediorum ad ipſum conſequenter cognoſcimus: & per conſequens ipſa media. Reſpondeo tamen, hic eſſe connexionem dependentem ex libera Dei voluntate, quæ licet ſit eſſentialis: quia in ipſa medium, vt medium, conſiſtit: non tamen eſt naturalis, & ideò non cognoſcitur, cognito fine: ſtat enim connexionem eſſentialem eſſe, eo quod ratio medij eſſentialiter conſiſtit in hoc, quod eſt ordinari ad finem, & tamen non eſſe naturalem: quia ex natura quidditatis & entitatis eorum, quæ ſunt media, non eſt reſpicere illum finem, ſed tota connexio inter ipſa, & finem, dependet ex libera Dei acceptatione. Et ſic concludit Doctor in textu, quod quando finis ſequitur naturaliter ea, quæ ſunt ad finem, & naturaliter præexigit illa: tunc ex fine poſſunt concludi ea, quæ ſunt ad finem. Hic autem non eſt conſequutio naturalis, ſed tantum acceptatio diuinæ voluntatis compenſantis iſta merita tanquam digna tali fine: de quibus loquendo Apoſtolus ait: *Quod non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam*. Quod quidem debet intelligi de naturali connexione: nam loquendo de connexione eſſentiali ex ſuppoſitione acceptationis diuinæ; iam ipſe Apoſtolus talia merita, tanquam digna tali fine compenſari, fatetur, dum ait: *Curſum conſummaui fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.*

Ad Rom. 8

2. ad Tim.

ARTICVLVS V.

Vtrùm homo naturaliter poſsit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas?

AD QVINTVM ſic proceditur: videtur, quod homo naturaliter poſſit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas. Videtur enim, quod quæcumque neceſſaria de ſubſtantijs ſeparatis cognoſcuntur à nobis nunc per fidem, ſiuè per cõmunem reuelationem, poſſunt cognoſci cognitione naturali. A.

Et hoc ſic probo: quia quorumcumque neceſſariorum reuelatorum terminos naturaliter cognoſcimus, & illa poſſumus naturaliter comprehendere: ſed omnium neceſſariorum reuelatorum terminos naturaliter cognoſcimus: ergo &c. Probatur maior illa: neceſſaria aut ſunt mediata, aut immediata: ſi immediata: ergo cognoſcuntur, cognitis terminis, vt patet ex primo poſteriorum: ſi mediata: ergo cum poſſumus cognoſcere extrema, B. *1. poſt. text. tu. com. 6.*

Digitized by Google

poſſumus concipere medium inter ea : et tunc coniungendo illud medium cum vtroque extremo, aut habentur præmiſſæ mediatæ, aut immediatæ? Si immediatæ: idem quod prius: ſi mediatæ: procedemus concipiendo medium inter extrema, & coniungendo cum extremis, quouſque veniamus ad immediata : igitur tandem veniemus ad neceſſaria immediata.

C. Probatur minor principalis : quia habens fidem, & non habens fidem contradicentes ſibi inuicem non contendunt de nominibus tantum, ſed de conceptibus : ſicut cum Phyloſophus, & Theologus contradicunt de iſta, Deus eſt Trinus, vbi non tantum idem nomen, ſed eundem conceptum vnus negat, & alius affirmat: ergò omnem conceptum ſimplicem, quem iſte habet, & ille habet.

D. SED contra eſt, quod ſexto Metaphyſic., cognitio ſubſtantiarum ſeparatarum eſt nobiliſsima : quia eſt circa nobiliſsimum genus: ergò cognitio eorum, quæ ſunt propria eis, eſt maximè nobilis, & neceſſaria : nam illa propria eis ſunt nobiliora, & perfectiora cognoſcibilia, quam illa, in quibus conueniunt cum ſenſibilibus : ſed illa propria non poſſumus cognoſcere ex puris naturalibus : ergò &c.

Text. com. 2.

E. Reſpondeo dicendum: quod ſi in aliqua ſciētia naturaliter poſſibili traderentur hæc, quæ ſunt propria ſubſtantijs ſeparatis, hoc eſſet in Methaphyſica : ſed ipſa non eſt poſsibilis naturaliter à nobis haberi de proprijs paſſionibus iſtarum ſubſtantiarum ſeparatarum : vt patet dupliciter. Et primo ſic: quia illa non includuntur virtualiter in primo ſubiecto Methaphyſicæ, ſcilicet, in ente. Hoc etiam eſt, quod dicit Phyloſophus primo Metaph. quod oportet ſapientem omnia cognoſcere aliqualiter, ſcilicèt, in vniuerſali, & non in particulari. Et ſubdit: qui enim nouit vniuerſalia, nouit aliqualiter omnia ſubiecta. Sapientem autem vocat Methaphyſicum, ſicut Methaphyſicam probat ibi eſſe ſapientiam. Secundò probo ratione: quia non cognoſcuntur talia cognitione propter quid, niſi cognoſcantur propria ſubiecta, quæ ſubiecta includunt talia propter quid : ſed propria ſubiecta eorum (*nempe ipſæ ſubſtantiæ ſeparatæ*) non ſunt à nobis naturaliter cognoſcibilia : ergo &c. Nec cognoſcuntur illa propria eorum demonſtratione quia, videlicet, ex effectibus : quod probatur : nam

effectus

effectus vel relinquunt intellectum dubium quoad iſtu, vel adducunt in errorem: quod apparet ex proprietatibus primæ ſubſtantiæ immaterialis in ſe: proprietas enim naturæ eius eſt, quod ſit communicabilis tribus: ſed effectus non oſtendunt iſtam proprietatem: quia non ſunt ab ipſo, in quantum eſt trinus. Et ſi ab effectibus arguatur ad cauſam, magis ducunt in oppoſitum, & in errorem: quia in nullo effectu inuenitur vna natura numero, niſi in vno ſuppoſito. Proprietas etiam iſtius naturæ ad extra eſt cauſare contingenter, & ad oppoſitum huius magis deducunt effectus in errorem, ſicut patet per opinionem Phyloſophorũ ponentiũ primũ neceſſario cauſare. De proprietatibus etiã aliarum ſubſtantiarum patet hoc idem: quia effectus magis ducunt in ſempiternitatem, & æternitatem, & neceſſitatem eorum, quàm in contingentiam, & nouitatem. Similiter videtur Phyloſophi ex motibus concludere, quod numerus iſtarum ſubſtantiarum ſeparatarum ſit ſecundum numerum motuum cœleſtium: ſimiliter, quod illæ ſubſtantiæ ſunt naturaliter beatæ, & impeccabiles: ſicut Phyloſophi poſuerunt, quæ omnia abſurdiſsima ſunt. Vnde reſpondeo, quod

Amplius debis vide. in hoc 1. di ſtin. 3. q. 5. & in quod lib. q. 7.

12. Meth. text. com. 42.

de ſubſtantijs ſeparatis ſunt aliquæ veritates immediatæ: accipio tunc aliquam veritatem talem primam, & immediatam, & ſit A. in iſta includuntur multæ veritates mediatæ, puta omnes, quæ particulariter enunciant communia ad prædicatum de communibus ad ſubiectum: dicantur. B. C. iſta vera mediata non habent euidentiam, niſi ex illa immediata: ergo non ſunt nata ſciri, niſi ex iſta immediata intellecta. Si igitur aliquis intellectus poſſet intelligere terminos. B. C. & componere eos ad inuicem: non autem poſſet terminos. A. nec per conſequens ipſum A. B. ſed tunc erit intellectui ſuo propoſitio neutra: ita eſt de nobis: quia conceptus quoſdam communes habemus de ſubſtantijs immaterialibus, & materialibus, & iſtos poſſumus ad inuicem componere: ſed iſtæ complexiones non habent euidentiam niſi ex veris immediatis, quæ ſunt de illis quidditatibus ſub ratione propria, & ſpeciali, ſub qua ratione non concipimus iſtas quidditates: & ideò nec ſcimus illas veritates generales de conceptibus generalibus Exemplum, ſi impoſsibile eſt alicui concipere triangulum ſub propria ratione, poteſt tamen abſtrahere rationem figuræ à quadrangulo, & eam cõcipe re

1. Concluſio.

2 Concluſio.

re: impoſsibile eſt etiã ſibi concipere primitatem, vt eſt propria paſsio trianguli: quia ſic non cõcipitur, niſi vt abſtrahitur à triangulo: tamen poteſt primitatem abſtrahere ab alijs primitatibus: puta in numeris: iſte intellectus, licèt poſſet formare hanc cõplexionẽ; aliquà figura eſt prima: quia terminos eius poteſt apprehendere: tamen illa propoſitio formata erit ſibi neutra: quia iſta eſt mediata incluſa in iſta immediata: triangulus eſt ſic primus: & hanc immediatam non poteſt intelligere: quia nec terminos eius: ideò mediatam non poteſt ſcire: quæ ex hac immediata tantum habet euidentiam.

Doctrina Phyſ. 1. poſt ex. cõ. 13. & tex. cõ. 35. & 36.

F. Ad argumentum, per hoc nego maiorem. Ad probationem dico: quod illa neceſſaria ſunt mediata. Et cum dicis: igitur cum poſſumus cognoſcere extrema, poſſumus concipere medium inter extrema: nego conſequentiam: quia medium inter extrema, quandoque eſt eſſentialiter ordinatum, puta, quod quid eſt alteri⁹ extremi, vel paſsio prior reſpectu poſterioris paſsionis, & tale eſt medium ad concludẽdum vniuerſaliter extremum de extremo. Concedo igitur, quòd quicumque poteſt intelligere extrema, poteſt intelligere tale medium inter talia extrema: quia intellectus eius includitur in alto extremo (ſi eſt paſsio) vel eſt idem alteri (ſi eſt quod quid eſt alterius extremi.) Si autem medium ſit particulare contentum ſub altero extremo, & non eſſentialiter ordinatum inter extrema, tunc non oportet, quòd potens concipere extrema generalia, poſsit concipere medium particulare ad illa extrema generalia.

G. Ita eſt hîc: nam iſta quidditas ſub ratione propria & particulari habens paſsionem aliquam ſibi immediate inhærentem eſt medium inferius ad conceptum ſibi communem, de quo dicitur illa paſsio in communi accepta: & ideò non eſt medium vniuerſaliter inferens paſsionem de cõmuni, ſed tantum particulariter. Hoc patet in exemplo illo: quia non oportet, quòd, potens concipere figuram in communi, & primitatem in communi, poſsit concipere triangulum in particulari: quia triangulus eſt mediũ contentum ſub figura, medium in quam, ad concludendam primitatẽ particulariter de figura.

H. Ratio igitur *poſita in corpore articuli* potiſsime concludit de prima ſubſtantia immateriali: quia eius, tanquam obiecti beatifici, potiſsimũ eſt cognitio neceſſaria: & tunc reſponſio iſta ad argumentum in oppoſitum ſupponit, quòd nunc naturaliter nõ concipimus Deum, niſi in conceptu generali communi ſibi, & ſenſi-

ſenſibilibus, quod inferius diſt. 3 quæſt. 1. exponetur. Si etiam negetur, illud ſuppoſitum adhuc oportet dicere conceptum, qui poteſt fieri de Deo virtute creaturæ eſſe imperfectum, qui autem fieret virtute ipſius eſſentiæ eſſe perfectum, ſicut ergo dictum eſt de conceptu generali, & ſpeciali: ita dicatur, ſecundum aliam viam de imperfecto, & perfecto conceptu.

De hoc videbatur in hoc 1. diſt. 3. q. 1.

Expoſitio quinti articuli primæ quæſtionis Prologi.

1. SVBSTANTIARVM ſeparatarum nomine, non ſolum increatam ſubſtantiam, verum & omnes immateriales, quas intelligentias vocamus, intelligunt Theologi, & Phyloſophi plures. Et licet Doctor huius articuli difficultatem de ſola prima ſubſtantia immateriali videatur reſoluere, de omnibus tamen reſoluit. Duplex ergo difficultas hic ſe offert circa ſubſtantias ſeparatas. Vna de prima ſubſtantia immateriali, alia vero de ſubſtātijs creatis immaterialibus. De prima ſubſtantia, vltra quæ dicta ſunt in tertio articulo & dicetur infra, hic cōcludit Doctor nō poſſe naturaliter cognoſci. De ſubſtantijs vero creatis rurſus duplex eſt difficultas. Prima de quæſtione, an eſt? Secunda vero de quæſtione, quid eſt? Et quidem reſpōdendo ad quæſtionem de an eſt, vltra Deum alias eſſe ſubſtantias ſeparatas non ſolum fideles diuinis teſtimonijs freti, verum & plerique gentiles Phyloſophi agnouerunt: cum ratione naturali poſſit oſtendi aliquas eſſe ſubſtantias creatas omninò immateriales. Quod D. Thom. fatetur 1. p. quæſt. 50. art. 3. & 2. contra gentes, capit. 46. Quod probatur ab ipſo, ex eo quod ad perfectionem vniuerſi pertinebat: quod tales ſubſtantiæ crearentur: nam ad perfectionem effectus pertinet, vt ſit perfecte ſimilis ſuæ cauſæ: ergo ad perfectionem vniuerſi pertinet vt à ſimiletur Deo, quoad fieri poſſit. Cum ergo Deus ſit ſubſtantia immaterialis, & intellectualis, ad perfectionem vniuerſi pertinet, vt in eo ſint ſubſtātiæ creatæ immateriales & intellectuales, per quas aſsimiletur Deo, ſecundum hunc gradum perfectionis. Phyloſophi vero, præſertim Ariſtotiles, ex motu Cœlorum in iſtarum ſubſtantiarum cognitionem venerunt. Sed meo videri, per hoc nullam demonſtrationem habebant, ſed tantum probabilem coniecturam. Primum dictū probo ex incertitudine principiorū, ex quibus hoc deducere poterant. Tria enim principia in illo diſcurſu præſupponere oportebat.

D. Thom.

2. Primum eſt, Cœlos moueri ab aliquo motore extrinſeco. Secundum vero, quod talis motor non eſſet tantum prima cauſa, nempe Deus ipſe, ſed alius à Deo diſtinctus. Tertium tandem, quod ille talis motor à Deo diſtinctus multiplex eſſet. Hæc tamē tria apud eoſdem Phyloſophos incertitudinem continebant. Tùm quia Cœlum ab intrinſeco habet eſſe propriè, & formaliter animatum ſecundum plurium Phyloſophorum ſententiam, inter quos fuiſſe Platonem, tradit D. Auguſt. 1. Retract. cap. 11. & fuit Auicenę. 9. Metaphyſicæ, cap. 2. & 3. & 4. & lib. de anima 1. par. cap. 1. Item Aphodiſſeus, & ſimplicius, ita interpretantur Ariſtotilem in ſecundo de Cœlo, c. 2. & 12. Metaphiſicæ, c. 7. quē iuxta hanc mentē ſequuntur multi. Quæ quidem opinio, licet vera non ſit, non poteſt tamen eius falſitas & eius contraria veritas demōſtratione conuinci: qua non conuicta, tenentes cœlum habere animam, conſequenter poſſent, aſſerere cœlum ipſum à ſua ſibique intrinſeca anima moueri: & ſic nullum extrinſecum haberet motorem: & ideò illud primum principium erat nimis incertum.

Platon. *S. Auguſt.* *Auicenna.* *Aphrodiſe.* *Simplicius* *Ariſtot.*

3. De ſecundo, idem patet: quia eſto, quod cœlum animatum non eſſet, vnde concluditur illius motorem eſſe intelligentiam creatam: aut vnde conuincitur cœlum non moueri immediate à Deo? Certè ſi Commentatori credimus: Ariſto. in 12. Metaphyſicæ text. 38. & 43. ait. Primam ſubſtantantiam immobilem eſſe primum motorem, immediateq; per ſe ipſum omnes cœlos mouere. Et denique ex tertium principium vndè conſtare poteſt? Dato enim quod concluderetur, intelligentiam creatam cœlum mouere, vndè poteſt conuinci intelligentiam iſtam multiplicem eſſe? Equidem magis conſentaneum eſſe videbatur ordini, & proportioni motuũ cœlorum, omnes ſubordinari eidem voluntati eiuſdẽ motoris, quàm multis. Ex his ergo concluditur, non poſſe demonſtrari multiplicitatem ſubſtantiarum ſeparatarum ex motu cœlorum. Secundum vero dictum patet: quia ex hoc motus diſcurſu bene probabiliter poteſt concludi; & ex alijs coniecturis: de quibus videndus eſt Diuus Thomas 1. part. quæſt. 110. art. 1. 2. contra gentes, cap. 92. & 1. part. quæſtion. 50. art. 3. Vbi multas rationes, & congruentias adducit ad naturaliter probandum, dari iſtas intelligentias creatas.

4. In quæſtione de quid eſt, ſolet à Theologis & Phyloſophis in dubium verti: an poſsimus pro hoc ſtatu ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè cognoſcere? Hanc quæſtionem excitaſſe videtur Ariſtot. 3. de anima capit. 7. his verbis: *Vtrùm autem contingat aliquid ſeparatorum intelligere ipſum exiſtẽtem* (ideſt intellectũ humanũ:) *non ſeparatũ à magnitudine, an non? conſiderandũ eſt poſterius*. Supra quæ verba Auerroes quæſtionem hanc à Phyloſopho propoſitam nullibi deinceps ab eodem

Auerroes. Phyloſopho difinitam fuiſſe ait. Ipſe tamen Auerrores eam difiniens inquit, poſſe quidem homines pro hoc ſtatu ad tantam contemplationis perfectionem venire, vt illas intelligentias quidditatiuè, & per ſe ipſas valeant agnoſcere. Cui opinioni arri-

Auempar. *Alexand.* *Themiſt.* dent Auempace, & alij Arabes, cum Alexandro & Themiſtio: quæ quidem opinio non ſolum id de ſubſtantijs, & intelligentijs creatis audacter affirmat, verum & hoc idem de prima ſubſtantia increata (de qua potiſsime loquitur) temere aſſeuerat. Dicendum nihilominus eſt, humanum intellectum non poſſe pro hoc ſtatu viribus naturæ ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè cognoſcere, licèt poſsit eas per conceptus communes & confuſos aliqualiter intelligere. Huius Aſſertionis prima, & principalis pars eſt expreſſa Doctoris, vt habetur in text. huius articuli, tenet eã D. Tho. 2. Metaphyſicæ lect. 1. particula. 6. & 1. part. quæſt. 12. art. 12. & quæſt. 88. artic. 2. Vbi videndus eſt Caietanus, & de ente & eſſentia, cap. 6. quæſt. 14. Ferrara 3. contra gentes capit. 45. Iauellus, 2. Metaphiſicæ, quæſt. 3. & ex noſtris, cum Doctore; Lychetus hac quæſt. 1. prolog. Vargius ibidem, Antonius Andreas 2. Metaphyſicæ quæſtion. 3. item Fonſeca ibidem, cap. 1. quæſ. 2. Quæ aſſertio eleganter probatur à Doctore in textu: & vltra confirmari poteſt: quia pro hoc ſtatu noſtra cognitio aut ſit immediatè per ſpeciem obiecti, aut mediate per ratiocinationem comparatur, quæ comparatio debet fieri ab effectibus & proprietatibus in his, quæ à priori nequeunt cognoſci qua'es ſunt omnes ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ ſunt à noſtris ſenſibus remotiſsimæ: ſed pro hoc ſtatu nullas habemus ſpecies proprias, per quas intelligentias quidditatiuè cognoſcamus: nec experimur, aut cognoſcimus naturaliter effectus, aut proprietates, ex quibus per diſcurſum in earum quidditatiuam cognitionem peruenire poſsimus: ergo &c. Secundam vero partem facilè probant ea, quæ dicta ſunt nuper de queſtione an eſt, ibi enim earum poſsibilitatem, & quædam communia per aſsimilationem primæ cauſæ &c. vidimus: quæ hanc poſteriorem partem aſſertionis ſatis indicant.

Scotus. *D. Thom.* *Caietanus* *Ferrara.* *Iauellus.* *Lychet.* *Vargius.* *Ant. Andreas.* *Fonſeca.*

De prima autem ſubſtantia immateriali late tractat Doctor infra in diſt. 3. quæſt. 1. & hic in lit. text. oſtendit, quod nunc naturaliter non concipimus Deum, niſi in conceptu generali communi ſibi & ſenſibilibus. Vi- 5.

dè

Digitized by Google

de Lycheum de iſto articulo in hac quæſtione prima prologi.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm homini pro iſto ſtatu neceſſarium ſit aliquam doctrinam ſupernaturaliter inſpirari?

A. AD ſextum ſic proceditur: videtur, quod homini pro iſto ſtatu non ſit neceſſarium aliquam doctrinam ſupernaturaliter inſpirari: quia omnis potentia habens aliquod commune pro primo obiecto naturali, poteſt in quodlibet contentum ſub illo ſicut in per ſe obiectum naturale: ſed primum obiectum intellectus noſtri naturale eſt ens, in quantum ens: ergò intellectus noſter poteſt naturaliter habere actum circa quodcumque ens: & ſic circa quodcũque intelligibile, etiam circa non ens: quia negatio cognoſcitur per affirmationem: ergò &c. Maior patet per exemplum de primo obiecto viſus, & alijs contentis ſub illo: & ita inductiue in alijs obiectis primis, & potentijs. Patet etiam per rationem: quia primum obiectum dicitur, quod eſt adæquatum potentiæ: ſed ſi in aliquo eſſet ratio eius, circa quod non poſſet potentia habere actum naturaliter, non eſſet potentiæ adæquatum: ſed excederet potentiam: ergò. Minor probatur: quia ſecundum Auicen. 1. Meth. cap. 5. ens, & res prima impreſsione imprimuntur in anima, nec poſſunt manifeſtari ex alijs: ſi autem aliquid aliud ab iſtis eſſet primum obiectum, iſta poſſent manifeſtari per rationem illius: ſed hoc eſt impoſsibile: ergò. *Aui. 4. Meth. tex. cõ. 1 & 16. & 2. Perse. ad fi.*

B. Secundò præterea: ſenſus non indiget aliqua cognitione ſupernaturali pro iſto iſtatu: ergo nec intellectus: antecedens patet: probatur conſequentia: natura non deficit in neceſſarijs, vt conſtat. 3. de anima: & ſi in imperfectis non deficit, multo magis nec in perfectis: ergò ſi non deficit in potentijs inferioribus quãtum ad neceſſaria eis propter actus ſuos habendos, & fine mearum conſequendum, multo magis non deficit in neceſſarijs potentiæ ſuperioris ad actum ſuum, & finem conſequendum: ergo &c.

C. Tertiò præterea: ſi aliqua talis ſacra doctrina ſit neceſſaria: hoc eſt: quia potentia in puris naturalibus eſt improportionata obiecto vt ſic cognoſcibili: ergò oportet, quod per aliquid aliud à ſe fiat ei proportionata: tunc illud aliud aut eſt naturale, aut ſupernaturale: ſi naturale: ergo totum eſt improportionatũ obiecto primo. Si ſupernaturale: ergò potentia eſt improportionata

nata illi: & ita ſequitur, quòd per aliud oportet ei proportionari, & ſic in infinitum: cum ergo nõ ſit procedere in infinitum, vt cõſtat 2. Meth. oportet ſta.e in primo dicendo, quòd potentia intellectiua ſit ex ſe proportiononata omni cognoſcibili, & ſecundum omnem modum cognoſcibilis, quare &c.

2. Met. tx. com. 5.

D. Sed contra eſt, quod dicitur 2. ad Thimot. 3. in fine. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguẽdum, &c. Et præterea Baruch 3. de ſapientia dicitur. Non eſt, qui poſſit ſcire vias eius, ſed qui ſcit vniuerſa, nouit eam: ergo nullus alius poteſt habere eam, niſi à ſciente vniuerſa: & hoc quantum ad neceſſitatem. Defacto autem ſubdit. Tradidit eã Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo: & hoc quantum ad vetus teſtamentum: quoad nouum vero teſtamentũ ſequitur: poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, quando, ſcilicet, tradidit eam.

2. Ad Thimot. cap. 3

Baruch. capit. 3.

Ibidem.

E. Reſpondeo dicendum: quod (*ſicut in artic. 1. dictum manet*) poſita tota actione intellectus agẽtis, & phantaſmatum, multæ cõplexiones remanebunt ignotæ, & nobis neutræ, quarum cognitio eſt nobis neceſſaria: iſtarum rum igitur notitia eſt neceſſe nobis ſupernaturaturaliter tradi: quia nullus earum notitiam potuit naturaliter inuenire, & eam alijs docendo tradere: quia ſicut vni, ita cuilibet, ex naturalibus erunt neutræ. Hoc probo tripliciter. Primo ſic, omni agenti per cognitionem neceſſaria eſt diſtincta cognitio ſui finis: hanc probo: quia omne agens propter finem agit ex appetitu finis, & omne per ſe agens ſuo modo appetit finem: ergò ſicut agenti naturali eſt neceſſarius appetitus finis, propter quem debet agere, ita agenti per cognitionem (quod etiam eſt per ſe agens ex 2. phyſic.) neceſſarius eſt appetitus ſui finis, propter quem debet agere, qui ſequitur cognitionem: patet ergo maior. Sed homo non poteſt ſcire finem ſuum ex naturalibus diſtinctè: ergò neceſſaria eſt ſibi de hoc tradi aliqua cognitio ſupernaturalis. Minor probatur *ſatis ſupra in 3. art.* Secundo ſic: omni cognoſcenti agenti propter finem neceſſaria eſt triplex cognitio: primo, quo modo, & qualiter finis acquiratur. Secũdo, cognitio omniũ, quæ ſunt neceſſaria ad finem. Tertio eſt neceſſarium cognoſcere, quod omnia iſta ſufficiant ad talem finem. Sed hæc tria non poteſt viator ratione naturali cognoſcere, *vt in artic. 4. probatum manet*, ergò &c. Tertiò, quia ex 6. Methap. cognitio ſubſtantiarum ſeparatarum eſt nobiliſsima. *Quæ ratio latiſsime habetur*

Concluſio.

Text. com. 50.

habetur in art. 5. Et hæc ratio tertia potiſsime concludit de prima ſubſtãtia *immateriali, quia eius,* tanquam obiecti beatifici potiſſimum eſt cognitio neceſſaria, *vt ibi viſum eſt:quæ* tres rationes, quibus innititur iſta ſolutio, cõfirmatur per authoritatem Auguſtini de ciuit. Dei. lib. 18. c. 41. Phyloſophi (inquit) neſcientes ad quem finem referenda iſta eſſent, inter falſa, quæ locuti ſunt, verum videre potuerunt. Secunda ratio confirmatur per eundẽ Auguſt. 11. de ciuit. Dei, cap. 2. Quid prodeſt noſſe, quo eũdum ſit, ſi ignoratur via, qua eundum ſit? In hoc enim errabant Phyloſophi: quia & ſi aliqua de virtutibus vera tradiderunt, tamen falſa miſcuerunt ſecundum authoritatem Aug. & patet ex eorum libris. Improbat enim Ariſ. politias diſpoſitas à multis alijs, 2. politic. ſed nec illa Ariſt. eſt irreprehenſibilis. 7. politic. vbi docet, Deos eſſe honorandos: decet (inquit) cultum exhibere Dijſ. Et ibidem, lex nullum orbatum tradit nutriri. Et in eodẽ lib. & cap. 15. dicit: quod oportet fieri aborſum in caſu. Tertia ratio confirmatur per Aug. 11. de ciuit. cap. 3 Quæ remota ſunt à ſenſibus noſtris, quoniam teſtimonio noſtro ſcire non poſſumus, de his alios teſtes requirimus. Et hoc cõfirmat totam ſolutionem principalem: quia enim complexiones

De ciuita. Dei li. 18. c. 41.

De ciui li. 11. c. 2.

illæ, de quibus argutum eſt, nobis ex ſe ſunt neutrę: nullus poteſt ſuo teſtimonio credere de ipſis: ſed oportet teſtimonium ſupernaturale requirere alicuius ſuperioris tota ſpecie humana. Qualiter autem prima reuelatio, ſiue traditio talis doctrinæ fieri potuerit, & facta ſit, eſt dubium: an, ſcilicet, locutione interiori, an exteriori, an cũ aliquibus ſignis adhibitis ſufficiẽtibus ad cauſandum aſſenſum. Ad propoſitũ ſufficit, quod vtroque modo potuit ſupernaturaliter reuelari talis doctrina: ſed neutro modo potuit ab homine ſine errore primo tradi.

Ad primum argumentum, diſtinguo de obiecto naturali, ꝙ poteſt accipi, vel pro eo, ad quod naturaliter, ſiue ex actione cauſarum naturaliter actiuarum, poteſt potentia attingere, vel pro illo, ad quod potentia naturaliter inclinatur, ſiue poſſet illud naturaliter attingere, ſiue nõ. Poſſet ergò maior negari, intelligẽdo naturale primo modo: quia obiectum primum eſt adæquatum potentiæ: & ideò abſtractũ ab omnibus illis, circa quæ poteſt potentia operari: non autem oportet, ſi intellectus poſsit naturaliter intelligere tale commune, quod poſsit intelligere quodcumque contentũ ſub illo. Quia intellectio alicuius contenti multo excellentior eſt intellectione co-

F4

confuſa talis cõmunis. Et ſic cõceſſa minori in vtroque ſenſu, cõcluſio intenta non h.b.tur, ſcilicet, de naturaliter attingibili: quia ſic maior fuit falſa.

G. Contra hanc tamen reſpõſionem arguo: quia deſtruit ſe ipſam: primum enim obiectũ eſt adæquatum potentiæ: hoc eſt: quod nihil reſpicit potentia pro obiecto, niſi in quo eſt ratio illius pr.m. & in quocumque eſt ratio illius primi, illud reſpicit potentia pro obiecto: ergò impoſsibile eſt, aliqu d eſſe obiectum primum naturaliter, quin quodlibet contentum ſub illo ſit per ſe obiectum naturaliter. Da enim oppoſi um, & tunc non eſt adæquatum naturaliter, ſed excedens: & aliquid eo inferius eſt adæquatum: & ita primum. Ratio autem, quæ adducitur pro reſpõſione, fallit ſecundum fallaciam figuræ dictionis: licet enim ens, vt eſt quoddam intelligibile, vno actu (ſicut homo eſt intelligibilis vna intellectione) ſit naturaliter attingibile: illa enim vnica intellectio entis (vt vnius obiecti) eſt naturalis; non tamen ens, vt primum obiectum, id eſt, adæquatum, poteſt poni naturaliter attingibile, niſi quodlibet ſub eo contentum ſit naturaliter attingibile: quia eſt primum obiectum, vt includitur in omnibus per ſe obiectis. Cominatur igitur hoc aliquid in quale quid, cũ arguit: ens eſt naturaliter attingibile: ergo ens, vt primum obiectum, hoc eſt adæquatum, eſt naturaliter attingibile: falſum eſt: quia antecedẽs eſt ve.ũ, vt ens eſt vnũ intelligibile ſingulare, ſicut albũ: ſed cõſequens concludit de ente, vt includitur in omni intelligibili, non vt ſeorſum ab illis intellectum.

H. Ad argumentum igitur eſt alia reſponſio realis: quod minor eſt falſa de obiecto naturali, id eſt naturaliter attingibili: vera alio modo de obiecto, ad quod naturaliter inclinatur potentia: & ita debet intelligi authoritas Auicennæ. Quid autem ſit ponendum obiectum primum naturaliter attingibile: de hoc infra, diſt. 3. Confirmatur reſponſio per Anſelmum de libero arbit. c. 2. Nullam (inquit) vt puto, habemus poteſtatem, quæ ſola ſufficiat ad actum. Poteſtatem autem vocat, quod nos communiter potentiã. Sicut patet per exemplum eius de ſenſu viſus: nõ eſt igitur inconueniens, potentiam eſſe naturaliter ordinatam ad obiectũ, ad quod non poteſt naturaliter attingere: ſicut quælibet ex ſe ſola ordinatur ad proprium actum, & tamen non poteſt ex ſe ſola attingere. *In 1oc. 1. diſt. 3. q. 3.*

I. Ad ſecundum argumentum, nego conſequentiam: ad probationem dico, quod ſuperiora ordinantur ad perfectionem maiorem

rem

rem paſſiuè recipiendam, quam ipſa poſſint actiue producere: & per conſequens iſtorum perfectio non poteſt produci, niſi ab aliquo agente ſupernaturali: nõ ſic eſt de perfectione inferiorũ, quorũ perfectio vltima poteſt ſubeſſe actioni agentiũ inferiorum: & ideo natura non deficit in neceſſarijs, in potentijs ſuperioribus: quia perfectiones, ad quas ordinantur ex cauſis naturalibus, nõ poſſunt habere; quia non poſſunt ſubeſſe alicui cauſalitati agentis naturalis: quia vero perfectiones inferiorum entium tali cauſalitati ſubſunt, deficeret natura, ſi non daret vnde poſſent.

K. Ad tertium dico: quod veritati complexæ alicui firmiter tenendæ intellectus poſſibilis eſt
L. improportionatus, hoc eſt, non eſt proportionaliter mobile, reſpectu talium agentium, quæ ex phantaſmatibus, & lumine naturali intellectus agentis, non poſſunt cognoſci. Cum autem arguis: igitur fit proportionatus per aliquid aliud: cõcedo, & per aliud in ratione mouentis, quia per mouens ſupernaturale reuelans, aſſentit illi veritati: & per aliud in ratione formæ, quia per illum aſſenſum factum in ipſo, qui eſt quaſi quædam inclinatio in intellectu ad illud obiectum, proportionans illud illi. Cum vltra de illo aliõquæris, an ſit naturale, vel ſupernaturale? Dico, quod ſupernaturale, ſiue intelligas de agente, ſiue de forma. Cũ infers: ergo intellectus eſt improportionatus ad illud, & per aliud proportionatur: dico: quod ex ſe eſt in potentia obedientiali ad agens: & ita ſufficienter proportionatur illi, ad hoc vt ab ipſo moueatur. Similiter ex ſe eſt capax illius aſſenſus cauſati à tali agente, & eſt naturaliter capax: non oportet ergo ipſum per aliud proportionari illi aſſenſui in recipiendo. Statur igitur in ſecundo, non in primo: quia veritas iſta reuelata non eſt ſufficienter inclinatiua intellectus ad aſſentiendum ſibi: & ita eſt improportionale agens, & paſſum ſibi improportionale: ſed agens ſupernaturale eſt ſufficienter inclinatiuum intellectus ad iſtam veritatem, cauſando in ipſo aſſenſum, quo proportionatur huic veritati: ita quod non oportet intellectum per aliud proportionari tali agenti, nec formæ ab ipſo impreſſæ, ſicut oportet ipſum proportionari tali obiecto per aliud, duplici modo prædicto.

Expoſi-

Expoſitio ſexti articuli quæſtionis. 1. Prologi.

SVPPOSITA ex præcedentibus ignorantia naturali intellectus humani reſpectu eorum, quæ ſunt nobis neceſſaria ad ſalutem, recto ordine ſubſequitur hic articulus, in quo neceſsitas ſacræ Doctrinæ inueſtigatur: vbi multa præclara, ſubtiliaque, docet Doctor, quæ omnia ex quinq; præcedentibus pēdēt. Neceſſariā etenim eſſe ſacrā diſciplinā, & aliquā doctrinam ſupernaturaliter inſpiratam acutiſsime probat, primo, ex hoc quod non poſſet intellectus creatus pro iſto naturali ſtatu cognoſcere omnes veritates complexas, & præſertim non poſſe cognoſcere ſupernaturales. Secundo, ex excellentia naturæ, in qua, licet ſit capacitas, & receptiua potentia claræ Dei viſionis, ad eā tamen attingendam non eſt actiuitas in tali potentia: quod in 2. art. oſtendit. Rurſus ex neceſsitate cognitionis vltimi finis, in quo noſtra ſalus, & ſupernaturalis hominis fœlicitas conſiſtit: cuius finis cognitionem naturaliter nobis impoſsibilem eſſe, in 3. ar. demonſtrat. Et præterea, quia etiam dato, quod nobis reuelaretur vltimi finis cognitio, nō poſſent, ex finis cognitione, media ad ipſius finis conſequutionem neceſſaria viribus naturæ cognoſci: quod in 4. art. plane manifeſtat: & inſuper ex inſufficientia noſtra ad nobiliſsimā ſubſtantiarum ſeparatarum notitiam, hoc idem probat, quod in 5. artic. viſum eſt. His igitur viſis, & præcipuis tribus rationibus, ſcilicet, ex neceſsitate cognitionis finis, quam habet omne agens per cognitionem, & ex neceſsitate cognitionis mediorum ad finem: & tandem ex neceſsitate nobiliſsimæ obiecti beatifici cognitionis, probat Doctor neceſsitatem ſacræ Doctrinæ ſupernaturaliter inſpiratæ. Hoc idem probat Diuus Thom. 1. p. quæſt. 1. ar. 1. ex eadem neceſsitate cognitionis finis, dum hæc ait. *Homo ordinatur ad Deum, ſicut ad quendam finem, qui comprehenſionem rationis excedit. Finem autem oportet eſſe præcognitum hominibus, qui ſuas intentiones, & actiones debent ordinare in finem. Vnde neceſſarium fuit homini ad ſalutem, quod ei nota fierent quædam per reuelationem, quæ rationem humanam excedunt.* Ex quibus concluditur præclara articuli reſolutio in textu, circa quem mouentur ſequentes difficultates.

Scotus. D. Thom.

DIFFICVLTAS I.

Vtrùm intellectus humanus viribus naturæ poſsit cognoſcere quodcumque obiectum contentum ſub ratione ſui obiecti adæquati?

§ I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, & referuntur quorundam ſententiæ.

1\. CVM ſubtilis Doctor in Quodlibetis, q. 3. lit. A. & B. dicat ens communiſsime ſumptum prout, ſcilicet, omne ens reale, & rationis, ſub ſe amplectitur, eſſe obiectum primum noſtri intellectus: quia nihil (inquit ipſe) poteſt eſſe intelligibile, quod non includat rationem entis, vno, vel altero modo: quæ primitas, vt probat Ioannes Vallonis in formalitatibus ſuis ſupra Lecturam Syreti impreſsione Pariſienſi, fol. 14. eſt primitas adæquationis, ob rationem communem proportionis ab eodem modo ſe habendi deſumptā, quæ cum æquiuocatione cōpatitur: à fortiori videtur ex mente ipſius Doctoris dicendum, ens, non ita communiſſime, ſed tantum communiter ſumptum, prout ſolum omnia entia realia, tam, inquam, ens creatum, quam increatum complectitur, ſiquidē vniuocationem obiectiuam importans (vt infra

Vallonis. Syrettus.

In difficul-tate 58. ha-betur entis vniuoca-tio. infra ſuo loco de ipſius Scoti mente tradimus) cadere ſub ratione obiecti adæquati intellectus: imo eſſe obiectum primum, & adæquatum noſtri intellectus ens reale, vt ſic communiter ſumptum, expreſſe docet in hoc articulo ſolutione ad primum. Conſequenter igitur omnia credibilia de Deo, ipſumque Deum cum omnibus attributis, & relationibus diuinis, eo quod ſub ratione adæquati obiecti intellectus humani comprehenduntur, videntur ab ipſius intellectus viribus poſſe attingi.

2. Hoc probant argumenta textualia huius ſexti articuli: & quod vrget eſt, an ex eo quod Deus, etiam vt finis ſupernaturalis eſt, intra obiecti adæquati noſtri intellectus ambitum continetur, ab ipſius intellectus naturalibus viribus attingatur? Hæc bene ſoluit Caietanus prima parte quæſtion. 1. artic. 1. & [illegible] Themiſt. [illegible] ſolutio [illegible] potentia obedientialis in ordine ad humanam cognitionem, quam ipſi ponunt in intellectu (& vol[untate] creata, reſpectu formarum ſupernaturalium: quam nos iuxta Doctoris ſententiam negamus, & tantum illam ponimus in ordine ad ipſum agens ſupernaturale, vt videre eſt infra in artic. 8. huius quæſtionis difficul. [illegible] & per totam ſequentem difficultatem: vnde multo amplius vrget difficultas iſta in Schola Scoti, vbi non obedientialem potentiam, verum inclinationem naturalem reſpectu formarum

Vazquez. ſupernaturalium [illegible]. Tunc etenim Vazquez [illegible] & Themiſtam [illegible] Clauſis [illegible] [illegible] in 1. p. quæſtion. [illegible] 5. art. 8. diſput. 22. per totam [illegible] [illegible]

Deum, vt ſic, & ſolo, & viribus ſuis cognoſcere. Sed quia ſupra octauum articulum huius quæſtionis difficult. 5. & 6. late tractatur hæc materia, ibique excogitatas Vazquij demonſtrationes ſoluimus, hæc illuc remittor: & nunc ea ſolum, quæ præciſe ad huius articuli claritatem ſpectant, adijciantur.

Ratio igitur dubitandi in hac difficultate eſt, quia Doctor concedit ens in quantum ens eſſe obiectum adæquatum intellectus noſtri, & hoc ex natura intellectus, vt patet ex ſupra citato loco, & infra diſtinct. 3. quæſtion. 3. art. [illegible] ſed quælibet potentia poteſt viribus ſuis ferri in quodlibet obiectum contentum ſub ratione ſui adæquati obiecti: ergo poteſt noſter intellectus viribus ſuis ferri in Deum ſub ratione Deitatis, & vt ſupernaturalis finis noſter eſt: dum Deus vt ſic ſub ratione talis obiecti, nempe entis, continetur. Confirmatur hæc ratio ex Doctore, qui reſpondens ad Auicennam in hoc articulo ſexto videtur concedere (vt interpretatur Lychetus) quod ſi intellectus haberet ens, in quantum ens, pro obiecto adæquato, naturaliter poſſet in quodcumque ens, & ſic naturaliter poſſet cognoſcere vltimum finem: ex quibus inferuntur duo, vnum eſt huius difficultatis intentum pro ea parte, qua arguitur: alterum vero Doctorem ſibiipſum contradixiſſe, [illegible]

Statu difficultatis.

3.

Auicenna.

§. 2.

Ponitur vera ſententia Scoti, & eius fundamenta explanantur.

4. In oppoſitum autem perſpicua eſt litera textualis in hoc articulo, & præſertim in ſolutione ad primum, vbi Doctor hæc profert. *Obiectũ pri-*

mum eſt adæquatum potentiæ: & ideò abſtractum ab omnibus illis, circa quæ poteſt potentia operari. Non autem oportet, ſi intellectus poſsit naturaliter intelligere tale commune, quod poſsit intelligere quodcumque contentum ſub illo, quia intellectio alicuius contenti multo excellentior eſt intellectione confuſa talis communis. Quæ littera Scotica nō facile poteſt intelligi, niſi ſpeculando rationem præciſam, quæ formaliter ad cognitionem requiritur: hæc tamen profectò non eſt alia niſi vnio potentiæ cum obiecto. Non enim ſolum ſat eſt obiectum eſſe intra ſpheram adæquati obiecti alicuius potentiæ, vt percipiatur ab illa; ſed vltra hoc neceſſum eſt, vt ipſum obiectum vniatur potentiæ, fiatque præſens illi, vel in ſe vel in aliquo repræſentatiuo, vt docuit expreſſe Doctor ex Diuo Auguſtino, *D. Auguſ. Scotus.* in hoc 1. diſtinction. 3. quæſtion. 6. articulo 4. in corpore, his verbis. *Expreſsius tamen eſt ad illud intentio Auguſtini, quod deducto ſic. Nihil enim ſufficienter natum eſt gignere notitiam actualem, niſi ipſum habeat obiectum prius naturaliter, quàm actum, præſens ſibi, in ſe vel in aliquo repræſentante ipſum.* Ex quo eſt ſummopere aduertendum, quod defectu huiuſmodi præſentiæ obiecti, & vnionis potentiæ cum ipſo, & non ex alio capite, prouenit, quod omne ens non cognoſcatur ab intellectu. Nam cum ex obiecto, & potentia pariatur notitia, quantumuis potentia ex ſe ſit apta nata ad cognitionem obiecti, adhuc requiritur ad hoc, vt ipſum cognoſcat, quod obiectum ſit ſibi præſens, vel per intimam ſui ipſius vnionem, vt in beatis contingit, quorum intellectui immediate vnitur eſſentia diuina in ratione obiecti, iuxta diuinæ voluntatis determinationem (prout infra in diſtinctione 1. ſub quæſtion. 2. late oſtendimus) vel per vnionem ſpeciei intelligibilis, quæ ipſum obiectum formaliter repræſentat, vt in aliis intellectionibus ſemper contingit. Cum igitur naturalis potentia non habeat ex ſe, & ex ſua naturæ principio, poſſe ſibi diuinam eſſentiam immediatè vnire in ratione obiecti (hoc enim pendet ex libera Dei voluntate) nec poſſe producere hāc ſpeciem intelligibilem, niſi aliorum intelligibilium à Deo, per abſtractionem intellectus agentis, qui illam à Phantaſmatibus ſenſibilibus abſtrahit, vt ſupra in expoſitione primi articuli dictum eſt: hinc prouenit, quod ſola entia, & obiecta poteſt intellectus noſter viribus ſuis cognoſcere, quæ à ſenſibilibus abſtrahibilia ſunt, & ab eis poteſt abſtrahere. Cum igitur Deus ſecundum rationem deitatis, & cætera, quæ de ipſo in articulis fidei continentur, imo & omnia ſupernaturalia, ſint ab omni ſenſibili remotiſsima, neceſſaria eſt ſpecies deſuper producta ad intelligendum talia obiecta: & hanc nobis præbet diuina reuelatio, quam Deus ipſe, media propoſitione Eccleſiæ, ſeu aliis cauſis ſecundis, in intellectu infundit. Qua reuelatione, & propoſitione præhabita, iam habet intellectus ſibi præſens obiectum in aliquo repræſentante ipſum. Et ex eo, quod tale obiectum iam habet ſibi per vnionem ſic præſens, poteſt illud intelligere, & non aliter.

Ex quibus inferre licebit totam, 5.
& præciſam cauſam, ob quam denegatur intellectui noſtro poſſe viribus ſuis attingere obiectum ſupernaturale, eam eſſe, quia, ſcilicet, non poteſt viribus ſuis tale obiectum ſibi præſens facere, ſibique vnire in ſe ipſo, vel in ſpecie intelligibili repræſentante illud. Quod à priori patet, quia ad cognitionem requiritur proportio inter obiectum, & potentiam: proportio autem obiecti ad potentiam debet eſſe ex parte obiecti, quatenus motiuum eſt, vt docuit Doctor in queſtion. 1. prologi, articulo 1. ad primum argumentum, his verbis. *Proportio obiecti ad potentiam eſt proportio motiui ad mobile.* Cū autem ſupernaturalia non habeant rationem obiecti motiui, niſi ſuppoſita impreſsione ſpeciei intelligibilis, quæ imprimitur à Deo, & nō à cau-

à cauſis naturalibus, hinc eſt quod talium cognitio viribus naturæ haberi non poteſt. Vnde iſtæ erunt veræ, & immediatæ cauſales. Ideo non poteſt intellectus noſter naturaliter cognoſcere obiectum ſupernaturale: quia non poteſt naturaliter habere illud ſibi præſens, in ſeipſo, vel in aliquo repræſentante ſe. Et ideò non poteſt intellectus noſter naturaliter habere obiectum ſupernaturale ſibi præſens in ſeipſo, vel in alio repræſentante illud: quia non poteſt intellectus agens viribus naturæ producere ſpeciem intelligibilem talis obiecti. Et ideò non poteſt naturaliter producere talem ſpeciem intelligibilem: quia non poteſt illam abſtrahere à Phantaſmatibus: & ideo non poteſt illam abſtrahere à Phantaſmatibus: quia obiectum ſupernaturale eſt prorſus à ſenſibilibus remotum. Ex quibus omnibus optime concluſerat Doctor in 1. art. huius quæſtionis. *Quod illa ſola cognitio naturalis eſt, quæ ab iſtis agentibus, nempe ab intellectu agente, & phantaſmate, poteſt imprimi.*

6. Si autem vlterius quæras, vnde proueniat iſti cognitioni, quod ſit naturalis? Reſpondeo, quod quia obiectum illud naturaliter mittit ſpeciē, & prout in ſpecie intelligibili relucens mouet ſecundum vltimum de potentia ad ſui notitiam, vt docet Doctor in Quodlibetis quæſt. 41. litt. DD. Et hoc, quod eſt agere ſecundum vltimum de potentia, eſt proprium principij naturalis. Quia vero ſpecies intelligibilis obiecti ſupernaturalis poteſt ſolum produci, & imprimi ab agēte ſupernaturali: ideò omnem obedientiam, & ſupernaturalitatem potentiæ Doctor conſtituit in ordine ad ipſum agens ſupernaturale, quod talem notitiam ſeu ſpeciem poteſt inducere. Reſpectu autem ipſius cognitionis ſupernaturalis in ſe ipſa, nullam obedientiam, aut ſupernaturalitatem conſtituit, ſed tantum naturalem inclinationem, vt infra in art. 8. diffic. 3. compertum eſt.

Ex quo rurſus ſpeculari oportet ad maiorem confirmationem huius doctrinæ, quod intellectus noſter non eo formaliter intelligit, quia agit, quamuis præſuppoſitiue, actionem propriam, vel alienam importet; ſed quia patitur, & non præciſe, quia patitur, ſed quia percipit obiectum relucens in forma, â qua patitur. De quo plura dicuntur infra in diſtinct. 1. ſub quæſt. 2. Ille tamen intelligentem, quia patitur, docuit Phyloſophus lib. 2. de anima, cap. 2. & 12. vbi dixit, quod intelligere eſt quoddam pati: quod idem tenet Auerroes tertio de anima cap. 18. & habetur â Doctore infra diſtinct. 3. quæſtion. 7. art. 1. & in Quodlibetis, quæſtion. 13. & ſæpe alibi: quæ quidem doctrina etiam ſi alibi expendatur, hic tamen prout ad præſens attinet, non poteſt non aduerti. In intellectu ergo ſunt duæ actiones tantum, & duæ paſsiones, & vna operatio, quæ nec formaliter eſt actio, nec paſsio: Prima etenim actio intellectus eſt, quatenus agens eſt, producere ſpeciem intelligibilem, in quo finitur munus intellectus agentis (& ſuppono hic cum communi Phyloſophorum placitis, intellectum agentem, & poſsibilem eſſe eundem nec intellectum, diuerſis tamen muneribus fungentem; Secunda actio intellectus, vt iam poſsibilis, eſt producere verbum mentis. Prima autem paſsio eſt recipere ſpeciem intelligibilem. Secunda vero paſsio eſt, recipere verbum mentis à ſe productum: in qua ſecunda receptione informatur intellectus præciſa, & eſſenciali forma intelligendi. Operatio autem eſt tendentia quædam intellectus, qua percipit, & reſpicit obiectum in tali verbo repræſentatum. 7.

In quo conſiſtat eſſentialis ratio intelligendi.

Ariſt.

Auerr.

Ex quibus omnibus tantum ſecunda receptio, & iſta perceptio, eſſentialiter requiruntur ad actum intelligendi. De receptione patet, quod neceſſaria ſit, quia intelligere eſt effectus formalis verbi mentis: verbum enim eſt forma eſſentialis intelligēdi. Igitur ſicut abſq; vnione & receptione for- 8.

Recipere verbum & percipere obiectũ repræſentatũ

in illo, tamen requiritur eſſentialiter ad intelligere. formæ in ſubiecto,non ſequitur eſſe ctus formalis in illo: ſic abſque receptione verbi,& vnione ipſius cum intellectu,non poteſt ſequi actus intelligendi. De perceptione plane conſtat, quia cum intelligere includat tranſcendentalem ordinem ad obiectum,neceſſario debet intellectus, vt actu intelligens,reſpicere illud in ſuo repræſentatiuo,nempe in verbo mẽtis,in quo tanquam in imagine relucet.Quod autem hæc duo tantummodo requirantur,facile probari poteſt in ſchola Doctoris, qui tenet poſſe Deum ſe ſolo in intellectu creato,in tellectu ipſo mere paſsiue ſe habẽte, verbum alicuius obiecti producere. Ex quo iam excuſari poteſt illa ſecunda actio intellectus,nempe naturalis productio verbi ,ad hoc vt intellectus ſit formaliter intelligens : & ex conſequenti illa prima productio,ſcilicet,ſpeciei intelligibilis, & eius receptio,quę erat prima ex duabus numeratis,à fortiori excuſari poſſunt : ſi quidem ipſæ ad fæcundandum intellectum ad productionem verbi mentis ordinabantur. Quæ prima actio excuſari poteſt quoque,ſi Deus ſpeciem intelligibilem impreſſam alicuius obiecti totaliter produceret. Quod in relationibus contingere conſentaneum eſt. Tunc tamen licet excuſaretur actio naturalis intellectus agentis productiua talis ſpeciei : non ideò excuſaretur prima paſsio,ſeu receptio,qua ipſa ſpecies à Deo immediate producta reciperetur in intellectu hominis,& fæcundaret illum ad productionem verbi:attamen ſi ipſum verbum immediate,& totaliter produceretur à Deo,tunc vtraque actio & prima receptio ſeu paſsio excuſarentur,vt bene exponit Bargius in 1. diſt. 39. fol. 285. Ex quibus plane concluditur, (quod ſupra dicebamus)tantummodo illam ſecundam receptionem, ac etiam operationem, quæ eſt perceptio obiecti relucentis in verbo, eſſentialiter prærequiri ad eſſentialem actum intelligendi : at vero ad naturalem intellectionem vtraque actio, ſeu productio, & vtraque paſsio,ſeu receptio, atque etiam operatio, neceſſaria ſunt. Ex quibus deducitur aliud eſſe intelligere eſſentialiter, aliud vero naturaliter, ad primum etenim tantum requiritur receptio verbi mentis in intellectu, & perceptio obiecti repræſentati in ipſo:ad ſecundum vero, vltra hoc,requiritur, quod hoc verbum ſit ab ipſo intellectu, & in ſimul ab ſpecie intelligibili productum, & quod ſpecies intelligibilis ſit producta ab intellectu agente,& phantaſmatibus. Et ex his deducitur iterum intellectum noſtrum poſſe eſſentialiter intelligere omne ens ſub ſui obiecti adæquati latitudine contentum : non tamen omne id poſſe naturaliter intelligere.

Bargius.

Non eſt idẽ eſſentialiter intelligere, & naturaliter intelligere.

Baruch.

Marci. ca. vlt.

§ 3.

Statuuntur concluſiones difficultatis, & ſoluitur ratio dubitandi.

His ergo præhabitis,difficultatem concludendo, dico primo,ens reale ſecundum ſuam latitudinem, qua ens creatum,& increatum comprehendit, eſſe obiectum adæquatum noſtri intellectus, ea ratione, qua omne contentum ſub eo, ſi ſemel ſibi fiat præſens, attingit,illud recipiendo , & percipiendo,modo expoſito, in quo ratio eſſentialis intellectionis conſiſtit. Et ſimul dico,non ideò poſſe naturaliter intellectum viribus ſuis omne tale obiectum attingere. Cuius concluſionis prima pars ſatis probata eſt ex notatis. Secunda vero, quæ principale difficultatis intentum dirimit, probatur primo,ex locis Sacræ Scripturæ quam plurimis: nam Baruch tercio capite, dicitur de arcanis, & ſapientia Dei: *Non eſt, qui poſſit ſcire vias eius , ſed qui ſcit vniuerſa nouis*

9.

1. Concluſ.

Iob. *Pſ. 15.* uit eam. Et Iob. 39. *Numquid noſti tempus &c.* & cap. 37. *Numquid noſti ſemitas nubium* & Pſalmi 15. *Notas mihi feciſti vias vitæ.* Et alijs quam plurimis, in quibus probatur non poſſe hominem naturaliter ſcire obiecta ſupernaturalia: quod idē patet teſtimonio D. Auguſtini. 11. de ciuitate Dei cap. 3. vbi ait. *Quæ remota ſunt à ſenſibus noſtris quoniam teſtimonio noſtro ſcire non poſſumus, de his alios teſtes requirimus.* Et lib. 5. de Geneſi ad lit. cap. 13. inquit. *Quia ſcilicet rationales mentes, in quo genere homo factus eſt ad imaginem Dei, non habent veram lucem ſuam, niſi ipſum Verbum Dei, per quod facta ſunt omnia &c.* *D. Auguſ.*

10 Ratione autem faciliмо negotio poteſt concluſio comprobari, ex eo quod nō poteſt intellectus noſter viribus ſuis cuiuslibet entis ſpeciem intelligibilem, qua ſibi fiat tale obiectū præſens, naturaliter habere, niſi illius tantum obiecti, quod ſenſibile eſt, à quo poſsit talem ſpeciem abſtrahere: quæ recte tradit Doctor in hoc articulo ſolutione ad primum, dum ait. *Diſtingo de obiecto naturali, quod poteſt accipi vel pro eo, ad quod naturaliter, ſiue ex actione cauſarum naturaliter actiuarum* (quales ſunt intellectus agens, & phātaſma) *poteſt attingere: vel pro illo, ad quod potentia naturaliter inclinatur, ſiue poſſet illud naturaliter attingere, ſiue non &c.* Ex quibus plane concluditur concluſio huius difficultatis, quæ etiam ex ſolutione argumenti patet, quod ſibi Doctor obijcit in hoc articulo, quod ibidem ſic ſoluit. *Licet ens, vt eſt quoddam intelligibile vno actu, ſicut homo eſt intelligibilis vna intellectione, ſit naturaliter attingibile: illa enim vnica intellectio entis, vt vnius obiecti, eſt naturalis: non tamen ens vt primum obiectum (id eſt adæquatum) poteſt poni naturaliter attingibile: niſi quodlibet ſub eo contentum ſit naturaliter attingibile: quia eſt primum obiectum, vt includitur in omnibus per ſe obiectis.* Quæ verba Scoti perſpicua ſunt: ſed vt manifeſtentur clarius, ſpeculari oportet in ente rationem præciſam entis, ſecundum quod deſcribitur, vt ens eſt, & rationem vniuerſalis, *Scotus.*

ſecundum quam ſub ſe amplectitur omnia entia realia, in quibus eſt imbibitum, & de quibus formaliter, aut identice prædicatur. Primo modo non eſt obiectum adæquatum noſtri intellectus, ſed eſt quoddam intelligibile, ſicut quodcumque aliud in complexum: poſteriori vero modo eſt obiectum adæquatum noſtri intellectus: quia omnia contenta ſub illo poſſunt naturaliter, vel ſupernaturaliter à noſtro intellectu attingi, & nihil aliud poteſt ab intellectu attingi, quod ſub ratione entis non ſit incluſum. Concludit ergo Doctor, quod ſecundo modo non eſt naturaliter attingibile ens à noſtro intellectu, quia non omne contentum ſub illo eſt naturaliter attingibile, vt patet de ſupernaturalibus: bene tamen primo modo. Et hæc eſt formalis ſolutio huius difficultatis, de qua infra in art. 8. difficult. 3. num. 19. etiam erit ſermo. Sed ſi inferas contradicta, quod ex eis infertur ens ſecundum rationem vniuerſalitatis non eſſe obiectū adæquatum noſtri intellectus: negatur conſequentia, quia ad rationem adæquati obiecti ſufficit, quod omne contentum ſub eo poſsit eſſentialiter intelligi, non tamen requiritur, quod poſsit attingi naturaliter. *Solutio difficultatis.*

11 Sed nunc nobis ingens reſtat dubium circa ea, quæ in fronte huius difficultatis de mente Doctoris circa ens rationis notauimus: nam duo inconuenientia circa hoc videntur ſequi ex dictis. Primum eſt, ens rationis non poſſe ab intellectu noſtro naturaliter cognoſci, ſiquidem eſt ab omni ſenſibili remotiſsimum: quam obrem non poteſt eſſe aliquod phantaſma, à quo intellectus agens ſpeciem intelligibilem entis rationis poſsit abſtrahere. Secundum eſt, quod nec etiam ſupernaturaliter intelligi poteſt, cum non comprehendatur ſub ratione entis realis, de quo hucuſque actum eſt, & tale ens, vt reale eſt, ſit adæquatum obiectum noſtri intellectus. In quo etiam contradictio ex verbis Doctoris apparet ex hoc, quod in illa 3. q. Quodlibetica, ens vt comprehendit reale & rationis ſub ſe, conſti- *Dubiū de ente rationis an cognoſcatur naturaliter.*

tuar obiectum adæquatum intellectus noſtri: hic autem ſupponat ens reale tantum hanc adæquationem habere.

2. Concl.

12 Quibus nihilominus non obſtantibus dico ſecundo: quod ens rationis tanquam obiectum comprehenſum ſub obiecto adæquato noſtri intellectus naturaliter attingitur ab illo. Ad cuius concluſionis intelligentiam, & probationem, conſideranda eſt diſtinctio inter obiectum motiuum, & terminatiuum, quam Vazquius (*Vazquez.*) prima ſecundæ, quæſt. 8. artic. 1. diſput. 31. cap. 3. num. 13. immerito ſine omni prorſus fundamẽto deſpicit, & abſolute negat, dum ait, ſe non videre, vt attinet ad rationem motiui, & terminatiui, quo pacto differant. Quamuis enim bene negetur reſpectu albedinis, & coloris, vbi eam conſtituebant Theologi, quos ipſe citat. (fateor namque in huiuſmodi obiecto rationem genericam coloris, & ſpecificam albedinis, non ſicut motiuum, & terminatiuum differre, ſed eandem rationem obiecti habere; quod nunc ob prolixitatem vitandam non probo) in alijs autem non inepta, ſed aptiſsima, & neceſſaria eſt diſtinctio motiui, & terminatiui obiecti: quæ diſtinctio vt præambula ad multa, quæ paſsim tractantur, hic explicanda venit, ne deinceps illam repetere ſit neceſſum. Diſtinctionem igitur obiecti motiui, & terminatiui, expreſſe tradidit Doctor in hoc primo diſtinct. 35. quæſt. vnica, art. 4. & alibi ſæpe, (quæ diſtinctio clarior erit infra in quæſtionibus de viſione beata) pro qua videndus eſt Ioannes Vallonis in ſuis formalitatibus, fol. 15. & P. Rada 1. p. controu. 29. ar. 1. notabili 1. P. Herrera in 1. diſput. 2. q. 1. ad primum, & omnes Scotiſtæ.

Diſtinctio obiecti motiui, & terminatiui.

Scotus. Vallon. Rada. Herrera.

13 Duplex igitur eſt obiectum intellectus, alterum motiuum, alterum vero terminatiuum. Motiuum eſt illud, quod per ſe primo mouet intellectũ ad intelligendum: terminatiuum vero eſt, quod tendẽtiam intellectus ad ſe, ſuique notitiam terminat. Exẽplũ vtriuſque patet in cognitione v. g. lapidis. Nam lapis, media ſpecie ſui, quã mittit in intellectum, mouet illum ad ſui notitiã: ipſe vero lapis eſt, qui terminat notitiam ſui. Ex quibus deducitur, quod ſpecies illa habet rationem obiecti motiui, non vero terminatiui: quia ipſa non cognoſcitur: ſed vt optime notauit Pater Herrera, eſt ratio cognoſcendi non cognita: lapis verò in ipſa ſpecie repreſentatus, eſt qui terminat, & ideò ipſe lapis eſt formaliter, qui cognoſcitur. Rurſus aliquod eſt obiectum, quod ſimul eſt motiuũ, & primo & per ſe terminatiuum: aliud vero, quod nec mouet, nec primo per ſe terminat; ſed tantum habet per ſe ſecundario terminare. Sic in cognitione diuina ſola diuina eſſentia eſt obiectũ motiuum diuini intellectus, & quia eſt obiectum primatium, ipſa primo & per ſe terminat Dei cognitionem: cœtera vero, quæ in diuina eſſentia relucent, vt pote obiecta ſecundaria, qualia ſunt creaturę, quæ in eſſentia virtualiter cõtinentur, vt docet Scotus in hoc 1. diſt. 1. q. 2. art. 3. & in Quodlibetis quæſt. 14. & multis alijs in locis, nec mouent diuinum intellectum, ad ſui notitiam, nec illum per ſe primo terminant, ſed terminãt per ſe ſecundario, eo quod ſunt in alio, nempe in eſſentia, non ſicut obiectum eſt in ſpecie propria, ſed ſicut in aliquo, virtute cuius mediate cognoſcitur.

Nam obiectum quodcumque poteſt dupliciter cognoſci: primo immediate, ita vt ſecundum ſe à potentia apprehendatur: quod ſolum contingit, quando obiectum per ſe ipſum, vel per propriam ſpeciem, quæ eſt naturalis imago, & ſimilitudo eius, vnitur intellectui, fitque illi ſic præſens; vt ſupra diximus: ſecundo vero mediate, quod fit, quãdo res per aliud primo cognitum, in quo virtualiter continetur, concipitur. Ex his igitur, quæ priori modo cognoſcuntur, ſunt obiecta per ſe primo terminatiua, & primo cognita: quæ vero poſteriori modo à potentia attinguntur, ſunt obiecta per ſe non primo terminatiua; ſed ſecundario: quæ non in ſe, ſed in alio primo obiecto, & primo 14

Qualiter cognoſcantur obiectũ primariũ, & ſecundarium.

Digitized by Google

mo cognito intelliguntur. Diuina ergo eſſentia ſola eſt, quæ mouet Dei intellectum ad cognitionem ſui per ſe primo, & ſecundario ad cognitionem omnium cognoſcibilium vltrà ipſam eſſentiam, & per ſe primo illū terminat quoad ſui cognitionem. Cætera vero cognoſcibilia nec mouent Dei intellectum, nec per ſe primo illum terminant: ſed cognitionē à diuina eſſentia iam motā reſpectu ſui, per ſe terminaret non primario, ſed ſecundario: & ideò terminant per ſe non primo.

15 Si tamen obijcias, quod eodem modo poteſt Phyloſophari de quacumque cognitione creata, eo quod obiectum non per ſe, ſed in ſpecie cognoſcatur? Licet hæc difficultas proprium infra habeat locum: pro nunc tamen ad illam reſpondeo, longe diſparem eſſe rationem obiecti primarij à ratione ſpeciei intelligibilis: nam ſpecies intelligibilis (vt dixi) non habet rationem obiecti terminatiui, & ideò ipſa non cognoſcitur, licet ſit ratio cognoſcendi obiectum, quod repreſentat: quam obrem illam vocamus rationem cognoſcendi non cognitam. Obiectum vero primarium, ipſum ſecundum ſe eſt terminatiuum notitiæ, & ideò ipſum eſt, quod primo & per ſe cognoſcitur. Altera diſparitas, quæ ex hac oritur, eſt: quod cognitio obiecti primarij eſt cauſa cognitionis obiecti ſecundarij: & ideo hæc cauſalis eſt vera: quia cognoſcitur obiectum primarium, cognoſcitur & ſecundarium: at vero iſta erit falſa: quia ſpecies cognoſcitur, ideò cognoſcitur obiectum repreſenſatum in ipſa: cum falſum ſit ſpeciem ipſam cognoſci, licet ſit ratio cognoſcendi obiectum. Vnde plane conſtat, quod ſupra dicebamus, diuinam, videlicet, eſſentiam habere rationem obiecti motiui, & primo terminatiui: obiecta vero ſecundaria tantum eſſe terminatiua non prima.

16 Huius inſtar modi Phyloſophandum eſt de cognitione entis realis, & rationis. Quoniam ens reale habet rationem obiecti primarij intellectus noſtri, ideoque habet rationem mouēdi, ac primo per ſe terminandi illum: ens vero rationis eſt tantum obiectū ſecundarium, & non per propriam ſpeciem, ſed per ſpeciem entis realis cognoſcitur: ac ideò ſpecies entis realis mouet primo ad cognitionem entis realis, quod formaliter repræſentat: deinde vero mouet ad cognitionem entis rationis, quod in ſuo reali repræſentatiuo virtualiter cōtinetur. Ipſum attamē ens rationis eſt, quod ſui cognitionem per ſe (nō primo) terminat, ſicut de obiectis ſecundarijs diuini intellectus notauimus.

Quomodo cognoſcatur ens rationis.

Propterea que licet ens rationis cōprehendatur ſub latitudine adæquati obiecti noſtri intellectus: & ideò ens communiſſime ſumptum, prout ens reale, & rationis amplectitur, ſit tale adæquatum obiectum: vt in illa citata, quæſt. 3. Quodlibetali docuit Doctor: intelligendū eſt, de adæquatione obiecti terminatiui, non vero quatenus ſe ad motiuum extendit. Quando autem in hoc articulo aſſerit ens communiter ſumptum, vt tantum entia realia comprehendit, primitatem adæquationis habere: intelligi debet de obiecto motiuo, & primo per ſe terminatiuo, quæ de ſolo ente reali verificari poſſunt: vt optime Doctorē exponit Sirectus in ſuis formalitatibus vbi ſupra. Ex quibus manet probata concluſio, & conſtat nullam contradictionē in verbis Scoti reperirir: & inſuper non obſtare remotionem entis rationis à ſenſibilibus phantaſmatibus ad hoc, vt poſſit intelligi, eo quod non per ſuā propriam, ſed per entis realis ſpeciem intelligitur, & tandem ad ſui notitiam ſufficere, quod ipſam per ſe, ſaltem ſecundario terminet.

17 *Ad argum.*

Ad argumenta igitur textualia patet ibi ſolutio: ad rationem vero dubitandi iam ſatis reſponſum eſt, negandam eſſe minorem, eo quod ſolummodo poteſt intellectus viribus ſuis cognoſcere ea, quæ poteſt à ſenſibilibus, & phātaſmatibus abſtrahere & ſibi per ſpeciē intelligibilem vnire. Quod plane in ſupernaturalibus non poſſe cōtingere manifeſtum eſt,

cadere igitur ſub ratione adæquati obiecti non infert naturalem cognitionem, bene tamen eſſentialem, vt ſupra dictum eſt. Vnde valet iſta illatio: eſt ſub ratione obiecti adæquati intellectus. ergo poteſt ab intellectu eſſentialiter intelligi: quia ad hoc ſufficit hoc, quod eſt formaliter terminare eius cognitionem: non tamen iſta: ergo poteſt ab intellectu naturaliter intelligi: quia ſupernaturalia nõ habent phantaſmata, à quibus poſsit intellectus ſpeciem intelligibilem abſtrahere: quod ad rationem naturalis cognitionis requiritur.

18 Tunc ad confirmationem ex ſolutione Auicenæ patet ex textu, reſponſionem Doctoris ad ipſum Auicenam oppoſitum continere dum ibi, §. *ad argumentum igitur*, aſſerit: quod propoſitio eſt falſa de obiecto naturaliter attingibili, vera autem de obiecto, ad quod naturaliter inclinatur potentia. *Et ita debet intelligi* (inquit Doctor) *authoritas Auicenæ*: ac ſi diceret, quod ſi intellectus haberet ens in quantum ens pro obiecto adæquato naturaliter attingibili: naturaliter poſſet in quodcũque ens: & ſic naturaliter poſſet cognoſcere vltimum finem: cum vero tãtum habeat pro obiecto ſuæ inclinationis ens, in quantum ens, hinc non infertur poſſe viribus ſuis quodcumque ens ſub illo contentum naturaliter attingere.

Ad confirmationem.

DIFFICVLTAS II.

Vtrùm ſacra doctrina homini neceſſaria ad ſalutem habitũ fidei omnium articulorum includat?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, & referuntur quorundam opiniones.

DVO præſens difficultas inueſtigat. Primum, ſcilicet, quæ, & qualis ſit hæc ſacra Doctrina, quæ eſt hominibus neceſſaria ad ſalutem? Et ſecundum, de quibus neceſſario ſit, nempe, an debeat intelligi de fidei articulis præciſe neceſſarijs ad ſalutem: an vero de omnibus, quę Prophetis reuelata ſunt, & in ſacra pagina cõtinentur: an tandem, de Theologia ſcholaſtica, an ſit reſpectu eorum, quæ omnem rationem naturalem excedunt, qualia ſunt omnia ſupernaturalia, de quibus tantum videtur concludere Doctor; an vero etiam reſpectu plurium, quę humana ratione capiuntur de Deo, vt puta, quæ de ipſo demonſtrabilia ſunt: vt quod Deus ſit vnus, infinitus, immortalis, &c? An etiam reſpectu plurium naturalium, quæ tamen ad ſalutem, & æternam fœlicitatem conſequendam conducunt: vt ſunt virtutes morales? Circa quod, vt clarius procedamus, ſupponendũ eſt, in quocumque hominis ſtatu, ſibi neceſſariam fuiſſe ſacram Doctrinã deſuper reuelatam: quinimo & ipſiſmet Angelis deſuper tradi neceſſarium fuiſſe tenent Doctores: eo quod tam Angeli, quam homines ordinati fuerint à Deo ad ſe ipſum, tanquam finem ſupernaturalem. Ergo cum omne agens propter finem debeat ipſum finem cognoſcere: conſequenter tam homines, quam Angeli, huius finis agnitione indigebant, vt operarentur in conſequutionem illius: ſed omne obiectum ſupernaturale excedit, non ſolùm hominum, ſed etiam Angelorum vires naturæ: ergo neceſſaria eſt illis aliqua doctrina ſupernaturaliter inſpirata, qua huiuſmodi finem, & media ad ipſum conſequendũ, cognoſcerent. Verum eſt tamen: quod in ſtatu innocentiæ, & in ſtatu legis naturæ, imo & in ſtatu legis veteris, non erat neceſſaria ſacra doctrina reſpectu omnium, quæ nunc in lege gratiæ expreſſa in euangelio continentur. Videndus eſt pater Herrera in primo diſp. 2. q. 4. 1.

Herrera.

2. Quo ſuppoſito Caietanus. 1. parte quæſtion. 1. artic. 1. Ait hanc ſacram

ſententia, Cayet.

cram Doctrinam, prout neceſſaria eſt ad ſalutem, non ſummi pro fide, vt diſtinguitur contra Theologiam, nec pro Theologia, vt diſtinguitur cõtra fidem: ſed ſummi pro cognitione à Deo reuelata, ſiue formaliter, ſiue virtualiter, vt habet rationem diſciplinæ, & doctrinæ, abſtrahendo à ratione crediti, & ſciti, & reuelati formaliter. Quod probat: quia cognitio, qua egemus ad ſalutem, prout à Deo docente in homine ſuſcipitur, doctrina & diſciplina ſimul eſt. Et poteſt amplius roborari, quia ad hoc, vt aliquis ſciat media ad ſui finis conſequutionem ſufficit ipſa media ſcire, abſtrahendo ab hoc, quod ipſa credat, vel ſcientifice cognoſcat. Quæ Cayetani ſententia, licet acuta ſit, diminute tamen difficultati ſatisfacit. Quæſtio enim eſt de Doctrina, quæ hic & nũc neceſſaria eſt dabilis in particulari ad cuiuslibet hominis ſalutem. Doctrina vero ſic abſtrahens, quam Cayetanus ponit, nõ eſt dabilis ſine aliquo modo reuelationis, ſcilicet, fidei, vel ſcientiæ: quia quod cognoſcitur, vel cognoſcitur, quia Deus illud immediate reuelat alicui, vel quia creditur Deum illud reuelaſſe, vel quia aliquo modo ſcientifico, vel experimentali ſcitur. Et cum quæſtio præſens procedat de neceſſitate doctrinæ reſpectu illorum, quæ naturalis ratio conſequi non poteſt, videtur neceſſario inuoluere modum, quo ſibi poſſibile ſit illam habere. Qua propter loqui de illa doctrina cum tali abſtractione à modo, quem neceſſario inuoluit, eſt quædam ſpeculatio metaphyſica, & non theologica. Vnde illam theologicè iam concretam cum modo, quem inuoluit, inueſtigare debemus.

Impugnatio huius ſententiæ.

3. *2. Sẽtẽtia Vazquez.* Vazquez vero circa exponendum modum loquendi D. Thomæ eadem prima parte, q. 5. ar. 1. in ſuis annotationibus, num. 8. aſſerit omni homini neceſſariam eſſe ſacram Theologiæ ſciẽtiam ad ſalutem, ita quod non tantum in communi, inquit, Eccleſiæ neceſſariam eſſe, ſed loquendo in particulari, de hoc vel illo homine, neminem ſine ſcientia Theologiæ ſaluum fieri poſſe affirmat. Vt autem ſuam probet ſententiam, inquit, ſcientiã Theologiæ non ſolum eſſe habitum concluſionum deductarum ex fidei principijs: ſed etiam habitum talium principiorum fidei includere: & hac quidem ratione neceſſariam eſſe cuicũque homini Theologiam, pro ea ſcilicet parte, qua habitum principiorũ, vt pote articulorum fidei, complectitur. Quo quidem pacto iuxta mentem D. Thomæ Theologiæ ſcientiam eſſe cuilibet neceſſariam ad ſalutem affirmat. Si vero contra ipſum arguatur, quod huiuſmodi habitus eſt fides infuſa, & tunc idem eſt dicere Theologiam eſſe neceſſariam, ac ſi dicamus, fidem neceſſariam eſſe ad ſalutẽ. Reſpondet ipſe, talem habitum non eſſe fidem infuſam: habitus enim primorum principiorum eſt habitus fidei acquiſitæ. Quod cõfirmat ex eo, quod hæreticus negans aliquos fidei articulos: non tamen omnes, habet veram Theologiam, nec tamen habet fidem infuſam. Ergo ſufficiunt principia fide humana credita ad Theologiam: & hæc Theologia talem habitum fidei acquiſitæ includit, quam ait, cuilibet viatori neceſſariam eſſe ad ſalutem: & hanc quidem opinionem Scoti authoritate comprobare intendit.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & ſtatuuntur concluſiones illius.

In oppoſitum tamen eſt Doctor ſubtilis, cuius verba habentur infra. Vnde contra Vazquium tria oſtẽdam. Primum, ſcilicet, ex preſſe oppoſitum docuiſſe Scotum. Secundum vero, omnem ſacram Doctrinam neceſſario debere niti firmiſſimis fidei principijs, & fundamentis. Tertium tandem, cuicumque homini ad ſalutem non poſſe neceſſariam eſſe Thologiæ ſcientiam, etiam modo à Vazquio expoſito. 4.

5\. *1. Conclu.* Dico ergo primo: quod oppoſitū ſentit Scotus, vt patet in eius littera in ſequenti articulo in corpore, vbi hæc profert. Quæ Scoti verba erunt nobis prima Concluſio. *Loquendo de habitu theologiæ, qui perfectus exiſtens, includit fidem infuſam, & acquiſitam articulorum, & aliorum reuelatorum à Deo in ſcriptura, ita quod non eſt tantum hic infuſa, nec aquiſita tantum, ſed ſimul ambæ.* Ex quibus verbis Doctoris perſpicue conſtat nullatenus poſſuiſſe, habitum Theologiæ ſine fide infuſa poſſe reperiri; ſed expreſſe docuiſſe oppoſitum: quod ſufficit ad confuſionem eorum, qui Scoto hæc falſo imponunt, vel in ſui fauorem, vel in confutationē Scoti ex ſententiæ. Ex quo ſecundum pūctum etiam ex eiſdem Doctoris citatis verbis euidenter conſtat, & probatur inſuper ex Diuo Auguſtino, lib. 54. de Trinitate, cap. 1. tomo. 3. vbi loquendo de Theologia ait. *Huic ſcientiæ attribuitur illud tantummodo, quo fidei ſaluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur.* Item expreſſe Sanctus Thomas, 1. parte, quæſt. 1. artic. 2. inquit loquēdo de Theologia. *Doctrina ſacra credit principia ſibi reuelata à Deo.* Qui quidem, & cuncti Doctores, affirmant fidem infuſam in Sacra Theologia neceſſario præſupponi tanquam firmiſsimum principium, quo neceſſario nititur.

Theologia neceſſario includit habitū fidei infuſæ, & acquiſitæ. Primū, & ſecundū eſt en diturcō tra Bazq. ex Scoto.

6\. Porro hanc eandem concluſionem probare ratione ex definitione ſcientiæ erit facile. Scientia etenim definitur ab Ariſtotele primo poſteriorum textu 5. ſic. *Scire autem arbitramur vnūquodq; ſimpliciter, & nō ſophiſtico modo, cū cauſam eius cognoſcimus, & non contingit aliter ſe habere.* Vnde Doctor quæſ. 4. prologi art. 1. primam ſcientiæ conditionē colligit: quod, ſcilicet, ſit notitia certa. Quæ conditio ita intrinſeca eſt ſcientiæ, vt abſque ea quæcumque doctrina ſit opinio, & non ſcientia. Imo dico, quod etiam ſi Theologia non ſit in rigore ſcientia, adhuc ei neceſſario competit hæc conditio certitudinis, licet propter alias conditiones, quæ ſibi deficiunt, vt puta, euidentia &c. rigoroſa ſcientia non ſit. Hoc igitur eſt indubitabile apud omnes

Ariſt.

Theologiam eſſe notitiam certā: quo ſuppoſito, argumentor ſic: omnis notitia debet niti principiis certis, & infallibilibus. Omne autem principium eſt certum, & infallibile in ſe ipſo, vel formaliter ex ſimplici ſui apprehenſione: quia eſt naturaliter per ſe notum, vt ſunt omnia prima principia ſcientiarum naturalium: vel nititur infallibilitati, & certitudini primæ veritatis dicentis, & reuelantis, quæ eſt fidei certitudo, cui repugnat per locum intrinſecum poſſe ſubeſſe falſum: & non eſt cogitabilis aliquis alius modus infallibilitatis, & certitudinis principiorum. Sed fides humana, & acquiſita non habet hanc certitudinem, & infallibilitatem, cum ſolum nitatur authoritati alicuius dicentis, & atteſtantis fallibilis, ſcilicet, magiſtri, ſeu doctoris humani, qui poteſt falli, & fallere: ergo &c. Hoc idem patet in exemplo poſito de hæretico, qui negauit vnum aut plures fidei articulos; nam iſte profecto iam nō nititur infallibilitati primæ veritatis dicentis: quia non eſt maior ratio, quare ille credat vnum articulum, quam alium: & ex eo quod vnum non credit, nihil infallibiliter credit: quia ſic prima veritas omnes fidei articulos reuelat: & formalis ratio credendi eſt infallibilitas primæ veritatis in dicēdo (vt ex materia de fide ſuppono) cōſequēter ex eo præciſe, quod vnum nō credit, nihil omnino credit: quia non credendo vnum, ipſius primæ veritatis infallibilitatem negat reſpectu illius, quod non credit: non autē poteſt negare infallibilitatem primæ veritatis reſpectu vnius, & non reſpectu alterius: quia tunc iam eſſet contradictio in adiecto dicere, Deum eſſe primam veritatem, & verum dicere reſpectu quorundam, & in aliquo nos fallere, ſeu decipere poſſe: ergo de primo ad vltimum dicendum eſt: quod hæreticus, qui vnum articulum negat, nihil infallibiliter credit. Et per conſequens illud, quod credit, nō credit certo, & infallibiliter, licet cōtingat materialiter eſſe certum. Et ex conſequenti non poteſt inferre ex principijs ſic creditis cōcluſiones certas,

Hæreticus nō habet veram Theologiam, Sed quandā notitiā, quæ materialiter Theologia dici poteſt.

tas, & vere theologicas, nec poteſt veram Theologiam habere: ſed ad ſummum habebit quandam notitiam humanam, quæ tantum materialiter Theologia poteſt dici: quatenus, videlicet, de aliquibus veritatibus, quæ ſacra Theologia docet, illa pertractat. Igitur non erit formalis, nec perfectus Theologus, qui habitum fidei infuſæ non retinet, & ex conſequenti non ſufficit habitus acquiſitus principiorum fidei, adhoc vt vera Theologia habeatur.

7. Vt autem poſtremum confutetur ex tribus, quæ Vazquez aſſerit, in cuius fauorem adducit Scotum, dico ſecundo: Theologiam pro ea parte, qua

2. Conclu. habitum primorũ principiorum creditorum includit, non eſſe ſcientiam, propterea que vt ſic ſcientiam Theologiæ improprie dici: ac inſuper hãc etiam partem Theologiæ non eſſe cuicumque homini neceſſariam ad ſalutem. Concluſio hæc eſt expreſſa Scoti, vt habetur infra in art. 7. his verbis. *Eſt igitur Theologia neceſſaria, loquendo de principali habitu, qui eſt fides infuſa, & hoc generaliter quantum ad omnes. Nõ ſic autem quantum ad ſecundum habitum, quem includit, qui eſt fides acquiſita.* Ex quibus colligitur, ſacram Theologiam triplicem habitum includere, ſcilicet,

Tres habitus includuntur in Theologia. & habitum fidei infuſæ, & habitum fidei acquiſitæ, qui eſt habitualis notitia articulorum fidei, & tertio habitũ concluſionum ex his principijs deductarum. Nunc ergo probatur concluſio, quoad primam partem: nam vt bene notauit Cayetanus vbi ſupra art. 2. ſtultum eſt quærere, an tota cognitio claudens in ſe principia, & concluſiones ſit ſcientia, cum conſtet primorum principiorũ non eſſe ſciẽtiam. Scientia etenim ex ſexto ethicorum eſt intellectualis virtus, & habitus concluſionum per demonſtrationem acquiſitus ex principijs. Et infra probat, quod de ratione ſciẽtiæ, vt diſtinguitur ab alijs habitibus intellectualibus, eſt habere concluſiones viſibiles in alio à ſe diſtincto, nempe, in habitu principiorum, ſiue in principijs. Ergo ſcientia non includit habitum principiorum, ſed ipſum eſſentialiter præſupponit. Vnus enim habitus non claudit in conceptu ſuo formali alium à ſe ipſo eſſentialiter, & ſpecie diſtinctum. Habitus autem primorum principiorum ſpecie diſtinguitur a ſcientia, vt patet ex diuiſione quinque ſpecierum habitus intellectualis, quas ponit Phyloſophus (de quibus in quæſt. 4. art. 1. diffic. 12. erit ſermo) quæ ſunt ſapiẽtia, intellectus, ſcientia, prudentia, & ars. Ergo ſcientia Theologiæ non claudit in ſe illum habitum acquiſitum principiorũ creditorum: & conſequenter, non proprie loquitur Vazquez dicens ſcientiam Theologiæ pro ea parte, qua in ſe talem habitum acquiſitum includit, eſſe cuicumque homini neceſſariam. Quia ſi ſemel fatetur ſcientiam Theologiæ (quo loquendi modo vtitur nu. n. 10.) eſſe cuicumque homini neceſſariam, debet quoque neceſſario fateri concluſiones theologicas etiã ſibi neceſſarias eſſe. Quia de ratione ſciẽtiæ (vt dictum eſt) eſt habere cognitionem concluſionum deductarum ex principijs: quæ quidem ratio, eo quod eſt formalis cuicumque ſciẽtiæ, non poteſt abſtrahi à ſciẽtia Theologiæ. Ergo vel debet fateri neminem carentem Theologia, aut aliquem nõ Theologum ſcientificum, ſaluari non poſſe: quod eſt error manifeſtus: vel debet concedere ſcientiam Theologiæ non eſſe cuicumque homini neceſſariam ad ſalutem.

Relicto igitur modo loquendi Vazquij, aliter loquitur Scotus, qui Theologiam non vocat ſcientiam: & eam 8.
præterea non eſſe neceſſariam cuilibet ad ſalutem (vt viſum eſt) aſſerit, vocat tamen Theologiam ſapientiam infra quæſt. 4. art. 1. ſolut. ad ſecundum: cum ſapiẽtia (vt habetur ex Ariſtotele 3. de anima c. 10. & tradit Verſorius Doctor antiquus Parrhiſienſis in principio ſuæ Dialecticæ) altiſsimas cauſas rerum contempletur, *Verſorius.* in quibus ſimul principia, & concluſiones ſunt, eſt habitus, & principia, & concluſiones amplectens. Quo breuiter ſuppoſito (vſque ad propriũ locum) conſequenter docet Scotus hac quæſt. 1. art. ſequenti, quod Theologia

Digitized by Google

logia (vltra concluſiones) includit habitum fidei infuſæ, & habitum fidei acquiſitæ: ita quod non eſt tantum hic infuſa, aut acquiſita tantum, ſed ſimul ambæ. Fides infuſa eſt habitus à Deo immediate infuſus ſimpliciter neceſſarius ad fideliter, & ſupernaturaliter credendum, fides verò acquiſita eſt habitus comparatus, & acquiſitus de ipſis fidei articulis à Deo alias Eccleſiæ reuelatis. Sciẽtia ergo Theologiæ non eſt primus, nec ſecũdus habitus, ſed præciſe habitus concluſionum deductarum ex principijs per fidem acquiſitam adeptis, & per infuſam creditis: at vero ſacra Theologia, vt abſtrahit à ratione ſcientiæ, quæ proprius ſapientia eſt, vtramque fidem, infuſam, & acquiſitam, & concluſiones deductas, amplectitur: quo manet prima pars ſecundæ concluſionis probata. Secundæ verò partis probatio in ſequentis articuli expoſitione, & in difficultate ibi excitata, ſatis comperta erit.

9. 3. Concluſ. Dico tertio: doctrinam ſacram neceſſariam vniuerſali Eccleſiæ includere fidem infuſam per reuelationẽ, & acquiſitam, & ſcholaſticam Theologiam. Probatur concluſio ex illo Ioann. 6. inquit Saluator. *Omnis qui audiuit à patre, & didiſcit, venit ad me &c.* Ioann. c. 6 Ex quibus verbis conſtat doctrinam hanc ſupernaturaliter traditam, inprimis eſſe reuelationem, iuxta illud. *Omnis qui audiuit à patre*, & eſſe à Deo immediate reuelatam, ſicut Prophetis olim, & in lege gratiæ, Sanctæ Matri Eccleſiæ, reuelati ſunt fidei articuli. Prophetæ etenim per reuelationẽ diuina myſteria agnouerunt, & Sancta Eccleſia, ex eadẽ reuelatione cognouit ea, quæ fidelibus credenda proponit. Fidem autem ex eadem Eccleſia didiſcerunt fideles, tanquã ex proponente, & docente, cuius teſtimonio primæ veritati dicenti firmiſſima fide credant omnia, quæ ab Eccleſia vt credenda proponuntur. Quare addit Saluator illa verba; *& didiſcit.* Tandem ſacra Theologia ſcholaſtica præſtat ex his reuelatis, & creditis, cõcluſiones ſpeculatiuas, & practicas, per diſcurſum inferre, quibus nos doceat, & altiſsima ſpeculari myſteria, & practica iuxta Dei placitum operari: quibus quidem ad Chriſti gratiam peruenimus, & per gratiã ad Dei gloriam conſequendam: quod quidẽ inſinuat Saluator illis verbis: *venit ad me.* Ex quibus omnibus ſic probationem concluſionis deduco. Eccleſia, vt magiſtra, indiget doctrina articulorum fidei, & omnium, quæ nobis ſunt media ad vltimi finis conſequutionem, quæ doctrina in nobis recepta, diſciplina erit: ſed non poteſt hanc habere doctrinam, niſi per diuinam reuelationem ſibi factam à Deo, nec poteſt hanc doctrinam ab erroribus, & hæreſibus inter infideles excitatis, tueri ſine ſcholaſtica Theologia: ergo de primo ad vltimum, & indiget diuina reuelatione omnium credendorum, & fide aſſentiente omnibus reuelatis, ad hoc, vt nos eadem doceat, quæ credit: & eget ſcholaſtica Theologia ad conſeruandam, & tuendam doctrinam prædictam.

Ex his tamen videbatur inferre: quod tam reuelatio, quam fides, quam Theologia ſit cuicumque homini neceſſaria, vt vitam conſequatur æternam. De reuelatione patet: quia in ipſam fit vltima fidei reſolutio. Dicet enim Cathecumenus proponenti Magiſtro: vnde mihi conſtat hoc fuiſſe Eccleſiæ reuelatum? non enim poteſt eius aſſenſus niti fundamento fallibili proponentis Magiſtri: ergo indiget reuelatione ſibi facta immediate. Ex quo etiam deducitur indigere acquiſita fide articulorum credibilium, vt poſsit cognoſcere, quæ ſibi ſunt neceſſaria ad ſalutem, & etiam indigere Theologia ſcholaſtica, vt errores intellectus circa credenda conuincat, & circa operabilia dirigatur. Igitur non tantum Eccleſiæ, ſed etiam cuilibet viatori neceſſaria eſt, ad ſalutem ſacra Doctrina, prout hæc tria complectitur. 10

Reſpondeo tamen his non obſtantibus, obiter, reliqua reſeruãdo ad proprium locum in materia de fide: quod hæc ſacra Doctrina non eſt cuilibet neceſſaria, ſecundum quod hæc omnia complectitur. Et in primis non eget 11

Digitized by Google

get reuelatione ſibi facta immediate, ſed habitu inſito fidei, quo inclinetur ad aſſentiendum articulis reuelatis Eccleſiæ, ab eaque ſibi propoſitis ad credendum; qui quidem aſſenſus non reſoluitur in reuelationem ſibi immediate factam, ſed in primam veritatē dicentem, tanquam in cauſam formalem: & in Eccleſiam proponentem tāquam in atteſtantem. De qua difficultate, Deo dante, in 3. diſt. 23. plura enucleabimus. Sufficienter ergo reſpōdebit magiſter Cathecumeno: credo hunc articulum fidei, quia Deus, qui eſt prima veritas, dicit credendū eſſe propoſitionem Eccleſiæ, & Eccleſia propoſuit illum atteſtans fuiſſe à Deo reuelatum ſibi, & inſuper fuit doctrina confirmata ſignis & miraculis: quæ quia ſupra naturæ ordinem ſunt, confirmāt illam, iuxta illud Marci cap. vltimo. *Et ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Nec quidem indiget quilibet Theologia ſcholaſtica ad ſalutem: non enim ſua intereſt ſpeculatiue intellectū corrigere, ſed in obſequium fidei intellectum captiuare, & practicas correctiones Eccleſiæ obſeruare. Omnia etenim, quæ Eccleſia ex fidei principijs neceſſaria, vel vtilia ad ſalutem, concludit, Prædicatorum, & Doctorum miniſterio, ſuis fidelibus reſolutorie obſeruanda eſſe proponit. Quid vero dicendum ſit de habitu fidei acquiſitæ, patet ex concluſione ſequenti.

Marci ca. vlt.

12 Dico quarto, quod ſacra Doctrina, quatenus habitum fidei infuſæ includit, eſt cuilibet neceſſaria ad ſalutē: quatenus vero importat habitum fidei acquiſitæ, non eſt cuilibet neceſſaria: ſed de potentia ordinata eſt neceſſaria adulto potenti habere Doctorē, & eum intelligere: & hoc quātum ad aliquorum generalium fidem acquiſitam. Concluſio hæc quoad omnes ſui partes eſt expreſſa Scoti in hac quæſt. art. 7. & quoad primam partem eſt cōmunis inter Catholicos, & ſatis manifeſta ex illo Pauli ad Hæbreos 10. cap. *Sine fide autem impoſsibile eſt placere Deo*: quia ſecūdum ipſum ad Rom. 10. cap. *Quomodo inuocabunt illum, in quem non crediderunt.* Reliquæ vero partes concluſionis maiorem difficultatē induunt, ſed commodius in expoſitione ſequentis articuli, & difficultate tertia, confirmantur.

4. Conclu.

Ad Hebr.

Ad Rom.

§. 3.

Statuitur concluſio reſpondens difficultati, & ſoluuntur argumenta.

DICO quinto (& eſt concluſio principaliter reſpōſiua titulo, difficultatis præſentis) nō ſolum neceſſariā eſſe ſacram doctrinam reſpectu eorum, quæ naturalem rationē exuperant (de quibus late probat Doctor in 1. art. & in iſto) ſed etiā de his, quæ de Deo naturaliter demonſtrabilia ſunt, & reſpectu plurium naturalium, vt pote, virtutum moralium, prout ſunt media ad vitam æternam conſequendam. Concluſio hæc eſt cōmunis, & quoad primam partem ſatis probatur ab Scoto vbi ſupra: quoad ſecundam vero illam probat D. Thomas loco citato: quia veritas de Deo per rationem inueſtigata à paucis, & per longum tempus, & cum admiſtione multorum errorum homini proueniret: à cuius tamen veritatis cognitione dependet tota hominis ſalus, quæ in Deo eſt, in quantum eſt vnus &c. Quod licet poſsit homo conſequi naturæ viribus per ſyllogiſticas cōſequentias demonſtrando, hoc tamē, vt dictum eſt, per longum tempus, & cum erroribus conſequetur: & forſan in errore gentilium manebit plures Deos adorans & colens: & quidē hæc ſententia non contradicit Doctori. Licet enim ad probandam neceſsitatem ſacræ Doctrinæ in textu dicat: ꝙ ideo neceſſe eſt nobis ſupernaturaliter tradi: *quia nullus earū notitiā potuit naturaliter inuenire.* Et deinceps ad hoc probandum vtatur tribus rationibus, & medijs ſumptis, ex impoſsibilitate naturalis cognitionis vltimi finis,

13 *5. Conclu.*

ſionis,& mediorum ad ipſum,& ſubſtã
tiarum ſeparatarum,&c. Ex quibus vi
detur concludere, ad illius tantum
cognitionem nos indigere ſupernatu
raliter inſpirata doctrina, ad cuius
cognitionem non poteſt naturalis ra
tio ſe extendere:& conſequenter vi-
detur inferri,ad ea, quæ de Deo de-
monſtrabilia ſunt, non indigere ho-
minem pro hoc ſtatu tali doctrina:
hoc quidem debet intelligi phyſice,
non vero moraliter: duplex namque
poteſt pro hoc ſtatu eſſe in hominis
intellectu impoſsibilitas, vna phyſi-
ca,& altera moralis. Prior eſt, quæ ab
intrinſecis principijs prouenit, vt
puta,quod poſita tota actione intelle
ctûs agentis,& phantaſmatis (vt do-
cet Doctor) veritas obiecti maneat
ignota,& neutra:quia ſcilicet,tale ob
iectum ex ſua ratione intrinſeca exce
dit vires naturales rationis humanæ:
quod quidem prouenit ab eo,quod ta
le obiectum non eſt ſenſibile, nec in
ſenſibilibus continetur, vt poſsit per
cipi à ſenſu,& miniſterio intellectus
agentis fieri intelligibile. De quo vi-
de,quæ dicta ſunt ſupra,artic. 1. in tex
tu,& in commento noſtro. Poſterior
impoſsibilitas eſt moralis,quæ oritur
ex impedimentis extrinſecis, vt puta,
ex defectu magiſterij,& ex tẽporis par
ua oportunitate. Vnde communiter
dicitur: quod *ars longa, vita breuis*. Item
ex organorũ repagulis,& alijs huiuſ-
modi, quæ licet phyſice vinci poſ-
ſint,ob nimiam tamen difficultatem,
moraliter inuincibilia ſunt. Hac igi-
tur facta diſtinctione, facilis eſt con-
cordia inter Diuum Thomam,& Sco
tum. Doctor etenim noſter loquitur
de neceſsitate exorta ex phyſica hu-
mani intellectus impotentia, & ideo
ad hoc probandum vtitur medijs ap-
tatis ad ipſum. Sanctus vero Thomas
loquitur de neceſsitate exorta ex im-
potentia morali, quod ipſe clare oſ-
tendit,dum ait. *Quia talis veritas à pau
cis,& per longum tempus, & cum multo-
rum errorum admiſtione &c.* Ex quibus
manifeſte concluditur neceſſariã eſ-
ſe ſacram Doctrinam, non ſolum reſ-
pectu eorum, quæ nobis phyſice na-
turaliter impoſsibilia ſunt, vt cog-
noſcantur pro hoc ſtatu; ſed etiam
reſpectu eorum, quæ ſunt moraliter
inuincibilia, vtpote illa, quæ aliâs
ratione naturali Phyſice poſſunt cog
noſci.

Quoad tertiam partem probatur
quoque concluſio: nam licet vir- 14
tutes morales intra naturæ ambitum
ſint contentæ,ac propterea ab huma
no captu poſsint intelligi ſecundum
proprias entitates,qualiter illas cog-
nouerunt Phyloſophi naturales, &
morales,non tamen poſſunt cognoſ-
ci,quatenus ſunt media ordinata ad
gloriam conſequendam: hæc enim ra
tio medij eis ab hoc fine prouenit, &
eſt participata ab illo: quia in tantum
ſunt media ad finem ſupernaturalem,
inquantum ordinati ſumus ad talem
finem per talia media: vnde hæc præ-
ciſa ratio medij quandam ſupernatu-
ralitatem quodammodo his virtuti-
bus ſuper addit: nam media debent
eſſe fini proportionata; ſed nequit in
tellectus naturæ viribus hanc propor
tionem,& ſupernaturalitatem,& or-
dinationem,& rationem medij ad ta
lem finem cognoſcere. Ergo ad hoc
eget ſacra Doctrina. Hanc quidem
partem tradit Apoſtolus 2. ad Thimo. 2. ad Thim.
3. cap. vbi poſtquam ait: *Omnis ſcriptu
ra diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docen-
dum, ad arguendum, ad corripiendum, ad
erudiendum in iuſtitia*, ſubdit conſequẽ
ter. *Vt perfectus ſit homo Dei ad omne o-
pus bonum inſtructus*: ideſt ad omnes
operationes moraliter bonas exercẽ-
das. Nec valet ſi dicas, ibi Apoſtolum
non dicere eſſe neceſſariam, ſed tan-
tum vtilem: quia eiſdem verbis Apo-
ſtoli vtuntur Scotus, & Diuus Tho-
mas, ad probandam neceſsitatem ſa-
cræ Doctrinæ reſpectu vitæ æternæ cõ
ſequendæ. Et de ratione probatur vl-
terius: quia opera virtutum moraliũ,
vt ſunt ieiunare,& eleemoſynam por
rigere &c. Sunt opera bona merito-
ria vitæ æternæ, ſi à principio grato
procedant. Ita quod nec gratia ſe ſo-
la eſt meritum: quia eſt principium
meriti, ipſa tamen, nec meritum eſt,
nec meritum ſupponit: nam princi-
pium meriti non cadit ſub merito:
nec opera moralia ſine gratia merito-

ria

ria ſunt: quia non eſt lex de reddendo præmio operibus inimici: vt igitur ad ſit meritum, cui præmium vitæ æternæ correſpondeat, debet adeſſe opus moraliter bonum, quod quidem meritorium ſit. Ergo debet homo inſtrui à ſacra Doctrina in his virtutibus moralibus, vt cognoſcat ipſas habere connexionem cum præmio, & rationem meriti reſpectu illius. Quod quidem confirmatur teſtimonio D. Auguſtini. 11. lib. de ciuitate Dei, cap. 2. vbi poſtquã dixerat. *Quid prodeſt noſſe, quo eundum ſit, ſi ignoratur via, qua eundum ſit?* Statim ſubdit. *In hoc enim errabant Phyloſophi: quia & ſi aliqua de virtutibus vera tradiderunt, tamen falſa miſcuerunt*: ac ſi diceret, cognoſcebant quidem Phyloſophi aliquid virtutũ moralium, ſed cum errore falſitatis admixto, nec enim moraliter poterant ipſarũ virtutum entitates exacte cognoſcere. Et dato quod poſſent, nõ poterant illarum proportionem, & connexionem cum fine ſupernaturali, in ratione mediorum, & meritorum, naturæ viribus conſequi.

D. Auguſ.

13 Rationes vero pro ſententijs Cayetani, & Vazquij, ſatis ex confutatione earum ſolutæ ſunt: non enim valet abſtractio illa Cayetani ad inquirendam neceſsitatem ſacræ Doctrinæ, vt oſtẽdimus. Nec Vazquez aliquid probat exemplo hæretici: cum falſo ſupponat hæreticum veram Theologiam habere. Nam, vt probatum eſt, ſcientia Theologiæ non differt à ſcientijs naturalibus in certitudine, ſed in euidentia: in certitudine enim omnes alias in tantum ſuperat, in quantum infallibilioribus principijs nititur. Admiſſo enim, quod rerum certitudo poſſit magis, aut minus ſuſcipere (quod nunc non determino) prima veritas in dicendo erit infallibilior ipſis principijs per ſe notis. Ad minus ergo debet concedi æqualis certitudo principiorum in Theologia, & in alijs ſcientijs naturalibus. Et ex conſequenti cũ hæc certitudo infallibilitatis formaliter deficiat hæretico, neceſſarium eſt, ei deficere ſcientiam Theologiæ: quia ſicut deficiente principio, deſtruitur concluſio, ſic deficiente certa, & infallibili cognitione principiorum, deficit ſcientifica notitia concluſionũ. Et ideò quidquid hæreticus habet de Theologia, erit quidam humanus habitus ennixus infallibilitati materiali: quia forſan; quod credit, à parte rei verum eſt: non vero formali, quia non credit primæ veritati, quæ ab intrinſeco habet nec poſſe decipere, nec fallere.

Ad fundamenta Cayetani, & Vazquij.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm ſupernaturalis doctrina ſit homini ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem?

AD ſeptimũ ſic proceditur, videtur, quod ſupernaturalis doctrina nõ ſit homini ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, ad cuius probationem poſſet ſic argui. A

Pono, quod ſit aliquis adultus non baptizatus, & non habeat aliquem docentem, habeat tamen bonos motus, quales poteſt habere, conformes, ſcilicet, rationi rectæ naturali, & caueat ea, quæ naturalis ratio oſtendit ſibi eſſe mala: licet Deus de communi lege talem viſitaret per hominem, ſicut Cornelium viſitauit, pono tamen, quod non doceatur ab aliquo, ille ſaluabitur. Ergo ſupernaturalis Doctrina, ſeu Sacra Theologia, non eſt homini ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem. B

Secundo præterea ſimiliter, licet poſtea doceatur, tamẽ prius eſt iuſtus: & ita tunc dignus vita æter- C

æterna: quia per bona velle præcedẽtia Doctrinam meretur gratiam, qua eſt iuſtus: non tamen habet Theologiam, etiam quantum ad prima credibilia, ſed tantum cognitionem naturalem. Ergo nihil Theologiæ eſt ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem.

D. SED contra eſt, quod Baruch. 3. de ſapientia dicitur: non eſt, qui poſſet ſcire vias eius, ſed qui ſcit vniuerſa nouit eam. Ergo nullus alius poteſt habere eã, niſi à ſciente omnia.

E. Reſpondeo dicendum: quod licet non ſit contradictio gratiã dari ſine fide, cum ſint habitus diſtincti, & in diuerſis potentijs, tamen ſicut in baptiſmo ponitur ſimultas in infuſione: ita in caſu iſto, *de quo in argumentis agitur*. Nõ enim minus gratioſus eſt Deus illi, quẽ propter meritũ de congruo iuſtificat ſine Sacramento, quã illi, quem ſine omni merito proprio iuſtificat, in ſuſceptione Sacramenti. Sed poſsibile eſt Deo de potentia abſoluta, quemlibet ſaluare, & etiam facere, quod mereatur gloriam ſine fide infuſa; ſi ſine illa det gratiam, quam habens bene vitatunc, quantum ad velle, quod poteſt habere ſecundum naturalem cognitionem, & fidem acquiſitam, vel ſine omni fide acquiſita, ſi Doctor defuit: ſed de potentia ordinata non tenetur ſine fidei habitu præcedente; quia ſine illa non ponitur gratia infundi: non tamen propter indigentiam, quaſi ſine illa non ſufficeret, ſed propter liberalitatem diuinam, quæ totum reformat intus hominem: minus etiam perfecte eſſet homo diſpoſitus quantum ad aſſenſum quorundam verorum ſine fide infuſa: & ſicut in hoc, ita proportionabiliter de habitu Theologiæ, qui perfectus exiſtens includit fidem infuſam, & acquiſitam articulorum, & aliorum reuelatorũ à Deo in ſcriptura: ita quod non eſt tantum hic infuſa, nec acquiſita tantum, ſed ſimul ambæ. Eſt igitur Theologia neceſſaria, loquendo de potentia ordinata, & loquendo de principali habitu, ſiue priori pertinẽte ad Theologiam, quæ eſt fides infuſa. Et hoc generaliter, quantum ad omnes, non ſic autem, quantum ad ſecundum habitum, quem includit, qui eſt fides acquiſita. Sed forte de potentia ordinata, eſt neceſſaria in adulto potente habere Doctorem, & eum intelligere, & hoc quantum ad aliquorum generalium fidem acquiſitam. 1 Concluſ.

F. Ad primum argumentũ poſſet dici: quod iſte per bona velle ex genere, de congruo meretur iuſtificari ab originali, & Deus non ſubſtrahit liberalitatis ſuæ munus ab eo, ſed dat ſibi primã gratiam ſine Sacramento: quia non eſt alligatus Sacramentis: & tunc

tunc gratia non datur ſine habitu fidei Theologiæ: ita quod habet habitum Theologiæ, licet non poſsit exire in actum, ſicut, nec baptizatus, niſi inſtruatur.

G. Ad ſecundum *per idem, & per ea, quæ in corpore articuli dicta ſunt ſatis patet.*

Expoſitio ſeptimi Articuli 1. quæſtionis Prologi.

HVIVS textus expoſitio ex præcedentis articuli commentarijs, & difficultate ſecunda ibi excitata maxime pendet; eſt enim quaſi appendix illius: ibi namque tradidimus ſacram Doctrinam ad ſalutem eſſe homini abſolute neceſſariam, hic autem proceditur loquendo de ordinata Dei potentia, & in ordine ad leges præfixas, & etiam quid de abſoluta Dei potentia ſit dicendum. Et quia ex ſuperioribus conſtat habitum Theologiæ includere fidem infuſam, & acquiſitam, & inſuper habitum concluſionum deductarum ex ipſis: & oſtenſum eſt habitum concluſionum non omnibus, & ſingulis neceſſarium eſſe ad ſalutem, nec etiam fidem acquiſitam, niſi adulto potenti habere Doctorem: & cum alijs limitationibus, quas ponit Scotus, vt patuit in quarta concluſione ſecuncundæ difficultatis, vbi concludimus tantùm habitum fidei infuſæ omnibus neceſſarium eſſe: nunc vlterius pergit Doctor diſtinguendo de ordinata potentia, & de abſoluta, dicens: quod licet Theologia pro ea parte, qua includit primum habitum, qui eſt fides infuſa, omnibus, & ſingulis neceſſaria ſit ad ſalutem: hoc debet intelligi de potentia ordinata, non tantum de abſoluta. Quia non eſt contradictio gratiam dari ſine fide: cum ſint habitus diſtincti, & in diuerſis potentijs. Poſsibile autem eſt Deo (inquit Doctor) de potentia abſoluta, quemlibet ſaluare, & etiam facere, quod mereatur gloriam ſine fide infuſa, ſi ſine illa det gratiam, quam habens bene vtatur ea quantum ad velle, quod poteſt habere ſecundum fidem acquiſitam, quæ eſt naturalis cognitio, ſi habeat Magiſtrum, & Doctorem, qui, abſque eo quod præſupponat in diſcipulo habitum fidei infuſæ, illum doceret, & in fidei articulis ſibi, ſeù Eccleſiæ reuelatis, ipſum inſtrueret. Imo etiam ſi omnis fides acquiſita, & cognitio articulorum fidei, deficeret, etiam poſſet ſaluari de abſoluta Dei potentia: quia, ſcilicet, nullum haberet Magiſtrum, qui ipſum doceret, aſſerit habentem gratiam ſaluum fieri poſſe, poſsibile eſſe. Concluſio igitur Scotica eſt in hoc articulo, poſſe Deum quemlibet, de abſoluta ſua potentia, per ſolam gratiam ſine primo habitu Theologiæ, qui eſt fides infuſa, & ſine ſecundo, qui eſt fides acquiſita, ſaluare. De lege tamen ordinata, nemo ſine primo habitu, qui eſt fides infuſa, ſaluus fieri poteſt. Circa textum tamen ſequens mouetur difficultas.

(?)

DIFFICVLTAS III.

Vtrùm adultus aliquis ſine Sacra Doctrina, prout includit explicitam articulorum fidem acquiſitam, ſaluus fieri poſſit?

§. I.

Proponitur caſus rarus, propter quẽ excitatur difficultas, & referuntur variæ opiniones.

1. *Prima ſententia Diui Thom.* His (quæ in expoſitione articuli dicta ſunt) prænotatis, caſus in argumentis articuli ſupra poſitus, rarus eſt, & inſignis, propter cuius reſolutionem præſens difficultas excitata eſt. Cum etenim Deus omnia iuxta leges à ſe ipſo præfixas, & ordinatas diſponat, iam non ad potentiam abſolutam eſt recurrendi locus: ſed iuxta ordinatam, eſt reſoluenda. Ponamus igitur puerum in deſerto natum, & circiter tempus, quo ad vſum rationis peruenit, in quo iam inter mala, & bona diſcernit, & ponamus ipſum orbatum parentibus, ita vt ſibi iam perfecte adulto deficiat Magiſter, & Doctor. Quid tunc de illius ſalute dicendum erit? Saluabiturne? minime quidem: quia eſt in peccato originali exiſtens, quod, vt caſus ſupponit, non fuit ſibi per aliquod Sacramentum deletum, nec eſt ſibi infuſa gratia, aut fides: & ſine fide impoſsibile eſt Deo placere, vt ex Apoſtolo ad Hebreos. 10. ſupra in articulo ſexto, difficultate ſecunda, probatum eſt. Damnabitur autem, etiam ſi peccatum mortale actuale nõ commiſerit, necne? non poteſt profecto damnari in inferno, ſi quidem culpæ actualis reatum non habet: & hic locus ſolummodo decedentibus in actuali peccato mortali deſtinatus eſt. Quid igitur dicemus de illo?

Diuus Thomas (inter varia, quæ circumferuntur de hoc caſu Doctorum placita) prima ſecundæ, quæſtion. 89. artic. 6. in corpore hæc ait. 2. *Cum vſum rationis habere inceperit, primum, quod tunc homini cogitandum occurrit, eſt deliberare de ſe ipſo, & ſi quidem ſe ipſum ordinauerit ad debitum finem; per gratiam conſequetur remiſsionem originalis peccati: ſi vero non ordinet ſe ipſum ad debitum finem, ſecundum quod illa ætate eſt capax diſcretionis, peccabit mortaliter.* Quam Diui Thomæ *Cayetan.* ſententiam explicat Cayetanus ibidem, dicens, quod ſufficit ſibi appetere bonum honeſtum in confuſo, vt ætas illa conſueuit, ad hoc vt dicatur bene deliberaſſe de ſe ipſo finem ſuum in vera beatitudine collocans, quamuis imperfecte, & inchoatiue. Alij vero Thomiſtæ aliter explicant Diuum Thomam, licet fere omnes conueniant in hoc, quod eſt non habere hominem tunc temporis aliquod ſpecialo præceptum de conuertendo ſe in Deum conuerſione aliqua ſpeciali dilectionis amicitiæ, aut concupiſcentiæ: ſed eſſe tale præceptum conuertendi ſe in bonum rationis vniuerſe loquendo: quod quidẽ præceptum obligat plus pro illo tempore, quam pro alijs.

Impugnatio huius ſententiæ facilis eſt, quoad hanc partem, qua aſſerit dari huiuſmodi præceptum 3. qualitercumque à Diui Thomæ diſcipulis interpretatum. *Confutatio 1. ſententiæ.* Sed quia non eſt ita proprium huius loci, ommittatur pro nunc. Dato tamen, quod tale præceptum exiſteret, & etiam admiſſo, quod ille adultus noſtri caſus ipſum præceptum adimpleret perfecte: vnde locus, quod per huiuſmodi adimpletionem præcepti iuſtificaretur per gratiam, & ſibi originale peccatum remitteretur? certe adimpletio præcepti ſolum infert

bonita-

bonitatem moralem actus, quæ nihil aliud eſt, quam conformitas cum præcepto, ſeu regula rationis. Hæc vero ſecundum ſe non habet aliquid ſupernaturalitatis, quod requirebatur, vt eſſet diſpoſitio ad gratiam iuſtificantem; ſed intra Spheram naturalium eſt. Alias enim non poſſet quis, etiam remanens in peccato mortali, aliquod præceptum moraliter adimplere, aut aliquem actum moraliter bonum elicere: quod non eſt dicendum. Bene fateor, quod ſi ſtando in verbis Diui Thomæ, tenerent Thomiſtæ huiuſmodi præceptum eſſe de ordinando, & conuertendo ſe in Deũ finem vltimum ſpeciali conuerſione amoris, & charitatis, tunc poſſent defendere per talis præcepti adimpletionem adultum illum iuſtificari: quia actus ille eſſet actus charitatis, & actus charitatis quoad ſubſtantiam ſupernaturalis eſt, & diſponit ad gratiam. Sed tunc inſurgit alia vrgentior difficultas: quia imponebatur illi homini præceptũ de diligendo Deo, quem non noſcerat in ratione ſui vltimi, & ſupernaturalis finis. Quia ipſum, vt ſic, cognouiſſe impoſsibile eſt viribus naturæ, & ſine aliqua reuelatione diuina, ſeu aliqua fide acquiſita: & vtramque ibi non eſſe ſupponimus. Impoſsibilitas tamen iſta ſatis probata, & oſtenſa eſt ſupra in art. 3.

4. *Secũda ſententia Thomiſtarum, Sotus.* In reſponſione huius argumenti ſummopere ſe fatigãt Thomiſtæ quærentes, quomodo poſſint ſaluare illius hominis iuſtificationem ſine aliqua notitia ſupernaturali, & gratuita myſteriorum fidei. Sotus lib. 2. de natura & gratia cap. 11. quem ſequuti ſunt alij, tenet non poſſe hominem illum iuſtificari ſine aliqua gratuita, & ſupernaturali motione intrinſeca. Diſtinguit tamen inter duplicem motionem ſic ſupernaturalem. Alia eſt enim (inquit ille) motio intellectus, qua ſcilicet, Deus mouet intellectum de ſuper illuſtrando illum, ad aſſentiendum rebus ſupernaturalibus ſibi propoſitis: alia eſt voluntatis, qua videlicet, voluntatem ipſam inclinat ad conuertendum ſe in illud, quod iam præcognitum ab intellectu ſupponit. Inquit ergo Author iſte: quod in noſtro caſu ille adultus ſine aliqua motione gratuita intellectus, quam habere non poteſt, quia non eſt ſibi tale obiectum propoſitum, vt illi aſſentiat, viribus ſolummodo naturæ cognoſceret illud bonum honeſtum rationis ſibi naturaliter à ratione propoſitum. Habet nihilominus motionem ſupernaturalem voluntatis, quatenus ex parte voluntatis habet auxilium gratiæ ſupernaturale, quo conuertatur in ipſum. Et hæc ſupernaturalitas ex parte voluntatis ſufficit ad ſupernaturaliter diſponendum illum ad gratiam. Doctrinam tamen iſtam, quam Sotus in prima impreſſione tradiderat, in ſecũda merito retractauit: quia nullibi eſt dicendum hominem cum ſola naturali notitia ſaluum fieri poſſe.

5. *Tertia ſententia Thomiſtarũ aliorum, & eius impugnatio.* Thomiſtæ alij vtramque motionẽ in prædicto adulto dandam eſſe aſſirmant ex ea generali lege, qua Deus ſtatuit auxilium gratiæ ſuæ nemini ſe neganõnum ſiue. Et ſic aiunt intellectum ſupernaturaliter per auxilium gratiæ motum ad bonum honeſtum naturale, & ex eius notitia etiam voluntatem ſupernaturaliter motam ad ſe conuertendam in ipſum, eſſe ſufficientem cauſam iuſtificationis illius. Et ſic hominem illum cum auxilio gratiæ Dei ex parte intellectus & voluntatis ſe habente, iuſtificari defendunt. Iſta tamen ſententia, ſicut etiam ſupra relata, merito reijci debet tanquam improbabilis. Quia ſemel admiſſo, quod ſit neceſſarius actus ſupernaturalis ex huiuſmodi motionibus ortus, neceſſario debet eſſe ratio obiecti ſupernaturalis, in quod ſit iſta conuerſio. Et ideò non ſolum videtur requiri illud auxilium internum, ſed etiam aliquod extrinſecum, hoc eſt, magiſterium alicuius proponentis tale obiectum ſupernaturale, ſine cuius notitia nemo conſequetur ſalutem. Quod quidem plane certum eſſe videtur in Scholis, & poteſt probari ex illo Pauli ad Roma-

Digitized by Google

Ad Roma. nos. 10. cap. vbi ait. *Omnis, quicumque innocauerit nomen Domini, ſaluus erit.* Et ſubdit illico. *Quomodo ergo innocabunt eum, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? aut quomodo audient ſine prædicante?* Vnde reſoluit Apoſtolus de primo ad vltimum, neceſſariam eſſe notitiam obiecti ſupernaturalis, & hanc ſine reuelatione, aut prædicatione, impoſsibilem eſſe.

6. *Quarta ſententia aliorum & eius confutatio.* Non deſunt, qui ſupradicto argumento oppreſsi, hanc neceſsitatem cognitionis ſupernaturalis obiecti admittentes, dicant, quòd facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat quidquid ad ſalutem fuerit ſimpliciter neceſſarium: quam ob rem Deum in illo caſu adulto illi reuelaturum eſſe quodcumque obiectum ſupernaturale ſibi neceſſarium ad ſalutem, aſſirmant. Hæc tamen ſententia ex cerebro eſt, & ad libitum excogitata: imo & tuta eſſe non poteſt, ſi intendant Deum neceſſario reuelare tale obiectum facienti quod in ſe eſt ex naturæ viribus. Forte etenim in errorem Maſsilienſium incidere videbitur, *Maſsilienſes.* & principium noſtræ iuſtificationis in bonum vſum liberi arbitrij, ſic opinantes refundent, quod abſit. Si autem illam maximam, facienti quod in ſe eſt &c. ex auxilio ſupernaturali intelligant, periculoſa non eſt ſententia illa: ſed tunc videtur principium petere: de hoc tamen alibi: nunc autem in hoc communiter conueniunt tam Thomiſtæ quam plurimi, quam Ieſuitæ non nulli, quod eſt, adultum illum non poſſe ſine notitia explicita myſteriorum ſupernaturalium ſaluum fieri. Et inueſtigando quomodo hæc notitia habeatur magnopere laborantes, & non inuenientes, illum ad libitum fingunt.

Durandus in 3. diſtinct. 25. quæſtion. 1. num. 9. hæc ait. 7. *Quinta ſententia Durandi & eius impugnatio.* *Cui nulla eſſent explicita, ſicut nato & nutrito inde ſerto, tenetur (quod ſufficeret ex parte eius) bene viuere ſecundum legem naturæ: quo facto, Deus ſubueniret ei in neceſſarijs ad ſalutem, reuelando ea, quæ credere debet, vel per ſe ipſum, vel per Angelum, vel per Prædicatorem miſſum.* Hunc modum dicendi ſequitur Gregorius de Valentia 3. parte diſput. 1. *Valentia.* quæſtion. 2. puncto ſecundo, quibus addit, id non futurum eſſe miraculum, ſed quoddam conſequens ad legem ordinariam ipſius Dei, qua ſtatuit nullum adultum in gratiam recipere ſine fide ſupernaturali. Sine fundamento tamen hoc dicit: quia licet Deus ſtatuerit non dare gratiam ſine fide, hoc tamen non tollit, quin nouus ille & indebitus modus inſtruendi eſſet miraculum. Et præterea vnde tibi poteſt conſtare, Deum ſtatuiſſe non recipere adultum in gratiam cum ſola fide ſupernaturali habituali, ſed neceſſariam eſſe actualem? Vazquez *Vazquez.* vero prima ſecundæ quæſtion. 77. artic. 2. diſputat. 121. cap. 4. poſtquam, inquit, neminem ſaluari poſſe ſine notitia myſteriorum fidei, reſpondet infra ad caſum præſentis difficultatis, nullum adultum diſceſſurum eſſe ab hac vita cum ſolo originali peccato, & ſine notitia talium myſteriorum; ſed neceſſario vel peccaturum actualiter eſſe, vel iuſtificandum fore: quod diuinæ prouidentiæ, & Dei ſcientiæ, reſeruat. Sed hæc ſolutio minime placet: quia licet hoc reſeruetur diuinæ prouidentiæ, hoc debet intelligi de aliqua prouidentia ſpeciali, & non de generali: & hæc ſpecialis miraculoſa eſſet neceſſario: cum præter & ſupra rerum ordinem eſſet: cur attamen ad miraculum recurrendum eſt?

§ 2.

Proponitur vera ſententia Scoti, & eius fundamenta explanantur.

8. IN Oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in textu huius articuli ſolutione ad primũ vbi hæc profert. *Iſte per bona velle ex genere de cõgruo mereretur iuſtifi-*

iuſtificari ab originali, & Deus nõ ſubſtrahit liberalitatis ſuæ manum ab eo, ſed dat ſibi primam gratiam ſine Sacramento: quia non eſt alligatus Sacramentis &c. Sequuntur Doctorem omnes Scotiſtæ.

Diſtinctio fide. habitualis, & actualis.

Cuius difficultatis reſolutio pendet ex pluribus, quæ ad diuerſas materias pertinent: nam plura, quæ ſunt propria de fidei materia, ſupponit, & alia, quæ ad materiam iuſtificationis ſpectant, conculcat. Non tamen omnia hæc ſunt nobis diſputanda in præſenti: ſed vel ſupponenda obiter, vel reſolutorie prænotanda. Vt igitur difficultatis punctum intelligatur, & Scoti ſententia explanetur, primo obſeruare oportet, aliud eſſe loqui de habitu fidei infuſæ, aliud vero de actu ſupernaturaliter credendi. Habitus enim fidei infuſæ datur potentiæ ſimpliciter ad ſupernaturaliter credendum: & cum non omnis potentia ſupponat actum, ſed bene è contra, poteſt dari habitus fidei in aliquo, qui tamen nullatenus credat actu, vt in amentibus, & paruulis baptizatis, contingit.

Diſtinctio fidei implicitæ, & explicitæ.

Actus vero fidei, ſi ſupernaturalis eſt, bene infert habitum in credente, tanquam effectus cauſam, & actus potentiam. Huiuſmodi ergo actus in aſſenſu, quo credens articulis ſibi propoſitis aſſentitur, conſiſtit. Hic autem aſſenſus poteſt eſſe duplex, ſcilicet, explicitus, & implicitus, qui ob id vocatur fides explicita, & implicita: fidem explicitam de aliquo articulo habere dicimur, cum immediate eliciendo actum aſſentiendi circa illum, ei aſſentimur. Sic explicite nunc in lege gratiæ credimus hunc articulum. *Verbum caro factum eſt.* Fides vero implicita eſt illa, quæ non habetur de aliquo articulo ſecundum ſe, ſed in alio, in quo incluſiue eſt. Quæ quidem facilius intelligetur aduertendo, quod hic noſter aſſenſus implicitus duplex eſſe poteſt. Primus quo taliter præbemus aſſenſum explicitum vni articulo vniuerſaliori, vt parati ſimus, & illum explicitum præbere cuicumque articulo contento ſub illo vniuerſaliori: vt ex eo quod quis credit explicite Chriſtum eſſe Filium Dei, implicite credit omnia, quæ ipſe docuit in Euangelio, & Sacramenta ab illo inſtituta gratiam conferre, & ſimilia: quia paratus eſt omnibus illis, ſi ſibi proponantur, aſſentiri. Secundus eſt aſſenſus, quo ita quis credit alicui proponenti, vt implicite credat, quidquid ſibi ab ipſo fuit propoſitum: vt pote, ita credimus Eccleſiæ, vt implicite credamus quidquid, quocumque tempore, ab ipſa fuerit definitum. Et vterque iſte aſſenſus eſt fides implicita. Quæ diſtinctio vtriuſque fidei implicitæ, & explicitæ, communis eſt apud Theologos, & fuit tradita à Diuo Auguſtino lib. 19. contra Fauſtum cap. 14. vbi ait, *Tunc & occulta erat fides: nam eadem credebant, eademque ſperabant omnes iuſti, & ſancti, etiam temporum illorum, & promiſſiua erant illa omnia Sacramenta, omniſque ritus ille Sacrorum. Nunc autem reuelata eſt fides, in quam concluſus erat populus, quando ſub lege cuſtodiebatur.* Quibus verbis Sanctus Doctor oſtendit in lege veteri ſanctos Patres habuiſſe fidem implicitam, omnium, quæ in lege gratiæ nunc explicite credimus.

S. Auguſt.

9. Secundo obſeruandum eſt: non omnia credibilia æque omnibus eſſe neceſſario credenda: vt autem quæ, & quibus, & qualiter credenda ſint, videamus, ſupponendum eſt ex illo Pauli ad Hæbreos 11. quod. *Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quia remunerator eſt.* Ex quibus verbis conſtat omnibus neceſſarium eſſe nunc, & ſemper neceſſarium fuiſſe, credere explicite, quod Deus ſit, & quod ſit remunerator meritorum, & Author donorum ſupernaturalium, quæ ad remunerationem æternam conducunt. Eſt inſuper indubitatum inter Theologos, neceſſariam eſſe fidem explicitam de omnibus, quæ in ſymbolo Apoſtolorum continentur, illis, quibus poſt Euangelij promulgationem, de eis conſtiterit, & non ſunt ita rudes, vt ea non poſsint capere. An autem hæc neceſsitas ſit medij, an vero præcepti, an vtriuſque ſimul, reſer-

Ad Hæbr.

Quibus & reſpectu quorum ſit neceſſaria fides explicita.

no vſque ad materiam de fide. Cœteras vero fidei veritates, quæ continentur in ſacra pagina, & Eccleſiæ diffinitionibus, nõ eſſe omnibus fidelibus neceſſarias, & neceſſario credendas, (ſed tantum quibus in Eccleſia ex officio incumbit alios erudire, & confirmare in fide) explicite, cum communi Theologorum Doctrina ſuppono: docent etenim communiter Theologi in 3. diſtinct. 25. & Diuus Thomas prima ſecundæ quæſt. 1. art. 5. omnes enim concedunt ſufficere implicitam fidem de his omnibus fidelibus illis, quibus ex officio (vt dictum eſt) non incumbit cœterorum eſſe Magiſtros. Illi vero, quibus hoc ex munere incumbit, vt pote, paſtores, rectores, & Magiſtri, non ſolum indigent explicita fide articulorum, qui in Symbolo continentur, ſed omnium aliorum conducentium ad ſui muneris plenitudinem. Vnde & credent plures, vel pauciores pro cuiuſque officio, & gradu: quod patet ex illo Apoſtoli ad Titum primo. *Oportet Epiſcopum eſſe amplectentem fidelem Sermonem, qui ſecundum doctrinam eſt, vt potens ſit exortari in doctrina ſana, & eos, qui rontradicunt, arguere.* Verum tamen eſt, quod cum conſtiterit fidelibus articulos à Doctoribus creditos explicite, ſibi neceſſario explicite eſſe credendos, tenentur profecto explicite illos credere, quos ante credebant implicite. *Ad Tit.*

10. Duo tamen myſteria, quæ ſunt præcipua noſtræ fidei, vt pote, Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Dominicæ, an omnibus, aut aliquibus ſint explicite credenda? iam ſupponitur ex neceſsitate credendi articulos contentos in ſymbolo. De tempore vero, in quo hæc vrget neceſsitas, extra controuerſiam eſt, non omnes veteris, & nouæ legis teneri æque ad hæc credenda: nam in lege veteri poterant ſaluari cum fide implicita myſteriorum huiuſmodi. Sic tenent omnes Theologi, Albertus Magnus in 3. diſt. 25. art. 6. Ricardus art. 3. quæſt. 1. Durandus quæſtion. 1. & expreſsius Scotus quæſt. 1. & Diuus Bonauentura artic. 1. quæſtio. 2. & recentiores *Alb. Mag. Ricard. Durandus. Scotus. S. Bonauentura.*

cuncti. Quod ex Apoſtolo conſtat ad Galatas tertio; vbi inquit. *Antequam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat.* An autem poſt Chriſti Domini aduentum horum myſteriorum explicita fides ſit omnibus neceſſaria, nec ne? ſub opinione continetur. Quidam etenim cenſent, etiam poſt ſufficientem Euãgelij promulgationem, non eſſe neceſſariam neceſsitate medij fidem Chriſti explicitam, neque ad gloriam, neque ad gratiam conſequendam. Alij dicunt eſſe quidem neceſſariam ad gloriam, non tamen ad gratiam. Alij vero arbitrantur tam ad gloriam, quam ad gratiam obtinendam in adultis neceſſariam eſſe. Sed quidquid ſit de iſtorum opinionum varietate, infra in cõcluſione propria apparebit. *Ad Galatas.*

§. 3.

Expoſitio verborum Scoti, & eius ſententiæ, circa meritum iuſtificationis.

PORRO vt iam ad verba Scoti circa præſentis difficultatis caſum propoſitum veniamus, ſunt maxime conſideranda prædicta verba, ſi quidem egregiam, & acutiſsimam doctrinam inuoluunt. In quibus ſunt duo dubia difficilia: vnum, ſcilicet, circa meritum iuſtificationis, alterum vero circa ipſam iuſtificationem. Circa primum exorta eſt in Scholis magna tempeſtas contra Doctorem propter ſimile dictum in 4. diſtinct. 14. quæſt. 2. littera. N. vbi aſſerit, quod motus ex naturalibus cum communi influentia eſt diſpoſitio, ſiue meritum de congruo ad deletionem peccati. Ex quibus mordicus inferunt Thomiſtæ non nulli, Doctorem ſubtilem, alias beatum, II.

in

in errorem Maſſilienſium incidiſſe, principium noſtræ iuſtificationis propriis, & naturalibus viribus attribuendo, ſiquidem meretur quis ex naturalibus de congruo iuſtificari. Ex quibus tria inferunt contra illum: primum eſt potuiſſe, iuſtificationem cadere ſub merito, ſecundum eſt, ipſum meritum eſſe ex naturalibus: tertium tandem eſt, eſſe cum communi influentia tantum, hoc eſt, cum naturali concurſu. Ab hac tamen calumnia, & aduerſariorum inſidiis, Deo dante, & vita comite, in eodem quarto Doctorem noſtrum liberabo.

Tria imponuntur Scoto.

12\. Nunc autem obiter dico cum noſtro Vega ſupra Concilium Tridentinum lib. 6. cap. 28. Thomiſtas iſtos vehementer deceptos fuiſſe, & manifeſte ſe oſtendere parum verſatos in Doctrina Scoti, ibi enim plura præclaraque docet. Nam loquendo de primo (quod inferunt) ibi accepit meritum de congruo pro diſpoſitione, vt patet ex verbis ipſius. *Eſt diſpoſitio, ſiue meritum de congruo.* Et ex contextu conſtat, quia paulo ante litteram. P. declarat, quid ſit hoc meritum dicens. *Et pro illa attritione, vt pro merito, iuſtificat, ſicut eſt meritum iuſtificationis.* Ex quibus perſpicuum eſt Doctorem ſubtilem pro diſpoſitione ſumpſiſſe meritum de cõgruo, eo quod ait, *ſicut meritum iuſtificationis eſt.* Meritum autem iuſtificationis diſpoſitionem eſſe ad gratiam ſatis conſtat.

Andreas de Vega.

Meritŭ iuſtificationis, idē eſt quod diſpoſitio ad ipſam.

13\. De ſecundo vero quod Thomiſtæ contra Doctorem inferunt, dico: quod loquendo de motibus naturalibus intelligit illos, qui non procedunt ex gratia habituali, qualia ſunt opera moralia cuiuslibet in peccato mortali exiſtentis, quæ ſupernaturalia non ſunt; quia à principio ſupernaturali, nempe gratia habituali, non eliciuntur. Quod clare docuit Doctor ibidem littera. M. his verbis. *Dico quod actum aliquem humanum requiri ad deletionem peccati, poteſt dupliciter intelligi, vel vt diſpoſitionem præuiam, vel vt concomitantem. Primo modo ſufficit actus informis* (ideſt non formatus gratia, quæ ipſum ſupernaturalizat,) *imo ſemper eſt informis: quia diſpoſitio præuia ad peccati deletionem eſt ſemper ſine gratia, & charitate, à cuius ſolius inhærentia, & inclinatione ad actum, dicitur actus formatus.* Diſtinguit igitur Scotus duplicem gratiam, habitualem, ſcilicet, & actualem præuenientem, & ait, huiuſmodi meritum ſeu diſpoſitionē præuiam, eſſe motum naturalem, hoc eſt, non ſupernaturalem à gratia habituali, nam ille ſolum, qui à gratia habituali procedit, motus & actus ſupernaturalis eſt: quem vocat formatum, quia gratia, & charitas eſt forma dans illi ſupernaturalitatem: non tamen ob hoc negat huiuſmodi motum, & actum ex auxilio gratiæ præuenientis procedere: hanc enim gratiam præuenientem non negauit, vt ipſi falſo imponunt. Plane etenim illam prærequiri docet multis in locis, præſertim in quarto diſtinctione 22. ſub litera. K. Dum loquendo de viro perfecto quando cadit in aliquod peccatum mortale hæc profert. *Tamen excellens miſericordia Dei propter præcedentia merita, licet mortificata, citius dat gratiam ad reſurgendum:* Et infra ſub littera. O. ſubdit, neceſſariam eſſe præſeruationem diuinam ad cauendum peccata: & in hoc primo diſtinctione 44. artic. 2. expreſſe gratiam præuenientem dari oſtendit. Miror igitur Thomiſtas quoſdam hoc teſtimonium impoſuiſſe Scoto. Sed quid miror? maiori iure namque miremur, quod ipſe Complutenſis primariæ Cathedræ Scoti moderator Magiſter Lorça (alias doctiſſimus) auſus ſit fateri 1. 2. tom. 2. diſputat. 11. vbi Scotus huius auxilii meminerit, ſe numquam inuenire potuiſſe: diligenter quærat, & ſapienter inueniet.

Diſpoſitio ad iuſtificationem nō procedit à gratia habituali, ad quam diſponit, nec eſt actus formatus ſupernaturalitate huiuſmodi gratiæ, & charitatis.

Scotus non ſolum gratiā habitualem iuſtificantem, ſed etiā actualē præuenientem admiſit.

Lorça.

Suppoſito ergo Doctorem ſubtilem gratiam præuenientem, & auxilium gratiæ ad diſpoſitionem ad gratiam prærequiri, docuiſſe: nunc oſtendam plane falſum eſſe illud, quod tertio ex verbis Doctoris aduerſarii inferunt contra ipſum ſe ipſos decipientes putantes communem influentiam illam eſſe generalem concurſum 14.

curſum

Duplex auxilium gratiæ generale, & ſpeciale, & vtrumq; dicitur influentia.

curſum ordinis naturæ. Propter quod, eſt tertio obſeruandum, auxilium gratiæ eſſe duplex, aliud generale aliud verò ſpeciale, generale eſt illud, quod Deus præſtat omnibus hominibus, quatenus eſt ex parte ſua, vt poſsint ſe præparare, & diſponere; vt à culpa reſurgant, & alia bona operentur: vel quod quidem paratus eſt eis præſtare, ſi non ſtet per illos: auxiliũ vero ſpeciale eſt illud, quo maiori impulſu vnum, quam alium excitat, vt fuit illa vocatio D. Pauli, & ſimiles. Illud igitur generale auxilium diuinæ gratiæ vocat Doctor communem influentiam, nam de influentia ſpeciali loquitur in hoc 1. diſt. 17. quæſtion. 1. art. 10. dum hæc ait. *Quod ad actum meritorium non ſufficit voluntas cum charitate, ſed requiritur influentia ſpecialis.* Em ergo, quo pacto Doctor ſubtilis duplicem influentiam ordinis ſupernaturalis conſtituit, quarum vna eſt communis, & alia ſpecialis: nam quia tempore, quo viuebat, non erat controuerſus tractatus de auxilijs, ſicut hac noſtra ætate, non ventilauit differentiam vtriuſque auxilij generalis, & ſpecialis: ſed nomine influentiæ, vtrumque vocat: ſi quidem auxilium eſt vere ſupernaturalis influentia.

Mens Scoti circa diſpoſitionem iuſtificationis, quã etiam meritum de congruo vocat.

Quo ſuppoſito diſtinguit de influẽtia communi, aut ſpeciali & ait: quod communis influentia ſufficit, vt motus ille attritionis, cum illa diſponat ad gratiam: & hanc fuiſſe mentem Doctoris, manifeſtum eſt. Quid enim indigebat multiplicare verba, ſi de generali concurſu naturali loqueretur, cũ Deus hunc etiam præſtet igni ad cõburendum, & nulli deneget creaturæ? equidem nemo dicit ignem cum generali concurſu comburere. Hoc enim ſuperfluum eſſet dicere: quia ex eſſentiali dependentia cuiuslibet cauſæ ſecundæ à prima manifeſte ſupponitur. Quid ergo egebat Scotus aſſerere voluntatem creatam, ad bonum opus attritionis requirere generalem Dei concurſum, ſi quidem ad quodcumque opus (etiam ſi aliàs in genere moris ſit malum) eundem concurſum eſſentialiter prærequirit? Conſtat ergo Doctorem ſubtilem diſpoſitionem ad gratiam in operibus moralibus ex gratia ſupernaturali præueniente, & auxiliante procedentem, conſtituiſſe: & ſic manet primum dubium ſolutum: ſi quidem in præſenti, eiuſdem inſtar modi, intelligi debet meritum illud de congruo in caſu noſtræ difficultatis, ſicut de diſpoſitione impij ad iuſtitiam explanatum eſt.

---

§ 4.

Applicatur doctrina præcedens de adulto nutrito indeſerto.

EX quo iam ad ſecundum 15
dubium perueniens adaptanda eſt hæc doctrina adulto in campis, & in ſiluis nutrito, de quo nullatenus intelligendum eſt docuiſſe Doctorem ſubtilem, per bona velle ordinis naturæ mereri de congruo, vt Deus non ſubſtrahat ſuam liberalitatem ab illo: cum re vera nulla ſit proportio inter opera naturæ, & liberalitatem diuinam, reſpectu gratiæ: quã ob rem, ſi ex naturæ viribus quantumuis bonas volitiones eliceret adultus iſte, nullatenus poſſet iuſtificationem ſuam de congruo mereri, nec ad ipſam aliqualiter ſe diſponere. Nulla namque proportio eſt inter opera naturalia & gratiam.

Quæ bona velle requirũtur in adulto nutrito in cãpis, vt ſe diſponat ad gratiam.

Dicendum eſt ergo iuxta ea, quæ ex mente Scoti prænotauimus, & ſecundum quod ipſius enucleauimus mentem: quod iſtud meritum de congruo huius adulti eſſet bona volitio ex communi influentia ſupernaturali: hoc eſt ex generali gratiæ auxilio procedens: nam licet pie ſit credibile Deum daturum fuiſſe illi aliquod ſpeciale auxilium ad huiuſmodi volitionem: hoc tamen non ſuppono vt verum, ſed ſufficiens auxilium inquiro ad huiuſmodi meritum, & hoc cum Doctore dico eſſe communem influentiam gratiæ, & auxilij generalis, quo quidem per bona velle iſte de congruo meretur iuſtificari

cari ab originali peccato, & Deus non ſubſtraheret liberalitatis ſuæ munus ab eo.

16. Eſt inſuper pro difficultatis planitie obſeruandum quarto, hic in duplici ſenſu nos loqui poſſe, vel primo, reſpectu cuiuſcumque adulti baptizati, in quo iam ſuponitur fides infuſa per baptiſmum, an egeat ſacra Doctrina pro ea parte, qua fidem acquiſitam includit, ita quod neceſſario habere debeat fidem explicitam alicuius, vel plurium, vel omnium articulorum noſtræ fidei, ita vt ſine hac explicita fide ſaluari non poſſit. Secundo poteſt quæri in caſu propoſito illius adulti nutriti in montibus, cui non dum eſt per baptiſmum, nec per aliud Sacramentum peccatum originale remiſſum. Loquendo de priori adulto, ratio dubitandi eſt, quia cum habitus fidei infuſæ per baptiſmum ſimpliciter detur ad operandum, hoc eſt, ad credẽdum articulis fidei propoſitis, videtur neceſſario adultum hunc ad vſum rationis peruenientem, & Doctorem ac Magiſtrum habentem, â quo poſsit in rebus fidei ſufficienter inſtrui, debere omnibus articulis ſibi propoſitis aſſentiri. Quæquidem neceſsitas, & poteſt eſſe præcepti, & medij. Neceſſitas medij eſt illa, ſine qua finis conſequi non poteſt: & ideò ſi neceſsitate medij tenetur ad aliquibus articulis aſſentiendum, conſequenter nõ poterit ſine aſſenſu illorum ſalutem conſequi ſempiternam. Neceſsitas vero præcepti eſt illa, quæ ita prouenit ex impoſitione præcepti, vt illa ſublata, nulla prorſus adeſſet neceſsitas: & hæc non ſolum requirit, quod adſit præceptum, ſed quod promulgetur, & potens ſit ille, cui imponitur, adimplere: quam ob rem in tãtum hæc neceſsitas poteſt minui, inquantum præceptum, quod ipſam inducit, eſt diſpenſabile. Ex quibus oritur, quod ille adultus nutritus in montibus nullatenus poteſt aſtringi vi alicuius præcepti de aliquibus articulis explicite credendis: cum ſibi (vt ſupponimus) deficiat Magiſter, & Doctor. Si attamen alicuius articuli fides explicita, neceſsitate medij, eſt neceſſaria, proculdubio non poteſt finis ſine illa comparari. Vnde vrget difficultas in illo adulto: quia videtur illius ſaltem articuli neceſſario fidem habiturum explicitam. Ex alio tamen capite, rigoroſa nimis eſſet hæc aſſertio imponẽs quidem neceſsitatem alicuius impoſſibilis ſub pœna damnationis æternæ. Cum ergo hoc de Deo miſericordiſsimo dici non poſsit, piiſsime & præclare recurrit Scotus ad diuinæ liberalitatis munus dicẽs: quod Deus, qui author eſt gratiæ, & Sacramentorum inſtitutor, & ordinauit per talem fidem, gratiam dari, & per gratiam, gloriam, poteſt huiuſmodi ordinem commutare, dando gratiam ſine Sacramẽtis, non tamen dando gloriam ſine gratia: non enim eſt ea eſſentialis connexio inter fidem, & gratiam, quæ eſt inter gratiam & gloriam. Gloriam etenim ſine gratia eſſe per locum intrinſecum implicat, eo quod gloria eſt ipſa gratia conſummata, nam gratia charitas eſt, & charitas in patria permanet perfectiſsimo modo diligendo bonũ incommutabile, & per hanc dilectionem ipſo fruendo. Gratia vero, & fides, vt probat Doctor in textu, ſunt duo habitus diſtincti, & non ex natura & eſſentia ipſorum connexi, ſed tantum ex diuina ordinatione. In illis igitur, in quibus hanc ordinationẽ adimpleri, non fuerit impoſsibile, optime hæc medij neceſsitas ſaluatur: ita quod ſine neceſſarij articuli fide explicita, nemo adultus conſequatur ſalutẽ. Ille vero, cui talis articuli fides explicita impoſsibilis fuerit, nullatenus neceſsitate medij illa egebit: & ex cõſequenti abſque illa optime ſaluus fieri poteſt. Quia ordo cæteris aliàs præfixus, ſibi eſt commutatus ab ipſius ordinis cõditore, qui eo quod eſt author Sacramentorum Sacramentis alligatus non eſt. Vt autem reſpectu vtriuſque adulti difficultatem reſoluamus concludendo prædicta.

Duplex neceſsitas medij & præcepti.

...tus noſter caſus teneatur neceſſitate medij, aut præcepti habere fidem explicitã alicuius articuli.

Gratia habet eſſentialem connexionem cũ gloria non tamen cum fide.

§. 5.

Statuuntur concluſiones difficultatis.

17. Dico primo: quod licet Maiores Eccleſiæ teneantur explicite credere omnes articulos fidei neceſſarios ad inſtruendum in fide rudiores fideles, & etiam Minores Eccleſiæ, dummodo ſint capaces intelligendi, quæ ſibi proponuntur, teneantur ſaltem quatuordecim fidei articulos in Symbolo Apoſtolorum contentos explicita fide credere: rudis tamen adultus, dum ad vſum rationis peruenit, hos articulos tantum ab Eccleſia ſibi propoſitos tenetur neceſſitate præcepti, & medij, explicite credere in lege gratiæ: vt pote credere vnam Sanctam Eccleſiam, & Chriſti Domini natiuitatem, & paſsionem, & Deum eſſe, & remuneratorem eſſe, & omnium conditorem: quibus tamen explicite creditis, ſufficit implicite credere quidquid Eccleſia vt credendum proponit. Cõcluſio hęc quoad omnia eſt expreſſa Scoti in 3. diſtinct. 25. quæſt. 1. à littera. B. vſque ad litter. G. & quoad primam partem probatur ex illo citato loco Apoſtoli ad Titum primo, & ex alijs quam plurimis Sacræ Scripturæ locis.

1. Concluſ.

18. Secundu probatur eadem pars teſtimonijs Sanctorum Patrum, & primo D. Auguſtini lib. 14. de Trinitate cap. 1. vbi inquit. *Aliud eſt ſcire tantum modo quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam, quæ non niſi æterna eſt: aliud eſt ſcire, quemadmodum hoc ipſum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur: quod eſt Maiorum in Eccleſia: aliter cito deficeret fides ſimplicium.* Et D. Dionyſius ſupra illud Ioan. 10. *Ante eas vadit &c.* cap. 3. de Eccleſiaſtica Hierarchia ait, *Oportere ordinẽ purgatiuum aliorum ex abundantia purgationis, quam in ſe habet, alijs cõmunicare &c.* Et Diuus Leo epiſt. 82. *totus* (inquit) *Eccleſiæ ordo permittitur, ſi quod requiritur in membris, non reperiatur in capite.* Et ſupra illud Matthæi 28. *Prædicate Euangelium omni creaturæ docentes ſeruare omnia, quæcumque præcepi vobis,* gloſſat noſter Lyranus. *Docentes eos ſeruare omnia, videlicet, Sacramenta à Chriſto inſtituta, & alia ad fidem Catholicam pertinentia.*

D. Auguſ.

D. Dionyſius.

D. Leo.

Matthæus Lyra.

19. Probatur etiam decretis Conciliorum: nam ſupra illa verba Malachiæ 2. cap. *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent de ore eius.* Multa docet Gratianus 36. diſtin. canon. *Qui Eccleſiaſticis,* in Concilio autẽ Tridente. ſeſſ. 22. cap. 1. de reform. ſtatuitur: quod eligendus paſtor ſit Theologus: & Epiſcopus in cõſecratione quęritur, an teneat vtrumque teſtamentum, nouum, ſcilicet, & vetus.

Malachias. Gracianus Con. Trid.

20. Ratione probatur eadẽ prima pars concluſionis: nam (vt Scotus ait) Maiores Eccleſiæ, & tenentur alios inſtruere, & exemplo honeſtatis docere: ergo tenentur fidem explicitam habere de his, quæ debent docere. Probatur in ſuper argumento Diui Thomæ ex Doctrina Sancti Dionyſij de ſumptio: nam ſicut reuelatio diuina innoteſcit Angelis inferioribus per ſuperiores, & hominibus per Angelos: ſic etiam innoteſcit inferioribus hominibus per ſuperiores. Sed propterea Angeli ſuperiores clariorem notitiam habent de myſterijs diuinis, quàm inferiores. Ergo ſimiliter, qui inter homines ſunt alijs ſuperiores, explicatiorem notitiam debent habere de rebus fidei, vt alios inſtruãt. Vtraque propoſitio eſt D. Dionyſij, nempe, maior, in cap. 4. & 7. & minor in cap. 12.

21. Secunda pars concluſionis probatur ab Scoto ex præclara enumeratiõ ne quatuordecim articulorum, quorum ſeptem priores diuinitatẽ, ſeptem vero poſteriores humanitatem Chriſti Domini, continent. Priorum ſeptem tres primos propoſuit D. Petrus Apoſtolorum princeps: primo etenim dixit, *Credo in vnum Deum,* in quo oſtendit vnitatem eſſentiæ diuinæ: ſecundo ait, *Patrem Omnipotẽtem,* quantum ad omnipotentiam primæ perſonæ Sanctiſsimæ Trinitatis: *Creatorem*

Secunda pars cõcluſionis probatur.

Quatuordecim articuli fidei qualiter ab Apoſtolis ſunt diffiniti.

torem cæli & terræ, Tertiũ dixit, vt oſtenderet opus creationis. Ioannes poſuit articulum de perſona filij. Iacobus Zebedei, de conceptione, & natiuitate coniunxit in vnum articulum. De paſsione poſuit Andreas. De deſcenſu ad inferos Philippus. Reſurrectionem Thomas. Aſcenſionem Bartholomeus. Aduentum ad iudiciũ Mathæus. De perſona Spiritus Sancti Iacobus Alphei. *Sanctam Eccleſiam Catholicam*, Simon *& communionem ſanctorum.* Iudas autem Iacobi *Remiſsionem peccatorum*. Et tandem *vitam æternam*, Mathias. Quorum articulorum diſpoſitio ſic exponitur ab Scoto, quia aut articuli ſunt de Deo, ratione eſſentiæ, & ſic ponitur hîc, *Credo in vnum Deum*. Aut ratione perſonarum, & ſic ſunt tres articuli, ſicut ſunt tres perſonæ, nempe, *Patrem Omnipotentem* primus. *Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum*, ſecundus. *Et in Spiritum Sanctum*, tertius. Aut ſunt articuli ratione effectus Dei, & ſic ſunt tres articuli de Deo: primus indicat, quod eſt conditor omnium, vt pote, *Creatorem Cæli, & terræ*. Secundus, quod ipſe ſolus remittit peccata, & iuſtificat animam, & ideo ponitur, *Remiſsionem peccatorum*. Tertius, quod ipſe eſt remunerator per gloriam, qua beatificat iuſtos, & ideo ponitur *Carnis Reſurrectionem, & vitam æternã*. De his omnibus patet, quod quiſque fidelis adultus tenetur eos credere, dummodo potens ſit ipſorum terminos capere: nam quis dubitat credendam eſſe vnitatem diuinæ eſſentiæ, & in ſuper perſonarum Trinitatẽ, atque adeo Deum eſſe vniuerſalem omnium cauſam, & impij iuſtificatorem, ac tandem glorificatorem iuſtorum?

22\. Alij autem ſeptem articuli pertinẽtes ad Deum ratione naturæ humanę aſſumptæ ab ipſo verbo, etiam ſunt de neceſsitate credendi: quorum primus pertinet ad Conceptionem Filij Dei, vt pote, ad incarnationem, quod ſcilicet, ſine opere viri ab Spiritu Sancto fuerit Chriſtus Dominus conceptus: & ideo ponitur. *Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto*. Secundus pertinet ad natiuitatem, & etiam ad matrem, de qua fuit conceptus & natus: & ideo ponitur. *Natus ex Maria Virgine*. Tertius ſpectat ad paſsionem, & Crucem quam pro nobis aſcendit, & ad quam propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis: & ideo ponitur, *Paſſus ſub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus eſt*. Quartus ponitur ad oſtendendum deſcenſum ad inferos: & ideo ponitur, *Deſcendit ad inferos*. Quintus ponitur ad oſtendendam Sanctam Chriſti reſurrectionem, qua virtute propria, *Tertia die ſurrexit à mortuis*. Sextus ponitur, vt oſtendatur glorioſa, & admirabilis Chriſti aſcenſio: & ideo dicitur. *Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Patris Omnipotentis*. Septimus tandẽ pertinet ad iudicium, vt patet, quia, *Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos*. Quorum articulorum fides explicita neceſſaria eſt omnibus illis, qui, vt inquit Scotus, pro captu ſui intellectus poſſunt illis diſtincte aſſentiri, ſi ſemel à Maioribus ſint propoſiti: nam quis Chriſtianus ignorans Chriſtum eſſe filium Dei vere Chriſtianus poteſt cenſeri? aut in fide Chriſti perſeuerare? & quis ignorans eſſe de Maria Virgine natum, & de Spiritu Sancto conceptum, poteſt, illum verum Deum, & hominem eſſe, credere? & quis ignorans mortẽ ſub iſſe pro nobis, poterit illum, vt Redemptorem, venerari? & quis ignorans glorioſam eius reſurrectionem credet paſsionẽ ſanctam Reſurrectionis teſtimonio fuiſſe confirmatam? & tandem quis illum iũdicem non ſperans eius punitionem timebit? Certe igitur iſtorum omnium articulorum fides explicita omnibus valẽtibus illos diſtincte credere neceſſaria eſt. Loquendo attamen de his ad Chriſtum Dominum pertinentibus apertius ſequentis partis probatio indicabit.

Tertia pars prædictæ concluſionis probatur primo, ex locis Sacræ Scripturæ: nam Ioannis 6. dicitur: *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſsit ille*. Et ad Galatas. 2. *In fide viuo Filij Dei*, & Ioannis 6. *Qui credit in me, habet vitam æternam*. Et Ioannis. 11. *Omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur* 23.

Tertia pars primæ concluſionis probatur circa fidem explicitã de Chriſto.

Ioann. 6.

Ad Gal. 2.

Ioann. 11.

Marcij 16. *tur in æternum.* Et Marcij 16. *Qui nõ cre*
1. Chor. 3. *diderit, condemnabitur.* Et ad Galatas 2.
Ioannis. 3. *Scientes quod non iuſtificatur homo ex o-*
Ioan. 17. *peribus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti.*
Et 1. Corinthiorum 3. *Fundamentum*
aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod
poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Et Ioã
nis 3. *Exaltari oportet filium hominis, vt*
omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed ha
beat vitam æternam. Et Ioannis 17. *Hæc*
eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſo
lum Deum verum, & quem miſiſti Ie-
ſum Chriſtum. Et quam plurimis a-
lijs locis Sacræ paginæ, ex quibus hæc
poſtrema Concluſionis pars ſatis pro
batur.

24. Secundo probatur teſtimonijs San
ctorum patrum: nam Sanctus Irineus
S. Irineus. libr. 3. capit. 21. (inquit.) *Ignoran-*
tes eum, qui ex Virgine eſt Emanuel, pri-
S. Cirillus. *uantur munere eius, quod eſt vita æterna.*
Et Cyrillus Hieroſolimitanus Patriar
cha Cathecheſi 5. loquens de Chriſti
myſterio ex ſymbolo fidei inquit. *Cũ*
alios inſcitia, alios vero occupatio quædã
impediat à cognitione: ne ob inſcitiam ani
mam perdas: in paucis verſibus vniuerſam
fidei Doctrinam comprehendimus. San-
S. Iuſtinus. ctus Iuſtinus in Dialogo cum Eripho
ne circa finem, ait. *Chriſtus, qui primo*
genitus eſt omnium, quæ condita ſunt, prin
cipium etiam alterius generis fuit hominũ,
qui ab eo iterum generati ſunt per aquã,
fidem, & lignum, quod Crucis myſterium
habebat, quemadmodum etiam Noe in lig
no vnam cum ſuis inſidens aquis ſeruatus
eſt &c. Diuus Auguſtinus lib. de bono
D. Augu. perſeuerantiæ cap. 2. inquit. *Quod e-*
nim verius eſt initium Chriſtiano, quam
credere in Chriſtum. Et lib. de ſpiritu, &
littera cap. 29. ait. *Fide Ieſu Chriſti im*
petramus ſalutem, & quãtum nobis incho a
tur in re, & quantum perficienda expecta-
tur in ſpe. Diuus Hieronymus in cap.
S. Hieron. 1. ad Ephæſios circa illud prædeſtina-
uit nos &c. inquit. *Non autem filij eſſe*
poſſumus, niſi filij eius Ieſu Chriſti fidem,
& intelligentiam recipiamus. Et in cap.
3. ait. *Fiduciæ, atque acceſſus ad Deum,*
principium, & origo, fidei in Chriſtum eſt.
Diuus Ambroſius lib. 1. offic. cap. 29.
D. Ambr. ait. *Iudæus iuſtitiam ſupra fidem collocat,*
& Dominus per Iſayam. Ecce mitto lapi
dem in fundamentum Sion, ideſt Chriſtum,
in fundamentum Eccleſiæ: fides enim om-
nium Chriſtus. Diuus Gregorius lib. 7.
D. Gregor. epiſt. 47. ad Anaſtaſium ſuper illud
Apoſtoli 1. Chorint. 3. inquit. *Qui non*
intrat per oſtium in Ouile ouium, ſed aſcen
dit aliunde, ille fur eſt, & latro. Ille ergo
ad ouile Ouiũ intrat per oſtium, qui intrat
per Chriſtum.

Ratione probatur: quia Deus non 25.
tribuit ſalutem, niſi volẽtibus per me-
dia à ſe ordinata conſequi illam: ſed
nullus poteſt velle conſequi ſalutẽ,
niſi ipſam agnoſcat, & cognoſcat me
dia ad ipſam conſequendam, ſed Chri
ſtus Dominus eſt vera ſalus, & author
ſalutis ſtatuens media ad ipſam con-
ſequendam: iuxta illud Apoſtoli ad
Hæbreos. *Decebat eum, propter quem,*
omnia, & per quem omnia, qui multos fi-
lios in gloriam adduxeras authorem ſalu-
tis eorum per paſsionem conſumare &c.
Ergo qui fidem expliciti Chriſti Do-
mini non habuerit, nec ſalutem cog-
noſcit, nec media ad ipſam conſequẽ
dam: & ex conſequenti non poteſt
illa velle: ergo nec Deus ei illam do-
nabit.

Quod autem articulus, *Vnius Eccle-* 26.
ſiæ Catholicæ ſit, neceſſario explicite
credendus, probatur ex illo D. Augu-
Eadem ter tia pars cõcluſionis probatur circa fidem explicitam vnius Eccleſiæ Catholicæ.
ſtini lib. 3. cõtra Creſconium cap. 33.
vbi inquit. *Quiſquis fallit, metuit huius*
obſcuritate quæſtionis, Eccleſiam de illa cõ
ſultat, quam ſine vlla ambiguitate ſcriptu
ra Sancta demonſtrat. Et epiſt. 106. ad
Paulinum, idem docet, & lib. contra
epiſtolam fundamenti cap. 3. inquit.
Ego vero Euangelio non crederẽ, niſi me
Eccleſiæ Catholicæ commoueret authori-
D. Augu. *tas.* Et Diuus Anſelmus in lib. de incar
D. Anſel. natio. verbi cap. 1. *Ad nullum* (inquit)
alium rectius refertur, ſi quid contra Catho
licam fidem oritur in Eccleſia, vt eius au-
thoritate corrigatur.

Ratione probatur eadem pars con-
cluſionis: quia quicumque, vt firmiter
credat, & aſſentiatur veritatibus ſibi
propoſitis ad credendum, indiget ne-
ceſſario atteſtatione alicuius propo-
nentis, cuius authoritas ſibi ſit certa,
& infallibilis omni indubitabili certi-
tudine. Sed Sancta Dei Eccleſia eſt,
quæ proponit fidelibus fidei articulos
credendos ab ipſis, & atteſtatur verita
tem

tem eorum eſſe reuelatam à Deo, qui eſt prima veritas, quæ nec fallit, nec fallere poteſt. Ergo Eccleſiæ authoritas debet eſſe infallibilis omnibus fidelibus, ita vt illa negata, nulli articulo ab ipſa propoſito poſsit firmus præberi aſſenſus. Sed neceſsitate medij quilibet fidelis Chriſtianus eget explicita fide illorum articulorum de Chriſto, & Deo, ſicut in concluſione viſum eſt: ergo eadem neceſsitate medij indiget fide explicita authoritatis, & infallibilitatis vnius Eccleſiæ tales articulos proponentis, & atteſtantis.

28. Dico ſecundo, quod nõ eſt ita ſimpliciter neceſſaria, neceſsitate medij, Sacra Doctrina, etiam prout includit habitum fidei infuſæ, vt ſine illa non poſsit conſequi ſalus, de abſoluta Dei potentia. Concluſio eſt Scoti in textu expreſſa his verbis. *Licet non ſit contradictio gratiam dari ſine fide &c.* Quæ probatur ratione eiuſdem Doctoris: habitus fidei, & gratiæ ſunt diſtincti, & in diuerſis potentijs: ergo potens eſt Deus de potentia abſoluta ſine fide infuſa dare gratiam alicui, qua habens bene vtatur ea quantum ad velle, quod poteſt habere, ſecundum naturalem cognitionem: & etiam facere, quod mereatur gloriam ſine fide infuſa, ſi ſine illa det gratiam: ergo poſsibile eſt Deo de potentia abſoluta quemlibet ſaluare ſine fide infuſa.

2. Concluſ.

§. 6.

Reſoluitur caſus ille de adulto nutrito in deſerto, & ſoluitur argumentum ex Apoſtolo.

29. DICO tertio, quod Sacra Doctrina includens habitum primum, ſcilicet, fidei infuſæ, eſt neceſſaria cuilibet fideli de lege ordinata: at vero pro ea parte, quâ includit fidē acquiſitam explicitam articulorum, non eſt ita neceſſaria neceſsitate medij, vt etiam de potentia ordinata, nõ ſit dabilis caſus (vt pote illius nutriti in deſerto) in quo aliquis adultus ſine omni prorſus notitia articulorum fidei poſsit æternam comparare ſalutem. Concluſio hæc eſt Scoti expreſſa contra omnes illos, qui ponunt hãc notitiam prærequiri ſimpliciter, quos impugnauimus ſupra. Quæ quidem, ipſius Scoti verbis, & declaratur, & probatur efficaciſsime. Primo etenim, poſtquam Doctor in textu oſtendit huiuſmodi adultum habiturum fore meritum de congruo per bona opera voluntatis, quæ ex auxilio gratiæ (quod Deus dat omnibus) procedũt, quibus quidem ſe diſponit ad gratiã, inquit Doctor. *Deus dat ſibi gratiam primam.* Cuius ratio eſt, *quia non ſubſtrahit liberalitatis ſuæ munus ab eo.* Item ſubdit, vt hoc euidenter oſtẽdat. *Dat ſine Sacramento.* Cuius ratio eſt, *quia non eſt alligatus Sacramentis.* Dat illi fidem infuſam habitualem, ſeu habitũ fidei infuſæ: quia vt dicit in corpore articuli. *Sine fidei infuſæ habitu de lege ordinata non infundit gratiam.* Et ideo ſubdit. *Et tunc gratia non datur ſine habitu fidei, ita quod talis adultus habet habitum Theologiæ, pro illa parte, quæ talis habitus fidem infuſam includit.* Sed pro tunc nõ poteſt exire in aliquem actum fidei: nec hoc indiget, vt ſaluetur: quod euidenter oſtendit ratio ipſius Authoris, his verbis. *Licet non poſsit exire in actũ, ſicut nec Baptizatus, niſi inſtruatur.* Huius peremptoriæ rationis vis in hoc à ſimili poſita eſt, qua euidenter probatur concluſio.

3. Concluſ.

Quid ſit de adulto non baptizato, & indeſerto nutrito.

30. Nam ſi quis paruulus baptizetur, & deinceps nutriatur in deſerto, ibique ad perfectum vſum rationis perueniat, & fiat iam adultus, non habens Doctorem, qui ipſum in rebus fidei inſtruat: & quamuis habeat bonos motus, & operationes voluntatis circa bonum honeſtum per rationem naturalem oſtenſum, nõ tamen habet actualem notitiam, & explicitam fidem eorum, quæ habitualiter per fidem infuſam credit, nec aliquid articulorum fidei aliquo modo cognoſcit: decedat,

Quid ſit de puero baptizato, & indeſerto ſine Doctore, neq; nutrito.

nunc

Digitized by Google

nunc iſte è vita, ſine eo quod aliquod peccatum mortale comiſſerit: ſaluabitur ne? plane certum eſt iſtum ſaluandum fore: ſi quidem decedit in gratia, quam in baptiſmo recepit. Quæro tunc, quomodo poteſt iſte ſine notitia myſteriorum fidei ſaluus fieri? optime reſpondebitur: quod eſt axioma catholicū vniuerſaliter verum: quod omnis, qui in gratia decedit, fit ſaluus, & præſertim quia non ſtat per ipſum, quod actualiter explicite non credat fidei myſteria, ſicut non ſtetit per ipſum, quod non haberet Doctorem, qui eum in rebus fidei inſtrueret. Idē prorſus (inquit Doctor) dicendum eſt de adulto non baptizato. Ex quo, in caſu noſtræ difficultatis, conficitur ratio, & argumentum ad concluſionem probandam: quoniam ille talis adultus baptizatus ſine actuali notitia articulorum fidei ſaluaretur: quia ſibi ſufficeret habere gratiam, quam, de ordinata potentia, Deus nemini confert, ſine habitu fidei infuſæ. Sed in caſu illius adulti non baptizati nutriti in montibus, Deus illi etiam gratiam, & inſimul habitum fidei infuſæ conferret: quia nō ſubſtraheret ab eo ſuæ liberalitatis munus, nec eſt alligatus Sacramentis, vt non poſsit ſine illis gratiam, & fidem infuſam conferre (prout eleganter probat Scotus in textu) ergo ſine actuali notitia, & acquiſita explicita fide articulorum poteſt in aliquo caſu quis ſaluus fieri. Quæ quidem eſt elegantiſsima Scoti huius caſus reſolutio, abſque eo quod ſine fundamento multiplicentur ad libitum tot modi magiſterij, reſpectu cuiuſdam, qui ſine omni prorſus notitia poteſt ſaluari.

31. Sed quando ex Apoſtolo ad Romanos 10. arguis. *Quomodo inuocabūt Deū, in quem non crediderunt, aut quomodo credent ſine prædicante?* Reſpondeo: ibi Apoſtolum loquutum fuiſſe de neceſſitate prædicationis Apoſtolorum euangelizantium Ieſum Chriſtum Dominum reſpectu eorum adultorum, ad quos potuit notitia Euangelij peruenire: non autem ibi contendit oſtendere omnes ſimpliciter neceſſario debuiſſe inuocare nomen Domini Ieſu, niſi omnes eos, qui habuerunt Doctorem: & ideò inquit. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt, & quomodo credent ſine prædicante?* Cæterum ſine prædicatore, & Doctore potuit ille talis, ex gratia auxiliante, inuocare nomen Domini, quem forſan ratione naturali (ſaltim in cōfuſo) cognoſcit: quia omni tempore communicatur hominibus aliqua gratia auxiliās, vt Deum quomodolibet cognitum poſsint inuocare: vel ſaltim, quia per bona velle circa opus honeſtum, authorem ipſius boni ex gratiæ auxilio inuocat, conformando ſe legibus rationis ab ipſo conditis: & tunc (ait Apoſtolus) omnis, qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit, hoc eſt, inuocatione ſibi poſsibili ex gratia Dei.

Solutio argumēti ex Apoſtolo.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm doctrina reuelata ſit ſupernaturalis intellectui, comparata ad ipſius intellectus inclinationem?

AD octauum ſic proceditur, videtur quod Doctrina reuelata ſit ſupernaturalis intellectui comparata ad ipſius intellectus inclinationē. Ad iſtud enim arguitur multipliciter, tam quod diſtinctio naturalis, & violenti ſumatur ex comparatione paſsi ad agens, & non tantum ex comparatione eius ad formam, quam quod diſtinctio naturalis, & ſupernaturalis ſumatur ex comparatione paſsi ad formam, & non tantum ex cōparatione eius ad agēs, quæ argumēta nō ponūtur hic. A.

Poteſt

Poteſt tamen argui. Quia ſecundum Phyloſophum 3. Ethicorum violentum eſt, cuius principium eſt extra, non conferente vim paſſo: ergo in diffinitione violenti ponitur principium motiuum, ac per conſequens violentum eſſentialiter nõ tantum accipitur ex comparatione paſsi ad formam, ſed ad agens.

Argumẽtũ hoc deſump tũ eſt ex 4. ſentẽt. diſt. 43. q. 2. lit. C. Doctoris ſubt.

C. SED contra eſt, quod non tantum in induci, ſed in permanente aliqua forma violẽter permanet in paſſo ſine actione extrinſeca, licet non diu: aliqua naturaliter etiam diu: aliqua ſuper naturaliter propter agens. Ergo circunſcribendo agens à quo fit, non poteſt dici ſupernaturalis, poteſt autem dici naturalis: quia perficit naturaliter comparando formam ad receptiuum tantum: ergo, &c.

D. Reſpondeo dicendum, diſtinguendum eſſe primo qualiter aliquid dicitur ſupernaturale: potẽtia enim receptiua comparatur ad actum, quem recipit, vel ad agens, à quo recipit: primo modo ipſa eſt potẽtia naturalis, vel violẽta, vel neceſſaria: naturali, ſi naturaliter inclinetur, violenta, ſi ſit contra inclinationem naturalem, neutra, ſi neque inclinatur ad iſtam formam, nec ad oppoſitam: in hac autem comparatione nulla eſt ſupernaturalitas: ſed comparando receptiuum ad agens, à quo recipit formam, tũc eſt naturalitas, quando receptiuũ comparatur ad tale agens, quod natum eſt naturaliter imprimere talem formam in tali paſſo: ſupernaturalitas autem, quando comparatur ad tale agens, quod non eſt naturaliter impreſsiuum illius formæ in illud paſſum. Ad propoſitum dico: quod comparando intellectum poſsibilem ad notitiam actualem in ſe, nulla eſt ſibi cognitio ſupernaturalis, quia intellectus poſsibilis quacũque cognitione naturaliter perficitur; & ad quamcumque naturaliter inclinatur. Sed ſecundo modo loquendo ſic eſt ſupernaturalis, quæ generatur ab aliquo agente, quod non eſt natum mouere intellectum poſsibilem ad talem cognitionem naturaliter. Verum autem poſt primam traditionẽ Doctrinæ de talibus, poſſit aliquis aſſentire naturaliter Doctrinæ traditæ, de hoc in 3. lib. diſt. 23. Hæc autem prima traditio ſupernaturalis dicitur; quia eſt ab agente, quod non eſt naturaliter motiuum intellectus noſtri pro iſto ſtatu. Aliter etiã poſſet dici ſupernaturalis: quia eſt ab agente ſuplente vicem obiecti ſupernaturalis. Nam obiectum natum cauſare notitiam huius, Deus eſt trinus, & vnus, vel ſimilium, eſt eſſentia ſub propria ratione cognita. Ipſa autem ſub tali ratione cognoſcibilis, eſt obiectum *Concluſ.*

iectũ nobis ſupernaturale. Quod cumque igitur agens cauſat noti tiam perfectam aliquarum veritatum, quæ, per tale obiectum ſic cognitum, natæ ſunt eſſe euiden tes, illud agens in hoc ſupplet vicẽ obiecti illius. Quod ſi ipſum agens cauſaret notitiam perfectam iſtarum veritatum, qualẽ ipſum obiectum in ſe cognitum cauſaret, tunc perfecte ſuppleret vicem obiecti; ſed ſi agens non ita perfectam notitiam cauſat, ſicut obiectum in ſe cauſaret, tunc imperfecte ſupplet vicem obiecti, pro quanto, ſcilicet, imperfecta notitia, quam facit, virtualiter continetur in illa perfecta, cuius obiectum in ſe cognitum eſſet cauſa. Ita in propoſito, nam reuelans hanc, Deus eſt trinus, & vnus, cauſat in mente aliqualem notitiã huius veritatis, licet obſcuram: quia cauſat de obiecto nõ ſub propria ratione cognito, ꝙ obiectum, ſi cognitum eſſet, natum eſſet cauſare notitiam perfectam, & claram veritatis illius. Pro quanto igitur hæc notitia obſcura in illa clara includitur eminenter, ſicut imperfectum in perfecto, pro tanto reuelans hãc obſcuram, & cauſans ſupplet vicem obiecti, illius claræ notitiæ cauſatiui.

E. Præcipue cum non poſsit notitiam alicuius veritatis cauſare, niſi vt ſupplens vicem alicuius obiecti: nec veritatum talium de illo obiecto notitiam cauſare poſſet, vt ſupplens vicem obiecti alicuius interioris naturaliter motiui intellectus noſtri: quia nullum tale virtualiter includit aliquam notitiam iſtarum veritatum, etiam nec obſcuram: igitur oportet, quod in cauſando, etiam iſtam obſcuram, aliqualiter ſuppleat vicem obiecti ſupernaturalis. Differentia iſtorũ modorum ponendi ſupernaturalitem notitiæ reuelatæ patet, ſeparando vnum ab alio: puta, ſi agẽs ſupernaturale cauſaret notitiam obiecti naturalis, vt ſi infunderet Geometriam alicui, illa eſſet ſupernaturalis primo modo, & nõ ſecundo modo: ſi autem infunderet notitiam huius, Deus eſt trinus, vel ſimilium, hæc ſupernaturalis eſſet vtroque modo: quia ſecundus infert primum, licet non ẽ conuerſo: vbi enim eſt primus tantum, ibi non eſt neceſſe, quod ſit ſic ſupernaturalis, quando naturaliter poſsit haberi; vbi vero eſt ſecundus modus, eſt neceſsitas, vt ſupernaturaliter habeatur: quia naturaliter haberi non poteſt.

Ad argumenta, de violento, &c. ſolutio apparet: quia illud eſt præciſe cauſa alterius, quo poſito, circunſcripto, vel variato quocumque alio, ſequitur effectus. Nunc autem licet forma, contra quam inclinatur receptiuum, non inducatur, niſi per aliud F.

gens violentans paſſum, nec agens ſupernaturale ſupernaturaliter agat, niſi inducendo formã: tamen per ſe ratio violenti eſt ex habitudine paſsi ad formam, & non ad agens: & per ſe ratio ſupernaturalis eſt, ex habitudine paſsi ad agens, & non ad formam.

G. Probatur: quia paſſo, & forma manentibus in ſua ratione, puta, quod forma ſit receptibilis, contra tamen inclinationem paſsi, quomodocumque varietur agens, paſſum violenter recipit. Similiter paſſo, & agente ſic ſe habentibus, quod ſolum agens non naturaliter, ſed ſupernaturaliter actiuum, transmutat paſſum, ſolum inquam, ita quod agens naturale non diſponat, quamcumque formam inducet, erit ſupernaturalis reſpectu paſsi.

Expoſitio octaui articuli, 1. quæſtion. Prologi.

1. CONCLVSIO præcipua textualis clara eſt, præhabita diſtinctione potentiæ, vel in ordine ad formam, vel in ordine ad agens: in qua concludit Doctor, potentiam in ordine ad formam ſupernaturalem minime ſupernaturalem eſſe, ſed tantum in ordine ad agens ſupernaturale. Circa quod difficilem cum Thomiſtis habemus in textu præ manibus cõtrouerſiam, ad cuius reſolutionem, & litteræ intelligentiam, tria nobis ſunt dubia reſoluenda. Primum, videlicet, de ſupernaturalitate Sacræ Doctrinæ, ſeu cuiuslibet ſupernaturalis formæ, in ſe ipſa (hic enim non magis de illa, quam de iſtis controuertitur) à quo, videlicet, ſumatur ratio ſupernaturalitatis in formis. Secundum eſt de inclinatione potentiæ in ordine ad formam ſupernaturalem. Tertium tandem de inclinatione noſtra ad ipſum finem ſupernaturalem. Quæ omnia ſequentibus tribus difficultatibus comperta erunt, & his ſolutis, littera textus erit perſpicua.

DIFFICVLTAS IIII.

Vtrùm formæ ſupernaturales habeant ſupernaturalitatem formaliter à ſe ipſis?

§ 1.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, & variæ opiniones referuntur.

NON in hac re veteres immorabantur, ſed ſupponẽtes, formarum quaſdam naturales, quaſdam vero ſupernaturales eſſe, diſtinguebant de ſupernaturalibus per ſe, quæ naturaliter haberi non poterant: vt ſunt habitus infuſi, viſio Dei, & eius fruitio &c. & de ſupernaturalibus per accidens, quæ, videlicet, naturaliter haberi poſſunt, de ſuper tamen multoties ſupernaturaliter comparantur: vt pote, habitus ſcientiæ infuſæ, & ſalus miraculoſe reſtituta &c. Huius diſtinctionis meminit Diuus Thomas 1. parte. quæſtion. 1. artic. 1. dum ait. *Quæ nobis reuelata ſunt, quædam rationem humanam excedunt, quædam vero ratione humana inueſtigari poſſunt.* Doctor autem ſubtilis in hoc articulo non ſolum 1. D. Thom.

lum hanc eandem diſtinctionem planius docet, verum & à quo ſupernaturalitas deſumenda ſit, ſubtiliter tradit. Circa quam difficultatem apud recentiores diuerſitatem ſententiarum reperio. Et loquendo de ſupernaturalibus per ſe, de quibus præſens difficultas procedit, formam nullatenus ſupernaturalem eſſe, ex ſua abſoluta ratione, ſed tantum relatè, & per ordinem ad naturale, aut naturam, ſupra quam eſt, & quam perficit, docuerunt nonnulli Doctores nõ parui nominis, inter quos Gabriel Vazquez, id manifeſtum eſſe affirmat prima parte, diſputation. 2. capit. 2. ita vt ex hoc capite probet diſput. 44. cap. 1. non eſſe creabilem aliquam ſubſtantiam ſupernaturalem, ſed tantummodo formæ accidentariæ creatæ rationem ſupernaturalitatis conuenire: quia cum hæc forma ſit perfectio ſubſtantiæ creatæ, quæ dicitur res naturalis, tunc dicitur ſuper naturalis, cum eam perficit ſupra id, quod ipſa, vel alia creata ſubſtantia, ex ſuis principijs, & conſtitutione naturali poſtulat.

2. Tota igitur ratio ſupernaturalitatis (ſecundum illos) in dicto reſpectu, aut relatione conſiſtit. Hunc tamen reſpectum in ordine ad duos terminos conſiderat Vazquez, ſcilicet, & ad ſubiectum, quod perficit, & ad cauſam, à qua effectiue habet eſſe. Dicuntur igitur formæ ſupernaturales in ordine ad ſubiectum, quia ita ab extrinſeco ei aduenium, vt ſubiectũ nullatenus ſuapte natura perfici à talibus formis expoſcat: dicuntur tamen ſupernaturales per ordinem ad cauſam, quia à ſolo Deo ſuper inclinationem naturalem cuiuſcumq; ſubiecti producuntur.

3. Alij ſupernaturalitatem formarum in aſsimilatione, ſeu participatione Dei, vt eſt trinus, conſiderant. Cum etenim Deus ſit Author naturæ, ſecundum quod vnus, & vt ſic creaturas ſibi aſsimilet, & ſit vltimus finis illarum per eſſe naturale: conſequenter formæ, quæ Deum, ſecundum quod eſt vnus, attingunt, naturales ſunt. Quia vero, ſecundum quod trinus, eſt finis ſupernaturalis, eo quod implicat imitari à creatura aliqua, & ideò non aſsimilat ſibi creaturas; quia repugnat creaturam aliquam vnam numero eſſe ſuppoſitaliter trinam: hinc eſt, quod formæ illæ, quæ eleuant naturam creatam ad attingendum Deum, vt trinum, ſupernaturales dicantur. Et ſic tota ratio ſupernaturalitatis (ſecundum illos) in reſpectu ad Deum, vt trinum, conſiſtit. Et quidem ſi ſemel verum eſſet, quod Deus, ſecundum quod vnus, non eſſet Author ſupernaturalis, ac etiam non eſſet vltimus finis ſupernaturalis, ſed tantum ſecundùm quod trinus: me hercle non diſpliceret hic modus dicendi. Sed reuera hoc, quod vt verum ſupponit, eſt planè falſum: quia Deus, etiam in quantum vnus, eſt infinitè perfectus & bonus, & vt ſic habet rationem obiecti beatifici, & vltimi finis ſupernaturalis. Imo ſubtile eſt, an trinitas perſonarum ad eſſentialem rationem obiecti beatifici pertineat. Cuius negatiuam partem tenet Doctor ſubtilis, & nos de eius mente infra ſub diſtin. 1. quæſt. 2. difficult. 1. oſtendimus.

---

§. 2.

Ponitur vera, & tenenda Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

AN ſola abſoluta entitate formarum, ſecluſa omni habitudine, non ſolum ad ſubiectum, verum etiam, & ad ipſum agens, conſtituit P. Rada ipſarum formarum ſupernaturalitatem, ſecunda parte Controuerſia. 14. artic. 1. id etiam ſentit Pater Herrera, in primo, diſputat. 1. in explicatione litteræ Scoticæ, ante quæſtion. primam, vbi ait, Doctorẽ ſubtilem in hoc articulo ſuppone- 4.

Rada.

Herrera.

re

ve formas quaſdam ſecundum ſuas formales rationes, & ſecundum ſe, ſupernaturales eſſe: quo ſuppoſito, hic tantum quæritur de alia ſupernaturalitate earum, nempe reſpectiua, hucuſque ille. Vellem quidem, vt Magiſter iſte (alias ſapientiſsimus, & acerrimus Scoti defenſor) hanc ſuppoſitionem Scoti cum alijs verbis ipſius in concordiam reuocaret.

Sententia Scoti.

Hæc etenim ipſe Scotus profert in 4. diſt. 10. quæſt. 8. lit. G. *Naturale & ſupernaturale non diſtinguunt naturam alicuius in ſe: ſed tantum in comparatione ad agens: ideò enim dicitur aliquid ſupernaturale, quia à ſupernaturali agente: naturale verò, quia à naturali agente.* Et in hoc articulo, totam rationem ſupernaturalitatis reſtindit in agens ſupernaturale, dum loquendo de reuelatione ait. *Quæ ideò ſupernaturalis eſt, quia ab agente, quod non eſt naturaliter motiuum intellectus noſtri pro iſto ſtatu.* Ex quibus verbis ille legitimus Scoti textus interpres Reuerendiſsimus Pater Lychetus ſupra primam quæſtionem prologi paulo ante §. 3. *rationis primæ*, concludit: quod iſta ſupernaturalitas formæ eſt tantum in comparatione ad agens ſupernaturale: ſed dici etiam formam ſupernaturalem, in ratione formæ, ex hoc quod eſt forma ſupernaturalis, quæ eſt quædam inclinatio informans, v. g. intellectum, ſupra id, quod ipſemet intellectus naturæ viribus poterat. Cui ſententiæ, meo videri, adhærere debet quicumque fidelis Scotiſta. Eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Suarez, dum inquit, prima parte, lib. 2. capit. 8. num. 8. quod ille actus dicitur ſupernaturalis in ſubſtantia, cuius entitas talis eſt ſecundum ſuam ſpecificam, & ſpecialem rationem, vt fieri non poſsit per naturalem potentiam creaturæ cum generali concurſu Dei ſibi debito: quod quidem non ſolum de actu, ſed de forma intelligit, dum proſequitur dicens, quod ſumitur ex Cayetano prima parte quæſtion. 12. art. 5. vbi ſentit illam formam eſſe in ſua entitate ſupernaturalem, quæ nulli ſubſtantiæ debetur, &c. à qua ſententia non videtur diſcedere Vazquius, niſi pro ea parte, qua illam relationem primo terminatam ad ſubiectum conſiderat.

Suarez.

Caietanus.

Vazquez.

Sed quidquid ipſe, & forſan nonnulli noſtrates, ſentiant, etiam ſuppoſito, quod tota ratio ſupernaturalitatis in comparatione ad agens conſiſtat, nemini dubium eſſe poteſt, formas huiuſmodi in ſe ipſis ſupernaturales eſſe. Hoc expreſſe docet Doctor in hoc primo diſtinct. 17. quæſt. 2. art. 3. vbi hæc ait. *Oportet ponere habitum ſupernaturalem, quo habens formaliter acceptetur à Deo.* Et multa de iſtis habitibus ſupernaturalibus in tota citata diſtinctione ſupponit, & tradit. Dubium ergo eſt: à quo ſibi proueniat formalis ratio ſupernaturalitatis, an, ſcilicet, ab aliqua ratione abſoluta ſibi intrinſeca, an verò à relatione aliqua ad ſubiectum, ſeu ad obiectum, an vero ad agens. 5.

Non poſſum non fateri quidditates iſtas, ſeu formas ſupernaturales reſpectu quarundam rerum naturalium habere ſe tanquam excedens, & exceſſum, exceduntur etenim à quacumque naturali ſubſtantia, in ratione perfectioris entitatis: quia vt probat Doctor in quarto, diſtinct. & loco ſupra citato ex Ariſtot. 7. Metaphyſicæ, textu commento ſecundo, & quarto, omnis ſubſtantia eſt ſimpliciter perfectior omni accidente, & imperfectius ens poſſet eſſe ſupernaturale, vt pote, forma accidentalis, qualis eſt virtus Theologalis: & naturale aliquod poſſet eſſe perfectius eo, vt puta ſubſtantia, & alicui ſubſtantiæ, quæ eſt ens naturale poteſt inhærere accidens ſupernaturale. Etiam ex hac parte non poteſt ſumi ſupernaturalitas formæ, per ordinem ad ſubſtantiam naturalem quam afficit, ſiquidem eſt talis forma imperfectior ipſa ſubſtantia, & conſequenter non ſupra naturam ipſius. Excedit autem quodcumque ſupernaturale omne naturale in hoc, quod à nulla cauſa naturali poſſit produci, & ſecundum hanc conſiderationem accidens eſt ſupra naturam ſubſtantiæ. Nec huic obſtat creationem animæ, & totius vniuerſi fabricationem, eſſe à ſolo Deo.

Ariſt.

Deus etenim (vt eſt Author naturæ) hæc omnia condidit iuxta ipſius naturæ diſpoſitionem, & exigentiam, & vt eſt Author naturæ, cauſam quoque naturalem eſſe, non deſpicit.

6. Verum enimvero non dubito hæc nomina, *natura*, ſeu *naturale*, aut *naturaliter*, aliqualem æquiuocationem habere. Natura namque etiam propriſſime ipſa diuina eſſentia eſt: vnde Ariſtot. 8. Phyſicorum capit. 6. text. comment. 58. & alibi ſæpe naturam pro ſolo Deo accipiebat, ita vt in hoc ſenſu dixiſſet. *Naturam facere ex eis, quæ fieri poſſunt, ſemper quod melius eſt.* Item naturale eſt patri generare Verbum, ac proinde relationes diuinæ naturaliter reperiuntur in Deo. Imo loquendo de habitu, & actu ſupernaturali oſtendit Doctor, in hoc primo, diſtinct. 17. quæſt. 2. artic. 1. ad 3. Quod actus ſupernaturalis reſpectu habitus ſupernaturalis, à quo elicitur, eſt naturalis. Naturale eſt enim huiuſmodi habitui actum ſupernaturalem elicere, dicitur nihilominus natura vt in plurimum tota rerum vniuerſitas infra Deum: vnde à Platone in Menone dicitur. *Totam naturam cognatam eſſe, & ſibi conſonam.* Et ab eodem Ariſtotele 12. Metaphyſicæ cap. 6. text. comment. 30. dicitur natura de cauſis ſecundum naturalem propenſionem cauſantibus, inter quas ipſe Philoſophus præcipue intelligit Deum. Hoc tamen cum errore maximo miſcuit, putando Deum aliquid ex neceſſitate agere. Quo ſublato errore, non immerito Deus ipſe inter cauſas naturales numeratur, quatenus Author ipſius naturæ eſt; in ſe autem conſideratus non claudi poteſt ſub naturalium rerum vniuerſitate, & machina. Sed proinde, omnia, quæ infra Deum ſunt, naturalia appellamus.

Ariſto. Plato. Ariſto.

7. Eſſe autem aliqua infra Deum poteſt contingere dupliciter primo, quæ infra Deum entitatiuè ſunt, & etiam obiecta, quæ ſunt infra Deum, reſpiciunt, vt Aſtrologia &c. Secundo autem modo dicuntur aliqua eſſe infra Deum ſecundum ſolam entitatem, non tamen obiectiue: in quo ſenſu ſunt infra Deum omnes habitus infuſi, vt fides, ſpes, & charitas &c. Quia quamuis iſti habitus reſpiciant ipſum Deum in ſe, & prout in ſe eſt, tamen entitates finitæ ſunt, & creatæ, & in prædicamento qualitatis locantur: myſteria tamen fidei, quæ creduntur de Deo, & gloria, quæ ſperatur, ac tandem bonitas infinita, quæ diligitur, non ſunt infra Deum ſecundum entitatem, ſed entitatiue ſunt ipſe met Deus. Ea igitur, quæ ſunt infra Deum priori modo, ſunt naturalia, quæ verò ſecundo modo, ſupernaturalia ſunt, quæ eleuant naturam ad obiectum, quod ipſa ex ſe, & viribus ſuis, attingere non valebat, tametſi autem à nobis intelligatur iſta ſupernaturalitas per ordinem ad huiuſmodi eleuationem naturæ, non tamen, ex hoc formaliter ſunt ſupernaturalia, quia naturam eleuant, ſed è conuerſo, ideo eleuant naturam ad tale obiectum, nempe ad Deum, quia ſupernaturalia ſunt, ac proinde non poteſt ſumi ratio ſuper naturalitatis in eis, penes ordinē ad ſubiectum, quod eleuant, cum ſupponantur iam ſupernaturalia ante talē eleuationem: nam talis facultas eleuandi in ſupernaturalitate eorum fundatur.

Rurſus duplicem reſpectum conſiderare debemus in formis ſupernaturalibus, alterum in ordine ad agens, à quo producuntur in nobis, alterum vero ad obiectum, quod reſpiciunt. Et in iſto duplici reſpectu totalis ratio ſupernaturalitatis conſiſtit. Dico ergo, quod vterque iſte reſpectus eſt realiter indiſtinctus à formis ſupernaturalibus: eſt enim ipſa vna met res forma ſupernaturalis cum iſtis duobus reſpectibus inſimul. Quod ex Doctore probo, quantum ad primum reſpectum, idē ſcilicet realiter eſſe cum forma ſupernaturali, nā hæc ait in tertio, diſt. 1. quæſt. 1. littera. K. *Relatio poteſt dupliciter ſe habere ad fundamentum: vno modo, quod fundamentum non poteſt poni ſine relatione illa abſque contradictione, quia fundamentum, non poteſt ſine contradi-* 8.

tradiſtione eſſe, ſine termino illius relationis, nec etiam ſine relatione ad terminum, quia iſta natura neceſſario requirit talem terminum ad ſui eſſe. Tales ſunt relationes creaturæ, in quantum creatura, ad Deum, in quantum creatorem. Huiuſmodi eſt idem realiter fundamento. Et idem docet in quodlibetis, quæſtion. 3. littera. P. quam Doctrinam amplectuntur fere omnes, & ipſe Vazquez prima parte, diſputat. 173. capit. 4. iuxta quam Doctrinam vbique veriſsimam, phyloſophandum eſt ſimiliter de creatura ſupernaturali ad creatorem ſupernaturalem, vt ſupernaturalis eſt. Nam hæc creatura verbi gratia, habitus charitatis, non poteſt ſine contradictione poni abſque relatione ad agens ſupernaturale: quia per nullum aliud agens poteſt produci; nec poteſt ſine contradictione eſſe ſine termino talis relationis, qui eſt Deus, vt agens ſupernaturalis: quia talis habitus neceſſario requirit talem terminum ad ſui eſſe. Ergo relatio iſta realiter eſt idem cum tali forma ſupernaturali: & conſequenter eadem realis entitas eſt forma ſupernaturalis, & realiter relatio ad agens ſupernaturale. Imo dico: quod formaliori modo identificatur iſte reſpectus cum forma ſupernaturali, quam ille cum naturali: quia licet creatura naturalis non poſsit poni in eſſe ſine Deo creatore, poteſt tamen poni cum alio vltra Deum, nempe, cum cauſa ſecunda. At vero forma ſupernaturalis nec poteſt poni ſine Deo, nec cum alio vltra Deum, & ideo ille reſpectus ad agens eſt ſibi proprior, & ſingularior, quam cuilibet creaturæ naturali reſpectus ad creatorem. Quod acutiſsime notauit Lychetus 1. quæſt. prologi §. *ibi aliter.*

9. De ſecundo reſpectu, nempe ad obiectum, idem probo, nam talis reſpectus eſt tranſcendentalis: reſpectus autem tranſcendentalis eſt idem realiter cum ſuo fundamento, vt Doctor expreſſe tenet in quarto, diſtinctio. 12. quæſt. 1. littera. B. loquendo de reſpectu inhærentiæ aptitudinalis accidentis (qui quidem reſpectus tranſcendentalis eſt) hæc tamen differentia eſt inter iſtos duos reſpectus: quod primus, nempe creaturæ ad creatorem, identificatur cum fundamento realiter tantum, non tamen formaliter, vt optime aduertit Pater Herrera, in primo diſput. 8. quæſt. 5. conc. 1. & ratio eſt: quia tunc nulla creatura eſſet formaliter abſoluta, cũ omnis dicat vnum reſpectum ad creatorem: quod dicendum non eſt. Hoc tamen intelligo de creatura naturali, non vero de ſupernaturali: hæc enim vltra hoc commune, quod habet cum naturalibus, ſcilicet, identificare ſibi reſpectum ad creatorem realiter, qui reſpectus eſt creaturæ ad cauſam primam, habet vlterius dependere à Deo agente tanquam à cauſa totali, & adæquata, quæ ſine alia cauſa ſecunda ipſam cauſat, quod quidem aliqualem formalitatem includere videtur: at vero reſpectus tranſcendentalis non ſolum identificatur realiter cum ſuo fundamento, ſed eſt ipſamet res fundans, & intime includitur in ipſa: non enim aduenit rei iam conſtitutæ in ſuo eſſe, ſicut reliquæ relationes prædicamentales, ſed eſt quaſi differentia formalis conſtituens, & complens eſſentiam illius rei, cuius eſt reſpectus: & hoc non tollit formas, habentes huiuſmodi reſpectus, abſolutas eſſe: vt infra in propria concluſione videbitur.

§. 3.

Statuuntur concluſiones difficultatis, & argumenta ſoluuntur.

His ergo præhabitis, difficultatem per concluſiones reſoluendo dico primo, quod formæ ſupernaturales non habent ſuã ſupernaturalitatem penes ordinem ad ſubiectum naturale, quod eleuant, & per- 10. *1. Concluſ.*

perficiunt. Concluſio eſt Scoti, & probatur ex ſupra notatis, num. 6. Et præterea poteſt confirmari: quia præciſo ordine ad potentias naturales, prædictæ formæ ſunt ſupernaturales: ergo non habent ſuam ſupernaturalitatem penes ordinem ad ſubiectum naturale, quod perficiunt. Antecedens probatur: quia præciſo reſpectu ad dictas potentias, tales formæ non continentur intra naturæ ordinem, ſed in alio ordine ſuperiori: ergo præciſo tali reſpectu, ſunt ſupernaturales. Conſequentia patet, quia ſupernaturalitas nihil aliud eſt, quam ſupra naturæ ordinem eſſe.

2. Concluſ. 11. Dico ſecundo, quod formæ ſupernaturales ſunt entitates ſupernaturales habentes ſupernaturalitatem à duplici reſpectu, quorum vnus eſt ad agens ſupernaturale, & alter ad obiectum ſupernaturale infinitum, quod eſſentialiter reſpiciunt. Concluſio hæc quoad primam partem eſt expreſſa Scoti in littera, & quoad ſecundam colligitur ex multis locis ſuæ doctrinæ. Et licet ex prænotatis conſtet hîc, iterum exponitur & probatur: nam vterque iſte reſpectus includitur in forma ſupernaturali, ſecundum quod illam à naturalibus diſtinguit: ergo ab vtroque accipit ſuã ſupernaturalitatem. Antecedens probatur de primo reſpectu ab Scoto: quia in hoc diſtinguitur forma ſupernaturalis à naturalibus, quod illa à ſolo agente ſupernaturali poteſt produci adæquate: iſtæ verò à quocumque naturali agente de potentia materiæ educuntur. Quoad ſecundum vero reſpectum manifeſtius probatur: quia formæ ſupernaturales, ideò Theologales virtutes dicuntur, quia ſunt quædam diuinæ naturæ participationes, quatenus Deum in ſe ipſo attingunt. (Theos enim græce, idem eſt quod Deus, vnde Theologia eſt ſcientia de Deo, & virtus Theologalis Dei participatio.) Ergo totum eſſe Theologalis virtutis eſt Deum infinitum reſpicere. Ergo totum eſſe ſupernaturalitatis illius ſumitur ex tali reſpectu ad Deum, tanquam ad obiectum. Ex quibus conſtat ex vtroque reſpectu ſumendam eſſe ſupernaturalitatem formarum: nam formæ, cum ſupernaturales ſint in ſe entitatiue, quia cum ſint termini actionis ſupernaturalis agentis ſupernaturalis, neceſſario debent eſſe entitates ſupernaturales: & ideo hæc ſupernaturalitas non eſt in eis aliquid mere abſolutum, vt docet Doctor in quarto, diſtinct. 6. quæſt. 10. litte. L. & M. ſed formaliter eſt quid reſpectiuum, nempe, intrinſecus & tranſcendentalis ille ordo ad obiectum, quod reſpiciunt. Qui quidem ordo eſt ſpecifica, & quaſi formalis ratio conſtitutiua, & ſpecificatiua illius formæ, vt dictum eſt.

Porro, vt capias iſtam rationem obiectiuam, breuiter prænotandum eſt, quod ratio infinitatis in Deo extrahit ipſum ab ordine rerum, naturarum, & entitatum, ſupra quas eſt, & de quibus in infinitum diſtat. Proptereaque preuerin ſe eſt, & omnes naturales facultates exuperat, & ſecundum ſuam formalem rationem, eſt improportionatus potentijs naturalibus, non ſolum hominum, verùm & Angelorum, ita vt à nemine poſſit attingi. Quia cum quælibet creatura includat in ſuo eſſe modum finitatis, Deus autem modum infinitatis, hinc inter creaturam, & Deum, ſumma, & infinita prouenit improportio. Vt autem Deus proportionaret ſibi naturam intellectualem, quoſdam produxit habitus, qui illum attingerent, vt puta, in voluntate habitum charitatis, & gratiæ, quo redderetur homo, ſeu Angelus, ipſius diuinæ naturæ conſors, & particeps quoad eſſe: & quoad operari poſſet eum per ſupernaturalem dilectionem attingere, amando in via, & fruendo in patria: in intellectu autem habitum fidei, quo in via aſſentiret credendo myſterijs ab Eccleſia propoſitis, ipſique deſuper reuelatis: in patria autem lumen gloriæ, quo intellectus intueatur clarè, quæ obſcure per fidem crediderat in via; & ſimiliter ſpem, &c. 12. Ex hoc igitur, quod huiuſmodi formæ, ſeu habitus (qui entitates fini-

tæ

Digitized by Google

tæ ſunt) Deum infinitum attingunt, non ſolum vt trinum (vt illa ſecunda ſententia docebat) ſed etiam vt vnum, ſupernaturales ſunt, eo formaliter quod reſpiciunt, & attingunt Deum, ſecundum quod ſupra omnem ordinem rerum eſt, & omnem naturam infinite excedit. Quibus manet probata, & explicata concluſio.

13. *3. Concluſ.* Dico tertiò, quod licet entitates iſtæ ſupernaturales prædictos duos reſpectus includant, habent nihilominus ſupernaturalitatem à ſe ipſis, & poſſunt optime dici abſolute entitates ſupernaturales. In hac conc. conciliari poſſunt Patres Rada, & Herrera, quæ eſt confirmis Doctrinæ Scoti, & probatur: nam reſpectus ad Deum, vt ad agens, & ad obiectum, compoſsibiles ſunt cum abſoluta entitate rerum: ergo non obſtantibus illis reſpectibus formarum ſupernaturalium ad Deum, tanquam ad agens, & ad obiectum, ſunt abſolutæ in ſe. Antecedens probatur: quia omnis creatura refertur ad Deum, tanquam ad creatorem, relatione ſibi realiter identificata, vt patet ex his, quæ notauimus ſupra, num. 8. & tamen non omnis creatura eſt relatiua, quia aliàs in rerum natura tantum eſſet vnum prædicamentum de ad aliquid; & nullum abſolutum; quod eſt abſurdum. Item ſpecies, ſcientiæ, & habitus, & ſimilia, ſunt in prædicamento qualitatis: & tamen dicunt tranſcendentalem ordinem ad obiectum: ergo idem eſt dicendum de formis ſupernaturalibus. Vnde vt bene notauit Cayetanus de ente, & eſſentia cap. 7. quæſtion. 15. non eſt contra rationem rei abſolutæ, vt in ſua eſſentiali ratione includat reſpectum tranſcendentalem ſuę naturæ proportionatum. Inſinuauit Doctor hoc idem loco citato in quarto, his verbis. *Quod denominatur à per ſe ſignificato accidentis, & eſt quid abſolutum, poteſt eſſe, & non ineſſe ſubiecto actualiter: ſed neceſſario ineſt aptitudinaliter.* Quod patet à priori, quia habitus operatiui, ſicut & potentię, accidentaleſque, formæ, definiuntur per ordinem ad ſuos actus, & ad obiecta: & cum hoc tamen ſtat, quod hæc, & ſimilia abſoluta ſint. Quod autem dictæ formæ habeant ſupernaturalitatem ex ſe, patet: quia vterque iſte reſpectus eſt intrinſecus cuilibet formæ ſupernaturali: & ſibi realiter idem: ſed ab hoc duplici reſpectu (vt viſum eſt) habet forma ſuam ſupernaturalitatem: ergo à ſe ipſa, & à ſua entitate habet illam.

Cayetan.

Scotus.

Ad primum argumentum; quod erat fundamentum ſententiæ Vazquez, quatenus noſtræ concluſioni primæ aduerſatur, pro ea, ſcilicet, parte, qua ait, formam ſupernaturalem dici talem in ordine ad naturam, quã perficit, negatur aſſumptum. Quamuis enim ab extrinſeco adueniat naturæ, & ſubſtantiæ, eo quod ſuapte natura talem formam ſupernaturalem non poſtulet. hoc tamen non infert, dici ſupernaturalem per ordinem ad ipſam naturam. Sicut enim homo non dicitur rationalis naturæ, per comparationem ad irrationale, quod excedit: ſed per intrinſecam differentiam, qua conſtituitur eſſentialiter in tali eſſe: ſic forma ſupernaturalis, licet naturam excedat, non tamẽ per ordinem ad ipſam ſupernaturalis dicitur: ſed ex ſua intrinſeca, & eſſentiali ratione, qua in ordine ſuperiori conſtituitur. 14.

Ad aliud argumentum, quod eſt fundamentum ſecundæ ſententiæ, patet ſolutio ex falſitate aſſumpti: quod, ſcilicet, entia ſupernaturalia Deum non vt vnum, ſed vt trinum, conſiderant: hoc enim eſt manifeſte falſum: nam licet fides Deum trinum conſideret, multa tamen de Deo vt vno credit: vt quod eſt infinite ſapiens, & prima veritas, quæ nõ fallit, nec fallere poteſt, & ſimilia: & charitas vnam, & indiuiſam Dei bonitatem diligibilem reſpicit, à quo Beatitudinem ſpes ſupernaturalis ſperat. 15.

DIFFICVLTAS V.

Vtrùm potentia naturalis naturaliter inclinetur ad receptionem formæ ſupernaturalis?

§. I.

Proponitur ſententia D. Thomæ, & aliorum, quæ argumentis confirmatur.

1\. *D. Thom.* DIVVS Tho. 1. p. quæſt. 12. art. 5. ad tertium clare docet formam ſupernaturalē non poſſe eſſe naturalem alicui potētiæ creatæ, propterea; inclinationem cuiuslibet potentiæ ad formam ſupernaturalem, nequaquam naturalem, ſed ſupernaturalem eſſe: ob idque inſinuare videtur hoc ſecundum: primum autem de lumine gloriæ, plane dicit his verbis. *Vnde lumen gloriæ non poteſt eſſe naturale creaturæ, niſi creatura eſſet naturæ diuinæ, quod eſt impoſsibile, per hoc enim lumen fit creatura rationalis deiformis.* Secundum verò exinde inferri videtur, ſcilicet, potentiam non naturaliter inclinari ad formam ſupernaturalem: quod infert *Cayetanus*, & expreſsius tuetur 3. tom. opuſc. tract. 3. quæſt. 2. in opuſc. de potentia, in quæſtione de rerum naturalium potentia quæſt. 1. quoad vtrumque ſequuntur *Capreolus* quæſt. 1. Prologi ad argumenta contra 6. conc. *Ferrara* 1. Cōtragentes cap. 1. *Bañez*, & cæteri Thomiſtæ cum D. Thoma loco citato, qui omnes in cunctanter tenent ad formas, ſeu actus ſupernaturales non dari in creaturis potentiam naturalem, ſed obedientialem ſupernaturalem. Sequuntur item ex Ieſuitis *Molina* 1. part. quæſt. 12. art. 1. diſput. 2. *Suarez* prima parte, tractatu 1. lib. 2. cap. 10. & 2. parte tom. 1. diſp. 31. ſect. 6. in ſolut. ad 4. *Vazquez* 1. p. quæſt. 12. art. 2. debit. 2. & quæſt. 1. art. 5. diſput. 14. cap. 2. & fere omnes vtriuſque prædictæ familiæ. Diſtinguit tamen Molina inter potentiam paſsiuam in ordine ad ſupernaturalia per ſe, vt ſunt habitus per ſe infuſi, vt fides, ſpes, & charitas, & quæ in ordine ad ſupernaturalia per accidens, vt reſtitutio viſus, infuſio Aſtrologiæ &c. dicitque potentiam in ordine ad ea, quæ ſunt ſupernaturalia primo modo, minimè naturalem eſſe, bene tamen in ordine ad ſupernaturalia ſecundo modo.

Hanc ergo ſententiam ſic probant primo, nam cuicumque potentiæ paſſiuæ naturali correſpondet aliqua potentia actiua naturalis, à qua poſsit reduci ad actum: hac enim ratione probat Phyloſophus 3. de anima cap. 5. dari intellectum agentem: ſed ad actus ſupernaturales non datur potentia actiua naturalis: ergo nec paſsiua. 2.

Secundo probatur eadem ſententia: quia tunc cognita comprehenſiue naturaliter, quiditate potentiæ, vt pote intellectus, & voluntatis, poteſt cognoſci naturaliter illa naturalis capacitas, & inclinatio, ſeu ratio paſsiuæ potentiæ ipſius met intellectus in ordine ad formas ſupernaturales: ſed cognita iſta ratione potentiæ naturalis, debet cognoſci neceſſario illa forma ſupernaturalis, ad quam naturaliter eſt in potentia: quia potentia definitur per actum, ſeu obiectum: ergo qui cognoſceret huiuſmodi potentiā, conſequēter formas ſupernaturales, quæ ſunt actus illius, cognoſceret. Sunt ſic, ſed Angelus cognoſcit comprehenſiue quidditatē cuiuslibet potentiæ naturalis: ergo de primo ad vltimum cognoſcit naturaliter habitus, & formas ſupernaturales. Conſequens autem eſt falſum, vt de ſe patet: ergo etiam falſum eſt illud, ex quo ſequitur. 3.

Tertio idem probatur: quoniā multi ſunt actus ſupernaturales à reliquis ſpecie diſtincti, quos Deus ſua omnipotentia valet producere, numquam tamen 4.

tamen eſt productiuus: ergo ſi ad omnes actus ſupernaturales eſſet potentia paſsiua naturalis, ſequeretur illam eſſe fruſtra ſcomparatione ſpecierum actuum, qui à Deo numquam ſunt producendi: quod videtur abſurdum.

5. Quarto, nam rationi valde conſentaneum eſt Deum contuliſſe rebus creatis propenſiones commenſuratas cum naturis ipſis rerū, quibus eas contulit: ergo non contulit eis propenſiones ad id, quod eſt ſupra ipſarū naturas: atque adeo non contulit eis propenſiones, & potentias paſsiuas ad actus ſupernaturales. Quis enim dicat in natura humana, & angelica, eſſe propenſionem naturalem ad vnionem hypoſtaticam cum verbo diuino, atque in angelica natura hanc inclinationem naturalem eſſe fruſtra, eo quod in nullo indiuiduo naturæ angelicæ reducenda ſit ad actum?

---

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

IN Oppoſitum tamen eſt Doctor ſubtilis in littera
6. textuali huius articuli 8. vbi
ſic ait. *Potentia receptiua com*
Scotus. *paratur ad actum, quem recipit: in hac autem comparatione nulla eſt ſupernaturalitas: vel comparatur ad agēs, à quo recipit; tunc eſt ſupernaturalitas, quando comparatur ad tale agens, quod non eſt naturaliter impreſsiuum illius formæ in illud paſſum. Ad propoſitum dico: quod comparando intellectum poſſibilē ad notitiam actualem in ſe, nulla eſt ſibi cognitio ſupernaturalis: quia intellectus poſſibilis quacumque cognitione naturaliter perficitur & ad quamcumq; naturaliter inclinatur &c.* Quibus verbis duo reſoluit Doctor, primum eſt negare omnem rationem ſupernaturalitatis à potentia paſsiua in ordine ad formā ſupernaturalem, quam recipit, & oſtendere naturalem inclinationē talis potentiæ ad illam. Secundum vero, eſt aſsignare rationem ſupernaturalitatis, quæ potentiæ paſsiuæ poteſt competere, & hanc totam eſſe in ordine ad agens, à quo talem formā recipit. Circa hoc ſecundum non ſe offert peculiaris difficultas, nec diſſentio cum aduerſarijs: in hoc enim omnes conueniunt: circa primum autem ſequuntur Doctorem Guillelmus Rubionis
Guillel. Rubion.
quæſt. 1. Prologi. Baſſolis, Bargius, Tartaretus, & Maironis ibidem, item Lychetus eadem quæſt. P. Rada 1. p. controuerſia. 1. art. 1. Pater Herrera in 1. diſp. 1. quæſt. 1. & ſequenti. Antonius Andreas 1. quæſt. prologi, atque omnes Scotiſtæ dempto nemine. Eſtque expreſſa ſententia D. Thomæ 1. 2. q. 113. art. 10. vbi hæc ait. *Et quantum ad hoc iuſtificatio impij non eſt miraculoſa: quia naturaliter eſt anima gratiæ capax: eo enim ipſo, quod facta eſt ad imaginem Dei per gratiam.* Idem ſentit Durandus in quarto, diſt. 49. quæſtion. 8. & alij.

Baſſollis. Bargius. Tatarctus. Maironis. Rada. Herrera. Ant. And. D. Thomas. Durandus.

Ad huius ſententiæ, & totius difficultatis claritatem primo prænotare debemus diſcrimen inter potentiam naturalem, & ſupernaturalem, quam Caietanus, & plures Thomiſtæ, atq; etiam ex Scotiſtis non nulli, potentiam obedientialem vocant, & primo debemus conſiderare potentiam naturalem, ſecundum quod præciſe negat rationem ſupernaturalitatis: & hæc eſt triplex, naturalis, violenta, & neutra. Potentiam naturalem condiſtinguit Doctor in textu à violenta, & neutra, per hoc quod naturalis dicit propenſionem, & inclinationem ad formam, quam recipit, ſicut aqua ad frigiditatem, ad quam tanquam ad ſui perfectionem eſt naturaliter inclinata. Potentia vero violenta eſt illa, quæ receptiua eſt formæ oppoſitæ ſuæ inclinationi: ſic aqua eſt in potentia violenta ad calorem: cum calor frigiditati contrarietur. Ex quibus colligit Pater Rada, omnem rationem violenti, & naturalis vt violento opponitur, ſumendam eſſe ex præciſa comparatione potentiæ paſsiuæ ad formam, 8

7.

potentia vero neutra eſt illa, quæ nec habet reſiſtentiam, nec inclinationem ad formã, quam recipit, ſed eſt vtriuſque capax, ſecundum rationem receptiuam, quam habet. Sic ſuperficies parietis ad albedinem & nigredinem eſt in potentia neutra: quia non magis perficitur vna, quam altera, nec magis inclinatur ad vnam, quam ad alteram, nec minus vni, quam alteri reſiſtit. Quam diuiſionem potentiæ in ordine ad formam, adæquatam eſſe ſupponit Doctor, dum infert ex illa, nullam formam, quantumuis ſupernaturalem in ſe, eſſe alicui potentiæ ſupernaturalem: quia omnis forma vel reſpicit potentiam, tanquam ſubiectum receptiuum ſui, iuxta ipſius receptiui inclinationem, & tunc eſt ei naturalis: quia quamuis forma ex ſe ſupernaturalis ſit ſupra entitaté illius naturæ, in qua recipitur, non tamen eſt ſupra eius inclinationem. Vel ſecundo reſpicit potentiam illam tanquam ſubiectum receptiuum ſui contra ipſius inclinationem, & tunc eſt violenta, & nullomodo ſupernaturalis: quia quod ſupra naturam alicuius eſt, non eſt cõtra naturam eius, violẽtum autem eſt contra naturam illius, inquo recipitur. Vel tandem tertio reſpicit potentiam, pro eo quod in ipſa non reperit reſiſtentiam, nec inclinationem, quæ dicitur potentia neutra, de cuius ratione eſt duo tantum includere: primum, ſcilicet, capacitatem receptiuã formæ, & ſecundum, præciſam negationem reſiſtentiæ, ſeu inclinationis: Ratione primi, non dicitur ſupernaturalis: quia tunc quælibet potentia paſſiua ſupernaturalis eſſet, cum quælibet talis potentia ſit receptiua formæ: nec ratione ſecundi: quia nulla præciſa negatio poteſt addere ſupernaturalitatem potentiæ illi: cum igitur omnis potentia paſſiua comparata ad formam ſit naturalis, violẽta, vel neutra: conſequenter, nulla potẽtia comparata ad formam ſupernaturalis eſt.

8. Si autem quis aduerſariorum intendat inadæquationem huius diuiſionis oſtendere per id, quod etiam potentia obedientialis ſit inter cæteras potẽtias numeranda: facilime reiſci poteſt obiectio ex verbis ipſius Molinæ, qui de mente Caietani, & aliorũ Thomiſtarum (quorum ſententiam vt longe probabiliorem amplectitur) loco citato §. *Caietanus*, ſic diſtinguit potẽtiam naturalem ab obedientiali: porro intereſt inter potentiam paſſiuam naturalem, & obedientialem, quod illa dicit ſubiectum capax actus, comparatione cuius dicitur potentia cum inclinatione, ſeu appetitu ad illum ſuſcipiendum: hæc vero ſolum dicit naturam capacem actus per comparationem ad diuinam potentiam ſine inclinatione, ac appetitu ad illum ſuſcipiẽdũ. Hactenus Molina. Ex quibus verbis ſatis conſtat reſponſio ſuæ obiectionis: nam in potentia obedientiali vltra capacitatem receptiuam formæ, ſeu actus (quam capacitatem receptiuam in qualibet potentia paſſiua, eo ipſo quod præciſe paſſiua eſt, neceſſario ſupponimus) nihil aliud cõſiderare debemus, niſi reſpectũ, & cõparationem ad diuinam potẽtiam: ergo præciſa ratio potentiæ obedientialis, inquantum obedientialis eſt, in illo reſpectu ſeu comparatione ad diuinam potentiam præciſe conſiſtit. Cõſequentia eſt euidens: quia ibi (ſecundum te ò Molina) tantũ reperitur capacitas receptiua actus, & comparatio ad diuinam potentiam: ſed primũ conuenit ſibi, ſecundum quod præciſe potentia receptiua eſt: ergo ſecũdum ſibi præciſe cõuenit, eo quod obedientialis eſt.

Duo igitur in ſimul inferri neceſſum eſt ex Doctrina Molinæ, in quibus concluſio Scotica principaliter conſiſtit: primum, ſcilicet, quod in ordine ad ipſum actum, ſeu formam ſupernaturalem, nihil obedientiale, aut ſupernaturalitatis reperitur in potentia paſſiua: propetereaque non dici talem potentiam ſupernaturalem, aut obedientialem, per ordinem ad huiuſmodi formam: quod expreſſe docet Doctor 9. Metaphiſicæ quæſt. 12. ſo- lut. ad argum. In quo puncto non legitime Scotizauit Scotiſta quidam, alias ſapientiſsimus, dum in 1. diſpu. 1. quæſt. 5. concl. 1. conſtituit potẽtiam obe- 9.

Scotus.

obedientialem in ordine ad habitus ſupernaturales, quos recipit: nec eius ratio aliquid concludit, nempe, quod poteſt Deus ponere habitus ſupernaturales in natura humana, quos nō poteſt ponere in lapide: ergo in natura humana eſt potentia obedientialis, quæ non eſt in lapide. Hæc inquam ratio (tanti Magiſtri venia) nullius momēti eſt: nam idem argumentum poſſet fieri de habitibus naturalibus, qui etiā lapidi repugnant, ad quos non propterea dicitur natura humana eſſe in potentia obedientiali, ſed naturali. Ratio igitur, ob quam habitus ſupernaturales poſſunt recipi in natura humana, non vero in lapide, eſt, quia cum ſint operatiui, requirunt ſubiectum operatiuum, & vitale, ſecundum quā rationem eſt natura humana receptiua talium habituum in ſuis potentijs: & quantum adhoc non magis receptiua eſt naturalium, quam ſupernaturalium. Secūdum vero, quod infero ex prædicta diſtinctione Molinæ eſt, omnem rationem obedientiæ in potentia deſumendam eſſe per comparationem ad agens, nempe, ad diuinam potentiam. Et ex conſequenti, quod ſi ratio ſupernaturalitatis potentiæ paſſiuæ in iſta obedientia conſiſtit (vt aduerſarij volunt) omnis ratio ſupernaturalitatis potentiæ paſſiuæ per ordinem ad agens, & diuinam potentiam, deſumenda eſt: & hoc vtrumque expreſſe docet Doctor in textu.

10. In definienda tamen potentia obedientiali diſcors eſt vtriuſque Scholę ſententia, pro cuius reſolutione eſt obſeruandum ſecundo, quod quidam conſtituunt potentiam obedientialē in ſola non repugnantia, ſiue non reſiſtentia creaturæ ad actionem diuinā. Alij aliquid poſitiuum in ipſa creatura conſiderant, ratione cuius non reſiſtit diuinæ potentiæ. Alij eandem non diſtinguunt potentiam naturalem ab obedientiali, & hunc tertium modum dicendi tenendum eſſe arbitrātur quidam Scotiſtæ. Sed reuera oppoſitū expreſſe docet Scotus loco proxime citato his verbis. *Cum enim primo arguitur quod naturalis eſt obedientialis, & è conuerſo, vtrumque falſum eſt: licet enim,* quandocumq́; *eſt naturalis potentia ad formam, materia ad recipiendam illam ſit in potentia obedientiali: non tamen illa naturalis eſt obedientialis: quia naturalis eſt ad formam obedientialis eſt ad agens, à quo poteſt materia illam formam recipere.* Ex quibus verbis Doctoris, & alijs pluribus eiuſdem quæſtionis, conſtat expreſſa mens ipſius.

Scotus.

11. Ex ipſis tamen colligo, dupliciter conſiderandam eſſe potentiam paſſiuam, vel primo per ordinem ad formas, quas poteſt recipere, vel ſecundo per ordinem ad agens, à quo poteſt tales formas recipere. Secundum primam conſiderationem, vel eſt potentia naturalis (vt naturale opponitur violento) vel violenta, vel neutra, vt dictum eſt. At vero iuxta ſecundā conſiderationem, vel eſt potentia naturalis (vt naturale opponitur ſupernaturali) vel obedientiālis. Si enim agens ſit naturaliter impreſſiuum illius formæ, erit potentia naturalis in ordine ad illud: ſi vero ſit ſupernaturaliter impreſſiuum talis formæ, erit in potentia obedientiali ad illud. Quæ omnia his verbis diluxit Doctor. *Itaque accipiendo omnem eam vnam rationem potentiæ in materia nulla diuiditur per naturalem, violentam & obedientialem: ſed vna per naturalem violentam, neutram: alia per naturalem, & obedientialem.* Et quamuis etiam poſſit dici potentia obedientialis quæcūque naturalis in ordine ad agens naturale, quatenus eſt in obedientia ad recipiendum formam à ſe productam (quod etiam inſinuat Doctor ibidem, dum ait, *obedientialis eſt ad agens vniuerſale, à quo poteſt materia illam formam recipere,*) hæc tamen obedientialis nō eſt ita proprie dicta, vt in eadem quæſtione dixerat. Nam potentia paſſiua dicitur propriſsime naturalis, aut obedientialis, per ordinem ad agens naturale, aut ſupernaturale: quod expreſſe concludit Doctor, dum inquit. *Eſt etiam in potentia naturali forte ad agens naturale, à quo poteſt recipere eandem formam, ſed adhuc illa naturalis ad agens, & obedientialis ſunt aliæ, ſicut ſunt alia agentia.* Licet ergo poſſet reddi ei potentia obedientialis iuxta prædicta ad natu-

rale m

ralem, & ſupernaturalem (prout etiā placuit Domino Archiepiſcopo Rada 1. p. Controuerſ. 1. art. 1. conc. 1. & alijs) propriiſsime nihilominus definitur potentia obedientialis, de qua cōmuniter loquuntur Doctores, ſolummodo per ordinem ad agens ſupernaturale inductiuum formæ ſupernaturalis in ſubiecto, cuius eſt talis potentia.

12. Ex quibus omnibus conſectarium illud inferri oportet, videlicet, quod præciſa ratio potentiæ obedientialis non eſt aliquod abſolutum poſitiuū, ſeu negatiuum, ſed reſpectus quidam, quo potentia reſpicit agens ſupernaturale. Quod patet: quia illa negatio reſiſtentiæ, ſeu illud præciſum eſſe receptiuum, iam ſupponitur (vt dictum eſt) in ipſa potentia ſecundum præciſam rationem potentiæ receptiuæ, vltra quæ nihil reperitur in potentia obedientiali, niſi talis reſpectus. Et cū reſpectus quicumque definitur per ordinem ad terminum, à quo ſpecificatur, hinc eſt, quod cum terminus ſit ſupernaturalis, iſta potentia obedientialis ſupernaturalis erit. Proptereaque patet in litera textuali huius articuli. *Quod ſi potentia comparatur ad agens, tūc eſt ſupernaturalitas, quando comparatur ad tale agens, quod non eſt naturaliter impreſsiuum illius formæ in paſſum.* Quibus notatis, ſatis probatum eſt potentiam paſsiuam creaturæ rationalis nequaquam obedientialem eſſe, nec ſupernaturalem. Hæc tamen, quę dicta ſunt, commodius in aſſertionibus apparebunt.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

13. His ergo præhabitis, difficultatem concludēdo dico primo, quod quamuis in naturali potentia, vt pote, in intellectu, & voluntate, rationalis naturæ ſit potentia obedientialis, quæ etiā (1. Concluſ.) poteſt dici ſupernaturalis in ordine ad Deum Authorem actuum, & formarum ſupernaturalium, in ipſis potentijs: non tamen eſt in eis talis potētia obedientialis, aut ſupernaturalis, ſecundum eſſe paſsiuum, & receptiuum, quod habent in ordine ad ipſosmet actus, & formas ſupernaturales recipiendas in ſe. Concluſio eſt expreſſa Scoti, & ſatis probata ex notatis ſupra, præſertim à nu. 7. vſque ad num. 11.

Dico ſecundo, quod potētia receptiua formarum ſupernaturalium eſt naturalis potentia in ordine ad ipſas recipiendas per naturalem inclinatio- 14.
nem, qua talis potentia eſt naturaliter propenſa ad receptionem actuum, & formarum ſupernaturalium. Concluſio eſt expreſſa Scoti, vt viſum eſt in litera textuali, quæ probatur primo, ex illo Pſalm. 41. *Quemadmodum deſiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Supra quæ verba hæc inquit Diuus Auguſtinus. *Apud Deum eſt fons vitæ, & inſiccabilis fons, in illius luce lumen inſcrutabile. Lumen hoc conſidera quemdam fontem, quoddam lumen, quale non norunt oculi tui, cui lumini videndo oculus interior præparatur, cui fonte hauriendo, ſitis interior inardeſcit.* Quibus verbis manifeſte oſtendit Diuus Auguſtinus naturalem ſitim, & inclinationem, in eſſe intellectui, & voluntati hominis ad ſupernaturalia, quæ illum Deo coniungunt; nam per præparationem interioris oculi, intelligit propenſionem naturalem intellectus, per ſitim vero inclinationem voluntatis. Quod clarius inſinuat in primo lib. de bono perſeuerantiæ cap. 5. vbi hæc profert. *Poſſe habere fidem, ſicut poſſe habere charitatem, naturæ eſt hominum: habere autem fidē, quemadmodum habere charitatem, gratia eſt fidelium.* Quam authoritatem non video, quo fundamento Gabriel Vazquez retorqueat explicando, de naturæ natiua, ſeu innata potentia, non vero de naturali potentia, & inclinatione: profecto diſtinctio iſta eſt penitus conficta, & arbitraria. Diuus enim Auguſtinus ibi expreſſe comparat naturam ad gratiam, & inclinationem

2. Concluſ.

Pſ. 41.

D. Auguſt.

na-

naturalem ad obedientialem. Vnde inquit: quod licet hoc, quod eſt charitatem habere, & fidem, ſit opus gratiæ, & Dei ſupernaturalis agentis, hoc tamen, quod eſt poſſe habere fidem, & charitatem, illaſque recipere, eſt ex naturali inclinatione potentię naturæ ipſius.

15. Ratione autem probatur conc. fundando illam in litera textuali: nam intellectus quacumq; cognitione naturaliter perficitur, vt ait Doctor, quia quælibet cognitio ſui perfectio eſt; & ideò tendit naturaliter in cognitionẽ naturalem obiecti naturalis (iuxta illud Phyloſophi. 1. Metaphiſicæ in proœmio, *Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat*,) quia eius cognitio eſt eius perfectio. Sed cognitio ſupernaturalis, & præſertim beatifica, eſt maxima & ſuprema perfectio intellectus, iuxta ipſius intellectus capacitatem: ergo multo magis naturaliter inclinatur in viſionem beatam, & in ſupernaturalem obiectorum intellectionem, quam in cognitionem alterius naturalis obiecti.

In Proœmio. Ariſt.

16. Secundo probatur: quia vnũ quodque naturaliter appetit ſuam perfectionem: ergo maiorem perfectionẽ magis appetit naturaliter: nam *ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ſic magis ad magis*. Sed forma ſupernaturalis eſt maior perfectio hominis, quam quælibet forma naturalis: maior enim perfectio voluntatis humanæ eſt dilectio Dei, quam dilectio creaturæ: ergo magis naturaliter appetit homo formam ſupernaturalem, quam naturalem.

17. Sed contra hoc argum. eſt in promptu inſtantia deſumpta ex eodem Scoto in 4. diſt. 49. quæſt. vnica, vbi vult, quod inclinatio naturalis ſit ſemper neceſſario, & ſumme: quia non eſt in poteſtate inclinati naturaliter, intenſe, vel remiſſe inclinari. Et per conſequens, ſi potentia æque intenſe inclinatur naturaliter ad vnam formam, ſicut ad alteram, ſequitur quod non magis appetit ſupernaturalem, quam naturalem. Et rurſus ſecundo, ſi æque intenſe appetit vnam, ſicut cœteras, ſequitur, quod habito deſiderato obiecto, intenſiſsime ſatiatur eo, & quietatur, ita vt nihil ſibi reſtet amplius deſiderandum, aut appetendum. Tertio inſtat quidam Scotiſta, nam ſi iſta potẽtia naturalis eſt (vt naturale opponitur violẽto) ergo dum eſt ſub vna forma ſupernaturali, naturaliter quieſcit ſub illa: & per conſequens violenter quieſcit ſub alia.

Verum enim verô obiectiones iſtæ de quacumque potentia naturali, reſpectu cuiuslibet actus, ad quem naturaliter inclinatur, fabricari poſſunt. & ſic etiam de materia prima reſpectu formarum ſubſtantialium negari poſſet naturalis propenſio, & inclinatio: ſed quia non ſunt conculcãda omnia in omnibus, ſatis nobis eſt ad obtinendum propoſitum noſtræ concluſionis, potentiam naturaliter inclinari ad formam ſupernaturalem, ſicut ad naturalem, & obiter reſpondere cum Lychero 1. quæſt. prologi. §. *Dubitatur in hoc, quod dicit.* Ad inſtantiam ex loco Scoti: quod admiſſa æqualitate intenſionis in naturali inclinatione, probaret ſecundum illud argum. noſtrum, de poſsibili conditionato, quod ſi talis inclinatio naturalis poſſet intẽdi, tunc reſpectu minus perfecti obiecti, qualis eſt forma naturalis, eſſet minus intenſa, & reſpectu perfectioris, qualis eſt ſupernaturalis forma, vt pote charitas, eſſet magis intenſa, & tandem reſpectu perfectiſsimi, qualis eſt beatitudo, eſſet intenſiſsima: ſed hoc ſemper ſaluo, quod qualitercumque intenſa eſſet, ſemper maneret naturalis inclinatio, quod eſt intentum. 18.

Lychet.

Vlterius dico ad ſecundam inſtantiam, quod etiam, poſita æqualitate intenſionis, non bene ſequitur: æque appetit vnum, ſicut aliud: ergo æque ſatiatur vno, ſicut alio, & ſic poſito vno deſiderato, non eſt quid amplius appetat, quia appetere naturaliter habet ſe ex parte potentiæ: & ſicut cauſa actiua naturalis, ſemper agit (quatenus eſt ex ſe) in vltimum de potentia (non enim eſt in poteſtate ignis applicatum combuſtibile comburere remiſſe, vel intenſe, ſed ex ſe naturaliter comburit ſecundum vltimum de 19.

po-

potentia) ſic cauſa paſsiua naturalis inclinatur ſecũdum vltimum de potentia, ita vt non ſit in eius poteſtate magis, aut minus inclinari. At vero ſatiare, ſeu quietare, habet ſe ex parte obiecti, & conſequenter, quanto obiectum fuerit magis ſatiatiuum, magis ſatiabit: illud autem magis ſatiatiuum erit, quod in ſe perfectius fuerit: ob idque in beatitudine ſolũ, quæ eſt ſummum bonum, & ſumma perfectio, ſtat noſtra perfectiſsima

Pſ. 16. Satiatio, iuxta illud Pſalmi. 6. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*, & noſtra perfectiſsima quetatio, iuxta illud

D. Auguſt. D. Auguſtini. 5. confeſsionum. *Inquietum eſt cor, noſtrum, donec reuertamur ad te.* Vnde eſt maxime aduertendum, quod licet potentia naturaliter perficiatur quocumque, ad quod naturaliter inclinatur, non tamẽ naturaliter ſatiatur ipſo, quo naturalter perficitur. Quia perfici patitur latitudinẽ, cũ quælibet forma, quam potẽtia apperit, ſit eius perfectio, & ipſam potentiam perficiat magis aut minus, iuxta ipſius for uæ maiorem, vel minorem perfectionem. Satiari vero perfecte non in alio reperitur, niſi in centro, quale reſpectu creaturæ intellectualis, eſt vltimus finis ſupernaturalis, qui eſt ipſe met Deus. Quã ob rem docuit Scotus, in hoc primo diſtinct. 1. quæſt. 3. art. 2. Quod intellectus non quietatur perfecte, niſi in primo ente. Vide, in diſt. 1. quæſt. 1. art. 2.

20. Tertia tãdem inſtantia ab illo Scotiſta fabricata facile ſoluitur, verbis, & ſubtiliſsima Scoti ſolutione, in hoc 1. diſt. 1. art. 1. ſolutione, ad vltimum vbi hæc ait. *Cum probatur, quia quælibet forma quietat materiam ſuam, quia aliter ſub quacumque quieſceret violenter, dico: quod quies violenta numquam eſt, niſi quieſcens determinate inclinetur ad oppoſitum, ſicut exemplificatur de graui reſpectu deorſum, vel deſcenſus, & quiete eius ſupertrabem. Materia autem prima ad nullam formam determinate inclinatur, & ideo ſub quacumque quieſcit, non violenter, ſed naturaliter quieſcit, propter indeterminatam inclinationem, ad quamcumque.* Qua ſolutione Scotica patet à ſimili, potentiam non inclinari determinate ad hanc vel illam formam, ſed indeterminate ad omnes, & ſic ruit machina argumenti. Nec valet ſi dicas, ex his verbis Scoti inferri, voluntatem v. g. quacumque forma naturali, vel ſupernaturali earum, quas appetit, naturaliter quietari, ſicut & materia prima quacumque forma ſubſtantiali quietatur: nam ſolutio eſt in promptu: quia ideò quietatur materia prima quacumque forma ſubſtãtiali, quia quælibet eſt eius centrum, & nihil ſibi appetendum reſtat, quia tota eius capacitas ſatiatur per hoc, quod ſub forma ſubſtantiali fuit, & reſpectu ſui, non perfectius quieſcit ſub vna, quam ſub alia, cũm quælibet ſibi æqualiter tribuat realiter, & formaliter in rerum natura exiſtere. At vero voluntas (quod idem dico de intellectu) licet perficiatur naturaliter quacumque ex pluribus formis, quas appetit naturaliter, non tamen ſatiatur, nec quieſcit in aliqua earum, ſed ſemper tendit in beatitudinem, tanquam in vltimum finem, & ſuæ propenſionis centrum ſatiatiuum, & quietatiuum.

Dico tertio, quod potentia receptiua naturalis potentiæ in ordine ad formas ſupernaturales non eſt violẽta, nec neutra. Concluſio eſt expreſſa Doctoris, & quoad primam partẽ communis apud omnes, quoad ſecũdam vero ſtatuitur contra Scotiſtas quoſdam, qui tenent hanc potentiã non eſſe naturalem, nec violentam, ſed neutram. Quoad primam ergo partem probatur Concluſio ex eo; quod talis potentia nullam reſiſtentiam habet ad recipiendas formas ſupernaturales: alias enim beati fruentes Deo violenter eſſent ſub beatitudine, quod abſit. Quoad ſecundam vero partem (quidquid dicant Scotiſtæ illi) à nullo fideli Scoti diſcipulo oppoſitum ſuſtineri poterit. Nam ad hærendo ipſius Doctoris verbis, hæc talis potẽtia, etiam in hoc ſenſu, prout, ſcilicet, opponitur violento, naturalis eſt, quod probant verba ipſius. *Intellectus poſsibilis quarumq; cognitione na-* 21. Concluſ.

tura-

turaliter perficitur, & ad quamcumq; naturaliter inclinatur. Quod plane de cognitione ſupernaturali intelligit, de qua ſolum eſt difficultas in articulo. Si ergo ad illam naturaliter inclinatur, quomodo poteſt ſaluari, quod ſit in potentia neutra ad illam, ſi quidem potentia neutra includit in ſuo conceptu formali negationem talis inclinationis naturalis, ſicut etiam includit negationem naturalis reſiſtentiæ? Hoc idem aperte cōſtat ex diſtinctione potentiæ paſſiuæ, quia cum triplicem potentiam diſtinxiſſet Doctor in ordine ad formam, ſcilicet, naturalē, violentam, & neutram, applicando illicò ad propoſitum, expreſſe aſſerit, *intellectum naturaliter inclinari &c.* Ergo expreſſe concedit in tali potentia naturalem inclinationem. Sed vbi eſt naturalis inclinatio, eſt naturalitas, vt oponitur violentiæ, vt ex dictis ſatis compertum eſt: ergo ibi accipit Doctor naturale, vt opponitur violēto (quod iſti negant) ſecundum quod potentiam naturalem eſſe affirmat, alias enim fruſtra illam diſtinctionem potentiæ adijceret. Ergo nullo modo poteſt hæc talis potentia dici neutra in ordine ad habitus ſupernaturales, cum potentia neutra (vt notauimus) includat negationem naturalis inclinationis. Vide pro hac concluſione Antonium Andream in 1. quæſt. Prologi.

22. Ex dictis ergo manifeſta est mens Doctoris circa naturalitatem potentiæ materiæ primæ ad omnes formas ſubſtantiales, quam etiam neutram cōſtituebant Scotiſtæ illi. Licet enim ſecundum Scotum potentia neutra ſit conſtituenda in rebus, vt ex dictis patet, nullatenus tamen ſecundum ipſum, concedendum eſt, talem potentiam in materia prima reperiri poſſe, nec abſolute in ordine ad formas ſubſtantiales indifferenter, nec reſpectu alterius, quādo ſub vna quieſcit: quod expreſſit Doctor in 9. Metaphyſicæ quæſt. 12. §. *Ad quæſtionem dicendum:* His verbis. *Secundum dicta ſupra ſæpe, in materia eſt triplex reſpectus, ſcilicet, ad materitatem, ad formam, ad agens in quantum actuans ipſam. Tam prima, quam ſecunda vel abſolute conſideratur vel comparando materiam, in quantum exiſtens ſub vna forma tranſmutabilis eſt immediate ad aliam. Primo modo conſiderando vtramque potentiam illam, dico, quod nulla eſt in materia prima, niſi naturalis: quia naturalem inclinationem habet ex ſe, vt ſit cuiuſcumque compoſiti pars, & quacumq; forma perficiatur, cuius poteſt eſſe pars, & qua poteſt perfici: nec poteſt contra, nec ſupra ſuam inclinationem in aliquo compoſito eſſe, vel ſub aliqua forma, quæ eius eſt quomodocumque perfectiua.* Hactenus Scotus: ex quibus verbis apparet manifeſte ipſius ſententia circa illud punctum.

Ad hanc tamen authoritatem reſpondet Scotiſta quidam, alias grauiſſimus in 1. diſp... quæſt. 7. quod intelligenda eſt pro ſua ſententia: in ea enim tantum docet Scotus, materiam non poſſe violēter eſſe ſub aliquā forma, non tamen exinde ſequitur, quod naturaliter inclinetur, cum poſſit eſſe neutraliter. Parcat tamen nobis ſapientiſsimus iſte noſtræ claſsis Magiſter: nam verba prææallegata Scoti expreſſe aſſerunt oppoſitum, tā negatiue quam affirmatiue: negant enim potentiam neutram de materia prima, dum dicunt. *Primo modo conſiderando vtramque potentiam illam, dico, quod nulla eſt in materia prima, niſi naturalis.* Quo enim pacto clarius potuit Doctor excludere potentiam neutrā, niſi dicendo quod ibi eſt, *nulla, niſi naturalis*. Et prætcrea affirmant prædicti verba ex ſe naturaliter inclinari, dum dicunt. *Quia naturalem inclinationem habet ex ſe.* 23.

Nec valet, quod ex indifferentia inclinationis materiæ, quam Scotus aſſignat ſupra loco citato, inferatur neutralitas eius potentiæ: nam aliud eſt non inclinari ad hoc, neque ad aliud: aliud vero, nō magis inclinari ad hoc, quam ad aliud. primum nāque includit negationem cuiuſcumque inclinationis naturalis: ſecundum vero ſupponit naturalem inclinationem ad vtrumque, negat tamen iſtam inclinationem magis intēdi reſpectu vnius, quam alterius. Primum igitur conuenit potentiæ neutri, vt ex Scoto tradi-

dimus

dimus. Secundum verò de materia prima expreſſè aſſerit Scotus. Statigitur, materiam primam eſſe in potentia naturali ad omnes formas ſubſtantiales, & indifferenter ſe habere reſpectu earum, quia qualibet æque contenta eſt, & æque perficitur naturaliter, ſicut & altera, inquo formalis ratio ſuæ indifferentiæ conſiſtit.

24. Nunc reſtabat nobis, ad hoc vt hęc difficultas exactè ſoluta maneret, ſoluere argumentum acutiſsimum quoddam eiuſdem prædicti Scotiſtæ, quo probare intendit potentiam noſtram reſpectu ſupernaturalium formarū, nō naturalem, ſed neutram eſſe, quod ſic formatur. Si Deus non eleuaret naturam humanā ad ſe, vt finem ſupernaturalem, perfectiſsime quieſceret in Deo fine naturali: ſed ſi quieſcit in Deo fine naturali, non eſſet inclinatio naturalis ad Deum finem ſupernaturalem. Ergo in natura humana ex natura ſua non eſt inclinatio ad Deum finem ſupernaturalē. Quia tamen ſolutio huius argumenti eſt pro prior ſequentis difficultatis, ibi n. 22. reperietur.

§. 4.

Soluuntur argumenta facta pro ſententia Diui Thomæ.

25. NVNC iam argumenta principalia contrariorum ſoluamus, & ad primum reſpondeo cum Doctore in hac prima quæſt. prologi art. 1. ſolut. ad confirmationem: quod potentia paſsiua in natura nō eſt fruſtra: quia licet per agens naturale non poſsit principaliter reduci ad actum, tamen poteſt per tale agens diſpoſitio ad ipſum induci, & poteſt per aliquod aliud agens, ſcilicet, per agens ſupernaturale, cōplere reduci ad actum. Quod per exēplum patet, nam anima ſeparata eſt in potentia, vt vniatur corpori per reſurrectionem: talis tamen potētia nequit ad actum reduci, niſi per agēs ſupernaturale: quo quidem exemplo etiam vſus eſt D. Thom. 1. p. quæſt. 66. art. 1. & ad 6.

Ad ſecundā, reſpondeo etiā ex Doctore in tertio articulo huius quæſtionis ſolutione ad primum, quod in natura noſtra eſt duplex ratio, quædam quidditatiua, quæ abſoluta eſt, & quidditatem ipſius naturæ, ſeu potentiæ importat: altera vero ſpecialis, & propria, ſub qua reſpicit finem ſupernaturalem, & ea quæ ſunt ad talem finē, vt puta, habitus ſupernaturales. Et hæc ſecunda ratio eſt reſpectiua, ſeu relatio aptitudinalis, vt eā vocat Doctor & ait, aliqualiter diſtingui ab ipſa aptitudine, & potentia in ſecundo, diſt. 3. quæſt. 7. lit. A. Quamuis igitur noſtra natura, ſeu potētia, poſsit cognoſci comprehenſiue ab Angelo ſecundum rationem abſolutam, non tamen ſub ratione illa reſpectiua, ſub qua ad talem finem ordinatur, & ſub qua eſt capax gratiæ conſumatæ, & ſub qua habet Deum properfectiſsimo obiecto: quia ex ente ad finem nō poteſt cognoſci finis, niſi cognito illo ente ad finem, ſub illa propria ratione, ſub qua habet finem iſtum: & vt cognoſcatur ens ſub ratione, qua habet finem iſtum, debet prius ipſe finis præcognoſci: quia non poteſt cognoſci relatio iſta, non cognito iſto termino: & ſic in iſta cognitione reperitur circulus. Vide, quæ pro illa diximus ſupra in expoſitione tertij articuli. 26.

Ad tertium dico, naturam habere potentiam receptiuam naturalē reſpectu ſupernaturalium omniū, à quibus perfici poteſt, vel eius appetitum ſatiando, ſicut contingit in ſupernaturali beatitudine, in qua tanquam in vltimo fine quieſcit, & ſatiatur, vel perficiēdo ipſius appetitum per ordinem ad talem vltimum finem attingendum, ſicut contingit in omnibus formis, & actibus ſupernaturalibus, quibus ſic perficitur in ordine ad beatitudinem, quam appetit, tanquam ſuū vltimum finem. Dico tunc, quod ſi illos nouos actus ſupernaturales, quos Deus 27.

Deus de ſua omnipotentia poteſt producere, produceretque quidem de facto, tanquam media, per quæ ordinaretur natura noſtra ad eius claram viſionem, & fruitionem, ſicut de facto ordinati ſunt omnes actus ſupernaturales, tunc eâdem prorſus inclinatione naturali, propenſa eſſet natura ad illos, ſicut eſt inclinata ad iſtos. Secus verò dicendum eſt nunc de facto inclinari ad actus ſupernaturales poſsibiles, qui nunquam erunt. Quæuis enim illorum omnium ſit capax ſecundum ſuam receptiuam potentiam, neutraliter tamen ſe habet ad illos: quia eius naturalis inclinatio non ſolum prouenit ex naturali capacitate, ſed ex ordine ipſius, vt perfectibilis eſt, ad ſuum perfectiuũ; & illud tantum erit eius perfectiuũ, quod perducit ipſam ad ſuum vltimum finem conſequendum, in quo ſumma eius perfectio, & perfectiſsima quietatio conſiſtit.

28\. Ad quartum reſpondeo, quod (vt in articulo primo docet Doctor, & nos ibi expoſuimus) maxima excellentia eſt naturæ, ad excellentiorem actum inclinari, quam eius actiuitas poteſt attingere; & ideò non inconueniens propenſionem illam innatam, quam habet ad formas ſupernaturales, naturalem eſſe: in hoc enim non exceditur a cæteris creaturis, quinimò illas excedit. Cuius ratio eſt, quia imperfectio eſt creaturæ ad nihil aliud eſſe propenſam, quam ad id, quod ſua propria actiuitate conſequi poteſt; in hoc enim etiam creatura intellectualis cœteris eſt æqualis: ipſas tamen excedit in eo, quod vltra id, quod poteſt agere ſe ſola, poteſt nihilominus deſuper adiuta conſequi ſupernaturalem finem, & ſupernaturalia omnia, quæ ad talem finem conducunt, in ſe recipere, & quia hęc talia recipit tanquam quid perfectiuum ſuæ capacitatis, ideo ad illa inclinatur naturaliter, tanquam perfectibile ad perfectiuum. Ex quibus conſtat, quod in ordine ad vnionem hypoſtaticam non eſt ſibi naturalis inclinatio, eò quod ipſa vnio hypoſtatica non ſit medium ad finem vltimum conſequendum, nec aliquam habeat conexionem cũ illo. Licet enim fuerit medium ad ſummam gloriam in Chriſto Domino, hoc quidem non ex connexione ad illam gloriam, ſed ex diuina ordinatione. Vide pro hoc quæ dicimus, infra in difficultate ſexta, numero 17. 18. & 19.

DIFFICVLTAS VI.

Vtrùm Deus Clarè viſus ſit finis hominis naturalis, ad quem naturaliter inclinatur.

§ I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, & 1. ſententia circa illam ſuis argumentis confirmata.

CELEBRIS hęc difficultas locum habuit in textu tertij articuli huius quæſtionis ſolutione ad ſecundum, ibique diſputanda veniſſet, niſi eam claritatis, & maioris diſtinctionis gratia, hucuſque conſultò differre videretur. Hic etenim poſtquam ſupernaturalitatem formarum, quæ ſunt media ad finem hominis conſequendum, ipſiuſque hominis inclinationem ad talia ſupernaturalia media, diſſeruimus, recto ordine in præſentiarum de ipſo met fine, an, ſcilicet, Deus clarè viſus, ſeu beatitudo, non tantum in communi, ſed in particulari, ſit finis hominis ſupernaturalis, aut naturalis, inquirimus. 1.

Et forſan non nullis ſuperflua videtur hæc difficultas ſeorſum poſita cũ 2.

in precedenti (vt apparet) iam ſuppoſitum incluſa: præterea quod Doctores oppoſitarum claſsium idem prorſus controuertunt de inclinatione naturæ ad formas ſupernaturales, ac etiam de appetitu ipſius ad ſupernaturalem beatitudinem: ſed re vera, tametſi præcedens præambula ſit ad illam: in hac verò peculiaris ſeſe offert controuerſia, cũ diſpar poſsit reperiri ratio in natura reſpectu ſui vltimi finis, quam reſpectu aliarum perfectionum, quæ ipſam finaliter non perficiunt. Et rurſus, quia ſunt, qui in homine appetitum naturalem ad Deum clarè viſum admittant: Deum autem vt ſic clarè viſum eſſe naturalem finem hominis, pro viribus contradicunt, & (quod mirum eſt) ipſimet eiuſdem Scholæ ſectatores ſibi contradicunt ad inuicem, non ſolum in ſua propria proferenda ſententia, ſed in referenda aliena, ipſaque impugnandi. *Vazquez.* Nam Vazquez 1. 2. quæſtion. 5. articul. 8. diſputation. 22. capit. 2. hæc ait. Scotus docuit Deum clarè viſum eſſe finem naturalem creaturæ rationalis, & ipſam viſsionẽ eſſe perfectionem noſtram naturalem: quod tamen eſt contra communem Scholaſticorum ſententiam. *Molina.* Molina verò per oppoſitum inquit 1. part. quæſtion. 12. articul. 1. diſput. 2. Communior Scholaſticorum ſententia aſſerit eſſe in nobis appetitum naturalem ad beatitudinem in particulari, atque ea de cauſa illam dicendam eſſe finem noſtrum naturalem. Hactenus iſti Authores. Ex quibus ipſorũ verbis ſatis conſtat, vnum, ſeu alterum, prolibito ad aerem loqui, ſiquidem Scholaſticorum ſententias, quas non viderunt forſan, ſic falſò referre non dubitant. quomodo enim poteſt vna, & inuariata doctrina, ſimul eſſe communior Scholaſticorum Sententia, & contra communem Scholaſticorum ſententiam? Profecto ſi adeò manifeſta contradictio illorum in allegatione, ſeu forſan in qualificatione veræ ſententię, reperitur, nõ mirum eſt, quod ſibi in impugnatione illius ad inuicem contradicant.

3. Eſt ergo prima ſententia circa hãc controuerſiam, quam Gabriel Vazquez 1. part. quæſtion. 1. poſteriori dubitatione circa textum, inquit eſſe Diui Thomæ, quæ vnum negat. ſcilicet, in homine eſſe naturalem appetitum ad beatitudinem in particulari, nempè, ad Deũ clarè viſum: proptereaque beatitudinem in particulari, vel Deum clarè viſum, non eſſe finem hominis naturalem: alterum verò affirmat, videlicet, in homine eſſe potentiam obedientialem ſupernaturalem ad Deum clarè viſum, deumque vt ſic eſſe ipſius hominis ſupernaturalem finem: in hac ſententia, prout hæc duo dumtaxat continet, conueniunt Caietanus 1. part. quæſtion. 12. articul. 1. & 1. 2. quæſt. 3. articul. 8. Conradus, & Medina, ibidem. Ferrara 3. contra gentes cap. 15. Bañes prima parte quæſtione duodecima, articul. primo, ibiq; Zumel, & omnes Thomiſtæ (vno dempto magiſtrò Soto) tã ex veteribus, quã, qui hoc noſtro ſæculo vigent, id ſentiunt: ex Ieſuitis verò etiam ferè omnes, præſertim Molina loco citato, & Vaſquius vbi ſupra, & diſputatione 44. capite 1. & diſputatione 176. capite 3. & diſputatione 214. capit. 2. & 1. 2. quæſtione 5. articul. 8. diſputatione 22. per totam. Suarius 1. part. tractatu 1. libr. 2. capit. 9. & 10. Quamuis autem hi omnes in negando naturali appetitu coueniant: cum tamen non ſatis conſtet, quid de hoc ſenſerit Diuus Thomas, tripartiti ſunt in varios ſenſus, & vnuſquiſque in ſuo pro viribus abundare laborat. Caietanus enim (cuius opinionem Conradus cum alijs ſequitur) dupliciter creaturam rationalem conſiderat, primo abſolutè ſecundum ſe, & rurſus, prout ordinata eſt ad beatitudinem per fidem: priori modo, inquit, non ſibi ineſſe naturalem appetitum ad claram Dei viſionem, vt ſcilicet, Deus eſt in ſe, & vt eſt Author Gratię: habere tamen naturalẽ appetitũ ad cognoſcendũ quid ſit Deus, prout ſub vniuerſali cauſarum numero cõprehenditur. Poſteriori verò modo, inquit, naturæ ineſſe natura-

D. Thom. *Caietanus.* *Conrad.* *Medina.* *Ferrara.* *Bañez.* *Zumel.* *Molina.* *Vazquez.* *Suarez.*

le

le deſiderium in ordine ad claram Dei viſionem: hoc autem deſideriū innatum non eſſe, ſed progredi ab effectibus gratiæ per reuelationem præcognitis.

4 Ferrara verò in hoc aduerſatur Caietano, quod ait, cuicumque rationali creaturæ ineſſe appetitum ad claram Dei viſionem, antecedenter ad omnem reuelationem, ſeu notitiam fidei, exortum ex ſola cognitione naturalium effectuum: aduerſatur tamē tenendę ſententiæ in eo, quod ponit hunc appetitum elicitum, non vero innatum, dicit inſuper hunc appetitum ad claram Dei viſionem nō eſſe ad videndum clare Deum, vt eſt obiectum ſupernaturalis beatitudinis, ſed prout eſt clara viſio primæ cauſæ omnium effectuum naturalium, quos naturaliter nouerat, in quo etiā, & Scoti, & Caietani ſententiæ contradicit.

5. Vazquez tandem, & plerique alij (quos ipſe in hoc ſequitur) abſolute in ordine ad beatitudinem ſupernaturalem loquuntur, dicuntque, nullatenus naturæ rationali ineſſe naturalem appetitum innatum ad illam, benè tamen elicitum, qui propterea naturalis meritò dici poteſt, non quia ex naturæ principijs prouenit: hoc enim abſolute negant. ſed quia aliqui effectus voluntatis dicuntur naturales, hoc eſt neceſſarij, eo ſenſu, quo dixit Ariſtoteles 1. Metaphyſicæ capit. 1. *omnis homo naturaliter ſcire deſiderat*, quia tamen ſatis otioſum nimis eſſet huiuſmodi diuerſa Authorum placita ſeorſum argumentis fulcire, ſit nunc ſatis argumenta dumtaxat, quæ naturalem appetitum ad Deum clare viſum improbāt, in quo prædicti omnes concordant, proponere.

Ariſtot.

6. Primum igitur argumentum ſic ſe habet: prædeſtinatio, & ordinatio actiua ad gloriam, quia, ſcilicet, Deus nos prædeſtinat, non eſt ex lege naturali, aut ex principijs naturæ, ſed ex ſupernaturali ordine: ergo prædeſtinatio, & ordinatio paſſiua, qua ordinamur ad gloriam, eſt ordinis ſupernaturalis. Sed omnes appetitus, quos habet creatura intellectualis ad gloriā, eſt ex diuina prædeſtinatione, & ordinatione, exortus: ergo talis appetitus nequit eſſe naturalis, ſed ſupernaturalis eſt.

Secundo, quoniam deſiderium vltimi finis debet eſſe efficax: ratione etenim vltimi finis cætera appetuntur: ſed deſiderium naturale videndi Deū non eſt efficax: ergo Deus viſus non eſt finis naturalis noſter. Probatur minor, quia reſpectu impoſſibilium nō poteſt eſſe efficax deſiderium: ſed videre Deum eſt impoſſibile nobis per vires naturæ: ergo reſpectu viſionis Dei non poteſt nobis ineſſe naturale, & efficax deſiderium. 7.

Tertio præterea inſurgit Vazquez, & duobus tantum argumētis, hoc, ſcilicet, & ſequenti, perſuadet ſibi, hanc ſententiam ſatis eſſe apriori, & à poſteriori demonſtratam: accipite iam argumentum demōſtratiuum ipſius aprioriſtic. Aut appetitus innatus creaturæ rationalis ad beatitudinem, & viſionem, conſequitur potentiam agentem, aut potentiam patientem (hunc enim genus appetitus cōſequitur genus aliquod potentiæ: omnis vero potentia, aut eſt agens aut patiens) ſed appetitus innatus ad beatitudinem neutro modo poteſt dici naturalis. Ergo &c. probatur minor, quoniā appetitus innatus ad aliquam formam ex eo ſolū dici poteſt naturalis, quia conſequitur potentiam naturalem, nam qualis fuerit potentia ad aliquā formam, talis erit inclinatio ad illam per modū deſiderij & appetitus ſed in creatura rationali nulla eſt potentia naturalis ad beatitudinē: ergo appetitus illius non poteſt dici naturalis. Hæc minor facilè demōſtrari poteſt (inquit ille) quoniam ſi eſſet aliqua potētia naturalis, aut eſſet agens, aut patiens: agens autē nulla eſt, quæ dici poſſit naturalis; vt de ſe patet; nec patiens, quia hæc dici ſolùm poteſt naturalis ex forma, quam recipere poteſt: viſio autem Dei, & beatitudo noſtra eſt forma ſupernaturalis, ſicut fides, & gratia habitualis, & vnio hypoſtatica: ergo ad illam non eſt potentia paſſiua naturalis: alioquin ad vnionem hypo- 8.

 ſtaticam

ſtaticam, & gratiam habitualem, eſſet etiam inclinatio naturalis.

Quarto denique arguit Vazquez ſuam ſententiam a poſteriori demonſtrando, quia quoties inclinatio ad aliquã formam eſt naturalis, neceſſe eſt, eſſe etiam inſtrumenta, & principium efficiens naturale, quo poſsit potentiam illam coniungere cum illa forma, ſiue illud principium ſit in eo, qui perfici debet, ſiue in alio, Sed ad conſequutionem beatitudinis nõ eſt principium aliquod agens naturale, neq; inſtrumenta naturalia in ipſa creatura rationali, neque in alia natura, quæ poſsit hanc perfectionem beatitudinis coniungere cum potentia patiente. Ergo inclinatio, & appetitus ad hanc formam, & perfectionem, non eſt naturalis.

10. Si tamen ad hoc argumentum reſpondeamus, ſicut ad primum præcedentis difficultatis per exemplum de anima ſeparata, quæ habet appetitum ad corpus, cui tamen reuniri non poteſt, niſi per actiuam Dei potentiam: contra (inquit Vazquez) quia hæc ſolutio facile dilui poteſt: quia quamuis appetitus naturalis animæ ſeparatæ ſupernaturaliter impleatur, quando reunitur corpori, ſicut etiam appetitus ad beatitudinem ſupernaturaliter impletur, quando ipſam conſequitur; eſt tamen differentia, inter iſta: quia vtraque iſta operatio nõ eſt æque ſupernaturalis. Prima enim eſt tantum ſupernaturalis per accidens, ſeu quoad modum: ſecunda autem eſt ſupernaturalis per ſe, & quoad modum: vnde propter diſparitatem ſupernaturalitatis, non ſoluitur argumentum.

---

§ 2.

Ponitur vera Scoti, & D. Thomæ ſententia, ſcilicet, Deum eſſe finem naturalem hominis.

11. IN oppoſitum tamen eſt Doctor ſubtilis in litera textuali, in hac q. 1. ar. 5. ſolu. ad ſecundum, vbi hæc profert. *Concedo Deum eſſe finem naturalem hominis, ſed non naturaliter adipiſcendum ſed ſupernaturaliter. Et hoc probat ratio ſequens de deſiderio naturali* quæ eſt hæc. *Homo naturaliter appetit finem iſtum, quem dicis ſupernaturalem: igitur ad iſtum naturaliter ordinatur: quam rationem concedo.* Tenet idem in 4 diſt. 49. q. 10. §. reſpondeo, *ad primã quæſtionẽ.* Sequuntur Doctorem omnes Scotiſtæ, quos citauimus in præcedẽti difficultate pro Scoti ſententia, prætereũ in modo intelligendi eius literam, in quo nonnulli in Thomiſtarũ opinionem incidere prætereuũt. Sed de hoc infra. Doctorem ſequuntur in ſuper Durandus in 4. diſt. 49 q. 8. n. 8. Paludanus q. 7 art. 1. conc. 1. & 2. Ioannes Maior quæſt. 6. Magiſter Soto q. 2. art. 1. & lib. 1. de natura. & gratia. c. 4. eſt que hæc ſententia expreſſa D. Thomæ (quidquid murmurent Thomiſtæ) nam 1. p. quæſt. 12. art. 1. hæc profert. *Si igitur intellectus rationalis creaturæ pertingere non poſſet ad primam cauſam rerum, remanebit inane deſiderium naturæ.* Et 3. Contra gentes cap. 50. inquit. *Sicut naturale deſiderium ineſt omnibus intellectualibus naturis ad ſciendum, ita ineſt naturale deſiderium, ignorantiam, ſeu neſcientiam pellendi, ſed ſubſtantiæ ſeparatæ prædicto cognitionis modo cognoſcunt ſubſtantiam Dei eſſe ſupra ſe, & ſupra omne id quod ab ipſis intelligitur: & per conſequens cognoſcunt diuinam ſubſtantiam ſibi ignotam: igitur naturale deſiderium eorum tendit ad intelligendam diuinam ſubſtantiã.* Hactenus D. Thom quæ quidẽ verba nequeunt intelligi de appetitu cognoſcẽdi Deũ, vt eſt author naturæ (prout interpretabantur quidã) nam cognitio Dei, vt eſt Author naturæ, nõ eſt ſupra omne id, quod ab Angelis intelligitur: neceſſario igitur de Deo, vt eſt obiectũ beatitudinis debet intelligi. Expreſsius tamẽ hãc profitetur ſententiã Angelicus Doctor, dũ poſtquã 3 Contra gentes c. 49. in fine hæc dixerat. *Ex quo manifeſtũ ſit, quod ſubſtãtiæ ſeparatæ cauſalitatẽ Dei, & eius virtutẽ magis cognoſcunt. quã nos, licet nõ omniũ eius eſſe cauſam ſciamus.* Conſequenter cap. 50. hæc profert. *Ex hac igitur cognitione, quam habent ſubſtãtiæ ſeparatæ de Deo*

Durãdus. Paludan. Maior. Sotus. D. Thom. Scotus.

Deo, non quieſcit naturale deſiderium, ſed incitatur magis ad diuinam ſubſtantiam videndam. Quod ſi aliquis impune hoc deſiderium tantum concedat eſſe iuxta mentem Diui Thomæ, non verò hominibus, propter perfectiorem, Angelorum naturam; legat vlterius ipſum Doctorem Angelicum in eodem capite prope finem, qui conſequenter hæc ait. *Nos autem quantumcumque ſciamus Deum eſſe, & alia, quæ ſupra dicta ſunt, non quieſcimus deſiderio, ſed adhuc deſideramus Deum per eſſentiã ſuam cognoſcere.* Hæc Diuus Thomas. Sed quidquid Thomiſtæ ſanctiſsimũ præceptorem ſuum intellexiſſe exco gitent, noſtra non intereſt ventilare; tractent fabrilia fabri.

12. Quod autem inter noſtrates circa hoc exurtum ſit ſciſma, non prorſus eſſe videtur abſque omni fundamento, cũ Doctor in Quodlibetis, quęſt. 19. litera X. planè aſſerat, differẽtiam verſari inter aptitudinem, & potentiam obedientialem, & concludat, in natura humana eſſe potentiam obedientialem ad vnionem hypoſtaticã: conſequenter etenim, hoc idem vide tur dicendum de ipſa natura in ordine ad viſionem beatam, cum vtraque ſuper naturalis ſit, vt in tertio argumento inferebatur: qua ratione conuictus Pater Herrera in 1. diſp. 1 quæſtio. 8. conc. 2. concedit in natura potentiam obedientialem in ordine ad viſionem beatam; & infra concl. 5. totam rationem naturalis appetitus in ordine ad dictam viſionem, nõ in pro penſione ipſius naturæ, ſed in ipſa, vt eleuata eſt, conſt tuit: in quo videtur in opinionem Caietani coincidere. Plura igitur hic nobis ſpeculari oportet, vt difficultas hęc reſoluatur exactè Primo enim differẽtiã inter appetitũ innatum, & elicitum, adijcere neceſſũ eſt, Secũdo hãc Doctoris authoritate ex debito debemus exponere: & rurſus noſtram literam textualem: in qua Doctor duo aſſerit, nempe Deum eſſe finem hominis naturalis, quoad incli natione: et præterea, quod hic talis finis nõ ſit naturaliter adipiſcedus. Tertio, inſuper explanare oportet, quid conueniat naturæ, ex ipſius naturæ principijs, aut ve quid ex Dei eleuatione: ac tãdẽ quarto, an hęc inclinatio ſit ipſius naturæ formaliter, aut radica liter tantum? hoc eſt, an ſibi immedia te, vt natura eſt, an verò ipſius naturæ potentijs, & cui illarum naturalis appetitus cunueniat?

§. 3.

Explanatur differentia appetitus innati, & eliciti.

CIRCA primum igitur, primo obſeruandum eſt, duplicem eſſe appetitum, alterũ innatum, & naturalem, alterum verò liberum, & elicitum, de quibus Doctor loquitur lib. 1. metaphyſicæ quæſt. 1. §. *Ad ſolutionem tamen huius quæſtionis notandum.* 13.

Primum ergo in omni natura eſſe aſſir mat: ſecundum verò in ſola intellectuali natura, quæ per voluntatem operatur, conſtituit. De primo id ſubtiliter probat ex 2. phyſicorum textu, com. 26. Vbi probatur naturam agere propter finem: aliter enim ibi non accideret error, & fruſtra (inquit Doctor) igitur omnis natura intendit finẽ: igitur omnis natura appetit finẽ: & tamen non omnis natura cognoſcit finem, vt patet de natura non intellectuali: igitur eſt aliquis appetitus ſine cognitione. Tunc vlterius pergit Doctor, & cũ perfectio ſit aliquo modo finis rei perfectibilis, quod patet ex 2. phyſicorum textu comẽto 25. quia eſt finis motus: ideò ponitur deſiderũ naturale eſſe rei, ſeu potẽtię perfe ctibilis ad ſui perfectionẽ. Ex quibus le gitime illatis, hãc infert Doctor cõclu ſionem. *Eſt igitur deſiderium naturale in omnibus ordinatis ad finem alium a ſe, & perfectibilibus perfectione differente à ſua eſſentia.* Duo igitur hic docet, vnum, ſcilicet, quid ſit appetitus innatus, & naturalis: alterum verò, cuius ſit talis appetitus. De primo dicit, quod appetitus innatus, nihil aliud eſt, quam deſiderium naturale

potentiæ perfectibilis ad ſuam perfectionem. De ſecundo vero plane defendit in omnibus ordinatis ad finem, ſeu ad perfectionem diſtinctam à ſe, hunc appetitum, ac deſiderium reperiri.

14. Sed quid formaliter ſit iſtud deſiderium, inquirit Doctor, ſed non ſoluit ibidem, ibi enim contra D. Thomam, & Henricum Gādauentem, probat non eſſe hoc deſiderium ab intellectu, aut voluntate elicitum: poſt datam tamē ſolutionem ſibi ſic obijcit. *Si igitur eſt appetitus grauis, numquid grauitas? numquid relatio, quæ eſt potentia? vel alia relatio?* Ac ſi dicat cum in re graui tantum reperiatur ipſa ſubſtantia grauis cum grauitate, & potentia naturali, quæ deſcendit deorſum tanquam in finem & centrum: quæ quidem potentia, eo quod diffinitur per ordinem ad talem finem, ſine quo nequit intelligi, eſt relatiua: quærit igitur Doctor quid ſit hoc deſiderium, ſeu appetitus rei grauis? ſitne (inquit) ipſa grauitatis ſubſtantia, aut ipſa potentia cum ſua relatione, aut aliqua alia relatio? hoc tamen quæſitum non ſoluit ibi: ſed circa hoc ſtudendum eſſe admonet cum inquit, *circa hoc ſtude*, cui ego libentiſsime obediens in ipſius Schola ſtudens hæc apud ipſum circa hoc reperi in quarto, diſt. 49. quæſtion. 10. lit. A. cuius hæc ſunt verba. *Appetitum naturalem ſolum dico potentiam voluntatis abſolute, ſed non aliquid ſuperadditum voluntati: ſicut enim quælibet habet natura inclinationē naturalē, ad ſuam perfectionē, ſic etiam natura intellectualis.* Non igitur eſt aliquid ab ipſa potentia diſtinctum huiuſmodi appetitus: ſed ipſamet potentia, prout ſuam perfectionem reſpiciens. Hoc autem reſpicere reſpectus tranſcendentalis eſt, proptereaque realiter cū natura, cuius eſt potentia, identificatur, & eſt idē formaliter ex natura rei cum ipſa potentia: quia formalitas potentiæ perfectibilis, vt perfectibilis, in iſto reſpicere ſuam perfectionem, cōſiſtit. Et conſequenter ad interrogationem Doctoris iuxta mētem ipſius reſpondeo, appetitum iſtum innatū rei grauis eſſe realiter eandem grauitatem, formaliter vero ipſam relationem, quæ eſt potentia.

Hic tamen appetitus metaphorice 15.
dicitur appetitus, ſeu deſiderium, cū reuera appetere, ſeu deſiderare, ſit aliquis actus ſecundus potentiæ appetitiuæ, hic autem appetitus ſine omni prorſus actu reperiatur. Proprie tamen & in rigore nihil aliud eſt, quam naturalis propenſio, & inclinatio, quā vnaquæque res habet in bonum ſibi conueniens, & ſui perfectiuum, ad quod ex ipſius naturæ principijs ordinata eſt. Quæ quidē inclinatio in potentijs paſsiuis eſt naturalis capacitas cum aptitudine ad tale bonum: in actiuis vero eſt ipſa naturalis facultas operandi. Quod docet Doctor in quarto, in illa citata quæſtione, lit. A. Vbi in voluntate, & intellectu conſtituit vnum naturalem appetitum, & ait, ipſum appetitum in ſe non eſſe actū elicitum, ſed tantum inclinationē quandam (hoc ſemper tamen ſaluo) quod appetitus innatus nihil addit ſupra ipſius naturæ potentiam, vt dictum eſt. Vnde conſtat, quod in potentia actiua appetitus eſt in actu primo, eſt enim ipſamet facultas agendi: in potētia vero paſſiua minime: quia actus primus dicitur relatiue ad ſecundum, & conſequenter in ea tantummodo potētia actus primus eſt, in qua actus ſecundus eſſe poteſt: actus autem ſecundus ſolius potentiæ actiuæ eſt. Et hinc prouenit, quod in intellectu, & voluntate reperiatur huiuſmodi appetitus in actu primo, quatenus potentiæ actiuæ ſunt: diuerſimode tamen quoniam in voluntate inuenitur appetitus in actu primo, quatenus rigoroſe, & proprie, appetitus eſt: cū etenim ſit potentia in rigore appetitiua, ex conſequenti appetitus in actu primo dirigitur ad actum ſecundū appetēdi, quę eſt ipſa formalis appetitio, in intellectu vero nō ſic, quia licet ibi ſit actus ſecūdus operandi, hoc eſt, ſcire, ſeu intelligere, nihilominus tamē actus nō eſt actus ſecūdus appetendi, nec appetitio ipſa. cū intellectus potētia appetitiua nō ſit. Vocatur tamē ille actus primus, qui eſt ipſa facultas operādi, appetitus naturalis, & innatus in tel-

tellectus, ſeu deſideriũ ſciẽdi, eo præciſe, qui eſt quædã inclinatio naturalis ipſius intellectus ad ſciendũ, & intelligendum. *Cuius eſt etiam* (inquit Doctor 1. Metaphyſicæ in quæſt. citata) *naturaliter delectari in ſcientia, & cognitione, cum habetur, ſicut qualibet potentia habet naturalem inclinationem ad ſuam perfectionem, & delectatur in ipſa, cum habetur.*

16. Quibus notatis de appetitu innato, & naturali, iam ad elicitum accedamus, qui ſubdiſtingui poteſt in elicitiuum, & elicitum, hunc dicimus eſſe ipſam formalem appetitionẽ, ſeu actum ſecundũ, quo potentia appetitiua appetit obiectũ: illũ vero ipſam facultatem appetendi, ſeu appetitiuã potẽtiam in actu primo. Vterque autem iſte appetitus habet formaliter hoc, quod eſt ferri in bonũ, vt bonũ, illudque appetere: ex his tamen poſterior ſolum dicitur propriiſsime appetitus elicitus quia potentia appetitiua elicitur; prior vero per Synedochem nomen appetitus ab Antiquis retinuit. Qui rurſus ſubdiuiditur in appetitum ſenſitiuum, & rationalẽ, quorũ primus in omni creatura ſenſitiua eſt: ſecundus vero in Angelis, & hominibus: & hic formaliter ſolius voluntatis eſſe poteſt, de quo loquitur Doctor citatis locis, dum appetitum elicitum vocat æque liberum, & elicitum.

§. 4.

Exponitur authoritas Scoti, & iuxta eius mentem oſtenditur, Deum eſſe finem hominis naturalẽ, quoad inclinationem, ſupernaturaliter tamen adipiſcendum.

17. VT autem ſecundum pũctũ explicetur, ſecundo obſeruare oportet, non æque cõſiderandam eſſe naturam creatam in ordine ad vnionem hypoſtaticam, ac etiam in ordine ad cæteras formas ſupernaturales. Formæ etenim ſupernaturales, vel etiã ipſæ operationes ſupernaturales, qualis eſt beatitudo, ſunt perfectiuæ, & perficiunt naturam intellectualem, ſicut finis proprius, & media ad finem. Cum enim talis natura naturaliter propẽſa ſit ad beatitudinem, tãquam ad ſuum vltimum finem, & centrum, cõſequẽter naturaliter tendit, & inclinatur in ea, quæ ſunt media ad talem finem cõſequendum, qualia ſunt lumẽ gloriæ, & habitus deſuper infuſi, vt gratia, charitas &c. hæc enim omnia ad optatum finem important connexionẽ eſſentialem, ad ipſum dirigere habẽt ex munere, ac propterea natura intellectualis hæc omnia naturaliter appetit: at qui vnionem hypoſtaticam nõ ſic naturam intellectualem appetere certum iudico, cum talis vnio nõ habeat eſſentialem connexionem cum fine. Quoniã quamuis ſit fundamentũ, & radix, à quo gratia, & cætera dona ſupernaturalia, & ipſa beatitudo dimanarunt in Chriſto, hæc tamen emanatio nõ eſt phyſica, & eſſentialiter connexa cum illis, vt docet Doctor in 3. diſt. 2. q. 1. lit. H. ſed moralis per quãdã cõgruentiam: quia homo Chriſtus, eo ꝙ Deus erat, de cõgruo replebatur ſumma gratia: congruũ enim erat, & æquũ vt in natura capaci Deo vnita hypoſtatice ſequerẽtur ſupernaturalia dona, & ſumma gratia ſummaque beatitudo. Et notanter dixi, natura capaci, nã cum hæc vnio fieri potuerit in qualibet ſubſtantiali natura, vt docet Doctor ibidem lit. F. numquid in natura lapidea, vel equina, in caſu, quo eſſet hypoſtatice Deo vnita, aliqua ſupernaturalia dona, aut beatitudo, ab ipſa vnione manarent? minime quidem: quia hæc talia dona ſupponunt capacitatem ſubiecti, quam ibi reperiri repugnat: cum beatitudo operatio ſit, & conſequenter intellectum, & voluntatem expoſtulet.

Iam igitur fatẽdum eſt, non eſſe cõnexionem eſſentialem vnionis, cum beatitudine, ſi quidem illa ſine ordine ad iſtam ſaluatur. Non ergo 18.

eſt dicendum, intellectualem naturã naturaliter appetere vnionem hypoſtaticam, ſicut appetit cætera ſupernaturalia dona: hæc etenim veluti ſui perfectiua in ordine ad finem, ipſumque finem, quæ omnia intra ſpheram ſuæ naturalis propenſionis ſunt eſſentialiter connexa, naturaliter appetit: illam vero, tanquam quid non neceſſario conducens ad talem finem, naturaliter non deſiderat. Quod egregie dixit Doctor in tertio, in illa quæſt. iam citata, littera. G. cõparando vnionem hypoſtaticam ad beatitudinem his verbis. *Sunt alterius rationis, cum neutra neceſſario includat alteram, & poteſt vna eſſe ſine altera.* Ex quibus conſtat ſolutio authoritatis citatæ, ex littera quæſtionis 19. quodlibetalis, vbi aſſerit Doctor non eſſe aptitudinem in natura ad hypoſtaticam vnionem ſed obedientialem potentiam.

19. Plane ergo colligitur, non eſſe argumentum exinde reſpectu aliarum formarum ſupernaturalium, aut finis ipſius, qui eſt beatitudo: ſtat enim hęc omnia naturaliter appetere, ſine eo quod naturaliter appetat vnionem hypoſtaticam propter rationẽ aſsignatam. Et in ſuper non eſt intelligendum iſtam potentiam obedientialẽ, quam Doctor ponit reſpectu vnionis hypoſtaticæ, eſſe in ordine ad ipſam vnionem in ſe, ſed neceſſario intelligendam eſſe in ordine ad Dei potentiam: quia vt in præcedente difficultate, de eius mente tradidimus, nulla obedientialis potentia reſpicit formã in ſe: ſed quælibet ad diuinam tantum modo potentiam agentis, videlicet, ſupernaturalis, refertur, & ordinatur. Vnde reſpectu ipſius met vnionis hypoſtaticæ eſt in natura potentia neutra: quia neque illam naturaliter appetit, & ideò naturalis non eſt: nec ſibi repugnat, aut naturaliter reſiſtit, quam ob rem non eſt violenta. Omnis autem potentia paſsiua in ordine ad formam, vel eſt naturalis, vel violenta, vel neutra, vt ex littera textuali huius octaui articuli habemus. Eſt igitur neutra iſta potentia naturæ ſubſtãtialis creatæ reſpectu hypoſtaticæ vnionis: eſt tamen obedientialis in ordine ad Deum tanquam ad ipſius vnionis Authorem.

Nec me latet obiectio, quam ex cõtextu Doctoris in illa citata quæſtione Quodlibetica cõtra hæc omnia machinari poteſt, quatenus, ſcilicet, ibi etiam in ordine ad alias formas ſupernaturales aptitudinem negat, ergo in ordine ad illas non eſt naturalis inclinatio. Solutio tamen facilis eſt, ſi attẽte legantur verba Doctoris: ibi enim reſpectu cæterarum formarum ſupernaturalium non abſolute negat ineſſe naturæ aptitudinem, ſed hæc ait. *Non tamen eſt proprie aptitudo, quia illa non eſt proprie, niſi ad formam naturaliter perfectiuam.* Quibus verbis aperte diſtinguit de aptitudine proprie ad aptitudinem non ita proprie: non tamẽ negat, quod vtraque ſit aptitudo. Nã perfectio naturalis, quam potentia appetere poteſt, & ad quam dicit aptitudinem, ſtat dupliciter, vel enim naturaliter perficit, & ipſa eſt intra latitudinem ordinis naturalis in ſe, & eam natura naturaliter adipiſcitur, ſic lapis eſt aptus ad centrum: vel naturaliter perficit, licet ipſa perfectio in ſe non ſit naturalis ordinis, ſed ſupernaturalis, nec propterea illam poſſet potentia naturaliter adipiſci, vt eſt beatitudo, & cœtera dona ſupernaturalia. Ad perfectionem ergo naturalem primo modo eſt aptitudo proprie dicta: ad alteram vero nõ ſic proprie eſt aptitudo cumparatiue loquendo, quãuis abſolute, ſit aptitudo proprie: quia tota ratio huius naturalis aptitudinis ſtat præciſe in hoc ſolũ, quod ipſa potentia apta nata eſt ad ſui perfectionem, & perficitur beatitudine, & delectatur in ea, tanquam in centro (vt dictum eſt) & omne perfectibile naturaliter deſiderat ſuum perfectiuum: & hoc plane conſtat, non eſſe ita proprie naturale, ſicut & illud. 20.

Iam ergo litera noſtri textus ex dictis enucleata eſt, cum etenim hæc inclinatio in perfectibilitate potentiæ paſsiuæ conſiſtat: conſequi autem illud, ad quod potentia paſsiua inclinatur, potentiam actiuam requirat, concludit Doctor, non poſſe hominẽ naturaliter adipiſci hunc finem quia acti- 21.

tiui-

tinitatem ad adipiſcendum illum, quē naturaliter appetit, non habet naturaliter ex ſe: quod in ſecundo art. probat eſſe maioris excellentiæ in natura, in illum, ſcilicet, excellentiſsimum finem inclinari, & ferri, quem actiuitas ſuæ potentiæ haud poteſt attingere. Et quidem mirum non eſt naturā appetere ea, quæ ſe ſola comparare non poteſt, cum hoc idem in multis plura moralia, & naturalia exempla teſtentur. Quæ Doctrina confirmatur authoritate D. Anſelmi de libero
S. Anſelm. arbitrio, cap. 2. vbi ait. *Nullam, vt puto, habemus poteſtatem, quæ ſola ſufficiat ad actum.* Poteſtatem autem ibi intelligit id, quod nos communiter dicimus potentiam, vt explicuit Doctor in hac quæſt, art. 6. ſolut. ad primum: ſicut patet per exemplum, quod ipſe Diuus Anſelmus ſubdit ibidem de ſenſu viſus. Hoc idem dictum Anſelmi egregie corroborat Lychetus in hac
Lychetus. 1. quæſt. prologi. §. *Confirmatur reſponſio per Anſelmum.* Vbi fabricat argumētum quoddam à fortiori. Sed nunc ab eo argumentum à fortiori adijciam, & dictum huius Sancti Doctoris apperiā. Supponamus ergo, quod etiam reſpectu rerum naturalium indiget potentia creata diuino concurſu, vt in actum prorrumpat: quod de dependentia cuiuslibet cauſæ ſecundæ ad primam plane conſtat: & nihilominus nulli poteſt ſub dubio eſſe potentiam creatam in obiectum naturale ſibi debitum, & proportionatum, eſſe naturaliter inclinatam. Cur igitur non poteſt potentia illa obiectū illud ad quod eſt naturaliter inclinata ſe ſola attingere, & in actum ſecundum circa illud prorrumpere? Optime reſpōdebitur, quia ſibi deficit virtus actiua ad operandum: ſua enim actiuitas ſine Dei concurſu inſufficiēs prorſus eſt ad agendum. A fortiori ergo hoc perſpicuum eſſe debet in potentia naturali reſpectu obiecti ſupernaturalis: quamuis enim potentia talis (vt ex dictis patuit) ſit ad obiectum ſupernaturale naturaliter propenſa, & inclinata, non tamen ideò ipſa ſe ſola, & ſuis naturalibus principijs, poterit obiectum ſupernaturale adipiſci, aut circa illud actum aliquem ſecūdum elicere, ſine eo quod agens ſupernaturalē, ad quod eſt in perfecta potentia obedientiali, ſupernaturaliter concurrat. Sicut enim ad operandum circa naturale obiectum, naturalem concurſum expoſtulat: ſic ad ſupernaturaliter operandum, vel ad obiectum ſupernaturale adipiſcendum, ſupernaturalem concurſum requirit. Vnde optime ibi cōcludit Doctor hæc dicens. *Non eſt igitur inconueniens potentiam eſſe naturaliter ordinatā ad obiectum, ad quod non poteſt naturaliter attingere: ſicut quælibet ex ſe ſola ordinatur ad proprium actum, & tamen non poteſt ex ſe ſola attingere illum.*

---

§. 5.

Quid conueniat naturæ ex intrinſecis eius, quid vero ex Dei eleuatione, oſtenditur.

DEMVM circa tertium quæſitum, eſt tertio obſeruandum, controuerſiam nō paruam exoriri poſſe, an, ſcilicet, naturalis appetitus hic conueniat naturæ ex ipſius naturæ intrinſecis principijs, an vero ex extrinſeca Dei eleuatione? Si enim primum aſſeramus, neceſſario fateri debemus homini in puris naturalibus conſtituto hunc naturalem appetitum ineſſe. Et tunc illud dictum Auguſtini in 22.
D. Auguſ. lib. 5. confeſſionum, *Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec reuertamur ad te*, non videtur veritatem continere: cum totam ratione inclinationis cordis humani ad Deū prouenire affirmet, ex eo, quod Deus hominem ad ſe ordinauerit: quæ ordinatio plane deficit in homine conſtituto in puris naturalibus: Dei namq; ordinatio ad ſe eſt formalis eleuatio naturæ. Hoc igitur aſſerere, magnū reputauit inconueniēs P. Herrera in 1. diſ-
Herrera. put. 1. quæſt. 7. vt viſum eſt in illo argumento præcedentis difficultatis, num. 24. cuius ſolutionem hucuſque

diſtuli, quod ſic ſe habet: Si Deus nõ eleuaret naturam humanam ad ſe, vt finem ſupernaturalem, quieſceret in Deo fine naturali perfectiſsime: ergò in natura humana, ex natura ſua, non eſt inclinatio ad Deum finem ſupernaturalem.

23. Poterat quidem ad hoc argumentũ reſponderi, hanc difficultatem procedere ex ordine rerum, & ex ſuppoſitiõne ordinis ipſarum rerum, quas Deus patrauit, & cum iam conſideret naturam eleuatam in ordine ad ſe, vt finẽ ſupernaturalem, hinc eſt, quod nunc de natura, vt ſic eleuata, & ordinata, loquendo, intelligẽdum eſt, naturam ad nunc ſupernaturalem finem naturaliter inclinari. Vnde ſi non ordinaretur ad ipſum, ſed tantum ad Deum, vt finem ſupernaturalem, tunc natura quieſceret perfectè in ipſo, quia nõ haberet, quò vlterius tenderet, & tũc eſſet vera conſequentia reſpectu naturæ, prout in ſtatu, quo eſſet in puris naturalibus conſtituta. Pro tunc etenim non inclinaretur ad Deum finem ſupernaturalem: quia, vt ſupponitur, non eſſet ſibi Deus, vt ſic, finis vltimus: nunc verò hac hypotheſi facta, quod ſibi eſt finis vltimus, formaliter tendit in illum, & ex conſequenti naturaliter appetit ipſum.

24. Solutio hæc forſan ſtare poſſet cũ concluſione Scotica, niſi ex contextu literæ colligeretur planè, hanc inclinationem naturalem ineſſe naturæ ab intrinſeco, & ab ipſius naturæ principijs. Eo namque quod omnis homo (loquendo de appetitu innato, vt Doctor intelligit) naturaliter appetit ſcire, planè conſtat naturaliter appetere ſcientiam cuiuslibet ſcibilis. Cum igitur Deus clarè viſus, etiam vt ſupernaturale obiectum, maximum, & ſummum, ſit ſcibilis, & viſibilis, reſpectu potentiæ creatæ, cõſequenter maximè, & ſummè appetitur, & deſideratur ab ipſa. Vnde aliter dicendum cenſeo ad ſolutionem argumenti, & reſolutionem quæſiti, nempe, quod etiam præciſa tali eleuatione naturæ, ad huc ab intrinſeco habet natura naturaliter inclinari ad finem ſuper naturalem. Quod ex hoc principio Ariſ- *Ariſtotel.* totelis, ſic confirmo. Natura intellectualis ex ſe appetit ſcire, & intellectualiter videre omne verũ, eo quod ſcibile eſt (& teſte Phyloſopho 1. metaphyſicæ cap. 1) & appetit frui omni bono, eo quod fruibile eſt, dummodo hoc verum, & bonum cadant ſub ratione ſui adæquati obiecti, & hoc non appetitu elicito, ſed innato. Deum verò obiectum ſupernaturale, & clarè viſum, cadere ſub ratione adæquati obiecti, & naturæ intellectualis creatę (etiam eleuatione præciſa) nemo dubitare poterit: alitàs enim, nec per abſolutam Dei potentiam poſſet Deum vt ſic videre, aut frui illo: quia per nullam potẽtiam poteſt facultas aliqua, aut potentia obiectum aliquod, quod non ſit intra latitudinem ſui adæquati obiecti, attingere. Igitur natura intellectualis, etiam eleuatione pręciſa, appetit naturaliter videre Deum, vt obiectum ſupernaturale, & frui ipſo.

Hoc ſanè præ cæteris conſtat ex du- 25.
plici ratione: prima, ſcilicet, quia adhuc in illo ſtatu, quo non eſſet eleuata natura, proculdubio perficeretur tali viſione, & fruitione, ſi Deus ei illas denuo concederet: quæ eſt potiſſima ratio, adhærendo doctrinæ Scoticæ. Secunda verò, quæ etiam primam confirmat, eſt: quia eleuatio naturæ, & extrinſeca Dei ordinatio, non variat naturalem propenſionem naturę, quia eleuatio extrinſeca, per quam ordinatur ad finem, nihil reale intrinſecum ponit in natura. Vnde quod natura, ſic non eleuaretur, aut ordinaretur ad finem ſuper naturalem, nõ potuit tollere à natura appetitum ſibi innatum, ſicut non potuit tollere ab ea quod perficeretur illo, ad quod eſt talis appetitus. Hæc etenim duo eſſentialiter connexa ſunt, nẽpe, quod perfectiuum perficiat naturã, & quod natura appetat ſuum perfectiuum, omnis enim ratio appetendi ex parte potentiæ ſummitur ex ratione perficiendi ex parte obiecti. Vnde tota vis difficultatis, in hoc ſolum conſiſtit, quod eſt naturam, etiam eleuatione præciſa, in puris naturalibus exiſtẽtem, etiã perficiendam fore clara Dei viſione, & fruitione, ſi illas haberet: ſi etenim impe-

Digitized by Google

impediri non potuit, quin etiam in illo ſtatu perficeretur cognitione Dei clare viſi, & fruitione ipſius, ſi de facto illos haberet homo, abſque eo quod ad illos præſtetur ordinatus, ex conſequenti tolli non potuit ab humana natura naturalis propenſio, & inclinatio ad huiuſmodi viſionem, & fruitionem. Hoc expreſſe tenet Antonius Andreas fideliſſimus Scoti diſcipulus in quæſt. 1. prologi ſolutione ad ſecundum argumentum, quod ſibi obiecerat, vbi ait quod iſte talis ordo, quo homo tendit in Deum, vt in ſuum finem beatificum, fundatur in homine ſecundum propriam, & præciſſimam rationem hominis.

26. Porro naturam in illo ſtatu perficiendam fore beata illa viſione, & fruitione, repugnantiam aliquam videtur includere, quatenus, dicet aliquis, contradictio in adiecto deduci poteſt, ex hoc, quod eſt naturam non eleuatam beatitam enim ſi beatur, eleuata eſt, & ſic non videtur concipi poſſe naturam beatam, & non eleuatam.

27. Fateor quidē beatitudinem ipſam ſummè eleuare naturam: ſed hæc eſt eleuatio intrinſeca, de qua non eſt nobis ſermo: loquimur enim de illa, qua ordinauit Deus omnes intellectuales naturas ad ſe, quæ eleuatio nihil reale intrinſecum ponit in natura, ſed eſt tantum quædam extrinſeca Dei ordinatio, quæ ſufficit diſtinguere hominem in natura eleuata ad beatitudinem, ab homine in puris naturalibus conſtituto; quia etiam homo in peccato mortali exiſtens, imo, & infidelis, hoc modo eleuatus eſt: in quo tamen infideli nihil ſupernaturale intrinſecum eſſe ſupponitur, & hoc modo omnes homines ſunt in natura eleuata, quia ordinati ad Deum finem ſupernaturalem, niſi fiet per ipſos damnati. De iſta igitur eleuatione loquendo, ponamus, quod Deus condiderit hominem non eleuatum, ſed in puris naturalibus, quem, ſcilicet, non ordinauerit ad ſe finem ſupernaturalem: & poſtea ſine aliqua etiam eleuatione, aut ordinatione, placuit ſibi hunc hominem beare, ita quod inter huiuſmodi hominis creationem in puris naturalibus, & beatitudinem ipſius, non mediaret aliqua Dei ordinatio, & eleuatio, ſicut illa, qua de facto cæteros ad ſe eleuauit. Quod poſſibile eſſe indubitanter ſuppono: quæro tunc, ſta beatitudo perficeret perfectiſſime naturam hominis, nec ne? Nemo profectò de hoc dubitare poterit: ergo ſemel admiſſo in via Scoti illum eſſe potentiam naturalem, quæ fertur in ſuum perfectiuum, neceſſario fateri debemus huius hominis naturam ex ſe ipſa, & ex principijs naturæ, inclinatam eſſe naturaliter ad huiuſmodi finem ſupernaturalem: ſiquidem ſublata tali eleuatione, etiam perficitur illo, & ratio appetendi potentiæ ſumitur ex ratione perficiendi obiecti: & ideo inclinatio naturalis potentiæ conuenit naturæ ſecundum ſuam intrinſecam rationē. Vnde dixit Scotus hæc confirmando in 4. diſtinct. 49 quæſt. 10. circa literam B. *De illo appetitu naturali patet, quod voluntas neceſſario, & perpetuo, & ſumme, appetit beatitudinem, & hoc in particulari: quia natura non poteſt remanere natura, quin inclinetur ad ſuam perfectionem: quia ſi tollat illam inclinationem, tollit naturam.*

Quando autem arguis in tali ſtatu, 28.
quo homo non eſſet eleuatus, quieſceret perfectè in fruitione Dei finis naturalis ergo, &c. Reſpondeo, quod non quieſceret, ſicut in vltimo ſatiatiuo ſuæ naturalis inclinationis, & iuxta appetitum ſuæ potentiæ paſſiuæ: ſiquidem magis perficeretur fine ſupernaturali, ſi ipſum haberet: ſed quieſceret, ſicut in fine ſatiatiuo ſuæ naturalis operationis, & iuxta proportionē naturalis actiuitatis ſuæ. Quod expreſſe colligitur ex textu literali *Cōcedo Deū eſſe finē naturalē hominis, licet nō naturaliter adipiſcēdū:* Solū namque Deus clare viſus eſt obiectū ſatiatiuū naturalis inclinationis humanæ, non tamen eſt adipiſcendus naturaliter humana operatione: quia naturalis hominis operatio, & actiuitas, non poteſt tendere, niſi in obiectum ſibi proportionatum, qualis eſt Deus finis naturalis; & ideò iuxta huiuſmodi actiuitatis naturalis proportionē, homo

mo pro illo ſtatu in Deo fine naturali quieſceret, at qui naturalis hominis potentia cuiuslibet perfectionis, etiã ſuper naturalis, naturaliter receptiua eſt, proptereaque quocumque dono ſuper naturali naturaliter perficitur, & in quodcumque naturaliter inclinatur, & præſertim ad Deum finem ſuper naturalem, & ideò iuxta ſuæ naturalis inclinationis capacitatẽ in Deo fine naturali nõ quieſceret.

29. Præclarum huius euidentiæ exemplum in beatis apparet. Dicimus etenim ex Diuo Auguſtino, diuinam eſſentiam eſſe ſpeculum voluntarium, & vni plures gradus gloriæ tribuere, quam alteri, prout vult. Nihilominus tamen ille, qui non tot gradus gloriæ poſsidet, ſicut alter, quieſcit perfectiſſime in ſuo vltimo fine, fruendo Deo obiecto ſuper naturali: ſed non ob hoc dicendum erit, eius capacitatem, & naturalem inclinationem ad vlteriorem gradum beatitudinis, ibi manere exhauſtam ab intrinſecis ſuæ naturæ principijs: aliàs enim non poſſet Deus, etiam de potentia abſoluta, gradum aliquem gloriæ ei ſuper addere; quod dicendum non eſt. Quieſcit ergo iſte in perfectiſsimo obiecto beatitudinis, quod eſt ſummum, & infinitum bonum incommutabile: nõ tamẽ quieſcit in perfectiſsimo gradu ſibi poſsibili ipſius beatitudinis eiuſdem obiecti: ſed iuxta Dei voluntariã diſpoſitionem, & prædeſtinationem, qua ordinauit hunc, ad talem, & tantũ determinatum gradum gloriæ, habet terminum ſibi præfixum in tali gradu beatitudinis, ac ſi ſummam haberet gloriam, quieſcit in illo. Hæc tamen Dei ordinatio non aufert ab ipſo Deo potẽtiam plus beandi illum, ſi vellet; neque ab homine illo capacitatem, & naturalem inclinationem ad vlteriorẽ gradũ beatitudinis, ſi illum ſibi elargiretur Deus. Quę doctrina eſt Scoti expreſſi in 4. diſt. 50. quęſt. 6. litera A. vbi aſſerit: *ſic eſt etiam in propoſito, quod licet appetitus naturalis naturaliter inclinet ad ſummã perfectionẽ, iuſtitia tamẽ diſtributiua in Deo quæ ordinat omnia propter ſe ipſũ, ordinat ſic homines ad beatitudinem, vt hæc perfectio detur propter meritum*. Et ad primum argumentũ ibi hęc profert: *Dico, quod totalis appetitus quietatur, vt eſt cõſonus voluntati, ſine regulæ ſuperiori: non quod tantum accipiat, quantum capere poſſet: nihilominus tamen, quietatur, quia attingit, quantum natus eſt attingere per diſpoſitionem illam mediam, ſine qua non erit coniunctio ad illam cauſam: huius autem diſpoſitio eſt per merita.* Ex quibus conſtat, quod cum intra latitudinem beatitudinis ſupernaturalis, hæc inclinatio ad maiorem gradum remaneat in beato, qui in fruitione Dei obiecti ſupernaturalis quieſcit, multo magis remanere poſſet ad beatitudinem ſuper naturalem in eo, qui quieſcit in beatitudine naturali: non ſolum igitur naturæ eleuatæ, eo quod eleuata eſt, naturalis appetitus, & deſideriũ ineſt ad gloriã, verum, & ipſi naturæ in puris naturalibus conſtitutæ. Vnde, & hanc eandem inclinationem etiam in damnatis in inferno manere, tradit Scotus in 4. diſtin. 49. quæſt. 10. littera H. cuius rationem reddit ibi: *Quia manente natura, manet ille appetitus.*

In quires tamen: quid igitur præbet naturæ Dei eleuatio, ſiquidem ipſa ex ſe eſt naturaliter inclinata ad Deum finem ſuper naturalem? Reſpondeo, eleuationem Dei ſupponere in natura eſſe naturaliter receptiuam, & inclinatam ad huiuſmodi finem, præbere tamen illi eſſe ordinatam à Deo in finem, ad quem inclinabatur ex ſe: quæ ordinatio includit poſsibilitatem mediorum ad adipiſcendum finem, ad quem ſupponitur inclinata, & quem ex ſe non poterat adipiſci. Eo enim quod Deus eleuauit naturam ad ſe, paratus eſt illi præſtare ſufficientia media, quibus poſſet conſequi finem optatum: quæ media ſunt dona ſupernaturalia, quæ nemini denegat. Ex quibus colligitur ſolutio ad authoritatem Diui Auguſtini cuius verba, *Feciſti nos Domine ad te*, non ſunt intelligenda de eleuatione naturæ, ſed de creatione ipſius: eo enim quod Deus condiderit naturam intellectualem capacem ſuæ viſionis, & fruitio- 30.

& fruitionis, & perfectibilem per illas, ex quo oritur naturalis propenſio mentis, fecit illas ad ſe: & ex hoc oritur cordis inquietudo uſque adoptatam quietem beatitudinis.

---

§. 6.

Naturam non immediatè, ſed mediante potentia, Deum appetere ſuadetur.

31. IAM tandem circa quartum quæſitum reſoluendum, quarto obſeruandum eſt, varias eſſe, circa ipſum Doctorum Sententias, quas propter vitandã prolixitatẽ non refero. Reſolutorie tamen dico in eo ſenſu intelligendum eſſe hominem appetere beatitudinem, in quo dixit Phyloſophus omnem hominem naturaliter appetere ſcire. Cum enim beatitudo non competat naturæ immediatè, ſed mediantibus potentijs operatiuis animæ: quia nõ beatur homo, niſi intellectu, & voluntate: conſequens eſt, quod perfectio beatitudinis mediatè competat naturæ, immediatè verò, & formaliter potentijs ipſis, ſicut ſcire mediate competit homini, immediatè vero intellectui. Cum vero videre Deum competat intellectui, & frui ipſo competat voluntati, hinc diuina viſio perficiet intellectum; diuina verò fruitio perficiet voluntatẽ, & quoniã ei idem potentiæ in eſt inclinatio, cui competit perfectio, ideo non video, cur altera ex iſtis potentijs ſeorſum ad beatitudinem adæquatam inclinetur: cum nec intellectus fruatur, nec intueatur voluntas: ſed profectò appetit intellectus Deum clarè intueri, voluntas vero appetit frui ipſo: quia tamẽ iſtæ duæ operationes ſunt adæquatè beatitudo: ideo natura cuius ſunt potentiæ, quæ ſunt iſtarum operationum principia, beatitudinẽ naturaliter appetere dicitur.

Sed ſi vlterius quæras, cui potentiæ ex his per prius competat ſuam perfectionem appetere? Reſpondeo cum Doctore libr. 1. metaphyſicæ quæſt. 1. §. *iſtæ rationes*, vbi ponitur duplex ordo, primus apprehẽſionis, ſecundus vero executionis: loquendo de primo hæc ait. *Voluntas primo appetit naturaliter ſuam perfectionem, & ex conſequenti omnium inferiorum, ſine quibus ſua perfectio haberi non poteſt.* Cũ ergo viſio beata ſit medium, ſine quo non poteſt haberi diuina fruitio, in qua beatitudo conſiſtit (vt ſuo loco tradem us) *quia nihil volitum, quin præcognitum*, ideo voluntas primo appetit frui Deo, & ex conſequenti appetit ſecundario viſionem, quæ eſt perfectio intellectus, tanquam medium ad ſui perfectionem, & quamuis viſio ſecundum ſe non ſit perfectiua voluntatis, quia eſt operatio alterius potentiæ: quatenus vero induit rationem medij neceſſarij, ſeu conditionis ſine qua non, ad fruitionem habet bonitatem quandam medij in ordine ad finem, & vt ſic, quodammodo eſt obiectum voluntatis, quia voluntas non tãtum fertur in bonitatem finis, ſed etiam in bonitatẽ mediorum, & vt ſic eſt quodammodo perfectio voluntatis: & voluntas appetit eam appetitu innato, & non elicito: vnde hæc dixit Scotus in 4. diſt. 49. quæſt. 10 litera A. *dico, quod eſt inclinatio ad propriam perfectionem, ſicut in aliis non habentibus appetitum liberum, & de illo appetitu loquitur Phyloſophus 1. Phyſicorum textu com.* 81. Loquendo verò de ordine executionis, primò intellectus appetit Deum intueri, & deinceps voluntas appetit frui eo: hæc enim ait Doctor citato loco, ex primo metaphyſicæ *Vnde homo primo naturaliter vult* (id eſt appetit) *intellectu, & voluntate ex conſequenti.* Ariſtot.

§. 7.

§. 7.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

33. 1. concl. HIs ergo præhabitis, difficultatem concludendo, dico primo: quod homo naturaliter inclinatur ad Deũ clare viſum ſuum finem, etiam vt eſt obiectũ ſupernaturale. Cõcluſio eſt Scoti expreſſa, vt patet in litera, & Diui Thomæ, vt viſum eſt ibi, quæ probatur primo, authoritate ſacræ ſcripturæ, nam ex illo

Pſalm. 4. Pſalmi 4. dicitur. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo.* Quæ verba oſtendũt hanc inclinationem naturalem ad Deum clarè viſum ineſſe hominis naturæ; nam vt ibidẽ gloſſat Diuus Auguſtinus.

D. Augu. *Hoc lumen eſt totum, & verum hominis bonum, quo ſignatur, vt denarius imagine cæſaris. Et infra: luminis, id eſt, luminoſus vultus, & illuminans nos imago, qua cognoſceris.* Supra quæ verba Pſalmi hoc idem dicit noſter

Lyranus. Lyrã. *Lumen enim naturale intellectus humani, quod eſt quædã impreſſio diuini luminis.*

34. Item probatur teſtimonijs Patrum, & præſertim illo Diui Auguſtini 5. cõfeſſionum, de quo ſupra egimus. *Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec reuertamur, & perueniamus ad te.* Quæ authoritas iuxta expoſitionem præfatam ſupra, num. 30. non poteſt non intelligi, de creatione, vt præciſe terminata ad naturam, eo; ſcilicet, quod Deus illam condiderit ſuæ viſionis, & fruitionis capacem.

S. Leo. Item teſtimonio Sancti Leonis Papæ in ſermone primo de ieiunio decimi menſis, & collectis, cuius hæc ſunt verba. *Si fideliter, dilectiſſimi, atque ſapienter noſtræ creationis intelligamus exordium, inueniemus hominem, ideò ad imaginem conditum, vt imitator ſui eſſet authoris: & hanc eſſe naturalem noſtri generis dignitatem, ſi in nobis, quaſi in quodam ſpeculo, diuinæ benignitatis forma reſplendeat: ergo ex eo in nobis eſt iſta naturalis dignitas: quia ad imaginem Dei conditi ſumus, vnde imitatores Dei eſſemus.*

35. Ratione probatur à Doctore, qui loquendo de illo appetitu naturali (inquit) *Patet, quod voluntas neceſſariò, & perpetuò, & ſummè appetit beatitudinem, & hoc in particulari.* Habetur expreſſa in citato loco quarti ſententiarum litera, A. & quo ad omnes ſui partes probatur hæc propoſitio Scoti, quam pro maiori ſumendo, ſic argumentor: voluntas naturaliter, neceſſariò, & perpetuò, & ſummè, appetit beatitudinem in particulari: ſed hæc eſt Deus clare viſus: ergo, &c. Maiorem ſic probat Doctor: nam quod appetat neceſſariò, patet, quia natura nõ poteſt manere natura, quin inclinetur ad ſuam perfectionem: quia ſi tollas illam inclinationem, tollis naturam: ſed appetitus naturalis non eſt, niſi inclinatio talis: ergo, vt ſic, neceſſario appetit beatitudinem in particulari, quia illa eſt maxima perfectio. Quod autem natura ſummè appetat hanc beatitudinem in particulari, probat: quia ſumma inclinatio naturæ eſt ad ſummam perfectionẽ: ſic enim arguit phyloſophus primo Metaphyſicę in proœmio:

Ariſt. *ſi omnes homines natura ſcire deſiderant, ergo maximã ſcientiã maximè deſiderant,* ſed ſumma perfectio voluntatis eſt beatitudo: ergo, &c. Præterea, quia in cuius poteſtate non eſt tendere, vel non tendere, in eius poteſtate non eſt remiſſè tendere: ergo ſi voluntas, vt natura, determinatur neceſſariò ad appetendum beatitudinem: ergo ſummè. Quod autem ſit perpetuò, patet ex eò quod neceſſariò appetit, eò quod natura eſt: ergo in tantum erit perpetua inclinatio naturæ, in quantum ipſa perpetua fuerit, ſed ipſa à parte poſt eſt perpetua: ergo, &c. Quia tamen hæc videntur concludere appetitum beatitudinis in communi, & non in particulari, quod eſt intentum; ideo probat hunc appetitum eſſe reſpectu beatitudinis in particulari, nempe, ad fruendum Deum, vt eſt obiectum ſupernaturale; quod probat ex hoc; quia ille appetitus eſt ad perfectionem intrinſecam realem,

qua voluntas perficitur: ſed perfectio realis non eſt aliquid vniuerſale, ſed particulare, ergo, &c. Et præterea, quia illud appetere non eſt actus ſequens cognitionem; quia tunc eſſet liber: vniuerſale autem non eſt niſi obiectũ intellectus, vel conſequens actum intellectus. ergo ille appetitus non erit niſi beatitudinis in particulari. Hactenus ſunt ferè omnia verba Scoti.

36. Probatur ſecũdo ratione Diui Thomæ vbi ſupra: nam nihil finitum quietare poteſt deſiderium intellectus creati, quia quolibet finito dato, aliquid vltra moliatur apprehendere: non igitur quieſcit intellectus creatus quacumque cognitione rei finitæ, ſed adhuc naturali deſiderio tendit ad intelligendum ſubſtantiam, quæ eſt altitudinis infinitæ. Item, quia omne imperfectum in aliqua ſpecie deſiderat conſequi perfectionem illius ſpeciei: ſed quælibet cognitio, quã natura creata habet de Deo, planè eſt imperfecta: igitur in illa non quieſcit naturale deſiderium, ſed magis ad videndam diuinam ſubſtantiam incitatur. Hac igitur duplici ratione, & alijs præclaris diſcurſibus, probat Diuus Thomas cõcluſionem noſtram in illo citato cap. 50. tertij contra gentes.

37. Quibus probationibus vltimam ſuperaddo ex communi doctrina Thomiſtarum deductam. Nam ipſi tenẽt voluntatem neceſſariò, & nullatenus liberè, ferri in Deum clarè ſibi oſtenſum, & viſum: vel ergo hæc neceſſitas voluntati prouenit ab intrinſecò, vel ab extrinſeco? ſi ſecundum aſſeras, fateri debes violenter ferri in illũ, in eoque violenter quieſcere, dum fruitur ipſo; quia vi trahitur, & neceſſitate cogitur: violentũ etenim definitur per hoc, quod ſit, *cuius principium eſt extra, paſſo non conferente vim.* Si verò dicas primum, quod nam principium excogitari poteſt intrinſecum voluntati, niſi ipſius met voluntatis naturalis propẽſio, & inclinatio? Nec valet ſolutio Thomiſtarum, quod, ſcilicet, illa neceſſitas prouenit ex infinita bonitate obiecti oſtẽſi: quia tũc (vt probatũ eſt) violẽter ferretur in tale obiectum: ſiquidem omnis neceſſitas ſibi ab extrinſeco proueniret, vltra id, quod ipſa voluntas naturaliter appetit ab intrinſeco.

Dico ſecundo: quod hæc naturalis inclinatio ad finem ſupernaturalem conuenit naturæ ex ipſius naturæ principijs intrinſecis, nullo habito ordine ad eleuationem ſupernaturalem ipſius naturæ: ita quod etiam naturæ in puris naturalibus conſtitutæ, hæc eadem inclinatio naturalis naturaliter conueniret. Concluſio eſt expreſſa Scoti, & ſtatuitur contra quoſdam Scotiſtas, quorum obiectiones ſatis ſoluimus; & concluſionem expoſuimus, & probauimus ſupra à numero 22. vſque ad numerum 30. 38. 2. conc.

Dico tertio: quod Deus clarè viſus eſt finis ſupernaturalis hominis quoad aſſequutionem ipſius. Concluſio eſt expreſſa Scoti, & de fide tenenda, prout communiter, & ſacra pagina, & concilia ſancta, & ſancti Patres, vno ore proclamant, & eleganter probat Scotus in textu, & omnis Scholaſtici contra Pelagium, & alios Hæreticos. 39. 3. conc.

Dico quarto: quod Deus clarè viſus eſt finis hominis naturalis, quo ad inclinationem humanæ naturæ. Concluſio eſt expreſſa Scoti, & Diui Thomæ (vt viſum eſt) quæ ſatis probatur ex probatione primæ concluſionis; nam humana natura naturaliter eſt inclinata, & propenſa ad beatitudinem in particulari, quæ conſiſtit in viſione, & fruitione Dei, vt viſum eſt: ergo Deus clarè viſus eſt finis naturalis humanæ naturæ, quoad eius inclinationem. Conſequentia patet: quia eadem naturalitate reſpicit potentia ſuum obiectum, qua ſibi tale obiectum naturale eſt. 40. 4. Conc.

Reſpondent Thomiſtæ, concedendo quidem voluntatem naturaliter inclinari ad beatitudinem in communi, non tamen in particulari. Hæc tamen ſolutio facilè impugnatur illa duplici inſtantia Scoti poſita ſupra, num. 35. 41.

Alij quidem ex eo noſtram improbant concluſionem, obijciendo con- 42.

contra illam, quia (inquiunt) deſiderium naturale vltimi finis in particulari competit homini, quatenus homo eſt: ergo competit illi, quatenus rationalis eſt: ergo competit illi, præſuppoſita cognitione vltimi finis; quia alias cõmunis eſſet humana natura cum brutis in põdere inclinationis: ergo nõ cõuenit naturæ ab intrinſeco, tanquam appetitus innatus, ſed elicitus: ſed cognitio Dei clarè viſibilis, non poteſt haberi, niſi ex dono gratiæ: ergo de primo ad vltimum, talis inclinatio naturæ, non competit ſibi ex naturæ ipſius principijs, ſed ex gratia.

43. Hoc tamen argumẽtum futile eſt, & parui ponderis, nam arguit ab aſſequutione ad inclinationem: verum enim eſt, quod non poteſt voluntas ferri in obiectum, quin ſit ab intellectu præcognitum, quia tunc fertur vt agẽs liberum, quod neceſſariò præoſtentionem obiecti per intellectum requirit, in quo quidem à belluis diſtinguitur: at verò loquendo de inclinatione naturali, hoc habet commune, non ſolum cum brutis, ſed etiam cum lapide, quod eſt ſuum centrum, tanquam vltimum ſuæ inclinationis quietatiuum appetere: in hoc enim diſtinguitur appetitus innatus ab elicito, (vt ſupra viſum eſt) hic enim appetitus, ſeu propẽſio naturalis, eſt veluti ipſius naturæ paſsio, quæ tamen paſsio ineſt naturæ, non vtcumque, ſed quatenus rationalis eſt, in quo etiã à brutis diſtinguitur, hoc eſt, quia ſibi conuenit hic appetitus ſecũdum quod talis natura in tali ſpecie eſt. nõ tamen ex inde ſequitur, quod quia rationalis natura appetit, in quantum rationalis eſt, appetat præuia cognitione: quia multa prædicta conueniunt naturæ rationali, eo quod rationalis eſt, quæ tamen cognitionem rationis nõ ſequũtur, vt patet de omnibus paſsionibus eius. Quia enim riſibilitas conuenit homini naturaliter, eo quod rationalis eſt, nũquid cognitionẽ rationis prærequirit. Ineptiſsimè igitur loquuntur, qui dicunt hoc pondus naturæ commune eſſe cum belluis. Quamuis enim in illa cõmuniſsima ratione, qua vnum quodque ſuum finem, & centrum naturaliter appetit, cum illis conueniat, nihilominus tamẽ differunt naturæ circa diſtinctos fines ſpeciales, ad quos inclinantur, nam lapis, & grauia omnia; appetunt deſcendere deorſum vſque ad centrum: ignis verò, & leuia; ſurſum aſcendere, & ſic de alijs: natura ergo humana in hoc à reliquis differt, quia naturaliter inclinatur ad ſuum perfectiſsimum finẽ vltimum, qui eſt Deus clarè viſus obtinendum ſuarum potentiarum operationibus.

§. 8.

Soluuntur argumenta oppoſitæ ſententiæ.

RESTAT nunc argumentis pro parte contraria adductis ſatisfacere: ideo ad primum 44. *Ad argumenta pro contraria ſententia. Ad primũ.*
dicendum eſt, priorem illũ diſcurſum verum eſſe; nam prædeſtinatio actiua donũ ſupernaturale eſt, cui ex parte prędeſtinati correſpõdet extrinſeca quædã denominatio (realis tamen, vt proprio loco videbimus) & effectus ipſius prædeſtinationis, quæ quidem omnia ſunt ordinis ſupernaturalis: quamuis autem ex hoc oriatur in prædeſtinato maior, & feruentior naturalis appetitus ad gloriã, quam ille, qui eſt in homine non prædeſtinato, imò & prout in pura natura conſtituto (iuxta quandam doctrinam, quam tradit Diuus Thomas ex Ariſtotele 3. contra gentes capit. 50. vbi ait: quod quando aliquid eſt ſibi propinquius, ex maiori deſiderio tendit ad finem; vnde videmus, inquit ipſe, quod motus naturalis corporum in fine intenditur) nihilominus tamẽ abſolutè loquendo, deſiderium illud, ſeu appetitus hominis, vel creaturæ cuiuſlibet intellectualis, ad gloriam, non eſt ex ipſa prędeſtinatione exortus, ſed ex ipſius naturæ intrinſecis

princi-

principijs dimanat, vt ſæpe dictũ eſt: magis enim, aut minus non variant ſpeciem. Et ideo tã in prædeſtinato, & in quocumque naturę eleuatæ, quã etiam in illo, qui eſt in puris naturalibus conſtitutus, eſt naturalis appetitus ad gloriã, licet forſan ſit maior in illis, quã in isto adhærendo prædictæ Diui Thomæ doctrinæ.

45. Ad 2. arg. Ad ſecundũ negandum eſt, quodcumque deſiderũ vltimi finis debere eſſe efficax: quoniã neque de appetitu innato, neque de elicito, id verum eſt. De innato etenim id ſatis cõſtat: quia cum ſit intrinſeca propenſio naturæ etiã in dãnatis cruciatis in inferno, reperitur, vt demente Scoti tradidimus ſupra num. 29. in quibus tamẽ eſt omni moda impoſsibilitas ad conſequendum hunc finẽ ſuppoſita irreuocabili & executata Dei ſentẽtia: ex quo conſequẽter eorum appetitus inefficacia euidenter infertur. De elicito quoque id patet: quia adhuc apprehẽſa beatitudine in particulari, vt nobis poſsibili, ſtat voluntatem inefficaciter illã elicitiuè appetere: vt puta, ſi ſibi deficiat auxiliũ ſupernaturale ad huiuſmodi efficacẽ appetitũ elicere. Actus etenim efficax deſiderãdi gloriam nequit a voluntate creata elici ſine ſupernaturali Dei concurſu; huoc autem (præſertim ſi ſpeciale eſſe debeat) Deum nõ ſemper omnibus præſtare de facto certum eſt.

46. Ad 3. arg. Ad tertium ex dictis cõſtat ſolutio, & machina Gabrielis Vaſquij demõſtratiua à priori facilimo negotio ruit: potius enim loculentior, quàm acutè fabricata eſt: quorſum etiam tot verba ad probandum alicuius potentiæ neceſſariò debere eſſe hunc appetitum, & ad inquirendum cuius potẽtiæ ſit, ſi Scotus, (contra quem arguit) expreſſè illum in potentia paſsiua conſtituit? Profectò quod affert difficultatis ad concludendum propoſitum, nullam difficultatẽ importat: minor namque, quam facilè demonſtrari aſſeuerat, per hoc quòd potentia paſſiua ſolum dicitur naturalis, aut ſupernaturalis, ex forma, quam recipit, falſa omninò eſt, cum (vt ex Doctore probauimus ſupra in difficultate 4. & 5.) omnis ratio ſupernaturalitatis, aut obedientiæ ſumatur in potentia non penes ordinem ad formã, quam recipit, ſed ad agens, quod illam inducit: reſpectu autẽ cuiuslibet formæ, etiam ſupernaturalis, ſolummodo eſſe potentiam paſsiuam, naturalem, violentam, vel neutram, ibique oſtendimus: & quod adducit de vnione hypoſtatica, iam reſolutum manet ſupra, num. 17. huius difficultatis.

Ad quartum, quod à poſteriori demonſtratiuum eſſe affirmat ipſe Vazquez, bene reſpõſum eſt ibi per exẽplum de anima ſeparata: ad cuius impugnationem dico, paritatem ſupernaturalitatis hic nõ eſſe ſumẽdam ex entitate formæ, ſeu modo operationis ipſius: ſed ſolum per ordinem ad agens, quod poſsit inclinationem illam ad actum reducere, vt argumentum intendit. Si etenim appetitus naturalis ſaluatur in exemplo dato ad reunitionem, abſque eo quod poſsit per aliquod agens naturale fieri talis reunitio, quid amplius requiritur ad deſtruendam machinam, quæ intendit probare, quod quoties inclinatio ad aliquam formam eſt naturalis, neceſſè eſt etiam inſtrumenta, & principium efficiens, eſſe naturale, quod poſsit contingere potentiam illam cũ illa forma? Profectò in exemplo poſito, iam iſta propoſitio vniuerſalis, quæ erat maior in argumento, manet deſtructa; & in propoſito noſtræ difficultatis ſatis conſtat ad receptionem formæ ſupernaturalis perfectiuæ non prærequiri aliquod agens naturale, quod iuxta inclinationem naturalem potentiæ talem formam inducat, ſed ſatis colligitur naturalitas inclinationis ex reſpectu, quo potentia appetit finem tamquam ſui perfectiuum. 47.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm de his, quæ ſunt cognoſcibilia in Theologia, ſit poſsibilis cognitio in alijs ſcientiis?

A. AD nonum ſic proceditur: videtur quod de his, quę ſunt cognoſcibilia in Theologia, ſit poſsibilis cognitio in alijs ſcientijs: quia eandē cõcluſionē demõſtrat Aſtrologus, & Naturalis: puta ꝙ terra eſt rotūda, ſed Aſtrologus per mediū mathematicū, ideſt à materia abſtractum: Naturalis autē per medium circa materiā cõſideratā: ergo nihil prohibet de eiſdē rebus, de quib⁹ phyſicæ ſcientiæ tractant, ſecundū quod ſunt cognoſcibilia lumine naturalis rationis, etiā aliā ſciētiā tractare, ſecundū quod cognoſcuntur lumine diuinæ reuelationis.

B. SED contra: quia quantumcũque poſſent poni habitus cognoſcitiui diſtincti, nõ tamē ſaluatur neceſsitas vnius habitus, quaſi alia cognitio ſit impoſsibilis: ponēdo poſsibilitatē alteri⁹ habit⁹ vnde cũq; diſtincti: ergo, &c.

C. Reſpendeo dicendum, *quod ſecundum quandam opinionem* dicitur; quod diuerſa ratio ſcibilis diuerſitatē ſcientiarū inducit. Dicta tamen reſponſio *ab eodem* exponitur ſic: Habitus, & eſt habitus, & eſt forma, in quantū eſt habitus habet diſtinctionē ab obiecto, in quātū eſt forma, poteſt diſtingui à principio actiuo: reſpectu autē habitus ſciētifici principia ſunt cauſæ effectiuæ: licet igitur vbi eſt idē ſcibile, puta ꝙ terra eſt rotunda, nõ ſit diſtinctio per obiecta, tamen eſt ibi diſtinctio per principia, quib⁹ Mathematic⁹, & Phyſicus hoc oſtēdūt: & ita eſt diſtinctio habituū, in quātum ſunt formæ: & nõ in quantū ſunt habitus. Cõtra iſtud: forma ēſt cõmunior habitu: quia omnis habitus eſt forma, & non ecõuerſo: impoſsibile eſt autē aliqua eſſe diſtincta in ratione ſuperioris, & nõ eſſe diſtincta in ratione inferioris: ergo impoſsibile eſt aliqua eſſe diſtincta in ratione formæ, & tamē nõ eſſe diſtincta in ratione habituū: hoc enim eſſet, ac ſi aliqua eſſēt diſtincta in ratione animalis, & indiſtincta in ratione hominis. Præterea ſupponit, ꝙ principia ſūt diſtinctiua habitus cõcluſionis in alio genere cauſæ, quā vt principia effectiua; quod falſū eſt: quia ſi aliquā rationē cauſæ diſtinctiuæ habēt ad habitus iſtos, nõ habēt, niſi rationē cauſæ effectiuæ. Ideo reſpõdeo, quod in illis ſcientijs ſpeculatiuis, & ſi tractetur de omnib⁹ ſpeculabilibus, nõ tamen, quātū ad omnia cognoſcibilia de eis, quia nõ, quātū ad propria eorū cognoſcibilia; ſicut patuit *ſupra art.* 5. quia ſi de cognoſcibilib⁹ in Theologia eſt poſsibilis cognitio tradi in alijs ſciētijs, licet in alio lumine: ergo nõ eſt de eis ne-

ceſſa-

D. Thom. 1. p. q. 1. ar 1. ad 2.

Idem 1. 2. q. 54. ar. 2. ad 2.

Lib. 6. principiorum in princip.

Concluſio.

Digitized by Google

ceſſaria cognitio theologica, cõſequẽtia patet in exemplo eius: quia per mediũ phyſicum cognoſcens terram eſſe rotundam, nõ indiget cognitione eius, per medium mathematicum, tanquam ſimpliciter neceſſarium.

Ad argumentum *ex dictis patet ſolutio.*

Expoſitio .9 Articuli quæſtionis 1. Prologi.

1. *D. Thom.* DVO continet articulus iſte primũ, ſcilicet, impugnationẽ cuiuſdam ſolutionis, qua D. Thomas 1. par. q. 1. art. 1. ad 2. & 1. 2. q. 54. art. 2. ad 2. Soluit argumentũ quoddam, quod ſibi propoſuerat contra neceſsitatẽ ſacræ doctrinæ: quia videlicet, per naturales, & phyſicas diſciplinas, cognoſcitur Deus, ibique tractatur de ipſo: ergo ſacra doctrina ſuperfluit, ſiquidem alia ſcientia præſtare poteſt, quod ipſa præſtat. Secundum verò eſt eiuſdem argumenti, & dubij, ſolutio, iuxta mẽtem Doctoris.

2. *Cayeta.* Circa primum eſt ita planè euidẽs impugnatio, quę patet in textu, vt Cayetanum coegerit ad aliam ſolutionem quærendam, qua & argumentũ ſolueret, & Diuum Thomam exponeret, iuxta Doctoris ſubtilis veriſsimam concluſionem. Nam vt in cortice literæ Diui Thomæ apparet, tota ratio diuerſitatis ſciẽtiarum ex diuerſitate rationis, & modi cognoſcendi, non verò ex diuerſitate ipſorum cognoſcibilium ſumenda eſt, ob idq; videbatur dicendum, rem ipſam diuerſis modis cognoſcibilem à diuerſis ſcientijs poſſe attingi, quod declarauit per exemplum de terra rotunda, quæ ab Aſtrologo cognoſcitur per medium circa materiam conſideratum: contra quod arguit Doctor, & probat, non eſſe ſumendam diſtinctionẽ ex diuerſa ratione ſcibilis, hoc eſt, modi cognitionis ipſius; & præſertim impugnat diſtinctionem ſcientiæ in ratione formæ, ſeu habitus, vt patet in litera. Sed Cayetanus Scoti argumento conuictus reſpondet pro Doctore Angelico, duo ibi docuiſſe: vnũ implicitè, hoc eſt, diſtinctionẽ ſciẽtiarum ſumendam eſſe ex diuerſitate cognoſcibilium: & aliud explicitè; nempè, etiam ſumi ex diuerſitate modi cognoſcendi, & ait, quod diuerſitatem modi cognoſcendi comitatur diuerſitas obiecti formaliter ſumpti, ſeu diuerſitas rationis formalis obiecti. Vnde concludit, quod eædem res ſub diuerſis rationibus cognoſcendi acceptæ diuerſitatem cognoſcibiliũ inducunt. Et propterea dicẽdo, quod eſt diuerſa ratio ſcibilis implicitè inſinuauit Diuus Thomas (inquit Cayetanus) alietatem quoque cognoſcibiliũ, quam iam in prima cõcluſione expreſſerat, & propter hoc ait, quod quamuis ex reſponſione Diui Thomæ non habeatur explicitè, niſi diuerſitas modi cognoſcendi, habetur tamen, etiam implicitè, diuerſitas cognoſcibilium. Et reſpondens ad exemplum de Aſtrologo, & Phyloſopho, fatetur non eſſe exemplum omninò ad rem, dum ait, quod exemplorum non requiritur aſsimilatio in omnibus: licet deinceps ipſum exemplum ad intentum adaptet.

Quæ Cayetani diſtinctio, & doctrina, tametſi non videtur legitima D. Thomæ expoſitio, cũ talẽ concluſionẽ, neq; etiam implicitè, litera eius cõtineat, vt videre eſt, in ſe ipſa: tamẽ nõ diſplicet: imo crediderim, quod ſit cõformis doctrinæ Scoticæ: & ideo aduertendũ eſt pro illa, quod duplex ratio ex cogitari poteſt in quacũq; ſciẽtia: prima eſt illa, quã ſumit ex ratione formali ipſius obiecti cognoſcibilis. Secunda vero, quã accipit ex ratione cognoſcendi illud. Prima ſumitur ex entitate formali obiecti, quatenus, ſecundũ quod formaliter habet eſſe, eſt cognoſcibile: Secũda vero ſumitur ex principijs, & medijs cognitionis ipſi* qua cognoſcitur tale obiectum. Quo prẹſuppoſito aſſerebat D. Thomę opinio (prout à Doctore hic relatã habemus) quod licet non ſit diſtinctio per obiecta (hoc eſt ex ratione formali obiectorum) ſufficit tamẽ diſtinctio per 3

principia,& media cognoſcendi . ad diſtinctionem ſcientiarum: ob idque Aſtrologus & phyſicus eandē terram rotundā eſſe diuerſis principijs pertinētibus ad diuerſas ſcientias oſtēdūt: ex quibus conſtat,quod prius dixeramus,nēpè,reſponſionē Cayetani diuerſam eſſe à ſolutione Diui Thomæ, quidquid ipſe in illa explicāda laboret.Hāc igitur Diui Thomæ ſententiā Doctor in hoc articulo ita ſubtiliter confutat,vt Cayetanus(velit nolit)fateri cogatur non ſufficere diſtinctionē principiorū,ſeu mediorū cognoſcēdi,ſed neceſſario prærequiri diſtinctionē obiecti formaliter ſumpti ad diuerſitatē ſcientiæ,idque D.Tho. implicitè aſſeruiſſe confingat.

4. Hac igitur impugnatione præhabita,vt cōſtat in textu,ſententiā ſuā oſtēdit Doctor(& eſt ſecūdū pūctū,quod in hoc articulo per tractat) diſtinguēs inter cōmunia,& propria cuiuſcūq; ſcientiæ:in quolibet etenim ſcientia, etiā ex parte ipſius ſcientiæ, & reperiuntur principia quædā cōmunia ſibi,& alijs ſciētijs.& propria ſimul, quæ ſibi ſoli cōpetunt,& nō per alias diuagantur.Cōmunia ſunt , vt *dici de omni,& dici de nullo*, & ſimilia,de quibus in ſequenti articulo tractat Doctor:propria verò, vt quod ex principijs nō per ſe notis ſed fideliter creditis,debeat inferri concluſio theologica.Rurſus etiam ex parte obiecti ſunt quædā cōmunia, vt puta , quod Deus eſt ens,& prima cauſa,& alia, quæ naturaliter ſciūtur de Deo: & hæc quidē etiam Phyloſophus inueſtigat, vt conſtat ex his noſtris cōmentarijs in expoſitione articuli tertij huius quæſtionis.Alia verò ſunt propria, vt articuli noſtræ fidei,qui ſine reuelatione haberi nō poſſunt:hæc igitur propria habēt rationē propriē obiectiuā, reſpectu ſacræ Theologiæ,& ideo optimè cōcedit Cayetanus,iuxta mentē Scoti diuerſitatē obiectorū præ requiri ad diuerſitatē ſciētiæ: & Doctor cōcludit in litera iuxta intentū articuli, quod licet ſit poſſibilis cognitio in alijs ſcientijs de non nullis, quæ cognoſcibilia ſunt in Theologia,vt potè, de cōmunibus,non tamen extra ſacrā Theologiā eſt poſſibilis cognitio aliqua eorum,quæ ſunt propria in ipſa.

Hoc eleganter probat Scotus,quia ex oppoſito ſequeretur, quod nō eſt eis neceſſaria cognitio Theologiæ. 5.
Quā conſequētiā probat ex eodē exēplo D.Tho. quia qui per mediū phyſicū cognoſceret terrā eſſe rotundā,nō indigeret cognitione eiuſdē per mediū mathematicū. Aliqui tamē expoſitores D.Tho.reſpōdēt, quod etiam poſito quod eadē res poſſet ſciri per mediū naturale, & theologicū,adhuc tamē Theologia nō ſuperflueret. Hæc tamē ſolutio falſa profectò eſt, quia nō poteſt cōcludi neceſſitas ſimpliciter ſciētiæ ſupernaturalis,reſpectu eorū, quę aliàs naturaliter per naturalē ſciētiā haberi poſſūt,vt optimè ex Doctore concludit Lychetus quæſt.1.prol. §.*ſed aliqui.*

Verū enim verò nō prætermittēda eſt quædā ſolutio Cayetani excogitato,quæ ſanè euacuat difficultatē argumēti,quod D.Thom.præfacta ſolutione ſoluere intēdebat:quod quidē infringebat neceſſitatē ſacræ ſcientiæ, ex hoc quod etiā phyſicæ diſciplinæ agūt de Deo,& omne ens eſt per eas cognoſcibile:quod ſoluit Cayetanus duplici diſtinctione,quarū prima eſt. Omne ens ſecundū omnia,quæ ſunt cognoſcibilia , eſt ſcibile per phyſicas diſciplinas,eſt falſum : atqui omne ens,ſecūdū omnia abſtrahibilia tātū a ſenſibilibus,eſt ſcibile per phiſicas diſciplinas,eſt verum: quæ diſtinctio pertinet ad ſcientiam,prout reſpicit obiectū:ſecūda verò diſtinctio, quæ pertinet ad modū cognitionis, ſic ſe habet. Omne ens omni modo eſt cognoſcibile per phyſicas diſciplinas,eſt falſū:at verò omne ens,eo tātū modo,quo poteſt illuceſcere per lumē intellectus agētis,eſt per phyſicas diſciplinas cognoſcibile, eſt verum: quæ duplex diſtinctio Cayetani acutiſsima eſt profectò.ſed nō propria huius auctoris,cū illā multò prius expreſſerit Doctor in hac q. art. 1. Vbi poſtquam hæc omnia egregiè tradiderit,hæc dicens concludit. *Poſita tota actione intellectus agentis,vel phantaſmatum,multæ complexiones manebunt igno* 6.

,tæ,&

Digitized by Google

te, & nobis neutra, quarum cognitio eſt nobis neceſſaria, à quo exiſtimo Cayetanũ ſupraſs prædictã diſtinctione.

ARTICVLVS X.

Vtrum prima principia poſsint applicari ad concluſiones theologicas?

A. AD decimũ ſic proceditur, videtur, quod prima principia non poſsint applicari ad concluſiones theologicas: quia prima principia nõ poſſunt applicari ad concluſiones aliquas, niſi ſenſibiles. Tum quia termini eorũ ſunt abſtracti à ſenſibilibus, & ita ſapiunt naturam eorũ. Tũ quia intellectus agens, per quẽ debet fieri applicatio, limitatur ad ſenſibilia: ergo, &c.

Deſumptũ ex Henri. in ſum.

B. Secundo præterea: quia terminus primi principij eſt ens, quod diuiditur in decẽ genera; & illud non extendit ſe ad obiectum theologicum: ergo.

Deſumptũ ex Prapoſitino. 1. par. ſum.

Tertio præterea: quia ex maioribus ſolum non ſequuntur cõcluſiones: ſed cũ minoribus, adiunctis: nunc autem minores nõ ſunt naturaliter manifeſtæ, quæ debent illis adiungi, ergo, &c.

C. Sed contra eſt: quia non magis dubitamus, quod cõtradicto ria non ſunt ſimul vera de Deo, quam de altero: vt quod Deus eſt beatus, & non eſt beatus: ergo, &c.

Deſumptũ ex Barro. lib. 1. q. 5. ſolut. ad 5. art.

D. Reſpondeo dicendum, quod, ſicut termini ſubiecti ſunt communes, ita & termini prædicati (*vt iam dictum eſt ſupra articulo primo*) quando igitur termini ſubiecti ſic diſtributi accipiuntur pro omnibus, nõ accipiuntur niſi reſpectu terminorũ prædicatorũ: quia ſunt communiſsimi: & per conſequens virtute taliũ principiorũ non ſciuntur de inferioribus, *vt puta de obiectis theologicis*, niſi prædicata communiſsima. Hoc patet ratione: quia mediũ nõ poteſt eſſe, propter quid, reſpectu paſsionis, niſi quæ includitur virtualiter in ratione illius medij: in ratione autem ſubiecti principij cõmuniſsimi nõ includitur, propter quid, aliqua paſsio particularis, ſed tantũ cõmuniſſima: ergo illud ſubiectũ non poteſt eſſe ratio cognoſcendi aliquas paſsiones, niſi communiſsimas, ſub ratione cõmuniſsima: ſed præter paſsiones communiſſimas, ſunt multæ aliæ paſsiones ſcibiles, ad quas nõ poſſunt ratione primorũ principiorũ eſſe media: quia nõ includũt illas. ergo ſunt multę veritates ſcibiles, quę nõ includuntur in primis principijs. Hoc patet ex hoc exemplo: quia iſtud, omne totũ eſt maius ſua parte, & ſi includat iſtã, quaternarius eſt maior binario, & alias ſimiles de eodẽ prædicato; nõ tamen includit iſtas, ſcilicet, quaternari⁹ eſt duplus ad binariũ: & trinarius ſe habet in proportione

Concluſio.

tione ſexquialterà ad dualitatem: nam ad iſta prædicata oportet habere media ſpecialia concludentia ipſa. Secunda probatio logica eſt; quia licet contingat deſcendere ſub ſubiecto vniuerſalis affirmatiuæ: non tamen ſub prædicato: multa autẽ prædicata cõtenta ſub prædicatis primorũ principiorũ ſunt ſcibilia de inferioribꝰ ad ſubiecta illorũ: igitur illa prædicata per prima principa non ſciũtur de illis ſub iectis. Contra iſtud obijcitur, de quolibet affirmatio, vel negatio, eſt de neceſsitate vera: ſequitur ergo de neceſsitate, hoc eſſe album, vel non album, ita quod licet ibi deſcendere ſub prædicato, & ſubiecto. Reſpondeo: illud principium de quolibet affirmatio, vel negatio, &c. Valet iſtã; de quolibet cuiuslibet contradictionis, altera pars eſt vera, altera falſa, vbi duplex eſt diſtributio ex parte ſubiecti, ſcilicet, de quolibet, & cuiuslibet, & ſub vtroq; diſtributo licet deſcẽdere: igitur de hoc huius cõtradictionis altera pars eſt vera, altera falſa: ſed ſub prædicato ſtante confuſè tãtum, non licet deſcendere: quia nõ ſequitur: de quolibet cuius cõtradictionis, altera pars eſt vera: ergo hæc pars: & ita in alijs principijs ſemper prædicatum vniuerſalis affirmatiuæ ſtat confuſè tantũ: ſiue, ſint ibi duæ diſtributiones in ſubiecto, ſiue vnæ & in propoſito exẽplo, ad hue patet propoſitũ, quia de homine verũ eſt, quod ſit riſibilis, nunquã tamẽ per hoc principiũ, de quolibet, &c. poteſt plus inferri, niſi, ergo de homine riſibile, vel non riſibile. Altera igitur pars prædicati diſiũcti, nunquã ſcietur de ſubiecto per hoc principium cõmune, ſed requiritur aliquod principiũ ſpeciale, tanquã medium determinatũ, & ratio ſciẽdi riſibile de homine.

Ad primũ argumentũ, contra. eſt: quia certum eſt intellectui, quod illa principia prima ſunt vera, nõ tãtũ in ſenſibilibus, ſed in inſẽſibilibus: nõ enim magis dubitatur; quod contradictoria nõ ſunt ſimul vera de eodem immateriali, quã materiali, quare reſponſio nulla. G

Ad ſecundũ *dico* quod hoc nihil valet, quia, *vt dixi*, nõ magis dubitamus, quod contradictoria non ſunt ſimul vera de Deo, quã de altero; vt quod Deus eſt beatus, & non beatus. E.

Ad tertiũ *dico*: quod minores ſumendæ ſub primis principijs prædicant de ſumptis ſub termi nos ſujectos primorum principiorũ: ſed notũ eſt terminos primorũ principiorũ dici de quolibet: quia ſunt cõminiſsimi, ergo, &c. F.

Expoſitio 10. Articuli quæſtionis 1. Prologi.

LITE-

1. LITERA textualis perſpicua eſt, & concluſio clara: ſed vt clarius intelligatur ordo articuli, oportet aduertere tria argumenta in principio poſita, & ſolutiones Doctoris in fine articuli: argumenta etenim ſunt rationes quædam pro roborandis tribus ſententijs quorundã, quos Doctor hîc refert: ſolutiones verò eorũ, potius impugnationes, quàm reſpõſiones ſunt, licet cõmode vtrumque contineant. Erat igitur triplex ſententia pro ſolutione tertij argumenti, quod pro opinione Phyloſophorum fuerat machinatũ: & ſic ſe habebat argumentũ, vt patet ex articulo primo huius quæſtionis, & erat argumentũ tertiũ in ordine, potẽs naturaliter intelligere principiũ, poteſt naturaliter cognoſcere cõcluſiones incluſas in principio, ſed naturaliter intelligimus principia prima, in quibus virtualiter includuntur omnes cõcluſiones ſcibiles: ergo naturaliter poſſumus intelligere omnes concluſiones ſcibiles.

2. Triplicẽ reſponſionẽ illius maioris, iuxta tres diſtinctas ſentẽtias, refert Doctor in textu: prima erat Henrici Gãdauenſis in ſua ſumma, qui opinabatur, prima principia non poſſe applicari ad concluſiones aliquas, niſi ſenſibiles, quod probat ratione poſita in principio articuli, quam optimè impugnat Doctor hîc ſolutione ad primum. Secunda erat Præpoſitiui prima parte ſummæ, qui dicebat, primũ principiũ tantum poſſe applicari decẽ generibus, vel rebus in eis contẽtis: quæ ſententia habetur pro ſecundo argumento textuali: poterat tamẽ probari ex eo, quod cõmunitas principij ſumitur a cõmunitate terminorũ, ſed terminus principij, quod eſt ens tantũ diuiditur in decẽ genera: ergo, &c. Hanc ſententiã faciliſme reijcit Doctor ſolutione ad ſecũdũ, & eius probatio ſoluetur infra ex dicẽdis diſ. 3. q. 1. art. 2. Vbi probabit entis vniuocatio, nõ ſolum reſpectu decẽ generũ, verũ & reſpectu ipſius Dei, & creaturæ, ex quo patebit, quomodo reſpectus primi principij etiam rebus diuinis cõmunis eſt. Tertia tamẽ fuit Guilielmi Varronis lib. 1. q. 1. ſolutione ad ſecundũ. Vbi ait, quod ex maioribus tãtũ non ſequuntur concluſiones, niſi adiũgantur minores: propter ea que requirũtur minores (inquit) quæ ſint naturaliter manifeſtæ, quæ ſi adiũgãtur maioribus, concluſiones quoque naturaliter manifeſtari neceſſum eſt. Quæ ſententia habetur pro tertio argumẽto, & eius impugnatio patet in textu ſolutione ad tertium.

Varronis.

3. Suam ergo profert Doctor ſentẽtiã, cõfutatis iã etiã ceteris, quæ & habetur cõcluſio articuli, & adæquata ſupra poſiti argumenti ſolutio. Reſpondet enim concedẽdo maiorẽ abſolute, nẽpe, quod potens naturaliter cognoſcere principiũ poteſt naturaliter cognoſcere cõcluſiones incluſas in principio: & primã partẽ minoris, videlicet, quod naturaliter intelligimus prima principia: negat tamẽ ſecũdã partẽ eiuſdẽ minoris, ſcilicet, iſtã quod in primis principijs includũtur virtualiter omnes concluſiones ſcibiles: quæ ſolutio ſtat in hoc, quod ex eo quod terminus prædicatus in primo principio eſt cõmuniſsimus ideo virtute primi principij, de quolibet ſubiecto contento ſub ſubiecto primi principij, verificãtur prædicata communia dicta de ſubiecto primi principij: exẽpli cauſa, de omni ente dicitur, *quodlibet eſt, vel non eſt*: ſed omne animal eſt ens: ergo de omni animali dicitur eſſe, vel non eſſe: quod bene profecto concluditur. Sed concluderetur virtute huius primi principij, *quodlibet eſt, vel non eſt*, aliqua proprietas inferior de animali, vt pote, quod ſit *iraſcibile, &c.* minime quidẽ: quia hoc prædicatum *iraſcibile*, non eſt commune in illo primo principio, enti in communi, cui tale principium conuenit: aliàs enim etiam de lapide, & de quocumque inſenſibili verificantur eſſe iraſcibile, quod planè falſum eſt: hoc probat Doctor, ex eo quod medium non poteſt eſſe propter quid reſpectu paſsionis, quam virtualiter non includit. Vnde non poteſt demonſtrari, aut concludi, de homine, quod ſit riſibilis, per hoc mediũ, quia, ſcilicet, eſt animal: ex oppoſito etenim ſequeretur demonſtrari poſſe 4.

de omni contento ſub animali, quod eſſet riſibile, & tunc equus riſibilis eſſet, & ſimiliter leo, & cuncta animalia diuiſim, & copulatim, eſſent riſibilia, quod eſt abſurdum. Et ratio à priori eſt, quia riſibilitas non includitur virtualiter in animali: quoniam vero per oppoſitum includitur in rationali, ideo per hoc medium, rationale, demonſtratur de homine, riſibilem eſſe.

4. Sic igitur in propoſito concludit Doctor, quod licet in ſubiecto primi principij communiſsimi (quod eſt ens) includantur paſsiones communiſsimæ, & conuertibiles cum eo: nõ tamen includuntur paſsiones inferiores, & ſic patet, quod quamuis prima principia communia poſsint applicari ad concluſiones theologicas ſecundum illas tãtummodo proprietates, quæ in illo principio communiſsimo includuntur (vt puta quod Deus eſt beatus, vel non eſt beatus: quod probatur per hoc medium, *quodlibet eſt, vel non eſt*, quod competit Deo, eo præciſe, quod eſt ens) non ideo poterunt applicari talia prima principia ad concluſiones theologicas ſecundum proprietates, & paſsiones proprias ipſius Theologiæ: quia tales paſsiones nõ clauduntur in illis primis principijs, ſed à principijs omninò deſuper reuelatis dimanãt. Vnde euidenter concluditur falſitas illius ſecundæ partis minoris, quod, ſcilicet, in primis principijs communiſſimis (de quibus argumentum procedit) includuntur omnes concluſiones ſimiles.

5. Porrò ſi duas priores ſententias cũ concluſione Scoti conformare velimus, non immerito ad eundem ſenſum illas reducit Lychetus quæſt. 1. prologi, §. *tertio principaliter*, dum ait: quod ſi Henricus intelligat per prima principia, via naturali pro hoc ſtatu, tatũ poſſe ſciri cõcluſiones ſcibiles, quorũ termini ſunt ſcibiles, vel in ſe formaliter, vel tantum virtualiter, aut eſſentialiter contenti in ſenſibilibus; tunc optimè ſentit, & nullatenus à Doctoris ſententia diſcedit: cũ Doctor ipſe expreſſe velit pro hoc ſtatu non poſſe à nobis cognoſci, niſi quæ vno, vel altero ex iſtis modis ſenſibilia ſunt. Et tunc etiam applicari poſſunt eis, quæ in Theologia ex ſenſibilibus conſequimur, ſi autem velit Henricus, quod prima principia, nullomodo inſenſibilibus, & immaterialibus applicari poſsint, loquendo de intellectu noſtro, ex ipſius intellectus natura, hoc planè falſum eſt, cum intellectus noſter ex ſua natura poſsit naturaliter cognoſcere inſenbilia, & immaterialia plura, vt infra diſtin. 3. quæſt. 3. art. 1. Subtiliter probat Doctor. cuius inſtar modi, ſecundam quoque Præpoſitiui ſententiam intelligi poſſe, tradit Lychetus.

Ratio autem, propter quam dicendum cenſeo, non poſſe applicari prima principia niſi terminis, quos ex ſenſibilibus addiſcimus, eſt, quia de lege communi nullos alios terminos ſcire poſſumus, niſi eos, quos per abſtractionem intellectus agentis à phãtaſmatibus conſequimur. 6. Vnde planè infero: quod facta ſemel reuelatione de notitia terminorum in ſenſibilium, vt puta, quod Deus eſt trinus & vnus, poſſumus huic propoſitioni applicare prima principia communiſsima, pro ea ratione dumtaxat, qua termini talis propoſitionis virtualiter continentur in illis principijs: quam obrem cognito iam per reuelationem Deum eſſe trinum & vnum, poſſum ego ſic applicare hoc primum principium communiſsimum, *quodlibet eſt, vel non eſt*, huic connexioni terminorum: vel Deus eſt trinus & vnus, vel non eſt trinus & vnus: & ſimiliter dicendum eſt de iſtis. vel pater genuit verbum, vel nõ genuit verbum: vel Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio, vel non procedit à Patre & Filio: quia, vt egregie inquit Doctor in hoc articulo, non magis dubitamus: quod contradictoria non ſunt ſimul vera de Deo, quam de altero, vt quod Deus eſt beatus, & nõ eſt beatus.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm rationes, quibus probatur neceſsitas ſacræ doctrinæ, ſint demonſtrationes, aut perſuaſiones tantum?

A. AD vndecimum ſic proceditur: videtur, quod rationes, quibus probatur neceſsitas ſacræ doctrinæ, ſint demonſtrationes: quia tres rationes, quibus innititur ſolutio totius quæſtionis (*quæ, ſcilicet, latiſſime habẽtur ſupra*) probabiliores apparent: ergo, &c.

In art. 3. 4 5. & 6.

B. SED Contra eſt: quia contra iſtas tres rationes inſtatur ſimul, quod ſe ipſas deſtruant: quia quod oſtenditur eſſe neceſſariũ cognoſcendum, hoc oſtenditur eſſe verum: quia nihil ſcitur, niſi verum: ergo quidquid iſtæ rationes oſtendunt eſſe neceſſarium cognoſci: puta, quod fruitio Dei ipſe eſt finis hominis, quoad primam rationem. Quod via deueniendi ad ipſam eſt per merita, quæ Deus acceptat, vt digna tali præmio, quoad ſecundam: quod Deus eſt trinus, & contingenter cauſans, & huiuſmodi; quoad tertiam: totum illud oſtẽditur eſſe verum: vel ergo illæ rationes non ſunt, niſi ex fide; vel ex ipſis concluditur oppoſitum eius, quod probant.

L. poſt. ex co. 5. & alibi ſæpe.

C. Reſpondeo dicẽdum. Quod naturali ratione oſtenditur neceſſarium eſſe ſcire alteram partem determinate huius contradictionis: fruitio eſt finis, fruitio non eſt finis, hoc eſt, quod intellectus non ſit mere dubius, vel neuter, in hoc problemmate, an fruitio ſit finis; quia talis dubitatio, vel ignorantia impediret inquiſitionem finis: non autem oſtẽditur ratione naturali: quod hæc pars ſit neceſſario cognoſcẽda, & hoc modo rationes prædictæ, vt ſunt naturales, concludunt de altera parte cõtradictionis, hac, vel illa: non determinate de hac, niſi ex creditis tantum. Vnde nota, quod nullum ſupernaturale poteſt ratione naturali oſtendi ineſſe viatori, vel neceſſario requiri ad perfectionẽ eius, nec etiam habens poteſt cognoſcere illud ſibi ineſſe: igitur impoſsibile eſt hoc probare contra Phyloſophum ratione naturali. Si autem arguitur ex creditis, non eſt via contra Phyloſophũ, quia præmiſſam creditam non concederet. Vnde rationes factæ contra eum alteram præmiſſarum habent creditam, vel probatam ex creditis: & ideo non ſunt, niſi perſuaſiones theologicæ ex creditis ad creditum.

D. Ad illud, *quod arguitur ex tribus rationibus: patet, quòd aliæ duæ rationes aliarum*, non videntur plurimum efficaces, *vt viſum eſt*

art.1. & *reſpectu illarum dictum eſt*, quod tres rationes probabiliores apparent (*cum hoc tamen ſtat, quod etiam tres tantum ſint*) perſuaſiones Theologicæ.

Expoſitio 11. Articuli 1. quæſtionis Prologi.

1. QVATVOR ſyllogiſmorũ ſpecies diſtinguit Phyloſophus 1. Topicorum cap.1. primumque aſſerit eſſe demonſtratiuum, ſeu demonſtrationẽ, ſecundum dialecticum, quẽ etiam topicum vocant, tertium pſeudographum, quartum tandem ſophiſticũ, quæ diuiſio adæquata eſſe debet apud Phyloſophos, quia omnis ſyllogiſmus, vel deceptionẽ generat, & tunc ſophiſticus dicitur, vel gignit errorem, hoc eſt falſam exiſtimationẽ in modum ſcientiæ, ſeu falſitatem pro ſcientia reputatam, & tunc eſt pſeudographus, vel generat opinionẽ probabilem, & ſic eſt dialecticus, vel tandem ſcientiam generat, & tunc eſt demonſtratio.

2. Tametſi autem hæc ſyllogiſmorũ diuiſio apud naturales Phyloſophos adæquata ſit, aliam inſuper ſyllogiſmi ſpeciem, penes Theologos neceſſario debemus conſtituere, quæ in nulla ſupradictarum continetur: & hæc quidem eſt argumentum theologicum, quo ſupernaturales concluſiones inferimus: non etenim contineri poteſt ſub ſpecie ſyllogiſmi ſophiſtici: quia nititur principijs ab ipſomet Deo reuelatis, qui hominem decipit, nec poteſt decipere, nã vt ait Diuus Theodoretus ſuper Ezechiel cap.14. *Non eſt iuſti iudicis Dei decipere, & in errorem inductum punire.* Nec valet, ſi obijcias ex Ezechiele cap.14. Deum decepiſſe quendam Prophetã: *Ego Dominus decepi Prophetam illum*; nam vt ait idem Theodoretus ibi exponens: *Non igitur ſecundum efficaciam ait ſe Prophetam in errorẽ inductum ire, quia non eſt iuſti iudicis proprium decipere Prophetam, &c. Sed ſecundum permiſſionem, hoc eſt, cum poſſim ipſius ſtatim mendacium redarguere, ſuſtinens, & diuina lenitate vſus, permito, vt dolo vtatur, quem voluntate, non autem neceſſitate, exercet.* Sic etiam Lyra ibidem. Nec per eandem rationem poteſt ſyllogiſmus theologicus eſſe pſeudographus, quia Deus nec poteſt falli, nec fallere, iuxta illud Pſalmi 30. vbi Dauid vocat Deum, Deum veritatis: & ideo ſyllogiſmus, qui nititur principijs à Deo reuelatis, errorem generare non poteſt. Nec tertiò dialecticus erit: quia licet nonnunquam pro ea parte, qua nititur principio alicuius præmiſſę naturalis, ſeu moralis, opinionem inducat, tamen ex ſe indefectibilem fidei certitudinem continet, quæ omnem opinionem, & dubitationem, excludit. Nec tãdem demonſtratiuus eſſe poteſt, quia procedit ex creditis: ſyllogiſmus autem demonſtratiuus nõ ſolum ex certis & veris principijs, verum etiam naturaliter per ſe cognitis, cauſatur, quod patet ex Ariſtotele 1. poſteriorum cap.2. vbi ait, quod ex notioribus natura procedit, quia ex cauſis, cauſæ ſiquidẽ priores ſunt, ac notiores natura, quam effectus: vnde neceſſario debent eſſe naturaliter per ſe notæ: per ſe autẽ notæ ab ipſo Phyloſopho 1. poſteriorum cap.3. dicuntur pronunciata neceſſaria, adeo perſpicuæ veritatis, vt ſi terminorum modo ſignificationem teneas, ſtatim illis aſſentiaris. Cum igitur demonſtratio ſcientiam generet, & ſcientia ſit rem per cauſas cognoſcere, neceſſario debemus naturaliter cognoſcere cauſas, vt per eas ad cognitionem effectus ſcientifice & demonſtratiue deuenire poſſimus.

A

B

Ariſtot.

3. Vnde optime, vt colligitur ex Phyloſopho 8. Topicorum cap.4. demonſtratio definitur per hoc, *quod ſit ratiocinatio, quæ conſtat ex omnino veris, neceſſarijs vt, ex primis, ſeu immediatis, ex prioribus, ac notioribus natura, & continentibus cauſam concluſionis.* Quæ omnia (vna dumtaxat particula dempta) Ariſto.

in

in ſyllogiſmo theologico reperiuntur: non etenim ex notioribus natura procedit. Et aduertere oportet, quod dupliciter poteſt intelligi, ly notioribus natura, primo, ſcilicet, ad differentiā eorū, quæ a poſteriori cognoſcūtur. Vnde poſuit Phyloſophus, ſecundo poſteriorum cap. 9. duplicem demonſtrationem, alteram, quæ vocatur demōſtratio *propter quid*, qua cog-

Ariſtot. noſcitur effectus per cauſas, altera vero, *quia*, qua vice verſa, cauſa per effectus cognoſcitur. Hæc autem eſt differentia inter effectum, & cauſam, reſpectu cognitionis: quod cauſa eſt ſecundum ſe, & ex ſua natura, notior, quam effectus, effectus autem reſpectu noſtræ cognitionis notior eſt quā ſua cauſa; vt late in quæſtione de primo cognito noſtri intellectus tradit Doctor. Habita igitur comparatione inter notius natura, quod eſt cauſa, vel notius quo ad nos, quod eſt effectus, loquendo de demonſtratione *propter quid*, ait phyloſophus, quod demonſtratio ex notioribus natura procedit, ac ſi dicat, quod procedit ex cauſis, quæ natura ſua, & ex ſe notiores ſunt.

4. Hoc ergo modo benè poteſt procedere ſyllogiſmus theologicus, *ex notioribus natura*: quia iam notis fidei principijs per diuinam reuelationē, & propoſitionem Eccleſiæ, infert ex illis concluſiones, quibus effectus talium principiorum cognoſcit, vt cōſtat. Secundo verò modo ſumitur ly, *notioribus natura*, ad explicandam cognoſcibilitatem perſe, & ex terminorum, & ſignificationis natura, ac ſi aperte dicat Phylophus, hæc principia, ex quibus demonſtratio concluſionē infert, per ſe nota eſſe debere: & hoc idem eſt, ac ſi dicat, naturaliter nota ſunt, & vt ſic excludit cognitionem omnium ſupernaturalium. Hoc igitur poſteriori modo intellecta particula ex notioribus natura, nequit in argumētis theologicis reperiri; quia cum procedant ex fidei principijs, quæ naturaliter nota non ſunt, nō ex per ſe notis procedunt, ſed ex creditis.

Concludit ergo Doctor in hoc articulo, quod ſi arguitur ex creditis, non eſt via contra Phyloſophum; quia premiſſam creditā de fide nō concederet. In quocūque enim argumēto theologico, ſaltem vna præmiſſarum eſt credita de fide, licet altera ſit naturalis, & moralis, vt patet in hoc ſyllogiſmo. Omnis hoſtia ritè conſecrata continet corpus Chriſti, omnis hoſtia, quæ eſt in cuſtodia altaris cuiuſuis Eccleſiæ, eſt ritè conſecrata; ergo omnis talis hoſtia cōtinet corpus Chriſti. Quod argumentum alteram præmiſſarum, nempe, maiorem, habet ſimpliciter creditam: quod in omni argumento theologico ſeruatur: quia altera præmiſſarum ad minus eſt ſic credita, vel prouata ex creditis, vt hic docet Doctor: Hanc ergo negabit naturalis Phyloſophus, & non eſt nobis via aliqua ad demōſtrādam hanc præmiſſam negatam, & per conſequens nec cōcluſionem illatam ex ea: concludit igitur Doctor, omnes rationes theologicas, quibus in ſuperioribus probauerat neceſsitudinem ſacræ doctrinæ, non eſſe demonſtrationes, ſed perſuaſiones ex creditis ad creditum, quod in reliquis theologiæ argumentis dicendum eſt: quāuis non nulli mordaces Doctori ſubtili falſa imponant, emanationes diuinas demonſtratiuè probare intendiſſe (de quo infra ſuo loco) Syllogiſmum igitur theologicum, non demonſtrationem, ſed theologicam perſuaſionem Doctor appellat. 5.

(?¿?)

QVÆ-

QVÆSTIO SECVNDA

De veritate ſacræ doctrinæ, quo ad ſui certitudinem.

DEINDE videndum eſt, quot vijs cōtra hæreſes poſsit rationabiliter conuinci veritas ſacræ, & canonicæ doctrinæ, & circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primò. Verùm ſacra Scriptura ſufficienter contineat doctrinam neceſſariam viatori?

¶ Secundò. Verùm veritas ſacræ doctrinæ rationabiliter conuincatur ex pronuntiatione prophetica, & ſcripturarum concordia?

¶ Tertiò. Verùm veritas ſacræ doctrinæ cōuincatur, ex auctoritate ſcribentium, & credentium diligentia?

¶ Quartò. Verùm veritas ſacræ doctrinæ cōuincatur ex rationabilitate contentorum in ſcriptura, & irrationabilitate ſingulorum errorū?

¶ Quintò. Verùm veritas ſacræ doctrinæ conuincatur ex ſtabilitate Eccleſiæ, & miraculorum claritate?

ARTICVLVS I.

Verùm ſacra Scriptura ſufficienter contineat doctrinam neceſſariam viatori?

A. AD primum ſic proceditur, videtur, quod ſacra Scriptura non contineat ſufficienter doctrinam neceſſariam viatori: quia cognitio neceſſaria nunquam defuit generi humano: ſed ſacra Scriptura non erat in lege naturæ: quia Moyſes primo ſcripſit Penthateucu: nec tota erat in lege Moſayca, ſed tantum vetus teſtamentū: ergo, &c.

B. Secundo præterea: quicumque Auctor ſcientiarum humanarum, quāto acutior intellectu, tantò plus vitat ſuperfluitatem in tradendo: ſed in ſacra Scriptura videntur contineri ſuperflua, vt cerimoniæ, & hyſtoriæ multæ, quarum cognitio non videtur neceſſaria ad ſalutem: ergo, &c.

C. Tertio præterea: multa ſunt, de quibus non cognoſcitur certitudinaliter ex ſacra Scriptura, vtrùm ſint peccata mortalia, vel non, quorum tamen cognitio eſt neceſſaria ad ſalutē; quia neſciens illud eſſe peccatum mortale, non ſufficienter vitabit illud: ergo, &c.

D. Sed cōtra eſt: quod Auguſtinus 11. de ciuit. cap. 3. Loquens de ſcriptura canonica ait: cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos ipſos noſſe idonei ſumus. *11. De ciui tat. c. 3.*

E. Reſpondeo dicendum: quod in iſta quæſtione ſunt hæreſes innumeræ damnātes ſacram Scripturam, vel partem eius, ſicut pa-

tet:

tet in libris Damaſceni, & Auguſtini de hæreſibus: quidam enim Hæretici nihil de ſcriptura recipiunt. Quidam non vetus teſtamentum, vt Manichei, ſicut in lib. Auguſt. de vtilitate credẽdi patet, dicentes vetus teſtamẽtum eſſe à malo principio. Quidã vero tantũ teſtamẽtũ vetus accipiũt, vt Iudæi. Quidã autẽ aliquid vtriuſq; vt Sarraceni, quibus Machometus immũdus alias immunditias innumeras inmiſcuit. Quidam aliquod dictum in nouo teſtamẽto, puta Hæretici, qui diuerſas ſententias ſcripturarum malè intellectas, habentes pro fundamento, alias neglexerunt, verbi gratia, ad Romanos 14. Qui infirmus eſt, olera manducet. Item Iacobi 5. confitemini alter vtrũ peccata veſtra. Ex hoc errarunt circa ſacramentum pœnitentiæ dicendo, illud poſſe diſpenſari à quocumque non Sacerdote, vel alijs huiuſmodi auctoritatibus innitendo malè intellectis. Contra omnes iſtos in communi, octo ſunt viæ eos rationabiliter conuincendi, quæ ſunt pronuntiatio prophetica, ſcripturarum concordia, auctoritas ſcribentium, diligentia recipientium; rationabilitas contentorũ, irrationabilitas ſingulorũ errorũ, Eccleſiæ ſtabilitas, miraculorũ claritas. *De quibus octo vijs conuincendi hæreticos per ſequentes articulos erit ſermo.*

Hoc autẽ loco poteſt adduci teſtimoniũ eorum, qui foris ſunt Ioſephus in lib. 18 antiquitatum pulcherrimum teſtimonium ponit de Chriſto: vbi inter alia de Ieſu ait. Chriſtus hìc erat, vbi eius veram doctrinam, & reſurrectionẽ ex mortuis confitetur. Itẽ de prophetia Sybillæ, notã illud de ciuit. 18. cap. 23. Ieſus Chriſtus Filius Dei Saluator. Itẽ contra epiſtolã fundamenti nota, quomodo ſinguli Hæretici de Catholicis inquiſiti, non ad ſuos mittũt, ſed ad veros Catholicos; quaſi etiam illi ſoli ab omnibus etiam Hæreticis Catholici nominentur. Item poteſt adduci; quod Deus non deeſt quærentibus toto corde ſalutem; multi autem diligentiſsimè inquirentes ſalutem, ad hanc ſectam conuerſi ſunt: & quantò feruentiores facti ſunt inquirendo, tantò in hac ſecta amplius confirmati, ſubitoque in ea pœnitentes de malitia ad bonam vitam mutati ſunt: tormenta quoque pro eã plures in magna exultatione ſpiritus perpeſsi ſunt. Quæ non videntur probabilia, niſi Deus hanc ſectam ſacræ Scripturæ innitentem irrefragabiliter approbaret, & ordinaret ad ſalutem. Habito igitur contra Hæreticos quod doctrina canonis eſt vera; videndum eſt ſecundò: an ſit neceſſaria, & ſufficiens viatori ad conſequendum finem ſuum

ſuum.Dico igitur:quod iſta tradit,quid ſit finis hominis in particulari:quia viſio,& fruitio Dei: & hoc quantum ad circunſtantias eius appetibiles: puta quod ipſa habetur per reſurrectionem ab homine immortali, & in corpore,& in anima ſimul,ſine fine. Ipſa etiam determinat, quæ ſunt neceſſaria ad finem,& quod illa ſufficiant:quia decem mandata Matth.19. ſi vis ad vitã ingredi ſerua mandata,de quibus habetur in Exodo. Horum etiã explicatio,& quantũ ad credenda,& quantum ad ſperanda, & quantum ad operanda,explicatur ex diuerſis locis ſcripturæ: proprietates quoque ſubſtantiarum immaterialium,in ea tradũtur,quantum poſsible eſt, & vtile viatori noſſe.Iſta ergo conferendo ad tres rationes,quibus nititur ſolutio quæſtionis præcedentis patet,quod ſacra Scriptura ſufficienter continet doctrinã neceſſariam viatori.

Exod.c.20 & 23.

Concluſio.

F. Ad primum argumentum principale:ad minorem, reſpondeo, quod lex naturæ paucioribus fuit contenta, quæ memorialiter ad filios per patres deuenerunt; illi etiam homines magis erant præditi in naturalibus;& ideo modica doctrina inſpirata potuit eis ſufficere. Vel aliter ad illud, & aliud de lege Moyſi, poteſt dici: quod ordinatus proceſſus ſcripturæ oſtendit eius Doctorem, ſecundum Auguſtinum 83.quæſtionũ quæſt. 53.

G Ad ſecundum dico: quod dulcius capitur,quod latet ſub aliqua ſententia literali, quam ſi eſſet expreſſè dictum: & ideo ad deuotionem confert illa,quæ expreſſa ſunt in nouo teſtamento ſub figura velata fuiſſe in veteri: hæc quoad cerimonias: ſed quoad hyſtorias, in quibus exempla ſunt legis declaratiua, ſimiliter ex toto proceſſu ſcripturæ patet ordinata Dei gubernatio, reſpectu hominis,& totius craturæ.

H. Ad tertium.Origines in homil.de archa Noe dicit; nulla ſcientia omnia ſcienda explicauit,ſed illa, ex quibus poſſunt alia ſufficienter eligi. Vnde multæ veritates neceſſariæ non exprimuntur in ſcriptura: etſi ibi virtualiter contineantur, ſicut concluſiones in principijs; circa quarum inueſtigationem vtilis fuit labor expoſitorum, & Doctorum.Etſi obijcias: multa in actibus humanis ſunt dubia,vtrum ſint peccata mortalia, etiam ſuppoſitis omnibus doctrinis Doctorum, & Expoſitorum? Reſpondeo, non eſt dubia via ſalutis ſimpliciter: quia à talibus, tanquam à periculoſis,debet homo ſibi cauere, & cuſtodire ſe, ne homo, dũ ſe exponit periculo,incidat in peccatum

catum:quod ſi noluerit quærere ſalutem,ſed non curando exponat ſe periculo, vbi fortè de genere actus non eſt peccatum mortale: tamen peccabit mortaliter ſe tali periculo exponendo.

Expoſitio 1. Articuli quæſtionis 2. Prologi.

1. MAGNAM in hoc articulo ſuſcipimus cum Doctore Prouinciam, & forſan potius ex profeſſò à poſitiuis Doctoribus, quam à Theologis ſcholaſticis exploratam, & magna quidem, hac noſtra ætate præſertim, exiſtit, in qua deprauata Hæreticorum rabies circa ſacrę paginę ſcripturas in dies, magis, ac magis, ſic catholicam veritatē momordit, vt firmiſsima ſacræ Theologię fundamenta, quæ in vtroque teſtamento ſcripta ſcrutamur, ſophiſticis argumentis Lutherani, Caluiniſtæ, Libertini, & Stieni, Keldiani pro viribus labefactare præſumant. In primis etenim omnes ſcripturas ſacras intendunt ſubuertere, & tantum lumini interni ſpiritus ſtandum fore perſuadere laborant: ex illis verbis Apoſtoli potiſsimè 2. Corinthiorum 3. cap. vbi inquit, *Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus, litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat*, ex quibus hæc inferunt. Igitur quemadmodum vetus teſtamentum Iudæorum eſt, & nihil ad homines Chriſtianos pertinet: ita nec ſcripturæ diuinæ (quæ nihil aliud quam literæ ſunt) ad Chriſtianos homines pertinebunt. — 2.Corin.3.

2. Hoc argumentum, multis profectò, & præclaris ſolutionibus ex ſanctis Patribus adductis, delet Robertus Bellarminus lib. 1. de verbo Dei capit. 3. & contra Caluinum de hoc arguit noſter Vega libr. 13. de iuſtificatione cap. 28. & lib. 15. c. 3. & alijs in locis, & alij plures. Præclarà autem olim Diuus Cyrillus à magiſtro Vega citatus de his Hæreticis dixerat. *Credent ſine ſcripturis, vt credant aduerſus ſcripturas*. Plerumque Doctores, qui contra Hæreticos noſtri tẽporis ſcripſerunt, hanc Hæreſim acerrimè, ac latiſsimè confutant. Nos autem licet occaſione literæ textualis, logos de hac materia deberemus hîc tractatus inſerere: non ideo ſic longis Hæreticorum confutationibus ſpeculationes ſcholaſticas omittemus, ſed huius quęſtionis litera breuiter ſatisfacta, ad proprium ſpeculandi munus redire conabimur. — Bllarm. Vega. D.Cyrill.

3. Scripturam igitur ſacram vtriuſque teſtamenti in ſacris Biblijs contentam indubitabili fide vniuerſa cõfitetur Eccleſia, ſanctique Patres omnes. Vnde Diuus Auguſtinus lib. 12. de ciuitate Dei cap. 9. inquit. *Scripturæ fides mirabilem authoritatem nõ immeritò habet in orbe terrarum, atque in omnibus gentibus, quæ ſibi eſſe credituras inter cætera, quæ dixit vera diuinitate prædixit.* Patet hoc idem ipſius ſacræ paginæ teſtimonijs: nam Ioſue cap. dixit Dominus, *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus*, Et Marci 12. Chriſtus Dominus Saducæos redarguit dicens: *Nonne ideo erratis neſcientes ſcripturas? De mortuis autem, quod reſurgant non legiſtis in libro Moyſi?* Et Ioannes 5. cap. inquit: *Scrutamini ſcripturas, &c.* & 2. ad Thimoteum 3. cap. inquit Apoſtolus, *ab infantia literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, omnes ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, &c.* — D. Aug. Ioſue. Marci. Ioan. 2. Ad Thi.

4. Hoc idem ex ſacris Concilijs ſatis conſtat, nam propheticos, & apoſtolicos vtriuſque teſtamenti libros iuxta mentem Catholicæ Eccleſiæ, iam olim in Concilio tertio Carthaginenſi, verum eſſe Dei verbum, & certam ac ſtabilem fidei regulam, definitum eſt. Nuper verò ſacroſancta Synodus Tridentina ſectione 4. — Conc. Carthag. Conc. Tri.

hęc

hæc ait: *Omnes libros, tam veteris, quam noui teſtamenti, cum vtriuſque vnus Deus ſit Auctor, necnon traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Chriſto, vel à ſpiritu Sancto dictatas, & continua ſucceſsione in Eccleſia Catholica conſeruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia ſacroſancta, Æcumenica, & generalis Tridentina Synodus in ſpiritu Sancto legitimè congregata ſuſcipit, & veneratur.*

4. Hoc idem probatur innumeris ſanctorum Patrum teſtimonijs, quæ non refero, ſed quæ infra pro ſolutione argumenti Hæreticorum ſunt poſita, hanc Catholicam veritatem confirmant.

5. Hoc idem præclariſsimè probat
Scotus. Doctor ſubtilis in textu, & adducit teſtimonia eorum, qui foris ſunt, nẽpe, Ioſephi Iudęi lib. 18. antiquitatum: tum etiam de prophetijs Sybillarum ex Diuo Auguſtino 18. de ciuitate Dei c. 23. quæ teſtimonia pulcherrima, inquit, eſſe de Chriſto Domino. Sed de hoc latam duplicem diſputationem octo ſectionibus incluſam
Suarez. tractat Suarez in principio primi Tomi ſupra tertiam partem Diui Thomæ, vbi egregiè in prima contra Iudæos Meſsiam iam veniſſe, & Ieſum Chriſtum Dominum fuiſſe verum Meſsiã oſtendit. In ſecunda verò ipſum Dominum Ieſum eſſe verum Deum, & hominem contra omnes infideles, & Hereticos, ſacris elogijs, & teſtimonijs manifeſtat: de eius autem doctrinæ veritate, & de vtriuſque teſtamenti infallibilate, ſatis in hoc articulo, & ſequentibus quæſtionis iſtius, probat Scotus.

6. Nunc iam Hæreticorum propoſito
D. Thom. argumento ex loco Diui Pauli reſpõ
Eraſm. deamus, omiſsis alijs ſolutionibus, op
Hugo Cardina. timis tamẽ, quas præbet Diuus Thomas ſuper ſecundam epiſtolam Pauli
Cayeta. ad Corinth. cap. 3. Eraſmus, Hugo Cardinalis, Cayetanus ibidem, &
Gloſſ. ord. alij, qui ex ſanctis Patribus ſubtiliſsi
D. Ambr. mas ſolutiones adducũt, quos ob vi
D. Augu. tandam prolixitatem omitto. Reſolu
Nicol. de Lyra. toriè ergo dico, per literam intellexiſſe Apoſtolum legem veteris teſtamẽti datam per Moyſem: per ſpiritum verò legem gratiæ à Chriſto Domino conditam. Sic ſuper eum locum, citantur in gloſſa ordinaria ſentẽtiæ Diui Ambroſij, & Diui Auguſtini: expreſsius tamen noſter Nicolaus de Lyra hæc profert. *Quia nouum teſtamentum non fuit datum Apoſtolis per ſcripturam, ſed per infuſionem ſpiritus Sancti illuminantis corda eorum in cognitione veritatis, & inflamantis effectum per ardorem charitatis, propter quod dicitur lex ſpiritus. Teſtamentum autem vetus lex literæ, quia ſcriptum fuit in libro, & aſperſum ſanguine, vt habetur Exodi 24. cap. & hæc differentia veteris, & noui teſtamẽti habetur Hieremiæ 31. cap. vbi ſubditur cauſa, quare nouum teſtamentum dicitur ſpiritus, & vetus teſtamentum lex literæ.*

Huic reſponſioni concordat di- 7.
ctum Ioannis capit. 1. vbi lex (inquit)
per Moyſem data eſt, gratia, & veritas, Ioan.
per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Quæ verba S. Auguſt.
ſic gloſſat Diuus Auguſtinus lib. 15. contra Fauſtum cap. 8. *Eadem lex, quæ per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, cum acceſsit literæ ſpiritus, vt inciperet impleri iuſtitia legis, quæ non impleta reos etiam præuaricatione faciebat.* Comparata igitur ad inuicem hac duplici lege veteri, ſcilicet, & noua, perſpicua eſt vtriuſque differentia, nam Moyſes deferens legem ad populum nihil aliud, quam literas ſculptas in lapidibus deferebat. Dominus verò Ieſus conditor legis gratiæ, nec legem ab alio conditam, nec à ſe ipſo ſcriptam Apoſtolis tradidit, Sed ſpiritum dilectionis, & gratiæ, quæ ſcribi, niſi in ſuorum cordibus non poterant, condidit. Quam quidem differentiam vtriuſque legis ſic innuit Apoſtolus in citato cap. & ſic contextuat: *epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, & ſcripta, non atramento, ſed ſpiritu Dei viui: nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.*

Sed iam præhabito, quod per lite- 8.
ram intelligatur lex vetus, per ſpiritum verò lex gratiæ; duo exinde ſuboriuntur dubia, quæ Hæreticorum argumentum corroborant. Primum, videlicet, quia exinde ſequi videtur, nunc, in lege gratiæ omnem ſcripturam

turam aboleri neceſſum eſſe: ſi quidem Chriſtus Dominus non atramento, ſed in cordibus noſtris, ſpiritualiter legem gratiæ ſcripſit. Et hoc eſt, quod latrabant Hæretici autumantes, & proteruientes, lumini interno ſpiritus, & non ſcripturarum elogijs ſtandum eſſe. Secundum dubium eſt; quia ex dictis item ſequitur legem veterem fuiſſe mortiferam, ſi quidem occidebat: & tunc Decalogi tabulæ non legem vitæ continebant, ſed mortis. Quod dicere nefas eſſet, & error manifeſtus.

9. Pro ſatisfactione primi dubij oportet aduertere, vtramque legem ſpiritualem fuiſſe, non tamen vtramque contuliſſe ſpiritum: & rurſus vtramque in Scripturis atramenti contineri, non tamen vtramque fuiſſe ſcriptam, quando condita eſt. Primum dictum eſt expreſſum ſancti Ioannis Chryſoſtomi ſuper hunc locum Pauli ſermone 6. vbi hæc profert. *Quid igitur, an lex non fuit ſpiritualis: quomodo ergo dicit Romanorum ſeptimo ſcimus, quod lex ſpiritualis eſt?* Et reſpondet hæc ſanctus Doctor. *Spiritualis quidem, at non præbebat ſpiritum. Non enim ſpiritum attulit Moyſes, ſed literas: nobis autem credita eſt poteſtas dandi ſpiritum*, Scilicet, per Sacramenta nouæ legis, quæ ſpiritum, & gratiam ex opere operato conferunt. Spiritualis tamen erat lex vetus, quia vt ibidem ait Apoſtolus: *Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum.* Et ſic in lege veteri non paucos floruiſſe iuſtos, & ſanctos, fides ipſa docet, & ſacra Scriptura commemorat. Lex autem ipſa non afferebat ſpiritum, & gratiam, ex opere operato, ſed quidquid ibi erat ſpiritus ex opere operantis, ſancti Patres lucrabantur. Sacramenta etenim legis veteris, & cuncta legalia, non contuliſſe gratiam ex opere operato, eſt apud omnes Theologos certum: ideoque ineficacia gratiæ erant, quia non cauſabant gratiam, quam ſignificabant, in quo à Sacramentis legis nouæ differebant: iſta namque gratiam ipſam, quam ſignificant, efficaciter cauſant, vt docent Doctores in quarto ſententiarum, diſtinctione prima, & Scotus ibidem quæſtione. 6. Hoc exprimit Concilium Florentinum, de inſtitutione Armenorum, cuius hæc ſunt verba. *Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem, baptiſmus, confirmatio, Eucharistia, pœnitentia, vnctio, ordo, matrimonium, quæ multum differunt à Sacramentis veteris legis: illa enim non cauſabant gratiam, ſed ſolum figurabant eam dandam per Chriſtum: at verò noſtra, & continent gratiam, & eam digne ſuſcipientibus conferunt.* Quod idem videtur inſinuare Concilium Tridentinum ſeſsione ſexta, canone ſecundo. Ex quibus patet, quod dixeramus, ſcilicet, vtramque legem ſpiritualem eſſe, non tamen vtramque præbuiſſe ſpiritum.

Chryſoſt.

Porrò, vtramque legem ſcriptam eſſe in voluminibus atramento, hoc à perte conſtat: non enim magis habemus ſcriptam legem veterem in ſacris Biblijs, quam nouam. Sancti namque Euangeliſtæ geſta Chriſti Domini, & Sacramenta ſcripſerunt; & ſanctus Lucas acta Apoſtolorum, ac ſacri canonici ſcriptores, Petrus, Paulus, Ioannes, Iacobus, & Iudas, catholicas ſcripſerunt epiſtolas. Quare ergo fit diſtinctio inter legem ſcriptam, & legem gratiæ, ſi quidem vtraque ſcripta eſt? Ad quod reſpondeo, quod lex vetus fuit à Deo ſcripta in lapideis tabulis: fuit enim Moyſes non conditor legis, ſed nuntius, & promulgator illius, & tantum attulit, quantum ſibi ſcriptum à Legislatore fuerat traditum, & commiſſum. Lex verò gratiæ fuit à Chriſto Domino non ſcripta, ſed ſancita in charitate ſpiritus, & prædicata, & impreſſa in cordibus noſtris, ipſam diffundente Spiritu Sancto. Hanc autem legem 10.

gratiæ, & charitatis, poſtea ſcrip-
ſerunt diſcipuli, non quidem ad ro-
bur legis, quæ non ex ſcriptis pen-
debat: ſed ad perpetuitatem memo-
riæ, ne de curſu temporis memoria le-
gis deficeret: aut ipſam poſſent adul
terare Hæretici; quos quidem Apo-
ſtoli, ſicut Chriſti Euangelizatores,
& Spiritu Sancto repleti, in Eccleſia
futuros eſſe prohetice præuidebant.
Litera igitur accidit ſpiritui legis gra
tiæ, per ſe autem legi veteri concerne
bat.

Demum ſecunda reſponſio facilior
11. erit ex prima literali expoſitione il-
lius loci, quam ſupra adducimus. Si
enim litera idem eſt, quod lex Moyſi:
ſpiritus verò idem quod lex gratiæ; &
tantum ponit ibi Apoſtolus, veriuſ-
que teſtamenti differentiam in hoc:
non eſt cur ad materialem literaturã
Scripturæ recurramus. Et ideò tunc
in fructifera erit ventilatio apud Ca-
tholicos de ſcripto, vel non ſcripto
differere: ſufficit enim ex ſanctis Pa-
tribus literalem ſenſũ huius loci habe
re, iuxta quem, *litera*, idem eſt quod
lex: & ſpiritus, idem eſt quod *gra-
tia*; quo etiam ad Hæreticos ſatis
reſponſum erit.

12. Sed numquid lex Dei cum bo-
na, ſpiritualis, & Sancta fuerit,
occidebat? Hæc eſt ſecunda propo-
ſita dubitatio, ad quam non mul-
tas ſanctorum Patrum reſponſiones
adducam, quia ferè omnes ad ean-
dem poſſunt reduci, & ideô vna
D.Chriſoſt dumtaxat Diui Chryſoſtomi con-
tentus (quæ meo videri præclarior
eſt cæteris) vtrique difficultati ar-
gumenti propoſiti ſatisfaciam. Ait
igitur Diuus Chryſoſtomus vbi ſu-
pra. *Cæterum literam hic vocat legem,
quæ punit delinquentes: ſpiritum verò
gratiam, quæ per baptiſmum viuifi-
cat à peccatis mortificatos.* Et Pau-
lo inferius hæc ſubdit. *Altera occi-
dit, altera viuificat. Quid autem hoc eſt?
in lege qui peccatum habet punitur: hic
autem, qui habet peccata, accedens
baptizatur, & fit iuſtus. Iuſtus autem
factus viuit liberatus à morte peccati.*
Egregia quidem expoſitio, & hu-
ius loci germana: quæ eſt expreſ-
ſa mens Apoſtoli, vt patet ex cita-
to loco ad Romanos ſeptimo vbi Ad Rom.
ait, *nunc autem ſoluti ſumus à lege
mortis, in qua detinebamur, ita vt ſer-
uiamus in nouitate ſpiritus, & non ve
tuſtate literæ. Quid ergo dicimus, lex pec-
catum eſt? Abſit. Sed peccatum non co-
gnoui, niſi per legem, nam concupiſcen-
tiam neſciebam, niſi lex diceret, non
concupiſces.* Et ſtatim ſubdit. *Occaſio-
ne autem accepta peccatum per manda-
tum operatum eſt in me omnem concu-
piſcentiam; ſine lege enim peccatum
mortuum erat. Ego autem viuebam ſi-
ne lege aliquando: ſed cum veniſſet
mandatum, peccatum reuixit: ego au-
tem mortuus ſum, & inuentum eſt mi-
hi mandatum, quod erat ad vitam,
hoc eſſe ad mortem: nam peccatum,
occaſione accepta, per mandatum ſedu-
xit me, & per illud occidit.* Et pau-
cis interjectis verbis, ſic exclamat
Apoſtolus. *Infelix ego homo, quis me
liberabit de corpore mortis huius?* Et
reſpondet ſibi ipſi. *Gratia Dei per
Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Se-
quuntur hanc Diui Chryſoſtomi
expoſitionem Diuus Theodoretus, D.Theod.
Theophilatus, Occumenius, & Theophil.
plures alij, cum commentario, qui Occumen.
ſancto Ambroſio tribuitur. Iuxta D.Ambr.
quam expoſitionem litera occidens
legem punientem, & intus ani-
mam occidentem, ſpiritus verò vi-
uificans gratiam liberantem à pec-
catis, & per Sacramenta conferen-
tia iuſtificationem, & vitam, ſignifi-
cant.

Sed nunc aliud ex dictis ſubori- 13.
tur dubium, quoniam ſi litera lex
occidens eſt: numquid etiam in no-
uo teſtamento leges non ſunt, qua-
rum etiam occaſione transgreſsio
fit, ex qua ſequitur mors? Cur ergo
per mortem peccati, diſtinctio fit in-
ter legem veterem, & nouam? Reſpõ
deo, relictis alijs ſolutionibus Bellar-
minij, & aliorum, hanc eſſe differen-
tiam legis, & legis: quod lex vetus o-
ſtendebat peccatum, & ex conſequen
ti comminabatur mortem, iuxta mo-
dum expoſitum: lex autem noua non
oſtendit

oſtendit peccatum, nec comminatur
mortem: ſed potius indicat remediũ
peccati;&præbet vitam ſpiritus per
gratiam,qua à morte peccati reſurgi-
mus: vt patet inductiuè in omnibus
legis nouæ præceptis, & Sacramẽtis.
*Niſi quis rennatus fuerit ex aqua,& Spi-
ritu Sancto,non poteſt introire in Regnum
Dei.*Ecce de Sacramento Baptiſmi.*Ni
ſi manducaueritis carnem filij hominis, nõ
habebitis vitam in vobis.*Ecce de Sacra-
mento Euchariſtiæ. *Accipite Spiritum
Sanctum,quorum remiſſeritis peccata,re-
mittuntur eis.* Ecce de Sacramento pœ
nitentiæ.*Ego autem dico vobis, diligite
inimicos veſtros.*Ecce de dilectione pro
ximi,& ſimilia:quæ omnia oſtendunt
vitam,& remedium peccati per gra-
tiam, quam Sacramenta efficaciter
cauſant. Diſcrimen igitur magnum
eſt inter legem,& legem: vna etenim
peccatum, & mortem indicat: altera
verò remedium peccati,ac vitam elar
gitur,& gratiam.

Suppoſita igitur ſacræ Scripturæ;
& vtriuſque teſtamẽti veritate, quam
in hoc articulo ſatis prouauit Doctor
duplici via,ſcilicet,ex teſtimonio eo-
rum,qui foris ſunt, atque ex diligen-
tia inquirentium ſalutem: tria præte-
rea in textu concludit,quæ examina-
re oportet. Primum eſt eam dici ſa-
cram Scripturam,quæ in canone con
tinetur.Secundum eſt ſacram Scrip-
14. turam continere doctrinam nobis ne
ceſſariam ad vitam. Tertium verò in
ea ſufficienter haberi quidquid ad ſa-
lutem requiritur. Circa quæ tria,
iuxta literam articuli, tres ſe-
quentes mouentur
difficultates.
(¿?¿)

DIFFICVLTAS. VII.

Vtrùm omnes libri, qui in ſa-
cris Biblijs continentur, ſint
canonici?

§ I.

*Non omnes libros ſacræ Scrip-
turæ canonicos eſſe, puta-
runt Doctores gra-
uiſsimi.*

QVONIAM omnem ſa- 1.
cram Scripturam Eccle-
ſiæ neceſſariam eſſe infra
oſtendimus,prius oporte-
bit inueſtigare, qui libri Bibliorum
ſacra Scriptura ſint, & pro ſacris, &
canonicis,a Sanctis Patribus,& ab ip-
ſa Eccleſia habeantur? Ne quis decep
tus, quorumdam etiam grauiſsimo-
rum Doctorum dictis, canonicos ali-
quos libros contemnat, ac inter apo-
chriphos numeret,aut ſaltim alios nõ
canonicos,in ſacris Biblijs tamen in-
ſertos,vt canonicos veneretur, eiſ-
que fide indubitabili credat: opere
pretium duxi, hîc breuiter ſacrorum
librorum omnium authoritatem adij
cere;neceſſarium namque eſt Theolo
go ſcolaſtico inter canonicos,& non
canonicos libros diſtinguere, vt con-
cluſiones theologicas ex ſacris infa-
llibilibus principijs poſsit inferre. 2.

Non autem canonicos eſſe omnes
libros,qui in ſacris Biblijs continen- *D.Greg.*
tur,veterum Doctorum, & ſanctorũ *Nazian.*
Patrum, probat conſenſus, quippè *Athanaſ.*
qui D.Gregorius Naziãzen.in eo car *Aſianus.*
mine,quod ſcripſit de genuinis Scrip
turis,Athanaſius in ſynopſi, & Meli-
to,Aſianus apud Euſebium,lib.4.cap.
26. librum Eſter extra canonico-
rum librorum cathalogum colloca-
rũt.Alij verò ipſũ inter cæteros ſacros

liberos numerantes, ſeptem tamẽ poſteriora capita (quæ in hæbreis textibus non haberi teſtantur) huius libri vera non eſſe capita; ſed adulterinà
Dion. Cartoſian. Nicol. de Lyra Hugo, Cardin. Cayet. Sixtus Senenſis.
additamenta, cenſebant. Cuius ſententiæ grauiſsimi extitere Doctores, vt Dyonyſius Cartuſianus, Nicolaus de Lyra, Hugo Cardinalis, & Cayetanus in eiuſdem libri commentarijs, & Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca ſancta, lib. 1. tit. *Eſter*. Tunc ſic, ſed talis liber inter canonicos in ſacra vulgata habetur, ergo, &c.

Secundo quidem hoc probatur ex
3. incertitudine Authorum plurium librorum, qui in ſacris Biblijs continẽtur. Qui profectò ob id, tanquam apochriphi cenſeri debent, & non vt canonici, iuxta gloſſam decreti, diſtinct. 15. canone *ſancta Romana*. Vbi apochriphus dicitur liber ille, cuius Author ignoratur. Sunt autem plures libri in Biblia, quorum Authores non ſcimus, vt patet de libro ſapientiæ, quem Philoni Iudæo tribuunt multi, teſte D. Hieronymo in eius prologo; & alij tam veteris, quam noui teſtamenti, vt Epiſtola ad Hæbreos, de cuius Authore à tempore Arij, & Marcionis, dubitatũ eſt: & poſtmodum quidam illam teſtabantur eſſe Barnabæ Apoſtoli, alij Lucæ Euangeliſtæ alij verò ſancti Clementis Papæ Primi, imò; & alijs Tertuliani eſſe autumabant. Tales igitur libri, & cæteri, quorum Authores ignorantur, non ſunt canonici; ſed apochriphi: ergò, &c.

Tertiò tandem, quia in ſacra Scri-
4. ptura pro canonicis venerantur libri nonnulli veteris teſtamenti, qui numquam in Biblijs veteribus à Iudæis pro canonicis fuerunt recepti, vt ſunt liber Iudith, Tobiæ, Eccleſiaſtici, Sapientiæ, nec non duo Machabæorum priores. Sed in canonizatione veteris teſtamenti fuit integra poteſtas in ſynagoga Iudæorum canonizandi libros, à quibus Chriſtiani acceperunt ſcripturas, ergo non maioris authoritatis, apud nos poſſunt eſſe tales libri, quam apud illos fuerunt. Ergo tales libri nullatenus poſſunt à Chriſtianorum Eccleſia pro canonicis recipi, cum à Iudæorum ſynagoga, tanquam canonici recepti non fuerint. Non ergo omnes libri in ſacra Biblia contenti canonici ſunt.

§. 2.

Omnes libros ſacræ Scripturæ eſſe canonicos, tenet Scotus; & omnes catholici, dummodo ſint ab Eccleſia diffiniti vera Scoti & catholicorum ſententia.

IN oppoſitum tamen eſt Doctor ſubtilis in littera textua- 5.
li, quæ habetur in corpo- *D. Auguſt*
re huius articuli, vbi hæc profert: *Habito igitur cõtra Hæreticos, quod doctrina canonis eſt vera, videndum eſt, &c.* eſt quæ communis catholicorum ſententia, pro cuius expoſitione ſupponendum eſt primo Hæreticos eſſe omnes, qui canonicarum ſcripturarũ negauerint veritatem. Illis etenim indubitabili fide credendum eſt, vt docuit D. Auguſtinus in Epiſtola 19. ad Hieronymum dicens. *Ego ſolis eis ſcripturarum libris, qui iam canonici appellãtur didiſci hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum Authorem ſcribendo aliquid erraſſe, firmiſsime teneam.* Quę autem in particulari ſit doctrina canonis erat ſub dubio ante Sacroſanctam Tridentinum ſynodum. Et de hoc præſens difficultas procedit; nã vniuerſaliter loquendo, nulla de hoc vnquam fuit apud ſanctos Patres, & Doctores Catholicos, dubitatio: firmiter etenim ſe Eccleſiæ, & ſummi Pontificis iudicio ſubiecerunt, & eã tantummodo ſcripturam canonicam eſſe credebant, quam ſibi Canonizabat Eccleſia.

Hoc probant innumera Sancto- 6.
rum Patrum teſtimonia, & primo ſan *D. Cirilus.*
cti Cyrili in ſuo theſauro, & citatur à
D. Thoma in opuſculo de erroribus *D. Hiero.*
Græ-

Digitized by Google

Græcorum,qui ait: *Debemus nos capiti noſtro Romano Pōtifici adhærere,& ad omnes pertinet ab eo quid credēdum,ac tenendum ſit,accipere.* Item Diui Hieronymi,qui ad ſummum Pōtificem Damaſum hæc ſcribit. *Obteſtor beatitudinem tuam per crucifixum mundi ſalutem, &c. vt mihi in Epiſtolis tuis,ſiue tacendarum,ſiue dicendarum Hypoſtaſeon detur authoritas.* Item D.Auguſtini,lib. contra Epiſtolam fundamenti,cap.5. vbi ait. *Ego verò Euangelio non crederē, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoueret authoritas,*& lib.2. contra Creſconium; cap.33.inquit: *Quiſquis fallit, metuit huius obſcuritate quæſtionis,Eccleſiam de illa conſulat , quam ſine vlla ambiguitate Scriptura ſancta demonſtrat.* Et Diui Anſelmi lib.de incarnatione Verbi, cap. 1.vbi hæc ad Papā Vrbanū ſcribit.*Quoniā diuina prouidētia veſtrā elegit ſanctitatem,cui vitam,& fidem Chriſtianā cuſtodiendam, & Eccleſiam ſuam regendam commiteret,ad nullum alium rectius refertur,ſi quid contra Catholicam fidem oritur in Eccleſia, vt eius authoritate corrigatur.* Hoc idem probant cæterorum ſanctorum Patrum authoritates , ac vtriuſque teſtamenti teſtimonia , ex quibus omnibus conſtat,& eſt dogma fidei,eas tantummodò ſcripturas canonicas eſſe , quas Apoſtolica Eccleſia,tanquam ſacras, & canonicas diffinierit.

D. Anſel.

7. Cum autem multis abhinc temporibus circa libros canonicos (non dum habita definitione Eccleſiæ) diuiſi fuerint ex Doctoribus plures , hic duo inueſtigari oportet. Primum , ſcilicet , quæ ſit hodie mens Eccleſiæ circa diffinitionem ſacrorum librorum. Secundum vero , quid de libris Canonicis, aut apochriphis in particulari veteres , recentiores que cenſeant.

(∴)

§.3.

Qui libri ſint ſacra Scriptura.

8. 1.Concluſ. DIfficvltatem igitur cō cludendo, dico primò : quod circa libros canonicos hæc eſt diffinitio expreſſa ſancti Concilij Tridentini,ſeſſ.4. cuius verba fideliter ſunt ſequentia. *Sacrorum librorum indicem huic decreto ſcribendum cen ſuit , qui ſunt teſtamenti veteris quinque Moyſi,id eſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuterònomium. Ioſue, Iudicum, Ruth,quatuor Regum, duo Paralipomenō, Eſdræ primus,& ſecundus,qui dicitur Neemias,Tobias,Iudith, Eſter, Iob, Pſalteriū Dauidicum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolæ,Eccleſiaſtæ,Canticum canticorum, Sapiētia,Eccleſiaſticus,Iſaias,Hieremias,cum Baruch,Ezechiel,Daniel,Duo decim Prophetæ minores,id eſt,Oſeas,Ioel, Amos, Abdias,Ionas,Micheas,Sophonias, Æggeus,Zacharias,Malachias, Duo Machabæorum,primus,& ſecundus. Teſtamenti noui quatuor Euangelia,ſecundum Matheum,Marcum,Lucam,& Ioannē, Actus Apoſtolorum à Luca Euāgeliſta cōſcripti, quatuor decim Epiſtolæ Pauli ad Romanos, duæ ad Chorinthios , ad Galatas,ad Ephæſios,ad Philippenſes, ad Colloſſenſes , duæ ad Theſſalonicenſes,duæ ad Thimotcum,ad Titum,ad Philemonem,ad Hæbreos; Petri Apoſtoli duæ; Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna; Appocalypſis Ioannis Apoſtoli. Si quis autē libros ipſos integros cū omnibus ſuis partibus,prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata latina editione habētur,pro ſacris, & canonicis,nō ſuſceperit, anathema ſit.* Hactenus diffinitio Concilij Tridentini circa libros canonicos,& ſacros.

9. Hos igitur libros omnes,et integros, vt canonicos amplexi ſunt omnes ſancti Patres in illa generali profeſsione fidei,qua ſe Eccleſiæ diffinitioni ſubmittunt, vt ex ſupra dictis perſpicuè conſtat. Nunc verò , quid temporibus ſuis de ſingulis libris in parti-

culari indicauerint, agendo de ſingulis teorium ſumptis, planè conſtabit, prænotando, triplicem eſſe ordinem librorum, qui in ſacra Scriptura reperiuntur, vt notat Bellarminus, tomo 1 lib 1. de Verbo Dei, c.4. & Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca in prologo. Primus eſt librorum, ita antiquæ authoritatis. vt de ea, numquam fuerit inter Catholicos homines diſceptatio. Secundus verò eſt aliorum, qui tamet ſi verè prophetici, aut apoſtolici ſint, non tamen æquè certa, & explorata fuit eorum authoritas. Tertius tandem illorum, qui & ſi à clariſſimis, & ſapientiſſimis viris, non num quam in diuinorum voluminum Cathalogo haberentur, nunquam tamen fuere totius Eccleſiæ iudicio approbati.

10. 2. Conclu. Quibus præhabitis, dico ſecundo: quod in primo ordine ſunt tantum quinquaginta & quatuor libri, qui in omni tempore fuerunt à Catholicis, tanquam Canonici, & ſacri, venerati: tales ſunt Pentatheucus Möyſis, in quo ſunt quinque, nẽpè, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Liber Ioſue, Iudicum, Ruth, quatuor libri Regum, quorum primi duo etiam Samuelis vocantur, poſteriores verò duo Malachim, teſte Diuo Hieronymo, Epiſtola ad Paulinũ, cap.6. Paralipomenon, libri duo., Eſdre, & Neemiæ, liber primus, & ſecundus, Iob; Pſalterium, 150. Pſalmorum, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica, quatuor libri Prophetarum maiorum, ſcilicet, Iſaiæ, Hieremiæ, Ezechielis, & Danielis: duodecim verò Prophetarum minorum, totidem libri, nempe, Oſee, Ioelis, Amos, Abdiæ, Ionæ, Micheæ, Naum, Abacuch, Sophoniæ, Agæi, Zachariæ, & Malachiæ. Item ex nouo teſtamento quatuor libri Euangeliſtarũ, Matthei, Lucæ, Marci, & Ioannis: item Pauli, Apoſtoli omnes Epiſtolæ numeratæ in concluſione prima, demptà ſolum modo Epiſtola ad Hæbreos: Epiſtola prima canonica Beati Petri, & Epiſtola prima canonica Ioannis Apoſtoli. Hos ergo libros omnes pro canonicis recepit ſemper Catholica Eccleſia Dei, & de eorum authoritate nemo dubitauit hucuſque, vt patet in citatis Authoribus, & omnibus alijs, qui de hoc tractatu diſputant.

11. 3. Conclu. Dico tertio: quod libri ſecundi ordinis non ſemper pro canonicis fuerunt ab Eccleſia diffiniti, & à fidelibus venerati, licet verè ſacri, & canonici ſint. Hi autem ſunt decem & nouem, primus eſt liber Eſter, de quo verum eſt, quod dicitur in primo argumento, cuius authoritatem, quam diſti Patres non cognouerunt, & cæteri limit. b...nt. Secundus eſt Baruch. Tertius eſt liber Danielis pro illa parte, qua continet in tertio capite Hymnum trium puerorum, *Benedicite omnia opera Domini Domino*, & pro illa, qua ſcribit hyſtoriam Suſanæ, quæ habetur in cap.13. & hyſtoriam Draconis ab ipſo Daniele occiſi, quæ habetur cap.14. Quartus eſt liber Tobiæ. Quintus liber Iudith. Sextus, Liber Sapientiæ Salomonis, ſeptimus liber Eccleſiaſticus, Octauus, & Nonus, ſunt duo libri priores Machabæorũ. Decimus eſt Euangeliũ Marcij, quoad vltimũ cap. propter quædã verba apocripha, quæ ibi erãt inſerta. Vndecimus Euãgeliũ Lucæ, quatenus in c.22. Sudorem Chriſti ſanguineum, Angelique apparitionem, & conſolationem enarart. Duodecimus, Euangelium Ioannis pro illa parte, qua in cap.8. mulieris adulteræ refertur hyſtoria. Decimus tertius Epiſtola prima eiuſdem Ioannis, cap. vltimo, pro illis dũtaxat verbis. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, pater, Verbum, & Spiritus. Sanctus, & hi tres vnum ſunt.* Decimus quartus Epiſtola Pauli ad Hæbreos, Decimus quintus Epiſtola Beati Iacobi Apoſtoli. Decimus ſextus, Epiſtola Beati Iudæ Apoſtoli. Decimus ſeptimus, Epiſtola ſecunda canonica Beati Petri, Decimus octauus, continet duplicem Ioannis Epiſtolam, ſcilicet, ſecũdam, & tertiam. Decimus nonus tandem eſt Appocalipſis Beati Ioannis.

(?¿?)

Que

§.4.

Oſtenditur nouem libros veteris teſtamenti eſſe canonicos.

12. *De libro Eſter.*

QVÆ concluſio debet probari agendo de quolibet libro ſeorſum ſumpto, vnde de primo (vt viſum eſt) dubitarunt ſancti Patres citati an reuera librum hunc, tanquam ſacrum cæteri Sancti Patres amplectuntur, vt videre eſt in gloſſa ordinaria, titulo de canonicis, & non canonicis libris, & apud Bellarminum, lib. 1. cap. 7. Et conſtat multorum Pontificum, & Cōciliorum decretis, hunc librum inter cæteros canonicus numerari. Et præſertim poſt Concilium Tridentinū, nefas hæretici eſſet hoc negare. Imò ante ipſum Concilium pro canonico haberi ab Eccleſia probatur, & ex conſuetudine Eccleſiæ, in qua legitur liber Eſter, ex 13. cap. in feria 4. poſt Dominicam ſecundam quadrageſimę.

De lib. Baruch.

13. *Caluinus, Kemniſius, Driedo, Sixtus ſen.*

Librum Baruch Hæreticus Caluinus, lib. 3. inſtit. c. 20. & Kemniſius in examine, 4. ſeſſ. Concilij Tridentini negant eſſe canonicū, eo quod in textu Hæbreo non inueniatur. Et ex Catholicis Driedo, lib. 1. de Scripturis, & Dog. Eccleſ. c. 1. idem ſentire videtur. Sed vltra quod liber iſte inter canonicos à Cōcilio Tridētino numeratus eſt, illū pro canonico receperūt ferè omnes ſancti Patres vt videre eſt apud Sixtum Senenſem.

14. *De quibuſdam partibus lib. Danielis. D. Hiero.*

Circa tertiū librū Iudei quā plurimi illas partes Danielis (teſte D. Hieronymo in præfatione in Danielē) canonicas eſſe negabāt, & fabulas eſſe proteruiebant, ſed vltra quod à ſupra dictis Doctoribus ſatis confutatus eſt error iſte, iſtarū hyſtoriarū authoritas ex D. Hieronymo cōſtat, & ex ſacro Concilio Tridentino eſt ſtabilita.

15. *De lib. Iudith. Magdeburg.*

Librū Iudith Iudei plures reijciūt, & Hæretici Magdeburgenſes, lib. 2. centuriæ primæ c. 4. pro canonico nō recipiūt, eo quod nō fuerit à Iudeis admiſſus. Pro quorū errore erat quoddā ingēs argumētū de cōbinatione tēporū: nā ibi dicitur contigiſſe poſt reuerſionē populi à Babilonicæ ſeruituræ: & in c. 1. dicitur, quod eo tēpore Nabucodonoſor Rex Aſſyriorū pugnabat cōtra Arphaxat Regē Medorū; cū tamē cōſtet eo tēpore nō regnaſſe Nabucū, ſed Cyrū, vel Dariū. Sed pro huius difficultatis ſolutione (quæ nō eſt noſtri muneris, & ideò omittetur) videdi ſunt D. Auguſtinus lib. 18. de ciuitate Dei c. 26. Veda, in lib. de ſex ætatibus, Gilbertus, Genebrardus, lib. 2. Chronologiæ, Driedo de Eccleſiaſ. ſcrip. & Dogm. lib. 1. c. 2. p. 2. & lib. 3. c. 5. p. 3. Nicolaus de Lyra ſuper primū c. libri Iudith, Seuerus Sulpicius, lib. 2. ſacræ hyſtoriæ, & recētiores omnes, qui hoc per tractant. Huius autē libri authoritas, & veritas, nō ſolū ex ſactorū Patrū teſtimonijs cōſtat, verū ex Iudeis ipſis antiquioribus: Philo Iudeus in volumine chronographiæ ſuæ (vt teſtatur Sixtus Senenſis vbi ſupra, lib. 1. verbo Iudith) affirmat librū hunc ſcriptum fuiſſe à magno Sacerdote Ioachim filio magni Sacerdotis Ieſu, qui in eo ſcripſit Betulianæ ex tribu Rubem, rarę, & incōparabilis fęminę victoriā, & obſeſſę patriæ liberatē, quæ per iſtā facta eſt. Ex noſtris autē Sanctus Hieronymus in prologo huius libri Iudith teſtatur in magno Concilio Niceno in numero ſacrarū ſcripturarū fuiſſe hunc librū receptū pro canonico: quē ipſe D. Hieronymus ex Chaldeo fecit latinum, vt ipſe ibi affirmat: & Græci ſecāt in capita ſexaginta: noſtra verò latina vulgata in ſex decim tantum.

D. Auguſt. Veda. Genebrardus. Driedo. Lyra. Sulpicius. Phil. Iud. S. Hieron.

Sextū librū ſapientiæ Salomonis, quē quidē non multis abhinc tēporibus, pro nō canonico habitum fuiſſe oſtendunt Authores gloſſæ in prologo de libris canonicis, & nō canonicis, & Nicolaus de Lyra ſupra primū caput huius libri. Quod autē Bellarminus, c. 13. aſſerat ſapientiæ librū ab antiquis Patribus, & Cōcilijs, teſtimonium habuiſſe, hoc nō probat (vt ipſe intendit) & tunc fuiſſe canonicum: ſi quidem authoritas eius doctrinæ, poterat cōprobari, vt bona, abſq; eo quod ab Eccleſia pro canonica diffiniretur. 16.

De lib. ſapientiæ. Bellarmi. Gloſ. ord.

Dicenim Hieronymus eius authorem videtur dignoſcere, & Philonem Iudeum de mente Iudeorum fuiſſe teſtatur. Vbi glo. ſſa ordinaria hæc addit. *Dicit tamen Hieronymus hunc librum apud Iudeos non haberi, ſed græcam redolere eloquentiam, nec inter canonicas recipi ſcripturas.* Ibidem Nicolaus de Lyra hæc confirmat dicens: *post libros hyſtoriales non canonicos magis tamē reputatos ſuſt ex ponendi ſunt illi non canonici, qui ſunt ſimpliciter morales, ſcilicet, liber ſapientiæ & liber Eccleſiaſticus.* Imo, & Diuus Auguſtinus in lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8. enumerans omnes libros canonicos, illum inter non canonicos collocat, & in loco allegato à Bellarmino non vult oppoſitum: non enim illum canonicū nominat, ſed eius authoritatem commēdat, dum ait, quod meruit, *inter fideles cum veneratione diuinæ, authoritatis audiri:* & rurſus hæc ait: *oportet vt librum iſtum ſapientiæ omnibus tractatoribus anteponāt, quoniam ſibi eum antepoſſuerunt etiam temporibus proximis Apoſtolorum egregij tractatores, qui eum teſtem adhibentes, nihil ſe ad hibere, niſi diuinum teſtimonium crediderunt.* Quæ verba hunc librum à canonicis ſecernunt aperte: non enim ſunt ponendus eſſet canonicis ipſis, vt Perathecico, &c. Quia omnes libri canonici æqualis authoritatis ſunt & nullus alteri anteponitur. Vnde deceptus eſt Bellarminus; nam ſi anteponendus fuit tractatoribus cæteris, qui non canonicas ſcripturas ſcribūt, hoc ad ſummum nimiam huius libri authoritatem concludit. Et hoc eſt, quod voluit D. Auguſtinus in citato loco de doctrina Chriſtiana, vbi hæc profert. *Illi duo libri, vnus, qui ſapientia, & alius, qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine, Salomonis eſſe dicuntur. Nam Ieſus filius Sirach eos ſcripſiſſe conſtantiſſimè perhibetur: qui tamen, quoniam in authoritatem recipi meruerūt, inter propheticos numerandi ſunt.* Quæ ſanè verba oſtendunt antiquitùs libros iſtos inter propheticos legi, & numerari, ſed adhuc in canone fuiſſe poſitos non oſtendunt. Aliud enim, eſt aliquid, vt ſanctum celebrari ab Eccleſia; aliud verò eſſe ab Eccleſia definitum, vt ſæpe diximus. Sic videmus Eccleſiam celebrare feſtum immaculatæ & ſanctæ Conceptionis Virginis Mariæ, non tamen hucuſque hanc Conceptionem immaculatam, & ſanctam fuiſſe, diffiniuit. Et ſic ſimiliter potuit celebrari ab ipſa Eccleſia liber iſte, vt propheticus, quin vt talis fuerit diffinitus.

Ex quibus perſpicuè conſtat, huiuſmodi libros ſemper in Eccleſia Dei maximæ authoritatis fuiſſe, eò quod (vt inquit Diuus Auguſtinus prӕſertim de lib. ſapientiæ ibidem, & lib. 17. de ciuitate Dei cap. 20.) *In illo paſsio Chriſti apertiſsimè prophetatur.* Et ideò legebatur, & veneratione nimia colebatur: non tamen hactenus ante Cōcilium Tridentinum pro canonico diffinitum fuiſſe, expreſſè ex dictis, & allegatis videtur inferri. Nunc verò iam poſt Sacram Tridentinam Synodum, canonicum eſſe indubitabili fide tenendum eſt, vt vidimus ſupra concl. 1. num. 8. 16.

Nec mo vrget, quod Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca ſancta, lib. 8. tit. de libris ſapientiæ, & Eccleſiaſtici aſſerat, librum iſtum in Cōcilio Carthaginenſe tertio, multò antea fuiſſe in ſacris Cathalogis numeratum, idque de inceps ſequentia decreuiſſe Concilia: id enim fieri potuit in eodē ſenſu, in quo Diui Auguſtini mentē expoſuimus. Vel eſto, quod verè tunc fuerit pro canonico diffinitus (cui ego non reſiſto: quod tamen non concederet Lyra, vt ex eius citatis verbis patet) non adhuc concluditur (vt Bellarminus intendit) tempore ipſius Diui Auguſtini fuiſſe canonicum. Nā vt ait Sixtus Senenſis ibidem, tempore Diui Hieronymi (quod fuit circiter annos Auguſtini) liber ſapientiæ in canone ab Eccleſia non fuit receptus: quia cum non ſatis aperte conſtaret de authoritate huius volumi- nis non auſa eſt (inquit) illud in canonem recipere; ſed paulò poſt plenius ab Spiritu Sancto edocta in Concilio tertio Carthaginenſi, ipſum recepit. Et tandem patet non fuiſſe canonicū tempore Auguſtini, quia ipſum canonicum nominaret, ſicut de Machabæorum 17.

rum libris expreſſe aſſirmat, vt infra eius verba oſtēdunt. Dato ergo, quod abſq; Concilio Carthagineſi tertio, fuerit liber iſte receptus, vt ait Senenſis, nullo tempore debuit, tanquam Sacer, & canonicus venerari.

18. De eius tamē Authore latè Doctores diſputant: ego tamen, nec credo fuiſſe Philonem, vt Diuus Hieronymus ex Iudeorum ſententia refert: neq; Authorē Eccleſiaſticū, vt D. Auguſtinus, forſan famæ acquieſcendo, credebat: ſed ipſum Salomonem. Quod teneo, non ſolum eò quod ſapientia Salomonis dicatur, quia vt benè notauit Lyra vtrumque poteſt eſſe verum: quia licet *Philo diſertiſsimus Iudæorum hunc librum Græcè ſcripſerit: tamen ipſum compilauit ex ſententijs Salomonis, propter quod Salomon eſt eius Author principalis:* Sed tenendum cenſeo, Salomonē huius libri Authorem, & ſcriptorem fuiſſe (non verò Philonem vllo modo) propter verba ipſius libri in cap. 9 vbi ait: *Tu autem Domine elegiſti me Regem populo tuo, & iudicem filiorum, & filiarum tuarum, & dixiſti me ædificare tēplum in monte Sancto tuo, & in ciuitate altare ſimilitudinem tabernaculi tui, quod præparaſti ab initio.* Quæ verba non niſi de Salomone verificari poſſunt.

Sapientia, cap. 9.

19. *De lib. Eccleſiaſtici.* Septimus liber eſt Eccleſiaſticus, de quo nihil peculiare ſe offert dicendum, vltra ea, quæ de libro ſapientiæ dicta ſunt. Æqualiter enim de vtroque loquuntur omnes Doctores. Eſt enim liber ſapientiæ, ſapientia Salomonis, Eccleſiaſticus verò Sapientia Ieſu Sirach, & de vtraque ſapientia, quoad authoritatem, communis eſt ſermo.

20. *De duob. lib. Mach. D. Aug.* Octauus, & nonus ſunt duo libri priores Machabæorum, qui à Iudæis pro canonicis non habentur: canonici tamen proculdubio ſunt ab initio Eccleſiæ, vt D. Auguſtinus teſtatur lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 36. dum ait: *Machabæorum libros non quidem Iudæi, ſed Eccleſia, pro canonicis habet, propter quorundam Martyrum paſsiones vehementes, atque mirabiles, qui pro lege Dei ante aduentum Chriſti certauerunt.* Et D. Hieronymus (*D. Hier.*) in prologo 2. Machab. Idem teſtatur dicens. *Machabæorum libri, licet nō habeantur in canone Hæbræorum, tamen ab Eccleſia inter diuinorum voluminum annotantur hyſtorias.* Quod idem confirmat Innocentius Papa primus ad ſuper. Tholoſ. Et Egiſyppus Prologo, in lib. 1. de excid. Vrb. (*Innocen. Egiſyppus.*) Sed ex nonorum patrum teſtimonijs plus infertur, quam aſſeritur, cum indiffinitè loquatur, non magis probant duos primos Machabæorum libros, quam tertium, & forſan quartū, canonicos eſſe. Cui difficultati fauet canon 84. à Clemente Pontifice ſcriptus, allegatus in gloſſa, vbi hæc habentur (*Canō Clem*). *Sunt omnibus vobis clericis, ſimul & laicis, venerandi, ac ſacri libri veteris quidem teſtamenti, Moyſi quinque, &c. de Machabæorum geſtis tres.*

Nihilominus tamen dicendum eſt duos priores tantummodò Machabæorū libros eſſe canonicos, quod expreſſè ſic definiuit Concilium Carthaginenſe tertium. 21. *Cōc. Cartha. 3.* Confirmatur in ſexta Synodo vniuerſali, cap. 47. *Sunt autem Scripturæ canonicæ geneſis, &c. Machabæorum libri duo.* Et cætera Concilia, ac nouiſsimè Tridentinum ſeſsione 4. vt viſum eſt concluſ. 1. Imò, & ipſe Diuus Auguſtinus, quod indefinitè dixerat loco citato, limitat in lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8. dicens. *Totus canon diuinarum Scripturarum his libris continetur, quinque Moyſis, &c. & Machabæorum libri duo.* Et D. Hieronymus, quia quæ de eius ſecundo prologo retulimus, conſequentia ſunt ad ea, quę in primo prologo dixerat, vbi hæc habentur. *Machabæorum libri duo prænotant prælia inter Hæbræorum duces, &c.* De quibus duobus conſequenter ait eſſe canonicos, vt viſum eſt. Nunc tamen reſtat ad Canonem Apoſtolorū, reſpondere, quē Bellarminus, lib. 1. de Verbo Dei, ca. 20. nō eſſe Apoſtolorū aut Clementis Papæ; proptereaque non eſſe diffinitionem Eccleſiæ, ſatis probat. (*Bellarm.*) Et clarè conſtat dictos Canones Apoſtolorū Apocriphos eſſe, dēptis tantummodò quinquaginta capitulis, vt expreſſè habetur in decreto, diſtin. 16. Canon. *Clementis librum*, vbi hæc habentur. *Apoſtolorum Canones, numerant Patres inter apocriphos, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreuerūt orthodoxæ fidei tractatores adiungenda.*

§.5.

Oſtenditur alios nouem libros noui teſtamenti eſſe Canonicos.

22. DEcimus liber eſt Euãgeliũ Marci, quo ad vltimũ caput, qui quidẽ propter verba quędã apocripha, quæ ibi erãt in eo (vt ferebatur) non fuit ab omnibus, etiam tempore Diui Hieronymi, vt Canonicus veneratus. Quod ipſe teſtatur in Epiſtola ad Hedibiam quæſt.3. ſed numquã poſtmodũ de tali capite dubitatum fuit. Eſt enim in quo ſacra Reſurrectionis & Aſcenſionis myſteria continẽtur, quod Eccleſia in his feſtiuitatibus canit.

De vlt. c. lib. Euãg. Marci.

23. Vndecimus liber eſt Euangelium Lucæ, quatenus in capit.22. ſudorem, & cõſolationem Angeli, &c. narrat: quidam enim, ſtulto religionis zelo, hanc imbecillitatem Chriſto Domino Dei filio falsò imponi credebant, (prout Epiphanius in Ancorato teſtatur) & ideo, è codicibus ſuis radebãt. Hos tamen anathematizat Diuus Athanaſius lib.6. ad Theophilum, Auguſtinus lib.3. de conſenſu Euangelij cap.4. Epiphanius vbi ſupra, & cæteri Patres.

De 22. ca. Euang. Lucæ. D. Epiph. D. Athan, D. Auguſ.

24. Duodecimus liber eſt Ioannis Euãgelium pro illa parte, quæ in octauo capite mulieris adulteræ refertur hyſtoria: de cuius authoritate dubitat Eraſmus in huius loci annotatione ex Euſebio lib.3. hyſtor. cap.39. ſed de hoc dubium eſſe non poteſt: cum in Eccleſia legatur ſolemniter, inter diuinas ſcripturas, vt patet in Sabbato, poſt Dominicam tertiam quadrageſimæ, quod eſt inſigne teſtimonium veritatis, iuxta illud Cõcilij Carthaginenſis tertij ſupra citati, vbi hæc habẽtur cap.47. *Placuit, vt præter ſcripturas Canonicas, nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum.* Vltra quod hyſtoriam iſtam agnoſcunt, & credunt, vt Canonicam ſancti Patres Latini, & Græci, vt videre eſt in Diuo Athanaſio in ſinopſi in compendio Euãgelij Ioannis, & in Diuo Ambroſio Epiſtola 58. libr.7. ad ſtudium, & in cæteris.

De 8. cap. Euangel. Ioannis.

Cõcil. Carthagin.

D. Athan. D. Ambr.

25. Tertius decimus liber eſt Epiſtola prima eiuſdẽ Ioãnis ca. vltimo, prout continet illa verbã, *tres ſunt qui teſtimonium dant; &c.* Circa quæ contendit Eraſmus, dubiũ extitiſſe in Eccleſia. Sed re vera nemo ante ipsũ Eraſmũ (vt credo) dubitauit de illis, ſed earũ veritatem, & authoritatem ſemper Canonicê recepit Eccleſia, vt videre eſt apud ſanctos Patres, ſine vllius verborum exceptione, primã Ioannis Epiſtolam integram inter canonicos libros collocantes.

De 5. vlt. epiſtol. 1. Ioan.

26. Quartus decimus liber eſt Epiſtola Pauli ad Hæbreos, de cuius autoritate ab antiquis dubitatum eſt, & etiã de eius Authore. Verumque enim negauerunt Arius, & Marcion, vetuſtiſſimi Hæretici, & ex recentioribus Hæretici omnes, dempto Caluino, qui ad miſſa incertitudine Authoris: eam tamen vt canonicam veneratur. Cæteri vero omnes nec eſſe Pauli Epiſtolam, nec ſacram, & Canonicam, autumant. Catholicorum verò, quamuis illius authoritatem ſacrã ferè omnes fateantur: in eius tamen Authore diſſentiunt, teſte Diuo Hieronymo, libro de viris illuſtribus in Paulo: quidam enim illam tribuebant Diuo Lucæ; alij verò Apoſtolo Barnabæ, alij Clementi Papæ, & ſecũdum Sixtum Senenſem libr.7. etiam nõnulli Tertuliani eſſe dicebãt. Verùm enim verò, Epiſtola hæc proculdubio eſt Paulli Apoſtoli, & in ſacro Canone recepta. Verumque patet ex eo, quod in Canone ſacrarũ ſcripturarum ſub nomine Pauli collocatur. Sic in Concilio Laodiceno Canon.59. & in Carthaginenſi tertio Canone 47. & in pleriſque, præſertim in Tridentino, ſeſſione 4. imò vt Diuus Thomas ſuper hãc Epiſtolam teſtatur, etiam in magnis Cõcilijs, Niceno primo & Epheſino 1. & Calcedonenſi, & Arauſicano 2. Canone vltimo; & expreſſè colligitur ex verbis Diui Petri Epiſto 2. capit.

De Epiſto. ad Hæbr.

Cõcil. Laodicen. Concil. Cartha 3. Cõcil. Nicen. 1. Concil. Epheſ. 2. Concil. Arauſic. 2. epiſtola Petri.

cap.3.quam ad Hæbreos inter gentes diſperſos ſcriptam fuiſſe Ocumenius teſtatur, vbi ait. *frater hanc vobis chariſſimi ſecundam ſcribo Epiſtolam.* Et ibidẽ ſubdit. *Sicut chariſſimus frater noſter Paulus ſcripſit vobis.*

Ratio autem dubitandi circa Au-
27. thorem ex differentia ſtyli, & ornationis elegantiæ huius Epiſtolæ ſumebatur, quæ ab alijs eiuſdem Apoſtoli longè differt ſtylo. Quam rationẽ ſoluit

Origenes. *Euſebius.*

Origenes apud Euſebium, lib. 6. cap. 18. dicens, Epiſtolam iſtam non Hæbraicè fuiſſe ſcriptam, ſed Græcè, dictante Apoſtolo Paulo, ſcribente, verò Luca, vel Clemẽte, qui poſtea fuit Papa: & ſic ſententiæ Pauli ſunt; elegantia verò, & eloquentis ſermonis ornatus Lucæ, ſeu Papæ Clementis Euſebius autem lib. 3. hyſtor. cap. 38. & alij cenſent, Epiſtolam hanc prius à Paulo Hæbraice fuiſſe ſcriptã, deinde ad Græcum ſermonem ornatiori ſtylo à Luca, ſeu Clemente, fuiſſe traductã. Quæ autem iſtarum ſolutionũ magis placeat, eligite. Vtraque enim cum veritate eiuſdem Authoris ſtare poteſt. Hoc, ſcilicet, ſemper ſaluo, quòd Paulus hanc Epiſtolam per ſe ipſum, vel medio interprete, ſcripſit, eo quod iuxta Concilij definitionem, inter cæteras Pauli Epiſtolas collocatur. Fuiſſe autẽ ſcriptam ad Hæbreos Hiſpanos in ciuitate Numantina, quę vulgò vocatur Zamora, commorantes, opinati ſunt nõ nulli, vt refert Illeſcas in prima parte ſuæ hyſtoriæ Pontificalis, cap. 3. lib. 1. ſed quidquid de huius opinionis veritate ſit tenendum, hyſtoriographis reſeruo.

De Epiſt. Iacobi.

Quintus decimus liber eſt Epiſto-
28. la Beati Iacobi Apoſtoli, de cuius authoritate dubitatum eſt, tam ab antiquis, vt teſtatur Euſebius, libr. 3. hyſtoriæ, c. 15. quam à recentioribus, vt eſt Eraſmus, vltra Hæreticos huius temporis, Quibus tamen omnibus reiectis, Epiſtola hæc verè canonica eſt, vt patet ex Concilijs nuper citatis, & tanquam canonica citatur à Diuo Cipriano in lib. ad Nouicianum, & a cæteris ſanctis Patribus

Euſebius. *Eraſmus.* *D. Cipria.*

Decimus ſextus liber eſt Epiſtola
29. Beati Iudæ Apoſtoli, de qua dubitauerunt pariter, ſicut de Epiſtola Iacobi dictum eſt. Hanc tamen, vt canonicã, & ſacram, ſancta omnia receperunt Cõcilia, & vt talem allegat Origenes lib. 5. in caput quintum ad Romanos, & Epiphanius hæreſi 76. ac reliqui ſancti Patres.

De Epiſt. B. Iudæ. *Origenes.* *Epiphan.*

Decimus ſeptimus liber eſt Epiſto 30.
la ſecunda canonica Petri, de qua idẽ dubium fuit, & nouiſsimè dubitauit Eraſmus. Quę quidem, vltra quod eſt tanquam Sacra à citatis Concilijs recepta, eam præterea, vt canonicã profitentur Patres, vt videre eſt apud Gregorium Magnum, homilia 18. in Ezechielem, & tanquam diuinam canit Eccleſia.

D. Greg.

Decimus octauus liber eſt continẽs 31.
duplicem Ioannis Epiſtolam, ſcilicet, ſecundam & tertiam, de quibus proteruit Eraſmus, fuiſſe alterius Ioannis non verò Apoſtoli: ſed Eraſmo deſpecto, & contempta eius calumnia, ſimiliter receptæ ſunt Epiſtolæ iſtæ pro canonicis à ſacris Concilijs, & vt tales amplectuntur à patribus, vt videre eſt apud Ciprianum, lib. 4. ſenten. Cõcil. Carthaginenſis, & Dionisium de cœleſti Hierarchia. cap. 3.

De Epiſt. 2. & 3. Ioannis. *Ciprianus.*

Vltimus liber eſt Appocalypſis Bea 31.
ti Ioannis, quem hæretici Marcioniſtæ, & Alogiani, teſtibus Tertuliano, li. 4. contra Marcionem, & Epiphanio Hæreſi, penitus à ſacra Scriptura abolebant. Quibus tamen, & noſtræ ætatis Hæreticis librum Appocalypſis Diui Ioannis eſſe, et vt ſacrum, et canonicum venerandum, teſtantur ſacra Concilia prorſus omnia, quæ libros canonicos enumerant, et præſertim in Concilio Ancyrano, abhinc milleſſimo ducentiſsimo quadrageſsimo anno, celebrato, tanquam liber canonicus, et diuinus Beati Ioannis Apoſtoli in vltimo dicti Concilij canone recipitur et vt talem citant hunc librũ omnes ſancti Patres, Græci, et Latini, dempto nemine.

D. Dioniſ. *De Apocalyp.* *Tertulian.* *Epiphan.* *Cõc. Ancyranum.*

Quibus præhabitis, ſatis probata ma- 32.
net noſtra tertia concluſio quod quidem ſupradicti decem, et nouem libri, de quibus dubitatum fuit, an eſſent canonici, nec ne, et a multis negatum eſſe, vere ſacros, diuinos, et canonicos

cos, & pro talibus à Eccleſia Dei haberi.

34. *4. concluſ.* *Ximenes Aries.* Dico quarto, quod libri tertij generis, qui in ſacris Byblijs continentur, non ſunt canonici, ſed apocriphi, licet magnæ authoritatis: ad huius concluſionis probationem vidẽdum eſt, quid ſignificet hoc nomẽ *apocriphus*. Quod breuiter reſoluit Ximenes Aries in ſuo dictionario Eccleſiaſtico litera A. dicens, quod apocriphus eſt nomen quoddam adiectiuum ex dictione Græca dictum ab apocrito, quod Græce ſignificat abſcendere: dicitur ergo ex nominis Ethymologia liber ille apocriphus, qui nõ publicè in Eccleſia, ſed in oculto, & abſcõdito hoc eſt priuatim, cuilibet licebit legare: & quia prohibetur publicè in Eccleſia legi ille liber, cuius veritas nondum eſt publica authoritate Eccleſiæ canonizata, & in canone ſacrorum librorum recepta, ideo ſanctus Hieronymus in prologo Galeato omnes libros non canonicos, apocriphos vocat: iuxta quem ſenſum (alijs non admiſsis explicationibus) multos libros apocriphos eſſe, docet, & enumerat *Gelatius Papa.* Gelatius Papa in decreto diſtinc. 15. canon. *Sancta Romana*, noſtra tamen non intereſt hic eos referre: quia faſtidioſum eſſet nimis, & noſtri muneris non eſt, ſed tantummodo eos, qui in Biblijs ſacris ſolent eſſe inſerti, numerare, vt probetur concluſio, & ne quis eo quod videat ipſos in Biblijs ſacris inſertos, eorum authoritate deceptus, credat eſſe canonicos: apocriphi igitur ſunt tertius & quartus libri *Qui libri inſerti in Biblijs, ſint apocriphi.* Eſdræ, & Oratio Manaſſæ Regis Iudæ cũ captus teneretur Babyloniæ, qui libri in Biblia vulgata nouiſsimè correcta iuſſu ſanctiſsimi Domini Sixti Quinti Papæ ſepoſiti ſunt in fine veteris teſtamenti: quippè quia à nonnullis Sanctis Patribus interdum citantur, ne prorſus interirẽt: liber quoque tertius & quartus Machabæorũ, quorum prior in alijs Biblijs antiquioribus eſt inſertus; quartus verò, qui nullibi reperitur, ſed ſolum ab Athanaſio extra canonem nominatur, apocriphi ſunt, & extra canonicos ponendi.

§6.

Soluuntur argumenta in oppoſitum.

Cognita ergo ſacræ ſcripturæ veritate, & omnium librorũ canonicorũ eius, & apocriphorũ inſertorũ in Biblijs authoritate: nunc reſtat argumenta in principio difficultatis poſita ſoluere: & ad primum ex dictis facilis eſt ſolutio, nam illi Patres, qui huius libri authoritatem non profitebantur vt canonicam, nõ dum ſacrorum Conciliorum expreſſam diffinitionem agnouerant: & ſanè antè determinationem Eccleſiæ tantum materialiter, non verò formaliter errabant. Imò virtualiter in formali confeſsione Eccleſiæ, ipſius Eccleſiæ futuras diffinitiones firmiter crediderunt: reliqui verò, qui antè Conciliũ Tridentinum illa ſeptem capita non receperant, licet reprehenſibiles omninò non ſint, eo quod in Concilio Laodiceno cap. 59. & Cartaginenſi 3. ca. 47. vbi fuit liber iſte inter Canonicos receptus, non fuerit ita expreſſus numerus capitum ipſius, vt conſtat: in excuſabilis tamẽ eſt Sixtus Senenſis à rigoroſa cenſura, eo quod etiam poſt ſanctum Tridentinũ Concilium in eadem damnatione proteruire non dubitet: cum in citata eiuſdem Concilij diffinitione (vt viſum eſt ſupra concluſione prima) recipiatur liber hic integer cum omnibus ſui partibus, ſicut in Eccleſia Catholica legi conſueuerit: & vt dictũ eſt liber iſte ex capite 13. legatur publicè in Eccleſia in feria quarta, poſt Dominicam ſecundam quadrageſimæ. 35. *Ad 1. arg. in principio diffic. poſitum.*

Ad ſecundum ſatis reſponſum eſt ſupra nume. 34. vbi oſtendimus quid apocriphi nomine intelligendum veniat; vnde illa interpretatio citatæ gloſſæ decreti irrationabilis prorſus eſt: ex illa enim ſequeretur, quod liber Iudicum, & alij ſacri libri, quorum 36. *Ad 2. arg.*

rum Authores vel penitus ignorantur, vel ſub dubio ſunt, eſſent apocriphi; quod dicere abſit: non igitur apocriphus dicitur, niſi liber ille, cuius veritas non dum eſt publica Eccleſiæ authoritate recepta in canone, licet alias magnæ authoritatis ſit.

37. *Ad 3. arg. Gregor. de Valencia. Iſaiæ. Deuterono.*

Ad tertium; quod eſt Hemniſij Magdeburgenſium, & aliorum ſectariorum noſtræ ætatis, reſpondeo, verum eſſe, quod in Synagoga Iudeorũ fuit in ſummo Sacerdote poteſtas ad diffiniendas fidei controuerſias, vt bene probat Gregorius de Valencia 3. part. diſput. 1. quæſt. 1. puncto 7. iuxta illud Iſaiæ cap. 5. *quid debui facere vineæ meæ & non feci?* Synagogæ etenim paſtorem vnum prouidit Deus, Deutoronom. capit. 17. (omni tempore, quo illa perſeueratura erat) vt illius authoritate, controuerſiæ omnes diffinirentur: hęc namque præceperat per Moyſen dicens ibi. *Veniet ad Sacerdotem, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, &c. iuxta legem eius ſequeriſque ſententiam: nec declinabis ad dextram, neque ad ſiniſtram: qui autem ſuperbierit nollem obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo, ex decreto iudicis morietur homo ille.* Nec Hæreticorum ſolutio hanc veritatem valet deſtruere, quatenus aiũt, hoc controuerſiarum iudicium in rebus tantum politicis, non verò religionis fuiſſe iudici, & ſummo Sacerdoti commiſſum: cùm reuera ibi diſtinguatur vtriuſque authoritas ſummi Sacerdotis, videlicet, ad diffiniendas controuerſias in rebus fidei: iudicis verò ad puniendos rebeles, qui ſummi Sacerdotis Imperio, & eius diffinitioni, in rebus fidei, non obedierit, ſed exorbitans ſuperbierit. Non enim decebat Sacerdoti ſententiam mortis executare, ſed hoc iudex ſæcularis faciebat, ſicut nunc in punitione Hæreticorum in Chriſtiana Republica cõtingit. Hæc igitur Synagogæ authoritas diffiniendi controuerſias fidei ad diffiniendum libros Canonicos præſertim erat extenſa.

38. *D. Thom.*

Quia autem, vt Diuus Thomas expreſſe docet 3. part. quæſtion. 8. artic. 3. *Vna eſt Eccleſia omnium fidelium noui & veteris teſtamenti, nec Synagoga fuit concubina, ſed vera Chriſti ſponſa:* ideo prouinica habetur diffinitio tam de fideli Synagoga, tempore, quo legitimè vigebat, quam de Eccleſia militante, quæ vſque in finem mundi durabit. Vnde fit, quod ſicut nunc in Eccleſia multi libri, qui in eius primordijs recepti non fuerant pro Canonicis; adueniente tempore, & vrgente neceſsitate congregandi Concilia, in ipſis Concilijs poſt modum fuerunt recepti, vt ſupra patuit ex notatis: ſic etiam, plures libri teſtamenti veris, quos Synagoga pro Canonicis non recepit, potuit poſtmodum Eccleſia canonizare, & diffinire pro ſacris. Vnde quod prædictos libros inter cæteros Canonicos non receperit Synagoga, non efficit quin poſtea Eccleſia Chriſti eos inter ſacros & Canonicos diffinierit, ac numerauerit. Cum etenim tam Synagogæ quã Eccleſiæ vnicus ſit diuinus Gubernator, & Rector, nempè, Spiritus Sanctus, potuit eius reuelatione poſtea Eccleſia, ſua authoritate diffinire, quod antea non diffinierat Synagoga; ſicut nunc Eccleſia poſterior ſæpiſsimæ diffinit, quod in primitiua Chriſti Eccleſia diffinitum non erat. Quod igitur Iudeorum Synagoga, de eorum librorum authoritate dubitaberit, vt teſtatur Ioſephus lib. 1. contra Appionem: & ſimiliter dubitauerit primitiua Chriſtianorum Eccleſia, vt ex Oregine, & Athanaſio, conſtat: hoc non inducit obligationem ſemper dubitandi, vt optimè notat Bellarminus de Verbo Dei ſcripto lib. 1. cap. 10. quia quod Synagoga, ſeu Eccleſia prima olim diffinire non voluit, vel quia non vrgebat neceſſitas, vel quia non dum Spiritus Sanctus actu reuelauerat; poſtea volente Deo, reuelatione Spiritus Sancti diuinitus eadem mer Eccleſia illuſtrata diffinit. licet igitur à Iudeis acceperit Eccleſia prædictos libros, vt non canonicos, potuit nihilominus deinceps eos pro canonicis diffinire.

Ioſephus. Origenes. Athanaſ. Bellarm.

(?¿?)

DIFI-

DIFFICVLTAS VIII.

Vtrùm omnia, quæ ſunt in ſacra vtriuſque teſtamenti Scriptura, nobis neceſſaria ſint ad ſalutem?

§.1.

Proponitur ſtatus controuerſiæ cum argumentis quibuſdam.

1. *Ad Rom.* OCcaſione concluſionis Scoti in hoc 1. articulo, videtur dicendum, quidquid in ſacra Scriptura continetur, eſſe cuilibet homini ad ſalutem, & vitam ſimpliciter neceſſariū. Si quidem indiffinitè aſſerit Doctor, quod *ſacra Scriptura continet doctrinam neceſſariam viatori.* Quod rationi etiā conſonat (vt apparet) quia ſi aliqua cōtineret Scriptura, quæ neceſſaria nobis non eſſent, proculdubiò hæc talia ſuperfluere viderentur. Si etenim Diuus Paulus Romanorum cap. 15. ait: *quæcumque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*, cur aliquid in diuinis elogijs credendum eſt fuiſſe ſcriptum, quod ad noſtram ſalutem neceſſario non pertineat?

2. *D. Chriſoſtomus.* Probat ſecundo hanc neceſſitatem ſacræ doctrinæ D. Chriſoſtomus in concione 3. de Lazaro, his verbis. *An non vides fabros ærarios, aurifices, fabros argentarios, denique eos, qui quamcumque exercent artem, omnia artis inſtrumenta habere parata? Hoc ſanè animo nos quoque præditos eſſe oportet. Quemadmodum enim illis, artis inſtrumenta ſunt, Malleus, incus, forceps: ſic & nobis inſtrumenta ſunt Apoſtolorum, ac Prophetarum libri, omniſque ſcriptura diuinitus inſpirata.* Ex qua Chriſoſtomi authoritate non tantum inferri videtur præciſa cunctæ ſacræ Scripturæ neceſſitas, verum & ex illa noſtri temporis Hæretici non pauci, ſuadere conantur, omnes Scripturas ſanctas in omnes, omniumque gentium linguas, traduci oportere, vt à populo rudi queant ſine vllo diſcrimine legi, & ſine labore intelligi. Nihil etenim (aiunt) impedimento eſſe, quin diuinæ Scripturæ ab omnibus etiam indoctis, ſciantur, niſi peregrinæ linguæ ignorantia, quæ per traductionem ad propriam vincitur, & manent ſcripturæ ſic traductæ aptiſſima cuiuſcumque hominum æternæ ſalutis inſtrumenta.

In quo Hæretici iſti aduerſabantur ex diametrò Hæreticis illis, quos 3. ſupra incommentario articuli retulimus, qui (vt viſum eſt) neceſſitatem ſacrorum ſcriptorum abolebant omnino, quorum confutatio perſpicuè patet ibi: hos autem ſatis, & egregiè confutat, eorumque machinationes ſoluit Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca Sācta, lib. 6. annotatione 152. §. *aduerſus*, & ſequentibus. *Sixtus Senenſis.* Pro quo videndus eſt etiam Robertus Bellarminus, *Bellarm.* tomo primo, libro tertio, capite primo, & ſecundo, vbi latè probat ex ſanctorum Patrum teſtimonijs, Scripturam ſacram non ita eſſe claram per ſe, vt expoſitione neceſſariò, non indigeat: quam obrem rudibus tradendam non eſſe linguavernacula, & familiari traductam, ne eius expoſitionem ignorantes in pluribus decepti intereant. Non igitur nobis immorandum eſt in iſtorum Hæreticorum erroribus confutandis: ſed hoc punctum ad ſupradictos, & cæteros huius claſſis Authores reſeruo. Noſtra etenim refert, paucis interiectis digreſſionibus, ad Scolaſticas difficultates redire.

Tertio ergo probatur præciſa totius ſacræ Scripturæ neceſſitas, ex 4. textu Doctoris ſubtilis: ibi namque in ſolutione ſecundi argumenti, vbi arguebatur ex ſuperfluitate multarum hyſtoriarum, & cerimoniarum veterum, quarum noticia neceſſaria

ria ad ſalutem eſſe non poteſt: reſpondet, cerimonias neceſſarias eſſe, vt lex gratiæ velata fuerit in lege veteri, hyſtorias quoque exẽpla eſſe legis declaratiua; & ex conſequenti totam ſacram paginam videtur concludere, ita ad cuiusvis hominis ſalutem ſimpliciter neceſſariam eſſe, vt ſine omnium librorũ eius notitia, ſaluus eſſe non poſsit.

§.2.

Ponitur vera Scoti ſentẽtia & eius fundamenta explanantur.

5. IN oppoſitum tamen eſt Doctor ſubtilis in litera textuali, in quæſtione præcedente articulo 7. vbi hæc profert. *Non ſit autem quantum ad ſecundum habitum, quem includit quæ eſt fides acquiſita, ſed forte de potentia ordinata eſt neceſſaria in adulto potente habere doctorem & eum intelligere: & hoc quantum ad aliquorum generalium fidem acquiſitam.* Quæ verba per ea quę expoſuimus ibi in noſtro commentario, perſpicua ſunt, & conſtat ex eodem articulo, quod loquatur de fide acquiſita, quæ eſt in Scriptura: hæc enim ait ibi, loquendo de habitu Theologiæ. *Qui & perfectus exiſtens includit fidem infuſam, & acquiſitam articulorum, & aliorum reuelatorum à Deo in ſcriptura.* Fides etenim acquiſita eſt notitia eorum, quæ nobis à Doctoribus de diuinis & reuelatis myſterijs proponuntur credenda: quæ maior eſt in eis, qui pluriũ myſteriorum, quæ in ſacra Scriptura continentur, acquiſiuit notitiam: quę etiã eſt mens Diui Auguſtini ſuper Pſalmum 71. iuxta illa verba, *ſuſcipiãt montes pacem populo, & colles iuſtitiam,* ſupra quæ inquit, *quæ eſt iuſtitia, quam colles excipiunt? Fides: quia iuſtus ex fide viuit, non autem acciperent minores animæ fidem, niſi maiores animæ, quæ montes dictæ ſunt, ab ipſa ſapientia illuſtrarentur, vt poſſent paruulis traijcere, quod poſſent paruuli capere.* Et Paulò infra ſubdit. *Oculos noſtros cum leuamus ad ſcripturas, quia per homines miniſtratæ ſunt ſcripturæ leuamus oculos noſtros in montes, vnde veniet auxilium nobis.* Hanc igitur fidem acquiſitam, ſeu diuinarum myſteriorũ notitiam, cuilibet de lege ordinata, neceſſariam eſſe ad ſalutem, hac litera docet Doctor.

Scotus.

D. Auguſ.

6. Triplex tamen ponitur in litera limitatio. Prima, ex parte proponẽtis. Secunda, ex parte audiẽtis. Tertia, ex parte eorum, quæ proponuntur: Prima ergo limitatio eſt quantum ad Doctorem, ſi enim Doctor, & Magiſter deficeret, aut adultus ille habere non poſſet Magiſtrum, eſſet profecto ab hac neceſsitate excuſatus, & ideo excuſaretur ille nutritus indeſerto, de quo ſupra in difficultate tertia latè egimus. Secunda limitatio eſt, quantum attinet ad ipſum audientem, vt pote; ille adultus poſsit intelligere per ipſum Doctorem: defectu cuius, non numquan cõtinget ruſticum ob nimiam ruditatem diuina myſteria de Trinitate, aut ſimilia ſibi propoſita, capere non poſſe. Tertia limitatio eſt, quãtum ad ea, quorum notitia debet haberi: & hæc non ſunt omnia, quæ in ſacris literis continentur: ſed aliqua generalia, quorum quilibet fidelis debet fidem acquiſitam & notitiam habere, vt ſunt quatuordecim fidei articuli: decem præcepta Decalogi, & ſimilia, quæ expreſſè limitat Doctor de quibus egimus citata difficultate tertia numero 17. & ſequentibus: ſi etenim cæterorum, quæ in ſacris Scripturis continentur, cuilibet eſſet neceſſaria notitia, proculdubio rariſsimi ſalui fierent. Quis namque Regũ Iudá, & Iſrael victorias, & plures earum circuſtancias, & vtriuſque teſtamenti res geſtas, & Prophetarũ, omnium cuncta vaticinia, & apoſtolica, & Euangelica conſilia, & cætera, quæ in ſacris paginis continentur, aſsiduo ſtudio in ſimul comparauit?

7. Sufficit quidem cuilibet fideli ad conſequendam ſalutem, ſui vltimi finis in particulari, habere notitiam; &

hoc

hoc etiam quantum ad circunſtãcias eius appetibiles, puta, quod ipſa habetur poſt reſurrectionem ab homine immortali, & in corpore, & in anima ſimul ſine fine; vt Doctor oſtendit in textu huius primi articuli: & hoc tradit ſacra Scriptura. Et ſufficit quidem hominis media neceſſaria, & ſufficientia ad talem finem conſequẽdum cognoſcere: quod etiam traditur ibi per decem mandatorum notitiam, vt pa-
Matthei. tet Matthei, cap. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata Dei*, de quibus habetur in Exodo. Horum etiam explicatio, & quantum ad credendum, & quantum ad ſperandum, & quantum ad operandum per Dei dilectionem, in diuerſis ſacræ Scripturæ locis traditur, vt compertum eſt.

8. Aliter ergo conſideranda eſt neceſſitas ſacræ Scripturæ reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ, aliter verò in ordine ad cuiuſuis hominis ſalutem. Et rurſus aliter cõſideranda eſt hæc ſacræ Scripturæ neceſsitas abſolute, & ſimpliciter: aliter verò de lege communi, & ordinaria, poſt ipſarum Scripturarum editionem, ac ſufficientem promulgationem: iuxta quam diſtinctionem reſoluenda eſt præſens difficultas.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

9. *1. Conclu.* QVIBVS præhabitis, difficultate concludendo, dico primo: quod non eſt neceſſaria notitia totius ſacræ Scripturæ, cuicumque homini ad ſalutem. Concluſio hæc ſatis probatur ex nuper notatis, & ex dictis in difficultate tertia iam citata.

10. *2. conclu.* Dico ſecundo: quod etiam toti, & vniuerſali Dei Eccleſiæ, non eſt omnis, imò nec aliqua Scriptura, abſolute, & ſimpliciter neceſſaria, ita vt ſine illa Eccleſia Dei ſtare, & conſeruari non poſſet. Concluſionem hanc te- *Caſtro.*
nent noſter Alphonſus à Caſtro ad- *Oſsius.*
uerſus hæreſes, lib. 1. capit. 5. Cardina- *Melch. Ca*
lis Oſsius in 4. lib. aduerſus Prolego- *nus.*
mena Brentij, Melchior Canus, libr. 3. *Iodoc. Ti*
de locis theologicis, Iodocus Tileta- *let.*
nus in Apologia contra Kemniſium, *Colon.*
Doctores Colonienſes in examine *Bellarm.*
Cathechiſmi Monthemiani in repre- *Greg. de*
henſione ſexti dialogi, Robertus Bel- *Val.*
larminus tom. 1. lib. 2. de Verbo Dei *Scotus.*
non ſcripto, Gregorius de Valencia, 3. part. diſput. 1. quæſt. 1. puncto ſeptimo, & expreſſè Scotus in textu huius articuli in ſolutione primi argumenti.

Quę concluſio probatur primò ex 11.
varijs ætatibus Eccleſiæ: nam vt Doctor ſubtilis in proximè citato loco ait, *lex naturæ paucioribus fuit contenta, quæ memorialiter ad filios per patres deuenerunt.* In illa igitur lege fuit Dei Eccleſia ab Adamo vſque ad Moyſem: cum vero magni, &
altiſsimi Dei cultu, tam externorum *D. Aug.*
rituum, quam etiam interiorum ſupernaturalium habituum. Colebant etenim homines iuſti vnum Deum, fide, ſpe, et charitate, ac extrinſeca adoratione latriæ, vt probat Diuus Auguſtinus, lib. 11. de ciuitate Dei, vbi deducit ciuitatem Dei, ab origine mundi. Et patet ex capitibus, 4. 5. et 6. et ſequentibus Geneſis, vbi introducuntur Abel, et Enoch, Noe, Melchiſedech, Abrahã, Iſach, Iacob, et alij ſancti homines, in quibus conſeruata eſt vera Dei Eccleſia per annos circiter milleſimos ſeptingenteſsimos à mundi, videlicet, creatione, vſque ad Moyſem, et egreſſum populi Iſrael de Egypto. Sed toto iſto tempore abſque aliqua Scriptura cõſeruabatur ſa-
cta Dei religio, et Eccleſia: ergo ſi po- *Gen. 18.*
tuit Chriſti Eccleſia per mille et ſexcentos annos, ſine aliqua ſcriptura ſolis, videlicet, Maiorum traditionibus
conſeruari, iuxta illud, quod ait Do- 12.
minus, Geneſis 18. *Scio, quod Abraham præcepturus ſit filijs ſuis, & domni ſuæ, poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini*: ergo ſacra Scriptura non eſt vniuerſali

Eccle-

Eccleſiæ ſimpliciter neceſſaria.

12. Probatur ſecundo hæc eadem concluſio: quia etiam ſtante lege Moyſi, et Scripturis, non pauci alij vltra Iudæos, in quibus nulla fuit Scriptura, ad Dei Eccleſiã pertinebant, vt affirmat D. Auguſt. lib. 18. de ciuit. Dei c. 47. vbi hæc profert, *Nec ipſos Iudæos exiſtimo audere contendere, neminẽ pertinuiſſe ad Deũ, præter Iſraelitas, ex quo propagatio Iſrael cæpit eſſe. Populus enim re uera, qui propriè Dei populus diceretur, nullus alius fuit. Homines antẽ quoſdã nõ terrena, ſed cæleſti ſocietate, ad veros Iſraelitas ſupernæ ciues patriæ pertinentes, etiã in alijs gentibus fuiſſe negare non poſſunt.* (D. Augu.) Hoc idẽ cõſtanter aſſerit D. Auguſt. lib. 1. de prædeſtinatione ſanctorũ c. 9. & li. 2. de peccato originali c. 24.

13. Quibus accedit tertio, quod etiã Iudæorũ tẽpore, quo lex ſcripta vigebat, ſæpiſsimè Iudæi ipſi vtebãtur Maiorũ traditionibus. Tum quia plura ſacræ Scripturę monumẽta perierãt, vt notat D. Chryſoſtomus ho. 9. in Mat. dicẽs: (D. Chryſo.) *Quod multa ex propheticis periere monumentis.* Tum etiam, quia ante tẽpus Eſdræ non erant Scripturæ ad formã librorum redactæ. Vnde ex vltimis illorum Scriptoribus vnus, qui fuit Ieſus Sirach, aliàs eccleſiaſticus, traditiones Patrum commendans cap. 8. (Eccleſiaſt.) ait: *Non prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didiſcerunt ex Patribus ſuis.* Erant etenim Scripturæ in annalibus, & varijs chartis diſperſæ: & non omnes inueniebantur ex Pontificum negligentia, quam obrem tanquam mirabile quoddam commemorat textus ſacer 4. Regum cap. 22. tempore Regis Ioſiæ, quemdam legis Domini librum in templo fuiſſe inuentum. Poſt captiuitatem autem Babilonis, vt tradunt D. Theodoretus in præfatione in pſal- (D. Theod.) mos, & Beda in caput ſeptimum lib. (Beda.) 1. Eſdræ, Eſdras ipſe omnes Scripturæ partes cõpilauit, & colligens vnũ ad volumẽ reduxit. Ergo poſtquã in Dei Eccleſia extiterunt Scripturæ, adhuc multi, qui ad Eccleſiam pertinebant, ſine Scripturis ſalui facti ſunt. Ergo non eſt Scriptura Eccleſiæ ſimpliciter neceſſaria.

14. Quarto tãdem probatur: quia adhuc in lege gratiæ per annos plurimos ſine Scripturis noui teſtamenti regebatur, & conſeruabatur Eccleſia, vt D. Ireneus lib. 3. cap. 4. teſtatur: (D. Ireneus) qui ait etiã ætate ſua fuiſſe populos Chriſtianos, qui abſque omni prorſus Scriptura, traditionibus ſolummodo recti viuerent. Prius enim Apoſtoli verbum Dei viua voce prædicauerunt, quam traderent ſcriptis: & cætera legis gratiæ myſteria longo tẽpore, traditione verborum, & nondum ſcriptis, in Eccleſia extiterunt: vt teſtatur Euſebius lib. 3. hyſt. c. 23. & D. Hieronymus in Cathalogo ſcriptorũ Eccleſiaſt. (Euſebius. D. Hiero.) & probat Gregorius de Valencia.

15. Dico tertio: quod de lege communi, & ordinata, poſt ſcripturarum editionem, & ſufficientem promulgationem, neceſſarium eſt in Dei Eccleſia eſſe omnem Scripturam ſacram. (3. Conc.) Cõcluſio cõmunis eſſe debet: quia ſacra Scriptura (vt optimè probant Doctores, præſertim Scotus in textu, & ex recentioribus Gregorius de Valencia 3. p. diſp. 1. q. 1. puncto 7. §. 8. (Scotus. Gregor. de Valent.) eſt quaſi lex, & regula, ad cuius normam iudicium fidei in Eccleſia ferendũ eſt. Vnde ſecundum hanc conſiderationem, ſua Deus naturali, & ſupernaturali prouidentia, omnia, quæ in ſacris literis continentur, nobis mirifice ordinauit ad vitam: vt ſancta mater Eccleſia in omnibus ſacris myſterijs diuinitus erudita, eſſet Magiſtra, & Doctrix cunctorum fidelium, ad cuius perfecti Magiſterij plenitudinem, neceſſum fuit, vt ſacroſancta Dei arcana, & omnia, quę ad vltimum finem conſequendum neceſſaria ſunt, tum lege, tum hyſtorijs, & exemplis, tum ſapientiali eruditione, tum quoque vaticinijs ſacris in recondita contineret: vt infideles conuertat, fideles ve inſtruat, indoctos doceat, cæcos illuminet, ſapiẽtes erudiat, difficultates examinet, errores extirpet, mores reformet, & omnibus, ac in omnibus, viam veritatis definiat. De quo videndus eſt diuus Hieronymus in epiſtola ad Paulinum de omnibus diuinæ hyſtoriæ libris cap. 6. & 7. (D. Hiero.) Et optimè probat Feuardenſius noſtræ ſacræ Mi- (Feuarden.)

nõritarũ familiæ Doctor egregius in præfactione ad Bibliam, & in argumẽto de canonicis, & nõ canonicis libris, vbiquoque Burgenſis multa præclara aduertit: ſed præclarius noſter Lyrà in ſua poſtila ſupra Geneſim c. 1.

Burgen. Nicol. de Lyra.

16. Ibi enim Scripturã ſacram totã in duas diuidit partes, aſſerit Lyra, in vetus, videlicet, teſtamentum, & nouũ: nam licet tota ſacra Scriptura ſit de Deo, tanquam de ſubiecto: tamen prima pars principaliter eſt de Deo, tanquam creatore, & gubernatore: ſecũda vero de Deo, tanquam redemptore, & glorificatore. Prima igitur pars, videlicet, veteris teſtamẽti, diuiditur (inquit) in quatuor partes, nempe, in libros legales, hyſtoriales, ſapientiales, & prophetales. Et quia vetus teſtamentum, & nouũ, ſe habent, *Sicut rota in medio rota*, vt habetur Ezechielis cap. 1. Ideo nouum teſtamentum cõſimiliter in eaſdem quatuor partes diuiditur: quoniam legi veteri in nouo teſtamento Euangeliũ correſponder, quod lex gratiæ eſt: libris verò ſapientialibus correſpondẽt epiſtolæ Pauli, & aliorũ Apoſtolorũ, in quibus ſaluberrima documẽta habemus, atq; conſilia: libris autẽ hyſtorialibus mirabilia Apoſtolorũ acta reſpondent; Prophetarũ denique libris, quorũ vaticinia in Chriſto ſunt adimpleta interris, vt optimè D. Auguſt. in Pſal. 71. ſuper illa verba: *Et erit firmamentum in terra*, de Chriſto Domino ait: *Omnes enim promiſsiones Dei, etiã in illo firmatæ ſunt, quoniam in illo impletũ eſt quidquid pro ſalute noſtra Prophetatũ eſt*, & infra ſubdit, *Vnde ipſe interrã venit, vt cuncta firmaret. id eſt, in ſe monſtraret impleri*: dictis igitur libris Prophetarum correſpondet Apocalypſis D. Ioannis, in quo ſcribitur ipſius Chriſti, & Beatorũ gloria, & triumphi coronæ, quibus perfruuntur in cælis.

Ezech.

D. Aug.

17. Hæc igitur omnia ſunt ad cõſeruationẽ Eccleſiæ neceſſaria, in qua Dei optimi, & maximi, cognitio perfecta, & cõpetens eſſe debet, qui inuiſibilis quidẽ, cum nõ per cauſas (qui ipſe eſt omniũ cauſarũ vnica cauſa) ſed per effectus, vt puta, à creatura mũdi per ea, quæ facta ſunt, quatenus Creator, & conſeruator eſt, intelligi, & cõſpici debeat, omnia fere, quæ Deus ipſe, vt rerum omniũ conditor patrauit, in librorũ ſacrorũ habentur elogijs. Et cũ etiã ſit ſupernaturalis creaturarũ rationaliũ, & intellectualiũ finis, qualiter ſit talis finis, in quo iuſtitia, & miſericordia, & cætera attributa reſplendent, qualiterue finis ipſe cõparari poſsit, & quibus virtutibus, & iuſtitię punitiuæ, ac remuneratiuæ, exẽplis, mores hominum inſtruantur: Spiritus Sanctus vtroque teſtamento dictauit, & ſuæ reuelauit Eccleſiæ.

18. Dico quarto: quod notitia omniũ ſacrorum librorũ ad cuiuſuis hominis, etiã in particulari vtilitatẽ, multũ conducit; ad cuius tamen ſalutis præciſam neceſsitatẽ pertinere, rigidum eſſet nimis, vt ex prima concluſione conſtat. Hãc tenet Bellarminus vbi ſupra reſpõdens ad auctoritatem D. Chryſoſtomi ho. 1. in Matt. vbi dicebat Scripturas non fuiſſe neceſſarias Patriarchis, & Apoſtolis, tamẽ nobis neceſſarias eſſe: dũ ait intelligendum eſſe de neceſsitate nõ ſimpliciter, ſed ad melius, & vtilius eſſe. Cõcluſio ergo clara eſt: quoniam licet nõ ſit, cur hanc neceſsitatẽ nobis ſacri, aut ſcholaſtici Doctores imponerent tenendi omnes Scripturas ſacras, proculdubio earũ notitia nobis eſt ſatis vtilis. Aliud eſt enim notitiam omni ſacræ Scripturæ cuilibet viatori ad ſalutem neceſſariam eſſe: aliud verò in ſacra Scriptura doctrinã neceſſariã cuilibet viatori cõtineri. Primũ dictum nimiũ contineret rigorẽ, & proculdubio verũ eſſe non poteſt, vt oſtenſum eſt. Secundũ autẽ eſt veriſsima, & Catholica cõcluſio, quã expreſsit Doctor ſubtilis, dũ ait in hoc articulo: *Patet, quod ſacra Scriptura ſufficienter continet doctrinã neceſſariam viatori.* Et probatur etiã ex illo Pauli ad Thimo. 3. *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, & arguendum, &c.*

4. Conclu.

Ad Thim.

---

§. 4.

Soluuntur argumenta in oppoſitum.

PRæ-

19. *Ad argumenta in contrariũ, & ad primum.*

EXtra cognita ergo ſacræ Scripturæ neceſsitate, nunc reſtat argumẽta in principio difficultatis poſita ſoluere; & ad primũ ex doctrina Scoti ſatis reſponſum eſt per ea, quę diximus ſupra num. 6. non enim aſſerit Doctor, omnẽ ſacrã Scripturã eſſe doctrinã cuilibet viatori neceſſariã: ſed, ſacrã Scripturã continere doctrinam neceſſariam viatori: & hoc ex probatis perſpicuum eſt. Nec ex hoc licet inferre cætera, quæ in ſacra Scriptura cuilibet viatori neceſſaria præciſe nõ ſunt, ſuperfluere: quia cuilibet viatori prodeſſent, & vtilia ſibi eſſent, ſi illa ſciret. Ea autem, quę vtilia ſunt, ſi ſciãtur, non ſuperfluunt, licet ſimpliciter neceſſaria non ſint. Prodeſſent ergo, tum ad beatitudinem ſibi perfectius conſequendã, iuxta illud Pſalmi 118: *Psal. 118.* *Beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius*: tum etiam ad vitandos errores circa fidẽ, & mores, iuxta illud Marci 12. c. *Marci.* *Non ne ideo erratis neſcientes Scripturas?* Tũ deniq; ad docẽdũ, & inſtruẽdũ in fide fideles, cõfutendosve infideliũ Hæreſes, iuxta illud 2. ad Thimoteũ 3. c. *2. ad Thi.* *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendũ, ad arguendũ, &c.* Cũ igitur hæc, & ſimilia bona, pręſtet omniũ ſacrorũ librorũ notitia, nullatenus ſuperfluere dici poteſt. Præterquãquod licet cuilibet in particulari neceſſaria præciſe nõ ſit: eſt nihilomininus vniuerſali Eccleſiæ neceſſaria, & ſemper ſaluatur, verè dixiſſe Apoſtolum: quæcumque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

20. *Ad 2 argumentum.*

Ad ſecundũ argumentũ ex auctoritate D. Chryſoſtomi reſpondeo, in omnibus cuiuſcũque artis opificibus non eadẽ prorſus inſtrumenta reperiri: ſunt etenim in qualibet arte quædã inſtrumẽta generaliter neceſſaria, ſine quib⁹ nullus opifex illius artis opus cõficiet, ſicut in arte fabri lignarij v. g ſerra maleus, & ſimilia. Sunt prætetea alia inſtrumẽta, quib⁹ vtũtur excelleriores artifices illius artis, vt opificiũ aliquod elegãs, & ornatiſsimũ, ſingolari ingenio fabricẽt, quibus alij vulgares illi⁹ artis opifices nõ vtũtur, licet ſibi vtiliſsimũ eſſet, ſi ſcirent, & in ſua arte vterẽtur eis: quod quidẽ in omnibus fere artibus contingere experiẽtia docet: ſic ergo ſumpta paritate ab exẽplo Chryſoſtomi, dico: quod et ſi nobis ſint inſtrumẽta Apoſtolorũ, & Prophetarũ libri, omniſq; Scriptura diuinitus inſpirata, hoc debet intelligi, nõ quod cuilibet noſtri ſint huiuſmodi inſtrumẽta ſimpliciter neceſſaria, ad vitã cõſequẽdã; ſed cuilibet vtilia eſſe, & vniuerſali Eccleſiæ neceſſaria: quæ cũ ſit vniuerſalis magiſtra, omnibus indiget, vt omnes (vt dictũ eſt) inſtruat: quia ergo ex iuſtis, quoſdã excellentiori gratia ad excellentiorem gradũ gloriæ ordinat: hinc quibuſdã excellentiora applicat inſtrumenta, vt excellentiora ſuæ diuinæ prouidẽtiæ opificia fabricet. Hinc videmus quoſdã per præciſam legis adimpletionẽ ſaluos fieri, quibus tantũmodo ſufficit præciſa notitia legis, & eius adimpletio, iuxta illud Matth. ca. 19. *Si vis ad vitã ingredi, et ſaluus eſſe, ſerua mandata Dei*: Alios verò excellẽtiori ſuæ gratiæ inſtrumento, ad religionis perfectiſsimũ ſtatũ trahit, quibus perfectiora applicat inſtrumẽta, vtpote, nõ ſolũ legis notitiã, & obſeruationẽ illius, verũ etiã, & ſaluberrima conſilia præbet de viuendo in paupertate, iuxta illud eiuſdẽ Matt. 19. *Si vis perfectus eſſe vade, & vẽde omnia, quæ poſsides, &c.*

21. *Ad 3. argumentum.*

Ad tertium ex ſolutione Doctoris deſumptũ, in eadẽ ſolutione eiuſdem patet reſpõſio, quod, ſcilicet, ex toto proceſſu Scripturæ patet ordinata Dei gubernatio reſpectu hominis, & totius creaturæ, cuius proceſſus notitia ad Eccleſiã ſpectat, ſiquidẽ illã, vt matrẽ doctricẽ, & vt diuinũ oraculũ, debemus in omnibus diuinis myſterijs, & neceſſarijs cognitionibus, conſulere, quę vt ſapiẽs magiſtra, debet nos docere, quæ nobis neceſſaria ſunt, tum cerimonijs legalibus figuratiuis, tum exẽplorum hyſtorijs, tũ quoque Prophetarum vaticinijs, quæ omnia in Euangelio ſunt adimpleta, vt videamus iam ceſſaſſe legalia, & quomodò figuras in figuratis conſumatas fuiſſe, & etiam, vt circa nobis præciſe neceſſaria, poſsimus proficere documẽtis ſapiẽtialibus, propheticis, & Apoſtolicis, nos ſuadendo monet, & inſtruit.

DIFFICVLTAS. IX.

Vtrùm ea, quæ ſunt in ſacra vtriuſque teſtamenti Scriptura, ſint nobis ſufficientia ad ſalutem?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ cum argumentis pro erroribus quorundam Hæreticorum.

1. DIFFICVLTAS hæc in gẽtiſsima eſt, & inter principes cæterarum theologarum, optimum debet obtinere locum: eſt enim præcipua titularis huius quæſtionis ſecundæ Scoti, in qua Doctor quærit, *vtrùm cognitio ſupernaturalis neceſſaria viatori ſit ſufficienter tradita in ſacra Scriptura?* Et in illa non ſolum cum Hæreticis noſtri temporis, verum, & cum antiquioribus, eſt nobis colluctatio. Maledictus enim Arrius, Neſtorius, Eutiches, & Dioſcorus, ita ad ſcripturas ſolas recurrebant, vt nullum aliud fidei principium admitterent. Quod referunt D. Auguſtinus lib. 1. contra Maximum. Baſilius Anciranus Epiſcopus, in confeſsione, quam exhibuit ſeptimæ Synodo anthemate 7. Ex recentioribus verò noſtræ ætatis Hæreticis nefarius Lutherus in commentario capitis 1. ad Galatas, Caluinus lib. 4. inſt. cap. 8. §. 8. Ioannes Brencius in proſegominis cap. de tradit. Kemnitius in examine Concil. Trid. ſeſſ. 4. & alij iſtorum ſequaces, qui omnes negant veritatem apoſtolicarũ, & eccleſiaſticarum traditionum, & vt etiam Conciliorum diffinitiones, ſummorumque Pontificum decreta circa fidem, & mores, radicitus abolerent, dixerunt, in diuinis Scripturis expreſſè, ſufficientiſsimeque, contineri omnia, quæ ad fidem, & ad mores in Eccleſia, ipſis & nobis neceſſaria ſunt: proptereoque aiebat Lutherus, *Neque alia doctrina in Eccleſia tradi, & audiri debet, quam purum verbum Dei hoc eſt ſancta Scriptura. Doctores, vel auditores alij cũ ſua doctrina anathema ſunto.* Hanc Hæreſim triplici præſertim via probant. Primã, ex eiuſdem ſacræ Scripturæ locis, ſecundam, ex Patrum teſtimonijs, tertiam rationibus.

Arrius. Neſtorius. Eutiches. Dioſcorus. D. Augu. Baſili. Ancir. Lutherus. Caluinus. Brencius. Kemnitius.

2. Primo igitur videtur ſufficientiſsimè contineri in ſacra Scriptura quidquid Eccleſiæ, & hominum ſaluti neceſſariũ eſt: quia in li. Deuteronomij c. 12. de hoc habetur dominicum præceptum, dum dicitur ibi: *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam, nec minuas*, & c. 4. dicitur: *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: cuſtodite mandata Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis.* Et in 2. epiſto. ad Thimo. cap. 3. ait Apoſtolus Paulus: *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiẽdum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* Et ad Galatas cap. 1. ait, *Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangeliſauimus vobis, anathema ſit.* Et Apocalypſis cap. vltimo ait D. Ioannes: *Conteſtor enim omni audienti verba prophetiæ, huius, ſiquis appoſuerit ad hæc: apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in lib. iſto.* Ex his locis, & alijs inferunt Hæretici, nefas eſſe ſacrilegũ aliquid vltra Scripturas ſacras ſuperaddere: ſiquidem in ipſis omnia, quæ nobis ad vitam ſufficiunt, continentur.

Deutero. 2. ad Thim. c. 3. Ad Galat. Apocalyp.

Secundo probant hoc idem ex Patribus, nam Diuus Auguſtinus tractationum 49. ait, *Etſi multa Chriſti verba, & geſta ſcripta non ſint: illa tamen ſcripta eſſe, quæ credentium ſaluti ſufficerent.* Et de peccatorum meritis, & remiſſione capit. vltimo ait. *Vbi de re obſcuriſsima diſputatur, nõ adiuuãtibus claris Scripturæ teſtimonijs, cohibere ſe debet humana præſumptio.* Item ſanctus Athanaſius in libr. contra gentes ſiue

D. Augu. D. Athan.

ſiue contra idola,in principio ait.Sufficiunt ſanctæ,ac diuinitus inſpiratæ Scripturæ,ad omnē inſtructionem veritatis.Item ſanctus Baſilius in ſermone de fidei confeſſione,inquit. *Infidelitatis argumentū fuerit,& ſignum ſuperbiæ,ſiquis eorumque ſcripta ſunt, aliquid velit reijcere,aut eorum,quæ non ſcripta ſunt,introducere.* D. Chryſoſtomus in cōmento cap.22.Matthæi ait: *Quidquid quaritur ad ſalutem, totum iam impletum eſt in Scripturis.* Et D. Hieronymus in c.13.Matth. ait: *Quod Scripturis auctoritatem non habet,eadem facilitate contemnitur,qua probatur.* Hæc,& ſimilia ſunt ſanctorū Patrum teſtimonia,quæ in ſui erroris fauorem adducunt Hæretici ſupradicti.

D. Baſi. D. Chryſo. D. Hiero.

4 Tertio poſtremo eandem Hæreſim rationibus pluribus confirmant, ex quibus duas principaliores dum taxat referam. Prior ergo eſt: quia Scriptura diuina eſt regula, & norma fidei,& morum ad hominum ſalutem, vt docet D. Auguſtinus lib. 19.de ciuitate Dei cap.18. & lib. 11. contra Fauſtum c.5. Sed Dei perfecta ſunt opera: ergo Scriptura eſt regula perfecta,&adæquata fidei noſtræ. Ergo ſolum quidquid in Scriptura continetur de fide eſt, & ad mores ſpectat: ergo quidquid in Scriptura non continetur,nec de fide eſt, nec ad mores pertinet. Ergo ſacra Scriptura eſt ſufficienter continens ea,quæ ad mores, & fidem conſeruandam,hominumque ſalutem,neceſſaria ſunt.

D. Augu.

5 Poſterior ratio eſt: quia ex oppoſito ingens ſequitur inconueniens, quod, ſcilicet, aperiatur Hæreticis, porta fingendi ad libitum in rebus fidei,& morum: ſi etenim aliquid præter id,quod in ſacra Scriptura nobis ad fidem conſeruandam, & vitam cōſequendam æternam,neceſſarium eſt: proculdubio quilibet, cùm ſcripturarum teſtimonijs ad ſuos comprobandos errores fuerit deſtitutus,quālibet confictionem propriam, traditionem apoſtolicam eſſe proteruiet. Sic enim Papias apud Euſebium lib.3.de hyſtor. capit. vltimo, errorem illum de mille annis regni Chriſti in terris poſt reſurrectionem futuri, commentitia traditione apoſtolica defendendere, & perſuadere pro viribus laborabat.

6 Relictis iam Hæreticorum argumētis,quæ pro hac parte adducuntur ipſā ſatis corroborant argumenta textualia poſita in principio articuli: quinimo,& concluſio literæ hoc idem probare videtur,dum perſpicuè Doctor (vt videtur) concludit, quod *ſacra Scriptura ſufficienter continet doctrinam neceſſariam viatori.*

§.2.

Ponitur vera Scoti,& D. Thomæ ſententia,quæ eſt omnium Catholicorum.

7. IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in plana litera textuali huius primi articuli ſolutione ad tertium, vbi hæc profert. *Vnde multæ veritates neceſſariæ non exprimuntur in ſacra Scriptura,et ſi ibi virtualiter contineantur.* Hoc idem docet D. Thomas 2.2.q.1.art.7.in corpore:& ſpecificās Scotus,quæ ſint illa,quæ credēda ſunt de fide vltra ea,quæ in ſacra Scriptura continentur,ait hoc 1. diſtin.26.q. vnica artic. 4. *§. Primum oſtenditur: quod nihil eſt aſſerendū de fide veritate, niſi quod traditur in Scriptura, vel ab vniuerſali declaratur Eccleſia in Scriptura, vel ex altero iſtorū ſit tradito, vel declarato,neceſſario euidenter infertur.* & paulo infra ſubdit quod, *quæcūque tenenda Eccliſia circa articulos de Trinitate declaraſſe inuenitur continentur in ſymbolo Apoſtolorū,vel Athanaſij, vel Niceni, vt extra de ſumma Trinitate,& fide catholica capitulis,firmiter,& damnamus: quæ duo capitula edita fuerunt in Concilio Lugdunenſi generali ſub Gregorio I. celebrato.* In quibus Doctoris verbis multa præclara,& ad præſentem difficultatem pertinentia reperiuntur. Primo etenim reperitur intentum difficultatis, videlicet, non omnia quæ ſunt de fide neceſſaria ad ſalutem habe-

D. Thomas. Scotus.

haberi expreſſa in Scriptura. Secūdo ea, quæ in ſcriptura traduntur eſſe de fide. Tertio Eccleſiæ etiā declarationē in eis, quę ex ſcriptura dubitātur, eiuſque determinationē eſſe de fide. Quarto etiā ea, quæ ex Scriptura, vel Eccleſiæ determinatione euidēti conſequētia inferūtur de fide quoq́ eſſe. Quinto ꝙ ea, quæ Eccleſia determinat de fide ad ſalutē hominis neceſſaria, cōtineri, vel in traditione apoſtolica, vt patet ex ſymbolo Apoſtolorū, & etiā in ſymbolo D. Athanaſij, & in capitulis decretorū Sūmorū Pontificū, & in Cōcilijs ab Eccleſia celebratis, & à Sūmis Pontificibus approbatis: quę omnia in hac difficultate commodius quo potuero, explanabo. Eſt igitur ſētētia hæc catholica, & pro tali ab vniuerſali Eccleſia recepta, docent illam ſancti Patres, & omnes ſcholaſtici Doctores dempto nemine.

8. Profecto diuinam Scripturā veram eſſe, veráque, ac neceſſariā doctrinam de fide credendā continere, iam ſatis in ſuperioribus quæ circa hunc articulū adnotauimus, & in præcedentibus duabus difficultatibus hactenus oſtēſum eſt, eſſe quoq; de fide ea, quæ ex propoſitionibus fidei euidenter inferuntur, non dubito: licet de hoc dubitauerint Doctores nonnulli, dicentes concluſionē, quæ ex vna premiſſa de fide, & altera naturaliter ſcita, infertur, debiliorē partē, vtpote naturalem ſequi: ideoque de fide nō eſſe. Quare Chriſtū eſſe riſibilē aiunt, non eſſe de fide, quia licet ſit iſta maior de fide Chriſtus eſt homo: quia tamē iſta minor eſt naturaliter ſcita, homo eſt riſibilis: ideo iſta cōcluſio, ergo Chriſtus eſt riſibilis, nō erit de fide, ſed naturalis. Oppoſitū tamē veriſsimū eſt, vt ex litera Doctoris conſtat, quē ſequūtur ferè omnes, & præſertim oſtendit noſter Vega lib. 9. in Conc. Tridēt. c. 39. & Aragō 2. 2. q. 4. art. 8. dubio 3. ſolutione ad vltimum, vbi probat partem debiliorē eſſe præmiſſam de fide, quā-

Scotus. tum ad modum ſciendi illā; quod tra-
Vega. diderat D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 3. ad pri-
Aragon. mum, vbi docet, quod licet fides ſit no-
D. Thomas bilior, quam ſcientia quantum ad obiectum, ſcientia tamen nobilior eſt fide, quantum ad modū cognoſcēdi.

9. Quę obiter dicta ſufficient pro hac propoſitione Scoti, quæ quia non eſt propria huius loci, ideo vſque ad propriū examinanda differtur. Supponēdo igitur cū Scotica, & communiori ſētentia omnē propoſitionē euidenter illatā ex præmiſſa de fide, de fide quoque eſſe credendam: mox ad præſentis difficultatis intentū perueniendū eſt, in quo inueſtigare oportet, quomodo verū ſit eſſe multa de fide, & nobis neceſſaria ad vitā, quę non habentur in ſacris Scripturis, ſed vniuerſalis Eccleſiæ auctoritate diffinita ſunt in Cōcilijs, & traditione apoſtolica, & Eccleſiaſtica à maioribus vſque ad poſteros habentur tradita.

§. 3.

Oſtenditur tria eſſe genera eorum quæ ſunt de fide credenda, vltra ea, quæ habentur in ſacra Scriptura.

Tripartita ſunt igitur in triplici genere ea, quæ ſunt de fide credēda, & ad hominis ſalutē neceſſaria, quę in ſacris voluminibus non cōtinentur expreſſa. Primū genus eſt traditionū. Secundum verò diffinitionū Summi Pōtificis & Eccleſiæ. Tertiū tandē diffinitionū Conciliorum, circa quæ om- 10.

nia nobis agendū eſt, vt exacte huius *Quid, &*
difficultatis veritatē poſsimus conclu- *quotuplex*
dere, breuiter tamen ne cōfundamus *ſit traditio*
tractatus: de quolibet enim itorū ſpecialis à Doctoribus cōtrouertitur: hic attamen ſolummodo præſentis difficultatis plenitudini ſatisfacere conabor. Traditionibus ergo ſumptis pro eis tantummodò, quæ continent doctrinā in ſacris Scripturis nō ſcriptā, prout nomē traditio à Theologis vſurpatur (vt patet per Tertulianū lib. de *Tertulia.*
corona militis, vbi ait, *ſi legem poſtules, ſcripturā nullā inuenies, traditio tibi prætenditur auctrix*) duplex eſt genus traditionū, ſcilicet, in ordine ad Auctorem,

rem,vel in ordine ad materiam.In ordine ad Auctorem eſt rurſus triplex traditionum genus: quædam etenim ſunt immediate à Deo,quæ vocantur diuinæ:quædam verò ſunt immediatè ab Apoſtolis,obidque Apoſtolicæ dicuntur: quædam tandem ſunt ab Eccleſia; ac propterea Eccleſiaſticæ appellantur.De diuinis dixit Apoſto-

2. Ad Theſſalon. lus 2.ad Theſſalonicenſes 2. *Tenete traditiones veſtras,quas accepiſtis,ſiue per ſermonem,ſiue per epiſtolam*:& de huiuſmodi traditionibus dixerat 1. Co-

1. Corint. rinthiorum 11.*Ego enim accepi à Domino,quæ tradidi vobis.* Sunt igitur traditiones diuinæ illæ, quæ a Chriſto Domino docēte diſcipulos ſuos habentur,quæ nuſquam in ſcripturis diuinis ſunt repertæ. Alia ſunt, quæ ad materiam ſacramentorum pertinent,quæ non potuerunt non inſtitui ab ipſomet Chriſto ſacramentorum conditore. De apoſtolicis autem conſtat Symbolum fidei ab Apoſtolis fuiſſe compoſitum,vt teſtantur

D.Ireneus ſancti Patres,atq; Concilia,nō in ſcriptis,ſed voce,vt aſſerit Diuus Irænæus lib.3.capit.4. Sic etiam ſunt ieiunium quadrageſimale, & multa alia, quæ ab Apoſtolis accepit Eccleſia, quæ quidē traditiones, quia aſſiſtente ſpiritu Sancto,fuerunt ab Apoſtolis in Dei Eccleſia introductæ, diuinæ quoque interdum vocantur, eccleſiaſticæ autem traditiones ſunt veteres quædam Eccleſiæ conſuetudines,vel à Prælatis, vel à populo inchoatæ,quæ paulatim tacitò vniuerſalis Eccleſiæ conſenſu vim obtinent legis. Iſtæ ergo omnes traditiones ab Auctoribus ſuis auctoritatem accipiunt.Vnde traditiones diuinæ,eādē auctoritatē habent,quam diuina doctrina ſcripta in Biblijs: Apoſtolicæ verò eandem, quam habet apoſtolica doctrina ſcripta in nouo teſtamento.Eccleſiaſticæ denique eandem auctoritatem,quam habent præcepta,& decreta eccleſiaſtica in Canonibus, & Concilijs ſcripta.

11. Demū circa traditionum materiā, eſt etiam alia partitio:quædā etenim ſunt de materia fidei, vt pote, quod Virgo ſanctiſsima Maria, Virgo poſt partum permanſerit. Quædam verò ad mores ſpectāt,vt quod certa feſta ſeruentur,& in eis abſtineatur ab omni ſeruili opere: iſtæ autem, vel ſunt vniuerſales,quę toti Eccleſiæ traditæ ſunt: vt feſtū Paſchatis, & ſimiliū:vel particulares, vt alia ſpecialia feſta,ſeu ieiunia quædam,quæ in vna, vel altera Eccleſia,ſeu Prouincia,aut natione ſeruantur. Vel etiā ſunt perpetuæ,vt vſus aſperſionis aquę benedictæ:vel temporales,vt vſus quorūdam legalium,qui fuit in Eccleſia vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem.Rurſus,vel traditiones ſunt neceſſariæ,quæ vim habent præcepti, vt Clericorum cælibatus: vel ſunt liberę, quæ reducuntur ad conſilium,vt vſus roſariorum,quibus Virgini beatiſsimæ, deuotione ſalutationis angolicæ cum oratione Dominica, certo numero preces effundimus.

Porrò Summi Eccleſiæ Pontificis iudiciū circa ſpiritualia(de quibus hic loquimur)dupliciter conſiderari poteſt,vel quoad auctoritatē,quā habet, vel quoad materiā,circa quā verſatur tale iudiciū.Priori modo cōſideratur Pontifex in quadruplici ſtatu.Primò vt perſona quædā priuata,ſicut quilibet alius homo,ſiue etiam,ut Doctor particularis.Secundò,vt Pōtifex, ſed ſolus.Tertiò,vt Pontifex, ſed ſociatus concilio aliorū,vt Cardinaliū,id eſt,cū cætu Eccleſiæ.Quarto,vt Pontifex cū generali Concilio. Demum quoad materiā,circa quā Pōtifex profert iudiciū multiplex ſe ſolet offerre quæſtio ventilanda. Alia eſt etenim materia fidei:vt controuerſia,in quibus diffinit,quid credendum ſit. Alia materia morum,& hæc aut vniuerſaliter pertinet toti Eccleſiæ,aut alicui particulari:necnō de canonizatione Sāctorū,& alicuius religionis approbatione:in quibus omnibus infallibilitas iudicij Sūmi Pōtificis à Doctoribus controuertitur. Itē de poteſtate coactiua circa ea,quæ poteſt Pontifex ſub obediētiæ præcepto præcipere,vt credātur,vel agantur,de quibus omnibus ſeorſum ſumptis tractatur à Doctoribus ſupra 2.2. quæſt.1. art. 10.Sed nunc quę noſtri muneris non

12 *Quæ ſit auctoritas Pōti, ſiris & Eccleſiæ.*

ſunt, reſeruantur illuc: & hic ſolum, quæ ſummus Pontifex ſe ſolo, vel ſimul cum Eccleſia diffinire valeat, & vt credenda de fide proponere, oſtendemus.

13. Tametſi ergo ſupra in difficultate ſeptima oſtenſum, & probatum fuerit auctoritatem Eccleſię expectandam eſſe in rebus fidei; vt patet in canonizatione librorum: nunc adhuc etiam cum Catholicis controuertendum reſtat, an in ſolo Pontifice reſideat huiuſmodi iudicium infallibile circa fidei controuerſias? Non enim in illo ſolo, ſed Eccleſia, ſiue in Concilio generali; tantum hanc infallibilitatem iudicij conſtituunt Doctores nonnulli, vt ſunt Gerſon, Almainus in libris de poteſtate Eccleſiæ, & alij Pariſienſes, imò, & Adrianus VI. Papa in quæſt. de confirmatione, necnõ Alfonſus à Caſtro lib.1. contra Hæreſes cap.2. Re tamen vera, in Summo Pontifice etiam ſolo, hanc iudicij infallibilitatem eſſe, quæ eſt in Eccleſia, tenet communior Catholicorum ſententia, pro qua vidẽdus eſt Diuus Thomas 2.2. quæſt.1. art.10. Caietanus in opuſculo de poteſtate Papæ, & Concilij cap.9. Ioannes EcKius de poteſtate, & primatu Petri cap.18. & fere omnes, qui ſcripſerunt contra Lutherum. Probant hanc veritatem multa Sanctorum Patrum teſtimonia, quæ referunt Doctores, ſed inter cætera hæc Diui Petri Cryſologi in epiſtola ad Eutichetem, quæ habetur in 1. Tomo Cõciliorum, ante Concilium Calcedonenſe, egregia eſt. *Orramur te, frater honorabilis, vt his, quæ à Beatiſſimo Papa Romanæ ciuitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas: quia Beatus Petrus, qui in propria ſede, viuit, & præſides, præſtat quærentibus fidei veritatem.* Non igitur Pontifici, vt tantum eſt cũ concilij, aut Eccleſiæ; vel in quãtũ ipſi Eccleſiæ data eſt à Deo poteſtas iudicij infallibilis, verum & ipſi Pontifici etiam, vt ſolus eſt, credi- . . . tam eſſe, firmiter . . . aſſerendum . . . eſt.

Gerſon.
Almainus
Adrianus.
Alfonſus à Caſtro.
S. Thom.
Cayetanus
EcKius.
D. Petr. Cryſolog.

§4.

Conciliorum auctoritas, & quæ generalia Cõcilia fuerint in Eccleſia traditur.

QVÆ tandem concilia, nobis neceſſaria decreuerunt, conſtare etiam poteſt ex Conciliorum auctoritate, & materia, quæ decernebatur in illis Cõcilia namque (vltra Cõcilium primũ Hieroſolymis celebratum ab Apoſtolis, de quo hic nõ agimus) vel ſunt generalia, quibus adeſſe poſſunt, & debent totius orbis Patriarchę, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, niſi ſint legitimè impediti: & in illis nemo legitimè præſidet, niſi Summus Pontifex, vel aliquis legatus à Latere, eius auctoritate, & nomine, quæ propterea æcumenica dicuntur, quia ſint totius orbis terrarum. Alia ſunt Cõcilia nationalia, in quibus conueniunt Archiepiſcopi, & Epiſcopi vnius Regni, & in illis præſidet Patriarcha, vel Archiepiſcopus Primas. Alia ſunt Prouincialia, in quibus tantum conueniũt Epiſcopi vnius Prouinciæ, præſidet tamen Archiepiſcopus, Metropolitanus. Alia denique ſunt diocœſana, quibus inter ſunt Presbyteri vnius diocœſis, & præſidet Epiſcopus. 14.

15. Iuxta iſtam autem Conciliorum partitionem, conſideranda eſt Conciliorum auctoritas, & primò, quæ in Eccleſia fuerint Concilia generalia videndum eſt. Sunt igitur tantum decẽ & octo Concilia generalia ab vniuerſi orbis Patribus hactenus celebrata, quorum primum fuit Nicenum primũ anno Domini 330. imperante Cõſtantino Imperatore, ſub Papa Syluestro. Secundum Conſtantinopolitanum anno 383. imperante Theodoſio Seniore, ſub Papa Damaſo. Tertium Epheſinum, anno 430. imperante Theodoſio Iuniore, ſub Celeſtino Pa

Concilia generalia hactenus celebrata ab vtriuſque Eccleſiæ fuerunt tãtum 18.

pa primo. Quartum fuit Calcedonẽſe, anno 456. tempore Martiani Auguſti, ſub Leone primo. Quintum fuit quinta Synodus generalis, anno 551. imperante Iuſtiniano Seniore, Conſtantinopoli, celebrata ſub Vigilio Papa, non tamen ea quæ in 2. Tomo Cõciliorũ ſub nomine quintæ Synodi quatuor actionibus contenta eſt generalis, ſiquidẽ illa particularis fuit, pro quo videndus eſt Nicephorus lib. 17. cap. 9. Sextum fuit ſexta Synodus Conſtantinopoli celebrata, anno 681. imperij vero Conſtantini quarti duodecimo, vt Paulus Diaconus teſtatur in vita eiuſdem, ſub Agato Papa. Septimum fuit Niceæ celebratũ, anno 781 in imperio Conſtantini, & Irenæ, ſub papa Adriano primo. Octauum fuit Conſtantinopolitanũ quartum, anno 870. imperante Baſilio Auguſto ſub Adriano ſecundo papa. Nonum concilium fuit Lateranenſe primum, anno 1123. imperante Henrico quinto, ſub Calixto ſecundo. Decimum fuit Lateranenſe ſecundum, anno 1139. imperante Lothario, ſub Innocentio ſecundo, vbi mille Epiſcopi aſſuerunt. Vndecimum fuit Lateranenſe tertium, anno 1180. imperante Federico primo, ſub Alexandro tertio. Duodecimum fuit Lateranenſe quartum, anno 1215. imperio Federici ſecundi, ſub Papa Innocentio tertio. Tertiumdecimum fuit Lugdunenſe primũ, anno 1245. imperãte eodẽ Federico ſecũdo, ſub Innocẽtio quarto. Quartumdecimum fuit Lugdunenſe ſecundum, anno 1274. imperãte Rodulpho primo, ſub papa Gregorio decimo. Quintumdecimũ fuit Vienenſe, anno 1311. imperante Henrico ſeptimo, ſub Papa Clemente quinto. Decimumſextum fuit Florentinum, anno 1439 imperante Alberto, ſub papa Eugenio quarto. Decimumſeptimum fuit Lateranẽſe quintum, anno 1512. imperante Maximiliano primo, ſub Iulio ſecundo, & Leone decimo Summis pontificibus. Decimumoctauum fuit Tridentinum cuius inchoatio fuit anno 1545. finitio vero anno 1563. ſucceſſiuè imperantibus Carolo Quinto, & Ferdinãdo, ſub põtificibus Paulo tertio, Iulio tertio, ac Pio quarto.

Niceph.

Paulus Diaconus.

16. Hæc igitur ſunt generalia vniuerſalis Eccleſiæ concilia à Summis Pontificibus congregata, & eorum auctoritate celebrata, ab ipſiſque confirmata. Nationalia verò Concilia etiã ſunt plura à Summis Pontificibus approbata, & confirmata, vel in partem, vel in totum, vt ſunt multa Cõcilia Toletana, & Africana, & etiam Prouincialia, de quibus loquitur ſeptima Synodus actione tertia, cum ait, ſe amplecti etiam deciſiones localium Conciliorum. De his autem omnibus Cõcilijs non eſt opus agere in particulari, legat, qui voluerit tomos Cõciliorum, & decretum Graciani diſtinctio 16. canone *Sexta Synodus*, & diſtinctione 20. canone *de libellis*, & ibi reperiet, quæ deſiderat, de Toletanis, Bracharenſibus, Arauſicanis, &c. Nunc autem ſatis nobis eſt ſcire, quæ Cõcilia auctoritatem habent diffiniendi ea, quæ ſunt de fide, & nobis neceſſaria ad ſalutem vltra ea, quæ in ſacra Scriptura continentur, vt difficultati propoſitæ poſsim exacte ſatisfacere.

7. Synodus

17. Circa materiam tamen Conciliorum neceſſario diſtinguendum eſt, ſicut de traditionibus, & Summi Pontificis, ſiuè Eccleſię diffinitionibus, dictum eſt, diſtinguendo inter materiã controuerſiarum fidei, vel modum, quibus iam prænotatis ſequentibus aſſertionibus debet tota difficultas reſolui.

§. 5.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

18. HIS igitur præhabitis, difficultatem concludendo, dico primo: quod ea dumtaxat, quæ ſunt expreſſa in ſacra Scriptura, non ſunt nobis ſufficiẽ-

1 Concilio.

tia ad ſalutem. Concluſionem hanc
tenet expreſſè Doctor in litera, quæ
Bellarm. colligitur etiam ex Diuo Thoma vbi
ſupra, & eā tuetur inter alios Bellar-
minus 1.tom. lib.4. de Verbo Dei nō
ſcripto cap.4. quę probatur in primis
Exodi. authoritatibus ſacræ Scripturæ: nam
Exodi 6. dixit Dominus Moyſi: *Ego
ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus
Iacob, & nomen meum Adonai non indi-*
Pſal. 118. *caui eis*, & in Pſalmo 118. dixit Dauid
de ſe: *ſuper ſenes intellexi, quia lex tua
meditatio mea eſt*, & Apoſtolus ad E-
Ad Ephaſ. pheſios cap. 3. ait: *in alijs generationi-
bus non eſt agnitum myſterium Chriſti, ſi-
cut nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis.*
Ex quibus locis, & alijs ſacræ Scriptu
ræ infertur, non omnia nobis neceſ-
ſaria ad ſalutem in ſcripturis contine
ri expreſſa.

19. Probatur ſecundo teſtimonijs ſan-
D. Grego. ctorum Patrum; nam Diuus Grego-
rius hom.6. in Ezechiel propè mediū
ait. *Secundum incrementa temporum cre-
uit ſcientia ſanctorum Patrum, & quan-
to viciniores aduentui ſaluatoris fuerunt,
tantò Sacramenta ſalutis plenius percepe
runt*: Item probatur alijs teſtimonijs
Patrum infra poſitis, quæ hanc con-
cluſionem probant.

20. Iā ratione probatur tertio ex mul-
tis, quæ nobis neceſſaria ſunt ad ſalu-
tem, & tamen in ſcripturis non conti
nentur. Nam cognitio materiæ Sacra
mentorum legis gratiæ proculdubio
nobis neceſſaria eſt, ſicut ipſa Sacra-
mēta, ad quæ eſſentialiter requiritur,
neceſſaria nobis ſunt: atqui non om-
nis materia Sacramentorum contine
tur in ſacris Scripturis, vt patet de ma
teria confirmationis: ergo, &c.

21. Item quarto, quia tempore legis ve
teris fœminis erat à Domino aliquod
Sacramentum, ſeu remedium ordina
tum, quod earum originale peccatū
remitteret, ſicut maſculis hoc Circū
ciſio præſtabat; tale autem Sacramen
tum aut remedium pro fœminis nuſ-
quā fuit in ſcripturis inuentum: ergo
&c. Rurſus pro illo tempore credibi
le eſt, non extitiſſe Eccleſiam ſine re-
medio originalis peccati ante octauū
diem, in quo tantum circuncidi dece
bat, cuius tamen remedij numquam
ſcriptura meminerat: ergo, &c.

Quinto præterea, quia vel totus &
integer Canon ſcripturarum ſimul 22.
ſumptus eſt ſufficienter continens,
quę nobis neceſſaria ſunt ad ſalutem,
vel ſingulus eius liber per ſe eſt ſic ea
ſufficienter continens: ſecundum
non dices, quia videmus Euangeliſtas
non ſingulos omnia continere: Ioan-
nes enim nihil ſcripſit de Annuntiatio
ne Angeli, nec de Natiuitate Domi-
ni, aut Circunciſione, aut Epiphania
illius: ſi ſecundum dicas: contra, quia
multi libri ſacri & Canonici perie-
runt, vt docet Diuus Chryſoſtomus
hom. 9. in Matth. vbi inquit. *Deſides* D.Chryſ.
*enim cum eſſent Iudæi, nec deſides modo,
ſed etiam impij; alia quidem ex propheti-
cis monumentis perdiderunt negligenter:
alia verò tum incenderunt, tum conceder-
runt.* Quod idem tradit Homilia 7. in
primam ad Chorint. quod teſtimo-
nium Chryſoſtomi ſatis comproba-
tur ex eiuſdem ſacræ ſcripturæ elo-
gijs: dicitur enim primo Paralipome 1.Paralip.
non cap. vltimo: *Geſta autē Dauid prio
ra, & nouiſſima ſcripta ſunt in lib. Samue
lis videntis, & in libro Natan Prophetæ,
atq; in volumine Gat videntis.* Vbi quæſo
reperiuntur hi libri in ſcriptura? Rur
ſus 2. Paralipomenon cap. 9. dicitur. 2.Paralip.
*Reliqua autem opera Salomonis ſcripta
ſunt in verbis Natan Prophetæ, & in li-
bris Hayæ Silonitis, in viſione quoq; Ad-
do videntis*, & lib. 3. Regum cap.4. di- 3. Regum.
citur. *Loquutus eſt Salomon tria millia
parabolarum, & fuerunt carmina eius
quinque millia.* Profectò nec tales Pro
phetarum libri reperiuntur in ſcrip-
tura, nec forſan eorum nomina nunc
ſunt cognita in Eccleſia, nec tot car-
mina ſunt inuenta. Ex teſtamento au
tem nouo etiam conſtat periſſe Pau
li Epiſtolā ad Laodicenſes: ipſe enim
Apoſtolus illam in Epiſtola ad Coloſ Ad Coloſ.
ſenſes cap. vltimo cōmemorat. Quæ
quidem omnia cum ſacra & diuina
eſſent volumina, proculdubio doctri
nam nobis neceſſariò continebant: ſi
ergo totus canō continet omnia, quę
nobis neceſſaria ſunt ad ſalutem, tūc
poſt horum voluminum perditionē
vſque ad huc, ab hinc forſan pluſ-
quam bis milleſimo anno; remanſit
Dei

Digitized by Google

Dei Eccleſia ſine doctrina neceſſaria ad ſalutem. Nec valet, Si dicas Eſdrã omnes libros deperditos reſtauraſſe. Profectò etenim hoc falſum planè eſt, ſiquidem prædicti libri non extãt inter cæteros ab Eſdra correctos: ſolum ergo illos, quos inuenire potuit, collegit, & emendauit.

23. *1. concluſ.* Dico ſecundo; quod ea, quæ nobis neceſſaria ſunt ad ſalutem, & in ſacris Scripturis non reperiuntur expreſſa, continentur virtualiter in ipſis ſcripturis. Concluſionem hanc expreſſe docet Doctor in litera: eam tuetur Diuus Thomas. 2. 2. quæſt. 1. artic. 7. in corpore, vbi inquit. *Ita ſe habent in doctrina fidei articuli fidei, ſicut principia per ſe nota in doctrina, quæ per rationem naturalem habetur, in quibus principijs ordo quidam inuenitur, vt quædam in alijs implicite contineantur.* Et deinceps ſubdit. *Similiter omnes articuli implicite continentur in aliquibus primis credibilibus, ſcilicet, vt credatur Deum eſſe, & prouidentiam habere circa hominum ſalutem.* Quæ concluſio probatur primo authoritate Origenis in Homilia de arca Noë quam adducit Doctor in hoc articulo, *quia nulla ſcientia omnia ſcienda explicauit, ſed illa ex quibus poſſunt alia ſufficienter elici:* Ergo omnes veritates neceſſariæ quæ non exprimuntur in ſacra Scriptura virtualiter continentur in illa, ſicut concluſiones in principijs. *Origenes.*

24. Secundo ratione probatur: quia quidquid nobis de fide credendum eſt, ac neceſſarium ad ſalutem vltra ea, quæ exprimuntur in Scriptura ſacra: vel traditione creditur, vel ex diffinitione Eccleſiæ, ſiue Pontificis, aut Concilij: quidquid verò ab his proponitur vt de fide credendum, continetur virtualiter in illis principijs fidei, quæ in Scriptura ſacra conceduntur Pontifici, & Eccleſiæ authoritatem diffiniendi in controuerſijs fidei: vt patet ex illo Lucæ 22. *Ergo rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua*, & ex alijs principijs, de quibus in ſequentibus cũ ijs, de quibus agemus: ergo &c. Illa maior eſt expreſſa Diui Auguſtini in Epiſtola 118. ad Ianuarium in principio, vbi hæc ait. *Sicut eſt Baptiſmus Trinitatis nomine cõſecratus, communicatio corporis & ſanguinis ipſius, & ſi quid aliud in ſcripturis Canonicis commendatur, &c.* & ſubdit. *Illa ſunt, quæ nõ ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, dantur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs Concilijs. quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas commendata, atque ſtatuta retineri.* *Lucæ.* *D. Auguſ.*

Tertio probatur: quia nec Põtifex aut Eccleſia, diffiniendo fidei articulos, ipſos fidei articulos conſtituit de fide: nõ enim eſt in poteſtate Pontificis, aut Eccleſiæ, aut etiam Conciliorum, iura diuina condere, aut ſacramenta inſtituere, aut ipſis Sacramentis materiam, vel formam determinare, cum materia & forma eſſentiales ſint Sacramento, & per conſequẽs nõ ab alio, quã ab ipſius ſacramẽti Inſtitutore determinari poſſint; ſed tantum diffinire, hoc eſt declarare, (iuxta literã Doctoris ſupra poſitã, *vel ab vniuerſali declaratur Eccleſia*) quid Deus de iure diuino ſtatuerit, quæ ve Sacramenta inſtituerit, aut quas materias, & formas illis determinauerit; & ſimilia: ſed declarare ſupponit rem declaratam iam præextitiſſe ante declarationem: ergo quæ ſic diffinita & declarata ſunt, virtualiter cõtinebantur in Scriptura; vt pote, in hoc principio Actorum cap. 15. *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis &c.* & ſimilibus. Et rurſus, *placuit nobis collectis in vnum, &c.* Vbi oſtenditur Spiritus Sancti aſſiſtentia cum Eccleſia in his rebus, & cæteris ad ſalutem hominis neceſſarijs, & quod non ſolum de Apoſtolis, ſed etiam de vniuerſali Eccleſia loquatur, patet ibi ex cõtextu, nam paulò antea dixerat. *Placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia.* 25. *Actor. cap. 15.*

26. *3. concluſ.* Dico tertio: quod multa nobis neceſſaria ad ſalutem, de fideque credẽda, vltra ea, quæ ſunt in ſacra Scriptura, habentur traditionibus diuinis, apoſtolicis, & eccleſiaſticis, tum in materia fidei: tum quoque in materia morum neceſſaria, ac perpetua, quæ toti Eccleſiæ vniuerſaliter præſcribuntur. Concluſio hæc multiplicem habet partem; ſed vltimam, videlicet

licet de traditionibus eccleſiaſticis, quia fere omnes continentur in Concilijs, & in canonibus Iuris canonici, ab ipſa Eccleſia editis, non eſt cur eas in hac concluſione probando immoremur: in ſequentibus enim concluſionibus de Eccleſia & Concilijs, de eis conſequẽter dicetur ſatis: præterquam quod in Concilio Niceno ſecundo actione 7. tomo 4. in fine dicitur: *Si quis traditionẽ eccleſiæ ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentem non curauerit, anathema ſit.* (concil. Nicen.2.)

27. De diuinis verò nõ poteſt eſſe dubium, ſatis enim patet ex verbis Domini, Ioannis cap. 16. vbi ait Dominus: *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Et Lucas Euangeliſta in cap.1. actorum ait, quod Chriſtus Dominus poſt Reſurrectionem multa docuit Apoſtolos, adimplens profectò, quod per Ioannem promiſerat: ait enim quod fuit, *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei.* Non autem habemus hæc, quę Dominus docuit ſcripta: quia de geſtis & doctrinis Domini poſt Reſurrectionem ſuam, pauciſsima ſcripſerunt Euangeliſtæ. nam de eis ait Ioannes cap. vltimo: *Sunt autem alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe ea ſi ſcribendi ſunt libros:* quia tamẽ has Dominicas traditiones poſtea tradiderunt Apoſtoli, iuxta illud Pauli 1. Chorint. 11. *Ego enim accepi à Domino, quæ & tradidi vobis.* Ideo quæ de apoſtolicis traditionibus probatur, de diuinis quoque traditionibus probatum eſt. (Ioannis. Actorum. Ioan. cap. vltim. 1. Chorin.)

§.6.

Probatur plures eſſe traditiones apoſtolicas, quæ ab eis ſcripta non extitere.

28. Oſtenditur ergo eſſe plures veras traditiones, apoſtolicas, quę non fuerunt ſcriptæ ab ipſis Apoſtolis, in quibus doctrina neceſſaria ad ſalutem continetur, & primo ſcripturarum locis, hoc probatur, nam Ioannis 2. & 3. Epiſtola, vbi inquit, *multa habens ſcribere vobis nolui per chartam, & atramentum:* itẽ Pauli 1. Chorint. 11. ait, *laudo vos, quod per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Vbi D. Chryſoſtomus, & Theophilatus, aduerrunt hìc loquutum fuiſſe Apoſtolum de præceptis non ſcriptis. Item 2. ad Theſſalonicẽſes 2. *tenete traditiones, quas accepiſtis. ſiue per ſermonem, ſiuê per Epiſtolam*, de quibus verbis ait D. Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 29. *Apoſtolicum arbitror eſſe etiam in nõ ſcriptis traditionibus perſeuerare*, & D. Chryſoſtomus in hunc locũ inquit. *Hinc patet, quod non omnia per Epiſtolã tradiderint Apoſtoli, ſed multa etiã ſine literis, eadem verò fide digna ſunt tam illa quam iſta:* alijsque innumeris ſacræ Scripturæ locis confirmatur hæc cõcluſio, quæ tamen ob breuitatẽ omittuntur. (2. & 3. epiſtot. Ioann. 1. Corint. D. Chryſ. Theophil. Ad Theſſ. 2. D. Baſil. D. Chryſ. Origenes.)

Secundo conſtat eadem concluſio ſanctorum Patrum teſtimonijs, nam Diuus Dyoniſius Areopagita cap. 1. Hierarchiæ eccleſiaſticæ inquit. *Primi illi noſtri ſacerdotalis muneris duces, ſumma illa, & superſubſtantialia, partim ſcriptis, partim non ſcriptis inſtitutionibus ſuis, nobis tradiderunt.* Item Origenes ſuper Epiſtolam ad Romanos in caput ſextum ait: *Eccleſia ab Apoſtolis traditionem accepit, etiam paruulis baptiſmum dare.* 29. (D. Dioniſ. Areop.)

Diuus Athanaſius in lib. de decretis Nicenæ Synodi: *ecce* (inquit) *nos quidem ex patribus ad patres per manus traditum fuiſſe hãc ſententiam demonſtrabimus:* item D. Gregorius Nacianc. oratione 1. in Iulianum, ait, *cæterum maiorem, atque inſigniorem ob eas Eccleſiæ figuras in hunc vſque diem ſeruamus:* item D. Chryſoſtomus vltra ea, quæ ſupradixerat, ait hom. 69. ad populũ: *nõ fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt vt celebratione venerandorum myſteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc deceſſerunt:* itẽ S. Hierom. in epiſtol. ad Marcel. de erroribus Montani inquit: *nos vnam quadrageſimam ex apoſtolica traditione* (D. Greg. Nacian. D. Chryſ. D. Hiero.)

tempore

tempore nobis congruo ieiunamus. Diuus Auguſtinus lib.2.de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.7.inquit: *Quam conſuetudinem credo ex apoſtolica traditione venientem.* Idem lib.4.de Baptiſmo cap.24.ait: *Quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutũ; ſed ſemper retentũ eſt, non niſi a uctoritate apoſtolica traditũ, rectiſſimè creditur.* Hoc idem cæteri ſancti Patres, tam Græci, quam Latini, pluribus in locis fide indubitabili profitentur. *D. Augu.*

31. Tertio probatur eadem concluſiõ ratione deſumpta ex his, quæ ſancti Patres ſupra citati, & alij ex traditione apoſtolica in Eccleſia credi, & haberi teſtatur. Quoniam cognitio de Baptiſmo paruulorum neceſſaria eſt in Eccleſia, ſiquidem ſinè illa omnes animæ paruulorum perirent: ſed hæc habentur in Scriptura ab Eccleſia, ſed tantum ex apoſtolica traditione: ergò, &c. Simile argumentum fieri poteſt de mixtione vini in calice, quod Diuus Cyprianus lib.2.epiſto.3.tenet haberi in Eccleſia ex traditione diuina, & apoſtolica, dicens. *Neque aliud fiat à nobis, quam quod nobis Dominus prior fecit, vt calix, qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur.* Quod idem argumentum poteſt fieri de pluribus, quæ credit Eccleſia, & ſcripta non ſunt; vt docet D.Auguſtin.lib.5. de Baptiſmo cap.23.dicens: *Sunt multa, quæ vniuerſa tenet Eccleſia, & hoc ab Apoſtolis præcepta bene creduntur, quãquam ſcripta non reperiantur.* *D.Cipria.* *D. Augu.*

32 Siquis autem velit aliquam prædefinitam regulam haberi ad cognoſcẽdum, quæ traditiones ſint verè apoſtolicæ, & quæ non? legat quinque regulas ex ſanctis Patribus deſumptas, quas Robertus Bellarminus in Tomo 1.lib.4.de verbo Dei non ſcriptò, cap.9.aduertit. Nam quoniam nõ eſt proprium huius loci, non eſt immorandum nobis in illis referendis. *Bellarm.*

§7.

In quibus non poſſit errare Summus Pontifex, aut Eccleſia, prælibatur.

DICO quarto, quod multa nobis ad ſalutem neceſſaria de fideque credenda, quæ in ſacra Scriptura non continentur expreſſa, ſunt ab Eccleſia, ſiue à Summo Pontifice diffinita, & determinata: quæ quidem Eccleſia cum ſuo capite Summo Pontifice, vel etiã ipſe Summus Pontifex ſolus, vt Pontifex, tam in rebus fidei, quàm in rebus morum, quæ vniuerſaliter toti Eccleſiæ præſcribuntur, in rebuſque neceſſarijs ad ſalutem errare non poteſt. Concluſio hæc multiplicem habet partem. Alia eſt enim probatio de Eccleſia, alia de Pontifice ſeorſum, alia de materia fidei, alia de materia morum: quæ omnia ad quæſtiones de fide directè ſpectant. Sed hîc cõmodè eiſdem argumentis poterit ſimul tota probari. Quæ concluſio eſt expreſſa Doctoris in litera, & Diui Thomæ 2.2. quæſt.1.artic.10. aliiſque in locis. 33.

Probatur primo: dicta concluſio ex Scriptura ſacra: & quamuis ex veteri teſtamento poſſint multa teſtimonia adduci, quæ hanc veritatem ſatis confirmant, vnam dumtaxat referam ex lib.2.Paralipomenon cap.19. vbi hæc habentur. *Vbicumque quæſtio eſt de lege, de mandato, de cerimonijs, de iuſtificationibus; oſtendite eis, vt non peccent in Dominum. Amarias autem Sacerdos, & Pontifex veſter in his, quæ ad Deum pertinent, præſidebit.* Ex teſtamento autem nouo hoc planè conſtat ex illis locis, quibus Dominus Petro claues Eccleſiæ tradidit. Nam Matthæi 16. inquit. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, tibi dabo claues Regni cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis* 34. *2.Paralip.* *Matth.*

& cap.

&cap.23. eiuſdem Matthei loquens Dominus de præſidibus Synagogæ *Ioannes. Lucæ.* inquit: *ſuper Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi, quæcumque dixerint vobis, facite,* & Ioannis vltimo capit. *dixit Dominus Petro, paſce oues meas,* ſed clarius Lucæ cap.22. promiſit Dominus Petro, & in eo omnibus ſucceſſoribus eius, in rebus, fidei nūquā erraturos fore, in illis verbis. *Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.*

35\. Hic quidem locus triplicem habet expoſitionē: prima aſſerit ſolū Chriſtum tunc oraſſe ſolum pro perſeuerantia Petri, vt erat perſona priuata in fide: non verò pro Eccleſia, aut ſucceſſoribus Petri. Hæc tradunt nō nulli, quos citat Bellarminus to.1. libr.4. de Romano Pōtifice cap. 3. Secunda aſſerit, Chriſtum ibi oraſſe pro Petro, quatenus erat caput Eccleſiæ, poſtulans à Patre ne vnquam vniuerſali Dei Eccleſiæ fides deficeret; ſicque adimpleri promiſſionem iſtā in Dei Eccleſia, quæ in rebus fidei errare nō poteſt: atqui in Pontifice Summo, etiam vt Pontifice ſeorſum conſiderato, non adimpleri. proptereaque Eccleſiam errare non poſſe, bene tamen Pontificem. Hanc expoſitionē videntur ſentire Pariſienſes ſupra citati, num.13. quibus fauent illi, quos pro eorum opinione citauimus; ſed nec prima, nec ſecunda expoſitio vera eſt. De prima patet: quia ſi tantum pro Petro, vt erat perſona priuata, rogaret Dominus, cæteri Apoſtoli non haberent donum perſeuerantiæ in fide, quod aduerſatur illis verbis Domini, *Ioannis.* Ioannis 17. *Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi.* Vbi perſpicuè conſtat pro omnibus patrem poſtulaſſe perſeuerantiæ donū, præſertim in fide. Nec ſecunda expoſitio vera eſt, quia ibi determinate loquitur Petro, & ait: *pro te rogaui, & tu aliquando, &c.* Quæ loquutiones nō poſſunt Eccleſię conuenire, quin etiam conueniat eius capiti Petro, qui proprios habet fratres, quos conuerſus confirmet in fide.

36\. Tertia ergo expoſitio huius loci genuina eſt, quod Chriſtus hîc rogauit patrem pro Petro, vt erat Eccleſiæ Pontifex, & caput, & pro ſucceſſoribus eius in Pontificio, inſimulque pro Eccleſia ipſa, vt erat corpus myſticū ſub tali capite: rogauit etenim pro capite Petro, vt non poſſet aliquid vnquam docere contra fidem, & quod in ſede eius numquam inueniretur aliquis ſucceſſor, qui aliquid contra veram fidem doceret. Hanc autē eſſe veram expoſitionem huius loci, probatur teſtimonio Pontificali, nam Agatho Papa in epiſt. ad Conſtantinum Imperatorem, quæ habetur in ſexta Synodo actione 4. & poſtea action.8. hæc ait. *6. Synodus* *Hic Dominus fidem Petri non defecturam promiſit: & cōfirmare eum fratres ſuos admonuit, quod apoſtolicos Pōtifices meæ exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt agnitum.*

37\. Secundo probatur concluſio teſtimonijs aliorum Summorum Pontificum, tum illā eſſe verā expoſitionē illius loci, *ego rogaui pro te Petre,* atteſtantium, tumquoque concluſionis veritatem confirmantium: nam Leo Papa nonus in epiſt. ad Petrum An- *Leo Papa 9.* tiochenum inquit: *nimirum ſolus eſt, pro quo ne deficeret fides eius Dominus, ac ſaluator aſſerit ſe rogaſſe: ſqua venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in trono illius.* Et Innocentius tertius in epiſtola ad Epiſcopum *Innoc. 3. c. maiores.* Arelatenſem, quæ habetur in capitulo *maiores* extra de Baptiſmo & eius effectu, ait: *Maiores Eccleſiæ cauſas, præſertim articulos fidei, contingentes ad Petri ſedem referendas intelligit, qui nouit pro eo Dominum exoraſſe, ne deficiat fides eius.* Quibus verbis non excluditur cauſa morum, quæ toti Eccleſiæ præſcribitur, nempè, per limitationem ad fidei articulos, nam illa particula, *præſertim,* ſupponit etiam cauſas maiores morum, & fidei, ſed principalius aſſerit in rebus fidei non errare Eccleſiam ex vi orationis Dominicæ.

38\. Probatur tertio ſanctorum Patrum teſtimonijs, & præſertim illo celebri Diui Cypriani lib.1. epiſt. 3. vbi in-

quit

inquit: *nec enim aliunde Hæreſes ſuborta ſunt, aut nata ſunt ſciſmata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex, vice Chriſti cogitatur.* Et D. Cyrillus in Theſauro, citatus à Diuo Thoma in opuſculo de errore Græcorum, ait: *debemus nos exſpiti noſtro Romano Pontifici adhærere: ad omnes pertinet ab eo quid credendum, et tenendū ſit accipere.* Item Diuus Auguſtinus epiſtol. 106 ad Paulinum loquens de Innocentio Papa, inquit. *Ad omnia ille nobis reſpondit, ſicut fas erat, atque oportebat Apoſtolicæ Sedis, Antiſtitem reſpondere*, & Diuus Bernardus epiſtol. 190. ad Innocentium, ſecundum inquit. *Oportet ad veſtrum referri apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala emergentia, et præſertim quæ de fide contingunt.* Quod idem teſtantur Diuus Ireneus libr. 3. capit. 3. Diuus Athanaſius ad ſolitariam vitam agentes Diuus Baſilius in epiſtol. 52. ad Athanaſium. Diuus Ambroſius epiſtol. 32. ad Imperatorem Valentinum, Diuus Hieronymus in epiſtol. ad Damaſum de nomine hypoſtaſis, Diuus Gregorius libr. 5. epiſtol 25. & omnes Eccleſiæ Patres, tam Græci, quam Latini, quorum præclara de hoc ſunt teſtimonia.

D. Cyril. D. Augu. D. Bern. D. Ireneus D. Athan. D. Baſili. D. Ambr. D. Hiero. D. Grego.

39. Quarto tamdem ratione probatur: quia diuinam ſcientiam non latebat in Eccleſia maximas fidei, & morum controuerſias, conſurgendas fore; ex quarum determinatione hominum ſalus pendebat, vt ex ſupradictis conſtat: ergo diuinæ prouidentiæ incumbebat aliquem in ipſa Eccleſia conſtituere, qui deſuper illuſtratus in omnibus, filios Eccleſiæ erudiret: talis autem (vt ex probatis conſtat) nullus alius intelligi poteſt, niſi ſummus Eccleſiæ Pontifex: ergo &c. Probatio minoris, vtraquæ dicta ſunt, videnda eſt in Nacianſeno oratione ad cines timore perculſos, & Ambroſio, libro de dignitate ſacerdotali capit. 2. & Chryſoſtomo Hom. 4. in verba Eſaiæ.

Nacianſen. D. Ambr. Chriſoſt.

40. Vlterius confirmatur ratio ex diuinæ prouidentiæ regimine: ſi enim in rebus temporalibus, quæ ad vitam temporalem conſeruandam in pace conducunt; prouidet Deus, rempublicam habere aliquod numē naturale, quo leges conditæ ſint; quo non obſtante extat iudex ad legem interpretandam in dubiis, & determinandum, quæ ſint vere iuridica in ſpeculatiuis, quæ ve damnanda, vel abſoluenda, in practicis: cur circa ſpirituales, & ſupernaturales res, quę ad vitam æternam conducunt, Deum ſupernaturali lumine alicuius capitis, & iudicis Eccleſiam ſuam deſtituiſſe erit credendum.

41. Probata ergo authoritate Pōtificis in rebus fidei, & morum; quæ eſt eadem authoritas Eccleſiæ, ſatis manet concluſio quoad principalem partem probata. Siquidem multa, quæ Pontifex, & Eccleſia ad ſalutem hominum neceſſaria diffinierunt, & decreuerunt, in voluminibus iuris canonici, & Pontificalium Bullarum monumentis, incorrupta ſeruantur.

§. 8.

Quæ Concilia, & in quibus errare non poſſint, concluditur.

42. Dico quinto, quod omnia generalia Cōcilia annumerata; & quæcūque alia, etiam ſi nationalia aut prouincialia ſint, dummodo tamen a Summo Eccleſiæ Pontifice ſint confirmata, continent plures veritates, tum in materia fidei, quam etiam morum, quę toti Eccleſiæ perſcribūtur ad ſalutem hominis neceſſarias, quæ quidem in ſacris Scripturis non habentur expreſſe, in quibus talia Concilia errare nō poſſunt. Cōcluſio hæc eſt Doctoris, vt patuit in litera, & D. Tho. 2. 2. q. 1. artic.

Digitized by Google

articu. 10. Quæ vltra quam ex probationibus præcedentibus ſatis poterat confirmari: ſpecialibus adhuc probatur argumentis, ſupponendo tamen hic iam de facto, quæ in ipſis Concilijs diffinita ſunt, & eorū auctoritatem ad tales diffinitiones, & decreta probando, in hoc enim puncto ſtat tota rebellio Hæreticorum.

43. Probatur ergo primo concluſio ex locis ſacræ Scripturæ, nam Matthæi. 18. dixit Dominus. *Vbicumque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego.* Quæ verba de Concilijs Eccleſiæ à Pontifice confirmatis intelligunt ſancti patrês: & rurſus Matt. 18. dixerat, *Dic Eccleſiæ, & ſi Eccleſiā non audieris, ſit tibi velut Ethnicus, & Publicanus.* Et continuo Apoſtolis quorum loco, adſunt Epiſcopi in Concilio, ſubiunxit. *Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo.* Et præſertim conſtat Actorum cap. 15. Ex quo capit. habemus Apoſtolos celebraſſe Conciliū, aiunt enim. *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria.* Vbi oſtenditur ſpiritus Sancti aſsiſtentia in Concilijs reſpectu earū rerū, quæ ſunt ad ſalutē neceſſariæ. Quod autem non ſolum hoc commiſſum fuerit Apoſtolis, ſed etiam eorum ſucceſſoribus Epiſcopis, cum ſuo capite Summo Pontifice, patet ibi ex contextu, nam paulo antea dicitur, *Placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia*, & curſus ſubiunxit, *placuit nobis collectis in vnum.*

S. Matth. *Actorum.*

44. Probatur ſecundo ex ſanctorum Patrum teſtimonijs: nam Diuus Ambroſius in epiſtol. 32. inquit. *Sequor tractatum Niceni Concilij, à quo me nec mors, nec gladius poterit ſeparare.* Et D. Hieronymus lib. contra Luciferanos ait: *Quomodo poterant aduerſus ſynodum Nicenam facere, propter quam exilia ſuſtinuerunt?* Idem ſancti, quos ipſe numerat ibi. Item Diuus Athanaſius in epiſtol. ad Epiſcopos Africanos inquit: *Verbum Domini per œcumenicam Nicenam Synodum manet in æternum.* Idem de hoc, & alijs Concilijs de eorumque auctoritate ſentiunt omnes ſancti Patres. Videndi ſunt de hoc Diuus Auguſtinus epiſtola 162. Diuus Leo epiſtola 50. ad Marcianum, & epiſto. 61. ad Concilium Calcedonenſe, & epiſtol. 62. ad Maximum Antiochenum, & Diuus Gregorius Nacianſe. epiſto. 1. ad Clidonium, & cæteri ſancti Patres, qui vnanimiter tenent Conciliorum iudicio ſtandum eſſe.

D. Ambr. *D. Hiero.* *D. Athan.* *D. Aug.* *D. Leo.* *D. Grege. Nacian.*

45. Ratione autē probatur tertio hæc concluſio: quoniam ſi errare poſſunt talia Concilia, etiam Pontifex Summus eorum caput erraſſet, cuius oppoſitum probatum eſt in concluſione præcedenti. Et præterea, quia tunc omnes errores, et Hæreſes in Concilijs damnatæ poſſent veritatem Catholicam continere: & tunc Eccleſia ſub falſo iudicio tota inſimul fallere-tur. Quod eſt totam fidei firmitatem deſtruere. Tunc enim ſequeretur, quod adhuc in Eccleſia vigent Hæreſes Arrij, Neſtorij, Eutichetis, Manicheorum, Pelagij, et ſimilium, quæ quidem non ſunt damnatæ, niſi in Cōcilijs: quod ſi Concilia non haberent auctoritatem damnandi Hæreſes, et diffiniendi veritates Hæreſibus oppoſitas, nunc tota Eccleſia inter Hæreſes, et veritates fidei non diſtinguit, quod eſt pluſquam abſurdum, et nefas manifeſtum. Quæ alia de auctoritate Conciliorum deſiderantur, in quæſtionibus de fide videnda ſunt. Nunc autem pro noſtræ difficultatis complemento hæc dicta ſufficiunt inter Catholicos diſputatā. Conſulto enim hic nolui contendere cū Hæreticis, nam ad eorum confutandos errores peculiaris integer requirebatur Tractatus.

§. 9.

§.9.

Soluuntur argumenta Hæreticorum.

46. *Ad argu. Hæretic. & ad 1.* ARGVMENTIS verò pro eorum Hæreſi fabricatis, quæ in principio difficultatis ſunt, reſpondeo, & ad primum ex locis ſacræ Scripturæ, quæ falſo ab Hæreticis retorquentur, vniuerſaliter dico, Spiritum Sanctum omnis Scripturæ ſacræ Authorem, non poſſe ſibi contradicere. Et ſanè ex intelligētia illorum manifeſta reperiretur contradictio. Si etenim Dominus dixiſſet, quod illud tantum, quod in lege Deuteronomij præcipit facerent homines, & nihil aliud addærent, quomodo ſtare poſſent veritates multarum Scripturarum, quæ deinceps ſcriptæ ſunt à Prophetis cum hac limitatione non amplius addendi?

47. Ad ſingula igitur teſtimonia reſpondendo dico: ad illud Deuteronomij, non ibi loquutum fuiſſe Dominum de verbo ſcripto, ſed de verbo præcepti, quod præcipiebat obſeruari, ſiue in ſcriptis, ſiue in voce, de quo traditiones multas ſeruauerunt Hæbrei, vt optimè exponit Diuus Auguſtinus, lib. 17. contra Fauſtum capit. 3. & tractatu 89. in Ioannem in ſimili caſu. Et præterea aliter dici poteſt, ibi Dominum loqui de lege, quā expreſſarat, quam ſine additione, quæ eſſet contra ipſam legem, præcipiebat ſeruari: non verò ex inde aufert ab Eccleſia poteſtatem declarandi, & diffiniendi controuerſias circa ipſam legem exortas, ſicut patet ex loco citato, ſecundo Paralipomenon.

48. Ad locum Pauli ad Thimoteum facilior eſt ſolutio, ſiquidem non negatur, imò ſirmiter fatentur Scripturam diuinitus inſpiratam vtilem eſſe ad inſtructionem in omne opus bonum. Non tamen ex inde aſtringimur dicere, nihil aliud præter Scripturam ad idem eſſe vtile, & neceſſarium. Ad illud verò ad Galatas, quo Brentius accerrime putat ſuum errorem probaſſe, apertè conſtat Apoſtolum non ibi loqui de verbo ſcripto, ſed de omni verbo, ſiue ſcripto, ſiue tradito ſermone, & voce. Ait etenim *præter id, quod Euangelizauimus.* Euangelizatio autem etiam fuit ſermone, & verbo, & non tantum Epiſtola, & Euangelio ſcripto, vt patet ex illo ſecundæ ad Theſſalonicenſes ſecundo. Et tandem ad locum Apocalypſis dico Diuum Ioannē prohibere ibi corruptionem illius libri: non autem omnia Euangelica verba ad illū librum reſtrinxit. Ex argumento verò Hæreticorum inferebatur planè, etiam omnem alium librum Euāgelicum damnari, imò etiam damnaſſe Ioannem Euangelium ſuum, ſiquidem iuxta Kemniſij ſententiam poſt Appocalypſim ſcripſit Diuus Ioannes Euāgelium. Quæ quidem omnia ſunt ſacrilega, & abſurda.

Ad ſecundum ex ſanctorum Patrum authoritatibus machinatum, & primo ad primum Auguſtini reſpondeo, omnia, quæ nobis ad ſalutem ſufficiunt, extare quidem in Scripturis implicite, vel explicite, expreſſe, vel virtualiter, prout ſupra in 2. conc. dictum eſt. Vnde poſſumus nos circa ea dogmata, quæ ibi expreſſa habentur plenè, & planè inſtrui, ſi rectè intelligamus. Quia tamen non benè intelligimus, ideò Eccleſiæ declaratione indigemus. Et quæ in Scriptura habentur virtualiter, tanquam in aliquo primo credibili, ab Eccleſia ipſa tanquā à magiſtra, & doctrice addiſcere, & intelligere debemus, quid verè intelligēdum ſit circa illud. Hoc ergo, quod eſt recte intelligi, verumque Scripturarum ſenſum: ex traditione, vel diffinitione Pōtificis, Eccleſiæ, ſeu Cōciliorum pēdere aſſerimus. Ad ſecūdū autem dico: quod optimè cohibendā eſſe humanā præſumptionē admonet D. Auguſtinus. Duplici ergo ratione teſtimoniū illud non aduerſatur 49. *Ad 2. arg.*

nobis. Prima, quia quidquid Eccleſia determinat, & diffinit, in tali diffinitionis decreto adiuta eſt præclaris Scripturæ teſtimonijs, de quibus hactenus actum eſt in concluſionibus. Secunda verò, quia Eccleſia Dei licet hominum congregatione conſtet, non ideò eſt humana præſumptio, ſed diuina diffinitio, ſeu hominum, diuino aſsiſtente ſpiritu, declaratio. Locus igitur Auguſtini contra ipſos Hæreticos, qui canina impietate, & luciferina præſumptione ad cuiuslibet capitis libitum contra diuina eloquia latrare haud ceſſant, retorquendus eſt.

50. Ad Athanaſij autem, Baſilij, Chryſoſtomi, & Hieronymi teſtimonia, eadem ſolutione ſatis reſpondendum eſt, & ad ſimilia. Omnes enim cum firmiter Eccleſiæ authoritatem profiteantur (vt in ipſorum teſtimonijs viſum eſt) conſequenter hominum particularium, ſeu cuiuslibet perſonæ priuatæ in rebus fidei, & morum audaciam reprehendunt, & anathematizant. Eccleſiæ autem determinationem, tanquam canonicam diuinã, & ſacram venerantur.

51. *Ad 3. arg.* Ad tertium argumentum ex duplici ratione, & ad primam, reſpondeo, duplicem eſſe regulam fidei, alteram totalem, alteram verò partialem. Totalis eſt Verbum Dei Eccleſiæ reuelatum iuxta quod regulandum eſt omne verum pertinens ad ſalutem. Partialis verò eſt duplex, alia enim eſt Verbum Dei ſcriptum, alia verò verbum Dei non ſcriptum, ſiquidem dupliciter reuelatum eſt Dei verbum Eccleſiæ, ſcilicet, per Scripturam, & ſermonem, vt docuit Diuus Paulus loco ſupra citato ſecunda ad Theſſalonicenſes ſecũda: quia ergo Scriptura ſacra eſt regula ſaltim partialis, ideò quidquid continet eſt neceſſariò verum, & de fide credendum: & quidquid ei repugnat, eſt neceſſariò falſum, & damnandum. Quia verò non eſt regula totalis, ſed partialis, inde ſibi prouenit, vt non omnia menſuret, & propterea aliquid ſit de fide, quod in ipſa non contineatur expreſſe. Imò vt vidimus ſupra in difficultate ſeptima ipſius Scripturæ, authoritas reſpectu noſtri pendet ex canonizatione Eccleſiæ iuxta illud iam allegatum teſtimonium Auguſtini. *Euangelium non crederem, niſi ad id Eccleſiæ me commoueret authoritas.* Cum ergo verbum Dei, vt reuelatum Eccleſiæ, ſit totalis menſura, ipſi Eccleſiæ, cui ſit totius verbi Dei reuelatio incumbit nobis proponere vtrumque verbum Scriptum, ſcilicet, & non ſcriptum, & iuxta eius propoſitionem circa ipſum verbum Dei, debet menſurari veritas credendorum, & operabilium, & hoc modo intelligi debent Diui Auguſtini verba.

Ad ſecundam verò rationem dico: ex illa enim ſequi conſimile periculum in Scripturis (ſi aliquid valerent) non enim magis aperta eſt porta traditionis fingendi, quam etiam libros falſos pro canonicis venerandi. Siquidem profecto quam plurimi libri falſiſsimi nomine Bartholomæi, & aliorum Apoſtolorum inter canonicas Scripturas ſub reptitiè fuerunt introducti, quos commemorat Papa Gelaſius in Cõcilio ſeptuaginta Epiſcoporum ex Hieronymo in lib. de viris illuſtribus in Luc. *Gel. Pap. D. Hier.* Eadẽ igitur audacia falſi qui iã Apoſtoli per libros, ſicut etiam per ſermones voce dumtaxat prolatas, ſub nomine Apoſtolorum falſam, & erroneam promulgabant doctrinã, etiam tempore ſanctorum Apoſtolorum. Vnde ab illis forſan cauendum eſſe pertinaciter Apoſtolus ſecunda ad Theſſalonicenſes, capit. 2. dicens, *ne terreamini neque per ſermonem, neque per Epiſtolam, tanquam per nos miſſam, ne quis vos ſeducat vllo modo:* *2. Ad Theſſalonic.* non igitur ex hoc quod traditionibus credimus, hæc porta aperitur fingendi errores ad libitum, vt latrabat Lutherus. Quinimo ex hoc quod neque Scripturas, nec traditiones recipimus, niſi illas, quas nobis Dei Eccleſia proponit, diffinitq; credẽdas, omnino clauditur porta errãdi, aut hæretizãdi in hoc. Quia vtrius dũ-

Digitized by Google

taxat Eccleſiæ iudicio in omnibus ſubiacemus. Et profecto exemplum illud Papiæ contra Lutheranos redarguitur. Ipſe enim non ſolum traditione excogitata, ſed etiã Scripturis praue intellectis errorem ſuum confirmabat, vt docet S. Hieronymus in capit. 49. Iſaię, & in capit. 19. Matthei. *S. Hieron.*

53. Ad argumenta autem textualia optime reſponderetur ibi in textu. Ad verba tamen concluſionis Scoticæ reſpondeo, quod ibi loquitur Doctor iuxta ſenſum, quo in littera citata ſe expoſuit, ſcilicet, quod omnes veritates neceſſariæ ad ſalutem, vel exprimuntur in Scriptura, vel virtualiter continentur in illa, quod idem etiam de mente Diui Thomæ tradidimus.

ARTICVLVS II.

Vtrùm veritas ſacræ doctrinæ poſſit conuinci pronunciatione prophetica, & Scripturarum concordia.

A. AD SECVNDVM ſic proceditur: & videtur, quod veritas ſacræ Scripturæ *non poſſit rationabiliter conuinci pronunciatione prophetica*, & Scripturarum concordia. *Et circa hoc ſecundum ponitur hoc argumentum.*

B. Poſteriores licet aliter diſpoſiti fuerint, quam priores, & alijs temporibus exiſtentes, tamen habuerunt doctrinas præcedentium in Scripturis; & acquieuerunt credendo, ſicut diſcipuli doctrinæ Magiſtrorum; & ita nihil ſcripſerunt diſſonum à prioribus, licet Deus non doceret hos, & illos: ergo &c.

C. Sed contra eſt illud ſaltem: quod Ezechiel prophetans in Babilone eo tempore, quo Ieremias in Iudæa prophetauit; cũ non ſolum illa dicerent, quæ à Moyſe, quaſi communi eorum Magiſtro habuerunt, ſed & alia multa; in illis potuiſſent diſcordare, aut diſentire, cum non eſſent euidentia ex terminis, niſi habuiſſent aliquem communem Doctorem ſupra intellectum humanum.

D. Reſpondeo dicẽdũ: quod hæ ſunt viæ Hæreticos rationabiliter conuincendi, pronunciatio prophetica, & Scripturarum concordia. De primò patet: quia ſolus Deus poteſt naturaliter, non ab alio, futura contingentia certitudinaliter præuidere: ergo ſolus ille, vel ab illo inſtructus, poteſt ea certitudinaliter prædicere; talia autem multa pronuntiata in Scriptura impleta ſunt; vt patet conſideranti libros prophetales, ex quibus non eſt dubium, quin ſequãtur pauca, quæ reſtant ſecundum Gregorium

in homilia de aduentu. Iſtam viam tangit Auguſt. 12.de ciuitat.capit. 10. vbi ait, vera ſe narraſſe præterita, ex his, quæ futura prænuntiauit: cum tanta veritate implentur, oſtendit. De ſecundo, ſcilicet, Scripturarum concordia ſic oſtendo: in non euidentibus ex terminis, nec ex principijs euidentiam habentibus, non conſonant firmiter, & infallibiliter multi diuerſimode diſpoſiti, niſi à cauſa ſuperiori ipſorum intellectus inclinentur ad aſſenſum: ſed ſcriptores ſacri Canonis, varie diſpoſiti, & diuerſis temporibus exiſtentes, in talibus non euidentibus omnino conſonabant. Hanc viam pertractat Auguſtin. 18.de ciuitat. capit. 41. Authores noſtri ſanè pauci eſſe debuerunt, ne multitudine vileſceret, quod earum religione eſſe oporteret: nec tamen ita pauci, vt eorum non miranda ſit conſenſio. Neque enim multitudine Phyloſophorum, qui labore etiam literario, monumenta ſuorum dogmatum reliquerunt, facile quis inuenerit: quod inter cuncta, quæ ſenſere conueniant: & hoc Auguſtin. probat in exemplis ibi. Maior etiam aſſumpta non tantum probatur per exemplum de Phyloſophis, vt videtur probare Auguſt. ſed etiam per rationem: quia cum intellectus, quantum ad aſſenſum, ſit natus moueri ab obiecto euidente in ſe, vel in alio, nihil aliud ab obiecto videtur talem aſſenſum poſſe cauſare, niſi virtualiter includat euidentiam obiecti: nam ſi nihil tale moueat intellectum, remanebit ſibi Theologia neutra: nihil autem eſt tale de non euidentibus ex terminis, niſi intellectus ſuperior noſtro: nihil autem intelligens ſuperius homine, poteſt hominem effectiue docere, niſi Deus.

Ad argumentum reſpondet Diuus Auguſtin. dicens de Phyloſophis, qui labore literario monumenta ſuorum dogmatum reliquerunt &c. Quæ diſcipuli legentes, licet in aliquibus eſſent aſſentientes prioribus, vt diſcipuli: aliqua tamen improbauerunt; vt patet ibidem de Areſtipo, & Antiſtene, qui ambo ſocratici; tamen in quibuſdam ſibi contradixerunt, & quandoque diſcipuli magiſtro; vt Ariſtoteles Platoni. Quomodo igitur non contradixiſſent poſteriores noſtri prioribus in aliquibus, ſi non habuiſſent Doctorem communem eorum intellectus inclinantem ad eadem non euidentia? E.

Reſpon

F Reſpondeo dicendum; quia non euidentia tradiderunt priores: ideo poſteriores non potuerunt eos per rationes improbare, & noluerunt eis diſcredere, niſi poſſent rationem cogentem pro ſe habere reuerentes eos, vt magiſtros veraces: ſed Phyloſophi diſcipuli per rationem potuerunt magiſtros improbare: quia materia, circa quam alterabantur, potuit habere rationes ſumptas ex terminis. Exemplum: non ita contradicit diſcipulus Hyſtoriographus magiſtro Hyſtoriographo; ſicut Phyloſophus: quia hyſtoriæ de præterito non poſſunt eſſe ita euidentes, vt auertant diſcipulum à magiſtro, ſicut poſſunt eſſe phyloſophycæ rationes.

Expoſitio 2. Articuli quæſtionis 2. Prologi.

1. VLTRA duas priores vias, quibus Doctor in præcedenti articulo veritatem ſacræ doctrinæ probauit, octo alijs deinceps conuincit Hæreticorum perfidiam circa incredulitatem doctrinæ ſacræ, quibus eius indefectibilem veritatem exactiſsime probat, oſtendens non poſſe eſſe, niſi à Deo, quas vias ponit in huius quæſtionis articulis. In hoc autem à duabus potiſsimis exorditur, quæ ſunt pronunciatio Prophetarum, & Scripturarum concordia. Pronunciationem namque propheticam à nemine niſi à ſolo Deo eſſe poſſe, reſtatur Eſaias, ca. 41. dum inquit. *Dicite, quæ ventura ſunt, & ſciemus, quoniam Dij eſtis.* Solus enim Deus futura prædicere infallibiliter poteſt, cui patent omnia temporis futuri inſtantia, omniaque futura contingentia, ac ſi præſentia eſſent, iuxta propriæ exiſtentiæ exigentiam. Hac via ad fidei Eccleſiæ robur vtuntur omnes ferè ſancti Patres, inter quos videndi ſunt Diuus Auguſtinus 17. de ciuitate Dei cap. 15. & 13. contra Fauſtum, capit. 8. Tertulianus in Apol. cap. 20. & Lactantius, lib. 4. diuin. inſtit. cap. 7. Vnde egregie noſter Aureolus in quoddam libello ſuper ſcripturam ex conditionibus Meſsiæ, quas ſacri Prophetæ prædixerant, & Euangeliſtæ, ac Apoſtoli in Chriſto Domino adimpleras fuiſſe oſtendunt noſtræ fidei firmitatem, doctrinæ que ſacræ infallibilem colligit veritatem. *Eſaias.* *D. Aug.* *Lactãcius.* *Aureolus.*

Vnde Diuus Mattheus, quaſi ſyllogiſticè Chriſti diuinitatem, & Meſsiatum probat, ex eo, quod ſibi omnia, quæ vaticinarunt Prophetæ conueniunt: exordium etenim Chriſti Domini chronice incipit à generatione dominica ex proſapia Dauidis, & Regia propagatione ex virginitate materna, & ex natiuitatis loco, nempe Bethlem, ex apparitione ſtellæ, ex nomine Nazareno, ex precurſore Baptiſta, ex Angelica miniſtratione in deſerto, & ex alijs conditionibus, quas ſub numer. 22. Aureolus comprehendit, & eleganter notauit: quæ omnes priùs fuerant Prophetatæ de Meſsia.

Secũda autem via, quæ eſt ex Scripturarum concordia vtuntur, Diuus Ireneus, lib. 1. cap. 5. & 8. D. Ambroſius de fide cap. 4. Diuus Chryſoſtomus opere imper. in Mattheum homilia 20. & D. Auguſtinus 18. de ciuitate Dei cap. 41. Vbi ait. *Authores noſtri, in quibus non fruſtra ſacrarum literarũ figitur, & terminatur canõ, abſit, vt* *Irineus* *Ambroſius* *Chryſoſt.* *Auguſt.*

interſe aliqua ratione diſſentiant. Vnde non immerito cum illis ſcriberent eis Deum, vel per eos loquutum, non pauci in Scholis, atque gimnaſijs litigioſis diſputationibus garruli: ſed in agris atque in vrbibus cum doctis, atque indoctis tot, tantique populi crediderunt. S.Greg. Item Diuus Gregorius ſuper illud Iob capit. 25. *Qui fecit concordiam inſublimitatibus ſuis.* Argumentum etenim ingens manifeſte Hæreſum falſitatis ex nimia Hæreticorum rixa deſumitur. Quoniam cum ad libitum ſectas confingant ſibi ad inuicem contradicere neceſſum eſt. De quibus ait S.Hilar. Diuus Hilarius ſeptimo de Trinitate. *Cum ſe inuicem vincunt, nihil ſibi vincunt; victoria enim eorum Eccleſiæ eſt triumphus.* Quid de huius ætatis Hæreticis dicam? Qualiter in præcipuis fidei articulis diſſentiunt? Quomodo alucinentur in intelligendis Scripturis, & qualiter paſsim ſibi ad inuicem contradicant? Vide Bocium de ſignis Eccleſiæ, lib.3. cap.5. Bocius.

ARTICVLVS III.

Vtrum veritas ſacræ doctrinæ conuincatur ex authoritate ſcribentium, & credentium diligentia.

A ADTERTIVM ſic proceditur: & videtur, quod veritas ſacræ doctrinæ non conuincatur ex authoritate ſcribentium, & credentium diligentia: *Et quo ad primum: quia aliquis diceret, eos fuiſſe deceptos, non mentitos, vel propter lucrum mentiri voluiſſe. Ergo non bene poteſt conuinci veritas ſacræ doctrinæ ex authoritate ſcribentium.*

Sed contra eſt illud Auguſtin. 11. de ciuitat. Dei, capit. 2. qui loquens de Chriſto, dicit ſic: hic (inquit) prius per Prophetas, deinde per ſe ipſum, poſtea per Apoſtolos, quantum ſatis eſſe iudicauit, locutus Scripturam condidit, quæ canonica nominatur eminentiſsimæ authoritatis, &c. B.

Reſpondeo dicēdum, quod de tertio, & quarto, ſcilicet, de authoritate ſcribentium, & recipientium diligentia, ſic patet, quod ſunt viæ contra omnes Hæreticos rationabiliter conuincendi *veritatem ſacræ doctrinæ.* Et de tertio ſic: aut libri Scripturæ ſunt illorum Authorum, quorum eſſe dicuntur, aut non: ſi ſic: cum damnent mendacium, præcipuè in fide, & moribus, quomodo eſt veriſsimile eos fuiſſe mentitos dicēdo: hæc dicit Dominus, ſi Dominus non fuiſſet locutus? Si autem libri non ſunt illorum, ſed aliorum, hoc videtur inconueniens dicere; quia ita negabitur C.

tur, quicumque liber eſſe illius Authoris, cuius dicitur eſſe. Quare ergo ſoli iſti falſo aſcripti ſunt Authoribus, quorum non erant? Præterea, aut illi qui a ſcripſerunt libros iſtos eis, fuerunt Chriſtiani, aut non? ſi non: non videtur quod voluerunt tales libros conſcribere; & alijs aſcribere: & ex hoc magnificare ſectam, cuius contrarium tenuerunt: ſi fuerunt chriſtiani, quomodo illi chriſtiani mendaciter tales vias ſcripſerunt, cum lex eorum damnet mendacium, ſicut prius? Et propter idem, quomodo aſſererent Deum locutum eſſe multa, quæ ibi narrantur, & hoc perſonis, quibus libri intitulantur, ſi talia non acciderunt illis perſonis? Quomodo etiam libri iſti fuiſſent ita authentici, & diuulgati eſſe talium Authorum; niſi fuiſſent eorum, & ipſi Authores eorum authentici fuiſſent? De quo Ricard. 1. de Trinitat. capit. 2. Certe à ſummæ ſanctitatis virjs ſunt nobis tradita. De hoc etiam Auguſtin. in epiſtol. ad Hieronymum, & habetur in canone, diſtinct. 5. ſi ad ſacras ſcripturas admiſſa fuerint, vel officioſa mendacia, quid in eis remanebit authoritatis? Et idem ad eundem in eadem epiſtol. Solis eis ſcripturarum libris, &c.

D. Quartum, ſcilicet, recipientium diligentia, ſic patet: aut nulli credis de contingenti, quod non vidiſti, & ita non credes mundum fuiſſe ante te, nec locum eſſe in mundo, vbi non fueris, nec iſtum eſſe patrem tuum, & illam eſſe matrem tuam: & talis incredulitas deſtrueret omnem viam politicam. Si igitur vis alicui credere de contingenti, quod tibi non eſt, nec fuit euidens; maximè credendum eſt cōmunitati; ſiue illis, quæ tota cōmunitas approbat; & maximè quæ communitas famoſa, & honeſta, cum maxima diligentia approbata recipit: talis eſt canon diuinæ ſcripturæ: tanta enim apud Iudæos ſolicitudo fuit de libris habendis in canone, & tanta apud Chriſtianos, de libris recipiendis, tanquam authenticis, quod de nulla alia ſcriptura habenda pro authentica, tanta ſolicitudo fuit inuenta: præcipuè cum tam ſolemnes communitates de ſcripturis iſtis curauerunt, tamquam de continentibus neceſſaria ad ſalutem. De hoc Auguſt. de ciuitat. Dei, 18. cap. 38. Quomodo ſcriptura Enoch, de qua Iudas in Epiſtola ſua facit mentionem, non recipitur in canone, & multæ aliæ ſcripturæ, de quibus fit mentio in lib.

Regum. vbi innuit; quod ſola illa recepta ſunt in canone, quæ Authores, nõ ſicut homines, ſed ſicut Prophetæ diuina inſpiratione ſcripſerunt. Et ibidem, capit. 41. illi Iſraelitæ, quibus tradita ſunt eloquia Dei, nullo modo pſeudo prophetas cũ veris Prophetis, parilitate licentiæ confuderunt: ſed concordes inter ſe, atque in nullo diſſentientes ſacrarum literarum veraces ab eis cognoſcebantur, & tenebantur Authores.

E Ad argumentum reſpondetur, *improbando illa duo, quæ ibi aſſumuntur*. Et primum improbatur ex dicto Paul. 2. Corinth. 12. ſcio hominem in Chriſto. &c. & ſubdit ibi: verba archana audiſſe, quæ non licet homini loqui: quæ aſſertiones non videntur fuiſſe ſine mendacio, ſi aſſerens non fuit certus: quia aſſerere dubium, vel eſt mendatium, vel non longe à mendacio. Ex iſta reuelatione Pauli, & multis alijs reuelationibus factis diuerſis ſanctis, concluditur, quod intellectus eorum non potuerunt in duci ad aſſentiendum ita firmiter illis, quorum notitiam non potuerunt habere ex naturalibus, ſicut aſſenſerunt: niſi ab agente ſupernaturali. Secundum improbatur, ſcilicet, quod non fuerunt propter lucrum mentiti: quia pro illis, ad quæ voluerunt homines inducere ad credendum, tribulationes maximas ſuſtinuerunt.

Expoſitio 3. Articuli quæſtionis 2. Prologi.

ALIIS Duabus vijs ſacræ doctrinæ infallibilem veritatem probat Doctor in hoc articulo: quarũ prior eſt ſcribentium authoritas, poſterior autem credentiũ diligentia, & vtruſque vix argumentum ad Hæreticos conuincendũ, ingens eſt. fateor equidem circa primam, non euidẽter probare, ſcribẽtium authoritates veritatẽ doctrinæ: tum quia quorundam ſacrorum librorum ignorantur Authores, vel ſub dubio ſunt, vt patet ex 7. difficult. ſupra poſita, & ſi veritas libri ex ſcribentium authoritate pendẽret, etiam ignoraretur, vel ſub dubio eſſet, ſicut Author ipſius. Quod dicendum non eſt; ſiquidẽ prædictos libros ibidem ſacros, & Canonicos eſſe oſtendimus. Tum etiam, quia cum librorum ſcriptio, imò & doctrina eorum, quæ continentur in eis reſpectu docentis, non ad gratiam gratum facientem ſed ad gratis datã pertineãt; & vt docet D. Tho. 1. 2. q. art. & omnes Theologi, gratia gratis data non poſtulet ex ſe ſanctitatem ſubiecti: cũ videamus Caipham Ioannis cap. prophetaſſe Dominicæ mortis neceſsitudinem dum dixit: *oportet, vt vnus moriatur homo, ne tota gens pereat*, de quo ſubdit Euangeliſta: *prophetauit quia erat Põtifex anni illius*: & ſimiliter Saulem inter Prophetas fuiſſe, & prophetaſſe, ſacrum teſtatur elogium 1. Regum cap. & de Balam, & alijs innumeris, quibus de ſuper communicata eſt gratia prophetandi, prædicandi, docendi, & ſcribendi; quorum tamen authoritas ſi iuxta ipſorum ſanctitatem menſuranda ſit, nulla vel pauciſſima erit. Non ergo videtur ſcribentium authoritatem aliquid ad ſcripturæ veritatem conducere: ſiquidem omnis

I.

D. Thom.

Ioannis.

1. Regum.

omnis ratio infallibiliter credendi ex parte ſcripturæ non ab ſcribentium authoritate (ſiue ſit authoritas ſanctitatis, ſiue veracitatis) ſed à prima veritate atteſtante, & Eccleſia proponente ſumendi eſt.

2. Proculdubio dicendum iudico, Doctorem non intendiſſe probare infallibilem veritatem ſacræ doctrinæ ex authoritate ſcribentium dependere, ac ſi firma credulitas noſtra fundaretur in illa: hoc enim expreſſe tantum Eccleſiæ proponenti tribuit ipſe in tertio diſt.23.quæſt.vnica, §.*de primo certum eſt*, vbi hæc profert. *Patet per Auguſtinum in Epiſtola contra fundamentum Manichei, qui dicit, quod non crederet Euangelio, niſi crederet Eccleſiæ Catholicæ. Patet igitur per eũ quod libris canonicis ſacris non eſt credendum, niſi quia primo credendum eſt Eccleſiæ approbanti, & authorizanti libros iſtos, & contenta in eis.* Et loquendo de talium librorum Authoribus hæc ſubdit, *quamuis aliqui libri authoritatem habeant ex Authoribus ſuis, non tamen adhæremus eis firmiter, niſi quia creditur Eccleſiæ approbanti.* Ex quibus Doctoris verbis concluditur veritatem ſacræ doctrinæ firmiter conuincendam eſſe ex authoritate Eccleſiæ approbantis illam, nõ verò ex librorum Authoribus.

Scotus.

3. Ne tamẽ videatur Doctor ſibi met ipſi contradicere, quatenus in hoc articulo ſacræ doctrinæ veritatem contra Hæreticos conuincit ex authoritate ſcribẽtium, loco autem nuper allegato ex authoritate tantum Eccleſiæ conuincendam eſſe teſtetur: aduertẽdum eſt tamen argumentum de ſumptum ex authoritate ſcribentium, quo hic vtitur, nõ indiſſolubile eſſe, ſed tamen reuera eſſe congruentiſsimum. Quamuis etenim Prophetiæ donum nõnumquam prauis hominibus gratis fuerit conceſſum, ſicut etiam miraculorum operatio; hoc tamen rarò contigiſſe eſt certum, cum ferè ſemper ſimilia dona ſanctis, & electis ſuis communicauerit Deus. Quam obrem in canonizatione ſanctorum miracula ab ipſis edita ſummopere attẽduntur, tanquam congruentiſsima ſanctitatis teſtimonia. Huius inſtar modi arguit Doctor ex ſcribẽtium probitate, qua congruentiſsimè factorum librorum veritas comprobatur rationibus, quę habentur in textu.

Porrò ipſorum ſcribentium authoritatem commemorat Doctor, qua etiam infallibilem doctrinæ veritatẽ probaſſe poteſt intelligi, ſed non nudè, quatenus talium ſcribentium authoritas eſt; ſed quatenus eos veraces fuiſſe approbat, & tradit Eccleſia. Et tunc in eiuſdem Eccleſiæ authoritatẽ noſtra firma credulitas refundi tur. Quæ omnia tradit Doctor loco citato, dum loquendo de libris ſacris ſubdit; *non adhæremus firmiter, niſi quia creditur Eccleſiæ approbanti, & teſtificanti veraces eſſe eorum authores.* Et infra *credo igitur fide acquiſita Euangelio, quia Eccleſia tenet ſcriptores veraces, quod ego audiens acquiro mihi habitum credendi dictis illorum.* Dupliciter ergo intelligi poteſt Eccleſiæ approbatio, vel primo, vt præciſe ad veritatem doctrinæ alicuius libri terminatur: vel ſecundo quatenus etiam ad veracitatẽ Authoris talis libri extẽditur. Si primum, tãtum approbat Eccleſia, non habemus tunc efficax, ſed ſolũmodo congruens argumentum, ex authoritate ſcribentis deſumptum; quià ſtat ignorari Authorem, ſeu dubitari de eo, vt de libro Eccleſiaſtici, & de alijs dictum eſt, & tamẽ talis libri doctrinam eſſe ab Spiritu Sancto dictatam, & vt talem ab Eccleſia diffinitam: ſi verò Eccleſiæ approbatio ad ſecundum etiam extendatur, tunc ex authoritate ſcribentium efficaciter veritas ſacræ doctrinæ conuincitur.

5. Demum de congruitate argumentorum loquendo, optima poteſt fieri ſcribentium comparatio. Quis enim ignorat vtriuſque teſtamenti ſcriptores ſanctos, veraceſque fuiſſe? Quid de Moyſe dicam? Quid de Prophetis? Quid de Apoſtolis ſacris? qui omnes tot diuina habuerunt commertia, in quibus reſplenduit fides, vigebat ſpes, ardebat charitas quorum pleriquevaria tormentorum genera pro Dei amore, & legis defenſione perpeſſi ſunt. Quid ſi hos ad Hæreticos, & fidei Apoſtatas comparemus? Horribile quidem mon

ſtrum iniquitatum ipſorum ſcribunt ſuæ ætatis Authores: aborret audire tot ſcelera & immũditias, quæ de Luthero & Caluino primarijs ſeptemtrionalibus ſectarijs habentur apud Apol. proteſt.tom.2.cap.3.ſectio.9. Bocium de ſignific.Eccleſ.lib.12.ca.1.& lib.22.cap.3. & Bolſeum de vita Caluini: optimam ergo viam conuincendi Hæreticos tradidit Scotus in textu ex authoritate ſcribentium deſumptam.

Bocium. *Bolſeus.*

6. Prima autem via huius articuli eſt ſumma Catholicorum vtriuſque, veteris, ſcilicet, & nouæ Eccleſiæ diligẽtia in examinanda ſacrorum, & Canonicorum librorum veritatem: ad hoc namque ſunt tot prouincialia nationalia, & generalia Cõcilia congregata, in quibus Hæreſes, falſaque dogmata damnata ſunt, dubiaque reiecta, & vera retenta. Hæretici verò nihil legitimè congregati inquirunt, ſed tanquam immane mõſtrum innumeris capitibus conſtãs, iuxta cuiuſuis capitis innumera quoque placita omni prorſus ratione expertia fingunt. De hac igitur via videndi ſunt Lactãtius lib. 5. diuinarum inſtitutionum 13. D. Auguſtinus de vtilit.cred.14. Iuſtin. Apol.2.ad Anton.

Lactant. *Auguſt.* *Iuſtinus.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm veritas ſacræ doctrinæ conuincatur ex rationabilitate contentorum in ſcriptura, & irrationabilitate ſingulorum errorum.

A. AD quartũ ſic proceditur: videtur, quod veritas ſacræ doctrinæ nõ conuincatur, ex rationabilitate contentorum in Scriptura, & irrationabilitate ſingulorum errorum: *quod proponitur ſine argumentis pro hac parte.*

B. Sed contra eſt illud Auguſt. de ciuit.Dei lib.2. cap. 28. nihil turpe, ac flagitioſum ſpectandum, imitandumque proponitur, vbi veri Dei, aut præcepta inſinuantur, aut miracula narrãtur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur.

C. Reſpondeo dicendum, quod de quinto, & ſexto, ſcilicet, rationabilitate contentorum, & de irrationabilitate ſingulorum errorum, patet, quod ſunt viæ rationabiliter contra Hæreticos conuincendi *veritatem ſacræ doctrinæ. Et de quinto ſic:* quid rationabilius, quam Deum, tanquam finem vltimum ſuper omnia diligi, & proximũ ſicut ſe ipſum? ideſt, ad idem, ad quod ſe, ſecundum Gregorium: in quibus duobus præceptis vniuerſa lex pendet, & Prophetę, Matth.22. item Matth.7. Omnia ergo, quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Exiſtis, quaſi ex principijs practicis, alia practica cõſequũtur in Scriptura tradita, honeſta, & rationi cõſona: ſicut de eorum rationabilitate patere poteſt ſigillatim cuilibet pertractanti de præceptis, conſilijs, & Sacramentis: quia in omnibus videtur eſſe, quaſi quædã explicatio legis naturæ, quæ ſecundum Apoſtolum ad Romanos 2. ſcripta eſt in cordibus noſtris

noſtris; hoc de moribus. De credibilibus patet: quia nihil credimus de Deo, quod aliquam imperfectioné importet: imò quid quid credimus verum eſſe, magis atteſtatur perfectioni diuinę, quam eius oppoſitum. Patet de Trinitate perſonarum, & Incarnatione Verbi, & huiuſmodi: nihil enim credimus incredibile: quia tunc incredibile eſſet mundum ea credere, ſicut deducit Auguſt. de ciuitat. Dei 22. cap. 5. mũdum tamen ea credere, non eſt incredibile: quia hoc videmus. De hac autem lege, & honeſtate chriſtianorum, patet per Auguſt. de vtilitate credendi, lib. 6. cap. 8. vulgus marium, & fœminarum &c,

D De Sexto ſcilicet, de rationabilitate ſingulorum errorũ, patet ſic: quid pagani pro idolatria ſua adducent colentes opera manuum ſuarum? in quibus nihil eſt numinis, ſicut ſatis oſtendũt Philoſophi. Quid ſarraceni viliſsimi porci Machometi diſcipuli pro ſuis Scripturis allegabant expectantes pro beatitudine, quod porcis conuenit, ſcilicet, gulá, & cohitũ? quam promiſsionem deſpiciens Phyloſophus, qui fuit quaſi illius ſectæ Auicena, 5. met. cap. 7. alium finem, quaſi perfectiorem, & homini magis congruentem aſſerit dicens: Lex noſtra, quam dedit Mahomet, oſtendit diſpoſitionem fœlicitatis, & miſeriæ, quæ ſunt ſecũdum corpus, & eſt alia promiſsio, quæ apprehenditur intellectu, & ſequitur ibi. Sapientibus verò Theologis multo maior cupiditas fuit ad conſequendam hanc fœlicitatem, quã corporum: quæ quamuis daretur eis, non tamen attéderunt eam, nec apręciati ſunt eam, in comparatione fœlicitatis, quæ eſt cõiunctio primæ veritati. Quid Iudei; qui nouum teſtamẽtum damnant, quod in ſuo veteri promittitur, vt oſtendit Apoſtolus ad Hebr. etiam quam inſipidæ ſunt eorum cerimoniæ, ſine Chriſto, Chriſtum etiam aduenisse: & ita nouum teſtamentum ab eo principaliter promulgatum, ſicut authenticum forè recipiendũ, Prophetæ eorum oſtendunt. Nõ auferetur (ait Iacob, Geneſis 49.) ſceptrum de Iuda, nec dux de fæmore eius, &c. & ſimiliter illud Danielis, 9. cum venerit ſanctus ſanctorum. Quid Aſini Manichæi fabulantur primum malũ? Cum ipſi, & ſi non primi, tamen valde mali eſſent, nonne vident omne ens, in quantum ens, bonũ eſſe? Non né etiam in nouo teſtamento potuerunt videre eſſe vetus authẽticum, & approbatum? Quid ſinguli alij Hæretici, qui vnum verbum Scripturæ male intellexerunt ſecundum Auguſtin. in libr. 83. quæſtionum, quæſ. 69. Nõ poteſt (inquit) error oti-

Ierem. 31. cap. 8.

oriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de Scripturis non intellectis: & hoc ideo, quia præcedentia, & ſequentia non contulerūt: vnde ibidem infra ſolet circunſtantia Scripturarum illuminare ſententiam, nec etiam alia loca ſcripturarum cōtulerunt. Vnde Hæreſes ortæ ſunt per ſe legēdo, quę conferēdo repulſæ ſunt; quia conferentes diuerſas ſentētias adduxerunt, quæ ex ſe inuicem mutuo videri poterāt, quemodo, & qualiter eſſent intelligendæ.

E. Contra iſtos eſt illud verbū Auguſtini cōtra epiſtolam fundamenti: non crederem (inquit) Euangelio, niſi quia Eccleſiæ Chatolicæ Credo, igitur irrationabile eſt aliquid canonis recipere, & aliquid canonis non, cū Eccleſia Catholica, cui credendo canonē recipio, recipiat totum æqualiter.

F. Item doctrinæ Phyloſophorum aliquid continent irrationa tionabile, prout de politijs diuerſis ordinatis à diuerſis Phyloſophis probat Ariſtoteles 2. politicorum: ſed & ſua in quibuſdam eſt irrationabilis, ſicut patet ex ſolutione quæſtionis præcedentis.

(?.?)

Expoſitio 4. Articuli 2. quæſtionis Prologi.

LITERA Textus eſt ſatis perſpicua & nulla indiget expoſitione: procedit enim Doctor ex contra poſitione rationabilium fidei, & irrationabilium infidelitatis: primo oſtēdens rationabilia, quæ fides Catholica docet multa naturæ cōformia nullaque ibi rationi repugnantia eſſe ſigillatim oſtendens, & deinceps per irrationabile, Mahometanorū, Paganorum, ac Manicherorum errores, Iudeorumque perfidiam diſcurrens cōcludit intentum: quibus vijs vtuntur Tertulianus in Apol. cont. gent. cap. 39. & Iuſtinus vbi ſupra. Et profecto ſi Doctor hiſce temporibus extitiſſet Lutheranorum, & Caluiniſtarū, cæterorumque ſectariorum peruerſam rabiē confutaret: ex quorū Hæreſum nefariæ immunditiæ contrapoſitione magis noſtræ fidei veritates corruſcant. *Tertulian. Iuſtinus.*

ARTICVLVS V.

Vtrùm veritas ſacræ doctrinæ conuincatur ex ſtabilitate Eccleſiæ, & miraculorum claritate?

A. AD quintum ſic proceditur: videtur, quod non poſſit conuinci veritas ſacræ doctrinæ ex ſtabilitate Eccleſiæ, & miraculorum claritate & *circa primum* obiicitur de permanentia ſectæ Mahometi.

B. Secundum præterea, *circa ſecundum*: quia dicetur miracula non

non fuiſſe facta, aut etiam, quod ipſa nō teſtātur veritatem. quia Antichriſtus facet miracula.

C. Sed contra eſt quia de *primo*, Lucæ 22. ait Dominus Petro: ego rogaui pro te Petre; vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Et de *ſecundo*, huiuſmodi viæ efficaciam ex miraculis innuit ſaluator Ioan.5. opera, quæ ego facio, ipſa teſtimoniū perhibent de me; ſi mihi non vultis credere, operibus ſaltem credite.

D. Reſpondeo dicendum: quod de ſeptimo, ſcilicet, de Eccleſiæ ſtabilitate, & octauo, ſcilicet, de miraculorum claritate, patet, quod ſunt viæ rationabiliter cōuincendi, *veritatem ſacræ doctrinæ*, & de ſeptimo ſic quoad caput, per illud Auguſtin. de vtilitate credendi quaſi in fine: cum igitur tantum auxilium, tantum profectum, fructumque videamus, dubitamus nos eius Eccleſiæ credere gremio quæ vſque ad conſumationem generis humani a b apoſtolica Sede per ſucceſsiones Epiſcoporum, fruſtra Hæreticis circumlatrantibus: & partim, ipſius iudicio plebis, partim conſiliorum grauitate, partim etiam miraculorum maieſtate damnatis, culmen authoritatis obtinuit. Et parū poſt: quid eſt aliud, quod tam ingratum poteſt eſſe ope, atque auxilio diuino; quam tanto labore prædictæ authoritati velle reſiſtere? Vnde Gamaliel actuum. 5. ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, opus diſſoluetur, ſi verò ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, ne forte, & Deo videamini repugnare: Firmitas etiam Eccleſiæ in membris patet per illud Auguſtin. de vtilitate credendi cap. 8. vulgus marium, & fœminarum &c. Similem ſententiam dicit contra epiſtolam fundamenti: quis enim tātem multitudinem, ad peccata pro nam ad legem contrariam carni, & ſanguini ſeruandam induceret, niſi Deus? Et cōfirmatur: quia ſecta Iudæorum non manet in vigore, ſicut contra eos obiicit Auguſtin. in 1. ſermon. de Aduentu: vos (inquā) conuenio, ò Iudæi &c. De octauo, ſcilicet, de miraculorum claritate, ſic patet: non poteſt eſſe teſtis falſus Deus: ſed Deus inuocatus a prædicāte Scripturam, vt oſtenderet doctrinam eius eſſe verā; fecit aliquod opus ſibi proprium, vt pote, miracula: ac per hoc teſtificatus eſt illud eſſe verum, quod iſte prædicauit. Confirmatur hoc per Ricard. 1. de Trinit. cap. 2. vbi ſupra, Domine, ſi eſt error, à te decepti ſumus; nā tantis ſignis cōfirmata ſunt, quæ non, niſi per te fieri poſſent. Quod ſi dicatur (*quod loco ſecundi argumenti poſitum eſt:*) miracula non fuiſſe facta,

ſacta, aut etiam quod ipſa non teſtantur veritatem: quia Anti Chriſtus faciet miracula. Cōtra primum dici poteſt illa ſententia Auguſtin. de ciuitat. lib. 22. capit. 5. ſi iſta miracula facta eſſe non credunt, hoc nobis vnum grande miraculum ſufficit, quod iam terrarum orbis ſine vllis miraculis credidit. Nota valde illud capitulum: quia ſi quidquid credimus, dicatur incredibile eſſe, non minus eſt incredibile homines (inquit) ignobiles, infimos, paucisſimos, imperitos, rem tam incredibilem, tam efficaciter mundo, & in illo etiam doctis perſuadere potuiſſe, vt mundus illud credat, ſicut iam credidiſſe videtur, niſi per illos, aliqua miracula fierent, per quæ mundus ad credendum induceretur. Vnde ſubdit! Qui propterea exiguo numero ignobilium, infimorum, imperitorum hominum credidit: quia in tam contēptibilibus teſtibus, multo mirabilius, diuinitas ſe ipſa perſuaſit. Quid enim incredibilius, quàm, vt ad legem contrariam carni, & ſanguini Doctores pauci, & rudes, & pauperes, poſſent plurimos potentes, ac ſapientes cōuertere? Quod ſpecialiter patet de multis ſapiētibus, primo fidei rebellibus, poſtea conuerſis, vt de Paulo priùs perſecutore, poſtea gentium Doctore. Et de Auguſtino priùs per Manicheos ſeducto, poſtea Doctore chatolico, de Dyoniſio priùs Phyloſopho, poſtea Pauli diſcipulo, & de Cypriano prius Mago, poſtea Chriſtianiſsimo Epiſcopo: & de innumeris alijs conuerſis. Contra idem ſecūdo dici poteſt illud Auguſtin. de ciuitat. Dei, lib. 10. cap. 18. An dicet aliquis iſta falſa eſſe miracula, nec fuiſſe facta, ſed mendaciter ſcripta? Quiſquis hoc dicit, ſi de his rebus negat omnino vllis literis eſſe credendum: poteſt etiā dicere, nec Deos vllos curare mortalia &c. & ibidem de eodem. Si libris magicis, ſiue (quod honeſtius putant) Theurgicis credūt, quid cauſæ eſt, cur illis literis nolunt credere iſta facta eſſe? Contra idem tertio; quia quædam facta, non niſi animis proteruiētibus negari poſſunt: vt ſunt miracula facta à Syluestro coram Conſtantino: tum in curatione lepræ eius, quam in diſputatione eius cōtra Iudæos: quæ facta, tāquā celeberrima, mundū non latuerunt. Item contra idem eſt differentia miraculorum, quæ fiunt à Deo, & quæ fiunt à Diabolo, de qua differentia tractat Auguſt. de vtilitate credēdi prope finem Miraculū (inquit) voco, quidquid arduum, aut inſolitum ſupra ſpem, vel facultatem mirantis apparet. Quædam ſolum faciunt admirationem: quæ-

quædam magnam gratiam, beneuolendamque conciliant, qualia fuerunt Chriſti miracula, vt pertractat ibi diffuſe. Item contra vtrumque poteſt dici, quod ſunt aliqua miracula in lege Chriſtiana, in quibus nõ poteſt eſſe deceptio, quin ſint facta, nec quin ſint teſtimonia veritatis: quia à Deo facta, ſcilicet, raptus Pauli; & reuelatio contingentium futurorum: primum patet: quia impoſsibile eſt aliquẽ decipi credendo circa ſe videre eſſentiam Dei: ergo impoſsibile fuit Paulum ſe credere illam videre, niſi eam videret: ſed hoc aſſerit de ſe s. Secũda ad Chorint. capit. 12. Secundum expoſitionem Sanctorum: illud igitur fuit verè factum, & non tantum apparenter. Probatio primi antecedentis: quia nullus poteſt decipi circa aliquod principium primum, credendo ſe intelligere illud, cum non intelligat tale principium: quia tunc non conſtaret exterminis apprehenſis, quod eſſet principium, & quod non: ergo multo magis non poteſt decipi circa Deum viſum: conſequentia iſta patet: quia plus diſtat viſio Dei ab intellectione cuiuſlibet obiecti; etiam quantum ad perceptionem intellectus iudicantis; quam diſtet intellectio principij complexi ab intellectione cuiuſcumque non principij. Item qualiter intellectus crederet ſe quietari, ſi non quietaretur? non ne poterit cognoſcere inclinationem ſuam ad verum, quod non videt? Si crederet ſe videre Deum, crederet ſe quietari in Deo: ſi non videt, nõ quietatur. Stultius (ait Auguſt.) nihil dici poteſt, quam quod falſa opinione anima ſit beata 11. de ciuit. Dei capit. 4. Secundum, ſcilicet, quod à ſolo Deo fieri potuit, eſt manifeſtum: quia nulla creatura poteſt animam beatificare, nec ſimpliciter, nec ad tempus. Secundum patet ex multis Prophetis in vtroque teſtamento: vnde contra falſa miracula Antichriſti, poſſet ſibi obiici, ſaltem de iſtis duobus, hoc modo: ſi tu es Deus, fac me videre eſſentiam diuinam, nude & poſt viſionem, memoriam certam habere viſionis: & certitudinem quod illa fuit viſio eſſentiæ diuinæ: & tunc credam tibi. Item ſi tu es Deus, dic mihi, quid faciam, vel cogitabo, vel appetam pro tali hora?

Ad primum argumentum E.
reſpondeo: quod illa ſecta incepit pluſquam ſexcentum annis poſt legem Chriſti .in & breui Deo cooperante, finietur, quæ multum debilitata eſt, anno Chriſti 1300. & eius cultores multi mortui, & plurimi ſunt fugati: & prophetia dicitur eſſe apud eos, quod cito

to finienda eſt ſecta illa.

Ad ſecundum, *vltra ea, quæ in corpore articuli dicta ſunt*, dici poteſt: quod ſiquis inuocatur in teſtem, ſignum conſuetum teſtificationis permittat adduci, & præſens non contradicat, talis taciturnitas non ſtat cum veritate perfecta: miraculum autem eſt tale ſignum Dei, vt teſtis: igitur ſi permitat miracula fieri à dæmonibus, non contradicens, annuntians, ſcilicet, illa non eſſe teſtimonia ſua, non videtur eſſe perfecte verax; quod eſt impoſſibile. Et per hoc dicitur ad illud de AntiChriſto, quod prædixit illa miracula facienda, nõ eſſe teſtimonia veritatis, ſicut patet Matth. 24. & 2. ad Theſſalonicenſes, 2.

Expoſitio 5. Articuli, 2. quæſtionis Prologi.

POSTREMA duplex via conuincendi Hæreticos in hoc articulo traditur à Doctore, quæ ſu-
I. mitur ex ſtabilitate Ec-
Cyprian. *Tertul.* *Ireneus.* *Optatus.* *Auguſt.* cleſiæ, & miraculorum claritate. Prima vtuntur Diuus Cyprianus lib. 1. Epiſtola 6. & lib, 4. epiſtol. 9. Tertulianus de præſcrip. capi. 32. Ireneus, lib. 3. cap. 3. Optatus contra Parme. capit. 2. & Auguſtinus contra Epiſtolam fundamenti, cap. 4. & Epiſtol. 165. Qui omnes ex indefectibili Petri ſucceſsione probant Eccleſiæ ſtabilitatem, eiuſque doctrinæ canonicæ veritatem. De qua via præclara tradit Doctor in textu. Sed ex illis quatuor præcipuè colliguntur, in quibus Eccleſiæ ſtabilitas ſplendet. Primum eſt ipſius Eccleſiæ perpetuitas, quæ deficere nequit, eo quod fundata eſt ſupra firmiſsimam petram Chriſtum Dominum; *quia fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*, teſte Apoſtolo. Et ideò nullo temporis interuallo defecit à ſuæ fundationis inſtanti, nec impoſterum, ante quam ad trimphantem transferatur, deficiet. Quæ quidem Eccleſia à mundi creatione in primo parente, vel injuſto Abel (vt alij volunt) habuit exordium, & conſeruata eſt in lege naturæ, vſque ad ſucceſsionem legis Moſaycæ, cuius legalia, & prophetiæ, eo quod in Chriſto Domino impleta ſunt, aduenien te lege gratiæ, ceſſauerunt. Secundum eſt identitas doctrinæ, quæ ſemper eſt eadem. Licet enim cerimonialia legis veteris â Chriſti Domini aduentu ceſſauerint, hoc planè eſt, quia figuratiua erant iuxta illud Pauli: *Omnia in figura contingebant illis.* Lex tamen tabularum decalogi ſemper permanet, & Sacramenta Chriſti Domini, ac doctrina Egangelij ſemper eſt eadẽ, inuariataque manet.

Nec obſtat variatio decretorum 2.
Pontificum. Quia circa mores, iuxta temporis exigentiam, quæ nobis neceſſaria ſunt, ſacroſancta decernit Eccleſia, & quæ ſunt de fide tenenda per diffinitionem nos docet. Et quidem non eſt legis variatio: ſed aliqua circa legis complementum, quæ latebant fidelibus, Eccleſiæ patefacere.

Tertium eſt indefectibilitas Ec- 3.
cleſiæ, quæ profecto Diocleſiano, Neroni, cæteriſque perſequutoribus reſtitit, & obſtantibus innumeris contradictionibus Principum, numquam defecit. Quod fuit illud indiſſolubi-

le ar-

la argumentum Gamalielis, vt habetur in textu. Quartum denique eſt perpetua Pontificum à Diuo Petro ſucceſsio. Quibus omnibus probat Doctor intentum, & illis adde ipſius Eccleſiæ vnionem.

4. Quæ profectò omnia per oppoſitum in Hæreticis deficiunt, cui enim Hæreticorum templum, ac infidelium congregatio ſucceſſit? nec quidem Iudeorum Synagogæ, nec Chriſtianorum Eccleſiæ, ſed eſt quædam barbarorum confuſa congregratio, ſine ſtabilitate, abſque omni prorſus vnione, omnino capite expers. De Luthero namque docet Cocleus, quo Cepptices fuit libro inſcripto *Lutherus Cepptices*. Caluini quoque antilogias vigeſsima quarta Coccius ipſius verbis refert. *Cocleus. Coccius.* Veterum autem ſectariorum iam pænitus ſectas conſumptas & ſolo æquatas fuiſſe ſatis conſtat. Nam vbi ſunt Alienorum? vbi Neſtorei, Pelagij Manicheorum, & cæterorum Hæreſiarcharum ſectæ? Certe iam omnes ſunt temporis ſucceſsione deſtructæ: & quæ in partibus Galliæ Hugonoſticorum ſatis vigebat, in dies magis, ac magis deſeritur, ipſamque & cæteras ſeptemtrionales, quæ hac noſtra ætate prætermiunt, ſperamus diuino fauente numine, fore breuiter conſumendas. Sola autem ſancta Romana Eccleſia, quam Deus ſuper ſtabilitatem ſuam fundauit eſt, quę permanet in ſæculum ſæculi.

5. Poſterior conuincendi via, quę ex miraculis ſumitur efficaciſsima eſt: tametſi etenim, non euidenter probet ipſius operantis miracula ſanctitatem eo quod (vt dixi in expoſitione tertij articuli) hoc quod eſt miracula facere ad gratiam gratis datam, & non ad gratiam gratum facienté primo & per ſe pertineat, eſt nihilominus euidens doctrinæ prædicatæ probatio, & confirmatio, qua vſus eſt Dominus & Apoſtoli vt patet Marci, capit. vltimo. *Ipſi vero profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.* Cum enim miracula ſine à ſolo Deo effectiué, tantum vero inſtrumentaliter ab Angelis, vel ab homine: hinc duo inferuntur: primum ſcilicet, quod non officit impuritas, & malitia conſcientiæ ad hoc, vt aſſumatur à Deo tanquam inſtrumentum ad operationem miraculi, vt docet Diuus Thomas, ſecunda ſecundæ quęſtione 178. articul. ſecundo ad tertium. Secundum verò, quod quando miracula fiunt in teſtimonium, & confirmationem alicuius doctrinę, non poteſt talis doctrina non eſſe vera, ſiquidem Deus illam approbat, & confirmat miraculis, quæ effectiue ipſe ſolus efficere poteſt; talia namque miracula ſunt teſtimonia, quæ ipſe Deus præbet, vt teſtis, prout patet ex textu, ſolutione ad ſecundum. Et ſicut repugnat Deum eſſe falſum teſtem, ſic quoque repugnat miracula eſſe in teſtimonium falſæ doctrinæ. Vnde doctrina confirmata miraculis manebit efficaciter, ac euidenter probata: eiuſque contradictores euidenter conuicti. Siquidem miraculorum operationem non niſi diuina virtute eſſe poſſe, euidenter conſtat: ſicut euidens eſt non poſſe talia miracula virtute fieri naturali.

Multa hic de miraculis, ex aſſe reſoluta habentur, quæ ſunt notatu digna.

Marci.

Hac igitur via miraculorum ad conuincendos Hæreticos vtuntur Diuus Auguſtinus à Doctore citatus, & Chryſoſtom. homil. 3. in 2. ad Chorint. Naciancen. in Cyprianum, Gregorius Turonenſis de gloria Martyrum libr. 6. capit. 22. Ireneus libr. 2. cap. 36. Ricardus de ſancto Victore 1. de Trinitat. ſecundo, & alij quamplurimi. Cuius viæ efficacia per exempla adducta in textu ſatis patet, & veluti omnium efficaciſsimam ſibi fuſtra vſurpare curabant Hęretici quidam ad ſua falſa dogmata ſuadendũ: fuſtra nãq; 6.

D. Auguſ. Chryſoſt. Nacianc. Turonenſ. Ireneus. Ricard. de S. Vict.

L Mani-

Epiphan. Cocleus. Genebr. Bolſeus. Egecipus.

Manicheus ſanare filium Regis Perſarum intendebat, vt refert Epiphanius Hæreſi 66. fruſtraque Lutherus à quadam diſcipula dæmonium eijcere intendebat, à quo interfectus eſt ipſe, teſte Cocleo in actis ad ann. 1523. & Genebrardus ad ann. 1536. fruſtra etiam Caluinus filium mortuum reſuſcitare tentauit, ſiquidem Deus miraculoſe illum ſubito interfecit. Et ſic Caluini miraculum fuit mortuum fictum, vel, vt mortuum efficere, teſte Bolſeo capite decimotertio vitæ ipſius. Et tandem fruſtra idolatræ, Eliæ tempore vociferabant à Deo ſuo falſo ignem ad ſacrificium implorantes: aut Simon Magus mortuum ſuſcitare, vt Egecipus tertio de exord. Hieroſolym. c. 2. refert.

7. Fidei autem Catholicæ veritatem in Eccleſia ſua Deus nunquam deſtituit miraculis clareſcere: nec vlla gens fuit ad Chriſti fidem, ſine miraculorum operatione, conuerſa, vt conſtat ex Annalibus Eccleſiaſticis, & politicis, demptis tamen Chriſti diſcipulis, vt notat Diuus Thomas tertia parte quæſt. 43. articulo tertio ad tertium. Videndus eſt Bellarminus lib. quarto de notis Eccleſiæ capit. decimoquarto. Nec nobis officit Caluini calumnia, qua blaſpheme, & diabolice, ait miracula ab Eccleſia aprobata, eſſe partim fictitia, partim verò diabolica: hoc etenim idē Phariſæi de Chriſto Domino blaſphemabāt dicētes: *In virtute Beelſebu eijcere dæmonia.*

D. Thom. Bellarmin.

8. Sed contra hæc obſtat, quia argumentum efficaciā non habet, quod ſe habet ad oppoſita, ſed miracula poſſunt fieri à dæmone ad ſuadendam falſitatem: ergo miracula non ſunt efficacia ad veritatem fidei confirmandam. Minor etenim conſtat, nempe, diabolum miracula facere, & eius virtute multa facta fuiſſe, vt ex Magorum Pharaonis iam factis, & ex Antichriſti futuris prophetatis miraculis, ſatis vtrumque teſtamentum oſtendit: non ergo eſt efficax conuincendi argumentum, quod ex miraculis ſumitur. Hoc dubium intendit ſoluere noſter Philippus Faber in primo ſupra quæſtionem primam Prologi Scoti, diſputatione prima numero vigeſimoſecundo, quadam differentia, quam conſtituit inter miracula Dei, & miracula dæmonum; quæ in hoc ſtat, quod miracula Dei, vltra hoc quod eſt afferre admirationem, afferunt etiam commodum, & vtilitatem alicui; vt ſi quis gratia, & deſperato morbo laboret, & ad verbum vnum præcipientis cuiuſdam conualeſcat. Talia fuerunt (inquit) Chriſti miracula, necnon Apoſtolorum, & cæterorum Sanctorum: legitur enim leproſos mundatos eſſe, cæcis viſum, ſurdiſque auditum reſtitutum fuiſſe, &c. Non ſic autem de miraculis dæmonum eſt dicendum: fuerunt enim ſolum miranda, non verò vtilia. Vt ſi quis volantem hominem cernat, mirabitur quidem: ex illo tamen volatu nullam vtilitatem, vel commodum aliquis obtinebit. Hæc reſpondet faber.

Faber.

Mehercle attamen, differentia hæc eſt penitus inſufficiens, & adſolutionem dubij propoſiti (meo videri) inefficax: quia extrinſeca eſt, & nihil ad rationem miraculi conducit: afferre namque vtilitatem alicui, vel illam non afferre, omnino extra rationem miraculi eſt: vt infra ex diffinitione miraculi patebit. Et quidem textus procedit de oſtenſione ſacræ doctrinæ per miracula, quæ ſint vera mirabilia digna, de quibus loquitur Marcus loco citato, & multa ſunt verè talia ſigna, ſine alicuius vtilitate. Imò Phariſæi à Chriſto Domino hæc ſigna petebant, vt crederent: dum Matthæi capit. duodecimo dicebant: *Magiſter volumus à te ſignum videre*: vt explicat D. Auguſt. ſuper hunc locū. Tū etiam, 9.

Matth. D. Auguſt.

quia

Digitized by Google

quia hæc differentia duo falſa conculcat, vnum eſt miraculum Dei ſemper eſſe cum vtilitate: dæmonum autem ſemper ſine illa: quod eſt aperte falſum, ſi ad vtriuſq; potentiã attendamus. De Deo patet, aliâs enim ſi Deus nunc ab igne concurſum auferret, vt non combureret, aut cælos per diem integrum immobiles ſtare præciperet, aut ſimilia faceret, ex quibus nulli conſequitur commodum, aut vtilitas, imò potius damnum euidens omnibus irrogatur, hæc quidem talia non eſſent miracula Dei: quod ridiculum proculdubio eſt, quia omnia miracula de plagis Ægypti, huius inſtar modi fuerunt. Vel etiam è contra dæmones nõ poſſent alicui ſalutem deperditam breuiſsimè reſtituere, applicando actiua paſsiuis, quod eſt intra ſuę potentiæ latitudinem: quod eſt aperte falſum. Duo igitur noſtra refert adijcere ad ſolutionem dubij, ex quibus latior prædictæ ſolutionis confutatio reſultabit: primum eſt diffinitionẽ veri miraculi tradere, & exponere: ſecundum verò (quod ex illo infertur) nullũ verum miraculum ab Angelis, nec à dæmonibus, niſi tantum virtute, & commiſsione diuina fieri poſſe.

10. *D. Augu. Diffinitio miraculi. D. Tho.*

Miraculum ergo iuxta Diuum Auguſtinum de vtilitate credendi, & communiter omnes, diffinitur per hoc, quod ſit, *aliquid arduum, & inſolitum, ſupra facultatem naturæ, & ſpem admirantis proueniens*. Quam diffinitionem rectè examinat, & explicat Diuus Thomas prima parte quæſt. 105. artic. ſeptimo ad ſecundum, vbi docet, quod arduum dicitur miraculum, non propter dignitatem rei, in qua fit, ſed quia excedit facultatem naturæ. Similiter etiam inſolitum dicitur, non quia frequenter non eueniat, ſed quia eſt præter naturalem conſuetudinem: ſupra facultatem naturę dicitur, non ſolum propter ſubſtantiam facti; ſed etiam propter ordinem faciendi: ex quibus diffinitionis particulis planè colligitur, omne verum miraculum nõ poſſe naturæ facultate fieri; ſed ſolum Deum eſſe, qui miracula effectiue facit, vtendo creaturis, nempe, Angelis bonis, & malis, atque hominibus, vt miraculorum inſtrumentis, ſiquidem verum miraculum ſupra facultates naturæ eſt.

Ad cuius intelligentiam obſeruare oportet, miracula eſſe in duplici differentia: alia quæ ſuperant omnem facultatem naturæ creatæ, de quibus diffinitio procedit: & hæc ſunt vera, & rigoroſa miracula, quæ quidem Angeli, aut dæmones facere nullatenus poſſunt, nec aliqua creatura, ſed ſolus Deus, vt expreſſe tenet Diuus Thomas prima parte quæſtion. 105. articulo quarto in corpore, & communiter omnes. Alia verò, quæ non ſuperant omnem facultatem creatam, bene tamen omnem facultatem, & conſiderationem humanam excedunt. Et hæc non ſunt miracula vere, & in rigore, ſed largè ſumpta, & in ordine tantum ad humanam admirationem. Hæc talia poſſunt operari Angeli, & dæmones: quia cum virtus eorum facultatem humanam longè exuperet, hinc eſt, quod multa efficere poſsũt, quæ homines mirantur, in quantum eorum facultatẽ, & cognitionẽ excedunt. Et quid mirũ quod hoc Angeli, & dæmones poſsint, ſi etiam vnus homo ingenio preditus facit aliquid, quod eſt ſupra facultatem, vel ſaltim ſupra cognitionem alterius minoris ingenij, & ducit illum in admirationem ſui operis, ita vt quaſi miraculum videatur operari? illa igitur ſunt vere miracula, & non hæc, quæ dæmones faciunt. 11.

Hæc vero miracula, quæ operantur dæmones, etiam bipartiuntur in res vere factas, nobiſque mirabiles, & in mirabiliter apparentes, quæ tamen vere non ſunt. Primi generis miracula ex eo fieri poſſunt à dæmone, quia cum cognoſcat multorum naturalium virtutes, vt puta, lapidis, herbæ, ſeminis, & ſimiliũ, quæ virtute ſua naturali morbos expellunt, poteſt huiuſmodi naturalia medi- 12.

medicamenta occulte, & inuiſibiliter applicare, & ita breuis temporis interualo morbum deſperatū expellere, vt nobis videatur miraculum, eo quod ſupra hominis facultatem, & cognitionem eſt. Opera enim dæmonum, quæ nobis videntur miracula, aut ſunt in re ipſa exhibita, & res veræ, quamuis ad veram rationem miraculi non pertingant, vt dictum eſt: vt patet de prædicta morborum curatione, & etiam de effectione verorum ſerpentium, & ranorum, quæ dæmonum miniſterio fecerunt Magi, coram Pharaone, & plura faciet Antichriſtus, quæ non fuerunt phantaſmata, ſed vera opera Satanæ, vt docet Diuus Auguſtinus 20. de ciuitate Dei capit. 19. quæ quidem à dæmone factæ ſunt, per quædam ſemina, quæ in elementis mundi inueniuntur ad huiuſmodi effectus complendos, vt vult idem Auguſtinus tertio de Trinitate capit. 8. per quæ ſemina fiunt tranſmutationes materiæ de forma in formam, & nonnunquam media putrefactione, vel naturali calore animalium, vt pediculi in homine, & apes in leonis viſceribus, & videmus vermes ſericos in ſinu natu rali colore ex quodam ſemine generari, & plura alia, quæ nobis ignota ſunt, tamen iuxta naturæ ordinem fieri poſſunt. Illæ verò tranſmutationes, quæ naturaliter fieri non poſſunt, nullomodo operatione dæmonum ſecundum rei veritatem poſſunt perfici, ſicut quod corpus humanum mutetur in corpus brutale, vel econtra, aut quod cadauer hominis reuiuiſcat, & ſimilia.

13. Secundum autem genus miraculorum, quæ à dæmone fieri poſſunt, eſt ſecundum apparentiam tantum, non verò ſecundum rei veritatem: quod quidem dupliciter contingere poteſt. Vnomodo ab intrinſeco, ſecundum quod dæmon poteſt hominis phantaſiam, & etiam ſenſus corporeos quodammodo murare, ita vt aliquid videatur aliter quam ſit, vt tradit Diuus Thomas 1. part. quæſt. 111. artic. 3. ad 4. Quod fieri dicitur, interdum virtute aliquarum rerum corporalium. Alio verò modo ab extrinſeco, cum enim ipſe poſſit formare corpus cuiuſcumque formæ, vel figuræ, ex aere, vt illud aſſumens in eo viſibiliter appareat, poteſt eadem ratione circumponere cuicumque corpori quamcumcumque formam corpoream, vt in eius ſpecie appareat, vt Diuus Auguſtinus libr. 18. de ciuitate Dei capit. 18. docet. Vtroque iſto modo miracula dæmonum apparentiam, & admirationem tantum miraculorum continent, re tamen vera miracula non ſunt.

His ergo prænotatis ad dubium ſatiſpatet ſolutio: miracula etenim, quę Chriſtus Dominus, & Apoſtoli, Sanctique omnes fecerunt ad fidei confirmationem, vt in plurimum fuerunt viſus, auditus, linguæque reſtitutio, & reſurrectiones mortuorum, & eiectio dæmonum de corporibus afflictis, & ſimilia, quæ vere miracula ſunt, & quæ non pertingere poteſt dæmonum, aut etiam Angelorum facultas: quia à priuatione ad habitum non eſt regreſſus per naturam, & ipſi ex ſe nihil ſuper naturæ facultatem operari poſſunt. Vnde miracula omnia dæmonum falſa ſunt, vel ratione rei, vel ratione miraculi: aut enim res, quæ mirabilis apparet, falſa eſt, vel miraculum hoc ſupra facultatem naturæ non eſt. Et ſic Magi Pharaonis nullum aliquod miraculum verum fecerunt, nec Antichriſtus illud vnquam operabitur; eſto tamen, quod appariciones ſimilium miraculorum dæmones faciant ad ſeducendum nos, & falſa dogmata ſuadendum, ſicut Antichriſtus faciet: aut etiam res veras mirabiles ſupra facultatem humanam operentur: hoc quidem, vel ex permiſsione diuinæ erit, vel ad maiorem probationem proborū, vel ex ſecreto, & incōprehenſibili Dei iudicio propter punitionē reproborū: ſed adhuc hæc dæmonum mira- 14.

miraculorum ſeductio, non tollit à veris Dei miraculis efficaciã fidei cõ prabandæ, ſiquidẽ ſemper ſtat, quod vera miracula à Deo ſolummodò fieri poſſunt, & ipſa, qui in neceſſarijs non deficit, non permittet in æmulatione veræ fidei doctrinæ, falſam doctrinam, miraculo etiam appa rẽti à dæmone com probari: ſicut nec permiſit ignem adduci in ſacrificium idolorum tempore Eliæ, etiamſi non difficilè à dæmonibus ignis aliquis illuc poſſet adduci: quia vrgebat tunc probatio veræ doctrinæ prædicatæ per Eliam, quam Dominus ignis deſcenſu confirmauit.

QVÆSTIO TERTIA.

De ſubiecto Theologiæ.

DEINDE conſiderandum eſt, quod nam ſit obiectum, ſeu ſubiectum Theologiæ, & circa ſolutionẽ ſic procedo. Primo aſsignabo rationem primi ſubiecti. Secundo: diſtinguo de Theologia in ſe, & de Theologia in nobis. Tertio, diſtinguo de Theologia, quantum ad partes eius. Circa quæ omnia quæruntur octo.

¶ Primo. Vtrùm ratio primi ſubiecti ſit continere virtualiter omnes veritates illius habitus, cuius eſt ſubiectum?

¶ Secundo. Vtrùm Theologia agat de neceſſarijs, & contingẽtibus?

¶ Tertio. Vtrùm ſubiectum Theologiæ ſit aliquid creatum, vel quid extra Deum?

¶ Quarto. Vtrùm Theologia, quantum ad veritates neceſſarias ſit de Deo, tanquam de primo ſubiecto?

¶ Quinto. Vtrùm Theologia, quã tum ad veritates contingentes, ſit de Deo, tanquam de primo ſubiecto?

¶ Sexto. Vtrùm Theologia ſit de Deo ſub aliqua ratione ſpeciali?

¶ Septimo. Vtrùm Chriſtus ſit primum ſubiectum Theologiæ?

¶ Octauo. Vtrùm Theologia ſit de omnibus ex attributione ipſarũ ad primum ſubiectum?

ARTICVLVS I.

Vtrùm ratio primi ſubiecti ſit continere virtualiter omnes veritates illius habitus cuius eſt ſubiectum?

AD primũ ſic proceditur: videtur, q ratio primi ſubiecti nõ ſit continere virtualiter omnes veritates illius habitus, cuius eſt: & arguitur dupliciter A.

citer primo ſic: ſicut ſe habet obiectum primum potentiæ ad potentiam, ita obiectum primũ habitus ſe habet ad habitum: ſed obiectum primum potentiæ eſt aliquid commune ad omnia per ſe obiecta illius potentiæ: ergo primum obiectum habitus eſt aliquid comune ad omnia per ſe obiecta eius: & non aliquid virtualiter continens alia.

Secundo præterea, quia in ſciẽtijs aſsignatur communiter pro

B. ſubiecto primo aliquid, quod eſt commune ad omnia illa, quæ conſiderantur in illa ſcientia: ſicut in Geometria linea: in Arithmetica, numerus, in Methaphyſica ens.

SED contra eſt: quia obiectum primum continet propo-

C. ſitiones immediatas: quia ſubiectum iſtarum continet prædicatum: & ita euidentiam totius propoſitionis. Propoſitiones autem immediatæ continent concluſiones: ergo ſubiectum propoſitionum immediatarum continet omnes veritates illius habitus.

Reſpondeo dicendum: quod ratio primi ſubiecti eſt conti-

D. nere in ſe primo virtualiter omnes veritates illius habitus, cuius eſt. Quod probo primo ratione ſupra poſita, §. *ſed contra*, probo idẽ ſecundo: quia primitas hìc accipitur ex primo poſte-riorum ex diffinitione vniuerſalis, & ſecundum quod dicit adæquationem: obiectum autem ſe habet ad habitum, ſicut cauſa ad effectum: non eſt enim cauſa adæquata, niſi contineat primo virtualiter totum effectum: ergo, &c. Expono, quod dixi (primo virtualiter) quia ſicut illud eſt primum ens, quod non dependet ab alio, ſed alia ab illo, ita ergo primo continere eſt ab alijs non dependere in continendo, ſed alia ab ipſo, hoc eſt, quod per impoſſibile, circunſcripto omni alio, manente intellectu eius, adhuc contineret, & nihil aliud contiuet, niſi per rationem eius, *pro cuius intelligentia nota*, quod quælibet eſſentia cognita habitualiter continet virtualiter primo notitiam omnium veritatum illius habitus, & habitus ille, qui dicitur ſcientia, eſt ſpecies intelligibilis primi obiecti, & ille reſpicit primo veritates immediatas, & mediatas, non formaliter, ſed ex conſequẽti; & ſuum obiectum formaliter eſt quidditas cuius eſt ſpecies, Quid igitur mirum, ſi primum obiectum, vt cognitum, continet notitiam illorum, ad quæ conſideranda, ſua ſpecies intelligibilis) licet mediatè) mouet? Imò idem eſt, ſpeciem,

A. continere primo virtualiter noti-

notitiam,B.& ipſum,A.vt cognitum habitualiter cõtinere,B. quod eſt,ſpeciem intelligibilem ipſius.A.in memoria poſſe generare notitiã.B.in intelligentia.Secundum hoc igitur, idem eſt obiectum primum intellectus,& ſcientiæ. Et tunc primũ obiectum non diſtinguit illa, ſed proximum,quod eſt verum immediatum,& verum mediatum,& illud primum obiectum vtriuſque ordine quoddam ſe habet ad obiecta proxima,& habitus ipſorum : ſecundum hoc impoſsibile eſt vti habitu ſcientiæ, niſi prius natura, & ſimul tempore, vtendo habitu intellectus: quia nunquam ſpeculor ſciendo niſi conſiderando hoc, vt verum,euidens mihi propter aliud verum. Vel igitur ſunt idẽ habitus,& prius vtor illo circa illud obiectum, ad quod prius inclinat:imo ſecundum Henrricum quodlib.9.ambo ſunt idem illi habitui, quæ eſt quidditas primi obiecti ſimplicis : quem habitum intendit vocari ſcientiam apud Ariſtotel.in diuiſione ſcientiarum. Vel ſunt multi ibi: imò quodlibet verũ habet propriũ habitũ:& principaliter propter hoc eſt habitus quidditas,vel quidditatiuus primi obiecti , quem dicit ſpeciem intelligibilem : & ille includit omnes veritates virtualiter.Et tunc vtentem poſteriori ſemper oportet,ſimul vti omnibus prioribus. Nunquid igitur ad multos actus, vel vnum comparans habet proprium actum circa vtrumque comparatum,& præter hoc,actum comparandi, & ad illud maximè diſcurrendo, ponatur proprius habitus, quo inclinor demonſtrare, & inferre hoc ex hoc,ad quæ extrema habeo duos habitus. Quære quodlib.6.1.q.Henrric. ſi proponeretur pluralitas , paucitas eſſet præeligenda.

Ad primum argumentum. E. Reſpondeo,quod proportio obiecti ad potentiam ,eſt proportio motiui admobile, vel actiui ad paſsiuum : proportio autem ſubiecti ad habitũ eſt,ſicut proportio cauſæ ad effectum. Quandocũque aute m aliquod agẽs agit in aliquid paſſum , poteſt quodlibet agẽs eiuſdẽ rationis, in quodlibet paſſum eiuſdẽ rationis agere.Ergo prima extrema proportionis actiui ad paſsiuũ ſunt communia ad omnia perſe extrema illius proportionis: nã inter illa communiſsima eſt adæquatio: quia in quocũque eſt ratio vnius,illud reſpicit quodlibet,in quo eſt ratio alterius,ſed prima extrema proportionis cauſæ ad effectum non ſunt communiſsima: quia inter illa non eſt adæquatio; non enim ſequitur ſi commune poteſt cauſare habitum , quod ſpeciale poſsit

poſsit, & èconuerſo, non enim quodlibet contentum ſub illo cõmuni reſpicit habitum illũ, aut effectum eius: ſed tantum aliquod primum obiectum contẽtiuum, quod virtualiter continet omnia, ad quæ habitus ſe extendit.

F. Ad ſecundũ dico: quod multorum habituum ſpecie differẽtium poteſt eſſe aliquod obiectum cõmune, ſicut ab obiectis eorum, poteſt abſtrahi obiectũ commune, à quo non eſt habitus vnus, ſecundum ſpeciem, ſed tantum ſecundum genus.

Expoſitio primi Articuli quæſtionis 3. Prolegi.

1. TEXTVS Huius articuli potius phyloſophicus, quã theologicus eſt, ad theologicam tamen difficultatem neceſſarius. In eo tria præcipue pertractantur, quorum prius æquiuocationem (ne dicam contradictionem) inuoluere videtur in verbis, & doctrina Scoti. Hic enim docet ſubiectum, vel obiectum primum, idem eſſe quod obiectum adæquatum in tota ſcientia, dum ait: *Quod primitas accipitur ex diffinitione vniuerſalis, ſecundũ quod dicit adæquationem*, hoc autem alibi negat expreſſe. Vnde primo concilianda ſunt ipſius verba, & videndum, quomodo ſubiectum adæquatũ dicatur primum. Secundo examinanda eſt adæquati ſubiecti diffinitio, quæ duo hic commode non longo ſermone reperies. Tertiũ verò, quod eſt qualiter ſcientia ſit ſpecies intelligibilis; ſequens difficultas patefaciet. Contradictio igitur verborum Doctoris in hoc ſtare videtur, quod, ſcilicet, in hoc articulo ſubiectum primũ pro adæquato proculdubio accipit, vt ex litera eius perſpicuũ eſt, quod facit Thataretus in explanatione librorum logicæ quæſt. 3. ſcibili 3. diffiniens ſubiectum ſcientiæ per hoc quod ſit, quod primo, virtualiter continet omnes veritates neceſſarias illius ſcientiæ, cuius eſt ſubiectum: & explicat hanc diffinitionem, dicens, quod primo ibi idẽ eſt, quod adæquate. Scotus verò in ſua logica quæſt. 3. vniuerſalium vocat ſyllogiſmum ſubiectum primum logicæ, expreſſe tamen negat eſſe obiectum adæquatum ipſius, vt videre eſt in ſequentibus eius verbis: ex quibus inferre videbatur ſyllogiſmum eſſe ſubiectum adæquatum in tota logica iuxta ipſius ſententiam. Verba autem eius ſunt hæc: *Dicendum ergo, quod ſubiectum primum, & propriũ logicæ, eſt ſyllogiſmus.* Quod tamen expreſſe negat in primo priorum quæſt. 2. dum hæc ait: *Tunc ſit prima concluſio: quod iſte terminus ſyllogiſmus non eſt ſubiectum in tota logica.* Et paucis interiectis verbis, ſubdit: *Secunda concluſio: quod iſte terminus inſtrumẽtum ſciendi eſt ſubiectum in tota logica.* Ex quibus verbis manifeſta contradictio videtur colligi in ſententia, vel ſaltim in modo loquendi Scoti. *Tatharet.*

2. Hæc tamen contradictio facilè cõciliari poteſt aduertendo, Doctorem loquutum fuiſſe in illa tertia quæſtione vniuerſalium conformiter ad ea, quæ in hac ſecunda primi Priorum, quod, ſcilicet, ſyllogiſmus eſt obiectũ primum, & adæquatum, Logicæ non quidem ſecundum totam latitudinẽ Logicæ, ſed vt tantum comprehẽdit logicales libros Priorum: quod etiam tenet Tathare tus quæſt. 4. dubio primo. Hinc conſtat duplex obiectum adæquatum in Logica cõſtituiſſe Doctorẽ, vnum reſpectu totius Logicæ, quod eſt inſtrumentum ſciendi, alterum verò in libris Priorum, & hoc aſſerit eſſe ſyllogiſmum, cum qua conciliatione ſaluatur optimè, quod in litera textus ait, ſubiectum, videlicet, ſecundum primitatem adæquationis eſſe primum, propterea que ſubiectũ pri- *Tatharet.*

primum, & adæquatum, idem prorſus eſſe in Scoti doctrina.

3. Vel aliter, & facilius dici poteſt, q obiectũ primum capitur tripliciter ſecundum ipſum Doctorem in quodlibetis quæſt. 5. lit. K. ſcilicet; vel primitate adæquationis, vel primitate virtutis, vel tandem primitate perfectionis: primitas adæquationis eſt illa, qua potentia non excedit obiectum, nec exceditur ab illo. Sic coloratum, vel lucidum dicitur eſſe obiectũ primum viſus. Secunda primitas eſt illa, virtute cuius materiale obiectũ cognoſcitur à potentia: & hoc dicitur etiam obiectum formale, ſic color ipſe, ſeu lux, eſt obiectum viſus, quia virtute coloris, & lucis, omnia corpora percipiuntur à potentia viſiua. Et conſulto diſiunctiue dixi cum Doctore *coloratum, ſeu lucidum*; ne diſputetur hic, an lux ſit ratio formalis, ſub qua potentia viſiua attingit obiectũ, an verò color ipſe? Quia non omnia ſunt in omnibus conculcanda. Dico tamen obiter colorem habere rationem veri obiecti formalis, lucem autem ibi eſſe conditionem ſinequa nõ: vt patet in ſimili de illuſtratione per intellectum, reſpectu obiecti voliti. Tertia tandem primitas eſt illa, qua obiectum continet tanquam in ſummo perfectione n omnium obiectorum illius potentiæ, cuius eſt obiectũ primum. Sic dicimus, quod in ſcientia de animali homo, qui eſt perfectior ſpecies, eſt obiectum primum, non quidem primitate adæquationis, quia proculdubio exceditur à ſcientia, cum non omnia animalia includat, ſed primitate perfectionis: quia perfectiones omnium animalium in ſua perfectiſſima ratione ſpecifica eminentiori modo includit. Hoc etiã modo Deus eſt obiectum primũ noſtri intellectus. Vnde per acceſſum, aut receſſum ab ipſo obiecto primo dicuntur cætera obiecta perfectiora, vel minus perfecta. Et de hoc primo dicitur, quod *primum in vnoquoque genere eſt menſura cæterorum*. Hoc igitur modo ſyllogiſmus in Logica eſt primum obiectũ, non primitate adæquationis, vt ex verbis Doctoris conſtat, ſed primitate perfectionis, eo quod cæterarum ſpecierum modi ſciendi perfectiones in ſe eminentiori modo contineat. Quibus primitatibus obiecti primi præhabitis, nulla poteſt reperiri cõtradictio in verbis Doctoris. Siquidem inſtrumentum ſciendi appellauit primum obiectum primitate adæquationis, ſyllogiſmum verò primitate perfectionis. In præſenti verò de obiecto primo primitate adæquationis procedit.

Ad ſecundum vero perueniens; ſubiectum primum, ſeu adæquatum, ſic diffinitur in textu: *Eſt quod continet in ſe, primo, virtualiter, omnes veritates illius habitus, cuius eſt*. Tatharetus verò hãc diffinitionẽ ſequitur loco citato, ſed ſuperaddit, veritates illas, quas cõtinet ſubiectum, debere eſſe neceſſarias. Hoc quidem in ſcientijs naturalibus verũ eſſe, compertum eſt: quia de neceſſarijs, & nullomodo de contingẽtibus, agunt, vt in ſequẽti quæſtione oſtendã. Baſſolis tertia quæſtione Prologi §. *de primo* aduertit, quod hæc eſt conditio primi ſubiecti ſcientiæ, ſcilicet, quod ſit primo notum in ſcientia ante omnia alia, ſimplici præcognitione, vel notitia, vt puta, ſi eſt, & quid eſt, per propriam rationem eius formalem, & actualẽ. Quod probat: quia in eſſentialiter ordinatis oportet omnia reducere ad vnum primũ, in quo eſt ſtatus, ſed omnia, quæ ſunt in ſcientia per ſe vna, ſunt adinuicem eſſentialiter ordinata in cognoſcibilitate: igitur reducuntur ad vnum primum notũ ſimpliciter: ſed hoc non poteſt eſſe, niſi ſubiectũ: ergo &c. Tale autem ſubiectum an ſit, & quid ſit, debet cognoſci: quia cũ de non ente non ſit ſcientia, debet cognoſci, ne ſit figmentum de numero impoſſibilium: quid autem ſit, debet cognoſci tanquam fundamentũ, & radix omnium cognoſcibilium talis ſcientiæ. Aduertit autem Tatharetus pro diffinitionis prædictæ à Doctore traditæ declaratione, quod multiplex eſt continentia: quædam enim eſt eſſentialis, qua vnum continet aliud in primo modo dicendi per ſe: hoc modo inferius continet ſuum ſu-

4. *Diffinitiŏ ſubiecti adæquati.*

Baſſolis.

Tathàretus.

perius: ſic homo cõtinet animal. Alia eſt continentia vnitiua, qua vnũ continet aliud, quod eſt ſibi realiter idẽ, diſtinctum tamẽ formaliter: ſic ſubiectũ continet paſsionẽ, vt rationale cõtinet riſibile, & anima ſuas potẽtias, & diuina eſſentia attributa ſua. Alia eſt continentia potentialis, qua ſuperius continet ſuum inferius, ſic animal hominem. Vltima eſt continentia virtualis, qua effectus continetur in cauſa: & hęc dupliciter contingit: vel enim eſt continentia virtualis in eſſe reali; & hæc eſt effectum eſſe in virtute cauſæ potentis illum in eſſe reali producere, ſic roſa tẽpore hyemis continetur virtualiter in arbore; vel ſecundo eſt continentia virtualis in eſſe cognito, & nihil aliud eſt, quã veritates ſcibiles alicuius ſcientiæ cõtineri in obiecto talis ſcientiæ, ita vt poſſet illas producere in eſſe cognito. Hoc poſteriori modo intelligitur diffinitio ſubiecti poſita in textu, quã probat Doctor ibi duplici ratione. Et hoc primo virtualiter continere, ſic exponit: *Quia ſicut illud eſt primum ens, quod non dependet ab alio, ſed alia ab illo; ita ergo primo continere eſt ab alijs non dependere in continendo, ſed alia ab ipſo.*

5. *Lythens. Baſolis. Rubionis.* Hoc idem tenet Lychetus quæſt. 3. prologi, & Baſſolis ibidẽ. Item Guilielmus de Rubione in prologum, q. 11. in ordine, vel tertia, §. *ex dictis patet*, hoc idem tenet: ſed acutiſsimè notat non intendiſſe Doctorem aſſerere, quod ratio ſubiecti ſcientiæ contineat paſsiones, ſeu concluſiones eius virtualiter effectiue, ſiue per modum cauſæ efficientis: ſed quod continet virtualiter illa omnia, admodũ, quo antecedens continet conſequens aliquod, quod neceſſario infert. Sicut enim cauſa continet virtualiter effectum, quem poteſt producere, ita ſuo modo poteſt dici contineri virtualiter conſequens in antecedẽte, ex quo neceſſario ſequitur, & infertur, & iſtam cauſalitatem, & non aliam reſpectu concluſionum, & paſsionum ſciẽtiæ, intendit Doctor attribuere (inquit Rubionis) ſubiecto, vel rationi ſubiecti ſcientiæ.

6. Cayetanus autem prima parte q. 1. artic. 7. contra diffinitionem ſubiecti à Doctore traditã infert ſequi, quod tota ſcientia virtualiter continetur in principijs: ergo in ſubiecto principiorum: ergo in ſubiecto ſcientiæ: ergo duarum ſpecierum diſparatarum, imò generis, & ſpeciei, ſecundum propria ſingulis, non poteſt eſſe vna ſcientia ſecundum ſpeciem ſpecialiſsimam, quod (inquit) eſt falſum apud ſanctum Thomã. Sed nos libenter omnes conſequentias illatas cum Doctore concedimus: quia tot ſunt in qualibet ſcientia habitus ſpecie diſtincti, quot ſunt concluſiones demonſtratæ in illa: vt infra in difficultate 11. ex profeſſo patebit. *Cayetan.*

DIFFICVLTAS X.

Vtrùm Sacra Theologia ſit formaliter ſpecies intelligibilis.

§. 1.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, & refertur ſententia Thomiſtarum.

MOuetur difficultas in textu ibi: *habitus ille, qui dicitur ſcientia eſt ſpecies intelligibilis primi obiecti &c.* Quæ difficultas nimis controuerſa eſt inter vtriuſque Scholę Doctores, dum Prolegomenum difficultates inueſtigãt. 1.
Solet attamen in ſimul controuerti; an ſcientia ſit qualitas ſimplex, an verò compoſita? Proptereaque placet vtramque difficultatẽ diſſoluere, cũ vtraque in textu articuli habeat fundamentum: ſed non ſimul propter confuſsionem vitandam, ſeorſum tamẽ hic primam, deinceps vero ſecũdam pertractabo. Quamuis etenim omnes

omnes fere Doctores hanc, & ſequen
tem de ſimplicitate, ſeu compoſitio-
ne ſcientiæ ſub eodem titulo diſpu-
tent, viſum eſt nobis diſtinctè ſingu-
las difficultates exponere: aliud nam
que eſt Theologiam, ſpeciem, aut in-
tellectus habilitatem eſſe: aliud verò
hanc ſpeciem ſimplicem eſſe, aut cō-
poſitam: etſi etenim ſecunda ita de-
pendeat ex prima, vt abſque eius re-
ſolutione commodè diſputari non
queat, commodè nihilominus primā
ante ſecundam recto doctrinæ ordine
controuertimus.

2. Sciſma de hac re non minimum in
ter quoſdam Diui Thomæ diſcipulos
exortum eſt, non ſolum in ſententia-
rum diuortio, verum, & quatenus
Soncinas. vnus quiſque ſuam eſſe Diui Thomæ
exiſtimat. Circa quod prælìantur Sō-
cinas lib. 6. Metaphyſicæ quæſt. 9. ac
Cayetanus Cayetanus 1. 2. quæſt. 54. art. 4. Quid
quid tamen de eorum cum Angelico
Doctore concordia arbitrandum ſit,
mea non interſt iudicare. Cayetanus
itaque latiſsimè hanc peragit contro
uerſiā loco citato, vbi opinatur Theo
logiam, ſeu quamlibet ſcientiam (nō
enim magis de vna, quam de alia, dif-
ficultas præſens procedit) formaliter
eſſe quandā pronitatē, & habilitatem
intellectus ad vtendū intelligibilibus
ſpeciebus: nō tamē ipſaſmet ſpecies:
ac ibi quam plurimas auctoritates D.
Thomæ ab alijs Thomiſtis in aduerſæ
ſententiæ confirmationem adductas
ſoluit, & alijs rationibus intendit pro
viribus ſatisfacere. In hac eadem exti
Flandrēſis tere ſentētia Dominicus de Flandria
Henricus lib. 6. Metaphyſicæ quæſt. 3. ar. 3. Hen
Medina. ricus de Gandauo quodlibeto 2. q.
Zumel. 4. & ex recentioribus Medina 1. 2. q.
Bañez. 54. art. 4. Zumel. 1. par. art. 3. ſua q. 1.
Sotus. conclu. 2. Idem videtur ſupponere
Maſsius. Bañez ibidem ſub commentario arti-
Deça. culi, Sotus in proœmio Logicę quæſt.
Suarez. 3. Maſsius ibidem, ſect. 1. q. 16. Deça
Vazquez. in prologo ſentent. quæſt. 3. & ex le-
ſuitis amplectuntur hanc ſententiam
Suarez 2. Tom. ſuæ Metaphyſicæ diſ-
putat. 44. ſect. 4. per totam, Gabriel
Vazquez 1. 2. diſput. 80. cap. 3. præ-
ſertim à numer. 15. vſque ad numer.
19.

Hanc igitur ſententiam ſic corro- 3.
borat Cayetanus primo: nā habitus
ſcientificus eſſentialiter eſt in prima
ſpecie qualitatis, tanquam vna eius
ſpecialiſsima ſpecies: ſed conſtat,
quod nulla ſpecies qualitatis eſt cō
poſita ex pluribus qualitatibus diuer-
ſarum ſpecierum, quales ſunt ſpecies
intelligibiles: ergo, vel negandum eſt
habitum ſcientię eſſe ſub genere qua-
litatis ſpecialiſsimam ſpeciem conſti
tutam, vel concedendum ipſum non
eſſe formaliter illas ſpecies intelligi-
biles concadenatas, ſed habilitatem
ſimplicē ad vtendum illis. Qua potiſ-
ſimum ratione Cayetanus ſenten-
tiam ſuam demonſtrare arbitratur.

Secundo ſic arguit Medina: quoniā 4.
fides non eſt ordinatio ſpecierum,
ſed lumen ad credendum, prudentia
non eſt collectio ſpecierum, ſed dicta
men ad rectè iudicandū: rurſus ars nō
eſt collectio ſpecierum, ſed virtus ad
operandum: ergo ſcientia non eſt or-
dinatio ſpecierū, ſed virtus ad iudicā
dum. Hęc Doctor iſte, cuius ſunt ſe-
quentia duo argumenta.

Tertio ſic: omnes ſapientes, & inſi- 5.
pientes æqualiter apprehendunt res
ſimplices: ſed ſapientes rectè iudi-
cant: ergo ſapientia eſt facultas rectè
iudicandi, & non ſpecies collectè.
Quarto ex eodem ſic: intellectus no-
ſter eſt determinatus ad res ipſas ap-
prehēdēdas ſimplices, ad quod adiuua
tur ab ſpeciebus: rurſus eſt indetermi
natus ad rectè iudicādū, quod officiū
præſtat ſcientia: ergo ſcientia non eſt
collectio ſpecierum.

Quia tamen hæc argumēta potius 6.
intendunt impugnarę pluralitatem
ſpecierum, quam ſcientiam eſſe ſpe-
ciē, ideo aliter iuxta ſenſum præſen-
tis difficultatis pro prima ſententia
ſic arguunt recentiores quidam, &
erit argumentum quintum in ordi-
ne: ſcientia eſt habitus acquiſitus per
veram demōſtrationem: Sed ſpecies
intelligibiles non ſunt acquiſitæ per
demonſtrationem, ſed ſunt eductæ à
phantaſmatibus lumine intellectus
agentis: ergo ſcientiæ non ſunt ſpe-
cies intelligibiles, ſed habilitas intelle
ctus. Sexto, quia ſcientia eſt habitus
iudica-

iudicatiuus veritatis propoſitionum tenens ſe ex parte intellectus: atqui ſpecies non ſunt iudicatiuæ, quoniã ſe tenent ex parte obiecti: pronitas autem, ſeu habilitas tenet ſe ex parte intellectus, cuius eſt de veritate iudicium ferre: ergo ſcientia non eſt ſpecies illę intelligibiles, ſed pronitas intellectus.

7. Septimo; ſcientia verſatur circa res coniunctas, eſt enim de concluſione, quæ componitur ex ſubiecto, & prædicato: ſed ſpecies intelligibiles referunt ſimplicem quidditatem, & naturam ſimplicem, & impermixtam obiecti: ergo tales ſpecies non ſunt ſciẽtiæ.

8. Vltimo, quoniam in ruſtico dantur, & rerũ ſimilitudines, & ſpecies, vtpote lapidis, arboris, & cæterorum entium naturalium: ſed ille nõ propterea eſt aſſequutus Phyloſophiam naturæ: ergo Phyloſophia nõ eſt collectio ſpecierum: quod idem dicendum eſt de Theologia, & de quacumque alia ſcientia.

---

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta enucleantur.

9. *Scotus.* IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali; vt viſum eſt ſupra, & patuit in principio difficultatis; hæc enim profert. *Qualibet eſſentia cognita habitualiter continet virtualiter, primo, notitiã omniũ veritatum illius habitus, & habitus ille, qui dicitur ſcientia, eſt ſpecies intelligibilis primi obiecti.* Sequuntur Doctorem Baſolis in Prologo, quæſt.6. Gaillelmus Rubionis ibidem quæſt.8. Lycheтus quæſt. 3. §. *reſpõdetur* Tatharetus, Maironis, & Bargius ibidem, ac cæteri veteres, & recentiores Scotiſtæ: item eſt expreſſa ſententia Diui Thomæ in pluribus ſuæ doctrinę locis, & preſertim

Baſſolis. Rubionis. Lychetus. Tatharet. Maironis. Bargius. D. Thom.

quæſt. 24. de veritate artic.4. ad 9. vbi ait, *habitum intellectus eſſe aliqualem ordinationem ſpecierum*, & quæſtio. 10. artic.2. vbi poſtquam probauit in intellectu poſsibili manere ſpecies intelligibiles, poſt auctualem conſiderationem, hæc ſubdit. *Et harum ordinatio eſt habitus ſcientiæ*: item 1. 2. quæſt. 67. art.2. id latè oſtendit, & ſolutione ad ſecundũ inquit. *Peregritudinem corrumpitur habitus ſcientiæ quantum ad id, quod eſt materiale in eo, ſcilicet, quantum ad phantaſmata, non autem quantum ad ſpecies intelligibiles, quæ ſunt in intellectu poſsibili.* De quibus dixerat in corpore articuli eſſe formale in habitu ſcientiæ, & 3. part. quæſt. 12. art.2. ſentit augmentum habitus ſcientiæ conſiſtere in augmento ſpecierum intelligibilium: ſequuntur Diuum Thomam plures Thomiſtæ, inter quos ſunt Capreolus in 3. quæſt. Prologi ſententiarum, Soncinas 6. Metaphyſicæ quæſt. 9. Conradus 1. 2. quęſt. 54 artic. 4. fuit ſententia commentatoris 1. Metaphyſicæ Comment. 27. vbi hæc tradit. *Scientia non ſunt aliud quam ſpecies, & illa, quæ conſtituuntur ex vniuerſali.* Sequitur Gregorius Ariminæ quæſt. 3. Prologi, & alij Nominales.

Capreolus Soncinas. Conradus Auerroes.

In huius ſententiæ, & quæſtionis expoſitionem perlucidam, primo obſeruare oportet, neutiquam hic verti indubium, vtrum ſcientia ſit plures illæ concadenatæ ſpecies, vel vna tantũ? Hoc enim, vt in huius difficultatis exordio propoſui, ſequens controuerſia ventilabit. Antequam ergo de multiplicitate ſpecierum controuertamus, ſit ne ſcientia ſpecies? noſtra refert diſcutere. Circa quam difficultatẽ noſtrę, & oppoſitę claſsis, Doctores vnanimes ſunt in hoc, quod omnes in intellectu poſsibili ſpecies intelligibiles rerum, ac habilitatem illã, ſeu pronitatem admittũt. Diſſentiũt tamen in aſsignando, an in ſpeciebus, an verò in habilitate ratio ſcientiæ cõſiſtat? Imò & qui ſcientiam ſpecies eſſe conſtituunt, non vnanimiter de eiſdem et ſpeciebus ſuam mentem explanãt, & hinc prouenit (meo videri) quod ſententia hæc, ac ſi eſſet prorſus a ratione auerſa: ab aduerſa- 10.

rijs

rijs confitetur. Hoc igitur nomen, *ſpecies*, à pluribus ſub æquiuocatione accipitur, ac vnam ſumendo pro alia, confunduntur perſæpe. Vt autem hanc æquiuocationem tollamus de medio, debet diſtingui ſpecies intelligibilis.

10. *Quot modis accipiatur ſpecies.*

Tribus igitur modis accipitur ſpecies intelligibilis, primo, pro ea, quam intellectus agens cum phantaſmate ſimul producit, in qua repræſentatur idem obiectum, quod in phantaſmate relucebat: in phantaſia etenim, quę eſt quædam potentia ſenſitiua interior, præfuerat ſpecies ſenſibilis, ex ſenſitiuis operationibus derelicta, quæ eſt naturalis imago, & ſimilitudo obiecti cogniti per tales operationes. Et hæc talis imago dicitur phantaſma, ſibi nomen à potentia, in qua reſidet vſurpando. Cum igitur intellectus agens abſtractiuus, & productiuus ſit, abſtrahit obiectum in phantaſmate relucés ab omni materialitate, & ſimul cum phantaſmate producit ſpeciem quandam iam non materialem, ſed ſpiritualem, & intellectui poſsibili proportionatam, quam ob id intelligibilem vocamus: in qua ſpecie idem obiectum, quod in phantaſmate repreſentabatur, relucet. Et

Ioan. Bal.

in hac productione, vt aduertit doctiſsimus Ioannes Ballonis in ſuis Formalitatibus folio 118. pag. 2. procedit intellectus agens mere naturaliter, ſine aliqua cognitione: eius inſtar modi, quo ignis in ligno ignem producit. Hæc autem ſpecies ſic per huiuſmodi meram naturalem actionem producta, dicitur intelligibilis impreſſa: quia mediante illa, obiectum fit intelligibile: & dicitur impreſſa, quia imprimitur, & recipitur, in intellectu poſsibili ad hoc, vt notitia intellectualis de obiecto repreſẽtati in ipſa producatur. Ex quibus colligitur, quod cum ſenſitiua potentia non componat res, quas ſimplices apprehendit, & intellectus agens tantummodo ſpecies repræſentantes res ipſas, quas à ſenſitiua potentia, nempe à phantaſia educit, abſque compoſitione producat; Conſequenter ſpecies intelligibilis hæc ab intellectu agente producta, rem ipſam ſimplicem repræſentat. Quod optimè notauit Soncinas vbi ſupra: hanc igitur ſpeciem intelligibilem exiſtimarunt non pauci, ſecundum Scoti doctrinam, habere rationem ſcientiæ, ſed profecto, prout infra manifeſtabo, falluntur hi omnes. Hæc ergo eſt ſpecies intelligibilis primo modo ſumpta.

Quid ſit ſpecies intelligibiles impreſſa.

Rurſus hæc eadem ſpecies intelligibilis impreſſa intellectum poſsibilem, in quo recipitur, informat: & ea ſic informatus dicitur intellectus memoria fœcunda, & per actionem quandam de genere actionis, quæ vocatur dicere (& de qua plura in quæſtionibus de productione verbi infra dicuntur) producit intellectus poſsibilis aliam ſpeciem, quæ dicitur expreſſa. Et hæc quidem ſpecies eſt, quia repræſentat obiectũ idem, quod præcedens ſpecies repræſentabat, expreſſa verò, quia ab intellectu tanquam ſuæ fœcunditatis proles exprimitur: Et hæc eſt ſpecies intelligibilis ſecundo modo accepta; quæ etiam dicitur verbum mentis, conceptus, intellectio formalis, notitia, &c. Nec etiam eſt arbitrandum ſpeciem iſtam ſcientiam eſſe in via Doctoris, præſertim ob duas potiſsimas rationes. Prima, quia huiuſmodi ſpecies, ſeu verbum, eſt effectus vniuocus ſpeciei impreſſæ, quam intellectus agẽs producit: & conſequenter repræſentatum in vtraque ſpecie debet eſſe idem. Et rurſus ſpecies impreſſa (vt dixi) rem tantum ſimplicem repræſentaſſe ſupponitur: ergo & ſpecies expreſſa rem tantummodo ſimplicem repræſentat: ſed ſcientia de rebus coniunctis, & compoſitis eſſe debet: ergo ſpecies iſta expreſſa nequit habere rationem ſcientiæ. Secunda verò ratio eſt, quia verbum mentis eſt forma actualis, qua intellectus poſſibilis formaliter actu intelligit: ſed ſicut à priori nequit eſſe effectus formalis ſine cauſa à poſteriori formali, ſic à prio-

11. *Quid ſit ſpecies intelligibilis expreſſa, & qualiter hæc non ſit ſcientia.*

à poſteriori nequit eſſe cauſa formalis ſine ſuo effectu formali: quia nequit forma inhærere ſubiecto, quin effectus formalis ad eius inhærentiam conſequatur: ergo ſicut deficiente hac forma actualiter intelligendi, deficiet actuale intelligere, & ſcire: ſic è conuerſo deficiento actuale intelligere, & ſcire, deficiet forma actualiter intelligendi, & ſciendi: ſicut deficiente albo, neceſſum eſt à poſteriori albedinem deficere. Ergo ſi hæc ſpecies, ſeu verbum, eſſet ſcientia, ex conſequenti dormiens, imò & ſomno ſolutus, qui actus ſcientificos ſuſpenderet, & ad alia ſe diuerteret, ſcientiam, quam pluribus actibus acquiſierat, omnino amitteret, quod eſt ridiculum. Vltra ſupradictas ergo duas acceptiones ſpecierum, aliter inueſtigari debet ſpecies intelligibilis, ad hoc vt ſcientiam eſſe, cum Doctore ſubtili aſſeramus.

12. *Ariſtot.* Hanc igitur ſpeciem intelligibilem vt inuenire poſsimus, ſecundo obſeruare oportet: quod intellectus poſsibilis, prout tradit Ariſtoteles, 3. de anima textu 21. triplicem habet operationem, quarum prima dicitur ſimplicium apprehenſio, quando, ſcilicet, cognoſcit, & apprehendit per verbum, ſeu ſpeciem expreſſam rem ſimplicem, per ſimplicem terminum ſignificatam, & in ſimplici ſpecie intelligibili impreſſa repræſentatam. Et ad hanc cognitionem cuiuslibet rei ſimplicis, ſimplicem ſpeciem intelligibilem ſibi vendicat. Vt v. g. per quandam ſimplicem notitiam cognoſcit intellectus hunc terminum, *homo*, præciſe abſtrahendo ab omni alio hominis attributo, & per aliam ſimplicem notitiam cognoſcit rationale, & per aliam etiam ſimplicem notitiam cognoſcit riſibile. Hos ergo terminos, ac eorum ſignificata ſimpliciter, ſimpliciter cognoſcit, & apprehendit, & hic finitur munus primæ operationis intellectus poſsibilis. Deinde ſecunda operatio intellectus eſt compoſitio, ſeu diuiſio. Compoſitio quidem, vt potè, quando ex terminis, ac rebus ſic ſimpliciter cognitis per primam operationem, connectendo hunc cum alio, ex illis quandam conficit, & componit propoſitionem, in qua vnum affirmatur de altero: & ex tali compoſitione cauſat in ſe notitiam primorum principiorum; vt ſi ex dictis terminis hanc propoſitionem componat *homo eſt rationalis*, (quod idem de diuiſione phyloſophandum eſt) & iſtam *rationale eſt riſibile*: in prima enim affirmat rationale de homine, quod eſt principium per ſe notum, & prædicatio quædam in primo modo dicendi per ſe. In ſecunda verò affirmat riſibile & rationale, quod eſt aliud principium per ſe notum in ſecundo modo dicendi per ſe. Et per iſtas compoſitiones cauſat in ſe notitiam iſtorum principiorum: quæ eo quod ſunt per ſe nota naturaliter, probatione non indigent, & notitia cuiuslibet iſtorum principiorum non eſt ita ſimplex, & incomplexa, ſicut præcedens: ſed ſummendo complexionem ab obiecto, complexa eſt: in qua finitur munus ſecundæ operationis intellectus poſsibilis.

Habetur ſpecies expreſſa ex triplici operatione intellectus

13. Tertia tandem ipſius intellectus operatio eſt diſcurſiua ratiocinatio: quando, ſcilicet, intellectus ex terminis ſimpliciter apprehenſis, & cognitis per primam operationem, & compoſitis principijs ex talibus terminis per ſecundum operationem, ratiocinatur, inferendo ſyllogiſticam concluſionem: & ita tertia operatio actus demonſtratiuus eſt, & demonſtratio ipſa: ex qua generatur quædam notitia talis concluſionis ex dictis principijs per ratiocinationem illatæ: vt exempli cauſa; ex ſupradictis terminis & principijs cognitis, ſic ſyllogizatur intellectus *rationale eſt riſibile, homo eſt rationalis: ergo homo eſt riſibilis*. Hæc tertia propoſitio eſt concluſio illata ex prioribus duabus, de quibus nequit dari ſcientia; quia non

Quæ ſpecies intelligibilis ſit ſcientia.

Digitized by Google

non datur de principijs per ſe notis:ſed bene datur de illis habitus intellectus,prout latè dicitur infra in quæſtion.quarta huius prologi articulo primo, & difficultate noſtra dicimatertia numer. ſecundo: notitia verò,quam huiuſmodi demonſtratio de concluſione illa generat in intellectu, eſt ſcientia. Et quia hæc formalis notitia, formaliter repreſentat obiectum cognitum ab intellectu, ideſt, non aliquem terminum ſimplicem: ſed totam illam propoſitionem, quæ eſt concluſio, ideo ab Scoto, & Diuo Thóma, appellatur ſpecies intelligibilis. De ratione enim ſpeciei intelligibilis eſt obiectum cognitum, vel cognoſcendum per ipſam, intellectui formaliter repreſentare, ideſt, præſens facere: ſpecies enim idem eſt, quod naturalis imago, & ſimilitudo obiecti: vnde ſi repreſentet obiectum ab intellectu cognoſcendum, erit ſpecies intelligibilis impreſſa, quam intellectus ſimul cum phantaſmate produxerat. Si verò repreſentat obiectum cognitum ab intellectu: tunc vel repreſentat obiectum ſimplex, vel compoſitum; ſi ſimplex, eſt ſimplex notitia, ſeu ſpecies ſimplicis obiecti cogniti, quæ ad primam operationem intellectus ſpectat: ſi compoſitum, erit notitia complexa, & ſpecies intelligibilis obiecti compoſiti, & tunc, vel illud obiectum repreſentatum eſt principium perſe notum, vel concluſio ex principijs demonſtratiue illata. Si principium, ergo talis ſpecies pertinet ad habitum intellectus: ſi vero eſt concluſio, ſpecies talem concluſionem repræſentans, dummodo ſit de obiecto neceſſario, & habeat alias conditiones ad ſcientiam requiſitas, eſt formaliter ſcientia, quæ ex tertia operatione intellectus cauſatur.

Porrò hæc complexa notitia,
14. ſeu ſpecies obiecti complexi ſcientifici, ſtat dupliciter, vel, ſcilicet, actualiter, vel habitualiter: actualiter quidem, quando per eam intellectus formaliter actu demonſtratiue cognoſcit concluſionem illam: (& ſicut ſupra numero vndecimo probauimus) cum hæc ſpecies expreſſa ſit actualis forma intelligendi, & ſciendi, tranſacto actu intelligendi, & ſciendi, ipſa permanere non poteſt: ex ipſa tamen ſæpe repetita, & frequenter demonſtrata, generatur in memoria quædam habitualis ſpecies intelligibilis, quæ ex frequentibus actibus cognoſcendi dictam concluſionem, gignitur, & permanenter reſidet ibi: et hæc, eo quod eſt qualitas difficile mobilis à ſubiecto, eſt formaliter habitus, & eo quod formaliter repreſentat obiectum illud, nempe, illam concluſionem demonſtraram, eſt formaliter ſpecies intelligibilis: & eo quod eſt acquiſita per demonſtrationem, & de obiecto neceſſario, eſt formaliter ſcientia, & ob hoc dicitur ſcientiam eſſe pluribus actibus comparatam, & per plures demonſtrationes acquiſitam, hoc eſt, per eandem demonſtrationem ſæpe repetitam. Vnde eſt illud, quod dixit Diuus Thomas 1.2.quæſtio.67. articulo ſecundo in corpore: quod ſpecies intelligibiles permanent in intellectu poſſibili, in eoque immobiliter recipiuntur. Quod idem dixerat Ariſto teles 3. de anima textu octauo, & Auicena, cuius inquit Cayetanus ibidem hanc eſſe doctrinam.

Datur ſciētia actualis, & habitualis.

D. Thom.

Ariſto.

Auicen.

Sed adhuc aliud nobis reſtat 15.
ſciendum, quo quidem hæc difficultas reſoluta erit, & eſt, an ſpecies ſic remanentes in intellectu, quæ formaliter ſunt ſcientia, ſint ſpecies impreſſæ, an verò expreſſæ? quod etenim impreſſæ eſſe non poſſint, ex eo probari poteſt, quia tunc non erunt formaliter ſcientia: ſcientia enim eſt perfecta rerum cognitio, quamuis habitualis: ſpecies verò impreſſa nō eſt formalis cognitio, nec cognitionis forma, ſed eſt cauſa cognitio-

Digitized by Google

nitionis formalis, ſeu formæ cognoſcendi. Vt patet: quia cum loco obiecti ſubſtituatur, & ex obiecto, & potentia, tanquam ex cauſis pariatur notitia: irrationabiliter videtur concedi, ipſam ſpeciem ſcientiam formaliter eſſe poſſe. Demum, nec etiam ſpeciem expreſſam eſſe, facilius ſuaderi poteſt: quia cum hæc ſit forma ipſa actualiter intelligendi, ex ſupra notatis infertur, tandiu eſſe, quandiu per illam intellectus actu intelligit.

16. Reſpondeo, ſpeciem illam proculdubio eſſe expreſſam, ſiquidem reuera formalis notitia eſt, vt prima ratio conuincit. Vnde ad ſecundam dico, ſolum concludere de forma actualiter intelligendi, non verò de forma intelligendi habitualiter, qualis eſt ſpecies iſta: quæ eſt perfectiſsima notitia habitualis à pluribus notitijs actualibus congenita. Et ſicut per actualem notitiam dicitur homo actu intelligens, ita formaliter, vt tandiu ſit talis notitia, quandiu actu intelligit, & ècontra: ſic ſimiliter per habitualem notitiam, dicitur homo habitualiter ſciens, & intelligens, itavt formaliter tandiu perſeueret hæc notitia in intellectu, quandiu fuerit habitualiter ſciens, & èconuerſo. Hæc fere omnia expreſsit Doctor in 3. diſtinctio, 14. quæſtio. ſecunda ſub litera B. his verbis: *Habitus acquiſitus in nobis habet hāc perfectionem, quod eſt manens in anima tranſacto actu, & hic intellectus, qui non poteſt habere perfectam notitiam plurium obiectorum ſimul, quia non in actu: habet ſaltem notitiam eorum permanentem, ſicut poteſt, & ita in habitu.*

Scotus.

§. 3.

Amplius explicatur ſententia Scoti, & oſtenditur quæ ſpecies intelligibilis ſit ſcientia, & qualiter ſit habilitas.

EX Dictis colligo primo, ſcientiam longè differre ab ſpeciebus intelligibilibus impreſsis, tam ex parte cauſæ efficientis: quia iſte ab intellectu agente, & phantaſmatibus producuntur: illæ verò ab intellectu poſsibili, & multis actibus ſcientificis generantur, quàm etiam ratione termini ad quē referūtur: quia ſpecies intelligibiles impreſſæ referuntur ad ſimplicia, quæ repreſentant, ſpecies verò, quæ ſunt ſcientia, ad complexa, nempe, ad concluſionem integram. Item quia ſpecies intelligibiles impreſſæ habent ſe præciſe ex parte obiecti, cuius loco ſubſtituuntur: ſpecies autem intelligibiles, quæ ſunt ſcientia, habent ſe ex parte potentiæ, & obiecti: quia eſt habitualis cognitio intellectus de tali obiecto. Et tandem ratione ordinis, quia illæ præcedunt iſtam, tanquam cauſæ effectum. Colligo præterea ſecūdo: quod ſpecies, quæ eſt ſcientia, quamuis in ſe reſpectu vnius cōcluſionis, quam repræſentat, ſit vnica, à multis nihilominus ſpeciebus impreſsis dependet: quia cum ab illis cauſetur, & qualibet rem ſimplicem repreſentet, ſcientia verò repræſentet complexa: conſequenter à puribus ſpeciebus, quarum repræſentata obiecta ſimplicia, ob pluralitatem complexionem induant, neceſſerario pendet. Hæc tamen dependentia eſt in fieri, & non in facto eſſe, quia ab illis in genere cauſæ efficientis dependet: ab obiectis tamen in talibus ſpeciebus repræſentatis non ſolum in fieri, ſed etiam in facto eſſe, tanquam relatiuum, à ſuo termino pēdet. Ex quo prouenit, quod etiā deſtructis ſpeciebus impreſsis, nō incōuenit ſpecies iſtas ſciētificas habituales cōſeruari in intellectu: ſi quidē cauſa efficiente deſtructa, effectus illius in rerū natura remanere poteſt. Tertio colligo reſpectu ſpecierum impreſſarum habere ſe intellectū poſsibilē mere paſsiue, quatenus, ſcilicet, eas ab intellectu agente pro- 17.

Digitized by Google

productas recipit in ſe:reſpectu verò ſpecierum intelligibilium, quæ ſunt ſcientia,habet ſe actiue, quia illas producit:& etiam paſsiue, quia illas productas in ſe recipit, ac retinet.Et tandem colligo demonſtrationem eſſe medium inter vtraſque ſpecies:efficitur enim ab speciebus impreſsis, ſaltim mediate, tanquam effectus à cauſa, prout ſupra notatum eſt: ſpecies vero,quæ ſunt ſcientia, ipſam demonſtrationem,tanquam ſui cauſam, ſupponunt.

Demum, vt hæc difficultas reſoluatur exacte, tertio eſt obſeruandum: quod habilitas, facilitas, ſeu pronitas, prout ad præſens attinet, idem prorſus ſignificant,& ſunt veluti,quid genericum ad omnes habitus operatiuos,ita quod cum habitus, *ſit qualitas quædam ſuperaddita potentiæ, qua habilis,facilis, pronaque redditur ad delectabiliter operandum*, vt docuit Doctor in 3.diſt.33.quæſti.vnica litera B. Hinc eſt,quod in quocumque habente habitum operatiuum reperitur facilitas, & habilitas iſta ad delectabiliter exercendas talis habitus operationes: ſic quod qui habet habitum Muſicæ delectabilius operatur circa actum concinendi,quam qui illum non habet.Attamen hæc facilitas non eſt idem met habitus Muſicæ,ſed quædam proprietas conſequens talem habitum, vt infra patebit. Sic ergo phyloſophandum eſt de ſcientia,nam libenter concedimus habentem ſcientiam, habilitatem quoque conſequenter habere, qua delectabiliter habitus ſcientificos,prout vult,exercere poteſt. Atqui iſta talis habilitas non eſt forma, à qua formaliter eſt ſciens:ſed eſt quædam proprietas oriens ex forma, qua formaliter eſt ſciens. Aliud etenim eſt intellectum eſſe formaliter ſcientem, aliud vero eſſe facilem ad ſcientifice operandum. Primum quidem habet à formali ſcientia ; ſecundum autem,à proprietate ſcientiæ. Verumtamen fateor hanc habilitatem ad ſcientifice operandum in vna ſciētia,non prouenire ex habituali notitia vnius tantum concluſionis , ſed ex pluribus concatenatis. Sed quia de hoc puncto ſequens erit difficultas : in hac tantummodo diffi.....s ſcientiam formaliter eſſe ſpeciem intelligibilem , conſequenter dicendum eſt , quod ſicut notitia habitualis vnius concluſionis eſt quædam partialis ſcientia,ſic ad illam ſua partialis habilitas conſequetur : ita quod tantum erit habilitas reſpectu illius concluſionis,de qua habitualis notitia præſupponitur.

Hæc quidem omnia,quæ de ſcientia in communi,ſunt expoſita, ſpecialiter de ſacra Theologia verificari debent,demptis eis dumtaxat,quæ rigoroſe ſcientiæ conueniunt , vt pote, quod per veram demonſtrationem acquiratur, & quod ſit de obiecto neceſſario &c. De quibus cōditionibus plura examinantur infra in quæſt.4. huius prologi,art.1.difficul.12. Aſſenſus namque theologicus quoad reliqua eundem ſeruat ordinem , quem ſcientia. Prima namque principia, quæ in rigoroſis ſcientijs præſtat habitus intellectus , in Theologia præſtat habitus fidei , & habitus alterius naturalis ſcientiæ: quia ex vno principio fidei,& alio naturaliter ſcito , infert Theologus ſyllogiſtice concluſionem , de qua eſt habitus Theologiæ:vt in iſto diſcurſu patet. Gratia iuſtificans inhæret animæ:ſed omne inhærens eſt ens reale creatum : ergo gratia iuſtificans eſt ens reale creatū. Ex quibus tribus propoſitionibus,maior eſt principium de fide diffinitum in Concilio Trid.ſeſſ.6.Canō 11.Minor eſt aliud principium naturaliter ſcitum.Cōcluſio eſt theologica.Quę quaſi demonſtratio non minus generat habitum Theologicum, quam rigoroſa demonſtratio habitum ſcientiæ. Quoad hoc ergo æque loquendū eſt de Theologia: ſicut de qualibet naturali ſcientia dictum eſt, per demonſtrationem acquiri illam ſpeciem intelligibilem,quæ eſt ſcientia. 19.

(∴)

§.4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

20. HIS ergo præhabitis, difficultatem concludendo dico primo: quod ſcientia nõ eſt formaliter habilitas, facilitas, aut pronitas intellectus: bene tamen hæc habilitas eſt proprietas quædam concauſata ad cauſationem ſcientiæ. Concluſio hæc eſt Scoti, vt patuit in litera, & Diui Thomæ, vt viſum eſt, quam quoad primam partem ſic probat Soncinas ex Diuo Thoma, quæſt.1.de potentia artic.1. nam quidquid eſt in intellectu, aut eſt ipſa potentia intellectiua, aut ſpecies intelligibilis, aut actualis intellectio, aut verbum: ergo non poteſt ab intellectu acquiri aliqua noua entitas ab iſtis diſtincta, quæ dicatur habilitas. Conſequentia patet contra Thomiſtas, ex adæquata diuiſione aſsignata à Diuo Thoma, eorum quæ poſſunt eſſe in intellectu. Sed hoc argumentum inſtantiam patitur, quia tunc etiam videtur conuincere habilitatem illam nullo modo in intellectu reperiri. Quod tamen eſt contra ea, quæ dicta ſunt ſupra. Vnde poterat reſponderi, Diuum Thomam intelligẽdum eſſe, ibi loqui de eis, quæ in intellectu habent proprium eſſe reale: habilitas autem non habet propriũ eſſe reale, ſed omnem realitatem habet à ſubiecto, cuius eſt proprietas, cũ quo eſt realiter idem. Cum igitur habilitas ſit ipſius ſpeciei intelligibilis proprietas, realiter eſt idem cum illa, & realiter inhæret intellectui eo præciſe, quod ei ſpecies intelligibilis inhæreat.

21. Hæc tamen ſolutio veritatem non habet in Schola eiuſdem Diui Thomæ, qui diſtinctionem realem inter ſubiectum, & propriam paſsionem conſtituit. Cæterum in Schola Scoti; adhuc illa expoſitione de identitate reali inter ſubiectum, & proprietatẽ admiſſa, non poteſt illa propoſitio in vniuerſum concedi: quia vltra illa quatuor, quæ ibià Soncinate ex Diuo Thoma numerantur, eſt adhuc in intellectu aliud realiter diſtinctum ab eis, nempe, *dicere*, quod eſt quædam actio de genere veræ actionis, per quã producitur verbum mentis: quæ quidem actio non eſt actualis intellectio (vt Diuus Thomas ſentit) ſed eſt, qua media producitur verbum, quod eſt forma intelligendi, ad quam ſequitur actualis intellectio, tanquam effectus formalis talis formæ, prout infra in quæſtionibus de productione verbi latius enucleatur.

Poterit ergo aliter hæc eadem om- 22.
nis concluſionis pars fulciri, quia ſciẽtia eſt de rebus coniunctis, non autem de ſimplici: quia eſt de concluſione, quæ includit coniunctionem prædicati cum ſubiecto: ſed habilitas, ſeu facilitas, non magis eſt de ſimplicibus, quam de coniunctis, cum eadem facilitate intelligat intellectus res ſimplices, ac compoſitas, quantum eſt ex parte ſui: ergo &c. Præterea aliter ſolet probari ex eo, quod ſcientia eſt habitus iudicatiuos (vt aduerſarij fatentur) habilitas autem non eſt habitus iudicatiuus, ſed conditio intellectus recte iudicantis: ergo talis habilitas non eſt formaliter ſcientia.

Verum enim verò, quia nulla harũ 23.
rationum, quibus veteres, & recentiores, hanc concluſionem confirmare intendunt (meo videri) efficax eſt: aliter ſic illam demonſtro. Scientia formaliter eſt terminus, ad quem primo, & per ſe, demonſtratio terminatur; quoniam, cum ſcientia ſit effectus demonſtrationis, ad illam tendit demonſtratio primo, & per ſe, eo quod primo, & per ſe, ad ſcientiam ordinatur: ſed demonſtratio non terminatur primo, & per ſe, ad habilitatem; quoniam primo, & per ſe, terminatur ad euidentem notitiam illius cõcluſionis, quam euidenter demonſtrat: ergo habilitas non eſt formaliter ſcientia. Porro habilitatem non eſſe ipſam euidẽtẽ notitiã cõcluſionis pro cõperto conſtat: quia habilitas eſt, qua intellectus facilis redditur ad vtẽdũ notitiã euidẽte illius cõcluſionis, quã demonſtratio

ſtratio generat: ergo non eſt formaliter ipſa euidens notitia talis concluſionis, quam quidem notitiam demonſtratio generat, ſed ipſam præſupponit. Facilitas etenim ad vtendum aliqua re, vel ad exercendũ ipſam, nõ eſt formaliter ipſa res, qua faciliter vtimur. Confirmatur eadem ratio: quia in arte fabrili non eſt facilitas illa, quę per ſe primo acquiritur, ſed ars, & ad artis acquiſitionem acquiritur facilitas ad illam exercendam: ergo ſimili-
24. ter in ſcientia, de facilitate, ſeu habilitate, erit dicendum.

Secunda autem pars concluſionis facile conſtat: quoniam ex eo quod aliquis acquiſiuit ſciẽtiam, ab ipſa ſciẽtia, veluti propria paſsio a ſubiecto per phyſicam ſequellã dimanat quædam habilitas, qua intellectus formaliter redditur facilis ad dictam ſciẽtiã
25. exercendam.

2.concluſ. Dico ſecundo, quod ſcientia non eſt formaliter ſpecies intelligibilis impreſſa cauſata ab intellectu agente, & phantaſmate ſimul. Concluſio hæc manifeſta eſſe debet ex dictis, & ſatis probatur argumentis pro prima ſententia adductis, præſertim quinto, & ſequentibus. Et efficacius conſtat ex dictis ſupra à numer. 12. vſque ad numer. 17. ex quibus ſic rationem deſumo. Implicat aliquid eſſe cauſam, & effectum ſui ipſius, reſpectu eiuſdem: ſed ſi talis ſpecies intelligibilis eſſet ſcientia, conſequenter eſſet cauſa, & effectus reſpectu eiuſdẽ, & ſui ipſius: quia ſcientia eſt effectus demonſtrationis: ergo ſi dicta ſpecies intelligibilis eſſet ſcientia, eſſet conſequenter demonſtrationis effectus. Tunc ſic; ſed ſpecies intelligibilis impreſſa, eſt cauſa demonſtrationis quia demonſtratio cauſatur à principijs, & principia à terminis ſimpliciter cognitis: at ſimplex terminorum cognitio effectiue cauſatur ab ſpeciebus ipſis intelligibilibus impreſsis: eis etenim informatus intellectus poſsibilis dictam ſimplicem cognitionem terminorum (vt notatum eſt) producit, & cauſat: ergo de primo ad vltimum, ſpecies intelligibilis eſt cauſa demonſtrationis: ergo ſi ſimul eſt ſcientia, ſimul erit cauſa, & effectus ſui ipſius, reſpectu eiuſdem, quod implicat.

Dico tertio, quod ſpecies intelligi- 26.
bilis expreſſa, quæ eſt verbum mentis,
nequit eſſe formaliter ſcientia. Con- 3.concluſ.
cluſio hæc ſatis probata eſt ſupra, nume. 13. & 14. Et probatur vlterius: quoniam ſciẽtia formaliter eſt habitus acquiſitus per demõſtrationem: ſed verbum mentis non acquiritur per demõſtrationem, eo quod demonſtrationẽ ipſam præcedit: eſt etenim ante actualem intellectionem ſimplicium terminorum ordine naturæ, ſicut ordine naturę cauſa formalis eſt ante ſuũ effectũ formalẽ, ipſa autẽ ſimpliciũ terminorũ intellectio proculdubio demõſtrationẽ præcedit: quia termini ſimpliciter cogniti ſunt prima elemẽta, ex quibus cõponitur propoſitio, & ex propoſitionibus demõſtratio: ergo verbum mentis demonſtrationem præcedit: ergo non acquiritur per demonſtrationem: ergo ſcientia eſſe non poteſt.

Dico quarto, quod ſcientia formali-
ter loquendo eſt ſpecies intelligibilis 27.
repræſẽtãs totã cõcluſionẽ, ex primis 4.concluſ.
principijs euidẽter illatã, & ex frequẽtibus actibus in intellectu habitualiter habẽs eſſe. Concluſio hæc eſt Scoti, & ſatis expoſita, & perſpicua ſupra à num. 14. vſque ad nu. 17. quæ, quia ſatis probatur authoritatibus Scoti, D. Thomæ, & Commẽtatoris, ſupra relatis, ac etiã ex eis, quæ dicta ſunt citato numero, nũc vna duntaxat ratione, illã ſic probo: quia à diffinitione ad diffinitũ tenet cõſequẽtia: ſed ſpeciei intelligibili, prout iacet in concluſione, adæquate cõuenit diffinitio ſciẽtiæ: ergo talis ſpecies formaliter eſt ſcientia. Minor probatur diſcurrẽdo per vniuerſas particulas diffinitionis ſciẽtiæ. *Nã ſciẽtia eſt habitus intellectualis, certus, & euidẽs, de neceſſarijs, per demõſtrationẽ acquiſitus*; prout infra in difficultate 11. num. 18. cõſtat. Dicta autem ſpecies intelligibilis in primis eſt habitus, quia ſupponitur in intellectu habitualiter habere eſſe, ad differẽtiam earum cognitionum, quæ in actu tantum conſiſtunt; item eſt intellectualis, quia ab intellectu poſsibili cauſatur, & ſubiectatur in eo; eſt certus, & euidens,

quia abſque deceptione eſt, en quod à principijs euidenter notis, ac ex euidenter illata conſequentia eſt cauſatus ex quo, & certitudo, & euidentia ſatis conſtat. Eſt quæ etiam de neceſſarijs, quia eſt de concluſione vniuerſali, quæ nullam contingentiam poteſt habere, eſt enim propoſitio ſempiternæ veritatis. Eſt tandem per demonſtrationem acquiſitus, quia actus, per quem intellectus talem ſpeciem generat, demonſtratio eſt. Tota ergo ſcientiæ diffinitio competit dictę ſpeciei intelligibili: ergo ipſa in ſe formaliter eſt ſcientia repræſentans totam concluſionem ex principijs per ſe notis euidenter illatã. Quę quidem verùm ſit vna vel plures? ſequens difficultas oſtendit.

28. *5. concl.* Dico quinto, quod ea, quæ dicta ſunt de ſcientia in communi, conſequenter de Theologia affirmamus, demptis eis tantummodo, quæ ad rigoroſam ſcientiam pertinent, de quibus infra difficultate 12. agitur in hoc ergo, quod eſt eſſe habitum intellectualem, certum, de concluſione, conuenit cum alijs ſcientijs: eſſe tamen euidentem ſibi deficit, quia nititur principijs reuelatis, & creditis, & pro aliqua parte agit de contingentibus, & non de neceſſarijs, vt de myſterio Incarnationis, & ſimilibus patet. Conſtatque, quod acquiritur per ſyllogiſticas conſequentias, quæ potius perſuaſiones ſunt, quam demonſtrationes, vt dictum eſt ſupra in quæſt. 1. artic. 11. huius Prologi. Hęc tamen omnia optime ſaluantur in ſpecie intelligibili habituali habita de concluſione theologica: & ita præſuppoſita precedentium concluſionum veritate, non eſt noua controuerſia circa illam, ac propterea eiſdem probationibus confirmatur.

§ 5.

Soluuntur argumenta Thomiſtarum.

QVIBVS pro veræ ſententiæ confirmatione ſtatutis, reſtat, vt argumentis pro contraria machinatis, reſpondeamus. Vnde ad primum Caietani dico, parum circa præſentem controuerſiam militare: potius enim intendit pluralitatem ſpecierum impugnare, quam probare ſciẽtiam formaliter habilitatem eſſe. Quia ergo in ſequenti difficultate de compoſitione, & concatenatione ſpecierum tractatur illuc huius argumenti ſolutionem differo. 29. *Ad argu. pro cõtraria ſententia, & ad primum.*

Ad ſecundum, quod eſt Medinæ, idem dicendum eſt: illi enim Authores concluſionem, quam proponunt probãdam, rationibus adductis minimè probant. Expreſſe namque tuentur ſcientiam formaliter eſſe habilitatem, & non ſpecies, & hoc, quod eſt principale concluſionis intentum, ſilentio prætermittunt, pluralitatem tãtummodo ſpecierum impugnãdo. 30. *Ad 2. arg.*

Ad tertium reſpondeo, ſcientiam non eſſe iudicium circa res ſimplices, ſed circa compoſitas. Item non eſt ſpecies illæ impreſſæ, quas æqualiter apprehendunt ſapientes, & ruſtici, vt dictũ eſt, ſed eſt ſpecies habitualis generata per ſyllogiſmum demonſtratiuum. Et hunc ſyllogiſmum ignorat ruſticus, propterea que demonſtrationibus ſcientificis caret. Licet enim forſan nonnũquã ſyllogizetur à ruſtico, hoc quidẽ caſu, & ex dialectica naturali contingit: ſed hęc ſyllogizatio, quãuis ex ſe demonſtratiua ſit, in ruſtico tamẽ ſciẽtiã generare nõ poteſt: quia cũ ſecũ ũ Phyloſophũ, ſcire ſit rem per cauſas cognoſcere, hinc eſt, quod ad hoc, vt aliquis dicatur ſciens, non ſufficit, quod aliquid quomodolibet ſciat; ſed neceſſario requiritur, quod ſciat rationem, & cauſam rei ſcitæ. Ex quibus ſatis perſpicuum eſt, magnum, 31. *Ad 3. arg.*

eſſe

eſſe diſcrimen inter ſpecies intelligibiles ſapientis, & ruſtici: quia ſpecies ruſtici propoſitionem repræſentat abſolute: ſpecies verò ſapientis tãdem propoſitionem repræſentat, nõ vtcumque, ſed quatenus eſt concluſio illata ex principijs, & cauſis euidenter cognitis, in quo ratio ſcientiæ conſiſtit.

32. Ad 4. arg. Ad quartum eadem ſolutione poterit reſponderi: nam ſpecies, à quibus adiuuatur intellectus ad cognoſcendas res ſimplices, non ſunt ſcientiæ: & ſic de illis optimè concludit argumentum: ſpecies ergo, quæ eſt ſciẽtia, concluſionem compoſitam repræſentat: & hæc eſt ſufficientiſsimum principium intellectui ſcientificè iudicandi.

33. Ad 5. Ad quintum reſpondeò: concedendo, quod ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus, & intellectu agente productæ, non ſunt acquiſitæ per demonſtrationem, vt bene probat argumentum, & nos latè per huius difficultatis diſcurſum expoſuimus: nõ tamen ob hoc negandum eſt, eſſe aliquas ſpecies intelligibiles, quæ acquiruntur per demonſtrationem, puta, illas, quarum quælibet totam integrã concluſionem in tali demonſtratione illatam repræſentat. Et iſtæ profectò non ab intellectu agẽte, & phantaſmatibus producuntur, ſed ab intellectu poſsibili per demonſtratiuos actus acquiruntur, in eoque habitualiter reſident, & ſunt ſimilitudines concluſionum, quas repræſentãt, & quas medijs ipſis ſimilitudinibus, & ſpeciebus intellectus ſcientificè cognoſcit: & hæ tales ſpecies ſunt formaliter ſcientia.

34. Ad ſextum dico: quod ſpecies intelligibiles eductæ à phantaſmatibus per intellectum agentem tenent ſe ex parte obiecti: quia ante facultatis intellectiuæ actionem, ſeu operationem, ipſum obiectum repræſentant, & tantummodò reſpiciunt potentiam receptiuam intellectus poſsibilis. Atqui ſpecies repræſentantes concluſiones per actus demonſtratiuos illatas tenent ſe ex parte intellectus, & ex parte obiecti: ex parte quidem obiecti, quale eſt integra concluſio, quia ipſam formaliter repræſentant: ex parte verò intellectus, quia ſunt ab ipſo per habitus intelligendi, & diſcurrendi acquiſitæ. Sicut igitur ex obiecto, & potentia paritur notitia, ſic ex concluſione demonſtrata (quæ eſt obiectum ſcientiæ) & intellectu (qui eſt principium cognoſcitiuum) paritur ſcientia. Et ideò ſpecies intelligibilis, quæ eſt ſcientia, tã obiectum, quam intellectum poſsibilem reſpicit: quia vtriuſque eſt verus effectus. Habent ſe igitur ſpecies illæ ex parte intellectus ferentis iudicium de veritate, & ex parte obiecti, à quo effectiuè cõcauſantur, & quod formaliter repræſentant, & ideò verè habitus iudicatiuus eſt.

Ad ſeptimum libenter concedo (ſicut ſupra expoſitum eſt) ſcientiam circa res coniunctas verſari: vnde ſpecies intelligibiles, quæ ſunt formaliter ſcientia, non referunt tantummodò quidditates, & naturas rerum ſimplices, & impermixtas, quod eſt proprium munus ſpecierum intelligibilium impreſſarum, quas intellectus agens producit: ſed repreſentant concluſiones coniunctas, quæ componuntur ex prædicatis, ſubiectis, & copulis, ac proinde circa res coniunctas verſari perſpicuum eſt. 35. Ad 7.

Ad vltimum reſpondeo, ſicut ad tertium, in ruſtico dari ſpecies rerum repreſentantes ſimplicia, ſicut in ſapiente: ſed nec dum ex harum ſpecierum aſſequutione haberi ſcientiam in ruſtico, ſicut nec in ſapiente. Scientiam ergo aſſequuntur ſolummodo, qui per demonſtrationem, notiam habitualem concluſionis de obiecto neceſſario acquirunt, quam ruſtici acquirere nequaquam poſſunt, quia eo quod ruſtici eſſe ſupponuntur, demonſtrationem ignorant. 36. Ad vlti.

(¿?¿)

poſſit,& èconuerſo, non enim quodlibet contentum ſub illo cõmuni reſpicit habitum illũ, aut effectum eius: ſed tantum ali quod primum obiectum conté tiuum, quod virtualiter continet omnia,ad quæ habitus ſe extendit.

F. Ad ſecundũ dico: quod multorum habituum ſpecie differé tium poteſt eſſe aliquod obiectum cõmune, ſicut ab obiectis eorum,poteſt abſtrahi obiectũ commune,à quo non eſt habitus vnus,ſecundum ſpeciem,ſed tantum ſecundum genus.

Expoſitio primi Art iculi quæſtionis 3.Prolegi.

1. TEXTVS Huius articuli potius phyloſophicus,quã theologicus eſt,ad theologicam tamen difficultatem neceſſarius.In eo tria præcipue pertractantur, quorum prius æquiuocationem(ne dicam contradictionem)inuoluere videtur in verbis, & doctrina Scoti.Hîc enim docet ſubiectum,vel obiectum primum, idem eſſe quod obiectum adæquatum in tota ſcientia,dum ait: *Quod primitas accipitur ex diffinitione vniuerſalis, ſecundũ quod dicit adæquationem*, hoc autem alibi negat expreſſe.Vnde primo conciliandaſunt ipſius verba, & videndum,quomodo ſubiectum adæquatũ dicatur primum.Secũdo examinanda eſt adæquati ſubiecti diffinitio, quæ duo hîc commode non longo ſermone reperies.Tertiũ verò, quod eſt qualiter ſcientia ſit ſpecies intelligibilis;ſequens difficultas patefaciet. Contradictio igitur verborum Doctoris in hoc ſtare videtur, quod,ſcilicet,in hoc articulo ſubiectum primũ pro adæquato proculdubio accipit, vt ex litera eius perſpicuũ eſt, quod facit Thataretus in explanatione librorum logicæ quæſt.3.ſcibili 3. diffiniens ſubiectum ſcientiæ per hoc Tatharet. quod ſit,quod primo, virtualiter continet omnes veritates neceſſarias illius ſcientiæ,cuius eſt ſubiectum: & explicat hanc diffinitionem, dicens, quod primo ibi idé eſt,quod adæquate.Scotus verò in ſua logica quæſt.3. vniuerſalium vocat ſyllogiſmum ſubiectum primum logicæ, expreſſe tamen negat eſſe obiectum adæquatum ipſius, vt videre eſt in ſequentibus eius verbis:ex quibus inferre videbatur ſyllogiſmum eſſe ſubiectum adæquatum in tota logica iuxta ipſius ſententiam. Verba autem eius ſunt hæc: *Dicendum ergo,quod ſubiectum primum, & propriũ logicæ,eſt ſyllogiſmus.* Quod tamen expreſſe negat in primo priorum quæſt.2.dum hæc ait: *Tunc ſit prima concluſio: quod iſte terminus ſyllogiſmus non eſt ſubiectum in tota logica.* Et paucis interiectis verbis,ſubdit: *Secunda concluſio:quod iſte terminus inſtrumẽtum ſciendi eſt ſubiectum in tota logica.* Ex quibus verbis manifeſta contradictio videtur colligi in ſententia, vel ſaltim in modo loquendi Scoti.

Hæc tamen contradictio facilè cõ 2. ciliari poteſt aduertendo, Doctorem loquutum fuiſſe in illa tertia quæſtione vniuerſalium conformiter ad ea, quæ in hac ſecunda primi Priorum, quod,ſcilicet,ſyllogiſmus eſt obiectũ primum,&adæquatum,Logicæ non quidem ſecundum totam latitudinẽ Logicæ, ſed vt tantum comprehẽdit logicales libros Priorum:quod etiam tenet Tatharetus quæſt.4. dubio primo. Hinc conſtat duplex obiectum Tatharet. adæquatum in Logica cõſtituiſſe Doctoré,vnum reſpectu totius Logicæ, quod eſt inſtrumentum ſciendi,alterum verò in libris Priorum,& hoc aſſerit eſſe ſyllogiſmum,cum qua conciliatione ſaluatur optimè,quod in litera textus ait,ſubiectum, videlicet, ſecundum primitatem adæquationis eſſe primum, proptereaque ſubiectũ pri-

primum, & adæquatum, idem prorſus eſſe in Scoti doctrina.

3. Vel aliter, & facilius dici poteſt, q obiectũ primum capitur tripliciter ſecundum ipſum Doctorem in quodlibetis quæſt. 5. lit. K. ſcilicet; vel primitate adæquationis, vel primitate virtutis, vel tandem primitate perfectionis: primitas adæquationis eſt illa, qua potentia non excedit obiectum; nec exceditur ab illo. Sic coloratum, vel lucidum dicitur eſſe obiectũ primum viſus. Secunda primitas eſt illa, virtute cuius materiale obiectũ cognoſcitur à potentia: & hoc dicitur etiam obiectum formale; ſic color ipſe, ſeu lux, eſt obiectum viſus, quia virtute coloris, & lucis, omnia corpora percipiuntur à potentia viſiua. Et conſulto diſiunctiue dixi cum Doctore *coloratum, ſeu lucidum*; ne diſputetur hîc, an lux ſit ratio formalis, ſub qua potentia viſiua attingit obiectũ, an verò color ipſe? Quia non omnia ſunt in omnibus conculcanda. Dico tamen obiter colorem habere rationem veri obiecti formalis; lucem autem ibi eſſe conditionem ſinequa nõ: vt patet in ſimili de illuſtratione per intellectum, reſpectu obiecti voliti. Tertia tandem primitas eſt illa, qua obiectum continet tanquam in ſummo perfectione omnium obiectorum illius potentiæ, cuius eſt obiectũ primum. Sic dicimus, quod in ſcientia de animali homo, qui eſt perfectior ſpecies, eſt obiectum primum, non quidem primitate adæquationis, quia proculdubio exceditur à ſcientia, cum non omnia animalia includat, ſed primitate perfectionis: quia perfectiones omnium animalium in ſua perfectiſſima ratione ſpecifica eminentiori modo includit. Hoc etiã modo Deus eſt obiectum primũ noſtri intellectus. Vnde per acceſſum, aut receſſum ab ipſo obiecto primo dicuntur cætera obiecta perfectiora, vel minus perfecta. Et de hoc primo dicitur, quod *primum in vnoquoque genere eſt menſura cæterorum*. Hoc igitur modo ſyllogiſmus in Logica eſt primum obiectũ, non primitate adæquationis, vt ex verbis Doctoris conſtat; ſed primitate perfectionis, eo quod cæterarum ſpecierum modi ſciendi perfectiones in ſe eminentiori modo contineat. Quibus primitatibus obiecti primi præhabitis, nulla poteſt reperiri cõtradictio in verbis Doctoris. Siquidem inſtrumentum ſciendi appellauit primum obiectum primitate adæquationis, ſyllogiſmum verò primitate perfectionis. In præſenti verò de obiecto primo primitate adæquationis procedit.

Ad ſecundum vero perueniens, ſubiectum primum, ſeu adæquatum, ſic diffinitur in textu: *Eſt quod continet in ſe, primo, virtualiter, omnes veritates illius habitus, cuius eſt.* Tatharetus verò hãc diffinitionẽ ſequitur loco citato, ſed ſuperaddit, veritates illas, quas cõtinet ſubiectum, debere eſſe neceſſarias. Hoc quidem in ſcientijs naturalibus verũ eſſe, compertum eſt: quia de neceſſarijs, & nullo modo de contingẽtibus, agunt, vt in ſequẽti quæſtione oſtendã. Baſſolis tertia quæſtione Prologi §. *de primo* aduertit, quod hæc eſt conditio primi ſubiecti ſcientiæ, ſcilicet, quod ſit primo notum in ſcientia ante omnia alia, duplici præcognitione, vel notitia, vt puta, ſi eſt, & quid eſt, per propriam rationem eius formalem, & actualẽ. Quod probat: quia in eſſentialiter ordinatis oportet omnia reducere ad vnum primũ, in quo eſt ſtatus, ſed omnia, quæ ſunt in ſcientia perſe vna, ſunt adinuicem eſſentialiter ordinata in cognoſcibilitate: igitur reducuntur ad vnum primum notũ ſimpliciter: ſed hoc non poteſt eſſe, niſi ſubiectũ: ergo &c. Tale autem ſubiectum an ſit, & quid ſit, debet cognoſci: quia cũ de non ente non ſit ſcientia, debet cognoſci, ne ſit figmentum de numero impoſſibilium: quid autem ſit, debet cognoſci tanquam fundamentũ, & radix omnium cognoſcibilium talis ſcientiæ. Aduertit autem Tatharetus pro diffinitionis prædictæ à Doctore traditæ declaratione, quod multiplex eſt continentia: quædam enim eſt eſſentialis, qua vnum continet aliud in primo modo dicendi perſe: hoc modo inferius continet ſuum ſu-

4. *Diffinitiõ ſubiecti adæquati.*

Baſſoli.

Tatharet.

perius: ſic homo cõtinet animal. Alia eſt continentia vnitiua, qua vnũ continet aliud, quod eſt ſibi realiter idẽ, diſtinctum tamẽ formaliter: ſic ſubiectũ continet paſsionẽ, vt rationale cõtinet riſibile, & anima ſuas potẽtias, & diuina eſſentia attributa ſua. Alia eſt continentia potentialis, qua ſuperius continet ſuum inferius, ſic animal hominem. Vltima eſt continentia virtualis, qua effectus continetur in cauſa: & hęc dupliciter contingit: vel enim eſt continentia virtualis in eſſe reali; & hæc eſt effectum eſſe in virtute cauſæ potentis illum in eſſe reali producere, ſic roſa tẽpore hyemis continetur virtualiter in arbore; vel ſecundo eſt continentia virtualis in eſſe cognito, & nihil aliud eſt, quã veritates ſcibiles alicuius ſcientiæ cõtineri in obiecto talis ſcientiæ, ita vt poſſet illas producere in eſſe cognito. Hoc poſteriori modo intelligitur diffinitio ſubiecti poſita in textu, quã probat Doctor ibi duplici ratione. Et hoc primo virtualiter continere, ſic exponit: *Quia ſicut illud eſt primum ens, quod non dependet ab alio, ſed alia ab illo; ita ergo primo continere eſt ab alijs non dependere in continendo, ſed alia ab ipſo.*

5. *Lychetus. Baſolis. Rubionis.* Hoc idem tenet Lychetus quæſt. 3. prologi, & Baſſolis ibidẽ. Item Guillelmus de Rubione in prologum, q. 11. in ordine, vel tertia, §. *ex dictis patet*, hoc idem tenet: ſed acutiſsimè notat non intendiſſe Doctorem aſſerere, quod ratio ſubiecti ſcientiæ contineat paſsiones, ſeu concluſiones eius virtualiter effectiue, ſiue per modum cauſæ efficientis: ſed quod continet virtualiter illa omnia, admodũ, quo antecedens continet conſequens aliquod, quod neceſſario infert. Sicut enim cauſa continet virtualiter effectum, quem poteſt producere, ita ſuo modo poteſt dici contineri virtualiter conſequens in antecedẽte, ex quo neceſſario ſequitur, & infertur, & iſtam cauſalitatem, & non aliam reſpectu concluſionum, & paſsionum ſciẽtiæ, intendit Doctor attribuere (inquit Rubienis) ſubiecto, vel rationi ſubiecti ſcientiæ.

6. Cayetanus autem prima parte q. 1. artic. 7. contra diffinitionem ſubiecti à Doctore traditã infert ſequi, quod *Cayetan.* tota ſcientia virtualiter continetur in principijs: ergo in ſubiecto principiorum: ergo in ſubiecto ſcientiæ: ergo duarum ſpecierum diſparatarum, imò generis, & ſpeciei, ſecundum propria ſingulis, non poteſt eſſe vna ſcientia ſecundum ſpeciem ſpecialiſsimam, quod (inquit) eſt falſum apud ſanctum Thomã. Sed nos libenter omnes conſequentias illatas cum Doctore concedimus: quia tot ſunt in qualibet ſcientia habitus ſpecie diſtincti, quod ſunt concluſiones demonſtratæ in illa: vt infra in difficultate 11. ex profeſſo patebit.

DIFFICVLTAS X.

Vtrùm Sacra Theologia ſit formaliter ſpecies intelligibilis.

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, & refertur ſententia Thomiſtarum.

MOuetur difficultas in textu ibi: *habitus ille, qui dicitur ſcientia eſt ſpecies intelligibilis primi obiecti &c.* Quæ difficultas nimis controuerſa eſt inter vtriuſque Scholę Doctores, dum Prolegomenum difficultates inueſtigat. 1. Solet attamen in ſimul controuerti; an ſcientia ſit qualitas ſimplex, an verò compoſita? Proptereaque placet vtramque difficultatẽ diſſoluere, cũ vtraque in textu articuli habeat fundamentum: ſed non ſimul propter confuſsionem vitandam, ſeorſum tamẽ hic primam, deinceps verò ſecũdam pertractabo. Quamuis etenim omnes

Digitized by Google

omnes fere Doctores hanc, & ſequentem de ſimplicitate, ſeu compoſitione ſcientiæ ſub eodem titulo diſputent, viſum eſt nobis diſtinctè ſingulas difficultates exponere: alud namque eſt Theologiam, ſpeciem, aut intellectus habilitatem eſſe: alıud verò hanc ſpeciem ſimplicem eſſe, aut cōpoſitam: etſi etenim ſecunda ita dependeat ex prima, vt abſque eius reſolutione commodè diſputari non queat, commodè nihilominus primā ante ſecundam recto doctrinæ ordine controuertimus.

2. Sciſma de hac re non minimum in
ter quoſdam Diui Thomæ diſcipulos
exortum eſt, non ſolum in ſententia-
rum diuortio, verum, & quatenus
Sontinas. vnus quiſque ſuam eſſe Diui Thomæ
exiſtimat. Circa quod præliantur Sō-
cinas lib. 6. Metaphyſicæ quæſt. 9. ac
Cayetanus Cayetanus 1. 2. quæſt. 54. art. 4. Quid
quid tamen de eorum cum Angelico
Doctore concordia arbitrandum ſit,
mea non interſt iudicare. Cayetanus
itaque latiſsimè hanc peragit contro
uerſiā loco citato, vbi opinatur Theo
logiam, ſeu quamlibet ſcientiam (nō
enim magis de vna, quam de alia, dif-
ficultas præſens procedit) formaliter
eſſe quandā pronitatē, & habilitatem
intellectus ad vtendū intelligibilibus
ſpeciebus: nō tamē ipſasmet ſpecies:
ac ibi quam plurimas auctoritates D.
Thomæ ab alijs Thomiſtis in aduerſæ
ſententiæ confirmationem adductas
ſoluit, & alijs rationibus intendit pro
viribus ſatisfacere. In hac eadem exti
Flandrēſis tere ſentētia Dominicus de Flandria
Henricus lib. 6. Metaphyſicæ quæſt. 3. ar. 3. Her
Medina. ricus de Gandauo quodlibeto 2. q.
Zumel. 4. & ex recentioribus Medina 1. 2. q.
Bañez. 54. art. 4. Zumel. 1. par. art. 3. ſua q. 1.
Sotus. conclu. 2. Idem videtur ſupponere
Maſsius. Bañez ibidem ſub commentario arti-
Deça. culi, Sotus in procemio Logicę quæſt.
Suarez. 3. Maſsius ibidem, ſect. 1. q. 16. Deça
Vazquez. in prologo ſentent. quæſt. 3. & ex Ie-
ſuitis amplectuntur hanc ſententiam
Suarez 2. Tom. ſuæ Metaphyſicæ diſ-
putat. 44. ſect. 4. per totam, Gabriel
Vazquez 1. 2. diſput. 80. cap. 3. præ-
ſertim à numer. 15. vſque ad numer.
19.

3. Hanc igitur ſententiam ſic corroborat Cayetanus primo: nā habitus ſcientificus eſſentialiter eſt in prima ſpecie qualitatis, tanquam vna eius ſpecialiſsima ſpecies: ſed conſtat, quod nulla ſpecies qualitatis eſt compoſita ex pluribus qualitatibus diuerſarum ſpecierum, quales ſunt ſpecies intelligibiles: ergo, vel negandum eſt habitum ſcientię eſſe ſub genere qualitatis ſpecialiſsimam ſpeciem conſtituentem, vel concedendum ipſum non eſſe formaliter illas ſpecies intelligibiles concadenatas, ſed habilitatem ſimplicē ad vtendum illis. Qua potiſſimum ratione Cayetanus ſententiam ſuam demonſtrare arbitratur.

4. Secundo ſic arguit Medina: quoniā fides non eſt ordinatio ſpecierum, ſed lumen ad credendum, prudentia non eſt collectio ſpecierum, ſed dictamen ad rectè iudicandū: rurſus ars nō eſt collectio ſpecierum, ſed virtus ad operandum: ergo ſcientia non eſt ordinatio ſpecierū, ſed virtus ad iudicā dum. Hęc Doctor iſte, cuius ſunt ſequentia duo argumenta.

5. Tertio ſic: omnes ſapientes, & inſipientes æqualiter apprehendunt res ſimplices: ſed ſapientes rectè iudicant: ergo ſapientia eſt facultas rectè iudicandi, & non ſpecies collectè. Quarto ex eodem ſic: intellectus noſter eſt determinatus ad res ipſas apprehēdēdas ſimplices, ad quod adiuuatur ab ſpeciebus: rurſus eſt indeterminatus ad rectè iudicādū, quod officiū præſtat ſcientia: ergo ſcientia non eſt collectio ſpecierum.

6. Quia tamen hæc argumēta potius intendunt impugnare pluralitatem ſpecierum, quam ſcientiam eſſe ſpeciē, ideo aliter iuxta ſenſum præſentis difficultatis pro prima ſententia ſic arguunt recentiores quidam, & erit argumentum quintum in ordine: ſcientia eſt habitus acquiſitus per veram demōſtrationem: Sed ſpecies intelligibiles non ſunt acquiſitæ per demonſtrationem, ſed ſunt eductæ à phantaſmatibus lumine intellectus agentis: ergo ſcientiæ non ſunt ſpecies intelligibiles, ſed habilitas intellectus. Sexto, quia ſcientia eſt habitus iudica-

iudicatiuus veritatis propoſitionum tenens ſe ex parte intellectus: atqui ſpecies non ſunt iudicatiuæ, quoniã ſe tenent ex parte obiecti: pronitas autem, ſeu habilitas tenet ſe ex parte intellectus, cuius eſt de veritate iudicium ferre: ergo ſcientia non eſt ſpecies illę intelligibiles, ſed pronitas intellectus.

7. Septimo; ſcientia verſatur circa res coniunctas, eſt enim de concluſione, quæ componitur ex ſubiecto, & prædicato: ſed ſpecies intelligibiles reſerunt ſimplicem quidditatem, & naturam ſimplicem, & impermixtam obiecti: ergo tales ſpecies non ſunt ſciẽtiæ.

8. Vltimo, quoniam in ruſtico dantur, & rerũ ſimilitudines, & ſpecies, vt pote lapidis, arboris, & cæterorum entium naturalium: ſed ille nõ propterea eſt aſſequutus Phyloſophiam naturæ: ergo Phyloſophia nõ eſt collectio ſpecierum: quod idem dicendum eſt de Theologia, & de quacumque alia ſcientia.

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta enucleantur.

9. Scotus. IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali; vt viſum eſt ſupra, & patuit in principio difficultatis; hæc enim profert. *Quælibet eſſentia cognita habitualiter continet virtualiter, primo, notitiã omniũ veritatum illius habitus, & habitus ille, qui dicitur ſcientia, eſt ſpecies intelligibilis primi obie-*
Baſſolis. *cti.* Sequuntur Doctorem Baſolis in
Rubionis. Prologo, quæſt.6. Guillelmus Rubio-
Lychetus. nis ibidem quæſt.8. Lychetus quæſt.
Tatharet. 3.§.*reſpõdetur* Tatharetus, Maironis,
Maironis. & Bargius ibidem, ac cæteri veteres,
Bargius. & recentiores Scotiſtæ: item eſt ex-
D. Thom. preſſa ſententia Diui Thomæ in pluribus ſuæ doctrinę locis, & preſertim quæſt 24. de veritate artic.4. ad 9. vbi ait, *habitum intellectus eſſe aliqualem ordinationem ſpecierum*, & quæſtio. 10. artic.2. vbi poſtquam probauit in intellectu poſsibili manere ſpecies intelligibiles, poſt auctualem conſiderationem, hæc ſubdit. *Et harum ordinatio eſt habitus ſcientiæ*: item 1.2. quæſt. 67. art.2. id late oſtendit, & ſolutione ad ſecundũ inquit. *Peregritudinem corrumpitur habitus ſcientiæ quantum ad id, quod eſt materiale in eo, ſcilicet, quantum ad phantaſmata, non autem quantum ad ſpecies intelligibiles, quæ ſunt in intellectu poſsibili.* De quibus dixerat in corpore articuli eſſe formale in habitu ſcientiæ, & 3. part. quæſt.12. art.2. ſentit augmentum habitus ſcientiæ conſiſtere in augmento ſpecierum intelligibilium: ſequuntur Diuum Thomam plures Thomiſtæ, inter quos
Capreolus. ſunt Capreolus in 3. quæſt. Prologi
Soncinas. ſententiarum, Soncinas 6. Metaphy-
Conradus. ſicæ quæſt.9. Conradus 1.2. quæſt.54
Auerroes. artic.4. fuit ſententia commentatoris 1. Metaphyſicæ Comment.27. vbi hæc tradit. *Scientiæ non ſunt aliud quam ſpecies, & illa, quæ conſtituuntur ex vniuerſali.* Sequitur Gregorius Arimin. quæſt.3. Prologi, & alij Nominales.

In huius ſententiæ, & quæſtionis expoſitionem perlucidam, primo obſeruare oportet, neutiquam hic verti in dubium, vtrum ſcientia ſit plures illæ concadenatæ ſpecies, vel vna tantũ? Hoc enim, vt in huius difficultatis exordio propoſui, ſequens controuerſia ventilabit. Antequam ergo de multiplicitate ſpecierum controuertamus, ſit ne ſcientia ſpecies? noſtra refert diſcutere. Circa quam difficultetẽ noſtrę, & oppoſitę claſsis, Doctores vnanimes ſunt in hoc, quod omnes in intellectu poſsibili ſpecies intelligibiles rerum, ac habilitatem illã, ſeu pronitatem admittũt. Diſſentiũt tamen in aſsignando, an in ſpeciebus, an verè in habilitate ratio ſcientiæ cõſiſtat? Imò & qui ſcientiam ſpecies eſſe conſtituunt, non vnanimiter de eiſdem et ſpeciebus ſuam mentem explanãt, & hinc prouenit (meo videri) quod ſententia hæc, ac ſi eſſet prorſus a ratione auerſa: ab aduerſa-

rijs

rijs confitetur. Hoc igitur nomen, *ſpecies*, à pluribus ſub æquiuocatione accipitur, ac vnam ſumendo pro alia, confunduntur perſæpe. Vt autem hanc æquiuocationem tollamus de medio, debet diſtingui ſpecies intelligibilis.

10. *Quot modis accipiatur ſpecies.* Tribus igitur modis accipitur ſpecies intelligibilis, primo, pro ea, quam intellectus agens cum phantaſmate ſimul producit, in qua repræſentatur idem obiectum, quod in phantaſmate relucebat: in phantaſia etenim, quę eſt quædam potentia ſenſitiua interior, præfuerat ſpecies ſenſibilis, ex ſenſitiuis operationibus derelicta, quæ eſt naturalis imago, & ſimilitudo obiecti cogniti per tales operationes. Et hæc talis imago dicitur phantaſma, ſibi nomen à potentia, in qua reſidet vſurpando. Cum igitur intellectus agens abſtractiuus, & productiuus ſit, abſtrahit obiectum in phantaſmate relucés ab omni materialitate, & ſimul cum phantaſmate producit ſpeciem quandam iam non materialem, ſed ſpiritualem, & intellectui poſsibili proportionatam, quam ob id intelligibilem vocamus: in qua ſpecie idem obiectum, quod in phantaſmate repreſentabatur, relucet. Et

Ioan. Bal. in hac productione, vt aduertit doctiſsimus Ioannes Ballonis in ſuis Formalitatibus folio 118. pag. 1. procedit intellectus agens mere naturaliter, ſine aliqua cognitione eius inſtar modi, quo ignis in ligno ignem

Quid ſit ſpecies intelligibiles impreſſa. producit. Hæc autem ſpecies ſic per huiuſmodi meram naturalem actionem producta, dicitur intelligibilis impreſſa: quia mediante illa, obiectum fit intelligibile: & dicitur impreſſa, quia imprimitur, & recipitur in intellectu poſsibili ad hoc, vt notitia intellectualis de obiecto repreſentato in ipſa producatur. Ex quibus colligitur, quod cum ſenſitiua potentia non componat res, quas ſimplices apprehendit, & intellectus agens tantummodo ſpecies repræſentantes res ipſas, quas à ſenſitiua potentia, nempe à phantaſia educit, abſque compoſitione producat; Conſequenter ſpecies intelligibilis hæc ab intellectu agente producta, rem ipſam ſimplicem repreſentat. Quod optime notauit Soncinas vbi ſupra: hanc igitur ſpeciem intelligibilem exiſtimarunt non pauci, ſecundum Scoti doctrinam, habere rationem ſcientiæ, ſed profecto, prout infra manifeſtabo, falluntur hi omnes. Hæc ergo eſt ſpecies intelligibilis primo modo ſumpta.

Rurſus hæc eadem ſpecies intelligibilis impreſſa intellectum poſsibilem, in quo recipitur, informat: & ea ſic informatus dicitur intellectus memoria fœcunda, & per actionem quandam de genere actionis, quæ vocatur dicere (& de qua plura in quæſtionibus de productione verbi infra dicuntur) producit intellectus poſsibilis aliam ſpeciem, quæ dicitur expreſſa. Et hæc quidem ſpecies eſt, quia repreſentat obiectū idem, quod præcedens ſpecies repreſentabat, expreſſa vero, quia ab intellectu tanquam ſuæ fœcunditatis proles exprimitur. Et hæc eſt ſpecies intelligibilis ſecundo modo accepta; quæ etiam dicitur verbum mentis, conceptus, intellectio formalis, notitia, &c. Hoc etiam eſt arbitrandum ſpeciem iſtam ſcientiam eſſe in via Doctoris, præſertim ob duas potiſsimas rationes. Prima, quia huiuſmodi ſpecies, ſeu verbum, eſt effectus vniuocus ſpeciei impreſſæ, quam intellectus agés producit: & conſequenter repreſentatum in vtraque ſpecie debet eſſe idem. Et ruſus ſpecies impreſſa (vt dixi) rem tantum ſimplicem repreſentaſſe ſupponitur: ergo & ſpecies expreſſa rem tantummodo ſimplicem repreſentat: ſed ſcientia de rebus connexis, & compoſitis eſſe debet: ergo ſpecies iſta expreſſa nequit habere rationem ſcientiæ. Secunda vero ratio eſt, quia verbum mentis eſt forma actualis, qua intellectus poſſibilis formaliter actu intelligit: ſed ſicut à priori nequit eſſe effectus formalis ſine cauſa poſteriori formali, ſic à prio-

11. *Quid ſit ſpecies intelligibilis expreſſa, & qualiter hæc non ſit ſcientia.*

à poſteriori nequit eſſe cauſa formalis ſine ſuo effectu formali: quia nequit forma inhærere ſubiecto, quin effectus formalis ad eius inhærentiam conſequatur: ergo ſicut deficiente hac forma actualiter intelligendi, deficiet actuale intelligere, & ſcire: ſic è conuerſo deficiente actuale intelligere, & ſcire, deficiet forma actualiter intelligendi, & ſciendi: ſicut deficiente albo, neceſſum eſt à poſteriori albedinem deficere. Ergo ſi hæc ſpecies, ſeu verbum, eſſet ſcientia, ex conſequenti dormiens, imò & ſomno ſolutus, qui actus ſcientificos ſuſpenderet, & ad alia ſe diuerteret, ſcientiam, quam pluribus actibus acquiſierat, omnino amitteret, quod eſt ridiculum. Vltra ſupradictas ergo duas acceptiones ſpecierum, aliter inueſtigari debet ſpecies intelligibilis, ad hoc vt ſcientiam eſſe, cum Doctore ſubtili aſſeramus.

12\. *Ariſtot.*

Hanc igitur ſpeciem intelligibilem vt inuenire poſsimus, ſecundo obſeruare oportet: quod intellectus poſsibilis, prout tradit Ariſtoteles, 3. de anima textu 21. triplicem habet operationem, quarum prima dicitur ſimplicium apprehenſio, quando, ſcilicet, cognoſcit, & apprehendis per verbum, ſeu ſpeciem expreſſam rem ſimplicem, per ſimplicem terminum ſignificatam, & in ſimplici ſpecie intelligibili impreſſa repræſentatam. Et ad hanc cognitionem cuiuslibet rei ſimplicis, ſimplicem ſpeciem intelligibilem ſibi vendicat. Vt v. g. per quandam ſimplicem notitiam cognoſcit intellectus hunc terminum, *homo*, præciſe abſtrahendo ab omni alio hominis attributo, & per aliam ſimplicem notitiam cognoſcit rationale, & per aliam etiam ſimplicem notitiam cognoſcit riſibile. Hos ergo terminos, ac eorum ſignificata ſimplicia, ſimpliciter cognoſcit, & apprehendit, & hic finitur munus primæ operationis intellectus poſsibilis. Deinde ſecunda operatio intellectus eſt compoſitio, ſeu diuiſio. Compoſitio quidem, vt potè, quando ex terminis, ac rebus ſic ſimpliciter cognitis per primam operationem, connectendo hunc cum alio, ex illis quandam conficit, & componit propoſitionem, in qua vnum affirmatur de altero: & ex tali compoſitione cauſat in ſe notitiam primorum principiorum; vt ſi ex dictis terminis hanc propoſitionem componat *homo eſt rationalis*, (quod idem de diuiſione phyloſophandum eſt) & iſtam *rationale eſt riſibile*: in prima enim affirmat rationale de homine, quod eſt principium per ſe notum, & prædicatio quædam in primo modo dicendi per ſe. In ſecunda verò affirmat riſibile & rationale, quod eſt aliud principium per ſe notum in ſecundo modo dicendi per ſe. Et per iſtas compoſitiones cauſat in ſe notitiam iſtorum principiorum: quæ eo quod ſunt per ſe nota naturaliter, probatione non indigent, & notitia cuiuslibet iſtorum principiorum non eſt ita ſimplex, & incomplexa, ſicut præcedens: ſed ſummendo complexionem ab obiecto, complexa eſt: in qua finitur munus ſecundæ operationis intellectus poſsibilis.

Habetur ſpecies expreſſa ex triplici operatione intellectus

13\.

Tertia tandem ipſius intellectus operatio eſt diſcurſiua ratiocinatio: quando, ſcilicet, intellectus ex terminis ſimpliciter apprehenſis, & cognitis, per primam operationem, & compoſitis principijs ex talibus terminis per ſecundum operationem, ratiocinatur, inferendo ſyllogiſticam concluſionem: & ita tertia operatio actus demonſtratiuus eſt, & demonſtratio ipſa: ex qua generatur quædam notitia talis concluſionis ex dictis principijs per ratiocinationem illatæ. Vt exempli cauſa; ex ſupradictis terminis & principijs cognitis, ſic ſyllogizatur intellectus *rationale eſt riſibile, homo eſt rationalis: ergo homo eſt riſibilis*. Hæc tertia propoſitio eſt concluſio illata ex prioribus duabus, de quibus nequit dari ſcientia; quia

Quæ ſpecies intelligibilis ſit ſcientia.

non datur de principijs per ſe notis:ſed bene datur de illis habitus intellectus,prout latè dicitur infra in quæſtion.quarta huius prologi articulo primo, & difficultate noſtra decimatertia numer. ſecundo: notitia verò,quam huiuſmodi demonſtratio de concluſione illa generat in intellectu, eſt ſcientia. Et quia hæc formalis notitia, formaliter repreſentat obiectum cognitum ab intellectu, ideſt, non aliquem terminum ſimplicem: ſed totam illam propoſitionem, quæ eſt concluſio, ideo ab Scoto, & Diuo Thoma, appellatur ſpecies intelligibilis. De ratione enim ſpeciei intelligibilis eſt obiectum cognitum, vel cognoſcendum per ipſam, intellectui formaliter repreſentare, ideſt, præſens facere: ſpecies enim idem eſt, quod naturalis imago, & ſimilitudo obiecti: vnde ſi repreſentet obiectum ab intellectu cognoſcendum, erit ſpecies intelligibilis impreſſa, quam intellectus ſimul cum phantaſmate produxerat. Si verò repreſentat obiectum cognitum ab intellectu: tunc vel repreſentat obiectum ſimplex, vel compoſitum; ſi ſimplex, eſt ſimplex notitia, ſeu ſpecies ſimplicis obiecti cogniti, quæ ad primam operationem intellectus ſpectat: ſi compoſitum, erit notitia complexa, & ſpecies intelligibilis obiecti compoſiti, & tunc, vel illud obiectum repreſentatum eſt principium perſe notum, vel concluſio ex principijs demonſtratiue illata. Si principium, ergo talis ſpecies pertinet ad habitum intellectus: ſi vero eſt concluſio, ſpecies talem concluſionem repreſentans, dummodo ſit de obiecto neceſſario, & habeat alias conditiones ad ſcientiam requiſitas, eſt formaliter ſcientia, quæ ex tertia operatione intellectus cauſatur.

14. Porrò hæc complexa notitia, ſeu ſpecies obiecti complexi ſcientifici, ſtat dupliciter, vel, ſcilicet, actualiter, vel habitualiter: actualiter quidem, quando per eam intellectus formaliter actu demonſtratiue cognoſcit concluſionem illam: (& ſicut ſupra numero vndecimo probauimus) cum hæc ſpecies expreſſa ſit actualis forma intelligendi, & ſciendi, tranſacto actu intelligendi, & ſciendi, ipſa permanere non poteſt: ex ipſa tamen ſæpe repetita, & frequenter demonſtrata, generatur in memoria quædam habitualis ſpecies intelligibilis, quæ ex frequentibus actibus cognoſcendi dictam concluſionem, gignitur, & permanenter reſidet ibi: et hæc, eo quod eſt qualitas difficile mobilis à ſubiecto, eſt formaliter habitus, & eo quod formaliter repreſentat obiectum illud, nempe, illam concluſionem demonſtratam, eſt formaliter ſpecies intelligibilis: & eo quod eſt acquiſita per demonſtrationem, & de obiecto neceſſario, eſt formaliter ſcientia, & ob hoc dicitur ſcientiam eſſe pluribus actibus comparatam, & per plures demonſtrationes acquiſitam, hoc eſt, per eandem demonſtrationem ſæpe repetitam. Vnde eſt illud, quod dixit Diuus Thomas 1.2. quæſtio.67. articulo ſecundo in corpore: quod ſpecies intelligibiles permanent in intellectu poſſibili, in eoque immobiliter recipiuntur. Quod idem dixerat Ariſtoteles 3. de anima textu octauo, & Auicena, cuius inquit Cayetanus ibidem hanc eſſe doctrinam.

Datur ſcientia actualis, & habitualis.

D. Thom.

Ariſto.
Auicen.

15. Sed adhuc aliud nobis reſtat ſciendum, quo quidem hæc difficultas reſoluta erit, & eſt, an ſpecies ſic remanentes in intellectu, quæ formaliter ſunt ſcientia, ſint ſpecies impreſſæ, an verò expreſſæ? quod etenim impreſſæ eſſe non poſſint, ex eo probari poteſt, quia tunc non erunt formaliter ſcientia: ſcientia enim eſt perfecta rerum cognitio, quamuis habitualis: ſpecies verò impreſſa nō eſt formalis cognitio, nec cognitionis forma, ſed eſt cauſa cognitio-

nitionis formalis, ſeu formæ cognoſcendi. Vt patet: quia cum loco obiecti ſubſtituatur, & ex obiecto, & potentia, tanquam ex cauſis pariatur notitia: irrationabiliter videtur concedi, ipſam ſpeciem ſcientiam formaliter eſſe poſſe. Demum, nec etiam ſpeciem expreſſam eſſe, facilius ſuaderi poteſt: quia cum hæc ſit forma ipſa actualiter intelligendi, ex ſupra notatis infertur, tandiu eſſe, quandiu per illam intellectus actu intelligit.

16. Reſpondeo, ſpeciem illam proculdubio eſſe expreſſam, ſiquidem reuera formalis notitia eſt, vt prima ratio conuincit. Vnde ad ſecundam dico, ſolum concludere de forma actualiter intelligendi, non verò de forma intelligendi habitualiter, qualis eſt ſpecies iſta: quæ eſt perfectiſsima notitia habitualis à pluribus notitijs actualibus congenita. Et ſicut per actualem notitiam dicitur homo actu intelligens, ita formaliter, vt tandiu ſit talis notitia, quandiu actu intelligit, & ècontra: ſic ſimiliter per habitualem notitiam, dicitur homo habitualiter ſciens, & intelligens, ita vt formaliter tandiu perſeueret hæc notitia in intellectu, quandiu fuerit habitualiter ſciens, & èconuerſo. Hæc fere omnia expreſsit Doctor in 3. diſtinctio, 14. quæſtio. ſecunda ſub litera B. his verbis: *Habitus acquiſitus in nobis habet hãc perfectionem, quod eſt manens in anima tranſacto actu, & hic intellectus, qui non poteſt habere perfectam notitiam plurium obiectorum ſimul, quia non in actu: habet ſaltem notitiam eorum permanentem, ſicut poteſt, & ita in habitu.* *Scotus.*

§. 3.

Amplius explicatur ſententia Scoti, & oſtenditur qua ſpecies intelligibilis ſit ſcientia, & qualiter ſit habilitas.

17. Ex Dictis colligo primo, ſcientiam longè differre ab ſpeciebus intelligibilibus impreſsis, tam ex parte cauſæ efficientis: quia iſtæ ab intellectu agente, & phantaſmatibus producuntur: illæ verò ab intellectu poſsibili, & multis actibus ſcientificis generantur, quàm etiam ratione termini ad quẽ referũtur: quia ſpecies intelligibiles impreſſæ referuntur ad ſimplicia, quæ repræſentant, ſpecies verò, quæ ſunt ſcientia, ad complexa, nempe, ad concluſionem integram. Item quia ſpecies intelligibiles impreſſæ habent ſe præciſe ex parte obiecti, cuius loco ſubſtituuntur: ſpecies autem intelligibiles, quæ ſunt ſcientia, habent ſe ex parte potentiæ, & obiecti: quia eſt habitualis cognitio intellectus de tali obiecto. Et tandem ratione ordinis, quia illæ præcedunt iſtam, tanquam cauſæ effectum. Colligo præterea ſecũdo: quod ſpecies, quæ eſt ſcientia, quamuis in ſe reſpectu vnius cõcluſionis, quam repræſentat, ſit vnica, à multis nihilominus ſpeciebus impreſsis dependet: quia cum ab illis cauſetur, & qualiber rem ſimplicem repreſentet, ſcientia verò repræſentet complexa: conſequenter à puribus ſpeciebus, quatum repræſentata obiecta ſimplicia, ob pluralitatem complexionem induant, neceſſario pendet. Hæc tamen dependentia eſt in fieri, & non in facto eſſe, quia ab illis in genere cauſæ efficientis dependet: ab obiectis tamen in talibus ſpeciebus repræſentatis non ſolum in fieri, ſed etiam in facto eſſe, tanquam relatiuum, à ſuo termino pẽdet. Ex quo prouenit, quod etiã deſtructis ſpeciebus impreſsis, nõ incõuenit ſpecies iſtas ſciẽtificas habituales cõſeruari in intellectu: ſi quidẽ cauſa efficiente deſtructa, effectus illius in rerũ natura remanere poteſt. Tertio colligo reſpectu ſpecierum impreſſarum habere ſe intellectũ poſsibilẽ mere paſsiue, quatenus, ſcilicet, eas ab intellectu agente pro-

Digitized by Google

productas recipit in ſe: reſpectu verò ſpecierum intelligibilium, quæ ſunt ſcientia, habet ſe actiue, quia illas producit: & etiam paſsiue, quia illas productas in ſe recipit, ac retinet. Et tandem colligo demonſtrationem eſſe medium inter vtraſque ſpecies: efficitur enim ab ſpeciebus impreſsis, ſaltim mediate, tanquam effectus à cauſa, prout ſupra notatum eſt: ſpecies vero, quæ ſunt ſcientia, ipſam demonſtrationem, tanquam ſui cauſam, ſupponunt.

18. Demum, vt hæc difficultas reſoluatur exacte, tertio eſt obſeruandum: quod habilitas, facilitas, ſeu pronitas, prout ad præſens attinet, idem prorſus ſignificant, & ſunt veluti, quid genericum ad omnes habitus operatiuos, ita quod cum habitus, *ſit qualitas quædam ſuperaddita potentiæ, qua habilis, facilis, pronaque redditur ad delectabiliter operandum*, vt docuit Doctor in 3. diſt. 33. quæſti. vnica litera B. Hinc eſt, quod in quocumque habente habitum operatiuum reperitur facilitas, & habilitas iſta ad delectabiliter exercendas talis habitus operationes: ſic quod qui habet habitum Muſicæ delectabilius operatur circa actum concinendi, quam qui illum non habet. Attamen hæc facilitas non eſt idem met habitus Muſicæ, ſed quædam proprietas conſequens talem habitum, vt infra patebit. Sic ergo phyloſophandum eſt de ſcientia, nam libenter concedimus habentem ſcientiam, habilitatem quoque conſequenter habere, qua delectabiliter habitus ſcientificos, prout vult, exercere poteſt. Atqui iſta talis habilitas non eſt forma, à qua formaliter eſt ſciens: ſed eſt quædam proprietas oriens ex forma, qua formaliter eſt ſciens. Aliud etenim eſt intellectum eſſe formaliter ſcientem, aliud vero eſſe facilem ad ſcientifice operandum. Primum quidem habet à formali ſcientia; ſecundum autem, à proprietate ſcientiæ. Verumtamen fateor hanc habilitatem ad ſcientifice operandum in vna ſciētia, non prouenire ex habituali notitia vnius tantum concluſionis, ſed ex pluribus concatenatis. Sed quia

Diffinitio habitus

Qualiter ſcientia ſit habilitas

de hoc puncto ſequens erit difficultas: in hac tantummodo diffinientes ſcientiam formaliter eſſe ſpeciem intelligibilem, conſequenter dicendum eſt, quod ſicut notitia habitualis vnius concluſionis eſt quædam partialis ſcientia, ſic ad illam ſua partialis habilitas conſequetur: ita quod tantum erit habilitas reſpectu illius concluſionis, de qua habitualis notitia præſupponitur.

Hæc quidem omnia, quæ de ſcientia in communi ſunt expoſita, specialiter de ſacra Theologia verificari debent, demptis eis dumtaxat, quæ rigoroſe ſcientiæ conueniunt, vt pote, quod per veram demonſtrationem acquiratur, & quod ſit de obiecto neceſſario &c. De quibus cōditionibus plura examinantur infra in quæſt. 4. huius prologi, art. 1. difficul. 12. Aſſenſus namque theologicus quoad reliqua eundem ſeruat ordinem, quem ſcientia. Prima namque principia, quæ in rigoroſis ſcientijs præſtat habitus intellectus, in Theologia præſtat habitus fidei, & habitus alterius naturalis ſcientiæ: quia ex vno principio fidei, & alio naturaliter ſcito, infert Theologus ſyllogiſticè concluſionem, de qua eſt habitus Theologiæ: vt in iſto diſcurſu patet. Gratia iuſtificans inhæret animæ: ſed omne inhærens eſt ens reale creatum: ergo gratia iuſtificans eſt ens reale creatū. Ex quibus tribus propoſitionibus, maior eſt principium de fide diffinitum in Concilio Trid. ſeſſ. 6. Canō 11. Minor eſt aliud principium naturaliter ſcitum. Cōcluſio eſt theologica. Quę quaſi demonſtratio non minus generat habitum Theologicum, quam rigoroſa demonſtratio habitum ſcientiæ. Quoad hoc ergo æque loquendū eſt de Theologia ſicut de qualibet naturali ſcientia dictum eſt, per demonſtrationem acquiri illam ſpeciem intelligibilem, quæ eſt ſcientia. 19.

(.˙.)

§.4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

20. HIS ergo præhabitis, difficultatem concludendo dico primo: quod ſcientia nõ eſt formaliter habilitas, facilitas, aut pronitas intellectus: bene tamen hæc habilitas eſt proprietas quædam concauſata ad cauſationem ſcientiæ. Concluſio hæc eſt Scoti, vt patuit in litera, & Diui Thomæ, vt viſum eſt, quam quoad primam partem ſic probat Soncinas ex Diuo Thoma, quæſt.2.de potentia artic.1. nam quidquid eſt in intellectu, aut eſt ipſa potentia intellectiua, aut ſpecies intelligibilis, aut actualis intellectio, aut verbum: ergo non poteſt ab intellectu acquiri aliqua noua entitas ab iſtis diſtincta, quæ dicatur habilitas. Conſequentia patet contra Thomiſtas, ex adæquata diuiſione aſsignata à Diuo Thoma, eorum quæ poſſunt eſſe in intellectu. Sed hoc argumentum inſtantiam patitur, quia tunc etiam videtur conuincere habilitatem illam nullo modo in intellectu reperiri. Quod tamen eſt contra ea, quæ dicta ſunt ſupra. Vnde poterat reſponderi, Diuum Thomam intelligẽdum eſſe, ibi loqui de eis, quæ in intellectu habent proprium eſſe reale: habilitas autem non habet propriũ eſſe reale, ſed omnem realitatem habet à ſubiecto, cuius eſt proprietas, cũ quo eſt realiter idem. Cum igitur habilitas ſit ipſius ſpeciei intelligibilis proprietas, realiter eſt idem cum illa, & realiter inhæret intellectui eo præciſe, quod ei ſpecies intelligibilis inhæreat.

21. Hæc tamen ſolutio veritatem non habet in Schola eiuſdem Diui Thomæ, qui diſtinctionem realem inter ſubiectum, & propriam paſsionem conſtituit. Cæterum in Schola Scoti; adhuc illa expoſitione de identitate reali inter ſubiectum, & proprietatẽ admiſſa, non poteſt illa propoſitio in vniuerſum concedi: quia vltra illa quatuor, quæ ibi à Soncinate ex Diuo Thoma numerantur, eſt adhuc in intellectu aliud realiter diſtinctum ab eis, nempe, *dicere*, quod eſt quædam actio de genere veræ actionis, per quã producitur verbum mentis: quæ quidem actio non eſt actualis intellectio (vt Diuus Thomas ſentit) ſed eſt, qua media producitur verbum, quod eſt forma intelligendi, ad quam ſequitur actualis intellectio, tanquam effectus formalis talis formæ, prout infra in quæſtionibus de productione verbi latius enucleatur.

22. Poterit ergo aliter hæc eadem omnis concluſionis pars fulciri, quia ſciẽtia eſt de rebus coniunctis, non autem de ſimplici: quia eſt de concluſione, quæ includit coniunctionem prædicati cum ſubiecto: ſed habilitas, ſeu facilitas, non magis eſt de ſimplicibus, quam de coniunctis, cum eadem facilitate intelligat intellectus res ſimplices, ac compoſitas, quantum eſt ex parte ſui: ergo &c. Præterea aliter ſolet probari ex eo, quod ſcientia eſt habitus iudicatiuus (vt aduerſarij fatentur) habilitas autem non eſt habitus iudicatiuus, ſed conditio intellectus recte iudicantis: ergo talis habilitas non eſt formaliter ſcientia.

23. Verum enim verò, quia nulla harũ rationum, quibus veteres, & recentiores, hanc concluſionem confirmare intendunt (meo videri) efficax eſt: aliter ſic illam demonſtro. Scientia formaliter eſt terminus, ad quem primo, & per ſe, demonſtratio terminatur: quoniam, cum ſcientia ſit effectus demonſtrationis, ad illam tendit demonſtratio primo, & per ſe, eo quod primo, & per ſe, ad ſcientiam ordinatur: ſed demonſtratio non terminatur primo, & per ſe, ad habilitatem; quoniam primo, & per ſe, terminatur ad euidentem notitiam illius cõncluſionis, quam euidenter demonſtrat: ergo habilitas non eſt formaliter ſcientia. Porro habilitatem non eſſe ipſam euidẽtẽ notitiã cõcluſionis pro cõperto conſtat: quia habilitas eſt, qua intellectus facilis redditur ad vtẽdũ notitia euidẽte illius cõcluſionis, quã demon-

ſtratio

Digitized by Google

ſtratio generat:ergo non eſt formaliter ipſa euidens notitia talis concluſionis, quam quidem notitiam demonſtratio generat, ſed ipſam præſupponit. Facilitas etenim ad vtendum aliqua re, vel ad exercendũ ipſam, nõ eſt formaliter ipſa res, qua faciliter vtimur. Confirmatur eadem ratio: quia in arte fabrili non eſt facilitas illa, quę per ſe primo acquiritur, ſed ars, & ad artis acquiſitionem acquiritur facilitas ad illam exercendam: ergo ſimili-
24. ter in ſcientia, de facilitate, ſeu habilitate, erit dicendum.

Secunda autem pars concluſionis facile conſtat: quoniam ex eo quod aliquis acquiſiuit ſciẽtiam, ab ipſa ſciẽtia, veluti propria paſsio a ſubiecto per phyſicam ſequellã dimanat quædam habilitas, qua intellectus formaliter redditur facilis ad dictam ſciẽtiã
25. exercendam.

2. concluſ. Dico ſecundo, quod ſcientia non eſt formaliter ſpecies intelligibilis impreſſa cauſata ab intellectu agente, & phantaſmate ſimul. Concluſio hæc manifeſta eſſe debet ex dictis, & ſatis probatur argumentis pro prima ſententia adductis, præſertim quinto, & ſequentibus. Et efficacius conſtat ex dictis ſupra à numer. 12. vſque ad numer. 17. ex quibus ſic rationem deſumo. Implicat aliquid eſſe cauſam, & effectum ſui ipſius, reſpectu eiuſdem: ſed ſi talis ſpecies intelligibilis eſſet ſcientia, conſequenter eſſet cauſa, & effectus reſpectu eiuſdẽ, & ſui ipſius: quia ſcientia eſt effectus demonſtrationis: ergo ſi dicta ſpecies intelligibilis eſſet ſcientia, eſſet conſequenter demonſtrationis effectus. Tunc ſic; ſed ſpecies intelligibilis impreſſa, eſt cauſa demonſtrationis quia demonſtratio cauſatur à principijs, & principia à terminis ſimpliciter cognitis: at ſimplex terminorum cognitio effectiue cauſatur ab ſpeciebus ipſis intelligibilibus impreſsis: eis etenim informatus intellectus poſsibilis dictam ſimplicem cognitionem terminorum (vt notatum eſt) producit, & cauſat: ergo de primo ad vltimum, ſpecies intelligibilis eſt cauſa demonſtrationis: ergo ſi ſimul eſt ſcientia, ſimul erit cauſa, & effectus ſui ipſius, reſpectu eiuſdem, quod implicat.

Dico tertio, quod ſpecies intelligi-
bilis expreſſa, quæ eſt verbum mentis, 26.
nequit eſſe formaliter ſcientia. Con- 3. concluſ.
cluſio hæc ſatis probata eſt ſupra, nume. 13. & 14. Et probatur vlterius: quoniam ſciẽtia formaliter eſt habitus acquiſitus per demõſtrationem: ſed verbum mentis non acquiritur per demõſtrationem, eo quod demonſtrationẽ ipſam præcedit: eſt etenim ante actualem intellectionem ſimplicium terminorum ordine naturæ, ſicut ordine naturę cauſa formalis eſt ante ſuũ effectũ formalẽ, ipſa autẽ ſimpliciũ terminorũ intellectio procul dubio demõſtrationẽ præcedit: quia termini ſimpliciter cogniti ſunt prima elemẽta, ex quibus cõponitur propoſitio, & ex propoſitionibus demõſtratio: ergo verbum mentis demonſtrationem præcedit: ergo non acquiritur per demonſtrationem: ergo ſcientia eſſe non poteſt.

Dico quarto, quod ſcientia formali-
ter loquendo eſt ſpecies intelligibilis 27.
repræſẽtãs totã cõcluſionẽ, ex primis 4. concluſ.
principijs euidẽter illatã, & ex frequẽtibus actibus in intellectu habitualiter habẽs eſſe. Cõcluſio hæc eſt Scoti, & ſatis expoſita, & perſpicua ſupra à num. 14. vſque ad nu. 17. quæ, quia ſatis probatur authoritatibus Scoti, D. Thomæ, & Commẽtatoris, ſupra relatis, ac etiã ex eis, quæ dicta ſunt citato numero, nũc vna dũtaxat ratione, illã ſic probo: quia à diffinitione ad diffinitũ tenet cõſequẽtia: ſed ſpeciei intelligibili, prout iacet in concluſione, adęquate cõuenit diffinitio ſciẽtiæ: ergo talis ſpecies formaliter eſt ſcientia. Minor probatur diſcurrẽdo per vniuerſas particulas diffinitionis ſciẽtiæ. Nã *ſciẽtia eſt habitus intellectualis, certus, & euidẽs, de neceſſarijs, per demõſtrationẽ acquiſitus*; prout infra in difficultate 11. num. 18. cõſtat. Dicta autem ſpecies intelligibilis in primis eſt habitus, quia ſupponitur in intellectu habitualiter habere eſſe, ad differẽtiam earum cognitionum, quæ in actu tantum conſiſtunt; item eſt intellectualis, quia ab intellectu poſsibili cauſatur, & ſubiectatur in eo; eſt certus, & euidens,

quia abſque deceptione eſt, eo quod à principijs euidenter notis, ac ex euidenter illata conſequentia eſt cauſatus ex quo, & certitudo, & euidentia ſatis conſtat. Eſt quæ etiam de neceſſarijs, quia eſt de concluſione vniuerſali, quæ nullam contingentiam poteſt habere, eſt enim propoſitio ſempiternæ veritatis. Eſt tandem per demonſtrationem acquiſitus, quia actus, per quem intellectus talem ſpeciem generat, demonſtratio eſt. Tota ergo ſcientiæ diffinitio competit dictę ſpeciei intelligibili: ergo ipſa in ſe formaliter eſt ſcientia repræſentans totam concluſionem ex principijs per ſe notis euidenter illatã. Quę quidem verùm ſit vna vel plures? ſequens difficultas oſtendit.

28. *5. concl.* Dico quinto, quod ea, quæ dicta ſunt de ſcientia in communi, conſequenter de Theologia affirmamus, demptis eis tantummodo, quæ ad rigoroſam ſcientiam pertinent, de quibus infra difficultate 12. agitur in hoc ergo, quod eſt eſſe habitum intellectualem, certùm, de concluſione, conuenit cum alijs ſcientijs: eſſe tamen euidentem ſibi deficit, quia nititur principijs reuelatis, & creditis, & pro aliqua parte agit de contingentibus, & non de neceſſarijs, vt de myſterio Incarnationis, & ſimilibus patet. Conſtatque, quod acquiritur per ſyllogiſticas conſequentias, quæ potius perſuaſiones ſunt, quam demonſtrationes, vt dictum eſt ſupra in quæſt. 1. artic. 11. huius Prologi. Hęc tamen omnia optime ſaluantur in ſpecie intelligibili habituali habita de concluſione theologica: & ita præſuppoſita precedentium concluſionum veritate, non eſt noua controuerſia circa illam, ac proptere a eiſdem probationibus confirmatur.

§. 5.

Soluuntur argumenta Thomiſtarum.

QVIBVS pro veræ ſententiæ confirmatione ſtatutis, reſtat, vt argumentis pro contraria machinatis, reſpondeamus. Vnde ad primum Caietani dico, parum circa præſentem controuerſiam militare: potius enim intendit pluralitatem ſpecierum impugnare, quam probare ſciẽtiam formaliter habilitatem eſſe. Quia ergo in ſequenti difficultate de compoſitione, & concatenatione ſpecierum tractatur illuc huius argumenti ſolutionem differo. 29. *Ad argu. pro cõtrariæ ſententiæ, & ad primum.*

Ad ſecundum, quod eſt Meturæ, idem dicendum eſt: illi enim Authores concluſionem, quam proponunt probãdam, rationibus adductis minimè probant. Expreſſe namque tuentur ſcientiam formaliter eſſe habilitatem, & non ſpecies, & hoc, quod eſt principale concluſionis intentum, ſilentio prætermittunt, pluralitatem tãtummodo ſpecierum impugnãdo. 30. *Ad 2. arg.*

Ad tertium reſpondeo, ſcientiam non eſſe iudicium circa res ſimplices, ſed circa compoſitas. Item non eſt ſpecies illæ impreſſæ, quas æqualiter apprehendunt ſapientes, & ruſtici, vt dictũ eſt, ſed eſt ſpecies habitualis generata per ſyllogiſmum demonſtratiuum. Et hunc ſyllogiſmum ignorat ruſticus, propterea que demonſtrationibus ſcientificis caret. Licet enim forſan nonnũquã ſyllogizetur à ruſtico, hoc quidẽ, caſu, & ex dialectica naturali contingit: ſed hęc ſyllogizatio, quãuis ex ſe demonſtratiua ſit, in ruſtico tamẽ ſciẽtiã generare nõ poteſt: quia cũ ſecũdũ Phyloſophũ, ſcire ſit rem per cauſas cognoſcere; hinc eſt, quod ad hoc, vt aliquis dicatur ſciens, non ſufficit, quod aliquid quomodolibet ſciat; ſed neceſſario requiritur, quod ſciat rationem, & cauſam rei ſcitæ. Ex quibus ſatis perſpicuum eſt, magnum, eſſe 31. *Ad 3. arg.*

Digitized by Google

eſſe diſcrimen inter ſpecies intelligibiles ſapientis, & ruſtici: quia ſpecies ruſtici propoſitionem repræſentat abſolute: ſpecies verò ſapientis tandem propoſitionem repræſentat, nō vt cumque, ſed quatenus eſt concluſio illata ex principijs, & cauſis euidenter cognitis, in quo ratio ſcientiæ conſiſtit.

32. Ad 4. arg. Ad quartum eadem ſolutione poterit reſponderi: tunc nam ſpecies, à quibus adiuuatur intellectus ad cognoſcendas res ſimplices, non ſunt ſcientiæ: & ſic de illis optimè concludit argumentum: ſpecies ergo, quæ eſt ſciētia, concluſionem compoſitam repræſentat: & hæc eſt ſufficientiſſimum principium intellectui ſcientificè iudicandi.

33. Ad 5. Ad quintum reſpondeò: concedendo, quod ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus, & intellectu agente productæ, non ſunt acquiſitæ per demonſtrationem, vt bene probat argumentum, & nos latè per huius difficultatis diſcurſum expoſuimus: nō tamen ob hoc negandum eſt, eſſe aliquas ſpecies intelligibiles, quæ acquiruntur per demonſtrationem, puta, illas, quarum quælibet totam integrā concluſionem in tali demonſtratione illatam repræſentat. Et iſtæ profectò non ab intellectu agēte, & phantaſmatibus producuntur, ſed ab intellectu poſſibili per demonſtratiuos actus acquiruntur, in eoque habitualiter reſident, & ſunt ſimilitudines concluſionum, quas repræſentāt, & quas medijs ipſis ſimilitudinibus, & ſpeciebus intellectus ſcientificè cognoſcit: & hæ tales ſpecies ſunt formaliter ſcientia.

34. Ad 6. Ad ſextum dico: quod ſpecies intelligibiles eductæ à phantaſmatibus per intellectum agentem tenent ſe ex parte obiecti: quia ante facultatis intellectiuæ actionem, ſeu operationem, ipſum obiectum repræſentant, & tantummodò reſpiciunt potentiam receptiuam intellectus poſſibilis. Atqui ſpecies repræſentantes concluſiones per actus demonſtratiuos illatas tenent ſe ex parte intellectus, & ex parte obiecti: ex parte quidem obiecti, quale eſt integra concluſio, quia ipſam formaliter repræſentant: ex parte verò intellectus, quia ſunt ab ipſo per habitus intelligendi, & diſcurrendi acquiſitæ. Sicut igitur ex obiecto, & potentia paritur notitia, ſic ex concluſione demonſtrata (quæ eſt obiectum ſcientiæ) & intellectu (qui eſt principium cognoſcitiuum) paritur ſcientia. Et ideò ſpecies intelligibilis, quæ eſt ſcientia, tā obiectum, quam intellectum poſſibilem reſpicit: quia vtriuſque eſt verus effectus. Habent ſe igitur ſpecies illæ ex parte intellectus ferentis iudicium de veritate, & ex parte obiecti, à quo effectiuè cōcauſantur, & quod formaliter repræſentant, & ideò verè habitus iudicatiuus eſt.

Ad ſeptimum libenter concedo (ſicut ſupra expoſitum eſt) ſcientiam circa res coniunctas verſari: vnde ſpecies intelligibiles, quæ ſunt formaliter ſcientia, non referunt tantummodò quidditates, & naturas rerum ſimplices, & impermixtas, quod eſt proprium munus ſpecierum intelligibilium impreſſarum, quas intellectus agens producit: ſed repræſentant concluſiones coniunctas, quæ componuntur ex prædicatis, ſubiectis, & copulis, ac proinde circa res coniunctas verſari perſpicuum eſt. 35. Ad 7.

Ad vltimam reſpondeo, ſicut ad tertium, in ruſtico dari ſpecies rerum repræſentantes ſimplicia, ſicut in ſapiente: ſed nec dum ex harum ſpecierum aſſequutione haberi ſcientiam in ruſtico, ſicut nec in ſapiente. Scientiam ergo aſſequuntur ſolummodo, qui per demonſtrationem, notiam habitualem concluſionis de obiecto neceſſario acquirunt, quam ruſtici acquirere nequaquam poſſunt, quia eo quod ruſtici eſſe supponuntur, demonſtrationem ignorant. 36. Ad vlti.

(¿?¿)

ſimplex ſcientia, & vnus habitus ſimplex.

7. Quinto ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiuè tenet conſequentia, vt puta, eſt vnus homo, ergo vnũ animal, ergo vna ſubſtantia &c. ſed ſcientia, habitus, & qualitas, habent ſe veluti ſuperius, & inferius, quia ſcientia eſt inferior ad habitum, & habitus ad qualitatem: ergo bene valet, eſt vna ſcientia: ergo vnus habitus: ergo vna ſimplex qualitas: ſed ſacra Theologia eſt vna ſcientia, & non multiplex, vt omnes cocedent: ergo de primo ad vltimum erit vna ſimplex qualitas.

8. Sexto, nam ignis, qui primo applicatur aquæ calefaciendæ producit calorem in illa: ſecũdus verò ignis, qui ſecundò applicatur, & alij, ſi deinceps applicentur, non producunt nouum calorem, ſed calorem præexiſtentem intendunt, & maiorem efficiunt: ergo ſimili ratione in ſcientia, qui cognoſcit vnam concluſionem, & habet notitiam illius acquiſitam per primam demonſtrationem, habet habitum ſcientificum: aliæ verò demonſtrationes, quæ deinde ſequuntur, non generant nouam ſcientiam, nec nouum habitum: ſed præexiſtentem intendunt, efficiuntque maiorẽ, quam antea erat.

9. Septimo, in artibus, exempli cauſa aurificis, non ſunt diuerſi habitus ad diuerſa monilia conſtruenda, ita quod per vnum habitum torques, & per alium catena, & per alios pulchra emblemata conficiantur: ſed per vnam artem, & per vnicum ſpecie habitum, hæc omnia, & cætera opera ſui muneris conficit aurifex: ergo pari ratione in Theologia, & in quacumque ſcientia, non eſt cur multiplicetur habitus ſingularum concluſionum, ſed vnus, ac ſimplex habitus omnes concluſiones theologicas reſpicit, & conſiderat.

10. Vltimo, ſpecialiter de Theologia arguitur: quia habitus Theologiæ principijs fidei enititur, ſicut naturalis ſcientia naturalibus principijs per ſe naturaliter notis eſt enixa: ſed vnicus, & ſimplex, ac indiuiſibilis eſt habitus fidei; quo credimus omnes fidei articulos, quibus poteſt Theologia diſtinctas cõcluſiones ſcientificè illatas cognoſcere: ergo etiã vnicus, & ſimplex erit habitus Theologiæ talium diſtinctarum concluſionum.

§.2.

Ponitur vera ſententia Scoti, & ex planantur fundamenta illius.

IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali huius 11.
primi articuli ſolutione ad ſecundum, vbi hæc aſſerit. *Multorum habituum ſpecie differentium poteſt eſſe aliquod obiectum commune, ſicut ab obiectis eorum poteſt abſtrahi obiectum commune, à quo non eſt habitus vnus ſecundũ ſpeciem, ſed tantum ſecundum genus.* Et in 3. diſt. 25. quæſt. 2. litera, C. loquẽdo de ſcientia in ordine ad obiectum ait. *tot ſunt habitus, quot concluſiones ſpecie diſtinctæ demonſtratæ.* Hoc idem alibi ſæpe ſentit, & præſertim 6. Metaphyſicæ, quæſt. 1. §. *inter duas ergo opiniones.* Sequuntur Doctorem Baſſolis in prologo ſent. quæſt. 6. §. *ſic ergo dico* vbi de ſcientia, vt cumque, & de Theologia in ſpeciali, determinat ſub acuta diſtinctione Theologiæ Dei, & Beatorum. Item Guillelmus de Rubione ibidem, quæſt. 7. §. *hoc præmiſſo,* Lychetus quæſt. 3. §. *reſpondetur.* Tathareeus ibidẽ, & in prohæmio Logicæ, quæſt. 1. dubio 3. dico 3. & in prohæmio Phyſicæ, dubio ſecũdo, & omnes tam veteres, quam recentiores Scotiſtæ. Item Diuus Thomas expreſſe hanc tradit ſententiam, 1. 2. q. 54. art. 1. ad primũ, vbi hæc inquit.

Scotus. *Baſſolis.* *Rubionis.* *Lychetus.* *Tatheret.* *D. Thomas*

Digitized by Google

Cōrradus. Soncinas. Fonſeca. Suarez. Molina. Ocam. Grego. Arim. Gabriel.

Diuerſitas verò obiectorum ſecundum ſpeciem faciet diuerſitatem actuum ſecundũ ſpeciem, & per conſequens habituum. Et 6. Metaphyſicæ quæſt. 1. fol. 42. Ex Thomiſtis Conradus 1.2.q.54. art. 4. Sōcinas 6. metaphyſicæ, quæſt. 9. Ex Ieſuitis autem Fonſeca, lib. 5. Metaphyſicæ, cap. 7. quæſt. 5. ſect. 2. Suarez 2. tom. Metaphyſicæ diſp. 45. ſect. 11. num. 55. Molina, 1. p. quæſt. 1. art. 3. diſputat. 3. Ex Nominalibus Ocam. quæſt. 9. Prologi, Gregorius Ariminēſis, ibidem, quæſt. 3. Gabriel in eodem prologo, quæſt. 8. & in 3. diſtinct. 3. quæſt. 2. ac plures alij, qui omnes tenent Theologiam, & quamlibet aliā ſcientiam, eſſe qualitatem quamdam compoſitā ex pluribus habitibus ſpecie diſtinctis, non verò ſimplicem.

12. Vt autem huius ſententiæ, & totius controuerſiæ veritas magis, ac magis eluceſcat, primo obſeruare oportet, quod cum compoſitio opponatur ſimplicitati, tot modis dicitur compoſitio, quot, & ſimplicitas. Sumitur ergo ſimplicitas primo, prout omnem compoſitionem excludit: ſic Deus dicitur actus purus, & ſimpliciſsimus actus nullam compoſitionē, nec etiam metaphyſicam admittens. Secundo ſumitur, prout excludit cōpoſitionē phyſicā, & ſic admittit cōpoſitionem metaphyſicam tantum ex genere, ſcilicet, & differentia. Vt Albedo, quæ dicitur qualitas ſimplex, non quidem ſimplicitate oppoſita omni compoſitioni, quia eſt ens compoſitum metaphyſice ex genere, & differentia, ſcilicet, ex ratione communi coloris, vt ſic, & ex differentia ſpecifica, qua conſtituitur formaliter in eſſe albedinis: ſed dicitur ſimplex ſimplicitate oppoſita compoſitioni phyſicæ, quia quamuis albedo ſit forma phiſica, phiſice componens corpus albū, ipſa tamen in ſe non eſt phyſicè compoſita, ſed eſt phyſicè ſimplex. Sumitur præterea ſimplicitas, quatenus (quamuis compoſitionem phyſicam admittat) excludit nihilominus omnem complexionem: & ideò ſimplicitas hoc modo, idem eſt, quod incomplexio: Sic homo dicitur quoddā ens ſimplex, nam, & ſi componatur phyſicè ex corpore organico, & anima rationali; eo tamen quod ex dictis corpore, & anima, nō plures res, ſed vna tantum per ſe reſultat, quæ eſt homo, ideò abſolute eſt quid incomplexum, & hoc modo ſimplex dicitur. Et de compoſitis, ſeu ſimplicibus prædictis modis non procedit quæſtio. 13.

Sumitur ergo aliter ſimplicitas, ſecundum quod dicit vnitatem ſpecificā ſpeciei attomæ, & excludit omnem multiplicitatem rerū ſpecie differentium. Quo quidem modo quælibet res ſecundum ſuam vnitatem ſpecificam, quam habet, dicitur ſimplex: & ex conſequenti in prædicamento, & ſeriæ qualitatis, quælibet qualitas, in diſtincta ſpeciei attoma qualitatis, conſtituta, dicitur ſimplex qualitas. Per oppoſitum autem compoſitio, prout opponitur ſimplicitati hoc vltimo modo acceptæ ſumitur, quatenus cōnectit plura ſpecie attoma diſtincta, quamquam aliter ſint conuenientia: & ſic intra qualitatis Cathegoriam, illa compoſita qualitas dicetur, quæ plures qualitates ſpecie, ſaltim attoma, diſtinctas includit. Et de compoſitione, ſeu ſimplicitate, hoc modo conſideratis, præſens difficultas procedit.

Porrò ſecundo obſeruare oportet, quod ſcientia (vt optime Tatharētus aduertit) poteſt dupliciter intelligi. Primo, ſcilicet, ſumpta pro habitu vnius concluſionis demonſtratæ in vna ſcientia: vt in ſcientia de homine dicitur habitus vnius concluſionis, habitualis notitia iſtius, v.g. homo eſt riſibilis, & hanc, non eſt dubium, eſſe ſcientiam, quia eſt habitus concluſionis neceſſariæ, & euidenter ex euidentibus principijs illatæ. Secundo autem modo ſumitur pro aggregatione multorum habituum plurium concluſionum in tali ſcientia demonſtratarum: vt collectio dicti habitus, quo ſcio hominem eſſe riſibilem, & illius, quo ſcio hominem eſſe capacem diſciplinæ, & illius, quo ſcio hominem eſſe flebilem, & ſimilium. Non ergo vertitur in dubium, an Theologia, ſeu ſcientia primo modo conſiderata, ſit qualitas ſimplex? Certum eſt etenim; 14.

prout

prout ſic nullatenus compoſitam eſ-
ſe:non enim plures concluſiones ſpe
cie diſtinctas reſpicit tanquam obie-
ctum,ſed vnam tãtum. Quod autem
controuertitur eſt,an iſta aggregatio
habituum plurium cõcluſionum,qua
litas compoſita ſit,an ſimplex? Quod
idem. eſt ac ſi quæramus,verum dicta
collectio,ſeu aggregatio,ſit aggrega-
tio habituũ ſpecie diſtinctorum; ita-
quod iam acquiſito habitu primæ cõ
cluſionis,adueniente notitia ſecundę
concluſionis,generetur nouus habi-
tus diſtinctus ſpecie ab habitu pręexi
ſtente primæ concluſionis; an verò
non generetur nouus & diſtinctus ha
bitus,ſed ipſe præexiſtens,adueniente
te notitia ſecundæ concluſionis, ma-
15. gis perficiatur, & intendatur? & in
hoc tota nititur controuerſia.

Obſeruandum eſt inſuper tertio,
hanc aggregationem habituũ adhuc
dupliciter poſſe conſiderari: primo
inordinate,ita quod vnius ad alterũ,
aut ipſorum ab obiectum, nullus ſit
ordo,aut habitudo, neque aliqua de-
pendentia: & hoc contingit, quando
concluſiones, quæ per tales habitus
ſciũtur,diſparatæ & in ordinatæ ſunt:
ſic ſe habent habitus,quo ſcio conclu
ſionem theologicam, & habitus,quo
ſcio concluſionem phyloſophicam,
& habitus, quo ſcio cõcluſionem ma
thematicam,quorum neuter depen-
det ab altero,nec omnes ab vno obie
cto.Secũdo verò modo accipitur or-
dinate, quatenus,videlicet,cõcluſio
nes in dictis habitib⁹ ſcitę, & cognitæ,
ſunt inter ſe connexe, & coordinatæ,
ac concadenatæ, & per conſequens
aggregatio habituũ talium cõcluſio-
num,connexionem & concadenatio
nẽ importat inter ipſoſmet habitus.
De aggregatione ergo habituũ in hac
ſecunda conſideratione inquirimus:
cum enim ſacram Theologiam,quali
tatem compoſitam eſſe intendamus,
non ſufficit diſtinctionem ſpecificã
habituum ipſius demonſtrare: ſed in
ſuper neceſſum eſt,ipſorum habituũ
ſpecie diſtinctorum compoſitionem,
& concadenationẽ oſtendere,vt con
ſtet, non ſolum eſſe ſcientiam com-
poſitam,ſed etiam vnicam, & vnam
compoſitam qualitatem. 16.

Hæc autem compoſitio,ſeu conca
denatio,quæ reperitur inter habitus
ſimplices componentes vnam ſcien-
tiam, ſtat dupliciter? Duplex nam-
q; inter illos coordinatio reperitur:
prima dicitur cauſatiua, ſeu cauſalis,
quæ reperitur inter plures habitus
plurium concluſionum,quarum vna
deriuatur: & cauſatur ex alia, quem *S.Thom.*
coordinationis modũ tetigit Diuus *Soncinas.*
Thomas 1.2.quæſt.54.art.4,ad tertiũ; *Suarez.*
ac etiam Soncinas vbi ſupra ipſum
adeptus eſt,& ſequitur Suarez num.
63.vbi ponit e emplũ in moralibus,
eo quod ſicut vnus actus conſtituitur
ex interno, & externo, & externus
cauſatur,& deriuatur ex interno,etiã
vna virtus ex habitibus exiſtentibus
in diuerſis potentijs,quarum vna ſub
eſt alteri quoad vſum talis actus, vt fi
des ſubeſt voluntati: ſic vna totalis
ſcientia conſtituitur ex habitibus par
tialibus diſtinctarum concluſionum,
quarum vna ex alia deriuatur. Hæc
ergo coordinatio cauſalis eſt, quam
ordinem cauſalem vocat Soncinas,
& Suarez ſubordinationem effecti-
uam appellat.Sed iam ſecunda coor-
dinatio dicitur attributiua, ſeu vni- *Tatbar.*
tas ordinis,vt eam appellat Thatare-
tus quæſt.1. proœm. dubio 4. & hæc
conſiſtit in reſpectu ad obiectum to-
tale,quatenus ſcilicet,omnes conclu
ſiones per ſupradictos habitus cogni
tæ ad vnummet obiectum totale ordi
nantur,& tribuuntur: quam coordi-
nationem, & vnitatem in ſinuauit
Scotus loco ſupra citato, quatenus
vnitatem ſcientiæ plurium habituũ
ex ordine ad vnum obiectum totale
deſumendã eſſe affirmat: dictę igitur
duæ coordinationes, cauſalis videli-
cet,& attributiua, poſſunt ad ſcien-
tiam concurrere: exempli cauſa: in
ſcientia de homine queunt de homi-
ne demõſtrari nõnullæ cõcluſiones,
ita inter ſe connexe cauſaliter,vt vna
deriuetur ex alia: & inter iſtas dicatur
cauſalitatis cõcadenatio intercedere,
vel ſecundo demonſtrari poſſunt plu
res concluſiones ad inuicem indepẽ-
dentes,ita quod quamuis ab eadem-
met hominis totali eſſentia deriuen-

 tur,

tur, non tamen vna concluſio cauſe-
tur ex alia; ſicut plures lineæ inter ſe
diuerſæ, & quarum neutra deriuatur
ex altera, ab ipſo met puncto, in quo
radicantur, profluunt, & dimanant:
ſic plures veritates continentur radi-
caliter, & virtualiter in obiecto, qua-
rum vna non cauſatur ex altera, ſed
omnes tantum ab eodem obiecto de-
riuantur.

Nunc ergo eſt difficultas, verum
17. hæc vtraque coordinatio ad compo-
ſitionem ſcientiæ requiratur, nec ne?
Soncinas vbi ſupra, poſtquam aſſerit,
quod prædictæ ſpecies, ſeu habitus,
non habent rationem ſcientiæ, niſi in
quantum ſunt coordinatæ, ſubdit:
quod talis ordo eſt cauſalis; quia intel
lectus prius cauſat in ſe notitiam, ſi-
ue ſpeciem, aut habitum primę con-
cluſionis, & ea mediante, cauſat ſpe-
ciem ſecundę, & ſic ordinatè cauſat
vſque ad finem. Quibus verbis vide-
tur docere, ad rationem compoſitio-
nis ſcientię neceſſariò prerequiri cau
ſalem ordinem. Sed mehercle in hoc
perperam ſicit Soncinas: cum enim
in qualibet ſcientia quam plurimę ve
ritates demonſtrentur, quarum vna
minime pendet ex altera, non eſt cur
vna mediante, altera cognoſcatur: &
conſequenter talis ordo cauſalis non
eſt ſimpliciter neceſſarius ad compo
ſitionem ſcientiæ. Nam hæc conclu-
ſio, homo eſt capax diſciplinę, non
cognoſcitur, mediante iſta, homo eſt
riſibilis, nec è conuerſo; & tamen v-
traque ad ſcientiam de homine ſpe-
ctare certum eſt.

Teneo ergo, non tantum eas con-
18. cluſiones, quæ circa idem obiectum,
quaſi continuato diſcurſu, & ordine
cauſalitatis inferuntur, ſed etiam eas,
quæ nullum ordinem cauſalem inter
ſe ſeruant, dummodo tamen in eadē
eſſentia obiecti eiuſdem radicentur,
& ad illud exacte cognoſcendum or-
dinentur, vnam ſcientiam compoſi-
tam conſtituere: quæ dicetur habere
vnitatem per attributionem, ſeu ha-
bitudinem ad vnum ſubiectum. Quā
uis etenim in Phyſica verbi gratia a-
liæ demonſtrationes fiant de materia
prima, aliæ de forma ſubſtantiali, aliæ
de motu, & aliæ de quantitate &c.
quarum plures non ſeruant interſe
coordinationem cauſalem: eo nihilo
minus quod tendunt ad exactam cog
nitionem vnius obiecti, videlicet, ſub
ſtantię corporeæ, ſeu entis naturalis;
vnam totalem componūt ſcientiam.
Quæ doctrina conformis eſt literæ
Scoti, & ſententiæ Tathareti, ac Gre-
gorij, qui omnem ordinem habituum *Tatharet.*
partialium vnam totalem ſcientiam *Gregor*
componentium, in ordine, & habitu-
dine ipſorum ad obiectum totale, &
commune conſtituunt. Nam ſicut
partes, vel proprietates, nō ſunt prop
ter ſe, ſed propter totum: ita omnes
demonſtrationes, quæ circa partes,
vel proprietates (quatenus partes, ſeu
proprietates ſunt) verſantur, tendunt
ad conſtituendam ſcientiam totalem
ipſius obiecti: & hoc eſt, quod com-
muniter dicitur ex Ariſtotele ſecun-
do de anima textu 33. quod ſcientia à
ſuo obiecto accipit vnitatem. Verum *Ariſtotel.*
eſt attamen, quod habitus ipſi, qui
partialiter ad hanc ſcientiam totalem
conſtituendam concurrunt (vt egre-
gie notauit Suarez, num. 69.) quam-
uis in ordine ad totalem ſciētiam par- *Suarez.*
tes, ac partiales habitus dicantur; ni-
hilòminus tamen ex ſe, & abſolutè cō
ſiderati, vnuſquiſque integer, & tota-
lis habitus eſt, ac integra ſpecies qua-
litatis. Vnde in ipſis datur extēſiuum
augmentum per additionem nouæ
qualitatis ſpecie diſtinctæ: & ſic ex
pluribus qualitatibus ſpecie differen-
tibus inter ſe attributiue, vel etiam
cauſaliter, & attributiue ſimul coor-
dinatis, fit hoc genus augmenti.

Demum circa pleniorem difficul
tatis claritatem quarto obſeruandum
eſt, quod cum diſtinctio ſpecifica ha- 19.
bituum concadenatorum ſumatur
ex diſtinctione ſpecifica concluſio-
num, quas conſiderant, operæ pretiū
erit ſcire, quænam concluſiones de
eodem obiecto demonſtrabiles, ſeu
demonſtratæ differant ſpecie? Ad cu
ius intelligentiam aduerto, quod con
cluſio accipit ſuam vnitatem ſpecifi-
cam à terminis, quibus conſtat. Cum
enim concluſio ſit quid complexum
conſtans prædicato, ſubiecto, & co-
pula,

pti, ab extremis, ſcilicet, à ſubiecto, & prædicato, accipit ſuam ſpecificã vnitatem; & ex conſequenti ab ipſis ſumit ſuam ſpecificam diſtinctionẽ, qua diſtinguitur ab alia non tali: vnde de primo ad vltimum, vnitas, ſeu diſtinctio ſpecifica habituum intellectualium ſumenda eſt ab vnitate, ſeu diſtinctione ſpecifica extremorum, quibus conſtant concluſiones, quas dicti habitus reſpiciunt, & conſiderant. Cum autem extrema, quibus conſtant concluſiones, quas dicti habitus reſpiciũt, ſint ſubiectum, & proprietas (quia ſcientia eſt de ſubiecto & proprietate, ſecundum quod ſunt connexa) hinc ad diſtinctionem ſpecificam concluſionum, inueſtigãda eſt diſtinctio ſpecifica proprietatum inter ſe, à ſubiecto, de quo eſt ſcientia, tanquam a radice dimanantium.

20. Eſt ergo præmeditandũ, quod ſubiectum, circa quod aliqua ſciẽtia verſatur, bifariã accipi poteſt: vel enim eſt commune ſecundum vnitatem genericam, vel ſecundum vnitatem ſpecificam. Scientia etenim de animali eſt de obiecto primo modo conſiderato: ſcientia vero de homine eſt de obiecto in ſecunda acceptione: nam ſub ſcientia de animali omnes ſpecies animalis includuntur, quatenus eidemmet obiecto communi ſubſunt. Sub ſcientia vero de homine, tantum formaliter includitur ipſe homo: quamquam de illo diuerſę poſſint demonſtrari concluſiones, iuxta diuerſas proprietates, quę radicantur in ipſo, cum igitur concluſio, de qua eſt ſcientia, conſtet ſubiecto, & proprietate, & à dictis extremis (vt notatum eſt) debeat ſuam vnitatem ſpecificam ſumere: hinc rurſus eſt prænotandum quod poſſunt eſſe concluſiones in quadruplici differẽtia: primo, ſcilicet, de ſubiectis, ac etiam de proprietatibus diſtinctis ſpecie, vt exempli cauſa, in ſcientia animalis, hæc duæ cõcluſiones conſtant ſubiectis, & proprietatibus ſpecie diſtinctis. nẽpe, *homo eſt riſibilis*, *equs eſt inhibilis*. Habitus ergo iſtarum concluſionum diſtinctarum ſubiectis, & prædicatis, pertinẽt ad ſcientiam animalis. Secũdo poſſunt eſſe concluſiones de eodem ſubiecto, & eadem proprietate ſpecie, vt iſta concluſio, *homo eſt riſibilis* in indiuiduis repetita, dicendo: iſte homo eſt riſibilis, & iſte: in quibus concluſionibus reperitur vnitas ſpecifica, & diſtinctio tantum numerica ſubiecti, & proprietatis. Poſſunt tertio eſſe concluſiones de diſtinctis proprietatibus, & de eodem ſubiecto, vt luti, hæ duæ concluſiones de eodem homine demonſtratę, vt pote *homo eſt riſibilis*, *homo eſt capax diſciplinæ*. Vel tandem 4 eſſe poſſunt concluſiones de diſtinctis ſubiectis ſpecie, & de eadem proprietate, vt hę concluſiones, *homo eſt iraſcibilis*, *Leo eſt iraſcibilis*.

Quibus animaduerſis, dicendum eſt: quod concluſiones conſideratæ primo modo ſunt diſtinctæ ſpecie; quia cum accipiant diſtinctionem, aut vnitatem ab extremis, quibus conſtãt, hinc eſt, quod cum extrema ſint ſpecie diſtincta, concluſiones quoque diuerſificantur ſpecie; ac per cõſequens habitus talium concluſionum ſpecie ſunt diſtincti: concluſiones autem ſecundo modò conſideratę non diſtinguuntur ſpecie, ſed numero tantum; nec generant habitus diſtinctos, ſed tantum vnicum ad plures actus eiuſdem rationis inclinantem. De concluſionibus vero tertio, & quarto modo acceptis poteſt dubium eſſe: quia res eſt non ita perſpicua, ſicut de alijs: ſed nihilominus dicendum arbitror, concluſiones quoque ſpecie eſſe diſtinctas. Cuius fundamentum eſſe poteſt: quod cum cõcluſio ſequatur in omnibus partem debiliorem: & inter diſtinctionem, & vnitatem, debilior abſque dubio pars ſit diſtinctio. conſequenter poterit affirmari dictas concluſiones ſequi diſtinctionem ſpecificam vnius extremi, & non vnitatem alterius, ac proinde concluſiones de eodem obiecto, & diſtinctis ſpecie proprietatibus, eſſe diſtinctas ſpecie. Quod idẽ dicendum erit de concluſionibus de eadem proprietate, & obiectis ſpecie diſtinctis. 21.

Sed ſuper eſt ventilandum, an proprietates, 22.

prietates, quæ in eodem ſpecie ſub-
iectò prædicantur, ab ipſoque dima-
nant, ſint interſe, ſeu ab ipſo met ſub
iecto ſpecie diſtinctæ. Quod dubium
non parui ponderis eſt; ipſum tamen
breuiuſque potuero, & compendio-
ſius reſoluam, obſeruando vltimo,
certum eſſe in via Scoti; proprieta-
tes, ſeu proprias paſsiones cum ſuis
ſubiectis realiter idem eſſe: ac prop-
terea realiter reducendas eſſe ad ſpe-
cies, & Cathegorias ſubiectorum ſuo
rum. Sicque riſibile, diſciplinabile,
flebile, & cæteræ proprietates homi-
nis, realiter reductiue ad eandem ſpe
ciem hominis, cum quo identifican-
tur, ſpectant. Et per conſequens, ip-
ſæ proprietates interſe ad inuicem
ſunt res eadem, propter identitatem
realem, qua cum ſubiecto identifican
tur. Quia quæ ſunt eadem vni tertio,
ſunt eadem interſe, ea ſaltim ratione,
qua in tali tertio ſunt eadem. Et in
hoc nullus Scoti aſſecla ſanè poterit
dubitare: nec etiam dubitare poterit,
eandem met rem formaliter diſtin-
ctam poſſe diſtinctas ſpecies conſti-
tuere: nam ſecundum probabilem
Thomiſtarum ſententiam, actio, &
paſsio, quæ diſtincta conſtituunt præ
dicamenta, & pluſquam ſpecie diffe-
runt, (ſi quidem duo genera genera-
liſsima diſtinguunt) ſunt idem reali-
ter motus: conſequenter ex eo quod
ſecundum Scotum proprietates in-
ter ſe, & cum ſubiecto identificantur
realiter, nō erit difficile aſſerere pro-
prietates ipſas interſe ad inuicem di-
uerſificari ſpecie.

Erit nihilominus minus difficile
hoc idem in Thomiſtarum Schola aſ-
ſere, nam ipſi exiſtimant proprieta-
23. tes à ſubiecto realiter eſſe diſtinctas,
ac per conſequens concedunt, poſ-
ſe Deum illas à ſubiecto ſeparare: &
ex conſequenti hominem abſque ri-
ſibilitate creare, manente eadem ho-
minis ſpecie, quæ nūc eſt. Ex quibus
iuxta eorum ſententiam ſic argumen
tor: deſtructa riſibilitate, v.g. manet
homo in eadē ſpecie, in qua nunc eſt:
ergo riſibile aliam ſpeciem diſtinctā
ab homine conſtituit. Conſequen-
tia patet, nam riſibile eſt eſſentialiter
& formaliter ens (ſecundum ipſos) er
go neceſſariò debet eſſe in aliqua de-
terminata ſpecie. Tum ſic, ſed riſibi-
le non conſtituit eādem ſpeciem cū
homine, formaliter loquendo: quia
adhuc ſublato ipſo riſibili, manet ho-
mo ſecundum eandem rationem to-
talem ſpecificam, quam nunc impor
tat: ergo riſibile aliam ſpeciem diſtin-
ctam ab homine conſtituit: & ſic pro
culdubio ex Diui Thomæ ſententia
paſsiones ſpecie differunt à ſubiecto.
Quod autem ipſæ interſe ad inuicem
differant, facilius demonſtratur: nam
ſi poteſt Deus hominem abſque ſuis
proprietatibus condere: non minori
ratione poterit ipſum cum quibuſdā
proprietatibus, ſine alijs creare: vt ſi
v.g. crearet hominē cum riſibilitate,
quin attamen eſſet capax diſciplinæ:
nam vt docet Scotus in 2. diſt. 1.q.1.
art. 3. quando vna cauſa habet duos
effectus ſibi ſubordinatos, quorum Scotus.
neuter eſt cauſa alterius, quodlibet
eorum ſublato, alter poterit remane-
re, & eſſe ab eadem cauſa, & cum ſub
iectum ſit cauſa ſuarum paſsionum, &
inter paſsiones ipſas, vna non ſit cau-
ſa alterius, hinc eſt, quod deſtructa v-
na, altera remanere poterit: ergo paſ-
ſiones, ſeu proprietates hominis, aut
cuiuſcumque ſubiecti, ſunt ad inuicē
ſeparabiles: ergo diſtinguuntur ſpe-
cie. Patet conſequentia, quia vnitas
ſpecifica cum tali ſeparatione repug
nat: in indiuiſibili enim conſiſtit, lo-
quendo de indiuiſibilitate eiuſdem ra
tionis.

Ex dictis colligo, quod ſecūdū Tho-
miſtas de eodē ſpecie ſubiecto verifi-
cātur quā plurimæ paſsiones ſpecie di 24.
ſtinctæ, loquēdo de diſtinctione ſpeci
fica; quæ diſtinctionem formalem ex
natura rei conſequitur. Quodquidem
nō contradicit ſententiæ Doctoris. Quā
uis etenim (vt dictū eſt) ſecūdū ipſum
paſsiones propriæ, ſeu proprietates,
identificentur realiter cū ſubiecto, ac
interſe ad inuicē; diuerſificātur nihilo
minus formaliter ex natura rei: & hæc
formalis diſtinctio ſumitur à diſtinctis
quidditatibus, & diſtinctis diffinitioni
bus, ac diffinibilibus. At vbi ſunt di-
ſtinctæ, quidditates, & diſtinctæ diffi-
nitio-

nitiones interuenit diſtinctio ſpecifica: ergo abſque dubio etiam in via Scoti, proprietates, ſeu propriæ paſſiones, inter ſe adinuicem, & à ſubiecto, ſpecie diſtinguuntur.

---

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

25. *1. concluſ.* HIS ergo præhabitis, difficultatem concludendo, dico primo: quod tot ſunt habitus ſpecie diſtincti in Theologia, & in qualibet alia ſcientia, quot concluſiones ſpecie diſtinctæ ſunt demonſtratæ in illa. Hāc cōcluſionem expreſsis verbis tenet Doctor ſubtilis, vt patuit in eius litera, atque omnes Doctores allegati pro ipſius ſententia, quæ probatur primo: quoniam idem met habitus ſpecie ad eoſdem met actus inclinat: & per conſequens ab eodem habitu ſpecie non poſſunt, niſi eidem actus ſpecie elicitiue prodire. Sed habitus diſtinctarū concluſionum demonſtratarū in diſtinctos actus ſpecie inclināt in Theologia: ergo tot ſunt in Theologia habitus (& in qualibet ſcientia) ſpecie diſtincti, quot fuerint concluſiones demonſtratę in ipſa. Maior manifeſta eſt, nam habitus diſtinguūtur per actus: ergo actus ſpecie diſtincti inferūt quoque habitus ſpecie diuerſos. Minoré vero euidenter oſtendo, nā habitus concluſionum in materia de Trinitate deductarum ex principijs de Trinitate creditis, nō inclinant ad actus pertinentes ad materiā de peccatis, nec ad concluſiones deductas ex principijs circa talem materiā creditis, nec è conuerſo: alias enim quilibet Theologus in vna materia Theologiæ pronectus ad cæteras eſſet habilis & habitus acquiſitus, v.g. in materia de Angelis ad omnes actus theologicus circa vniuerſas Theologiæ materias inclinaret: quod eſt nimis abſurdum, & ridiculum: ergo habitus diſtinctarum concluſionum demonſtratarum in diſtinctos ſpecie actus inclināt: & non poſſunt diſtincti ſpecie actus prodire, niſi à diſtinctis habitibus.

Confirmatur idem argumentum in ſcientia de homine: nam qui habet habitum huius cōcluſionis, homo eſt riſibilis, nō ex eo præciſe poterit exercere actum circa hāc concluſionem, homo eſt diſciplinabilis. 26.

Reſpondebis forſan, ex inde nō inferri diſtinctionem ſpecificam in habitu, ſed maiorem, vel minorem perfectionem: qui enim plures cōcluſiones cognoſcit, perfectiorem continet habitum: & ideo ad prorrumpendum in plures veritates illius ſcientię pronior, & perfectior eſt. Quē modum reſpondendi ſumunt Thomiſtæ ex Diuo Thoma 1.2 q. 54. art. 4, ſolution. ad tertium. Hæc tamen ſolutio eſt manifeſta fuga, & ideo cōtra eam ſic inſto: nam in his, quæ tantum differūt veluti perfectum, & imperfectū, quod poteſt forma perfecta, poteſt etiam forma imperfecta, quamuis intēſius, & remiſsius ſe habeant (quod enim poteſt calor perfectus, nempè calefacere, poterit quoque calor imperfectus) ſed non quidquid poteſt Theologia, ſecundum quod totam amplectitur facultaté, poteſt habitus theologicus, quo ſcimus concluſiones deductas ex principijs creditis circa materiam Trinitatis: ergo habitus, qui complectitur totam Theologiam, & illæ, qui tantum verſatur circa materiam Trinitatis, non ſe habent, nec differunt tantum ſicut perfectum, & imperfectum. 27. *Solutio quorumdā & eius impugnatio.*

Cayetanus vero 1.2. quæſt. 54. art. 4. hanc intendit ſoluere rationē, prænotando, quod formæ ſunt induplici differentia: quędam etenim ſunt omogeneæ, vt eſt forma ignis, & aliorum elementorum: aliæ autem eterogeneæ, vt forma cuiuslibet viuentis, v.g. hominis: hęc ergo eſt differentia inter has formas, quod omogeneæ poſſunt idē præſtare, & ſic quod præſtat perfecta, præſtat etiam imperfecta, ac proinde 28. *Solutio Caietan.*

proinde forma imperfecta ignis ſiccat, & calefacit, ſicut & forma perfecta; quamuis ſaltem remiſsius: inter formas verò eterngeneas, non quidquid poteſt perfecta, poteſt & imperfecta; poteſt enim homo perfectus alium ſibi ſimilem generare: non tamen id poteſt præſtare paruulus. Ita in propoſito, cum Theologia ſit quædam forma eterogenea continens in ſe plures tractatus, non idem poterit præſtare Theologia imperfecta, quod præſtat perfecta. Hac etiam ſolutione vtitur Maſsius; vt propoſitũ argumentum ſoluat.

29. *Impugnatio ſolutionis Cayet.* Verum enim verò reſponſio hæc nec argumenti vim ſoluit, nec ipſum infirmat. Nam principium generationis in homine, ſeu in qualibet alia ſpecie animalis, cõſiſtit in indiuiſibili, ac propterea eadem prorſus ratio principij reperitur in puero, quam in homine. Sunt tamen quædam principia in pueris, quæ vt in actum ſecundum prorrumpant, neceſſarium eſt, vt aliqua impedimenta amoueantur ab ipſis: alia vero, quæ indigent appoſitione alicuius extrinſeci; ſine cuius adminiculo id præſtare nõ poſſunt. Primi generis eſt principium diſcurrendi, & raciocinandi: quod quidem indiuiſibiliter in omnibus naturæ humanæ indiuiduis ab intrinſeco idem eſt, ob tamen organorum repagula, & impedimenta, non poteſt actus rationis exercere, quouſque ad veniẽte ætate, talia impedimẽta amoueantur: amotis tamen ipſis, exercet opera rationis, & non per aliquod principium intrinſecum de nouo ſibi adueniens, ſed per idem, quod ſibi à natiuitate cõnaturale eſt. Secundi autẽ generis eſt generatio actiua, nam cũ potentia generandi, quæ ex parte viri eſt generationis principium, ob deffectum virium non poſsit in actualem generationem prorrumpere, indiget quidem viribus, quibus corroboretur potentia. Talis tamen appoſitio virium non extrahit principium generãdi à ſua ratione formali, nec illi præſtat facultatem, quam antea non habebat: nihil enim intrinſecum in principio generandi producit, nec influit, quo in ratione formali talis principij generatiui poſsit nunc præſtare, quod antea non poterat: ſed eſt quædam conditio, ſine qua non, qua indiget generans ad generandum: & hæc non tantum in paruulo, ſed etiam in vno perfectæ ætatis ſæpiſsime deficit.

30. Ratio ergo, obquam ſolutiò Cayetani argumentum non ſoluit, ſumitur a diſparitate cauſæ: nam Theologia, & quilibet habitus vnius cõcluſionis, inclinat in actum ſibi ſimilem, ſcilicet, in actum cognoſcendi concluſionem eandem, quam habitus habitualiter repræſentat. Et ſi inde nullius alterius concluſionis ſpecie diſtinctæ notitia acquiratur, non poterit quis per talem habitum in actum alterius concluſionis ſpecie diſtinctæ prorrumpere, quantumuis in tali præexiſtente habitu corroboretur; & ſit perfectus: ac propterea datur, quod habitus vnius concluſionis poteſt ad ſuum actum, non tamen ad alium: & acquiſita alia concluſione, ſimiliter poteſt habitus talis concluſionis ad actum illius, & non ad alium, & ſic de ſingulis. Ita quod eſt vniuerſaliter verum, quod habitus quicumque tantummodo poteſt in actum cognoſcitiuum eiuſdem concluſionis, quam habitus habitualiter repreſentat: at vero principium generandi in paruulo ad nihil poteſt, nec etiam in viro eneruato & imbecilli: ſed ſemper in quolibet potente generare vnum met poteſt, & ad vnum met actum generationis inclinat. Vt autem inſtantia Cayetani ſolueret argumentum, in exemplò propoſito verificandum erat, quod principium generandi in paruulo poteſt ad vnum actum, & adueniente perfectione ætatis, & roboris virium, poteſt ad alium actum diſtinctum: ſicut habitus vnius concluſionis (ſecundum illos) poteſt ad eius actum, & acquiſita alia noua concluſione, poteſt ad alium nouum actum ſpecie diſtinctum: dicere ergo, quod principiũ generationis non poteſt in puero generare, bene tamen in viro perfectæ ætatis, non eſt ponere duos actus diſtinctos reſpectu eiuſdem principij, & formæ, ſicut contingit in ſcientia:

ſed

Digitized by Google

ſed eſt ponere vnum actum in vno, & priuationem eiuſdem actus in altero, quod non eſt ad propoſitum.

31. *Solutio Capreoli, & eius impugnatio.* Capreolus autem, alia non minus friuola imaginatione, prædictum argumentum, ſeu aliud ſimile ſoluere laborat. Ait enim: quod cauſæ eiuſdem ſpeciei non poſſunt ſemper producere ſimiles effectus: & ponit exēplum in viro & fœmina, qui ſunt eiuſdem ſpeciei, cæterum calor in fœmina conuertit partem alimenti in lac, hoc tamē minime in viro efficit. Sed hanc ſolutionem merito reijcit Zumel 1.part.quæſt.1.art.3. & ſui commenti quæſt.1. ſolut. ad ſecundum, poſtque multis rationibus confutari ſed nunc ex eo facile impugnatur; quia ſicut calor Solis, aut ignis, operatur iuxta conditiones ſubiecti, experientia etenim conſtat, quod ceram liquefacit, & lutum indurat, cum ſit vnus & idem calor: ſic cum conditiones, & diſpoſitiones fœminæ, & viri, in aliquibus ſint diuerſæ (nam fœminis pręſtauit natura eſſe prolis nutrices, & conſequenter ad nutriendum lac illis præſtare debet) non inconuenit, quod calor naturalis diuerſos in illis præſtet effectus. At argumentum noſtrum procedit de cauſa reſpectu eiuſdem ſubiecti, videlicet, reſpectu eiuſdemmet numero intellectus. *Zumel.*

32. *Solutio Zumel.* Zumel vero, prædicta Capreoli ſolutione iure optimo non admiſſa, reſpondet concedendo, quod habitus vnius ſpeciei idē præſtare poteſt (nobiſcum ergo in hac re clara & perſpicua non conuenire non poteſt) ac ideo quod ab eadem cauſa idem profluunt effectus, concedit. Sed hoc admiſſo principio, miror tantum virum (alias doctiſsimum) aſſerere, quod qui ſcit quatuor concluſiones, habet eundem prorſus habitum, quem habet ille qui ſcit mille concluſiones. ac quod habitus quatuor concluſionum poteſt idem, quod poteſt habitus millium concluſionum: hoc enim modo citata quæſtione ſolut. ad ſecundum reſpondet: ſed addit, quod profecto tunc poteſt, quando pręſto ſunt reliqua, quæ ſunt neceſſaria ad aſſenſum circa milleſsimam concluſionem. Et ſi quæras ab illo, quænam ſint iſta neceſſaria? reſpondet, quod ſunt ſpecies intelligibiles, medium, & diſcurſus demonſtratiuus.

33. *Impugnatio prædictæ ſolutionis.* Sed profecto hic modus reſpondendi etiam arbitrarius eſt: nam ille nouus diſcurſus, & ſpecies intelligibiles, & cætera, quę ait iſte Auctor eſſe requiſita, ſufficiunt ad generandā vbique ſcientiam de nouo, & non ad perficiendam præexiſtentem: & ideo ſi tunc acquiſita notitia nouæ concluſionis per hæc omnia requiſita poteſt intellectus ad aſſenſum talis concluſionis, ad quem non poterat ante per habitum præexiſtentem: ſignum eſt, quod talis aſſenſus effectiue procedit ab habitu concluſionis de nouo acquiſito, & non a præexiſtente: nam poſito tantum præexiſtente, non poteſt intellectus in aſſenſum ſequentis concluſionis; poſito autem habitu ſequentis concluſionis poteſt in eius aſſenſum: ergo talis aſſenſus procedit ab habitu ſequentis concluſionis, & non a præcedente: dicere igitur, quod demonſtratio primæ concluſionis generat habitum, & quod ſubſequentes ipſum perficiunt, eſt ab omni Phyloſophia alienum: nam perfectio eſt augmentum per gradus, & non per formas diſtinctas ſpecie; calor enim vt quatuor calefacit imperfecte: calor vero vt octo calefacit perfecte: iſtius tamen caloris vt octo nō eſt alius effectus diſtinctus ab effectu caloris vt quatuor, ſed ſecundum gradū perfectiorē eſt idē ſpecie effectus, ſiquidem vtriuſque caloris effectus eſt calefacere: at vero ſi tu admittis, quod cauſa vnius ſpeciei poteſt idem præſtare (quod in vniuerſum negauerat Cayetanus, & Capreolus, quem tu non ſequeris) conſequenter debes concedere, quod habitus quatuor cōcluſionum idē poteſt præſtare, quod præſtat habitus millium concluſionum: & ex conſequenti, quod actus aſſentiendi quartæ concluſioni, & actus aſſentiēdi milleſimæ cōcluſioni, tantum differunt, ſicut calefactiones, quæ proueniunt à caloribus vt quatuor

tuor, & vt octo, & per conſequens teneris concedere, quod tales aſſenſus differunt, ſicut perfectum, & imperfectum; ſed tunc non eſt maior ratio, ob quam vnus aſſenſus ſit imperfectior altero: quia idem actus aſſentiendi milleſimæ concluſioni potuit eſſe aſſenſus primæ concluſionis, ſi illa concluſio, quæ in ordine eſt milleſima, prius acquireretur, quam cæteræ: & tunc eſſet ſecũdum tuam ſententiam imperfectior ille aſſenſus, qui nunc eſt perfectior. Quod idem phyloſophandum eſt de cæteris concluſionibus: cum non omnes dependenter, & cauſaliter ad inuicem ſe habeant, ſed tantum attributiue, vt dictum eſt. Hæc tamen omnia male concedes: ergo male concedis, quod cauſa eiuſdem ſpeciei idem præſtare poteſt: vel hoc conceſſo principio, neceſſario fateri debes, huiuſmodi diſtinctos aſſenſus à diſtinctis ſpecie habitibus prouenire.

---

§. 4.

Probatur iterum prædicta concluſio, & aliæ tres concluſiones ſtatuuntur.

34. PROBATVR in ſuper ſecundo noſtra concluſio, & conſtituantur duo homines v.g. Franciſcus, & Antonius. Franciſcus tantum nouit decem concluſiones theologicas: Antonius vero nouit centum. Tunc quæro, vel habitus Frãciſci & Antonij differunt ſpecie, vel non? Si ſic, habeo intentum: quia cum accidens (etiam ſecundum Thomiſtas) non ſumat ſuam diſtinctionem ſpecificam à ſubiectis, ſed à ſua propriſsima, & eſſentiali differentia, idẽ iudicandum eſt, ac ſi omnes dictæ cõcluſiones ſimul eſſent habitualiter cognitæ ab Antonio: ſi tamen non diſtinguuntur ſpecie, ſequitur, quod Franciſcus per ſuum habitum Theologiæ poteſt producere aſſenſum circa centeſimam concluſionem: quod à nemine conceditur. Sequella tamẽ probatur: nam vt aduerſarij etiam cõcedunt, cauſæ eiuſdẽ ſpeciei poſſunt producere ſimiles effectus.

35. Demum, poterit eadem concluſio tertio confirmari: quoniam implicat contradictionem, quod idem met habitus ſpecie ſit verus, & erroneus: ergo implicat, quod habitus diuerſarũ concluſionum ſint eiuſdem ſpeciei. Antecedens eſt certum, conſequentia probatur: nam poteſt quis habere aſſenſum erroneum circa vnam concluſionem theologicam, & verum circa alteram in eadem ſcientia Theologiæ: ſed aſſenſus erroneus generat habitum erroneum, & aſſenſus verus generat habitum verum: ergo implicat, quod habitus diuerſarum concluſionum ſint eiuſdem ſpeciei.

36. De inceps probatur quarto hæc eadem concluſio: nam vbi ſunt demonſtrationes ſpecie diſtinctæ, ſunt habitus ſcientifici ſpecie diſtincti: ſed in Theologia ſunt plures demonſtrationes ſpecie diſtinctæ: ergo in Theologia ſunt plures habitus ſpecie diſtincti: maior eſt nota, quia ſicut ſe habet demonſtratio ad ſcientiam, ſic diſtinctæ demonſtrationes, ad diſtinctas ſcientias: ergo cum demonſtratio generet ſcientiam, conſequenter diſtinctæ demonſtrationes ſpecie generabunt diſtinctos habitus ſcientiæ ſpecie. Illa autem minor, in qua eſt difficultas, ſic probatur à Soncinate 6. Metaphyſicæ, quæſt. 8. probatione 2. 2. concluſionis: diſtinctio, & vnitas ſpecifica demonſtrationum, ſumitur ex vnitate, ſeu diſtinctione ſpecifica principiorum: ſed diſtinctio, aut vnitas ſpecifica principiorum ex vnitate ſeu diſtinctione ſpecifica obiecti ſumitur; eo quod ratio formalis obiecti, ſcilicet, ipſa diffinitio, eſt principiũ: ergo cum in Theologia ſint diſtincta obiecta ſpecie, vt patet de diuerſis cõcluſionibus in materijs de Trinitate, de fide, de Incarnatione, de gratia, de peccatis, de Angelis, & ſimilibus, conſequenter de eis erunt diſtinctæ ſpecie demonſtrationes. *Soncinas.*

Tandem

37. Tandem probatur efficaciſsima ratione: prima demonſtratio in Theologia generat ſcientiam, & habitum ſcientificum: ergo & ſecunda demonſtratio generat habitum ſcientificum è præexiſtente diſtinctum. Probatur conſequentia: quoniam ſecunda demonſtratio eſt vere, & formaliter demonſtratio: ergo generat ſcientiam: patet conſequentia ex Ariſtotele, qui primo poſteriorum dixit: *Quod demonſtratio facit ſcire*: ergo cùm ſecunda demonſtratio etiam ſit formaliter demonſtratio, ſicut prima, generat ſciẽtiam, ſicut illa. Indiſſolubilitas huius rationis ita aduerſarios opprimit, & vrget, vt intra ſe, citra retroque lædant varios fingendi ſolutionis modos. Quidam enim reſpondent cum Cayetano vbiſupra ad ſuum tertium argumentum, ſecundum illam propoſitam pro eorum ſententia rationem, de exemplo caloris: quod ſicut calor applicatus alteri calori non generat diſtinctum calorem, ſed præexiſtentem intendit, ſic in præſenti de habitu Theologiæ eſt dicendum, quæ ſolutio in reſponſione ad dictum argumentum, & exemplum confutatur infra. Secundo alij dicunt, quod licet prima demonſtratio generet ſcientiam, ſecunda verò tantum generat nouum reſpectum.

Ariſto.

Solutio Cayetani, & aliorum.

Solutio aliorum.

38. Sed contra iſtos ſic inſurgo ipſorum doctrinæ inconſtantiam manifeſtans, nam in doctrina Diui Thomæ, cuius ſunt diſcipuli, nullus reſpectus producitur per ſe primo, ſed ad productionẽ alicuius abſoluti, cõproducitur: *Quia ad relationem* (ſecũdũ Philoſophum) *non eſt per ſe motus*. Tũ ſic: ergo aliquod abſolutum debet produci per ſecundam demonſtrationem, ad cuius productionem comproducatur reſpectus ille; ſed nullum aliud eſt dabile, præter habitũ ſcientiæ: ergo quælibet demonſtratio generat ſcientiam.

Impugnatio prædictæ ſolutionis.

39. Tertio: alij reſpondẽt cũ Cayetano vbi ſupra ad ſuum tertium, & quartum argumentum: quod per ſecundam demonſtrationem tantum acquiritur nouus modus, quo ſcientia præexiſtens magis radicatur. Sed contra iſtos ſic arguo: nam vel ratio, ob quã ſecunda demonſtratio non generat ſcientiam, ſe tenet ex parte demonſtrationis, vel ex defectu intellectus, vel ex defectu ipſius habitus exiſtentis in intellectu: ſed nulla harum rationum poteſt impedire; cur ſecunda demonſtratio ſcientiam generet: ergo &c. Maior manifeſta eſt: quia nõ poteſt aliunde impedimentum aliquod prouenire. Minorem vero ſic probo: nam in primis non prouenict hoc impedimentum, ratione demonſtrationis, quia ſecunda demonſtratio, nõ eſt minoris efficaciæ, quam prima: ſi enim primam non ſupponeret, etiam (ſecundum illos) ſcientiam generaret. Neque ob defectum intellectus, nam intellectus, qui ſemel acquiſiuit vnum habitum per primã demõſtrationem, manet prõptior, & melius diſpoſitus ad ſecundam. Nec tandem ex defectu habitus præexiſtentis, quia habitus ille, cum non opponatur ſubſequenti, non illũ expellit: ergo nulla ex dictis rationibus tollit, quin ſecũda demonſtratio generet perfectum habitum ſcientiæ, & non modum.

Aliorum ſolutio. & eius impugnatio.

Dico ſecundo. quod Theologia ſunt plures ſpecies collectæ, & inter ſe concatenatæ. Hæc concluſio eſt appendix præcedentis, & facilè probatur: nam ſuppoſito ex prima concluſione, quod tot ſunt in ſcientia habitus ſpecie diſtincti, quot ſunt concluſiones diſtinctæ, & ex ſupradictis num. 16. quod collectio, & concatenatio habituum fit per ordinem, & attributionem ad vnum obiectum, conſequenter infertur, quod ſcientia, ſeu Theologia ſit plures ſpecies intelligibiles concatenatæ, & conbinatæ inter ſe. 40.

2. Conclu.

Dico tertio: quod Theologia, & quælibet alia ſcietia, eſt qualitas cõpoſita, & non ſimplex. Concluſio eſt Scoti, & facilè ex dictis probatur: ſed nunc confirmari poteſt retorquendo argumẽtũ aduerſariorũ. Nã ab inferiori ad ſuperius ſuũ valet conſequẽtia: ergo valet iſta, Theologia eſt vna ſciẽtia compoſita: ergo eſt vnus habitus compoſitus: ergo eſt vna qualitas cõpoſita; ſed Theologiam eſſe vnam 41.

3. Conclu.

ſciẽtiam compoſitam ex pluribus habitibus ſpecie diſtinctis cõſtat ex præcedentibus conclusionibus : ergo eſt vna qualitas compoſita. Præterea, probatur, quia cõpoſitio qualitatis ſumitur ex coordinatione diſtinctarum ſpecie qualitatum: ſed in Theologia ſunt quam plurimæ qualitates partiales ſpecie diſtinctæ interſe, & interſe conbinatæ & connexæ: ergo Theologia eſt vna qualitas compoſita, & non ſimplex.

43. *Ariſtotel.* Dico quarto, quod licet quilibet ſimplex habitus vnius concluſionis in Theologia, & inqualibet ſcientia, ſit vnus vnitate ſpecifica ſpeciei atomæ: Theologia tamen ſecundum ſe ſumpta, prout eſt vna ſcientia totalis ex pluribus partialibus compoſita, eſt quidem vna vnitate generis. Concluſio hæc quo ad vtramque partem eſt expreſſa Scoti: quoad primã vero eſt cõmunis; quæ probatur: quia illa ſciẽtia eſt vna vnitate ſpecifica ſpecie atomę, quæ non eſt vlterius diuiſibilis per eſſentiales differẽtias, ſed per differẽtias indiuiduales, acpropterea nõ habet ſub ſe alios habitus ſpeciediuerſos; ſed prædicaturde pluribus differẽtibus numero: Atqui, talis eſt habitus ſimplex vnius cocluſionis, vt de ſe cõſtat : ergo eſt vnus vnitate ſpecifica ſpeciei atomæ. Secunda autem pars concluſionis probatur : quoniam ad vnitatem genericam ſatis eſt habere ſub ſe pluresvnitates ſpecie diuerſas: ſed ſub Theologia ſunt quampluri mi habitus, quorum quilibet eſt vnus ſpecie diuerſus ab alio, prout conſtat ex prima concluſione: ergo Theologia eſt vna ſcientia vnitate generis.

44. Probatur item concluſio ex Ariſtotele primo poſteriorum ca.23. vbi ait quod ſcientia debet ſumere ſuam vnitatẽ ex obiecto: ergo ex obiecto vno vnitate generis erit vna ſcientia vnitate generica : ſed quæ in Theologia tractantur generice conueniunt, vt viſum eſt ſupra: quia quamuis Deus ſit obiectum Theologiæ, & Deus non ſit ſub genere, ea tamen quæ tractantur in Theologia, quatenus reducuntur ad Deum per attributionem tanquam ad vnicum obiectum, in quo radicaliter, & virtualiter continentur, generice cõueniũt interſe : ergo &c.

---

§.5.

Soluuntur argumenta Thomiſtarum.

AD argumenta autẽ pro oppoſita ſententia, & ad primum reſpondeo negando maiorem. Ad cuius probationem reſpondet Soncinas quod hæc eſt compoſitio ex partibus conſtitutiuis alicuius totius ſecũdum, quod habent ordinem inter ſe, & dependentiam vnius ex altera. Hæc tamen ſolutio nititur quadam doctrina ab codẽ Soncinate tradita, & a nobis ſupra nume.18. reiecta, qua volebat omnes habitus ſcientificos alicuius ſciẽtiæ cauſaliter ſe haberi & vnũ ex altero tanquam effectum ex cauſa dependere. Aliter ergo exactius reſpõdeo iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra nu.14. Quod talis forma eſt compoſita, non ex materia & forma, neque ex partibus quãtitatiuis, neque ex partibus potentialibus, nam habitus partiales non ſunt potẽtiales eo modo, quo partes ædificij domus v.g. dicunt potentiam ad formam artificialem domus, qua informantur, ſed componitur ex partibus diſtinctis ſpecie & conſtitutiuis vnius totius, ſecundum quod ordinãtur, & attribuuntur ad vnum obiectũ. & iſte modus compoſitionis, potius in rigore dicitur collectio, & concatenatio habituum, quã compoſitio : eo quod compoſitio in rigore importat potentiam, & actum: iſti autem habitus non habent ſe, veluti potentia & actus: ſed communiter dicitur cõpoſitio, quatenus compoſitio opponitur ſimplicitati ſpecificæ habitus, vt dictum eſt ſupra. 45. *Ad argu. pro ſciẽtia oppoſita ad primum.*

Ad ſecundum bene reſpondet Sõcinas negando maiorem: & reddit rationem: quia, ſcilicet, habitus voluntatis tantum inclinant ad actus, ſed non 46. *Ad ſecundum argu. ſecundum Sonciñ.*

repræ-

repræſentant obiectum. Atqui habitus intellectus, & inclinant, & repræſentant obiecta: Et ideo vt poſsint repræſentare diuerſa obiecta ſpecie, opus eſt, vt conſtituantur ex diuerſis partibus.

46. Sed melius ad idem argumentum reſpondet Suarez nu. 54. Maximam eſſe differentiam inter habitus exiſtentes in voluntate, & illos qui exiſtunt in intellectu. Nam omnes habitus voluntatis potiſsimè verſantur in ſuis actibus circa ſingularia: & ideo facilimè poteſt vnus, & idem habitus ſimplex, & indiuiſibilis eorum, qui in voluntate exiſtunt, verſari circa plures actus, & plures materias. Quia quamuis alias in eſſe naturæ videatur illæ materiæ longè diuerſæ, tamen in honeſtate, quam virtus, ſeu habitus voluntatis reſpicit, ſunt quaſi ſolo numero differentes. Non tamen hoc idem dicimus de omni habitu intellectuali, nam ſcientia circa vniuerſalia verſatur, & in eorum cognitione ſiſtit: & ideo ſemper extenditur per additionem nouæ veritatis, quæ in ſua vniuerſalitate eſt formaliter diuerſa ab alia, & ideo aſſenſum requirit formaliter diuerſum, & reale augmentum, ſeu extenſionem habitus ad illam inclinantis.

Solutio eiuſdem argumenti ſecũdũ Suarez.

47. Hęc tamen ſolutio Suarij, quamuis acuta ſit, non ſoluit argumentum. Nam tunc ſequeretur ex ea, quod habitus prudentiæ, & artis quæ agunt circa ſingularia, eodem modo indiuiſibiles eſſent, ſicut habitus voluntatis. Quare præſtantius nihilominus citatis Doctoribus, ad ſecundum argmentum reſpondeo. Quòd habitus exiſtentes in voluntate ſunt in duplici differentia. Quidam enim ſunt infuſi, vt gratia, & ſpes, & alij acquiſiti, vtpote nonnullæ virtutes morales. Primi dantur nobis deſuper ad ſimpliciter operari, eo modo, quo naturæ dantur potentiæ ad ſimpliciter operandum. Ac ideo ſicut, quamuis multiplicetur obiectum non propterea multiplicatur potentia: ſic quamuis habitus infuſus ad diuerſa obiecta ſe extendat: non ideò ipſe extenditur, aut multiplicatur ipſe habitus, quia cum ſint habitus deſuper infuſi, ſimul infunduntur, & ſimul deperduntur. Nec valet ſi dicas, quod etiam ſcientia à Deo poteſt infundi in nobis: nam tunc erit habitus infuſus per accidens: quia ex natura ſua non poſtulat, quod infundatur à Deo, cum poſſit noſtris actibus acquiri: ſecus tamẽ eſt dicendum de habitibus ſupernaturalibus, qui nullo modo noſtris actibus poſſunt acquiri, quanquam eorũ augmentum poſsit ſub noſtro merito cadere. Habitus ergo alij voluntatis: vt ſunt temperantia, & ſimiles, cùm noſtris actibus poſsint acquiri: poſſunt quoque per nouas realitates extẽdi: & ideo habitus temperantiæ verbi gratia, poteſt eſſe vnus totalis conſtans pluribus partialibus. Nam poteſt quis eſſe temperatus circa carnes, & non circa potum. Vnde temperantia circa potum, & temperantia circa carnes, ſunt plures habitus partiales componentes vnum habitum totalem temperantiæ. Vtrum autem in genere virtutis vnus iſtorum partialium habituum abſque alio ſit temperantia, nec ne? hoc non eſt huius loci, ſed ſolum ſaluare etiam in nonnullis habitibus voluntatis diſtinctionem ſpecificam partialium habituum, ſicut in habitibus intellectus. Hac ergo ſolutione reſpondendum eſt ad cætera obſtacula de habitibus voluntatis fabricata.

Solutio propria Authoris.

Ad tertium facillimè reſpondetur concedendo, quod ſcientia 48.
eſt in prima ſpecie qualitatis. Falſum eſt tamen, quod ponitur ibi in argumento, tanquam ſpecies atoma, & ſpecialiſsima; ſed tanquam ſpecies inter media habens ſub ſe alias ſpecies, quarum quælibet eſt eſſentialiter ſcientia. Et ideo negatur minor: quia aliqua ſpecies qualitatis ſubalterna poteſt componi modo expoſito ex alijs ſpeciebus, quas ſub ſe habet. Et hoc non tollit, quod in prima ſpecie qualitatis ponatur: ibi enim ponitur habitus in communi,

qui comprehendit ſub ſe omnes habitus non ſolum ſpecie, ſed etiam genere diſtinctos. Magna ergo eſt æquiuocatio in hoc, quod eſt ſcientiam eſſe in prima ſpecie qualitatis. Non enim ponitur ibi, quaſi ſpecies atoma vnius cathegoriæ, ſed quia eſt ſub habitu, qui eſt prima quatuor ſpecierum, in quas Ariſtoteles qualitatẽ diuiſit.

49. Ad 4. Ad quartum reſpondeo, quod non debet ſeruari eadem proportio, quæ reperitur in potentijs reſpectu obiecti, in ſcientijs, reſpectu ſui, quoad ſimplicitatem: ſed tantum quoad modum reſpiciendi, videlicet, vt ſit ſenſus: ſicut potentia reſpicit ſuum obiectum, ſic ſcientia reſpicit ſuum: non autem valet, quando infers: ergo ſicut potentia eſt vna ſimplex potentia, ſic ſcientia eſt vna ſimplex qualitas. Et ratio huius diſparitatis eſt, nam compoſitio qualitatis fit ex eo, quod ſcientia acquiritur per multos, & diſtinctos actus ſucceſsiue: at verò potentia non ſic, ſed integra, & ſimplex eſt ſemper ab inſtãti, quo incepit eſſe, nec aliud voluit Doctor. Imò nec in omni modo reſpiciendi obiectum proportionãtur. Quia ſcientia conſubſtantialiter dicit reſpectum ad obiectum; & nequit ſine tali reſpectu eſſe, vt præclarè docet idem Scotus in tertio diſtinctione 1. quæſtion. vnica litera V. At verò potentia non ſic, ſed abſoluta eſt, cum realiter ſit eadem cum natura, cuius eſt potentia, & conſequenter ſit res ipſa abſoluta, quæ eſt natura. Vnde reſpectus potentiæ ad obiectum eſt extrinſecus potentiæ; quia ſi Deus nunc omnem colorem anihilaret: imò, & ſi per impoſsibile colori creabilis eſſet, adhuc potentia viſiua eſſet potentia, ſicut nunc eſt de facto, quia eius eſſe abſolutum independens eſt ab omni extrinſeco. Fateor tamẽ quod ſumpta potentia pro per ſe ſignificato dicit intrinſecũ ordinẽ ad actũ, quẽ poteſt elicere. Inquit igitur Scotus ibi, ꝙ ſicut potentia ſumit vnitatem ab obiecto, veluti vnitas potentiæ viſiuæ eſt ex vnitate coloris hoc eſt, quia tantum poteſt reſpicere colorem, & ſpecificari ab ipſo, ſic vnitas ſcientiæ ſumitur ex vnitate generica ſubiecti, in hoc etiam quod eſt reſpicere ſuum ſubiectum. & ſpecificari obiecto.

50. Ad 5. Ad quintum concedo totum diſcurſum. Vnde ſicut, vt manet probatum non eſt vna ſimplex ſcientia, ſed compoſita, ſic non eſt ſimplex qualitas, imò ad hominem retorquendo, idem contra aduerſarios ſit argumentum. Eſt vna compoſita ſcientia: ergo eſt vnus habitus cõpoſitus: ergo vna qualitas compoſita.

51. Ad 6. Ad ſextum reſpondeo diſparem eſſe rationem de igne, & calore ad propoſitum habitus ſcientiæ: quia ignis quantumvis intendatur, & augeatur (quod idem dico de calore) ſemper manet intra eandem ſpeciem, quia forma ignis in indiuiſibili conſiſtit, & forma caloris, quantumvis per gradus intendatur, manet eſſentialiter eadem. At verò habitus concluſionis aduenientis non eſt eiuſdem rationis cum habitu concluſionis præexiſtentis, vt latè probatum eſt, & ideo argumentum illud à ſimili nihil concludit.

52. Ad 7. Ad ſeptimũ dico in artibus aurificis, & ſimilibus non vnã ſpecie eſſe habitũ, ſed plures partiales, ſicut & in ſcientia, alijs enim principijs docetur aurifex ad conſtruendam catenam, quam ad alia monilia facienda. Et ſic nihil probat hoc argumentum. Imò dico, quod etiam ſi concederem in aurifice non diſtinctum eſſe habitum, ſed eundem, ex hoc nihil inferebatur ad propoſitũ: quia cũ omnia ex eadẽ materia cõficiat, quaſi ſumitur ibi materia pro obiecto: & tunc ſemper idẽ obiectu ſpecie cõſiderat, nempe, aurũ, & tantũ diuerſificatur penes artificioſas formas diſtinctas. At verò in ſciẽtia, neque eſt idẽtitas obiecti, nec formę: quia circa diuerſas concluſiões, & diuerſos terminos, & diuerſam materiã verſatur quilibet habitus ſciẽtificus, & ideo diuerſum obiectũ cõſiderat. Diuerſum enim obiectũ conſiderat habitus cõcluſionis in materia de peccatis, quã in materia de gratia.

Ad

Ad vltimum reſpondeo, quod habitus ſacræ Theologiæ nicuntur diſtinctis ſpecie principijs, ſicut etiam habitus alterius ſcientię naturalis Nam licet habitus infuſus fidei ſit indiuiſibilis (vt dixi ſupra) tamen talis habitus habet inclinare ad aſſentiendum principijs propoſitis ab Eccleſia, non tamen ipſe habitus ſe ſolo præbet principia, vnde principia fidei ex quibus concluſiones theologicæ deducuntur, ſunt ipſi articuli fidei nobis ab Eccleſia propoſiti, & per fidem acquiſitam cogniti, & ideo eadem diſtinctione diſtinguũtur habitus ipſius fidei acquiſitæ, qua diſtinguũtur interſe articuli ipſi, qui ſunt eorum obiecta. Ac propterea ſicut ſpecie diſtinguntur hæc duo obiecta *Deus eſt Trinus & vnus*: *Verbum caro factum eſt*, ſic diſtinguũtur habitus fidei acquiſitæ, quibus huiuſmodi articulis intellectus aſſentitur. Nam habitus fidei infuſæ habet ſe vt potentia, prout dixi ſupra num. 47. & non incõuenit, quod ſit idem in ſe ad hoc vt principia Theologiæ ſint diſtincta, ſiquidem hæc talia principia ad habitũ fidei acquiſitę pertinent, & non ad habitum fidei infuſæ. Quod patet, nam paruulus baptizatus, ſi in deſerto nutriatur, adhuc adultus fidem infuſam retinet, abſque eo quod principia Theologiæ adeptus fuerit, eo quod ſibi fides acquiſita deficiat, quam non niſi magiſterio Doctoris habere poteſt.

ARTICVLVS. II.

Vtrum Theologia agat de neceſſarijs, & contingentibus?

A. AD ſecundum ſic proceditur: videtur, quod Theologia non agat de contingentibus, & neceſſarijs: *quod proponitur ſine argumentis pro hac parte.*

Sed contra eſt: quia omnes veritates de Deo, vt comparatur ad intra, ſunt neceſſariæ: illæ vero, in quibus comparatur ad extra, ſunt contingentes: ſed hæc omnia continet Theologia: ergo &c. B.

Reſpondeo dicendum: quod cognitio quælibet in ſe eſt illa, quæ nata eſt haberi de obiecto eius, ſecundum quod natum eſt manifeſtare ſe intellectui proportionato. Cognitio autem eadem in nobis eſt illa, quæ nata eſt haberi in intellectu noſtro de obiecto illo intellecto. Theologia ergo in ſe talis eſt cognitio, qualem natum eſt facere obiectum theologicum in intellectu ſibi proportionato. Theologia vero in nobis talis eſt cognitio, qualem intellectus noſter natus eſt habere de illo obiecto. Exemplum: ſi aliquis intellectus non poſſet intelligere Geometricalia, poſſet autem alicui credere de Geometricalibus: Geometria eſſet ſibi fides, nõ ſciẽtia: eſſet tamen in ſe ſciẽtia: quia obiectum Geometriæ natum eſt facere de ſe ſciẽtiã in intellectu proportionato. *Ad propoſitum dico*: quod Theologia eſſẽtialiter non tantum continẽt neceſſaria, ſed etiam contingẽtia: quod patet: quia omnes veritates de Deo, ſiue, vt trino, ſiue de aliqua perfectione diuina,

C. *Ariſtot. 2. Met. text. co. 4.*

Ariſtot. 1. poſt. text. co. 4.

vt comparatur ad intra, ſunt neceſſariæ: vt quod Deus eſt trinus: & quòd filius dicitur generari à patre, & huiuſmodi: illæ veró, in quibus comparatur ad extra, ſunt cōtingentes; vt quod Deus creat, & quod filius eſt incarnatus, & huiuſmodi.

Omnes autem veritates de Deo, vt trinus, ſiue de perſona determinata, ſūt Theologiæ, ſimiliter veritates cōtingentes: quia ad nullam cognitionē naturalē ſpectāt: ita quod primæ
D partes integrales Theologiæ ſunt duæ, ſcilicet, veritates neceſſariæ, & veritates cōtingentes

Expoſitio 2. articuli quæſtionis 3 Prologi.

Litera textus perſpicua eſt, in qua Doctor diſtinguit dupli-
1. cē rationem myſteriorū, quæ Theologia docet: nā quidquid de Deo ſcire poſſumus, vel cōuenit ei ad intra, vt eſt ſuum eſſe, & Trinitas perſonarū, & attributa &c. quæ ſūt naturalia Deo, & hæc ſunt mere neceſſaria ex ſe: aut cōuenit Deo ad extra, vt creatio mundi, & Angelorū, elargitio gratiæ, & cæterorum infuſorū habituū, cōmunicatio ſui per viſionē, & fruitionē beatā, Incarnatio verbi, ſacramentorū inſtitutio, & ſimilia, quæ quidē omnia non pertinent ad Dei naturā, & eo quod ſiūt extra Deū, contingentia ſunt, cum quidquid ad extra Deus agit, contingēter, & libere agat. Cū ergo Theologia nō ſolū de his, quæ intrinſeca, & neceſſaria ſunt in Deo, ſed etiā de extrinſecis, quæ fiunt cōtingēter ad extra ſpertratet. merito à Doctore concluditur, *quod primæ partes integrales Theologiæ ſunt duæ, ſcilicet, veritates neceſſariæ, & veritates contingentes.*

ARTICVLVS III.

Vtrum ſubiectum Theologiæ ſit aliquid creatum, vel quid extra Deū.

AD tertium ſic proceditur: videtur, quod ſubiectum Theologiæ non ſit aliquid creatum, vel quid extra Deum, quia aliud eſt hoc ſub iectū: nō ergo iſtud, ſcilicet De⁹: antecedens probatur multipliciter. Primo per Auguſt. de doctr. Chriſtiana 1. lib. c. 1. *vbi inquit,* omnis doctrina, vel rerum eſt, vel ſignorum. Igitur res, vel ſigna ſunt ſubiectum. A.

Auguſt. li. 1. de doct. Chriſt. c. 1.

Secundo præterea: Scriptura habet quatuor ſenſus, ſcilicet, anagogicū, tropologicū, allegoricum, & literalem: ſed cuilibet ſenſui correſpōdet aliquod ſubiectum primum, ſicut alij ſcientiæ habenti vnū ſenſum correſpondet ſubiectum ſecundum illum ſenſum. Igitur hic ſunt quatuor ſubiecta. B.

Tertio præterea: quod homo ſit ſubiectum, probatur auctoritate Commentatoris 1. Ethic. in prologo: quia ſecundū eum, ſciētia moralis eſt de homine, quoad animam: Medicinalis eſt de homine, quo ad corpus. Ex hoc ergo accipitur iſta propoſitio: quod omnis ſciētia practica habet C. .A

bet pro ſubiecto primo illud, cui acquiritur finis practice, & non ipſum finem: finis autem iſtius
F. ſcientiæ acquiritur homini, & non Deo: ergo &c.

Quarto præterea (& quaſi in idē reddit) finis ſcientiæ eſt per actum ſuum attingere obiectum primū inducēdo in ipſum formā principaliter intentā à ſcientia: puta in ſpeculatiua, inducere in illud eſſe cognitum: quia cognitio ibi intenditur, & in practica inducere formā, ad quam ordinatur eius praxis. Finis autē hic intentus eſt bonitas moralis, quæ non intēditur induci in Deo, ſed
G. in homine: igitur homo eſt obiectum primum eius.

Sed cōtra eſt: quia Theologia ſecundum Auguſtinū 13. de Trinit. cap. 19. pro aliqua parte ſui eſt ſapientia, & pro aliqua parte ſui eſt ſcientia: ſi autem eſſet tantum de aliquo nō æterno formaliter, de illo eſſet formaliter ſciētia, & non ſapientia aliquo modo: quia nec ex primo ſubiecto, nec ex attributione: quia æterna non attribuuntur temporalibus: ergo &c.

H. *Concluſio.* Reſpondeo dicēdum, *quod ex dictis in articulis præcedētibus*, patet reſponſio ad præſentē, & loquendo de Theologia in ſe, ſiue de Theologia noſtra, dico quod primum ſubiectū Theologiæ non poteſt eſſe, niſi Deus: *& hoc vltra quod probabitur in ſequēti articulo ad id*, ſunt aliquæ perſuaſiones. prima eſt: quia ſuperior portio rationis habet aliquā perfectionē propriā ſibi correſpondentē: iſta autē, ſi eſt de ſubiecto nō æterno, vt de primo ſubiecto, cū æternū nō attribuatur ad non æternū; ſequitur, quod nullo modo eſt de æternis. Et ita eſſet aliquis habitus intellectus omnino nobilior iſto perficiens iſtam portionē: quod eſt inconueniens. Secūda perſuaſio eſt quia (*Secūdum Auguſt. 14. de Trinitat, c. 1. vel 4.*) iſta ſcientia eſt de illis, quibus fides gignitur, deffenditur, & roboratur: ergo eſt de illo eodem ſubiecto, quod eſt primum ſubiectū fidei: ſed fides eſt de veritate prima: ergo. Tertia perſuaſio eſt: quia nobiliſsima ſciētia eſt circa nobiliſſimum genus, ex 6 Met. & 1. de anima: hæc autem cōceditur nobiliſsima: ergo oportet, quod ſit de Deo, vt de ſubiecto, *& non de alio: quia ſi aliud eſſet, eſſet homo:* homo *autem* nō cōtinet rationē finis huius ſciētię; quia finis ſupernaturalis, vel obiectū eius, nō includitur in ratione hominis: & ideo non poteſt eſſe ſubiectū huius ſciētiæ primū. Et ſecūdo ſic: homo eſt finis vltimus iſtarū ſciētiarū, ad quem tā ſanitas, quā fælicitas naturalis ordinatur, ſcilicet, moralis ſcientiæ, vel Medicinæ; probatio: quia omnis amor concupiſcentiæ præſupponit amorem amicitiæ: ſani-

6. Met. tex. co. 2. 1. de anima text. co. 1.

tas autem, vel fœlicitas, amatur amore concupiſcentiæ: ideo illud, quod amatur amore amicitiæ, eſt vlterior finis, quàm aliquod illorum: ſed iſtud eſt corpus ex vna parte, & anima ex alia: igitur, ſi home ſecundum corpus, vel anima eſt ſubiectum huius ſcienriæ, ſequitur, quod finis eius eſt ſubiectum huius ſcientiæ.

H. Ad primum argumentum dico: quod illa auctoritas exprimit materiam huius ſcientiæ in communi, non ſubiectum primum formale.

L. Ad ſecundum dico: quod quicumque ſenſus in vna parte Scripturæ non eſt literalis, in alia parte eſt literalis: & ideo licet aliqua pars Scripturæ habeat diuerſos ſenſus, tamen tota Scriptura habet omnes ſenſus iſtos pro ſenſu literali.

M. Ad tertium dico: quod argumentum eſt ad oppoſitum dupliciter. Primo: quia homo ponitur ſubiectum moralis ſciẽtiæ, vel Medicinæ, pro eo, quod continet virtualiter omnes veritates illius ſcientiæ: nam corpus humanum continet virtualiter rationem ſanitatis: ideo enim ſanitas hominis eſt talis, quia corpus humanũ eſt ſic complexionatum. Similiter anima hominis continet virtualiter rationẽ fœlicitatis naturalis, ſicut patet ex 1 Ethic. vbi ex ratione animæ concluditur ratio fœlicitatis naturalis hominis. Et ſecundo ſic: homo eſt finis vltimus iſtarum ſcientiarum, *vt dictum eſt*, non ſic *ergo* homo continet rationem finis huius ſcientiæ, & ideo non poteſt eſſe ſubiectum huius ſcientiæ primum.

Ad quartum dico: quod pri- N.
ma propoſitio eſt falſa: quia nihil aliud eſt finis ſcientiæ, quam attingere per actum proprium obiectum illius ſcientiæ, non quod inducat aliquam formam per actum ſuum in obiectum: quia ſcientia non eſt aliqua qualitas factiua.

Expoſitio 3. Articuli quæſtionis 3. Prologi.

FVIT antiquorum opinio dicentium res, vel ſigna, aut opera reparationis, aut mẽbra Chriſti Domini, eſſe ſubiectum Theologiæ. Primum (vt Auctor eſt Cayetanus 1. part. quæſt 1. art. 7. in fine) aſſeruit Magiſter ſententiarum. Secundum Hugo de Sancto Victore. Tertium Lyconienſis. Quorum ſentẽtias refert Diuus Thomas ibidem ſine nomine Auctorum dicens, quod quidam attendentes ad ea, quæ in Theologia tractantur, & nõ ad rationem, ſecundum quam conſiderantur, aſsignauerunt ſubiectum huius ſcientiæ, vel res, & ſigna, vel opera reparationis, vel totum Chriſtum, ideſt caput, & membra, de quibus tractatur in iſta ſcientia. Et Doctor hanc eandem ſententiam tangit in primo argumento, & probat auctoritate ſancti Auguſtini, quã aliter ſoluit, quàm Diuus Thomas ſententiam illam explicat.

Cayetanus
Magiſter ſent.
Hugo de Sancto Victore.
Lyconienſ.
D. Thomas

Digitized by Google

plicat. Quoniam Diuus Thomas inquit, quod hæc omnia tractantur in hac ſcientia, quatenus dicunt ordinẽ ad Deum. Doctor verò licèt hanc Diui Thomæ acceptionem admittat in quinto articulo: hîc tamen ad auctoritatem reſpondet, quod exprimit materiam huius ſcientiæ in communi, non verò obiectum formale. Differentia verò inter materiam, & obiectum habetur ſatis acute infra in ſequenti articulo ſolutione ad ſecundum: conſtat ergo Theologiam eſſe non poſſe de aliquo ſubiecto creato extra Deum: quod etiam patet ex ipſius Theologię ethymologia: quoniam à *Theos*, quod eſt nomen Grecum ſignificans Deum, & à *Logos*, quod Græce ſignificat ſapientem, componitur nomen, *Theologus*, à quo ſumit ſuam ethymologiam Theologia ſacra, eo quod Deũ ipſum, diuinaque arcana, & Dei myſteria, vel quæ ad Deum pertinent, contemplatur; ſicut à *Tocos*, quod Græce ſignificat genitricem, & *Theos*, nomen, *Theotocos*, quod eſt Dei genitrix componitur. Ex qua ethymologia faciliimè conſtat Theologiæ munus, quod eſt docere, & tradere ea, quæ Dei ſunt, ſicut *Theodidactus* ſignificat idem, quod à Deo doctus, & *Autodidactus* idem ſignificat, quod ex ſeipſo doctus. Si igitur Theologia eſt doctrina, & ſapiẽtia de Deo, planè infertur, nihil extra Deum poſſe eſſe ſubiectum illius. Quod Doctor concludit in textu, & tribus rationibus ſatis probat. Quæ concluſio, & probationes, non minus de Theologia noſtra, quã de Theologia in ſeipſa cõcludunt, vt clara litera textus oſtẽdit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Theologia, quantum ad veritates neceſſarias, ſit de Deo, tanquam de primo ſubiecto?

A. AD quartum ſic proceditur: videtur, quod Theologia, quantum ad veritates neceſſarias non ſit de Deo, tanquam de primo ſubiecto. Quod probatur primo per auctoritatem Boetij 1. de Trinit. forma (inquit) ſimplex ſubiectum eſſe nõ poteſt. *Cap. 3.*

B Secundo præterea: quia materia non coincidit cum alijs cauſis, neque in idem numero, nec in idem ſpecie, ex 2. phyſ. Deus autẽ eſt finis huius ſcientiæ, & efficiens: non igitur erit materia. *Tex. co. 1.*

C. Tertio præterea: quia ex 1. poſte. ſubiectum ſcientiæ habet partes, principia, & paſſiones, Deus autem non habet partes integrales, cum ſit ſimplex, neque partes ſubiectiuas, cum ſit ſingulare ex ſe, neque paſsiones, quia paſsio ineſt ſubiecto, ita quod eſt extra eius eſſentiam, nihil autem ſic eſt in Deo. *Tex. co. 43*

D. SED contra eſt, quod Auguſtinus 8. de ciuit. Dei c. 1. ait, Theologia eſt ſermo, vel ratio de Deo.

E. Reſpondeo dicendum: quod loquendo de Theologia in ſe, quantum ad veritates neceſſarias ipſius, primum ſubiectum eſt Deus. Quod probo per tres rationes: prima accipitur ex ratione primi obiecti, & arguo ſic: primum obiectum continet virtualiter omnes veritates illius habitus, cuius eſt primum obiectum: ſed nihil continet virtualiter omnes veritates theologicas, niſi Deus: ergo &c. Probatio mino- *1. Conclu.*

Digitized by Google

ris: nihil aliud cõtinet eas, vt cauſa, ſiue, vt illud, ad quod habeant attributionem, niſi Deus: quia Deus nulli attribuitur. Neque aliquid continet eas, vt effectus, demonſtratione quia, nam nullus effectus demonſtrat Deum trinum, quæ eſt perfectiſsima veritas theologica, & ſimilia. Secundo ſic: Theologia eſt de his, quæ ſunt ſoli intellectui diuino naturaliter cognita: ergo eſt de aliquo ſoli Deo naturaliter noto: ſed ſolus Deus eſt ſibi naturaliter notus: ergo &c. Probatio primi, ſcilicet, antecedentis: ſi iſta ſcientia eſt de aliquibus alicui alij intellectui naturaliter notis: ergo præter iſta, aliqua alia ſunt cognoſcibilia naturaliter ſoli intellectui diuino: quia infinitus eſt: et ideo plurium cognoſcitiuus, quam intellectus finitus: igitur adhuc alia ſcientia eſt ſuperior, quam iſta, quæ erit de naturaliter notis intellectui creato. Probatio minoris: quia omnis eſſentia creata alicui intellectui creato poteſt eſſe naturaliter nota. Tertio ſic: in nulla ſcientia traditur ita diſtincte cognitio de aliquo aliò, quod non eſt ſubiectum primum, ſicut traditur in illa, quæ eſſet de illo, vt de ſubiecto eius primo: igitur ſi Deus nõ ſit hoc ſubiectum, tunc non traditur ita diſtincta cognitio de Deo, ſicut traderetur de eo in aliqua alia, in qua poſſet eſſe ſubiectũ: ſed poteſt eſſe ſubiectũ in alia ſciẽtia: igitur illa poteſt eſſe prior iſta. Probatur primum antecedens: quia in nulla ſcientia traditur iſta diſtincta cognitio de non per ſe ſubiecto, ſicut de per ſe eius ſubiecto: tunc enim non eſſet ratio, quare illud ſubiectum eſſet magis ſubiectum eius, quam aliud. Loquendo autem de Theologia noſtra, etiam, quantum ad veritates neceſſarias, dico: quod quando habitus eſt in aliquo intellectu, habens euidentiam ex obiecto, tunc primum obiectum illius habitus, vt eſt illius, nõ tantũ continet virtualiter illum habitũ, ſe vt notũ intellectui, continet ipſum habitum: ita quod notitia obiecti in illo intellectu cõtinet euidentiã habitus, vt in illo intellectu: quia intellectus cognoſcens tale obiectum poteſt elicere omnẽ concluſionem huius habitus: in habitu verò non habente euidentiam ex obiecto, ſed cauſatam aliunde, quam ex obiecto noto, non oportet dare primum obiectum eius habens duas dictas conditiones: imò neutrum oportet dare: quia perinde eſt habitui, vt in hoc, ac ſi eſſet, de contingẽtibus, quæ neutro modo habent obiectum primum. Tali ergo habitui non euidenti ex obiecto datur ſubiectum primum, de quo primo noto, id eſt perfectiſsimo primo, id eſt immediate cognoſcuntur primæ veritates habitus illius.

illius. Theologia autem noſtra eſt habitus non habens euidentiam ex obiecto, & illa, quæ eſt in nobis de theologicis neceſſarijs, nō magis vt in nobis, habet euidentiam ex obiecto cognito, quam illa, quæ eſt de contingentibus: ergo Theologiæ noſtræ (vt noſtræ) non oportet dari obiectum primum, niſi primum notum, de quo noto immediate cognoſcantur primæ veritates. Illud primum notum eſt ens infinitum: quia eſt conceptus perfectiſsimus, quem poſſumus habere de illo, quod eſt in ſe primum ſubiectum, quod tamen neutram prædictarum conditionum habet: quia non continet habitum noſtrum virtualiter in ſe, nec multo magis, vt nobis notũ, continet ipſũ habitũ. Tamen quia Theologia noſtra de neceſſarijs eſt de eiſdē, de quibus eſt Theologia in ſe, ideò ſibi aſsignatur ſubiectum primum, quoad hoc, quod eſt cōtinere veritates in ſe: & hoc idem eſt ſubiectũ Theologiæ noſtræ, quod eſt primum ſubiectũ Theologiæ in ſe. Sed quia nō eſt nobis

2. Conclu. euidens, ideo non continet iſtas, vt nobis notum: imò non eſt nobis notum. Si arguis: ergo non eſt primum obiectum noſtri habitus. Reſpondeo; verum eſt: non eſt primum ſubiectum dans euidentiam, ſed ſubiectum primum continens omnes veritates natum dare e[illegible] ſum cognoſcere [illegible] cta ſunt ad euas [illegible] Theologia, *vid[illegible] ſe, & prout in nobis* [illegible] rum.

Ad primum argume[illegible], & ad Boetium dico: quod loquitur ibi de ſubiecto accidentis, & non de ſubiecto conſiderationis. F.

Ad ſecundum dē 2. phyſi. dico: quod intelligit de materia ex qua, non in qua, vel circa quam. G. Vel melius: quod ſubiectum ſcientiæ, ſecundum veritatem, non pertinet ad genus cauſæ materialis, ſed ad genus cauſæ efficientis. Dicitur tamen ſubiectũ ſcientiæ materia, per quandam ſimilitudinem ad factionem: vbi ſimul concurrunt ratio obiecti circa quod, & ratio materiæ ſuſceptiuæ, quia factio eſt actio trāſiens extra: nō ſic eſt de actu proprio ſcientiæ: tamen intelligitur tranſire: quia non terminatur in ſe, ſed ad aliud, circa quod eſt, licet non recipiatur in illo, circa quod eſt, ſed manet in ſciēte: & propter hanc proprietatem materiæ, ſcilicet, eſſe circa quod, ſubiectum dicitur materia reſpectu ſcientiæ, & actus eius.

Ad tertium de 1. poſte. dico: quod ſubiectum cuiuſlibet ſcientiæ naturaliter inuentæ eſt aliquod vniuerſale: & ideo ſubiectum talis ſciē tiæ oportet, quod habeat H.

habeat partes ſubiectiuas: iſtius autem ſcientiæ ſubiectum eſt eſſentia hæc, vt ſingularis: quia imperfectionis eſt in natura creata vniuerſali; quod diuidatur in multis ſingularibus: iſta igitur imperfectione ablata, remanet, quod iſta eſſentia eſt ſcibilis, ſine diuiſibilitate eius in partes ſubiectiuas. Tamen poſſet dici, quod perſonæ diuinæ ſunt, quaſi partes ſubiectiuæ ipſius eſſentiæ diuinæ, ſed eſſētia in eis non numeratur. Quod autem additur de paſsionibus, dicunt aliqui: quod attributa ſunt quaſi paſsiones huius eſſentiæ. Sed hoc non valet: quia conſideratio attributorum naturaliter à nobis intelligibilium eſt conſideratio metaphyſica, niſi ſint aliqua attributa per ſe tantum conueniētia huic eſſentiæ, vt hæc, & non vt à nobis nunc naturaliter intelligitur cōfuſè. Quod autem accipitur, quod paſsio eſt extra eſſentiam ſubiecti: hæc eſt vera, vbi paſsio eſt realiter cauſata à ſubiecto: ſed in diuinis illud, quod habet rationem paſsionis, non eſt cauſatum: quia per identitatem tranſit in eſſentiam tamen, quantum ad ſcibilitatem, ſcitur per eſſentiæ rationem, ac ſi eſſet realiter diſtincta ab eſſentia. Quod tertio dicitur de principio ſubiecti, dico: quod non oportet principia ſcibilis eſſe principia in ſe ipſius ſubiecti: quia entis, in quantum ens, quod ponitur ſubiectū Metaphyſicæ nulla ſunt principia: quia tūc eſſent cuiuslibet entis, ſed oportet cuiuslibet ſubiecti eſſe principia, per quæ demonſtrentur eius paſſiones de eo, ex quibus principijs, tāquā ex medijs demōſtrationis formantur principia complexa, ſicut propoſitiones per ſe notæ. Hoc modo cuiuslibet ſubiecti, poſſunt eſſe principia, quātumcumque principiati, reſpectu ſuarum paſsionum.

Expoſitio 4. articuli quaſtionis 3. Prologi.

1. IN præcedenti articulo, quæ fierat Doctor de ſubiecto Theologiæ communiter ſumptæ, in quo concludit, non poſſe aliquid creatū ſed ipſummet Deum, habere rationem primi, & adæquati obiecti, reſpectu Theologiæ: modo verò ſpecialius loquitur de Theologia, quatenus illam diſtinguit in Theologiam veritatum neceſſariarū, & contingentium. De hac etenim inquirit in ſequenti articulo, de illa verò in præſenti. Quā adhuc ſub diſtinguit in Theologiam, prout eſt in ſe, & in Theologiam noſtram, & quamuis de vtraque reſoluat Deū eſſe ſubiectum primum, & adæquatū, quod facile probat de Theologia, prout eſt in ſe: quia agit de eis, quæ ſolū ſunt nota intellectui diuino, quod etiam conuenit Theologiæ noſtræ: non tamen de Theologia noſtra eſt omnimoda eadē ratio, ſicut de Theologia, prout eſt in ſe, vt Doctor fatetur: quia Theologia noſtra non habet euidentiam de Deo: ſed quidquid de ipſo cognoſcit reſpectu veritatum neceſſa-

by Google

neceſſarium credit per fidem: obiectũ autẽ adæquatum cuiuſcũque ſciẽtiæ debet eſſe euidenter notum, cum ſcientia ſit habitus euidenter acquiſitus de obiecto noto, & ideo cõcedit Doctor, quod non eſt primum ſubiectum dans euidentiam ad ſciẽdum tales veritates; ſed ſubiectum primum continens omnes tales veritates, & natum cauſare euidentiã, ſi ipſum prius cognoſceretur.

2. Ex quo duas conditiones hic notat Doctor habere ſubiectum primũ reſpectu habitus, cuius eſt ſobiectum. Prima eſt continere in ſe virtualiter omnes veritates, quæ tractari poſſunt in illo habitu; quæ conditio, vt neceſſaria ponitur ad rationem primi ſubiecti, vt patuit ex primo articulo, & ex noſtris commentarijs ibidem. Secunda eſt cauſare euidentiam talium veritatum. Hæc ſecunda poſtulat, vt ipſum obiectum ſit prius euidenter notum, ad hoc vt omnium dictarum veritatum euidentiam cauſet. Proptereaque illarum euidentiam non habet Theologia noſtra, quia Deum euidenter non cognoſcit: & ideo deficit Theologiæ noſtræ hæc ſecunda conditio; quę bene inuenitur in Theologia, prout in ſe eſt, quæ reperitur in Deo, & in beatis; quia vero prima conditio ſufficit ſine ſecunda ad rationem veri ſubiecti; ideo Doctor reſoluit, quod quoad hoc, quod eſt continere veritates in ſe, idem eſt ſubiectum Theologiæ noſtræ, quod eſt primum ſubiectum Theologiæ prout in ſe.

3. *Greg. Arimin.* Sed cõtra hoc, quod dicitur in textu, Deum eſſe ſubiectum primum Theologiæ, inſtat Gregorius Ariminenſis in tertiã quæſt. prologi: quia ſi Deus eſſet ſubiectum primum, id eſt adæquatum Theologiæ, nec Theologia Deũ excederet, nec excederetur ab ipſo. Hæc enim eſt ratio adæquationis, nempe, nec excedere, nec excedi: ergo oportet, quod omnia cognoſcibilia de Deo ratione deitatis caderẽt ſub Theologia. Sed hoc eſt impoſsibile, quia tũc infinitæ veritates caderẽt ſub Theologia: deitatis enim omnia cognoſcibilia ſunt infinita; & tunc Theologia infinita eſſet. Sed hoc dicendum non eſſe: ergo Deus non eſt obiectum adæquatum Theologiæ.

Caietani solutio. Cayetanus 1. part. quæſt. 1. artic. 7. Hoc argumento cõactus duplicẽ adhibet ſolutionem, in prima plane cõcedit Theologiam eſſe ſcientiam inadæquatam. Sed ipſe illico ſe corrigit cognoſcens ſolutionem non valere; cum fateatur ſcientiam, & rationem formalem obiecti, neceſſario ſibi per adæquationem reſpondere debere; & ideo aliter ſecundo reſpondet; quod adæquatio illa intelligi debet, quod pendeat ex ratione formali, ſub qua, cognitionis, quæ eſt lumen gloriæ; quamuis enim Deus in ratione deitatis ſit infinite cognoſcibilis, tamen ſub participato lumine gloriæ, eſt cognoſcibilis inter certum limitem, reſpectu ſingulorum. Vnde habet rationem obiecti adæquati reſpectu Theologiæ noſtræ, & beatorum, non ſecundum rationem ſuæ deitatis, vt ſic, ſed prout ſub lumine gloriæ determinato videri poteſt. Solutio tamen hæc reſpectu Theologiæ, prout in ſe eſt, non accõmodari poteſt: hæc etenim abſtrahit à limitatione, per quam contrahitur in intellectu creato; & ideo, vt ſic, reperitur in Deo, in quo eſt (vt ipſe Cayetanus ait) vel adæquatio ad veritates infinitas: ſolus enim Deus habet Theologiam adæquatã eius ſub obiecto formali: Loquẽdo vero de Theologia noſtra, ſolutio etiam falſa eſt, quia cum nec etiam per lumen gloriæ in hac vita videamus Deum, non eſt nobis cognoſcibilis Deus ſub determinato lumine gloriæ: & ideo manet argumentum in ſuo robore reſpectu Theologię noſtræ. Rurſus loquendo de Theologia beatorum, etiam ſolutio illa ſtare non poteſt: quia lumen gloriæ habet ſe ex parte potentiæ corroborans & eleuans illam, vt poſsit circa obiectum infinitum viſionem elicire, non autem habet ſe ex parte obiecti: ergo Deus in quãtũ eſt obiectũ Theologiæ, nõ limitatur lumine illo: cũ omnis limitatio luminis ex parte potẽtię ſe habeat; igitur ex præciſa ratione obiecti

Impugnatio ſolutionis.

adæq

adhuc Deus infinite cognoſc bilis manet: ſed potentia per lumen gloriæ illum finite cognoſcit: ergo adhuc tali lumine poſito, non eſt adæquatio inter potentiam, & Deum: & conſequenter nec inter Theologiam, & illũ. Vel debes ex parte obiecti ipſius ponere aliam limitationem: ſed nullã aliam cõnſtituis, niſi lumen gloriæ, quod (vt tu cum Diuo Thoma 1. par. quæſt. 12. art. 5. ſolut. ad primum fateris) habet ſe ex parte potentiæ: igitur adhuc poſito lumine ipſo reſpectu Dei, inadequata remanet ſcientia Theologiæ.

5. *Solutio propria Auct.* Aliter ergo reſpondeo ad prædictum argumẽtũ Gregorij diſtinguẽdo tres Theologias: alia eſt enim Theologia in ſe, alia noſtra, & alia beatorũ. Prima (vt dixi) cum abſtrahat à limitatione intellectus creati, adæquat ſubiectum, & vt ſic tantum reperiri poteſt in Deo talis Theologia. Secundo adæquat ſubiectum, non prout ſub participato lumine gloriæ (vt falſo aiebat Caietanus) ſed prout ſub obſcuro lumine fidei eſt cognoſcibile: & non quatenus ipſum lumen fidei ſe habet ex parte intellectus credentis, ſed quatenus Deus, qui eſt prima veritas, quæ nec fallere poteſt, nec falli, tradit nobis credenda noſtræ Theologiæ principia, ex quibus concluſiones theologicæ de ipſo ſubiecto illatæ ſciũtur: vt ſic etenim cõtinet virtualiter omnes veritates neceſſarias, quæ in noſtra Theologia ſciri poſsũt. Tertia tandem, quæ eſt Theologia beatorum, adæquat ſubiectum, non prout ſub lumine gloriæ cognoſcibile eſt: quia vt ſic (vt oſtẽdi) habet ſe ex parte potentiæ: ſed quatenus per diuinam voluntatem eiuſdem ſubiecti cognoſcibilitas limitatur: diuina etenim eſſentia, nõ per ſe ipſam, ſed media voluntate diuina, mouet intellectum ad viſionem beatam; ipſa autem clara viſio beatorum non eſt Theologia eorum, vt eleganter docet Doctor in ſequenti articulo, ſed eſt quaſi incomplexa perfecta apprehenſio obiecti, præcedens naturaliter ſcientiam Theologiæ: ſicut Metaphyſicam præcedit cognitio entis: & pari ratione in nobis cognitio Dei per fidẽ noſtram Theologiam naturaliter præcedit, ſicut cognitio obiecti præcedit ſcientiam illius. Imò dico ſecundum Lychetum in quæſt. 3. prologi, quod poteſt intellectus beati Deum cognoſcere ſub omni ratione, qua omnis veritas eſt ſcibilis Deo: neque ſequitur ex hoc, quod comprehenderet Deum: quia ad actum comprehenſiuum requiritur aliud, nempe, cognoſcere ipſum ſecundum omnem modum, quo eſt cognoſcibilis. De quo multa dicuntur infra in circulitibus de viſione Dei. Ex dictis colligitur Deum ipſum eſſe ſubiectum totius Theologiæ neceſſariorum, eo quod continet virtualiter in ſe omnes tales veritates neceſſarias; licet adæquatio Theologiæ ad ipſum Deum, reſpiciat diſtinctum modũ attingendi, penes diſtinctum modum attingibilitatis ipſius.

ARTICVLVS V.

Vtrum Theologia, quantum ad veritates contingentes ſit de Deo, tanquam de primo ſubiecto?

AD quintum ſic proceditur: videtur, quod Theologia, quantum ad veritates contingentes, non ſit de Deo, tanquam de primo ſubiecto. Quia videtur, quod Verbum ſit ſubiectum adæquatum Theologię contingentium: tam illius contingentis in ſe, quàm vt eſt in intellectu diuino: quia eſt primũ ſubiectũ omnium articulorum reparationis noſtræ: ergo &c.

Sed

B. SED contra eſt: quia ſubiectum Theologiæ cõtingentis videtur idem ſubiectum primũ, quod & neceſſariæ: ergo &c.

C. Reſpondeo dicendum: quod nunc videndum eſt de veritatibus cõtingentibus theologicis, quod ſit primum ſubiectum Theologiæ, & quoad iſtas dico, quod nullũ ſubiectum virtualiter continet veritates, niſi neceſſarias de ipſo: quia ad contingentes de ipſo æqualiter ſe habet ex ſe, & ad oppoſitas. Tamen contingentium eſt ordo: quia aliqua eſt prima veritas cõtingens: & ita ſubiectum primũ multarum veritatum contingẽtium poteſt poni illud, de quo, primo, id eſt immediate dicitur prædicatum primæ contingentis, quæ eſt, quaſi primum principium in ordine contingentium, vel prædicata plurium primarum contingentium, ſi plures ſunt primæ. Dicitur autem primum ſubiectum primæ veritatis contingentis, quod viſum, vt tale, natum eſt primo videri cõiungi cũ prædicato illo: quia primũ notũ in contingentibus, non eſt, niſi per intuitionem extremorum: ergo primũ intuibile, cui inſit primum prædicatum primæ veritatis contingentis, eſt primum ſubiectum *Concluſio.* omnium veritatum contingentium ordinatarum. Ex his ad propoſitum dico: quod eſſentia diuina eſt primum ſubiectũ Theologiæ contingentis. Et hoc modo ſumpta, quo prædictum eſt ipſam eſſe ſubiectũ primũ Theologiæ, neceſſariæ: & hoc, tã huius Theologiæ cõtingentis in ſe, quam vt eſt in intellectu diuino, & beatorum.

D. Totius igitur Theologiæ in ſe, & Dei, & beatorum, primum ſubiectum eſt eſſentia diuina, vt hæc, cuius viſio à beatis eſt, ſicut in Metaphyſica cognitio entis; & ideo beata viſio non eſt Theologia, ſed eſt, quaſi perfecta incõplexa apprehẽſio ſubiecti, præcedẽs naturaliter ſcientiã Theologiæ: ſubiectũ verò Theologiæ noſtræ contingentis videtur idẽ ſubiectum primum, quod eſt neceſſariæ: & hoc modo ſupra expoſito, quia non vt continens virtualiter in ſe habitum, etiam ſi intuitiue videtur: ſed vt cognoſcibile à nobis proximum illi, cui intuitiue noto natum eſſet prædicatum primæ contingentis euidenter ineſſe.

E. Ad argumẽtum *in oppoſitum*: Reſpondeo: quod aliquod contingẽs poteſt primo dici de Verbo, & aliquod de ſpiritu Sancto, & aliquod de Deo trino, vt creare. Erunt igitur perſonæ, quaſi partes ſubiecti, ſicut etiam aliqua neceſſaria ſunt primo vera de diuerſis perſonis.

Expo-

Expoſitio 5. Articuli quæſtionis 3. Prologi.

1. DE contingentibus veritatibus aliter loquendum eſt, quam de neceſſarijs: de eis etenim planè conſtat iuxta traditam diffinitionem ſubiecti; omnes veritates neceſſarias virtualiter contineri in illo: at qui de cōtingentibus, non ſic, vt Doctor oſtendit in litera: quia continentia virtualis ſubiecti, de qua in propoſito proceditur, habet neceſſariam habitudinem ad id, quod virtualiter continetur. Subiectum enim uirtualiter continens veritates demonſtrabiles de ipſo, habet neceſſariam connexionem cum illis, & non ſe habet indifferenter ad illas, at qui ad veritates contingentes non habet talem habitudinē; ſed omnimodam indifferentiam ad illas, & ad oppoſitas. Quæ enim contingēter fiunt, ita fiunt, vt oppoſitū fieri poſſet, & ideo ait Doctor: *Quod ad contingentes de ipſo æqualiter ſe habet ex ſe, & ad oppoſitas.* Ait tamen: quod cōtingentium eſt ordo, ita vt aliqua primitas contingens ordine naturæ præcedat alias, loquendo ſemper, de contingentibus pertinentibus ad eandē materiam, vt notauit Lychetus: nam in hac materia v.g, hic eſt ordo contingentium veritatum, & hæc eſt prima contingens: *Verbū caro factū eſt, vt nos redimeret,* ex hac autem contingenti ſequuntur multæ aliæ contingentes, vt ſunt iſtæ, ergo natus eſt homo Deus: ergo paſſus eſt mortem, vt pretio ſanguinis operaretur redemptionem, & ſimiles veritates contingentes in hac materia ſubſequentes. Similiter in alia materia, hæc erit prima. *Vult Deus Petrum ſanctum, & ſaluum fore,*, ex hac quoque ſequuntur multæ aliæ contingentes, vtpote: ergo vult ipſū finaliter eſſe in gratia, ergo vult ipſum mereri: ergo vult ipſi auxilia efficacia præſtare, & plures huiuſmodi.

2. Suppoſito igitur hoc ordine contingentiū, ait Doctor: quod illud dicitur primū ſubiectū primæ veritatis cōtīgētis, quod viſum, vt tale, natū eſt primo videri cōiungi cū prædicato illo. Quod per exemplum poteſt exponi: nam ſiquis videret Deum in ordine ad hæc prædicata, puta, velle prædeſtinare Petrum, velle dare gratiam Petro, velle vt mereatur Petrus, velle Petrum actu beare: ſtatim notum eſt ſibi, quod illud prædicatum, *Velle Petrum prædeſtinare*, eſſet immediatius prædicatum ipſi Deo, quā ſequentia prædicata: quia cætera prædicata in hac materia ſupponunt hoc prædicatum: & ideo in illa eſſet hæc prima veritas contingens, *Deus vult Petrum prædeſtinare*: omnis enim ordinate volens prius alicui vult finem, quam ei vult media ad finem, & ideo prius vult Deus Petro beatitudinem, quam media ad ipſam conſequendam.

Circa reſolutionem ergo huius difficultatis exortum eſt ſciſma inter ipſius Scoti diſcipulos. Baſſolis etenim in quæſt. 3. Prologi §. *contra illud*, aſſerit ſubiectū Theologiæ contingētium, eſſe diuinam voluntatem, cui immediate ineſt actus cuiuslibet decreti, quo talia contingentia fore decreuit. Oppoſitum tamen tenerent Guillelmus Rubionis quæſtion. vlti. prologi, Lychetus quæſt. vltima eiuſdem prologi, & fere cæteri Scotiſtæ, qui cum Doctore tenent in textu, quod diuina eſſentia eſt primum ſubiectum Theologiæ contingentium. Sed ne etiam Baſſolem contra Doctorem loqui putemus, quia infra, & §. 1. *de Theologia noſtra reſpectiu*, aduertendum eſt ipſum in concluſione nō differre, ſed in ratione concluſionis, quatenus ſibi quærenti de ipſa determinatione contingentium, cui primo ideſt? Reſpondet, quod ineſt immediate voluntati. Et hoc non poteſt negari à Lycheto, & Rubione, ſi bene intelligatur. Vnde pro eorum concordia aduerto, quod actus alicuius potentiæ duplex principium denominat, vnum vt *quo*; alterum verò, *vt quod*, & vtroque immediate in ſuo genere, *vt quo* eſt ipſa potentia, *vt quod*, verò eſt ſuppoſitum, ſeu ſingulare exiſtens,

3. *Baſſol.* *Rubionis.* *Lychetus.*

Digitized by Google

tens,quod eſt radix talis potentiæ. Sic actus intelligendi in me, denominat intellectum *vt quo*, & me ipſum,*vt quod*: quia ego ſum, qui intelligo:intelligo tamen medio intellectu. Sic dicendum eſt, quod diuina volitio ineſt immediate voluntati diuinæ, vt principio *quo*,at verò diuinæ eſſentiæ etiam immediate ineſt,vt principio *quod*,&ideo prædicti Doctores benè conciliari poſſunt.

4. His ergo præhabitis, reſoluit Doctor ad propoſitum, quod diuina eſſentia eſt primum ſubiectum Theologiæ,etiam pro ea parte, qua eſt de veritatibus contingentibus. Cuius ratio eſt:quia omnes concluſiones contingentes demonſtrabiles reſoluuntur in aliquas concluſiones contingentes primas;& prædicata talium propoſitionum primo inſunt diuinæ eſſentiæ: & quamuis prædicatũ primæ veritatis contingentis(vtpote velle prædeſtinare)non contineatur virtualiter neceſſario in Deo, cum in eius libera voluntate fundetur: quia tamen cætera prædicata conſequuntur neceſſario ad illud primum, quod immediate ineſt deitati (non neceſsitate abſoluta, ſed ex hypoteſi, quod Deus talia media ad vltimum finem præueniri ordinauit)ita quod ex eo quod Deus vult,dare beatitudinem Petro,ex fine illo neceſsitatem gratiæ,& meritorum concludimus: & ideo dicimus veritates theologicas contingentes neceſſario contineri in primis,& primas in voluntate diuina,& prędicatũ primæ veritatis cõtingentis,quod eſt determinatus actus voluntatis diuinæ, quo vult Petrum prædeſtinare, immediate ineſt Deo.Hæc eſt enim prima veritas illa,*Deus vult Petrum prædeſtinare*,& ex eo quod hoc prædicatum primæ veritatis contingentis,in quá cæterę,quæ neceſſario ad ipſam conſequuntur,reſoluuntur,ineſt immediatius eſſentiæ diuinæ: ideo diuina eſſentia dicitur continere omnes veritates contingentes, & eſſe ſubiectum Theologiæ contingentium.

Quando ergo Doctor concludit: *Quod eſſentiã diuina eſt primũ ſubiectũ Theologiæ contingentis, & hoc modo ſumpta,quo prædictum eſt,ipſam eſſe ſubiectum primum Theologiæ neceſſariæ,* 5.
non debet intelligi,quod ſicut concluſiones iſtius continentur virtualiter in eſſentia, ſic & concluſiones illius:cum dictum ſit, continentiam virtualem ſolum ibi eſſe reſpectu neceſſariarum veritatum:ſed, vt benè exponit Lychetus,quod tantum eſt ſimile ad hoc,quod ſicut de Deo per rationem deitatis demonſtrantur veritates neceſſariæ:ita de Deo per rationem deitatis demonſtrantur veritates contingentes.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Theologia ſit de Deo ſub aliqua ratione ſpeciali?

AD Sextum ſic proceditur: videtur, quod Theologia ſit de Deo ſub aliqua ratione ſpeciali: & primo ſic arguitur. A
Hugo de ſacramen. in princip.vult,quod opera reſtaurationis ſint hìc ſubiectum: ergo ſi Deus eſt hìc ſubiectum, hoc erit ſub ſpeciali ratione, ſcilicet, in quantum reſtaurator. Item Caſsiodorus ſuper Pſalmiſtam vult, quod Chriſtus caput cum membris eſt hìc ſubiectum: igitur ſpecialiter

O v.

vt Incarnatus,& caput Eccleſię, erit hic ſubiectum.

B. Secundo præterea, Deus abſolute eſt ſubiectum Metaphyſicæ: igitur ſi hic eſt ſubiectum, hoc erit ſub aliqua ratione ſpeciali. Conſequentia probatur: quia non ſub eadem ratione omnino, hic,& ibi eſt ſubiectũ. Antecedens probatur per Phyloſophũ 6. Metaph. honorabiliſsimã ſcientiã oportet eſſe circa nobiliſsimũ genus: illa ſecundum ipſum eſt huiuſmodi. Hoc etiã confirmatur: quia ibi vocat Metaph. Theologiam.

text. co. 2.

C. Tertio præterea, Cõmentator primo phyſic. coment. vlt. dicit: quod Auicena multum peccauit ponendo Metaphyſicam probare primam cauſam eſſe: cum genus ſubſtantiarum ſeparatarum ſit ſibi ſubiectum: & nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe. Ratio autem non valeret, niſi intelligeret, quod ipſa eſſet ibi primum ſubiectum: ergo &c.

D. Quarto præterea: iſta ſcientia eſt honorabiliſsima: ergo eſt de honorabiliſsimo ſubiecto, ſub ratione honorabiliſsima: huiuſmodi autem ratio eſt ratio finis, & boni. De fine autem probatur per Auice. 6. Metaph. dicentem. Si ſcientia eſſet de omnibus cauſis, illa, quæ eſſet de fine, eſſet nobiliſsima. Ex hoc concluditur de bono: quia ſecundum Phyloſophum. 2. Metaphyſ. qui ponit infinitatem in finibus, deſtruit naturam boni: quia deſtruit naturã finis. Ex hoc ergo accipitur: quod ratio boni eſt ratio finis.

Cap. vlt.

text. co. 8.

E. Sed contra eſt: quia cognitio cõtracta præſupponit cognitionem abſolutam: & abſoluta eſt certior ex 1. Metaphyſ. Si ergo iſta eſt de Deo ſub aliqua ratione ſpeciali: alia eſt prior, & certior de Deo abſolute: talis non ponitur: ergo &c.

In prolog. & 1. poſte. tex. co. 3 9.

F. Reſpondeo dicendum ex dictis *ad hunc articulum*: ad intellectum cuius pono exemplum. Homo intelligitur, vt animal rationale, vt ſubſtantia, vt manſuetum natura, vt nobiliſsimũ animalium. In primo intellectu intelligitur ſecundum rationem quidditatiuam propriam: In ſecũdo, in communi: In tertio per accidens, id eſt in propria paſsione: in quarto in reſpectu ad aliud. Sed perfectiſsima notitia de homine non poteſt eſſe in reſpectu ad aliud: quia iſta præſupponit abſolutũ: nec de homine ſub ratione paſſionis: quia notitia paſsionis præſupponit notitiã ſubiecti: nec de homine in vniuerſali: quia illa eſt confuſſa: ergo nobiliſsima cognitio de homine eſt ſecundum rationem quid-

quidditatiuam. Ita etiam poſſet poni aliqua ſcientia de Deo ſub ratione reſpectus ad extra, vt aliqui ponunt ſub ratione reparatoris, vel gubernatoris, vel capitis Eccleſiæ. Vel poſſet poni de Deo ſub aliqua ratione attributali, quæ eſt, quaſi paſſio: ſicut aliqui ponunt de Deo hanc ſcientiam eſſe ſub ratione boni. Vel poſſet poni de Deo ſub ratione communi, & vniuerſali, vt entis, vel entis infiniti, vel neceſſe eſſe, vel alicuius talis. Contra iſtas omnes poſitiones arguitur: & primo arguitur contra iſtam de ratione communi. Nullus conceptus cõmunis de Deo cõtinet virtualiter omnes veritates proprie theologicas pertinentes ad pluralitatem perſonarum: nam ſi ſic: cum illi conceptus communes naturaliter concipiantur a nobis: ergo propoſitiones immediatæ de illis conceptibus poſſent a nobis naturaliter concipi, vel intelligi, & per illas propoſitiones immediatas poſſemus ſcire concluſiones: & ita totam Theologiam naturaliter acquirere. Secundo: quia, ex quo conceptus communes non ſunt ſoli Deo naturaliter noti: ergo nec veritates incluſæ in illis communibus conceptibus, de quibus eſt Theologia. Ergo ſi eſſet de Deo ſub ratione tali communi, non eſſet ſoli Deo naturaliter nota. Cuius oppoſitum oſtenſum eſt in prima quæſtione. Contra aliam poſitionem de ratione attributali poſſet argui per eaſdem rationes: ſed adhuc arguo per alias ſpeciales. Primo: quia cognitio eius quod quid eſt, eſt perfectiſsima, vt dicit Phyloſoph. ſeptimo Metaphiſi. ergo cognitio illius eſſentiæ eſt perfectior cognitio, quam cognitio proprietatis attributalis, quæ ſe habet quaſi paſsio huius naturæ ſecundum Damaſcen. libr. primo capit. quinto. Secundo: quia ſi illæ proprietates realiter differrẽt ab eſſentia, eſſẽtia eſſet realiter cauſa ipſarum: ergo ſicut differunt ratione, ita eſſentia de ſua ratione habet rationem incauſati: illæ autem, licet per Identitatem cum eſſentia, ſint incauſatæ, non tamen ſecundum ſuam propriam rationem formalem primo includunt incauſationem ſui. Tertio: quia illud ſecundum ſuam propriam rationem videtur eſſe actualius in ſe, cui magis repugnat communicabilitas ad plura ad extra: ſed eſſentiæ diuinæ repugnat communicabilitas ad plura ad extra, & nulli proprietati attributali, niſi quatenus eſt illius eſſentiæ: in quãtum

Egid. Ro. quodlibe. 3 q. 6. Guill. lib. 1. in prol. q. 2. Henriq. in ſum.

Ariſtot. Met. lib. 7. co. 4. & in de. Dam. lib. 1 cap. 5.

infinitæ. Si verò dicatur: quod quælibet proprietas eſt infinita, et ideo incommunicabilis propter infinitatem. Contra: infinitas iſta eſt in eis propter identitatem earum cum eſſentia, ſicut ex radice, & fundamento omnis perfectionis intrinſecæ. Contra viam etiam de reſpectibus ad extra poteſt argui, ſicut contra alias duas vias: ſed facio rationes ſpeciales. Primo: quia reſpectus ad extra eſt reſpectus rationis: ſed ſcientia non conſiderans ſubiectum ſub ratione reali non eſt realis, ſicut nec Logica eſt realis, licet conſideret de rebus, vt eis attribuuntur intentiones ſecundę: ergo Theologia non eſſet realis. Secundo: quia abſolutum, & reſpectiuum, non faciunt aliquem vnum conceptum perſe: ergo conceptus aggregans illa duo in ſe eſt conceptus vnus per accidens. Nulla autem ſcientia prima eſt de conceptu vno per accidens: quia talis præſupponit ſcientiam de vtraque parte: & ideo ſi ſcientia ſubalternata ſit de aliquo vno per accidens, præſupponit duas tractantes de partibus illius totius ſeparatim. Si igitur Thelogia eſſet de tali vno per accidēs, poſſet eſſe alia prior ea, quæ eſſet de conceptu vno perſe. Tertio: nullus reſpectus ad extra videtur Deo neceſſario conuenire: ergo nihil theologicum neceſſario conueniret Deo, vt eſt ſubiectum Theologiæ. Probatio conſequentiæ: quod conuenit alicui ſub ratione non ſibi neceſſario inhærentis, non conuenit illi neceſſario: ſed reſpectus ad extra eſt huiuſmodi: ergo &c. Et ita nulla veritas theologica neceſſaria eſſet. Et hæc concluſio probatur per primam, & ſecundam rationes poſitas ad primum articulum, ſcilicet, de ratione primi obiecti: *Et in corpore tertij articuli*, denotis ſoli Deo naturaliter. Concedo igitur quartū mēbrum, ſcilicet, quod Theologia eſt de Deo ſub ratione, qua eſt hæc eſſentia, ſicut perfectiſsima ſcientia eſſet de homine, ſi eſſet ſecundū quod eſt homo: non autem ſub aliqua ratione vniuerſali, vel accidentali. *Concluſio.*

G Ad primum argumentum, quando arguitur per Hugonem, & Caſsiodorum, dicitur: quod loquuūtur hic non de formali ſubiecto, ſed de materia proxima, de qua diffuſius tractatur in Scriptura propter ordinem immediatiorem, quem habet ad finem.

H Ad ſecundum dico: quod Metaphyſica non eſt de Deo, tanquam de primo ſubiecto: quod probatur: quia præ-

præter ſcientias ſpeciales, oportet eſſe aliquam communem, in qua probetur in communi omnia, quæ ſunt communia illis ſpecialibus: igitur præter ſcientias ſpeciales oportet eſſe aliquam communem de ente, in qua tradatur cognitio paſsionum de ente, quæ ſupponitur in alijs ſcientijs ſpecialibus. Si igitur aliqua eſt naturaliter de Deo præter iſtam, eſt alia de ente naturaliter ſcita, in quantum ens. Cum vero probatur, quod eſt ſcientia de Deo per Phyloſophum 6. Metaphyſ dico: quod ratio eius ſic concludit. Nobiliſſima ſcientia eſt circa nobiliſsimum genus, vel vt primum obiectum, vel vt conſideratum in illa ſcientia perfectiſsimo modo, qui poteſt conſiderari in aliqua ſcientia naturaliter acquiſita. Deus veró, & ſi non eſt ſubiectum primum in Metaphyſica, eſt tamen conſideratum in illa ſcientia nobiliſsimo modo, quo poteſt in aliqua ſcientia conſiderari naturaliter requiſita. Quia paſsiones entis conuertibiles cognoſcuntur in ſummo de aliquo ente, & paſsionum entis disiunctarum nobilius diuidens eidem competere in ſummo, eſt cognitio nobiliſsima naturaliter poſsibilis de Deo: hæc autem eſt cognitio metaphyſica, quia cuius eſt conſiderare paſsionem in communi de ſubiecto in communi vniuerſaliter, eiuſdem eſt cognoſcere eandē paſsionem in ſummo de eodem ſubiecto particulariter.

Ariſto. 6. Meta. tex. co. 2.

Ad tertium, ſcilicet, ad Commentatorem 1. Phyſico. dico: quod Auicena, cui contradixit, benedixit, & Commentator male. Quod probatur primo: quia ſi aliquas ſubſtantias ſeparatas eſſe, eſſet ſuppoſitum in ſcientia Metaphyſicæ, & concluſum in naturali ſcientia: ergo ſcientia naturalis eſſet ſimpliciter prior tota Metaphyſicá, quia Phyloſophia naturalis oſtendenderet de ſubiecto Metaphyſicæ, ſi eſt, quod ſupponitur toti cognitioni ſcientiæ Metaphyſicæ. Secundo: quia per omnem conditionem effectus poteſt demonſtrari de cauſa, quia eſt, quam impoſsibile eſt ineſſe effectui, niſi cauſa ſit: ſed multæ paſsiones conſiderantur in Metaphyſica, quas impoſſibile eſt ineſſe, niſi ab aliqua cauſa prima talium entium: ergo ex illis paſsionibus metaphyſicis poteſt demonſtrari aliquam primam cauſam iſtorum entium eſſe. Minor probatur: quia multitudo entium, dependentia, & compoſitio, & huiuſmodi, quæ ſunt paſsiones metaphyſicæ oſtendunt aliquod eſſe actu ſimplex, I.

independens, & neceſſe eſſe: multo etiam perfectius oſtenditur primam cauſam eſſe ex paſsionibus cauſatorum conſideratis in Methaphyſica, quam ex paſsionibus naturalibus, vbi oſtenditur primum mouens eſſe: perfectior enim cognitio, & immediatior, eſt de primo ente cognoſcere ipſum, vt primum ens, vel vt neceſſe eſſe, quam cognoſcere ipſum, vt primum mouens.

K Ad quartum dico: quod ratio finis non eſt ratio nobiliſsima cognitionis, ſed illud, quod eſt finis, ſicut ratio fundamentalis illius reſpectus: deitas autem eſt ratio fundamentalis reſpectu finis, vt finis ad creaturas: igitur Deus eſt primum obiectum (quod concedo) & ita argumentum eſt in oppoſitum. Cum autem oſtenditur de bonitate ex ſecundo Metaph. dico: quod ſi per aliquam appropriationem bonitas ſit fundamentum finis, tamen diuinitas eſt radicale, & primum fundamentum ipſius. Benè autem ſequitur; ſi non eſt finis vltimus, quod non eſt bonum: quia etſi nullum eſt perfectum bonum, nullum eſt bonum. Nullum autem bonum eſt ſimpliciter perfectū, quod ordinatur ad aliud: quia quod eſt tale, habet bonitatem diminutam: ſi ergo quodlibet ordinatur ad aliud, nihil eſt bonum. Non oportet autē bonitatem eſſe propriam rationem finis, ſed eſſentia magis erit propria, & fundamentalis ratio. Et per hæc patet dictum Auicenæ 6. Metaphyſ. quod non debet intelligi de fine, ſed de ratione fundamentali ipſius finis.

Expoſitio 6. articuli quæſtionis 3. Prologi.

OPtimè à ſimili probat Doctor Theologię ſubiectum eſſe diuinam eſſentiam, vt eſt hæc eſſentia, & non ſub aliqua ſpeciali ratione: ſicut perfecta ſcientia de homine nō eſt de eius paſsionibus in communi, aut in particulari, nec de eius ratione communi, aut de reſpectu ad aliud, ſed de eius quiditate: quia homo ſub tali ratione quiditatis virtualiter continet omnes veritates ſcibiles in tali ſcientia, 1.

Ad cuius intelligentiam præ notare oportet: quod in quocūcque ſubiecto, tam potentiæ, quam habitus, duo reperiuntur, ſcilicet, ipſum ſubiectum, & ratio ſub qua eſt ſubiectū talis potentiæ, ſeu habitus: ſic dicimus ens eſſe adęquatum obiectum voluntatis, ſed ſub ratione boni, & Deū eſſe obiectum fidei, ſed ſub ratione primę veritatis: hoc eſt, quia verax eſt. Subiectum ergo ſcientiæ etiam habet rationem formalem, ſub qua eſt ſubiectum illius ſcientiæ: ſed hæc non eſt aliqua ratio ſpecialis, ſicut in pluribus alijs habitibus cōtingit: quia alij habitus, cum ſpeciales ſint, attingunt obiectum ſub ſpecialibus rationibus, ſic verbi gratia, fides attingit Deum ſub ratione primæ veri- 2.

veritatis, quia totum eſſe fidei eſt credere, & omne credere nititur veritati dicentis. Et ſimiliter charitas fertur in Deum ſub ratione boni, quia totum eſſe charitatis eſt diligere, & totum eſſe talis dilectionis eſt ſummum bonum attingere, quia eo quod ſummum bonum eſt, ſumme diligibile eſt. Scientia vero, eo quod adæquare debet totum obiectum ſecundũ omnes rationes ſcibilitatis illius, & obiectum ſecundum omnes rationes, quas in ſe habet, ſit ſcibile: hinc eſt, quòd non poteſt limitari ſub aliqua ratione ſpeciali, vt ſubiectum ſcientiæ ſub illa habeat rationem ſub iecti in tali ſcientia. Quia ergo ſcientia de Deo non eſt habitus ſpecialis reſpiciens aliquam ſpecialẽ rationẽ Dei: ſed eſt vniuerſalis, reſpectu omnium veritatum intelligibilium de Deo: & cum hæ reſpectu intellectus creati ſint plures, reſpectu verò intellectus diuini, ſint infinitæ: ideo, vt diximus ſupra in Commentarijs quarti articuli huius quæſtionis, hæc ſacra ſcientia eſt adæquata Deo, ſecundum quod Deus eſt cognoſcibilis nobis, aut ſibi reſpectiuè, vt ibi dictum eſt.

3. Ex quo prouenit, quòd ſubiectum in ſcientia de Deo non poteſt eſſe ipſe Deus ſub aliqua ſpeciali ratione. Subiectum igitur ſcientiæ (vt dictum eſt in articulo primo) eſt illud, quod continet virtualiter in ſe omnes veritates, quæ in tali ſcientia poſſunt demonſtrari. Ratio autem formalis ſub qua talis ſubiecti, vt optimè probant Lychetus quæſt. 3. prologi, & Guillelmus Rubionis quæſt. 11. & Baſſolis quæſt. 3 eſt ipſa ſubiecti diffinitio, & hæc eſt, quæ conſtituit aliquid in eſſe ſubiecti alicuius ſcientiæ: quia ſola diffinitio ſubiecti eſt ſub qua ſubiectũ adæquatè reſpici poteſt à ſciẽtia. Si verò ſubiectum non eſt diffinibile, ſicut ens, quod eſt ſubiectum Metaphyſicæ, tunc ratio formalis explicatur (inquit Lychetus) ſub nomine abſtracti: & ſic ens eſt ſubiectum Metaphyſicæ ſub ratione entitatis. Cum ergo Deus etiam indiffinibilis ſit, dicendum eſt, eſſe ſubiectum Theologiæ ſub ratione deitatis. Quod idem docet Doctor in textu, dum concludit, *Quod Theologia eſt de Deo ſub ratione, qua eſt hæc eſſentia*: quod eſt idem, ac ſi dicat, ſub ratione deitatis, ſeu ſub ratione, qua eſt hęc deitas. Subtiliter ergo Doctor in textu confutat opiniones eorum, qui varias ſpeciales rationes ponebant, ſub quibus dicebant Deum eſſe ſubiectum Theologię.

Lychetus. Rubionis. Baſſolis.

4. Sed Gregorius Ariminenſis poſtea ſuſcitando opinionem Ægidij Romani, qui ponebat Deum eſſe ſubiectum Theologię ſub reſpectu ad extra, nempe, ſub ratione glorificatoris reſpondere conatur in quæſt. 4. prologi ad argumenta Doctoris facta contra opinionem Ægidij; omnes autẽ ſolutiones quas præbet, reducuntur ad hoc, quod per rationẽ glorificatoris nihil in re, vel ratione intelligitur addi ipſi Deo, quod ſit contractiuum illius, ſed intenditur à Theologia ipſa deitas reſtricta in ratione obiecti ad determinatum gradum veritatum, quæ de ipſa ſcire poſſunt. & ſic Deus non abſolutè ſumptus, ſed ſub ratione glorificatoris contractus, dicitur ſubiectum. Per aduerbium tamen contractè non datur intelligi talis ſpecialis ratio addita. Verum enim verò optimè probat Doctor rationem glorificandi verè addere reſpectum ad extra, vt patet in textu. Vnde ſolutio Gregorij non euacuat vim argumenti Doctoris, & planè eius inſufficientia ſatis patet ex eo, quod multæ veritates neceſſariæ demonſtrantur de Deo, & non ſub ratione glorificatoris: vt productiones ad intra, quæ non demonſtrantur de Deo, vt contracto ratione ſpeciali glorificatoris. Perperam ergo reſpondet Gregorius talem reſtrictionem intendi propter determinationem veritatum, quæ de deitate ſciri poſſunt, cum illæ veritates ad glorificationem non pertineant.

Greg. Arimin. Ægid. Rom.

(.˙.)

ARTICVLVS. VII.

Vtrum Chriſtus ſit primum ſubiectum Theologiæ.

A AD ſextum ſic proceditur: videtur, quod Chriſtus ſit primum ſubiectum Theologiæ,& ponitur ſecundum Lconienſ.in exameron. & hoc vt Chriſtus eſt vnum triplici vnitate, quarum prima eſt ad Patrem,& ſpiritum Sanctum, ſecunda verbi ad naturam aſſumptam, tertia Chriſti capitis ad mēbra,& pro iſta opinione de Chriſto videtur eſſe prima ratio poſita, *ad quintum articulum, quæ etiam ibi eſt ſub primo argumento.* quia ſeptem articulos fidei pertinentes ad humanitatem non continet Deus,vt ſubiectum:quia per naturam diuinitatis non conueniunt Deo:illud autem ſubiectū primū continet paſsionem,per cuius formam,paſsio ſibi ineſt: Chriſtus autem iſtos continet: quia ſecundum humanitatē ſibi inſunt,& propter hoc Chriſtus continet alios pertinētes ad deitatem:quia ſecundum diuinitatem illa dicuntur ineſſe ſibi.

B. Secundo præterea: ſubiecta partiū doctrinæ debent cōtineri ſub ſubiecto totius,vel vt partes ſubiectiuæ,vel vt quaſi integrales: non autem continentur ſub Deo, ſic ſubiecta partium ſacræ Scripturæ. Quod probatur per gloſſas multas in principio librorum aſsignantes cauſas materiales aliquas,quæ non ſunt aliquid Dei.Vnde ſuper Oſeam dicit gloſſa: quod materia libri Oſeæ eſt decem Tribus.

Tertio præterea:in aliquo libro Scripturæ nihil proprium de Deo narratur: quia nullum factum ibi narratur,vbi requiratur ex parte Dei aliquid, niſi influētia tantum generalis:ergo talis liber non eſt de Deo. C

Sed contra eſt.Tū quia Chriſtus,cum dicat duas naturas (& hoc in quantum eſt ſubiectum ſecundum ponentes illud) ſequitur,quod vt habens naturā creatam,erit eſſentialiter prior patre,vel ſpiritu Sancto,vel Trinitate:quia eſſentialis attributio, nō eſt niſi ad eſſentialiter prius. Tum quia Chriſtus ſecundum diuinitatem etiam,non habet aliquam talem prioritatem,ſecundum,quam poſſet Pater,vel trinitas ad Chriſtum attribui. D

Reſpondeo dicendū:quod ex prædictis *in præcedentibus articulis*,apparet in probatio illius opinionis,quæ ponit Chriſtum eſſe primum ſubiectum: quia tunc veritates neceſſariæ de Patre,& ſpiritu Sancto, non eſſent theologicæ,puta,pater generat:ſpiritus Sanctus procedit:nec veritates contingentes de eis,puta,pater creat per filium:ſpiritus Sanctus E.

ctus temporaliter miſſus eſt, viſibiliter,& inuiſibiliter: nec contingentes: vt Deus creat; gubernat mundum; remittit peccata, punit, præmiat,& huiuſmodi. Conſequentiæ omnes probantur: quia ad nullam ſcientiam perſe pertinet aliqua veritas, niſi ſit de ſubiecto primo, vel de eius parte ſubiectiua, vel integrali, vel eſſentiali, vel de aliquo eſſentialiter ad ſubiectũ attributo: ſed patet, ꝙ Pater, vel ſpiritus Sãctus, vel Trinitas, nõ eſt Chriſtus, nec attributũ ad Chriſtũ eſſentialiter, *propter rationes poſitas in hoc articulo, § ſed contra:* & etiam cõtra iſtam opinionem (*ponentem, ſcilicet, Chriſtum eſſe ſubiectum primum*) ſunt duæ rationes vltimæ poſitæ in ſolutione quinti articuli *in corpore* contra opinionem de reſpectu ad extra. Cõtra idem eſt prima ratio poſita ad ſolutionẽ tertij articuli *in corpore*: quia veritates neceſſariæ de Patre, & de ſpiritu Sancto, & de Trinitate, impoſsibile eſt contineri virtualiter primo in Chriſto: quia ſi Verbum incarnatum non fuiſſet, illæ veritates neceſſario nihilominus fuiſſent. Tertia etiã ibidem valet ad hoc: quia non eſſet tradenda hîc aliqua notitia de Deo, niſi vt includitur in Chriſto (hoc eſt) vt de Verbo tantum: & ita non eſſet diſtinctiſsima notitia de Deo, quæ tradi poſſet: igitur eſſet alia prior requirenda. Ad hoc etiam faciunt aliquæ perſuaſiones ibi poſitæ: quia iſta vnitas, quæ eſt Chriſti, (vt eſt ſuppoſitum vnum in duabus naturis) non eſt vnitas æterna: iſtam autem oportet ponere formalem vnitatem primi ſubiecti: ergo primum ſubiectum, vt primum, non eſt aliquid æternum. Illa etiam perſuaſio de fide videtur concludere: non enim eſt creditum, vel verum theologicum, hunc hominem eſſe crucifixum, non implicando Verbum in ſubiecto: quia hunc hominem in cruce potuerunt Iudæi naturaliter videre. Sed creditum eſt, & verum theologicum, Verbum eſſe hominem de Virgine natum: Verbum eſſe hominem crucifixum: Verbum eſſe hominem reſurgentẽ: & ſic de alijs articulis pertinentibus ad humanitatem. Pertinentes autem ad diuinitatem, patet, quod non conueniunt primò Chriſto, vt Chriſtus eſt: ſed aliqui alijs perſonis, aliqui Trinitati: ergo obiectum adæquatum Theologiæ non eſt Chriſtus, ſed aliquid, quaſi commune Verbo, de quo primo traduntur articuli pertinentes ad reparationem, & Patri, & ſpiritui Sancto, de quibus ſunt aliquæ theologicæ veritates. Videtur igitur dicendum: quod ſicut, ſi in Medicina corpus humanum ſit primum ſubiectum, de quo conſide-

ratur ibi paſsio, vt ſanitas, & infirmitas, ſi ſpecies corporis humani eſſent corpus ſic mixtum, & ſic, puta, corpus ſanguineum: & corpus flegmaticum &c. hoc totum corpus ſanguineum ſanum, non eſſet primum ſubiectum. Tum, quia nimis particulare. Tum, quia includit paſsionem conſiderandam de ſubiecto, quę non poteſt eſſe ratio ſubiecti: quia ſubiectum, vt ſubiectum, eſt prius natura paſsione: & ita paſsio eſſet prior ſeipſa. Et breuiter, quidquid diceretur de aliqua Medicina tradita, ſcilicet, quod eſſet de tali particulari, vt de ente per accidens: ſaltem impoſsibile eſſet, primam ſcientiam de corpore hominis eſſe de corpore hominis ſanguineo ſano. Imò ſi qua eſſet de ipſo, alia poſſet eſſe prior, ſiue de corpore hominis in communi: quia ipſum in communi habet aliquas paſsiones cognoſcibiles per rationem communem, vt eſt prior inferioribus; ſiue de corpore ſanguineo, cuius ratio eſt naturaliter prior corpore ſanguineo ſano: & ità ratio prior continet virtualiter aliquas paſsiones de corpore hominis ſanguineo ſano: quia & eius ratio præcedit corpus ſanguineum ſanum. Ita in propoſito, Chriſtus dicit Verbum hominem, ſecundum Damaſcen. lib. 3. Ante igitur notitiam, quæ eſſet de Chriſto, vt de

Damaſce. lib. 3. cap. 2 & c.

primo ſubiecto, nata eſſet alia eſſe prior de Verbo, ſi qua ſibi inſit per rationem, qua Verbum: & ante iſtam, alia de Deo, quantum ad illa, quæ inſunt per rationem Dei, vt eſt communis tribus. Si igitur Theologiam tenemus ſecundum ſe eſſe primam notitiam, ipſa non erit primò de Chriſto; & ſi æque eſt de veritatibus communibus, & proprijs, tribus diuinis perſonis, ipſa non erit de aliqua perſona, vt de ſubiecto adæquato, ſed de Deo, vt eſt communis tribus perſonis. Et tunc ſaluabitur, quod omnis veritas theologica vel eſt de primo ſubiecto, puta, quæ in eſt Deo per rationem Dei: vel quaſi de parte ſubiectiua primi ſubiecti, puta, quæ eſt propria alicui perſonæ, aut de aliquo, quod attribuitur ad primum ſubiectum, vel quaſi partem ſubiecti: vt puta, de creatura, quantum ad reſpectum, quem habet ad Deum, vt Deus, & de natura aſſumpta, quantum ad reſpectum, quem habet ad Verbum ſubſtantificans.

Concluſio.

Ad primum argumentum dico: quod veritates enuntiatæ contingenter de Chriſto in nullo ſubiecto continentur virtualiter: ſicut ſubiectum dicitur continere paſsionem: quia tunc ineſſent neceſſario: tamen habent aliquod ſubiectum, de

Fi

quo

quo immediate enuntiantur, & prius illo eſt Verbum: nam veritates theologicę de Incarnatione, paſsione, natiuitate &c. ſunt iſtæ; Verbum eſt factum homo, Verbum eſt homo natus: Verbum eſt homo paſſus &c. Cum dicis: paſsio inhæret ſecundum naturam humanitatis. Reſpondeo: humanitas non eſt ratio primi ſubiecti, ad quod ſtet reſolutio, ſed eſt quaſi paſsio prior medians inter primum ſubiectum iſtarum veritatum, quod eſt Verbum, & alias poſteriores paſsiones, vt natus &c. Patet enim, quod humanitas non poteſt eſſe ratio primi ſubiecti, reſpectu paſsionis primæ, quæ eſt eſſe incarnatum: quia illud dicitur de Verbo, non præintellecta humanitate in ipſo, vt in ſubiecto.

G Ad ſecundum dico: quod ſufficit ſcientiæ ſubiectorum partialium attributio ad primum ſubiectum, qualis attributio ad Deum poteſt ſaluari cuiuſcumque materiæ aſsignatæ per gloſſas adductas. Aliter tamen poteſt dici: quod materia cuiuſlibet libri eſt Deus, de quo ibi narratur, quo modo genus humanum gubernauerit. Sed gẽs, vel perſona gubernata, eſt materia remota, & ita intelligẽdæ ſunt gloſſæ tales.

H Ad tertium per hoc patet: quia licet eſſet aliquis liber nullum Dei miraculum continens, tamen quilibet continet prouidentiam, & gubernationem Dei, circa hominem in communi, vel determinatam gentem, vel perſonam: in tantum, quod ſi eandem hyſtoriam de Pharaone ſcribat Moyſes in Exodo, & aliquis Ægyptius in Chronicis Ægyptiorum, ſubiectum hyſtoriæ Moyſis eſt Deus, de quo traditur ibi gubernatio hominum, miſericorditer liberando Iudæos oppreſſos; iuſte puniendo Ægyptios oppreſſores: ſapienter ordinando formam liberandi congruam, ad hoc vt populus liberatus legem grātanter acciperet, potenter tot ſibi propria ſigna faciendo. Subiectum verò hyſtoriæ Hyſtoriographi eſſet Regnum, vel res, vel populus Ægyptiacus, cuius actiones, & caſus circa ipſos contingentes, idem intendit ſcribere: ita quod incidens eſt ſibi, quid Deus fecerat, ſed principale, quid gens ſua fecerit, vel paſſa ſit. Principale autem eſt Moyſi, quid Deus fecerit, vel permiſerit: ſed quaſi incidens eſt ſibi, circa quam materiam hoc contingerit. Et dato, quod alicubi nullum miraculum enarretur, tamen, quid Deus permiſerit, aſsiſtendo ſecundum communem influentiam, & non impediendo, hoc principaliter intenditur in illo libro, in quantum eſt pars

pars Scripturæ,& qualiter illud conuenienter ordinatum ſit ad bonum aliorum, ſi fuit ordinabile;vel iuſte punitum,ſi ſuit malum. Hoc frequenter additur in libro eodem,vel alio;aut ſi permiſſum fuit, nec hic punitum, non tacet Scriptura *alibi de illo* in generali, quod alibi punietur.

Expoſitio 7. Articuli quæſtionis 3. Prologi.

I. ARTICVLVS hic latiſſime oſtendit non poſſe dici Chriſtum Dominũ ſubiectum primum Theologię(vt erat opinio Lyncōniēſis in exameron) quæ concluſio aperte eſt, & ſatis in textu probata. Quia ex oppoſito ſequeretur, quod veritates neceſſariæ de Patre, & Spiritu Sancto, vt Pater generat, & Spiritus Sanctus procedit, non eſſent theologicæ: quia non poſſunt reduci ad Chriſtum. Chriſtus etenim naturam humanam, non minus quam diuinam intrinſece importat: nam Chriſtus adæquate eſt homo Deus, & ſecundum quod homo eſt, imo & ſecuncundum quod adęquate Chriſtus eſt, eſſentialiter eſt poſterior Patre, & Spiritu Sancto. Quia Chriſtus dicit temporalem vnionem, & Aſſumptionem naturæ ad Verbum, qua vnione,& aſſumptione præciſa Chriſtus non habet eſſe. Non igitur veritates neceſſariæ Patris, & Spiritus Sancti; reduci poſſunt ad Chriſtum, ſecundum quod homo,& ſecundum quod Chriſtus eſt. Nec etiam ſecundum quod Deus, vt patet in textu. Et præterea, quia cum vnio hypoſtatica immediate ſit facta ad perſonam Verbi, & veritates generationis actiuæ, & ſpirationis paſſiuæ, non poſſint reduci ad Verbum: plane concluditur non contineri virtualiter in Verbo, nec propterea Chriſtum eſſe poſſe ſubiectum Theologiæ neceſſariæ. Quod nec etiam contingentis aperte probat textus, & iterum ratione probatur: quia omnes veritates contingentium ſunt ad extra: ergo pendent ab indiuiſa totius Trinitatis voluntate: ergo non poſſunt ad Chriſtum reduci: cum Chriſtus(vt dictum eſt) in conceptu ſuo formali humanitatem intrinſece includat. Litera textus acutiſſime, & clare difficultatem reſoluit, & ideo in eius expoſitione non amplius immorandum eſt.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Theologia ſit de omnibus ex attributione ad primum eius ſubiectum.

AD octauum ſic proceditur: videtur, quod Theologia non ſit de omnibus ex attributione ad primum eius ſubiectum: quia Auguſtin. 14. de Trinit. capit. 1. *ait* neque huic ſcientię tribuendum eſt &c. A.

Sed contra eſt, quod 4. Metaphyſ. eadem eſt ſcientia de aliquo, & de attributis ad ipſum: & exemplificatur ibi de ſano: ſed omnia alia atribuuntur eſſentialiter ad ſubiectum huius ergo &c. B. *Ariſtot. 4. Met. text. co. 2.*

Reſpondeo dicendum: quod ad C.

ad iſtum articulum videtur probabiliter poſſe dici. Quod Theologia non eſt de omnibus ſcibilibus: quia quidditates diſtinctæ ab eſſentia diuina, vt eſt hæc eſſentia ſingularis, continent primò multas veritates de ſe: quod probatur: quia per impoſſibile circunſcripto omni alio, ſi illæ quidditates eſſent increatæ, adhuc continerent tales veritates, ſicut patet in linea, & de numero, quantum ad propoſitiones immediatas de eis Et ſecũdum hoc poſſet poni, quod in intellectu diuino eſſent habitus diſtincti ſcientiales ſecundum rationem; vtpote, Theologia eſſet, quam cauſaret eſſentia diuina, vt hic in intellectu eius: Geometria autem in intellectu eius eſſet, quæ virtute lineæ eſſet in intellectu eius: & ſic de Arithmetica virtute numeri: & ſic de alijs. Contra illud arguitur tripliciter. Primo: quia vileſceret intellectus diuinus, pro eo quod pateretur ab aliquo alio ab eſſentia ſua: nam in illo inſtanti naturæ, in quo intelligit lineam, adhuc eſſet in potentia ad veritates cognoſcendas exiſtentes in linea, & virtute illius quidditatis cognoſceret eas: ergo linea, qua ſi effectiuè imprimeret cognitionem iſtarum veritatum in intellectu diuino: & ita linea eſſet motiua intellectus diuini Secundo ſic: omnis potentiæ actuabilis à diuerſis obiectis per ſe virtute propria eorum, primum obiectum eſt aliquid commune eis: ſed ſi linea virtute ſui cauſaret veritatem in intellectu diuino, pari ratione, & aliæ res cauſabunt veritatem in intellectu eius: & ita primum obiectum intellectus diuini eſſet commune eis, & non eſſentia diuina ſingularis. Nec obſtat, quod obiecta alia attribuuntur ad eſſentiam ſuam: ita enim alia obiecta attribuũtur ad ſubſtantiam: & tamen obiectum intellectus noſtri eſt ens. Tertio: quia ſi eſſentia ſua eſt primum obiectum, patet, quod non communitate prædicationis: ergo eſt primum obiectum ſecundum virtutem: non autem eſſet primum obiectum virtualiter, ſi quodlibet aliud virtute propria immutaret intellectum eius.

D *Concluſio.* Ideo dico aliter: quod diuina Theologia eſt de omnibus cognoſcibilibus: quia obiectum primum Theologiæ ſuæ facit omnia alia actu cognita in intellectu ſuo. Ita quod in primo ſigno naturæ, eſt eſſentia ſua primo cognita in intellectu ſuo: & in ſecundo ſigno naturæ, quidditates virtualiter continentes veritates proprias:

prias: in tertio autem ſigno, ſunt iſtæ veritates virtualiter contentæ in illis quidditatibus ſibi notę. Et non eſt ordo ſecundi ad tertium ſecundum cauſalitatem, quaſi illæ quidditates cauſent aliquid in intellectu eius: ſed eſt tantum ordo effectuum eſſentialiter ordinatorum reſpectu eiuſdem cauſæ: puta, quod eſſentia ſua quaſi priùs cauſat illas quidditates ſibi notas. Exemplum: ſi Sol illuminaret aliquam partẽ propinquam ſibi, & alia pars remotior nõ eſſet illuminabilis niſi à Sole propter eius opacitatem: Sol illuminaret partem aliã remotã: non autem pars illuminata primò eſſet cauſa illuminationis ſecundæ: eſſet tamen ordo inter partem propinquam, & remotam: ſicut ordo effectuum eiuſdem cauſæ: & tamen non eſſet ordo cauſæ ad effectum: quia pars illuminata nihil agit in partem opacam remotam. Ita in propoſito: hæc eſſentia Dei in intellectu ſuo facit alias quidditates actu notas: & quaſi poſterius naturaliter facit veritates illas in iſtis contentas notas intellectui illi. Tamen illæ quidditates finitæ nullam virtutem habent reſpectu intellectus diuini immutandi: quia intellectus diuinus non eſt natus perfici ab illis quidditatibus: quia ille eſt infinitus, & illæ quidditates finitæ, & infinitum à finito nullomodo perficitur. Ita quod ſi in tertio inſtanti naturæ diuina natura non moueret ad vlteriorem notitiam veritatum: nunquam intellectus intelligeret eas: quia à nullo alio motiuo, illam notitiam poſſet habere. Sic ergo Deus de omnibus cognoſcibilibus ſolum habet cognitionem theologicam: quia tantum virtute primi obiecti theologici, actuabitur intellectus eius: ita quod Theologia Dei non eſt tantum de omnibus, ſed eſt etiam omnis cognitio poſsibilis haberi à Deo de eis: & abſolutè ipſa eſt de quocumque omnis cognitio non includens aliquam imperfectionem ex ſe: quia ipſa ſola de quocumque cognoſcibili non includit limitationem: quælibet autem alia, quia eſt à cauſa limitata includit neceſſario limitationẽ. Sed de intellectibus creatis beatorum aliter eſt: quia intellectus eorum nati ſunt immutari à quiditatibus creatis ad cognitionem veritatum incluſarum in eis: & ideo præter iſtam veritatem theologicam, quam habent de illis quidditatibus, vt oſtenſis in eſſentia Dei, poſſunt habere naturalem cognitionem de eis ex propria motione earum. Theologia igi-

igitur beatorum de quibus cumque creatis non eſt omnis cognitio poſsibilis de ipſis tali intellectui. Sed dubium eſt, an ſit de omnibus, licet aliqua alia ſit de quibuſdam cognoſcibilibus? hìc diſtinguendum eſt de Theologia in ſe, & vt eſt habitus perficiens intellectum creatum beatum. Primo modo, eſt de omnibus ſcibilibus: quia omnia alia nata ſunt ſciri virtute primi obiecti theologici. Secundo modo, dico, quod poſsibile eſt eam eſſe de quocumque, imò de omnibus ſcibilibus: quia ſcibilia non ſunt infinita. De facto autem non habet limitationem, niſi ex voluntate Dei oſtendentis aliquid in eſſentia ſua: & ideo actualiter Theologia eorum eſt de tot, quot voluntarie Deus oſtendit eis in eſſentia ſua. De Theologia autem noſtra dico: quod ipſa non eſt actualiter omnium ſcibilium pro ſtatu iſto: quia ſicut Theologia beatorum habet terminum, ita, & noſtra, ex voluntate Dei reuelantis. Terminus autem, præfixus à voluntate diuina, quantum ad reuelationem generalem, eſt eorum, quæ ſunt in ſacra Scriptura: quia ſicut habetur in Apocalypſi vltim. qui appoſuerit ad hoc, apponet ei Deus plagas, quæ apponuntur in libro iſto. Igitur Theologia noſtra de facto non eſt niſi de his, quę continentur in Scriptura, & de his, quæ poſſunt elici ex ipſis. De poſsibilitate Theologiæ noſtræ, dico: quod non poteſt eſſe de omnibus: tum proper defectum intellectus noſtri non potentis in ſpeciali concipere multas quidditates: reuelatio autem ſecundum communem legem, non eſt, niſi de his, quorum termini naturaliter poſſunt concipi à nobis. Tum propter defectũ Theologiæ noſtræ: quia non poteſt eſſe cum cognitione euidenti de eiſdem cognoſcibilibus ſecundum aliquos: & per conſequens, de naturaliter nobis cognitis non poteſt ſtare Theologia noſtra reuelata. Tamen omnis Theologia, ſiue noſtra, ſiue beatorum, ſiue Dei, eſt de omnibus entibus, quantum ad aliqua de eis cognoſcibilia, ſcilicet, quantum ad reſpectus, quos habent ad eſſentiam diuinam, vt eſt hæc eſſentia: quia reſpectus non poteſt cognoſci ſine cognitione amborum extremorũ: & ita reſpectus, qui eſt ad hanc eſſentiam,

vt

vt hæc, non poteſt cognoſci, ſine cognitione huius eſſentiæ, vt hæc.

F Sic ergo (vt vere dicatur) Theologia eſt de omnibus, & eſt omnis cognitio non includens imperfectionem: & ideo in intellectu Dei, qui non poteſt habere aliquam cognitionem imperfectam, eſt omnis cognitio: non tamen eſt omnis cognitio ſimpliciter reſpectu intellectus creati: quia præter eam poteſt haberi alia cognitio de aliqua quidditate ſpeciali mouente intellectum creatum. Ipſa etiam ſola eſt cognitio de omnibus quantum ad aliqua cognoſcibilia, ſcilicet, quantum ad reſpectum eorum ad hanc eſſentiam, vt hæc; ſi tamen eſſentia, vt hæc, terminet reſpectum creaturæ; & non ſub ratione alicuius attributi naturaliter à nobis intelligibilis. Et iſta eſt fortè ratio vna, quare non poſſumus ſcire de intellectu creato, quod ordinatur ad hunc finem, vt hunc: quia non poſſumus cognoſcere reſpectum fundatum in natura intellectuali ad iſtam eſſentiam, tanquam ad finem proprium: quia neque extremum, ad quod eſt reſpectus: ideo, nec rationem imaginis reſpectu illius naturæ in ſe, ſicut ſancti loquuntur de imagine.

Ad argumentum dico: quod concludit de Theologia, non in ſe, ſed prout traditur in ſacra Scriptura: & de hac loquitur Auguſtinus.

Expoſitio 8. Articuli quæſtionis 3. Prologi.

RATIO Dubitandi in hoc difficili articulo, pro probabili via dicendi, ex eo ſumitur: quia cum omnium creaturarum quidditates, quæ ſecundum eſſe obiectiuum ipſarũ, ſunt in Deo, ab ipſiuſmet Dei attamen eſſentia ſint diſtinctæ, non videtur earum cognitionem ad Theologiam pertinere, quia iſtæ tales quidditates rerum continent virtualiter ſuas paſsiones, & veritates in ſe: ex eis etenim inferuntur propoſitiones neceſſariæ, etiam circunſcripto per impoſsibile omni alio, quod poſsit eſſe cauſa earum, quia ſi per impoſsibile non eſſet Deus, adhuc triangulo conueniret habere tres angulos, & homini eſſe rationalem, & riſibilem. Sed illud, quod primo non continet aliquam veritatem, non poteſt eſſe intellectui ratio cognoſcendi eam: ergo cum ratio diuinitatis non primo contineat tales veritates, ſed ex ipſa Dei natura contineantur immediate in earundem rerum quidditatibus, tanquam effectus in cauſa ſuæ cognoſcibilitatis, non videtur, quod poſsint omnia ſcibilia cognoſci ab intellectu diuino per rationẽ ſuæ deitatis, ſed quæ ab ipſo ſciuntur de rebus creatis per ipſa- I.

ipſarum rerum creatarum quiditates ſciri videntur. Et ex conſequenti, non omnis ſcientia diuina Theologia eſt, cum non ſit ex attributione omnium cognoſcibilium ad obiectum Theologiæ: ſed ſicut in nobis quædam ſcientia eſt Theologia, alia Arithmetica, alia Phyloſophia &c. ſic in Deo ſimiliter ex diuerſis obiectis, diuerſitas ſciẽtiarum reperietur.

2. Hanc tamen viam dicendi Doctor impugnat in textu triplici ratione. Prima eſt: quia vileſceret intellectus diuinus, ſi ab alio, quam ab eſſentia ſua moueretur, & videretur eſſe in potentia ad talium veritatum cognitionem. Secũda: quia tunc obiectum primum primitate adæquationis reſpectu diuini intellectus non eſſet diuina eſſentia: ſed aliquid commune omnibus ſubiectis omnium ſcientiarum, & hoc eſſet ens: & conſequenter obiectum adæquatum intellectus diuini eſſet idem, quod eſt obiectum intellectus noſtri. Tertia (quæ ex ſecunda infertur) quia tunc diuina eſſentia eſſet tantum obiectum primũ diuini intellectus primitate perfectionis, ſicut etiam eſt obiectum intellectus noſtri: non vero primitate adæquationis. Quas tres rationes videre oportet in textu.

3. Iſtarum igitur rationum efficacia ex eo ſumitur: quia cum diuina eſſentia præciſum obiectum motiuum ſit intellectus diuini, eo quod à nullo alio obiecto poſſit moueri, hinc eſt, quod, quidquid cognoſcit per rationem deitatis debet cognoſcere. Et ex conſequenti, adæquata ratio obiectiua, eſt diuino intellectui ipſa met diuina eſſentia, quæ intellectui creato non eſt adæquata ratio obiectiua, ſed tantum prima primitate principalitatis, & perfectionis: quia quamuis intellectus creati perfectiſſimum obiectum ſit diuina eſſentia: cum tamen ipſe ab alijs omnibus obiectis creatis ſub ratione entis incluſis ad ſui cognitionem moueatur: ens vt ſic, eſt eius obiectum adæquatum. His igitur tanquam certis præſuppoſitis arguit Doctor ab inconuenienti, inferens in prima ratione, quod intellectus diuinus ab aliqua creatura pateretur. Et in ſecunda, quod ens communiter ſumptum eſſet obiectum adæquatum intellectus diuini, ſicut intellectus creati. Et tandem in tertia, quod tantum eſſet diuina eſſentia intellectui diuino obiectum primum primitate perfectionis, ſicut, & intellectui creato. Oppoſitum tamen tenendum eſſe egregie docuit Doctor in quodlibetis quæſtione 5. litera K. vbi (vt viſum eſt ſupra in commentarijs primi articuli huius quæſtionis) triplicem aſſignauit primitatem obiecti, vt pote, virtutis, perfectionis, & adæquationis. Et ſecundum omnem triplicem primitatem, ſubtiliter probat ibi, diuinam eſſentiam eſſe obiectum primum reſpectu diuini intellectus.

Impugnata ergo illa via dicendi hac triplici ratione, difficultatem articuli reſoluit Doctor diſtinguendo triplicem Theologiam. Alia eſt enim Theologia Dei, alia beatorum, & tandem alia viatorũ. De Theologia Dei concludit, quod eſt de omnibus cognoſcibilibus intellectui diuino: cuius ratio eſt, quia obiectum Theologiæ ſuæ, quæ eſt diuina eſſentia, facit omnia alia obiecta actu cognita intellectui ſuo. Ad cuius euidentiam tria ſigna naturæ conſtituit: in quorum primo, cognoſcit intellectus diuinus ſuam eſſentiam, quæ eſt eius obiectũ primarium: in ſecundo ſigno cognoſcit quiditates omnium creaturarum, quæ quidem virtualiter continent omnes veritates, & paſſiones, quæ de ipſis inferri poſſunt: in tertio ſigno cognoſcit iſtas tales veritates. Et ſubdit Doctor: quod non eſt ordo ſecundi ſigni ad tertium, quaſi effectus ad cauſam, ita vt continentia virtualis, qua tales paſſiones continentur in quiditatibus cauſet in intellectu diuino notitiam talium paſſionum, & veritatum: vt ratio dubitandi inferebat. Sed eſt ordo duorum effectuum ſubordinatorum ad eandem cauſam: ita quod effectus ipſi interſe quo ad eſſe eſſentialiter ſunt ſubordinati: & ideò vnus in alio ſigno, poſt alium cognoſcitur, tanquam 4.

quid natura poſterius: tamen in ordine ad cognoſcibilitatem, reſpectu intellectus diuini, non ſubordinantur ad inuicem, ita vt vnus cognoſcatur per alium, tanquam per cauſam ſuæ cognitionis; ſed æque ambo eidem cauſæ cognoſcibilitatis (quæ eſt diuina eſſentia) ſubordinantur: & ideo quiditas rei creatæ, non eſt intellectui diuino ratio cognoſcendi veritates, quas in ſe virtualiter continet: quia quiditates finitæ nullam virtutem habent ad immutandum diuinum intellectum: quia intellectus diuinus non eſt natus perfici ab illis quiditatibus: quoniam illæ quiditates ſunt finitæ; intellectus vero diuinus eſt infinitus, & infinitum â finito nullo modo perfici poteſt.

5. Diuina ergo eſſentia, quæ eſt ratio cognoſcendi quiditates creatas, eſt intellectui diuino ratio cognoſcendi omnes veritates, & paſſiones earum; vnde reſoluitur, quod omnia cognoſcibilia reſpectu intellectus diuini attribuuntur ad obiectum Theologiæ, quod eſt diuina eſſentia, ſeu Deus ſub ratione eſſentiæ, aut deitatis. Quam ob rem concluditur in textu, quod omnis ſcientia, quam Deus habet de quocumque cognoſcibili, etiam creato, eſt ſibi Theologia: quia ad obiectum Theologiæ attribuitur, & per rationem deitatis à diuino intellectu cognoſcitur. Ex quibus tandem colligitur, quod Deus non poteſt dici Aſtrologus, Phyloſophus, aut Mathematicus &c. quia omnium iſtarum, & cæterarum, ſcientiarum, aut artium etiam poſsibilium, obiecta non aliter per rationem ſuæ deitatis poteſt cognoſcere. Et ideo reſpectu omnium ſcibilium eſt Theologus. Ex quo fit (quo ad hanc partem) dubij reſolutio, quod ſcilicet, Theologia diuina eſt de omnibus cognoſcibilibus per attributionem ad primum ipſius Theologiæ obiectum.

6. De Theologia vero beatorum longe diſpar eſt ratio: nam licet Theologia ſecundum ſe, ſit de omnibus ſcibilibus, ex eo quod omnia cognoſcibilia (quæcumque illa ſint) innata cognoſci virtute primi obiecti theologici, quod eſt diuina eſſentia, & propterea, vt eſt habitus perfectiuus, loquendo de poſsibili, ſic poterat beatus videre in eſſentia omnia ſcibilia, quia ſcibilia extra Deum non ſunt intenſiue infinita (vt Doctor aduertit, & nos latius hoc ex profeſſo diſputamus infra ſub diſtinct. 1. quæſt. 2. diffic. 32.) tamen quatenus Theologia eſt habitus perficiens intellectum beati de facto, habet limitationem ex diuina voluntate oſtendente in eſſentia quidquid vult, & ideò loquendo de facto de Theologia beatorum, inquit Doctor, quod eſt de tot ſcibilibus, quot Deus beatis voluntarie oſtendit in eſſentia ſua. Hæc tamen eſt differentia inter cognoſcibilia creata reſpectu diuini intellectus, & creati, quod reſpectu intellectus diuini, omnia ſub Theologia cadere neceſſum eſt, propter ſupradictam rationem: at verò reſpectu intellectuum beatorum, non ſic: quia cum intellectus eorum nati ſint immutari à quiditatibus creatis ad cognitionem earum veritatum, quæ includuntur, & continentur in ipſis quiditatibus: hinc eſt, quod in beatis, de quolibet cognoſcibili naturali, etiam eorum, quæ videt in Deo, poteſt eſſe ſpecialis cognitio, ſecundum propriam cuiuslibet obiecti rationem. Et ideo concluditur in textu: quod non omnis beatorum ſcientia, aut cognitio poſsibilis, ad Theologiam pertinet: nec ex conſequenti beatorum Theologia neceſſario eſt de omnibus cognoſcibilibus per attributionem ad obiectum theologicum.

Porro circa hanc Theologiam bea- 7.
torum à ſententia Doctoris deuiat diſcipulus eius Baſſolis in q. 4. Prologi. §. *De Theologia in intellectu beatorũ*, ibi etenim fatetur ſe capere nõ poſſe, quomodo eadẽ actu cognoſcitiuo diuinæ eſſẽtiæ, & aliorũ, quæ cognoſcũtur per ipſã, qualis eſt actus viſionis beatorũ, poſsit videri diuina eſſentia eui-

euidenter,& clare,abſque eo quod vi deantur omnia, quæ naturaliter, & neceſſario repræſentat, cuiuſmodi ſunt quiditates rerum. Vel enim (inquit) eodem actu, quo cognoſcitur eſſentia, cognoſcuntur cætera obiecta, quæ repræſentantur in eſſentia, vel alio vlteriori actu. Si hoc ſecundum eſſet, tunc libenter concedit Baſſolis poſſe Deum influere ad primum, & non ad ſecundum: & ſic videretur eſſentia, cæteris quiditatibus, quas eſſentia repræſentat, non viſis: ſed hoc (inquit) non credo eſſe verum. Si autem primum dicas, neceſſario debes ponere, quod qui diuinam cognoſcit eſſentiam, cognoſcit quoque omnes quiditates creatas, quæ reſpræſentantur in ipſa: quia, & ſi illæ eſſent infinitæ, non eſt maius cognoſcere infinita extenſiue, quam infinitum intenſiue. Nec valet (ait iſte Author) quod dicūt aliqui: quod eſſentia diuina eſt obiectum intellectus beatorum, non naturale, ſed voluntarium, & ideò non oportet, quod omnia repræſentet, & quod omnia cognoſcātur per eam: quia licet Deus ſit obiectum voluntarium, quantum ad influendum ad actū ipſum: ita quod ſi vult, videtur, & ſi non vult, non videtur; non tamen eſt obiectum voluntarium, quantum ad hoc, quod actu poſito in eſſe non videantur omnia, quæ eſſentia diuina repræſentat neceſſario, & neceſsitate naturali: quia ſicut ad eūdem actum non poteſt Deus influere, & non influere: ita nec poteſt influere ad viſionem eſſentiæ, & non influere ad viſionem omnium, quæ in eſſentia repræſentantur.

8. Verum enim verò Author iſte inconſtanter loquitur in aſſertionibus ſuis; cuius inconſtantia ſatis conſtat ex prima diſtinctione huius primi libri, quæſtion. 1. §. *ſed non video*, vbi latiſsime probat, & tuetur, ſententiam Scoti ponentis poſſe à beato clare videri diuinam eſſentiam, non viſis perſonis, aut etiam attributis. Quod probat ratione Scotica, ſcilicet, ex differentia obiecti primarij, & ſecundarij. Cur ergo in preſenti negat euidenter, & clare videri poſſe eſſentiā diuinam; quin videantur quiditates creaturarum, quæ repræſentantur in ipſa, ſi quidem magis pertinent iſtę quiditates ad rationem obiecti ſecundarij, quam diuinæ relationes, & attributa? equidem attributa, & relationes diuinæ intrinſece, & naturaliter ad Dei naturam pertinent, à qua, veluti à radice, & fontali plenitudine naturaliter, & neceſſario emanant. Atqui quiditates creaturarum ab eſſe cognito Dei, quod quaſi diuino accidit intellectui, cauſantur, vt proprio loco de mente Doctoris trademus.

9. Poterat igitur retorqueri argumētū Baſſolis, & ad huminē fieri: quia ſicut ad eūdē actū nōn poteſt Deus influere, & non influere, ita nec poteſt influere ad viſionē eſſentiæ, & non influere ad viſionem perſonarum, quæ repræſentantur, neceſſario in eſſentia. Nec valet, ſi dicas: quod non eodem, ſed diſtincto actu, quo videtur eſſentia, videntur perſonæ, quia ſi rationabiliter non credis quiditates creaturarum videri diſtincto actu ab eo, quo videtur eſſentia, quomodo nunc credes diſtincto actu videri perſonas ab eo, quo videtur eſſentia? Confutationem igitur argumenti Baſſolis, & voluntariæ repræſentationis diuinæ eſſentiæ expoſitionem infra ſub diſtinctione prima huius primi libri, quæſtion. 2. artic. 3. difficult. 31. vbi quæritur, an videri poſsit diuina eſſentia, non viſis perſonis, & etiam in difficultate 32. late videre poteris. Nūc autem breuiter, & reſolutoriè dico, diuinam eſſentiam, non ſolum eſſe obiectum voluntarium, & liberum libertate, quoad exercitium, ſed etiam quo ad ſpecificationem actus: ita quod non ſolum eſt in Dei libertate influere, vel non influere ad actum viſionis beatæ: ſed etiam ad ſic, vel ſic influere ad cognitionem huius, vel huius obiecti repræſentati in eſſentia. Et non inconueniens eundem inuariatum actum viſionis ad diuerſa obiecta terminari (vt ibidem late oſtendimus) nam eadem invariata viſione beata, qua nunc eſſentia ſimul cum perſonis,

& attributis, videtur, poteſt ipſa eſſentia ſine perſonis, & attributis videri.

10. Iam de Theologia viatorum, quæ dicitur in textu Theologia noſtra, inquit Doctor, quod non eſt omnium ſcibilium, & hoc intelligi debet, non ſolum reſpectu quiditatum creaturarum, quæ continentur in eſſentia diuina: ſed etiam de ipſis diuinis arcanis, quæ præparauit Deus diligentibus ſe, quæ (teſte Paulo) nuſquam in cor viatoris hominis aſcenderunt. Quare de cognoſcibilibus creatis naturalibus; quæ ex ſe proprias habent quiditates, habet viator proprias; & naturales ſcientias, & cognitiones. De diuinis verò, & ſupernaturalibus, habet terminum præfixum à voluntate diuina reuelante. Hic autem terminus præfixus eſt in Scrpturis, iuxta illud Apocalypſis vltimo, qui appoſſuerit, &c. Et in Cõcilijs, in traditionibus, ac in Eccleſiæ diffinitionibus, de quibus late egimus ſupra in difficultatibus. Aliter ergo loquendum eſt de Theologia noſtra de poſsibili, & aliter de facto.

11. Primo modo reſoluit Doctor; quod non poteſt eſſe de omnibus ſcibilibus, ideſt, tam de ſupernaturalibus, quam etiam de naturalibus. Tum propter defectum intellectus noſtri pro iſto ſtatu: quia vt ſic, non poteſt intelligere quiditates omnium terminorum reuelabilium: & ideò reuelatio de communi lege non eſt, niſi de his, quorum terminos poſſumus naturaliter concipere. Tum propter noſtræ Theologiæ defectum; quia ſecundum probabilem ſententiam, non poteſt Theologia noſtra; cuius principia ſunt myſteria fidei reuelata, ſtare cum cognitione euidenti eorumdem obiectorum reuelatorum. Cum igitur plura obiecta naturalia cognoſcat naturaliter viator, de eiſdem Theologiam habere non poteſt. Sed an vtraque eiuſdem obiecti cognitio, obſcura, ſcilicet, & euidens in eodem intellectu dari poſsit? pertinet ad materiam fidei. Modo autem breuiter dico, Doctorem ibi non tenere ex propiá ſententia partem negatiuam, vt patet in textu ibi, *ſecundum aliquos*. Re enim vera non inconuenit Theologiam reuelatam ſtare cum naturaliter notis, nam quod Deus ſit vnus, & omnipotens, non ſolum fide creditur, ſed etiam naturaliter cognoſcitur. Loquendo ergo de Theologia noſtra de poſsibili non eſſe omnium cognoſcibilium, exactius probat ratio prior. Theologia verò noſtra de facto à diuina voluntate reuelante limitatur. Vnde ipſa eſt ſolum de his, quæ in ſacra Scriptura reuelantur, & de his, quæ poſſunt ex ſacra Scriptura euidenti, & neceſſaria illatione inferri, & de traditionibus, & diffinitionibus Eccleſiæ, & Conciliorũ. Et ſic loquendo de Theologia noſtra, ait textus; quod *non eſt omnium cognoſcibilium ex attributione ad ſubiectum Theologicum.*

12. Ad rationem verò dubitandi ſatis reſpondet Doctor in eis, quæ dicta ſunt de Theologia diuina, qualiter ipſa Dei eſſentia ſit ratio cognoſcendi immediate paſsiones, & veritates quiditatum, quæ repræſentantur in ipſa.

(.:.)

QVÆ-

QVÆSTIO QVARTA.

Qualiter ſacra Theologia ſit ſcientia.

DEINDE conſiderandum eſt, qualiter ſacra Theologia ſit ſcientia? circa quod quæruntur duo.

¶ Primum eſt: verùm Theologia in ſe, vel prout eſt in intellectu beati, ſit ſcientia?

¶ Secundum eſt: verum Theologia ad aliquã ſcientiam habeat habitudiné aliquã ſubalternãtis, vel ſub alternatæ?

ARTICVLVS I.

Verùm Theologia in ſe, vel prout eſt in intellectu beati, ſit ſcientia?

A AD primum ſic proceditur: videtur, quod Theologia, prout eſt in intellectu beati, quantum ad quartam conditionem (*requiſitam ad rationem ſcientiæ*) non ſit ſcientia. *Quod patet* per Auguſt. 15. de Trinit. cap. 16. *vbi*, fortaſſe (inquit) non erunt ibi volubiles noſtræ cogitationes ab aliis in alia euntes, atque redeuntes: ſed ſcientiam noſtram vnico intuitu videbimus: ergo intellectus beatorum non diſcurret: & ita non habent ſciẽtiam, quãtum ad iſtam quartam conditionem. B

Secundo præterea: quia ſicut ad Theologiam pertinent neceſſaria, ſic, & contingentia: de contingentibus non videtur eſſe ſcientia, ex diffinitione ſcientiæ: ergo non videtur, quod Theologia, ut extendit ſe ad omnia iſta contenta, poſſet habere rationé ſcientiæ, ſiue cum diſcurſu, ſiue non. *Maior* patet de Theologia noſtra: quia omnes articuli de Incarnatione ſunt de cõtingetibus. In Theologia etiam beatorum patet: quia omnia cognoſcibilia de Deo, in reſpectu ad creaturas extra, ſunt de contingentibus.

Sed cõtra eſt: quia hoc poteſt concedi: videlicet, quod beatus vere poteſt habere ſcientiã theologicam, quantum ad omnes cõditiones ſcientiæ: quia omnes cõditiones ſciẽtiæ veræ cõcurrunt in cognitione beatorum. C

Reſpondeo dicendum: quod quatuor includit ſcientia ſtricte ſumpta, ſcilicet, quod ſit cognitio certa, hoc eſt, abſque deceptione, & dubitatione: de cognito neceſſa-

neceſſario: cauſata a cauſa euidēte intellectui: applicata ad cognitum per diſcurſum ſyllogiſticum. Hæc apparent ex diffinitione ſcire, 1. poſter. vltimum, ſcilicet, cauſatio ſcientiæ per diſcurſum à cauſa ad ſcitum, includit imperfectionem ex parte ſcientiæ: ſcilicet, quod ſit effectus æquiuocus: & etiam potentialitatem ex parte intellectus recipientis: ergo Theologia in ſe non eſt ſcientia, quantum ad vltimam conditionem ſcientiæ, ſed quantum ad alias tres conditiones eſt ſcientia, in ſe, & in intellectu diuino. Vtrùm autem ſit ſcientia, quantum ad quartam conditionem in intellectu beatorum? dubiũ eſt: & videtur, quod nod non *ex ſecundo argumento poſito in principio articuli.* ſed oppoſitum videtur: quia quiditas ſubiecti in quocumque lumine videtur, continet virtualiter veritates, quas poteſt facere notas intellectui paſſiuo à tali obiecto: ſi igitur quiditas lineæ viſa in lumine naturali poteſt notas facere veritates in ſe incluſas intellectui noſtro, pari ratione, & vt viſa in eſſentia diuina: ſed omnis veritas cauſata in intellectu noſtro per aliquid priùs naturaliter notum cauſatur per diſcurſum: quia diſcurſus non requirit ſucceſsionem temporis, nec ordinem ipſius, ſed ordinē naturæ, ſcilicet, quod principium diſcurſus ſit naturaliter prius notum, & vt ſic ſit cauſatiuum alterius extremi diſcurſus

1.poſte. & 2.poſt. per totum, tx. co.9.

1. concluſ.

Loquendo autem de ſecunda conditione, hîc dico: quod in ſcientia perfectionis eſt, quod ſit euidens, & certa: nam ſcientia eſt habitus neceſſario verus: ita quod idem manens non poteſt eſſe quandoque verus, quandoquē falſus, ſicut nec quandoque ſcientia, quandoque non ſcientia. 7. Met. ergo neceſſario eſt obiecti neceſſarij: ita quod neceſsitas non tantum eſt conditio obiecti, imo intrinſeca ipſi habitui: non quidem quod ille nō poſsit corrũpi per obliuionem: ſed quod non poteſt eſſe verus, & falſus: ſicut & oratio poteſt eſſe falſa manens eadem, quæ prius fuit vera: igitur abſolute contingentis non eſt ſcientia: ſed perfectiſsima cognitio: quia determinate veridica eſt viſio: quia de veritate eſt viſio veridica, quæ non manet, obiecto non præſente in ſe: ſicut ſcientia noſtra, vel noſtra Metaphyſica manet, non præſente obiecto: quia eſt per abſtractionem ab exiſtentia obiecti: quare patet huius habitus præeminentia. Dico ergo, Theologiam eſſe de neceſſarijs de poſsibili: puta, quod Deus eſt creatiuus, vel ſuſceptiuus naturæ noſtræ: ſic intelligendo, quod vt ſumuntur.

7. Met. tx. co.33.

2. concluſ.

3. concluſ.

tur, ſecundum potentiam, ſic ſunt neceſſaria: quamuis ea poni in effectu non ſit neceſſarium: non enim eſt neceſſarium, Deum creare; ſed eſt creator. Similiter de practicis, Deo eſt credendum de promiſſa expectatione: Deus eſt amandus: Deus eſt colendus. Sed iſtarum practicarum neceſſariarū, præter tertiam, ſunt mere theologicæ conditiones. Tertia quodammodo eſt naturaliter nota, ſicut quædam ſpeculatiua neceſſaria ſunt mere theologica, vt Deus eſt trinus, quædam naturaliter nota, vt Deus eſt omniſciens.

E. Quod autem ſit de neceſſario obiecto, hæc eſt conditio obiecti, non cognitionis: quia quantumcumque ſcientia ſit de neceſſario, ipſa in ſe poteſt eſſe contingens, & per obliuionem deleri. Si igitur aliqua alia cognitio eſt certa, & euidens, & quantum eſt de ſe, perpetua, ipſa videtur in ſe formaliter perfectior, quam ſcientia, quæ requirit neceſsitatem obiecti. Sed contingentia, vt pertinent ad Theologiam, nata ſunt habere cognitionem certam, & euidentem, & quantum eſt ex parte ſui euidentiam perpetuam: hoc patet: quia omnia cōtingētia theologica ſunt nata videri in primo obiecto theologico, & in eodem nata eſt videri coniunctio iſtarum veritatum contingentium. viſio autem extremorum veritatis contingentis, & vnionis eorum, neceſſario cauſat euidentem certitudinem de tali veritate euidente: quantum eſt etiam ex parte obiecti theologici oſtendentis talia vera, nata ſunt videri in tali obiecto perpetuo, quantum eſt ex ſe: igitur contingentia, vt pertinent ad Theologiam, nata ſunt habere perfectiorem cognitionem, quā ſcientia de neceſſarijs acquiſita. Sed numquid eorum cognitio eſt ſcientia? *Reſponſio huius ex ſolutione ſecundi argumenti patebit.*

Ad primum argumentum reſpondetur: quod authoritas Auguſtin. non cogit: quia loquitur dubitatiue, & cum forte, nec illud intendit aſſerere, ſed quod verbum noſtrum non ſit æquale verbo Dei, quantumcumque verbū noſtrum ſit perfectum. Similiter poteſt exponi authoritas Auguſtini de viſione beata, quæ reſpicit tantum eſſentialia in Deo. F.

Ad ſecundum dico: quod ſecundum illam rationem ſcientię poſitam in primo poſteriorum, quæ requirit neceſsitatem obiecti, non poteſt de eis (*id eſt de contingentibus*) eſſe ſcientia: quia cognoſcere contingens, vt neceſſarium, non eſt cognoſce- G.

P 4 recon-

Digitized by Google

6.ethic.cap 4.et 7. re contingens: Tamen ſecundum quod accipit Phyloſophus ſcientiam.6.ethic. vt diuiditur contra opinionem, & ſuſpicionem, benè poteſt eſſe ſcientia: quia eſt habitus, quo determinate verum dicimus: magis tamen proprie poteſt dici: quod Theologia ſecundum ſe eſt ſapientia: quia de neceſſarijs contentis in ea ipſa habet euidentiam, & neceſsitatem, & certitudinem, & obiectum altiſsimum, & perfectiſsimum: quantum autem ad contingentia habet euidentiam manifeſtam de contingentibus in obiecto theologico, vt in ſe viſis, & non habet euidentiam mendicatam ab alijs prioribus. Vnde notitia contingentium (vt habetur in ea) magis aſsimilatur intellectui principiorum, quam ſcientiæ concluſionum.

Expoſitio 1. articuli quæſtionis 4. Prologi.

QVATVOR conditiones ad rationem veræ, & rigoroſæ ſcientiæ requiſitas ponit Doctor in textu. Prima eſt, quod ſit notitia certa omnem deceptionem, atque dubitationem excludens. Secunda, quod ſit de obiecto neceſſario, id eſt, de perpetuis, qualia ſunt quiditates rerum in communi, quæ contingentiam non habent: vnde dictum eſt de ſingularibus non dari ſcientiam, ſi quidem ſingularia caduca ſunt, & peritura: naturæ autem vniuerſales minime; ſed ſunt perpetuæ: & propterea non contingentes, ſed neceſſariæ. Quia etiam ſi, peremptis primis ſubſtantijs, impoſsibile ſit aliquid remanere: non ob id negatur perpetuitas, & neceſsitas propoſitionum ſempiternæ veritatis: quales ſunt, homo eſt animal rationale, animal rationale eſt riſibile, & ſimiles, quæ etiam, nullo exiſtente indiuiduo humanæ naturæ, ſunt veræ ex connexione prædicati cum ſubiecto. De his igitur, tanquam de obiecto neceſſario, eſt ſcientia, nō verò de ſingularibus corruptibilibus, vt pote quod Petrus ſit homo, aut hic homo ſit riſibilis. Tertia conditio eſt, ſit à cauſa euidenti cauſata. Cauſa autem euidens duplex eſſe poteſt: vel etenim eſt ex ſe, & ex mera cognitione ipſius, ſicut ſunt omnia principia per ſe nota, quæ pertinent ad habitum intellectus, qui eſt habitus primorum principiorum: vt quod homo ſit animal rationale: alia eſt cauſa euidens non ex ſe, ſed ex eo quod euidentiam cauſat, ſicut ſyllogiſmus demonſtratiuus, qui euidentiam generat. De prima ergo cauſa euidenti loquitur Doctor in illa tertia conditione: nam de ſecunda, quartam conditionem ſtatuit, quod, ſcilicet, ſit applicata intellectui per diſcurſum ſyllogiſticum. Quas conditiones deſumpſit ex Ariſtotele primo poſteriorum cap.2. & textu 5. vbi dicitur. Ariſtot el. *Scire autem opinamur vnumquodque, ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, cum cauſam eius cognoſcimus, quoniam illius eſt cauſa, & non contingit aliter ſe habere.* Quibus verbis illæ conditiones habentur: nam prima habetur ex particula, *non ſophiſtico modo*, ſecunda ex illa, *& non contingit aliter ſe habere.* Tertia ex illa, *cum cauſam eius cognoſcimus.* Quarta ex illa, *quoniam illius eſt cauſa.* His ergo quatuor ſcientiæ conditionibus præmiſsis in corpore articuli, aliud ſcientiæ genus admittit in ſolutione ſecundi argumenti: ea, videlicet, ratione dumtaxat, qua ſcientia opinionem, & dubitationem

nem excludit:& vt ſic cuiuslibet determinatæ veritatis vera, & euidens cognitio ſcientia dici poteſt. Quo admiſſo, Theologiam non ſolum neceſſariorum, ſed etiam contingentium reſoluit eſſe ſcientiam. Loquendo vero de ſcientia in rigore, ſolam Theologiam beatorum ait eſſe ſcientiam: ſed concludit, Theologiam ſecundum ſe melius ſapientiam dici poſſe. Vt autem quæ in hoc articulo compendioſe ſunt dicta, copioſius, & clarius comprehendi poſſint, mouentur ſequentes difficultates.

DIFFICVLTAS XII.

Vtrùm ſacra Theologia ſit propriè ſcientia.

1. SCIENTIAM, ſapientiam, & artem, non numquam confundunt Theologi, quandoque vnam pro alia capientes. Quam obrem non vnanimiter de ſacra Theologia ſentiunt. Vt ergo in hac difficultate omnis æquiuocatio tollatur de medio, opere pretium duxi in eius fronte omnium habituum intellectualium generaliſsimam diuiſionem præſtare. Quæ licet communiter à Doctoribus Phyloſophis in Phyloſophiæ exordijs poni ſoleat: Placet nihilominus illam intra quæſtionem theologicam prologalem adijcere, quia ad prologum cuiuſcumque ſcientiæ pertinet, & ad prohæmiales theologicas deſeruit. Quam ob rem illam conabor tradere, omni tamen ſuperfluitate recentiorum, ac veterum Phyloſophorum, qui illam commemorant, prætermiſſa.

(.·.)

§. 1.

Ponit ur generalis artium, & ſcientiarum diuiſio.

CVM natura perficiatur arte, quilibet habitus intellectualis naturam perficiens ars dici poteſt in hac latitudine, etiam, vt ſciētiam, & cæteros intellectuales habitus hoc artis nomine comprehendat, & in hac communi acceptione, ars deſcribi poteſt, pro ut à natura diſtinguitur, *per id quod industria habetur.* Seu ſecundum Ciceronem (vt refert Verſorius Doctor quidam Pariſienſis, vetuſtiſsimus tamē in prohæmio ſuæ Dialecticæ per hoc quod *ſit collectio præceptorū in vnū finem tendentium.* In qua acceptione dicitur artificium, quidquid à natura inditum non eſt, ſed ab humana induſtria inuentum. Ars verò vt ſic ad plures habitus intellectuales extēditur, quæ opinionem excludit: & ideo ab Ariſtotele diuiditur habitus intellectualis, prout continet veritatem, in 6. ethicorum cap. 3. in quinque habitus, ita quod omnis habitus intellectualis, vel eſt ſapientia, vel ſcientia, vel intellectus, vel ars rigoroſe, & ſtrictius ſumpta, vel prudētia. Cuius diuiſionis meminit DiuusThomas, 2.2. quæſt. 47. art. 5. in corpore, & eā ſupponit Scotus in hoc articulo, vt patet in textu. Cuius diuiſionis adæquatio ſumitur ex hoc, quod quilibet actus intellectualis, vel eſt ſpeculatiuus, vel practicus. Si ſpeculatiuus, cum tria tantum ſint ſpeculabilia, vt pote, principia, concluſiones, vel cauſæ perfectiſsimæ, habitū tripliciter contingit eſſe ſpeculatiuum. Vel primo, quia dicit cognitionem cauſarum altiſsimarum, & principiorum, atque concluſionum deduciibilium ex ipſis principijs ſimul, & ſic eſt ſapientia, quæ eſt nobiliſsimus omnium intellectualium habituum, vt docet Scotus primo Metaphyſicę in prohemio, & habetur ex 6. ethicorum textu octauo. Vnde diuina ſciētia, quia ſimul omnia comprehendit, 2.

Diffin. artis late ſumpta.
Verſorius.
Ariſtoteles.
D. Thom. Scotus.

ſapientia dicitur, & cognitio noſtra, quæ circa cauſas altiſsimas verſatur, & contemplatur diuina myſteria, ſapientia eſt. Vel ſecūdo, habitus intellectualis tantum eſt cognitio primorum principiorum: & vt ſic vocatur habitus ille intellectus. Vel tertio, eſt cognitio concluſionum, & ſic eſt ſciētia: ſi vero habitus intellectualis ſit practicus dupliciter ſe poteſt habere, vel primo circa agibilia: & ſic eſt prudētia, quę ſic deſcribitur, a Verſorio, *Diffin. prudentiæ.* *prudentia eſt recta ratio rerum a nobis agibiliū*: ſed ſecundum Phyloſophum 2. ethicor. ca. 6. *Eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens.* *Diffin. artis in rigore ſumptæ.* Vel ſecundo, habitus ille practicus ſe habere poteſt circa factibilia: & vt ſic eſt ars, loquendo de arte in rigore, quam ſic Ariſtoteles diffiniuit 6. ethiror. ca. 4. *Eſt habitus faciendi vera cum ratione.*

2. Ex triplici autem cauſa ſcientiæ diuiduntur, & artes, primo, ſcilicet, ratione materiæ, circa quam verſantur. Secundo ratione finis, propter quem ſunt. Tertio ratione ordinis, quo quędam ſubduntur alteris. Circa priorē cauſam eſt prima diuiſio ſciētiarum, & artium in eas, quæ verſantur in rebus, & in eas, quæ de ſermonibus tractant. Priores reales dicuntur, de quibus infra erit ſermo. Poſtremæ vero ſermocinales appellantur, & ſub hoc ſecūdo genere, nō ſolum quæ de. externo ſermone agunt, verū & quæ internū conſiderāt, includuntur. Tres ergo ſunt ſpecies huius generis (vt ita loquar) videlicet, Grammatica, Rethorica, & Dialectica. Prima & ſecunda de externo tantummodo agunt ſermone, poſterior vero externum complectitur, & internum, Non enim ſolum vocibus ſuos profert conceptus, ſed aſſenſu, & diſcurſu interno ratiocinatur. Quæ facultates, tametſi omnes in hoc quod eſt circa ſermonem verſari, conueniant, differunt nihilominus per hoc, quod prima ſermonem tradit correctum, congruum, & emendatum. Secunda vero perſuaſiuum ad hibet, & ornatum, ad quam reducūtur Hyſtoria, & Poeſis, ſecundum Quintilianum 2. inſtit. oratoriarum cap. 19. Hyſtoria quidem, quia geſtarum rerum exemplo hominum animos ad plura gerenda excitat, eis *Quintilia.* que ſuadet: Poeſis vero eo quod ſuaui ligatæ orationis dulcedine animum mulcet, & recreat. Tertia tādem rationalis eſt: quia circa ſermonem rationalem verſatur: propriſsime namque rationalis vocari debet, quę in ſeparādo verum a falſo, atque ad ignota procedendo ex notis, conſiſtit.

3. Circa ſecundam rationem, videlicet, circa finē, alia a Phyloſophis edocetur diuiſio: & quia practicū, & ſpeculatiuum, vt Ariſtoteles ait lib. 3. de anima cap. 10. differunt iuxta finem (de quo infra in quæſtione ſequenti) ideo ratione finis, ſcientię & artes, in theoreticas contēplatiuas, quas etiam ſpeculatiuas vocāt, atque in praticas, diuiduntur. Theoreticæ, ſiue ſpeculatiuæ ſunt illæ, quorum finis tantummodo eſt ipſiumet veritatis cognitio. Practicæ vero eæ ſunt, quarum finis eſt opus ipſum: Quam diuiſionem tradit Themiſtius in præfactione librorum Phyſicorū; eamque colligit *Themiſtius* ex duplici animæ potentia, ex voluntate, ſcilicet, & intellectu, quarum prima principiū eſt praxis, vt etiam docuit Scotus in q. 5. Prologi ſecūda vero eſt principium ſpeculationis: rurſus *Scotus.* practicarum alia ab Ariſtotele 6. Metaphyſicæ cap. 1. traditur ſubdiuiſio: cum enim in nobis ſit duplex operādi modus, primus, ſcilicet, quādo ipſæ operationes nobiſcum manet, nihil que extra agentem producunt, vnde immanentium operationum ſibi nomen vſurpant: ſecundus vero, quando ex operibus noſtris aliquid in externa materia cōficitur: quā obrem tranſeuntes actiones veniunt appellandæ: ideo artes, ſeu ſciētiæ practicæ, partiūtur in practicas actiones, atque in practicas factiones; communiter enim ſolet vocari operatio, actio immanēs, vt intelligere & velle. Seu melius cum Doctore productio illa, qua formalis intellectio, aut volitio producitur, dicitur actio immanens, quia productū per illā remanet in ea dē potētia, à qua producitur factio autē idē eſt, quod actio tranſiēs, vt teſtatur Phyloſ. primo eticorū c. 1. Factiuæ

uæ igitur artes vocantur illæ, quarum finis eſt ipſum opus extra facientem confectum: actiuæ vero, quarum finis eſt actio, ex qua nullum opus ad extra reſultat.

4. Huius ſecundi generis ſunt artes ſaltandi, concinendi, & ſimiles: atque de bene placito grauiſsimorum Doctorū, inter has quoque moralis Phyloſophia enumeratur, eo quod eius finis actio virtutis eſt, abſque alicuius externi operis effectione. Hanc ergo Phyloſophiam morum diſtribuunt in triplicem ſpeciem, videlicet, in etycam, economicam, & politicam: hoc ordine, quod etyca eſt illa, quæ agit de vnius priuatæ perſonæ moderamine; economica autem eſt, quæ vnius familiæ gubernationem intendit: politica tandem eſt, quæ de totius reipublicæ tractat regimine: hæ quidem omnes, & aliæ ſimiles ſub genere practicarum actionum ſunt comprehenſæ. Practicæ vero factiones, quæ in opere conficiendo cōſiſtunt, amplectuntur ſub ſe omnes mæchanicas artes, videlicet, fabrilem, domificatoriam, ſartoriam &c. Hæ inſuper aliæ ſunt præparantes materiam ad opus, aliæ vero conficientes opus ipſum, aliæ denique eodem met opere confectum vtentes, vt v.g. in Ephipio iſtæ tres artes reperiātur, ars enim coriaria præparat corium ad Ephipiū, ars vero Ephipifactoria ipſum conficit, ars tandem equitandi vtitur eo confecto.

5. Speculatiuarum, ſeu contemplantium, quædam ſunt, quæ in rebus, quędam vero, quæ in ſermone, & in opere rationis verſantur. *Ariſt.* Priorū tria gera conſtituit Ariſtoteles 6. Methaphyſicæ, cap. 1. Phyloſophiam, videlicet, naturæ, Mathematicam, ac Metaphiſicā, ad quas cæteræ ſpeculatiuæ ſcientiæ reuocantur. Ad Phyloſophiam etenim Medicina reducitur tanquam ſubalternata illi, ſeu quæ ipſam ſupponit. Ibi enim (vt inquit Phyloſophus in principio libelli de ſenſu, & ſenſibili) incipit Medicus, vbi munus Phyſici finitur. Aliæ quoque ſpecies, ſeu partes philoſophicæ reperiuntur, in quibus contemplatur Phyloſophia naturalis pro obiecto ſubſtantiā corpoream, & ea, quæ motui ſunt ſubiecta, & cœlorum, elementorum, animaliumque naturas. Mathematica verò quantitatem conſiderat, abſtrahendo tamen ab ipſius quātitatis ſubiectio, & hæc in duas iterum ſubdiuiditur partes in Geometriam, ſcilicet, quæ quantitatem continuam, quæ in trina dimenſione conſiſtit, eiuſque proprietates conſiderat: atq; in Arithmeticam, quæ circa quantitatem diſcretam verſatur, videlicet, circa numerum, & eius affectiones.

6. Sunt inſuper aliæ tres, quæ partim mathematicæ, partimque phyloſophicæ ſunt, atque ideo ad Phyloſophiā, & Mathematicam permixte reduūtur. Huius generis ſunt Aſtrologia, quæ de magnitudine, & numero orbium cæleſtium, de aſtrorumque influxu, & motu pertractat, Aſtronomia, quæ de diſtantia planetarum, & ſyderum, ac eorum aſpectu, diſputat, Muſica, quæ de tonorū cōceptu, & cōuenientia agit, & Geographia, quæ de orbis terrarum deſcriptione diſſerit.

7. Metaphyſica tandem ſpeculatur obiectum ab omni materia ſeparatū: hanc quoque Phyloſophiam primam appellarunt antiqui, atque Theologiā vocant non pauci, eo quod intelligentias cœleſtium orbium motrices conſiderat. Sed alia eſt Theologia ſacra longe nobilior, quæ tanquam famoſior hoc ſibi vendicat nomen: & hæc nō humano ingenio, nec cōnaturali luce ſed diuinæ reuelationis lumine edocta, ipſius Dei, diuinarūque rerum contemplatur arcana: & hanc quidē etiam ad Metaphyſicam reducūt plerique Doctores. Theologiæ igitur ſacræ ſubditur ius canonicū, pro ea ſaltim parte, qua continet plura, quę Spiritus Sancti luce de his, quæ ad fidem, & mores, quos fides præſcribit expoſita, diffinita, & recopilata ſunt. De cæteris namque ad bonum Eccleſiaſticorū regimē mere ſpectantibus, quæ circa lites eorum in ipſo iure canonico cōtinētur decreta, ad politicā, quę eſt ipſū ius ciuile, pertinere exiſtimo

Porrô ſpeculatiuarum, quæ in ſermone, & opere rationis verſātur, ſunt

quæ

quæ in ſecundo membro primæ diuiſionis comprehenduntur pro ea tantum parte, qua ſermonum, ſeu rationum qualitates, & naturas conſiderāt, inter quas principalis eſt Logica, prout eſt docens.

9. Et denique circa tertiam rationē, tertia quoque à Doctoribus aſsignatur diuiſio. Non tamē intelligunt illā rationem ordinis, vt quædam ſubdantur alijs per eſſētialē ſubordinationē: ſed dicitur ordo quaſi præeminentiæ, quo aliæ Scientiæ ſuperiores, aliæ vero inferiores vocātur. Superiores igitur ſūt ſacra Theologia, Metaphyſica, Mathēmatica, & vtraq; Phyloſophia, naturalis, ſcilicet, & moralis: inferiores tamen ſunt quædam artes non ita excelſæ, & nobiles: & hæ quidem in liberales & mechanicas ſunt diuiſæ. Quarum priores ſunt ſeptem, totidemque poſtremæ: primas horū primum indicat carmē, Secundūque ſequiles.

Lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, Angulus, aſtra.
Rus, nemus, arma, faber, vulnera, lana, rates.

10. Quorum carminum hæc eſt diſpoſitio. lingua, ideſt Grāmatica, tropus, Rethorica, ratio, Dialectica, numerus, Arithmetica, tonus, muſica, Angulus, Geometria, & aſtra, Aſtrologia. Hæ quidem ſeptem artes liberales dicuntur triplici, de cauſa: prima, quia antiquitus ſolum liberi, & illuſtres, illis operam nauabant. Secunda, quia habentes ipſas à corporis nocumentis, & curis quodammodo liberabantur: Et tertia, quia anima, quæ libera eſt, eas exercet, & illis liberalis animus hominis ſubleuatur. Aduertēdum eſt tamen: quod quęlibet ex ſeptem enumeratis artibus, quæ hic inter artes deſcribitur, pro vt opus conficiendū ordinatur, ideo ars eſt: nam Dialectica, quæ tradit modum conficiendi ſyllogiſmum, Logica vtens dicitur, & non docens: quia non ſyllogiſmi naturam ſpeculatur, ſed ipſum, componere oſtēdit. Quatenus ergo naturas, & veritates demonſtrabiles ſpeculatur, docens eſt, & vera ſcientia ſpecu latiua; & ſimiliter de alijs ſex artibus eſt dicēdum. Harum igitur ſeptem artium liberaliū, vt ſūperius viſum eſt, tres priores idem obiectum conſiderant; qua propter dicuntur triuiales: omnes etenim ſermonem tractāt: ſed prima correctum, ſecunda ornatum, & tertia rationalē. Quatuor autē poſtremę etiam idem obiectum reſpiciunt, ſcilicet, quātitatem: qua etiam de cauſa quadriuiales conſueuerunt nuncupari. Duæ nāque conſiderant quātitatem diſcretam, nempé, Arithmetica, & Muſica: ſed hęc eſt differentia: quod hæc talem quātitatem, nempè, numerum ſonibus contractam reſpicit, illa vero de ipſo mere numero ab omni cōtractione abſtracto agit. Alię quoque duæ, ſcilicet, Geometria, & Aſtrologia conſiderāt quantitatem continuam. Hæc tamē differentia eſt: quod hæc talem quantitatem in fluxibus, motibuſque cœleſtibus contractā, reſpicit: illa autem de ipſa quantitate ab omni contractiōne abſtrahēte pertractat. Ex quibus colligitur, quod cunctæ artes liberales de ſermone tantummodo, & quantitate peragunt.

Rurſus, hæc eſt ſecundi carminis explanatio. Rus idem eſt, quod Agricultura; nemus, venatio, arma, Militia faber, quæcunque ars fabrilis, vulnera, Chirurgia, Lana, ars textoria Satoria, Coriaria, & ſimiles, Rates, ars nautica. Hæ ergo ſeptem artes mechanicę vocātur (vt inquit Verſorius vbi ſupra) quia faciunt homines mechari, ideſt, adulterari, a liberali animo, quod debebāt altius ſapere, & non ſe cōmiſcere rebus ſeruilibus, & alienari à ſua propria operatione, quæ eſt rerum intelligibilium contemplatio. Mæchia enim adulterium ſignificat, propteteaque etiā ſeruiles vocantur, eo quod ad ſeruitium, & miniſteriū hominis fuerint inſtitutæ; & ideo in manuali praxi, ac opere vſuali conſiſtunt. 11.

(§)

Digitized by Google

§.2.

Mouetur dubium circa artem,& prudentiam.

12. SED circa hanc diuiſionē inter alia dubia,quæ ſeſe offerunt(quæ plera omittū-tur,tanquam huius loci aliena)vnum inter eſt ſoluere:ex differentia etenim ſupra numero ſecundo poſita inter prudentiam,& artem, videtur colligi, nullam ex numeratis ſeptem artibus liberalibus eſſe vere artem,ſi quidem omnes illæ facultates ſunt habitus intellectuales actiui; non vero factiui, qui non in externā materiam tranſeunt. Quod amplius confirmatur,ex eadem differentia iterum aſsignata ab Ariſtotele inter prudentiam,& artem,nam.6.Metaphiſicæ cap.1.ait:*Quare & habitus, qui cum ratione actiuus eſt,diuerſus eſt ab eo habitu,qui cum ratione effectiuus eſt*: & in fine capitis hæc ſubdit: *Cum autem effectio,atque actus diuerſa ſint,artem effectionis eſſe,non autem actus neceſſe eſt.* Quibus verbis duo facit Ariſtoteles, & quidem oſtēdit artem habitum eſſe effectiuum,& plinè negat artem habitum actiuum eſſe poſſe. *Ariſt.*

13. *Vazquez ſolutio.* Hoc dubium conatur ſoluere Gabriel Vazquez prima ſecundæ diſputatione 85.cap.1.nu.5.& 7.interpretando verba Phyloſophi, ac ſi per factibilia intelligat, quæ ad mores non pertinent;per agibilia verò illa, quæ ad mores ſpectant. Vnde prudentia eſt habitus morum,qui per actionem explicatur:ars vero eſt habitus faciendi,hoc eſt, verſans circa ea,quæ moralia non ſunt:& ideo Rethorica, Logica, & cæteri liberales habitus vere ſunt artes.

14. *Impugnatio ſolutionis.* Hæc tamen Vaſquij interpretatio violenta eſt nimis:& ſi enim prudentia ſit virtus moralis, non tamen ars: hoc non efficit,quin etiam in nō moralibus vera agibilia, ſicut factibilia dentur:ſiquidem cognitiones omnes intellectuales actionem includunt,& ipſas operationes immanētes per oppoſitionem ſolum ad moralitatem, factiones(hoc eſt)actiones tranſeuntes vocare,eſſet manifeſta vocabulorum abuſio. Quare aliter quidam hac ratione conuicti concedunt dictos ſeptem liberales habitus artes in rigore,& proprie non eſſe:ſed late, quatenus ars latiſsimè pro omni habitu intellectuali vſurpatur. *Alior.ſolutio.*

15. *Impugnatio ſolutio.* Verum enim vero huius reſponſionis facilis eſt confutatio.Siquidem habitus illi non poſſunt non ad aliquam ex quinque habituum intellectualiū ſpeciem pertinere : quia alias diuiſio illa inadæquata eſſet. Alij ergo difficultatem ſubterfugiunt tenentes ibi Ariſtotelē diffiniſſe artes mæchanicas,& ſeruiles ; minime vero liberales. Quæ ſolutio non eſt a veritate auerſa:licet diminuta ſit. Tunc enim obſtat,quia artes liberales ſuper numerariæ eſſent, & non a Phyloſopho in dicta diuiſione cōprehenſæ. Quod dicendum non eſt : & propterea obſtat ipſe Ariſtoteles,qui 6.ethicorum cap.3.Dialecticam (quæ mæchanica non eſt) abſolute vocauit artem.

16. *Solutio propria Auctoris.* Vnde aliter his ſolutionibus omiſſis, dico,Phyloſophum ibi diffiniſſe habitus intellectuales penes materiā circa quam verſantur, vt ait Diuus Thomas 2.2.quæſt.47.artic.5. in corpore. *D. Thom.* Et quia hi ſeptem habitus liberales prima principia habere poſſunt, & concluſiones poſſunt deduci ex illis,ideo ſi habitus primorum principiorū fuerit,erit habitus intellectus: ſi vero concluſionum, erit ſcientia. Propterea quę iuxta communem omnium ſententiam Logica docēs, Aſtrologia,& Muſica,& cæteri ex ſeptem habitibus,ſciētię eſſe poſſunt,vt dictū eſt. *Ariſt.* Cum igitur diuiſio illa ariſtotelica fuerit penes materiam circa quam, & harum ſeptem facultatum materia etiam ad habitus ſpeculatiuos pertineat ; non nouum diſtinctum membrū dictæ diuiſionis neceſſium fuit ſuperaddere, vt hos habitus comprehenderet,ac ſi nobis relinqueret Phyloſophus inferendum ſic,vel illi habitus

Muſicæ,

Muſicæ, Aſtrologiæ &c. agunt de principijs, vel de concluſionibus, vel tertiò modum conficiendi hanc intonationem Muſicæ in particulari, vel illam &c. tradunt. Si primum dicas habitus intellectus ſunt. Si verò ſecundũ, erunt ſcientiæ. Si tandẽ tertiũ, erunt artes, non ratione materiæ, quia materia iam præ diffinita eſt in habitibus ſpeculatiuis, ſed ratione contingentiæ ſingularitatis, qua talis materia eſt contracta, quod ſumitur ex alio principio Ariſtotelis 6. ethicor. cap. 4. vbi inquit, *nam neque eorum quæ neceſſario ſunt, vel fiunt, eſt ars, neque eorum, quæ ſunt ſecundum naturam: ſed eorum, quæ eſſe, & non eſſe poſſunt.* Ex quo deducitur illas ſeptem facultates, quatenus de ſingularibus, & contingentibus agunt, non poſſe eſſe ſciẽtias, ſed vt ſic eſſe artes.

Ariſtotel.

17. Vnde concluditur Phyloſophum duplex genus artium conſtituiſſe: vnum ex materia circa quã, & in hoc genere omnium factibilium poſuiſſe artes; alterum vero penes modum cõſiderandi: vel etenim quiditates abſtrahentes à ſingulari exiſtentia conſiderat, & ſic de neceſſarijs agit, & proculdubio ſcientia eſt, vel agit de ipſis quiditatibus, prout ſunt ſingularitate exiſtenti cõtractæ: & tunc erit ars, prout ars contra ſcientiam diſtinguitur. Hoc quidem ſecundo modo ſeptem illæ facultates liberales ſunt artes: primo verò modo aliæ ſeptem mæchanicæ artes vocantur.

§.3.

Proponitur ſtatus difficultatis, an Theologia ſit ſcientia? Et referuntur ſententiæ Diui Thomæ, & aliorum.

18. HAC igitur diuiſione artium, & ſcientiarum oſtenſa, controuertitur in præſenti, an ſacra Theologia ſit ſcientia? Videtur etenim ad intellectum pertinere quoniam prima principia, quæ tradit, ſunt ipſi fidei articuli, qui illius inſtar modi, quo principia in alijs ſcientijs, ſunt per ſe nota, ſic facta reuelatione, ſunt per ſe crediti: vel ſecũdo. videtur artem eſſe: quia de ſingularibus tractat, nẽpe de Deo, & Incarnationis myſterio, & ſimilibus. Vel etiam videtur eſſe prudentiam, eo quod mores præſcribit, & bonitatem, ac malitiam moralem humanorum actuum conſiderat. Sciẽtiam autem eſſe non poſſe ex eiſdem apparet. Et præterea, quia euidentiam habere non poteſt: cum principijs creditis, & non per ſe notis nitatur. Nec ob id ſapientia erit. Sed hæc omnia ſigillatim examinabuntur infra per difficultatis diſcurſum.

Nunc autem ad præcipuum difficultatis titulum accedendo docuit Diuus Thomas, 1. part. quæſt. 1. art. 2. (prout ab ipſius diſcipulis explicatur) Theologiam ſecundum ſe conſideratam in toto rigore ſcientiam eſſe: Theologiam verò noſtram ſcientiam non eſſe in ſe, ſed prout ſub alternatur Theologiæ, prout in ſe eſt. Tenent hanc ſententiam Albertus Magnus in ſumma tractatu 1. quæſt. 1. in corpore. Canus 12. lib. de locis communibus, capit. 2. Cayetanus, 1. part. quæſt. 1. art. 2. Bañes ibidem dubio 1. & omnes ferè Thomiſtæ eam deffendunt. Qui probãt ſuam ſententiam primo ex locis ſacræ Scripturæ, nam ſapientiæ, cap. 7. Dicitur *ipſe dedit mihi omnium, quæ ſunt, veram ſcientiam*: & Hieremiæ, cap. 3. dicitur. *Dabo vobis paſtores, qui paſcant vos ſcientia, & doctrina*: ſed doctrina, & ſcientia, qua nos paſcunt paſtores Eccleſiæ, eſt ſacra Theologia: ergo ipſa eſt vera ſcientia in toto rigore. 19.

Prima ſententia D. Thomæ.

Albertus Magnus.
Canus.
Cayetanus
Bañez.

Sapientiæ.
Hieremiæ.

Secundo probatur authoritate ſanctorum Patrum, quorum teſtimonia hoc idem inſinuant: ſed præſertim Diuus Auguſtinus, lib. 14. de Trinitate, cap. 1. vbi ait, *huic ſcientiæ attribuitur illud tantummodo, quod fides ſaluberrima gignitur.* Sed quæ fide gignuntur, tantum traduntur in ſacra Theologia: 20.

S. Auguſt.

logia:ergo,cum illam D. Auguſtinus
appellet ſcientiam, procuidubio in
toto rigore ſcientia eſt.

21. Tertio ratione probatur:quia Theo
logia,vt ſecundum ſe cõſiderata, pro
cedit ex principijs ſupernaturalibus
lumine ſupernaturali per ſe notis ex
ipſorum terminorum notitia: Theo-
logia verò noſtra, prout ſubalterna-
tur illi, etiam procedit ex principijs
dicto lumine per ſe notis: ſed ſcien-
tia ſubalternata eſt proprie, & vere
ſciẽtia:ergò Theologia noſtra, prout
ſubalternata eſt,ſcientia erit.

22. Quarto quoniam nulla alia ratio-
ne poteſt noſtra Theologia a ratione
veræ ſcientiæ excludi, niſi quia euidẽ
tiam non habet. Hac tamen ratione
non excluditur a ratione veræ ſcien-
tiæ: quia quando Ariſtoteles inquit,
ſcientiam ex euidentibus gigni, intel
lexit hanc euidentiam eſſe,vel quoad
ſe,vel quoad nos.Si hoc ſecundum di
cas,tunc Metaphyſica non eſſet pro-
prie ſcientia,quia ſæpiſsime ex euidẽ
tibus ſecundum ſe procedit: vt pote
quando ſubſtãtias ſeparatas incorrup
tibiles eſſe demõſtrat. Si vero dixeris
primũ,cum principia noſtræ Theolo
giæ ſint fidei principia,hinc infertur,
quod ſicut nihil eſt verius fide ſecun
23. dum ſe; ſic nihil eſt euidentius ea ſe-
cundum ſe: ergo &c.

Quinto,nam Theologia noſtra eſt
habitus intellectualis:ſed non eſt pru
dentia,quia non verſatur circa ſingu
laria agibilia: nec ars, quia non circa
factibilia: nec intellectus, quia nõ eſt
de primis principijs: neque ſapientia,
propter eandem rationem,quia ſapiẽ
tia inſimul principia, & cõcluſiones
euidenter in obiecto altiſsimo conſi-
derat;& ex conſequenti, cum Theo-
logia de principijs per ſe notis nõ ſit,
nequit ſapientia eſſe: ergo à ſufficien
ti adæquatæ diuiſionis diuidentium
24. enumeratione reſtat, quod ſit ſcien-
tia.

Sexto,quia Theologia noſtra eſt ha
bitus intellectualis acquiſitus per de-
monſtrationem: alias enim nullis de-
mõſtrationibus vteretur Theologus,
quod falſum eſt. ſed demonſtratio ge
nerat ſcientiam: igitur Theologia no
ſtra eſt ſcientia. Conſequentia patet:
quia in hoc diſtinguũtur ſyllogiſmus
topicus,& demonſtratiuus, quod ille
generat probabilitatem,ille vero ſciẽ
tiam.

Ioannis Baſſolis quæſt. 5. prologi
artic.3.& ſi cũ Doctore ſentiat Theo 25. *Baſſolis. Gabriel. 2. ſententia quorundã Scotiſtarũ.*
logiam noſtram ſcientiam non eſſe:
ait tamen Theologiam ſecundum ſe,
& Theologiam Dei, ex ea dumtaxat
parte, qua de veritatibus neceſſarijs
agit in toto rigore formaliter ſcien-
tiam eſſe: quia in ipſa veriſsime ſaluã
tur omnes perſe conditiones ſcien-
tiæ. Quam ſententiam ſequi viden-
tur alij Scotiſtæ,in quam inclinat Ga
briel quæſt.2.prologi.Quæ ſententia
duplici potiſsima ratione probatur.
Prima a diffinitione ad diffinitum:
quia Theologia Dei eſt cognitio in-
tellectualis,certa & euidens alicuius
neceſſarij euidenter deducti ex prin-
cipijs neceſſarijs, & euidenter notis.
Ergo eſt vere & propriſsime ſcientia:
antecedens probatur: quia obiectum
Theologiæ eſt Deus ipſe, qui eſt ens
ſimpliciter neceſſarium natum efficē
re euidentiam ſui,& ſuarũ,quaſi pro-
prietatum,quæ deducibiles ſunt ex di
uina eſſentia in intellectu perfecte
cognoſcitiuo ſui: ſed talis eſt intelle 26.
ctus diuinus: ergo &c.

Secundo, quoniam ſi aliqua ratio-
ne excluderetur Theologia a ratione
veræ,& rigoroſæ ſcientiæ, ea dumta-
xat eſſet, quia diuino intellectui ne-
quit competere ſyllogiſticus diſcur-
ſus, qui ad rationem ſcientiæ requiri
tur,eo quod debet per demonſtratio-
nem acquiri: ſed talis diſcurſus non
requiritur ad ſcientiam proprie di-
ctam,niſi reſpectu intellectus, qui ob
ſui imperfectionem non eſt actu in-
telligens,ſed in potentia ad intelle-
ctionem:qualis eſt intellectus,noſter,
qui ex notis ad ignota procedit. Er-
go reſpectu diuini intellectus,qui eſt
in actuali intelligentia omnium in- 27.
telligibilium, non requiritur diſcur-
ſus ſyllogiſticus ad rationem veræ
ſcientiæ.

Confirmatur hæc ratio: quia diſ-
curſus ſyllogiſticus pertinet ad ratio
nem cauſalitatis efficientis, & ideo
non

non in facto eſſe, ſed in fieri ad ſcientiam requiritur: quia eſt cauſa ſcientiæ, ſicut pater eſt cauſa filij, ſed ſi duo homines eſſent, quorũ vnus fuiſſet a Deo immediate creatus, alter vero à patre genitus, non ob reſpectus diſtinctos ad diuerſas cauſas efficientes, ipſi homines inter ſe ſpecie differrẽt, ſi quidem vterque eandem naturam ſpecificam abſolutam formaliter haberet, vt patuit in Adamo, & Abele: ergo ſimiliter ſcientia Dei, quæ per ſyllogiſticum diſcurſum non acquiritur, & ſcientia noſtra, quæ per diſcurſum acquiritur, non differunt in ratione formali ſcientiæ, penes reſpectus diſtinctos ad cauſam diſcurſiuam, & non diſcurſiuam.

§.4.

Ponitur vera ſententia Scoti, & eius fundamenta explanantur.

27. *Scoti vera ſententia.* IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali huius primi articuli in corpore, vbi inquit. *Ergo Theologia in ſe nõ eſt ſcientia, quantũ ad vltimam conditionem ſcientiæ: ſed quantum ad alias tres conditiones eſt ſciẽtia in ſe, & in intellectu diuino. Vtrum autem ſit ſcientia, quantum ad quartam conditionem in intellectu beatorum? Dubium eſt, & videtur, quod non &c. ſed oppoſitum videtur.* Et in ſolutione ſecundi argumenti ait: *Magis tamen proprie poteſt dici: quod Theologia ſecundum ſe eſt ſapientia.* Sequuntur

Maironis. Doctorem Franciſcus de Maironis
Rubionis. in quæſt.4. Prologi, Tatharetus ibidẽ,
Lychetus Guilielmus Rubionis 8.quæſt. prolo
Tatharet. gi, art.3.§.*hoc præmiſſo*, Lychetus quæ
Brulufer. ſtion. 3. prologi. §. *iuxta hoc quæro.*
OKam. OKam, 3. quæſt. prologi Ioannes Ma
Maior. or, quæſt.4. Bargius, quæſt.3. folio 26.
Bargius. column.2. Stephanus Bruleſer excel-
Rada. lentiſsimus, & vetuſtiſsimus Seraphi
Herrera. ci Doctoris ſancti Bonauenturæ, & ſubtilis Doctoris Scoti inſignis expoſitor, & concordator in prologo, quæ

ſtion.2. prope finem, §.*regula iſta*. Pa- *Faber.*
ter rada, 1. part. controu. 2. art. 2. Pa- *Durandus*
ter Herrera in primo diſput.3. quæſt. *Gregorius*
1. & 2. & nouiſsime Philipus faber, *Marcilius*
quæſt.4. prologi diſput. 6. atque om- *Gabriel.*
nes veteres, & recentiores Scotiſtæ. *Argẽtina*
Ex alienis vero Durandus in prologo *Vazquez.*
quæſt.1. numer.49. Gregor. Arimin. *Alenſis.*
quæſt.2. art.4. poſt medium Marcilius *Ricardus.*
quæſt.2. art.3. concluſ.7. Gabriel, quæ *Henricus.*
ſtio 7. art.1. notabili 1. Thomas de Ar *D. Thom.*
gentina, quæſt.2. art.1. Vazquez, 1.p. diſp.4. ca.6. Quam ſententiam tenuerant noſter Alexander Alenſis, 1. par. quæſt. 1. mem.1. noſter Ricardus in 2. quæſt. prologi, & Henriq. de Gand. in ſumma art.6. quæſt. 1. & quodlib. 12. quæſt. 2. imo hanc eſſe expreſſam ſententiam Diui Thomæ quæſt. 14. de veritate art.9. intendit Vazquez.

Quæſtionem hanc difficilimã reddit diuerſitas modi loquendi Docto- 28.
rum: ſed illam facile reſoluemus ſi ſapientiæ, ac ſciẽtiæ rigoroſæ differẽtiã ſtatuamus. Ad cuius intelligentiam obſeruare oportet: quod vt aduertit Bruleſer in prologo: quæſt. 3. ſapientia ad plura ſignificata ſe extendit: & ideo ſumitur quinque modis. Primo, pro charitate, ſeu (vt Diuus Thomas, 2.2. quæſt.45. art.2. accipit) pro vno ex donis Spiritus Sancti, de qua dixit Diuus Auguſtinus ab ipſo Diuo Tho
ma citatus: *ſapientia eſt charitas Dei.* *D. Aug.*
Quæ verba Diuus Thomas exponit ibi ſolutione ad primum de ſapientia, quantum ad ſuam cauſam, ſed articulo quarto fatetur hoc modo, ſapientiã importare charitatem, quatenus in anima peccato obnoxia reperiri non poteſt, iuxta illud ſapientiæ. cap.1. *In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Secundo ſumitur apud morales Phyloſophos, pro connexione omnium virtutum, tam intellectualium, quam moralium: in quo ſenſu ſapiens idem eſt, quod virtuoſus, de quo dixit
Seneca, *In ſapientem non cadit triſtitia;* *Seneca.*
& illud *ſapiens dominabitur aſtris.* Tertio, ſumitur pro vna ex quinque virtutibus intellectualibus, & eſt habitus

ſpecu-

ſpeculatiuus nobiliſsimus, vt capitur ſexto ethicorum, & patuit ſupra in diuiſione habituum intellectualium, numer. 2. quia ſpeculatur altiſsimas cauſas: & ſapientia hoc modo dicitur Grece ſophia, & ſapiens ſophos: vnde tempore Pitagoræ dicebantur Magiſtri ſophi: ipſe verò profitebatur ſe phyloſophum, id eſt, ſapientiæ cupidum eſſe. Ad ſapientiam igitur hoc modo acceptam pertinet ſecundum Ariſtotelem in principio Metaphyſicæ cõſiderare cauſam altiſsimam, per quam certiſsime de alijs iudicatur, & ſecundum quam omnia ordinari oportet. Cauſa autem altiſsima (vt Diuus Thomas notauit 2. 2. quæſt. 45. artic. 2. in corpore) dupliciter accipi poteſt: vel primo ſimpliciter, vel ſecundo in aliquo genere. Ille ergo, qui cognoſcit cauſam altiſsimam in aliquo genere, & per eam poteſt de omnibus, quæ ſunt illius generis iudicare, & ordinare, dicitur ſapiens in illo genere: vt in Medicina, & Architectura, ſecũdum illud, prima Chorint. 3. *Vt ſapiens Architectus fundamentum poſui.* Ille autem, qui cognoſcit cauſam altiſsimam ſimpliciter, quæ eſt Deus, dicitur ſapiens ſimpliciter, in quantum per regulas diuinas, omnia poteſt iudicare, & ordinare. Sapientia igitur, quæ tempore Pitagoræ, & Ariſtotelis vigebat, non ob hoc poterat dici ſapiẽtia ſimpliciter, ſed in genere. Simpliciter autem dicitur ſapientia illud donũ Spiritus ſancti, quod ſapiẽtia vocatur. Quarto igitur ſumitur ſapiẽtia ſecũdũ HolKot pro quacumque notitia ſuper naturali, ſiue infuſa immediate à Deo, ſiue ex inſpiratione diuina, aut alio quouis modo à Deo edocta. Sic fidei myſteria, & reuelationes ad ſapientiam pertinent. Quinto, & vltimo capitur pro doctrina, & ſacra Scriptura ſtudio acquiſita ad fidei explanationem vtiliſsima, imò, & neceſſaria, quę ideò ſapientia eſt, quia altiſſimam omnium rerum cauſam, nempe, Deum, pro obiecto proprio conſiderat. Et licet non habeat euidentiam ex principijs primo notis, poteſt per aſsimilationem ad ſapientiam ſimpliciter (quæ eſt Dei ſapientia) reduci. Hoc modo Theologia noſtra ſapientia dicitur, licet non ita proprie.

1. ad Chor.

HolcKot.

Porrò ſcientiam à ſapientia eſſe ſpecie diſtinctam planè conſtat ex ſupra dicta quinque habituum intellectualium diuiſione Ariſtotelica, & ex ipſius diffinitione tradita ab eodem Phyloſopho primo poſterior. cap. 5. vbi dicitur. *Scire autem arbitramur, vnumquodque ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, cum cauſam eius cognoſcimus, & non contingat aliter ſe habere.* Ex qua quatuor cõditiones ad ſcientiam ſimpliciter neceſſarias ſubtiliter colligit Doctor, prout viſum eſt ſupra in textu huius articuli, & in noſtris commentarijs ſupra ipſum: quas conditiones, ad ſapiẽntiam non requiri, eſt certum. Sed antequam illa veræ ſcientiæ adaptemus, quid nam ſit vera ſciẽtia, de qua controuertitur, videamus. Et quidem vtrumque oſtendit Doctor, nam in 3. diſt. 24. quæſt. vnica litera, D. ait, ſcientiam pluribus modis accipi poſſe. Primo, ſcilicet, pro notitia cum firma adhæſione: in quo ſenſu, ſcientiæ nomine vſus eſt Diuus Auguſtinus 15. de Trinitate, cap. 12. & primo Retractationum ca. 13. cum ait. *Abſit, quod nos ſcire negemus, quæ teſtimonio didicimus aliorum: alioquin neſcimus eſſe Occeanũ eſſe, terras, atque vrbes, quas celeberrima fama commendat.* Sed ſcientia hoc modo potius eſt dicenda fides humana fundata in teſtimonio narrantis, quam ſcientia. Et à fortiori, hoc modo fides diuinorum myſteriorum eſt ſcientia, vt ait Doctor, & patet ex Diuo Auguſtino 11. de ciuitate Dei, cap. 2. Secundo ſumitur pro habitu, quo quis determinate dicit verum, de qua loquitur Ariſtoteles 6. ethicorum, cap. 4. cum ait: quod *habitibus intellectualibus dicit aliquis determinate verum, & aſſentit vni parti, ſicut aliquis aſſentiret concluſioni demonſtratæ.* Et iſto modo, etiam ſcientia ſecundum Phyloſophum (inquit Doctor) ſtat cũ fide: ſumitur etenim pro quacumq; notitia. Tertio ſumitur ſciẽtia ſecũdũ Doctorẽ in quodlibetis q. 14. quam optime explicat Tatharetus, q. 1. proœmi. Et ſcibili ſecundo,

29.

Ariſtot.

D. Auguſt

Ariſtot.

pro notitia alicuius complexi habente euidentiam ex obiecto: ſicut dicimur ſcire parietem eſſe album, eo quod videmus albedinem inhærentem illi: ſed omnibus his modis ſumpta ſciētia non eſt, de qua præſens difficultas procedit: his etenim modis tam ſapientia, quàm intellectus, quàm etiam ars, & prudentia, ſcientia dici poteſt: quia hæc talis notitia eſſet de ſpeculabilibus, & reducere tur ad vnum ex tribus habitibus ſpeculabilibus penes ſui materiã, docet Scotus in tertio ibi ſi de agibilibus reduceretur ad prudentiam, & ſi de factibilibus agit, ad artem.

30. *Scientia in rigore quas cōditiones requirat.* Iam ergo ſumitur ſcientia quarto modo in rigore, & proprie, vt de ea loquutus eſt Phyloſophus loco citato ex primo poſteriorum, cap. 2. ad quã quatuor conditiones prærequiri docet Doctor hîc in textu in corpore articuli, & clarius in tertio diſtinctione 24. ſub litera D. quas ſupra commemorauimus in commentarijs articuli, ſcilicet, prima, quod ſit cognitio certa excludens omnem dubitationem, & deceptionẽ: ſecunda, quod ſit de neceſſarijs: tertia, quod ſit per cauſam euidentem in intellectu: quarta, quod ſit applicata ad concluſionem per diſcurſum ſyllogiſticum. Has igitur conditiones ibi explicatas Franciſcus de Maironis ad ſeptem extendit claritatis gratia. *[M]aironis.* Prima, ſcilicet, quod ſit cognitio, in qua differt ſcientia à virtutibus moralibus. Secunda, quod ſit vera, & certa: & in hoc diſtinguitur ab opinione. Tertia, quod ſit euidens, in quo diſtinguitur ab aſſenſu fidei. Quarta, quod ſit de neceſſarijs, in quo ab arte, & prudentia differt. Quinta, quod ſit habitualis; in quo differt à notitia actuali. Sexta quod ſit habita per diſcurſum, in quo differt ab habitu intellectus, qui eſt primorum principiorum notorum per ſe. Septima, quod ſit cauſata à principijs per ſe notis, per quod excluditur Theologia viatorum à ratione veræ ſcientiæ. Omnes tamen illas ſeptem conditiones optime claudit Doctor ſub quatuor illis ſupra poſitis. Ex quibus duo infero, primum eſt, non quamlibet veram cognitionem habitualem eſſe ſcientiam in rigore ſumptam: & ſecundum, quod ſcientia in rigore ſumpta ſic debeat diffiniri. *diffin. ſcientiæ.* *Scientia eſt habitus intellectualis, certus & euidens, de neceſſarijs, per demonſtrationem acquiſitus.*

31. Iam igitur has ſcientiæ conditiones in ſacra Theologia inueſtigari oportet. Ad quod recolendum eſt, quod ſuperius inſinuatur in textu præcedentis quæſtionis, & huius noſtri articuli, Theologiam, videlicet, quadrupliciter accipi poſſe: primo ſecundum ſe, & prout abſtrahit à Theologo. Secundo, prout eſt in Deo. Tertio, prout eſt in beatis. Quarto tandem, prout eſt in nobis viatoribus. *Applicantur conditiones ſciētiæ ad Theologiã* Ruſus Theologia, vt ſic diuiſa, iterum ſub diuiditur in Theologiam, quæ agit de neceſſarijs, & in iſtam, quæ agit de contingentibus. Et cum omnis Theologia (vt ex quæſtione præcedenti cõſtat) reſpiciat Deum ſub ratione deitatis pro ſubiecto: & Deus ſingulariſſimus ſit: ex hac parte videtur Theologiam excludi à ratione veræ, & rigoroſæ ſcientiæ, cum ſcientia in hoc diſtinguatur ab arte, & prudentia: quia iſtæ de ſingularibus tractant, illa vero de vniuerſalibus, vt in commentarijs articuli dictum eſt. Videbatur igitur ex hac parte Theologiam ad artem, ſeu prudentiam pertinere, non vero ad ſcientiam.

32. Hæc tamẽ conditio non obſtat, quominus ſacra Theologia ſit ſcientia: quia cum in cæteris ſcientiarum obiectis natura poſſit abſtrahi à ſingularibus exiſtentibus, tanquam neceſſariũ à contingente, quia in illis exiſtentia accidit eſſentiæ, eſtque primum prædicatum accidentale illius: ideo de ipſis, prout à ſingularibus abſtrahunt, tanquam de neceſſarijs, & perpetuis, datur ſcientia. At vero quia ſingularitas, & exiſtentia Dei eſt de conceptu formali, & de eſſentia ipſius naturæ diuinæ (nam vt aduertit in quodlibetis, quæſt. 1. ſi diuina eſſentia diffiniretur, eius quidditatiuam diffinitionem neceſſario intraret exiſtentia) *Scotus.* ideo non poteſt abſtrahi diuina eſſentia à ſua exiſtentia, & ſingularitate, abſque contradictione: ergo non poteſt concipi conceptu vero, quin conci-

concipiatur exiſtens, ſingularis, & indiuidua: ergo qui habet ſcientiam de Deo, neceſſario habet ſcientiam de Deo vt ſingulari: quia igitur ſingularitas, & exiſtentia Dei, non accidit eſſentiæ, ſed eſt de conceptu formali illius: ideo eandem neceſsitatem, & perpetuitatem, quam habet eſſentia, habet conſequenter ſingularitas, & exiſtentia: ergo diuina ſingularitas, & exiſtentia, omnem contingentiam excludit: ergo Deus non eſt tantum ens neceſſarium ſecũdum eſſentiam, ſed etiam ſecundum exiſtentiam, & ſingularitatem. Cum igitur ſcientia ideò non datur de ſingularibus, quia contingentia ſunt; non ob hoc excluditur ſacra Theologia à ratione veræ ſcientiæ, quia de ſingulari pertractat, cum hoc ſingulare non contingens, ſed ſimpliciter neceſſarium ſit. Hoc bene concedit Vazquez 1. p. diſp. 4. cap. 7. num. 16. reſpondens ad certũ dubium ex doctrina Scoti dicens: quod non minus perfecta cognitio eſſe poteſt ſingulariũ, quam vniuerſalium, ſi eſt euidens, vt re vera eſſe poteſt. Ac proinde eorum (aſſerit) poſſe dari ſcientiam ea dumtaxat conditione, quod hæc euidentia habeatur ex principijs ſingularibus per diſcurſum aliquem: ſi enim haberetur ſine diſcurſu (inquit ille) potius eſſet intellectus, ſcilicet, habitus primorũ principiorum, quam ſcientia.

33. His tammen addenda eſt alia conditio ab Scoto aſsignata, quam oblitus eſt Vazquez, ſine qua eius doctrina vera eſſe non poteſt, nempe, quod tale obiectum ſingulare debet eſſe neceſſarium: aliàs enim facile concluderetur de ſingulari contingente euidenter cognito ſcientiam eſſe poſſe: quod ipſe Vazquez libenter fatetur, num. 17. & 18. imponens Scoto tantũ admiſiſſe cum Ariſtotele primo poſteriorũ, cap. 2. ſcientiam de vniuerſalibus, cui Vazquez reſpondet, poſſe tamen eſſe ſuperiorẽ notitiam, quã ſit ſcientia eo loco diffinita: & in fine affert in ſuæ ſentẽtię cõfirmationẽ locũ Phyloſophi in 6. ethic. cap. 5. vbi ait *ſcientiam eſſe exiſtimationẽ de vniuerſalibus, & de his, quæ neceſſario ſunt.*

Vazquez
Ariſtoteles

34. Sed reuera Author iſte diffinitiones ariſtotelicas cõfundit, & Doctori ſubtili, quod ipſe nũquã ſomniauit, imponit. Quod etenim aſſerit reſtrinxiſſe Doctorem ſcientiam tantum ad vniuerſalia, falſum eſt: ſiquidem in huc articulo (vt viſũ eſt in litera textus) cõcludit Theologiam in ſe, & prout in Deo, & in intellectu beatorum, eſſe ſcientiam, quoad hanc conditionẽ, quod eſt agere de obiecto neceſſario. Deus autem, qui eſt obiectum talis Theologiæ, eſt ſingularis: ergo ſecundum Doctorem non ſolum de vniuerſalibus datur ſciẽtia, ſed etiam de aliquo ſingulari. In eo autem, quod diuidit duplicem diffinitionem Ariſtotelis, ac ſi vna quæque eſſet diuerſa, protinus addens, quod in prima ait Phyloſophus ſcientiam eſſe vniuerſalium, in ſecunda etiam admittere ſingularia, manifeſte fallitur. In illo enim loco primi poſteriorum, nihil egit Phyloſophus de vniuerſalibus, nec Scotus ſuper illum: ſed tantũ reſtrinxit ſcientiam ad obiectum neceſſarium abſtrahendo ab vniuerſali, & ſingulari. Vt patet ex verbis expreſsis Phyloſophi. *Et quod non contingit aliter ſe habere*, & Doctoris. *Secunda conditio, quod ſit de cognito neceſſario.* In ſecundo vero loco à Vaſquio citato nõ oppoſitum aſſerit Phyloſophus, imo reſtrinxit ſcientiam *ad vniuerſalia, vel ad ea, quæ neceſſario ſunt.* Hinc ergo duo habemus contra Vaſquium. Primum eſt Doctorem ſubtilem mediũ ſe habuiſſe cum Phyloſopho, ſcilicet, non tantum admittendo ſcientiam eſſe de vniuerſalibus (vt eis falſo imponit) nec per oppoſitũ extẽdendo ſe ad quæcumque ſingularia, vt ille abſque fundamento admittit: ſed ſtatuendo verã ſciẽtiã de neceſſarijs eſſe debere, ſiue illa ſint vniuerſalia, ſiue ſingularia. Secũdũ habemus contra Vaſquiũ, ſciẽtiã nullatenus poſſe eſſe de alio ſingulari, quã de Deo: & ideo exẽplũ de Aſtrologo falſo àſſumitur. Aſſumptũ probo: quia ſingulare, de quo poteſt dari ſciẽtia, debet eſſe neceſſariũ, iuxta diffinitionẽ Ariſtotelis, ab ipſo Vaſquio citatã, vt patet ex illis verbis: *& de ijs, quæ neceſſario ſunt.* Sed nullum ſingulare eſt ens neceſſarium, nec neceſſario habens eſſe præter Deum:

ergo &c. Minorem probo : quia in nullo ſingulari, præter Deum, ſingularitas, & exiſtentia eſt de eſſentia eſſentiæ, ſeu naturæ: ergo accidit ſibi, eo quod omne ens, extra Deum, ſingulare eſt terminus alicuius actionis realis ab aliqua cauſa reali productus in tempore : ergo nullum ſingulare, præter Deum, quo ad ſui exiſtẽtiam, & ſingularitatem, eſt ens neceſſariũ. Sed quidquid in eo neceſſarium eſt, natura illa eſt, quæ dicitur vniuerſalis: ergo de ipſa natura vniuerſali, & non de ſingulari, poteſt dari ſciẽtia: quia igitur, vltra Deum, nullum eſt ſingulare neceſſarium, ideo plerumque dicitur illud phyloſophicum axioma eſſe, quod de ſingularibus non datur ſcientia.

35. Hinc ergo concluditur aliter loquendum eſſe, quo ad hanc conditionem obiecti neceſſarij de Theologia pro ea parte, qua de neceſſarijs agit, vt pote, de diuina eſſentia, & arcanis ad intra : hæc etenim ſingularia neceſſaria ſunt. Aliter vero pro illa parte, qua myſterium Incarnationis, Sacramentorum, & ſimilia conſiderat. Nam hæc ſunt ſingularia mere contingentia. Quamuis enim Doctor in corpore articuli dicat Theologiam eſſe de neceſſarijs de poſsibili; videlicet, quod Deus eſt creatiuus, vel ſuſceptiuus naturæ humanæ media vnione hypoſtatica, & ſimilia: non tamen ait, eſſe de ipſo Incarnationis myſterio &c. tanquam de neceſſarijs: quia licet neceſſarium ſit Deum eſſe creatorem, ſeu poſſe creare, & alienam naturam ſubſtantialem poſſe aſſumere, de quibus vera poteſt eſſe ſcientia, tãquam de neceſſarijs : non tamen ob hoc neceſſarium, ſed mere liberum, & contingens fuit de facto creare, & naturã humanam aſſumere, & Sacramenta inſtituere &c. Quo circa dicẽdum eſt contra Vaſquium, quod & ſi communicaret viatori euidentiam ſingularium contingentium, quæ ſola fide credimus, vt pote, Incarnationis &c. nõ exinde poſſet cõcludi cõcluſio ſcientifica, nec dari ſcientia.

36. Demum de alijs tribus ſcientiæ cõditionibus videndum eſt. Et de prima, quod, ſcilicet, ſit cognitio certa, non eſt ratio dubitandi : ſi quidem tã Deo, quam beatis, per euidentiam, quam etiam nobis per infallibilem fidei aſſenſum, certa eſt cognitio theologica abſque vlla deceptione, aut dubitatione. Tertia autem conditio de euidentia aliter conſideranda eſt in nobis, qui per lumen fidei obſcurum, ſine euidentia, principia Theologiæ, quæ ſunt fidei articuli, cognoſcimus: aliter vero in Theologia ipſa ſecundum ſuam naturam, & in Deo, ac in beatis. Theologia etenim ſecundum ſe habet ſibi prima principia primo nota: & prout eſt in Deo habet euidẽtiam ex obiecto, & prout eſt in beatis eandem euidentiam habet, quia clare, & euidenter intuentur Dei eſſentiam, tanquam radicem, & principiũ, in quo omnis diuina proprietas, ſeu quaſi proprietas, ac omnes veritates de illa ſcibiles virtualiter quo ad cognoſcibilitatem ipſarum cõtinentur. Neque hic obſtare poteſt ſubalternatio noſtræ Theologiæ ad Theologiã beatorum, quam Thomiſtæ excogitant, vt ex hac ſubalternatione euidẽtiã in noſtra Theologia, ſicut in Theologia beatorum, inferre queant : quia vt in ſequenti articulo Doctor concludit, & probat, nulli ſcientiæ ſuperioris ſubalternatur Theologia ſecundũ ſe, nec Theologia noſtra ſubalternatur Theologiæ Dei, aut beatorum, vt ibi patet.

Sed quid de quarta conditione? poterit ne concedi haberi diſcurſus ſyllogiſticus in Theologia ſecundum ſe conſiderata? Minime quidem: quia cum hæc abſtrahat à Theologia, quæ eſt in Deo, ſecundum eam rationem, qua ipſa ſe habet præciſe ſecundum ſe, reperitur quaſi contracta in Deo. 37.
In Deo autem ſyllogiſticus diſcurſus eſſe non poteſt, neque vna propoſitio cognita ex alia; ſed ſicut dictum eſt ſupra quæſtione tertia artic. 8. in commentarijs articuli, num. 3. notitia cõcluſionum non prouenit intellectui diuino ex notitia principiorum, ſed vtraque immediate cauſatur ex notitia diuinæ eſſentiæ; quæ facit omnia obiecta cognoſcibilia

actu

actu cognita intellectui ſuo: quibus demonſtratio ſyllogiſtica ibi eſſe nõ poteſt. Neque etiam Theologia noſtra per talem ſyllogiſticum diſcurſum acquiri poteſt. Quia diſcurſus ille debet eſſe ſyllogiſticus demonſtratiue: demonſtratio vero ſyllogiſtica non niſi ex principijs euidenter cognitis fieri poteſt. Cum igitur principia noſtræ Theologiæ ſint nobis credita, non vero euidenter cognita (vt dictum eſt:) nequit noſtra Theologia ſyllogiſmis demonſtratiuis acquiri: tametſi enim ſyllogiſticis diſcurſibus vtatur ad concluſiones ex dictis principijs inferendas, non ideo eas ſic inferendo demonſtrat. Illa vero conditio quarta procedit non de ſyllogiſtico diſcurſu, vt cumque, ſed de demonſtratiuo. De Theologia autem beatorum ait Doctor in textu, hanc quartam conditionem habere: quia in beato eſt vera euidentia principiorum in obiecto euidenter cognito, & clare viſo: & ex illis ſyllogizatur, ita vt per perfectiſsimum diſcurſum ſyllogiſticũ Theologiã poſsit acquirere.

38. Dices attamen in Angelis, & beatis non poſſe eſſe diſcurſum: quia vnico intuitu, & non per ſucceſsionem intelligunt. Hoc argumento conuicti multi ex aduerſarijs, negant hãc quartam conditionem reperiri in Angelis, aut beatis. Quod confirmari poteſt ex Diuo Thoma, 1. part. quæſt. 19 art. 5. in corpore vbi ait: quod ſi intellectus ſeorſum intelligat principiũ, & ſeorſum intelligat concluſionem: intelligentia principij eſt cauſa ſcientiæ concluſionis. Sed ſi intellectus in ipſo principio inſpiceret concluſionem vno intuitu apprehendens vtrũque, in eo ſcientia concluſionis non cauſaretur ab intellectu principiorũ: quia idem non eſt cauſa ſui ipſius. Nihilominus de illa quarta conditione ſatis diſputatur in ſecundo ſententiarum agẽdo de cognitione Angelorũ. Nũc autẽ ad præſentẽ difficultatẽ ſufficit ſolutio Doctoris, quæ habetur in textu.

D.Thom.

39. Secundum hanc ergo ſolutionem reſpondeo: quod diſcurſus non requirit ſucceſsionem temporis, nec ordinem ipſius: ſed ſufficere naturæ ordinem, ſcilicet, quod principiũ diſcurſus ſit naturaliter prius notum, & vt ſic ſit cauſatiuum alterius extremi diſcurſus. Et ideo omnis veritas cauſata in intellectu creato per aliquid prius natura notum cauſare notitiam illius veritatis, cauſatur per diſcurſũ. Nec valet ſi inferas, quod iſto pacto etiam Deus per diſcurſum cognoſcit, ſi quidem quæ cognoſcit, nempe, concluſionem, & principium, ita cognoſcit, vt vnum naturaliter cognoſcat eſſe cauſatiuum alterius: quia principium non eſt cauſatiuum notitiæ ſui, aut concluſionis, reſpectu diuini intellectus, vt ſupra articulo 8. quæſtionis tertiæ in commentarijs late diximus. Sed æque ambo cognoſcit per eſſentiam ſuam, tanquam per rationem, & cauſam cognoſcendi. At vero in intellectu beati, ſeu Angeli, principium eſt cauſa cognoſcendi coclusionem, licet vtrumque ſimul vnico intuitu cognoſcat. Vnde Diuus Thomas in illo articulo citato procedit bene de intellectu diuino, cuius cauſam inquirens ibi reperiri negat. Si autem idem dicat de intellectu Angeli, non eſt ad rem propter dicta.

---

§. 5.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

HIS ergo præhabitis, difficultatem hanc concludendo, & loquendo de Theologia contingentiũ, dico primo: quod nec in ſe, nec in intellectu aliquo creato, aut increato, ſciẽtia eſſe poteſt. Concluſio eſt expreſſa Doctoris in textu: inquit enim *vera igitur abſolute contingẽtium non eſt ſciẽtia.* Et ſatis probatur ibi: quia conditio neceſsitatis obiecti non tantum eſt conditio obiecti, imo eſt intrinſeca ipſi habitui ſcientifico: ſed ſcientia nequit eſſe ſine conditione ſibi intrinſeca: ergo &c. Hãc cõcluſionẽ quodãmodo videtur defendere Faber vbi ſupra 40.

1. concluſ.

num.4 quatenus ait, quod dimiſſo rigore ariſtotelico, & ſequendo rationē naturalē, poſſet alio fundato principio dici Theologia contingentium vera ſcientia. Fundamentum vero, quod ponit, eſt, quia ex conditionibus ab Ariſtotele aſsignatis, ſcilicet, quod ſit notitia euidens, & quod ſit de obiecto neceſſario, prior dicit per ſe perfectionem internam ſcientiæ: ſecunda vero eſt externa, & ſe tenet ex parte obiecti. Quod probat: quia quantumcumque ſcientia ſit de obiecto neceſſario, tamen ipſa in ſe poteſt eſſe contingens, & per obliuionem deleri: ergo ſi daretur aliqua notitia, quæ eſſet certa, & euidens, & quantum eſt de ſe, eſſet perpetua, etiam ſi obiectum eſſet contingens, hæc talis notitia eſſet perfectior formaliter, quam illa, quæ tantum eſt perpetua non ex ſe, ſed ratione obiecti: ergo Theologia contingentium, quæ eſt in Deo, cum ſit æterna, erit perfectiſsima ſcientia.

41. Verum enim vero, in hoc nouiſsimus iſte Scotiſta (aliàs doctiſsimus) non bene ſcotizare videtur. Tum quia expreſſe contra Scotum ſupponit conditionem neceſsitatis obiecti eſſe extrinſecam ſcientiæ, eo quod ipſa ſcientia poſsit per obliuionem deleri: cuius oppoſitum ex diametro expreſsis verbis docet Doctor in hoc articulo. Ait enim: *ergo neceſſario ſcientia eſt de obiecto neceſſario, ita quod neceſſitas non tantum eſt conditio obiecti, imo intrinſeca ipſi habitui, non quidem quod ille non poſsit corrumpi per obliuionem, ſed quod non poteſt eſſe verus, & falſus, ſicut oratio poteſt eſſe falſa, manens eadem, quæ prius fuit. Vera igitur abſolute contingentium non eſt ſcientia.* Hæc Scotus ibi.

42. Argumentum verò deſumptum ex maiori perfectione notitiæ nullius momenti eſt. Quia etiam ſapientia longe perfectior eſt, quam ſcientia, & non ideo poſtulat neceſsitatem obiecti. Et Doctor loquendo de Theologia contingentium prout in Deo, & beatis, ſubdit: quod eſt perfectiſsima cognitio, quia determinatè veridica eſt viſio. Non igitur ex maiori perfectione notitiæ ſumenda eſt perfectior ratio ſcientiæ, ſed ex ipſius ſcientiæ natura, quæ manet etiam non præſente obiecto. Abſtrahit enim à præſentia eius, & exiſtentia, quæ non eſt neceſſaria, niſi tantum eſſentia obiecti, quod conſiderat. Illa autem notitia, quantumuis perfectiſsima, dependet ab ipſius obiecti exiſtentia, & præſentia; quia intuitiua eſt, & ideo obiecto non præſente, non erit in rerum natura talis notitia. Quam differentiam ſubtiliter tradit Doctor ibidem. Ex quibus concluditur, nec etiā Dei notitiam reſpectu contingentium ſcientiam eſſe.

Ad quem igitur habitum intellectualem pertinet Theologia contingentium? erit ne ars, aut prudentia, eo quod de ſingularibus agit? Minime quidem: quia non agit de ſingularibus, vt factibilibus, aut agibilibus: ſed vt mere cognoſcibilibus. Habet enim euidentiam manifeſtam de contingentibus in obiecto theologico, vt in ſe viſis: & non habet euidentiam mendicatam ab alijs principijs prioribus, ſicut ſcientia. Vnde vt Doctor concludit, magis aſsimilatur habitui principiorum, qui eſt intellectus, quam ſcientiæ concluſionum: poteſt tamen dici ſcientia largo modo, prout ſumitur à Phyloſopho ſexto ethicor, cap. 4. vt diſtinguitur contra opinionem: quia eſt habitus, quo determinate verum dicimus. Sic Doctor in textu. 43.

Loquendo attamen de Theologia neceſſariorum, prout tamen in nobis eſt, dico ſecundo: quod non eſt proprie ſcientia. Concluſio eſt Doctoris in textu expreſſa, & expreſsius in tertio diſtinct. 24. quæſtion. vnica, vbi & præſertim litera G. & H. eam ſatis acute probat, ex incompoſſibilitate fidei cum ſcientia, qua vnica, & ſingulari ratione nititur Vazquez, & omnes, qui Doctoris ſententiam amplectuntur. Scientia etenim proprie dicta non poteſt ſimul ſtare cum fide: ſed Theologia etiam neceſſariorum, prout eſt in nobis viatoribus, nititur principijs creditis per fidem ergo non poteſt eſſe ſcientia proprie 44. *2. concluſ.*

Digitized by Google

prie dicta. Maior huius ſyllogiſmi eſt expreſſa ſententia Doctoris, quam ille ſatis diffuſe probat per illius citatæ quæſtionis diſcurſum. Minor eſt certiſsima: quia quamuis interdum aliqua naturalia principia conculcet Theologus: nunquam tamen ex puris naturalibus concluſionem theologicam infert: neque ex euidenti præmiſſa naturalis concluſio demonſtrata infertur, dummodo altera ad minus præmiſſarum ſit de fide credita: quia cum cõcluſio debiliorem ſequatur partem, & in ratione ſciendi longe debilior ſit propoſitio credita (vt Doctor in quæſt. proxima citata litera F. docet) quam naturaliter nota, nõ poteſt ex præmiſſa credita ſequi concluſio euidens, nec proinde per hunc diſcurſum generari ſcientia.

45. *Solutio D. Thom.* Huic rationi reſpõdet ſanctus Thomas in illo 2. art. quæſt. 1. quod licet Theologia noſtra non habeat euidentiam ex principijs, prout à nobis ſunt credita, habet nihilominus euidentiã ex principijs Theologiæ beatorum; cui ſubalternatur, & ſic inquit ſufficere hoc, quod eſt procedere lumine ſcientiæ ſuperioris ſubalternantis, ad hoc vt ipſa ſub alternata ſit ſcientia euidenter cauſata. Et hoc probari poteſt ex Ariſtotele 1. topicor. capit. 1. *Ariſt.* vbi diffiniens demonſtrationem, eam inquit eſſe, *quæ procedit ex primis, vel ex ijs, quæ per prima, & vera fidem ſumpſerunt.* Quod explicat ſanctus Doctor in Perſpectiua, & Muſica. Perſpectiua etenim procedit ex principijs notificatis per Geometriam, & Muſica ex principijs per Arithmeticam notis. Vnde ſicut Muſicus credit principia tradita ſibi ab Arithmetico, ita (concludit Diuus Thomas) ſacra Theologia credit principia reuelata ſibi à Deo, quæ ſunt euidenter nota lumine ſuperioris ſcientiæ: quæ, ſcilicet, eſt ſcientia Dei, & beatorum.

46. Hac ſolutione ſe muniunt Thomiſtæ, & illa credunt Scoti rationem labefactari: ſed re vera ſolutio aſſumit probandum, & principium petit. Probare etenim debet, ſcientiam inferiorem ſubalternari ſuperiori, aut Theologiam noſtram ſubalternari ſcientiæ Dei, & beatorum: cuius oppoſitum manifeſte probat Doctor in ſequenti articulo. Inſuper eſto, quod hæc ſub alternatio vere reperiretur in Theologia noſtra reſpectu Theologiæ Dei, & beatorum, ſicut inter Muſicam, & Arithmeticam: adhuc principium petitur, quia vt Theologia noſtra, per ſimilitudinem ad Muſicam, eſſet ſcientia, hoc principium eſſet certum, nempe, Muſicam vt ſic credentem principia Arithmeticæ eſſe ſcientiam. Quod plane falſum eſt, ſicut de Theologia dicimus. Quia qui in Muſica credit principia ab Arithmetico tradita, non habet euidentiam talium principiorum, ſed ſolam fidem humanam, per quam ſibi nota ſunt talia principia: ergo per ſyllogiſmum non poteſt conſequi maiorem, aut euidentiorem notitiam concluſionis, quam quæ reperitur in certitudine præmiſſarum. Sed certitudo præmiſſarum, ſeu ſaltem præmiſſæ illius, quæ eſt principij crediti, eſt ſine omni prorſus euidentia; ſi quidem fides humana eſt. Ergo aſſenſus concluſionis ex tali principio deductæ, & illatæ, tantum erit fides humana, aut opinio, non vero ſcientia.

Quod autem ex Ariſtotele adducitur, non ligitime ab aduerſarijs intelligitur: quia non disiunctiue loquitur, demonſtrationem, ſcilicet, fieri, *ex primo per ſe notis, vel creditis*, ſed ex principijs primo veris, hoc eſt, per ſe notis, vel ex illis, quæ ex talibus principijs euidenter deducuntur: hoc enim tantum eſt dicere demonſtrationem mediate, vel immediate debere eſſe ex primo notis, dummodo tamen illa demonſtratio, quæ mediata eſt, eandẽ euidẽtiam habeat illorũ, quibus aſſentit, quam habent illa prima principia, ex quibus illa ſunt deducta. Sicut in ſcientia de homine nõ ſolum poteſt demonſtrari hominem eſſe riſibilem ex hoc principio, quod rationale eſt riſibile, quod quidem eſt primo per ſe notum: ſed etiam quod flebile eſt riſibile, ex his principijs, homo eſt riſibilis, flebile eſt homo: ergo flebile eſt riſibile. In quo ſyllo- 47.

Digitized by Google

giſmo præmiſſæ non ſunt principia per ſe nota, ſed concluſiones euidenter illatæ ex principijs per ſe notis, ſcilicet, ex iſtis, rationale eſt riſibile, rationale eſt flebile, ſeu flebile eſt rationale; quia propria paſsio, & ſubiectum prædicantur ad conuertentiam: ex quibus propoſitionibus nihilominus vera, & euidenti demonſtratione concluſio euidens demonſtratur. Hoc igitur modo intelligendus eſt Phyloſophus.

48. Teologia vero noſtra non ſic ſe habet: quia non deducuntur eius principia euidenter ex principijs, quæ vident beati in patria: quinimò eadem met principia ſunt immediate nobis nota, & illis: ſed in modo cognoſcendi tantum eſt differentia; nam illis ſunt euidenter nota lumine claræ viſionis: nobis autem credita lumine obſcuro fidei. Nec obſtat quod ibi dicitur. *Sed ex ijs, quæ per prima fidẽ ſumpſerunt.* Nam ibi per fidem generaliter intelligit aſſenſum, non verò illum peculiarem, quem ex teſtimonio ſolo dicentium coſequimur: quia ſi de hac fide loqueretur, cũ tota eius formalis ratio certitudinis in authoritate dicentis fundetur, nõ diceret Phyloſophus ſumi rationem aſſenſus demonſtratiui ex ijs, quæ ex primis notis deducitur.

49. *Solutio aliorũ Thomiſtarum.* Aliter ergo alij Tomiſtæ prædictam rationem Scoticam infirmare conantur, & ſoluunt fatentes non eſſe verã ſcientiam ſubalternam Theologiam noſtram ex euidentia ſubalternantis, niſi ipſius ſubalternantis ſcientiæ principia euidenter in tali ſcientia ſubalterna ſciantur. Vnde ex alio capite prouenit (inquiunt) Theologiam noſtram ſcientiam eſſe: videlicet, ex infallibili certitudine creditorum, quorum cognitio pro tanto certior eſt qualibet cognitione creata, pro quanto prima veritas, quæ eſt ratio formalis credendi, infallibilior eſt quacumque veritate creata.

50. *Impugnatio ſolutionis prædict.* Hæc tamen ſolutio ad libitum excogitata eſt, & minus probabilitatis continet, quam præcedens, ſi quidem arguit à certitudine ad euidentiam: argumentum autem Scoticũ fundatur in hoc, quod nequit euidẽter ſciri, quod fide creditur: cum tamen fateatur fidei certitudinem omnium certitudinum infallibilium eſſe, vnde aſſerere hanc maximam certitudinem ſufficere ad ſcientiam, etiam cum excluſione euidentiæ eſt nouum genus ſcientiæ præſcribere. Nam ſi de firmiſsima certitudine ſit ſermo, dicimus, ſicut in concluſione prima, hanc eſſe perfectiſsimam notitiam omnem dubitationem excludentem: non verò exinde inferri poteſt ob hanc certitudinem ſcientiam eſſe: cũ certitudo ſciẽtiæ debeat infimul eſſe euidens.

Sed numquid Theologia noſtra ad aliquem alium ex quinque habitibus 51. intellectualibus in diuiſione ſupra aſsignata enumeratis erit? Minime quidem: quia talem diuiſionem conſtituens ignorauit ſupernaturalia nobis reuelari per fidem: & ideo habitum principij fidei enixum non diffiniuit, ſed poteſt aliqualiter reduci, & aſsimilari hoc modo: quod ſicut in ſcientia habitus concluſionum habet certitudinem ſimul cum euidentia ex principijs traditis ab habitu intellectus: ita habitus Theologiæ noſtræ habet certitudinem ſine euidentia ex certitudine principiorum, quæ docet fides; & ideo fides habet ſe ad modum habitus intellectus, & Theologia ad modum ſcientiæ: ſed nec fides eſt habitus intellectus, quia euidentiam non habet: nec Theologia eſt ſcientia concluſionum: quia illas ex euidentibus principijs illatas non conſiderat. Vnde abſolute dicendum eſt, Theologiam noſtram eſſe alium habitum à fide, ſicut ſcientia eſt alius habitus ab *Scotus.* intellectu. Hoc expreſsit Doctor in tertio diſtinct. 24. quæſtion. vnica litera, F. His verbis. *Igitur nec concluſio erit demonſtrata generans ſcientiam, quamuis poſsit generare habitum alium à fide.* Quis autem erit hic habitus? Dico vt ſupra in fine cõcluſionis præcedẽtis: quod quia eſt habitus, quo determinate verum dicimus, poterit dici aliquo modo ſcientia prout ſcientia, diſtinguitur contra opinionem.

Aliud inſuper non parui ponderis 52.
du-

Digitized by Google

ris dubium ſupereſt circa dicta:quo-
niam concluſio illata ex vna præmiſ-
ſa de fide,& altera naturali;habet ma
iorem certitudinem , quam præmiſ-
ſa naturalis : ergo certitudo illa eſt
certitudo fidei : conſequentia patet:
quia certitudo ſumitur in concluſio-
ne à præmiſſis : ergo vel illa certitu-
do habitus Theologiæ eſt certitudo
fidei,& ſic ſequitur præmiſſam fidei:
vel naturalis , & ſic ſequitur præmiſ-
ſam naturalem:quia ibi non eſt da re
mediũ:naturalis autẽ nõ eſt , quia ex
inde multa abſurda in ſacra Theolo-
gia inferrentur:ergo eſt certitudo fi-
dei,& ex cõſequẽti Theologia noſtra
non eſt alius habitus ab habitu fidei.

53. Hanc difficultatem tractat Do-
ctor in terminis in illa citata diſtinct.
24.tertij litera F.ad quam hæc reſpõ-
det.*Tunc dico,quod concluſio modo ha-
bet maiorem certitudinem , quam altera
præmiſſarum , quæ minus certa eſt.* Vn-
de aduertenda ſunt hæc verba Do-
ctoris,& ſequentia , quæ æquiuoca-
tionem aliquam videntur habere:ſed
quia de his alibi latior erit ſermo, bre
uiter nunc dico de eius mente , pro-
Lychetus. ut exponit Lychetus ibidem, §.*de ſe-
cundo* ; quod accipiendo vnam præ-
miſſam naturalem , & alteram credi-
tam,tunc concluſio erit credita,& ſe
quitur ex præmiſſa credita ; quia hæc
eſt pars debilior in ratione ſciendi,
vt ſi quis vellet probare patrem , &
filium diſtingui realiter, poteſt aſſu-
mere maiorem naturaliter ſcitam,vt
pote : omne generans reale diſtin-
guitur à genito : & minorem credi-
tam ſic:ſed pater æternus generat fi-
lium:ergo pater diſtinguitur à filio.
Verum autem iſta concluſio ſit ita de
fide,ſicut præmiſſa minor , nec ne?
longam diſputationem expoſtulat:
vnde nunc ad propoſitum Doctor
reſpondet hunc habitum theologi-
cum eſſe alium ab habitu fidei,quaſi
medium habitum inter ſcientiam , &
fidem conſtituens,qui medius eſt ha-
bitus theologicus, prout in nobis. Vi
de ibi Doctorem.

Dico tertio : quod Theologia ne-
54. ceſſariorum ſecundum ſe , & prout
Scientias. in Deo , non eſt ſcientia proprie,
& in rigore , ſecundum omnes qua-
tuor conditiones ſcientiæ , bene ta-
men ſecundum tres priores. Conclu
ſio hæc eſt expreſſa in litera textus,
quæ eſt contra Baſſolem, & Rada. Et
probatur ab ipſo Doctore: quia defi-
cit diſcurſus huiuſmodi Theologiæ:
ſed quarta conditio veræ ſcientiæ
eſt,quod ſit applicata intellectui per
diſcurſum ſyllogiſticum : ergo &c.
Et ſatis probatur amplius ex diſtin-
ctione huiuſmodi Theologiæ à Theo
gia beatorum , quam ibi poſuit Do-
ctor excludendo Theologiam Dei
propterea à ratione rigoroſæ ſcien-
tiæ. Intelligendum eſt tamen : quod
hanc concluſionem poſuit Doctor,
nõ vt excluderet Theologiã Dei , &
ſecundum ſe,à ratione perfectiſſima
ſcientiæ , ſi quidem illæ priores tres
conditiones,quæ reperiuntur in illa,
conſtituunt perfectiſſimam ſcien-
tiam, & ideo ait,eſſe ſcientiam ſecun
dum illas tres priores cõditiones, ſed
non ſecundum quartam : ac ſi dice-
ret,nõ eſt ſciẽtia,ſicut Ariſtot. diffini
uit ſcientiã:ſed eſt ſciẽtia alio perfe-
ctiori modo , imo, & perfectiſſime.
Sic ergo explicata cõcluſio,probatur
à Doctore ratione:quia vltima condi
tio ſciẽtiæ,ſcilicet cauſatio ſcientiæ à
cauſa ad ſcitũ per diſcurſum includit
imperfectionẽ ex parte ſciẽtiæ, ſcili-
cet,ꝙ ſit effectus æquiuocus : & etiã
potẽtialitatẽ ex parte intellectus reci
pictis. Sed in Deo nequit eſſe aliqua
imperfectio:ergo Theologia in ſe,&
prout in Deo, nõ eſt ſciẽtia, quãtũ ad
quartã cõditionẽ. Sed numquid talis
Theologia,ſiquidẽ ad rigoroſã ſciẽtiã
nõ pertinet,potuit ne pertinere ad a-
liquẽ habitũ intellectualẽ ex quinque
in diuiſione ſupra poſita numeratis?
Hoc ſoluit Doctor, reſpõdens in tex
tu ſolutione ad ſecũdũ,quod *magis pro
prie poteſt dici, quod Theologia ſecũdũ ſe
eſt ſapiẽtia, quia de neceſſarijs cõtẽtis in ea
ipſa habet euidẽtiã,& neceſſitatẽ,& certi
tudinem,& obiectum altiſſimum, & perfe
ctiſſimum.* Et amplius ſi quæras,quo ex
quinque modis numeratis ſupra nu-
mero.28.ſapientia eſt? dico,quod & ſi
ibi dictum ſit, Theologiam noſtram
impropriè dici poſſe ſapientiam quin

to modo: tamen loquendo de Theologia ſecundum ſe, & in intellectu diuino, eſt perfectiſsime ſapientia tertio illo modo: & non tantum ſapientia
54. in genere, ſed ſimpliciter.

4. Concluſ. Dico quarto: quod Theologia de neceſſarijs, quæ eſt in beatis, in omni rigore phyloſophico quoad omnes quatuor cõditiones, propriſsime eſt ſcientia. Concluſio eſt expreſſa Doctoris, quam ſic probat: quia quiditas ſubiecti, in quocumque lumine videtur, cõtinet virtualiter veritates, quas poteſt facere notas intellectui paſsiuo a tali ſubiecto. Si igitur quiditas, & eſſentia lineæ viſa in lumine naturali poteſt intellectui noſtro notas facere omnes veritates in ſe incluſas, pari ratione, vt viſa in eſſentia diuina. Sed omnis veritas cauſata in intellectu noſtro per aliquid prius naturaliter notũ, cauſatur per verum diſcurſum: quia vt ſupra diximus nume. 39. diſcurſus non requirit ſucceſsionem temporis, ſed ordinem naturæ, ſcilicet, quod prima principia, quæ ſunt præmiſſæ in ſyllogiſtico diſcurſu, ſint prius naturaliter notæ, & vt ſic ſint ex ſe cauſatiuę propoſitionis, quæ eſt concluſio: ergo &c.

55. Ex quibus omnibus concludit Doctor: quod in Theologia beatorum reperiuntur omnes quatuor conditiones ſcientiæ: eſt enim notitia certa, & euidens in obiecto theologico, & de neceſſarijs, & (vt hic probat) per diſcurſum ſyllogiſticum habita, & applicata beatorum intellectui: ergo eſt vera ſcientia. Quod idem propter eandem rationem de Theologia Angelo-
D. Auguſt. rum dicendum eſt. Nec contra hoc facit dictum Diui Auguſtini 15. de Trinitate cap. 16. dicentis: quod *in patria non erunt volubiles cogitaoiones ab alijs in alia*, quia in beatis eſt duplex cognitio, vna, ſcilicet, beatifica, & altera theologica. Prima eſt incõplexa, quæ eſt cognitio diuinæ eſſentiæ tantum, quatenus eſt obiectum beatificum. Secunda autem eſt de complexis veritatibus, quæ per ipſam diuinã eſſentiam intuitiue videntur: in hac igitur ſecunda cognitione, eſt diſcurſus, non tamen in prima: Diuus autẽ Auguſtinus de prima cognitione loquitur ibi, non vero de ſecunda.

---

§.6.

Soluuntur argumenta, primæ & ſecundæ ſententiæ.

AD argumenta ergo pro prima ſententia fabricata reſpon- 56.
dendo dico ad primum ex locis ſacræ Scripturæ deſumptum: ſcientiam ibi intelligendam eſſe de notitia firma, qua rem determinate cognoſcimus. Nõ enim diſtinguit Spiritus Sãctus inter ſcientiam acquiſitam per demonſtrationem euidentem, de qua loquitur Ariſtoteles, & inter cognitionem rerum per reuelationem fidei: ſed abſolute ibi de notitia, qua determinate verum cognoſcitur, loquitur: quæ bene in reuelatione, & fide reperitur. Et hæc ſolutio generaliter adaptari poteſt omnibus locis ſacræ Scripturæ, ſed peculiariter illi ſapientiæ, *dedit mihi omnium, quæ ſunt, veram ſcientiam*. Poteſt aliter dici ibi loquutum fuiſſe Salomonem (qui fuit Author illius libri) de ſciẽtia vera, & rigoroſa omnium rerum ſibi a Deo infuſa. Quamuis etenim ſcientiam per demonſtratiuum ſyllogiſmum dixerimus acquiri: non ob hoc negatur poſſe quamlibet rigoroſam ſcientiam à Deo immediate infundi in intellectu creato: quæ nõ ideo erit habitus per ſe infuſus, ſed per accidẽs, quia adhuc in tali ſcientia verus reperitur diſcurſus eo ſaltem modo, quo in beato, & in Angelo, quia veritas euidentis concluſionis infuſæ continetur in aliquo primo naturaliter noto, vt puta, in principio.

Ad ſecundum eodem modo reſpõ- 57.
deo, Diuum Auguſtinum, & cæteros Sanctos Patres, non ibi ſeruaſſe rigorem ariſtotelicum, vſurpando nomẽ ſcientię pro illa dumtaxat cognitione

ne euidēte, quæ eſt per diſcurſum de ducta: ſed latiori quadam ſignificatione, ſecundum quam vocamus fidem, & concluſiones illius, ſcientiam, quæ tamen euidentia caret, & quod firmiter per hunc habitum adhæremus veritati, vel etiam Theologiæ in Deo perfectiſſimam concedimus ſcientiā, ſiue eo quod in Dei ſcientia reperiatur diſcurſus, ſine quo tamen ſcientia propriè, & in rigore eſſe non poteſt, vt late dictum eſt.

58. Ad tertium patet ſolutio ex ſequēti articulo, vbi Doctor probat Theologiam noſtram nullatenus ſubalternari Theologiæ Dei, ſeu beatorum. Eſto tamen, quod inter eas eſſet vera ſubalternatio, non adhuc conuincit argumentum: quia vt ſcientia ſubalternata euidens ſit ex principijs ſubalternātis, neceſſario debet habere euidentiam ſubalternātis, ſeu principiorum eius in ſe. At vero Theologia noſtra, non habet euidentiam Theologiæ Dei, aut beatorum, nec principiorum talis Theologiæ ſubalternantis, vt oſtenſum eſt ſupra numer. 46. & 47.

59. Ad quartum reſpondeo, euidentiā ſcibilium non eſſe ſumendam penes ordinem ad ipſa ſcibilia ſecūdum ſe, ſed penes ordinem ſcibilium ad intellectum: ſi enim aliter eſſet, cum quodcumque ens, etiam diuinum, ſecundum ſe ſit euidenter viſibile, aut cognoſcibile, omnis cognitio, etiam per fidem, euidēs eſſet, quod nullus dicet: Quia tūc omnium credibilium, prout credibilia ſunt, haberemus ſcientiam, & ſic fides ipſa ſcientia eſſet. Sumitur ergo ratio euidentiæ concluſionis ex principijs euidentibus, prout talia principia intellectui tunc euidenter cognita: & non aliter: Metaphyſicus ſcientiam habet eorum, quorum principia non ſunt ſibi euidenter nota: & ſic niſi per euidentia principia probet ſubſtantias ſeparatas eſſe incorruptibiles, non erit talis probatio demonſtratio, nec conſequenter de concluſionibus illis habebit ſcientiam: quia ſcientia neceſſario generari debet ex demonſtratione, & demonſtratio ex euidenti principio, cuius euidentia deficiente, totam rationem ſcientificam deficere neceſſum eſt. 60.

Ad quintum reſpondeo, ſicut ſupra num. 50. quod in rigore loquendo, non eſt Theologia noſtra ſub aliquo ex quinque habitibus intellectualibus ſupra in generali diuiſione ſciētiarum enumeratis, eo quod nititur principijs fidei, cuius habitum, aut aſſenſum non agnouit Phyloſophus: ſed eſt habitus, quo firmiter verum dicimus: & ideo large poteſt dici ſcientia. 61.

Ad ſextum dico, Theologiam noſtram non acquiri per demonſtrationem: quia quamuis diſcurſibus ſyllogiſticis acquiratur, eo quod ad modū ſcientificum in eius acquiſitione proceditur: nō tamen ſyllogiſtici diſcurſus demonſtrationes ſunt: ſed perſuaſiones quædam theologicæ, vt optime reſoluit Doctor in quæſtione prima huius prologi art. vltimo, nam ad rationem demonſtrationis non ſolum requiritur, quod ſyllogiſmus ſit verus ex principijs veris, & in debito modo, & figura: ſed vltra hoc requiritur, quod præmiſſæ, ex quibus infertur cōcluſio, ſint euidenter, & per ſe notæ. Licet igitur ex fidei principijs (quæ infallibiter vera ſunt, ſiquidem infallibili veritate primæ cauſæ nituntur) diſcurſus Theologicus concluſionē veriſſimam inferat: quia tamen non ex principijs euidenter notis procedit, ſcientiam generare non poteſt.

Ad argumenta vero pro ſecunda ſententia, & ad primum reſpondeo: quod Theologiæ Dei bene conueniunt tres priores conditiones veræ ſcientiæ, non tamen quarta, vt dictū eſt ſupra. Negatur tamen ſibi conuenire cognoſcere aliquid deductū ex principijs euidenter notis: quoniam etſi omnes proprietates diuinas &c. cognoſcat per eſſentiam ſuam, quæ ſola eſt motrix diuini intellectus, nō tamen ibi eſt diſcurſus. Sed ſi vrgeas, æquiparando diuinam cognitionem ſcientiæ Angelicæ, eo quod ſicut in Angelo ideo ſolū eſt diſcurſus, quia vnum cognitum infertur ex alio, vt pote concluſio ex principio, & virtute illius cognoſcitur: ergo pari ratione, cum 62.

ne,cum diuinæ proprietates cognoſcantur per eſſentiam tãquam per primam rationem cognoſcendi, ibi videtur eſſe diſcurſus. Dico,quod diuina eſſentia eſt principium proprietatum diuinarum, hoc eſt radix illarũ: non vero eſt principium pertinens ad habitum intellectus, quale eſt primum principium per ſe notum: quia tale principium debet eſſe terminus complexus,& propoſitio,in qua prædicatum vere affirmatur de ſubiecto. At vero diuina eſſentia eſt terminus puriſsimus incomplexus, & ideo ſe ſola non eſt tale principium: ſed ipſa quaſi conſtituit cum qualibet proprietate diuina vnum principium complexum per ſe notum, vt pote,eſſentia eſt ſapiens:& vt ſic pertinet ad intellectum, qui eſt habitus primorum principiorum: ſicut in creatis,rationale,quod eſt ſubiectum, componit cum paſsione, ſeu proprietate ſua, hoc principium per ſe notum,v.g.rationale eſt riſibile.vnde aliud eſt,proprietatẽ prædicari de ſubiecto, aliud vero eſt,proprietatem inferri de ſubiecto. Primum eſt verum, ſecundum vero falſum: quia riſibile non infertur de rationali, ſicut concluſio de principio: ſed conuenit illi tanquam prædicatũ ſubiecto, cui per ſe ineſt; ex quibus duobus ſimul conſtat vnũ principium per ſe notum. Si igitur hæc propoſitio, eſſentia eſt ſapiens, eſſet vnum principium, ex quo alia propoſitio reſpectu diuini intellectus inferretur,ſaltim naturæ ordine, ſicut in Angelis contingit: tunc neceſſario fateremur in diuina cognitione eſſe diſcurſum. At qui omnia cognoſcibilia æque primo per diuinam eſſentiam cognoſcũtur à Deo, & nõ vnum per aliud (prout oſtenſum eſt ſupra in commentarijs ad octauum articulum præcedentis quæſtionis)& ideo nullatenus Deus cognoſcit vnũ deductum ex altero,ac propterea diſcurſum habere non poteſt.

63. Ad ſecundum reſpondeo, quod etiam reſpectu cuiuſcumque intellectus requiritur diſcurſus ad rationem ſcientiæ in rigore ſumptæ. Ad cõfirmationem vero dico,quod diſcurſus demõſtratiuus eſt cauſa efficiens ſcientię,induens tamen quãdam formalitatem, quatenus in concluſione demonſtrata correſpondet etiam in facto eſſe quidam ordo ſaltim naturæ (vt dictum eſt) quo poſterius notum naturaliter ex primo noto infertur, & primo naturaliter notũ eſt de ſe cauſatiuum notitiæ obiecti poſterius noti; vnde exẽplum de duobus hominibus nõ eſt ad rem, quia cum homo ſit quid abſolutum,non pendet in facto eſſe à ſua cauſa effectiua. At vero ſcientia, etiam ſecundum ſuum eſſe ſpecificum,& quo ad ſuum eſſe ſpecificum in ſua formalitate dicit reſpectum tranſcendentalem, qui eſt illi conſubſtantialis (vt docet Doctor in tertio diſtinct.15.quæſt.vnica ſub litera,V.§.*Ad primum principale*) ad obiectũm.Et conſequenter reſpicit obiectũm,tãquam quid deductum ex illo, cui eſſentialiter ſubordinatur. Cum igitur concluſio ſubordinetur principio,conſequenter cognitio ſcientifica reſpiciens concluſionem debet neceſſario reſpicere illam, in quantum deductam ex tali principio: aliàs enim non eſſet cognitio concluſionis,vt concluſio eſt, ſed vnius abſolutæ propoſitionis,& ut ſic talis cognitio ſcientia non eſſet; quia concluſio, vt concluſio eſſentialiter reſpicit principiũ,ſicut effectus cauſam, cui eſſentialiter ſubordinatur: & ſcientia, vt ſcientia, reſpicit propoſitionem, non vt cumque,ſed quatenus cõcluſio eſt ex principio illata.

DIFFICVLTAS XIII.

Vtrùm Theologia noſtra proprie ſit opinio, aut fides acquiſita.

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ cum varijs ſententijs circa illam.

IN generali illa habitus intellectualis diuiſione ab Ariſtotele 6. ethico- I.

ethicorum ca.3. tradita, de qua latiſsimè egimus in difficultate præcedenti, conſtat ibi nu.2. habitũ intellectualem in ea diuiſione diuiſum eſſe habitum, prout cõtinet veritatem, & opinionem excludit. Cum igitur ad nullum ex habitibus ibi habitum intellectualem diuidẽtibus reducatur Theologia noſtra, ſiquidem proprie nec eſt ſapientia, nec intellectus, nec ſciẽtia, nec ars, nec prudentia, videtur forte ad alium habitum, quæ proprie ſit opinio pertinere. Sic opinatus eſt Gabriel Vazquez 1. part. diſp. 5. capit. 3. dicens ex ſua propria ſententia, quod aſſenſus theologicæ concluſionis ſine formidine expreſſa dici poteſt, aut fides acquiſita, aut opinio. Quam ſententiam partim confutat Phylippus Faber, partim vero ſequitur in diſp. 7. prologi cap. 2. nu. 18. & 19. Confutat enim id, quod dicitur eſſe opinionem. quia communiter opinio eſt aſſenſus alteri parti contradictionis cũ formidine: quod in Theologia non reperitur: ſequitur autem, quatenus ait eſſe fidem acquiſitam; quod probat ex Scoto, qui in tertio diſt. 23. quæſt. vnica §. *de primo certum eſt*. litera B. & C. aſſerit aſſenſum theologicum (inquit Faber) proprie eſſe fidem acquiſitam: quod tamen numquam Scotus dixit. Sententia hæc, quoad vtramque partem, non aliter probat Vaſquius niſi ex ſuppoſitione, quod concluſiones theologicæ colligantur ex articulis fidei non creditis diuina fide (hoc eſt infuſa) ſed humana, & acquiſita. ſic enim (inquit) concluſio theologica, vel erit fides acquiſita, vel erit opinio. Ita tamen, vt credat Theologus eſſe certiſsimã. Adde, quod ipſe dixerit cap. 2. quod non minus eſt de ratione fidei acquiſitæ formido, quam de ratione opinionis; ſiquidem fides acquiſita videtur eſſe aſſenſus proxime deductus ex teſtimonio humano, cui dicitur credere, qui habet fidem: ergo non eſt cur concedatur eſſe fidem acquiſitam, non vero opinionem. Secundam verò partem probare poſſumus pro parte Fabri rationibus Doctoris loco citato factis, quibus probat ibi omnium reuelatorum credibilium nobis ineſſe fidem acquiſitam. Quod argumentum pari ratione probat de aſſenſu theologico, ſiquidem certitudo concluſionis theologicæ eadem eſt, quæ in præmiſsis creditis, ſicut late in difficultate præcedenti dictum eſt. Et hæc eſt potiſsima ratio, qua hæc ſententia probari poteſt.

1. *ſententia Vaſquij.*

Faber.

2\. Aureolus verò, quẽ refert OKam, quæſt. 3. prologi circa ſecundum, vt hoc effugeret inconueniens, inquit, habitum theologicum per diſcurſum acquiſitum non adhæſiuum, hoc eſt non determinat de aſſenſu vnius partis contradictionis, aſſentiendo, & adhærendo vni potius, quam alteri (hoc enim adhæſiuum vocat,) ſed tantum eſſe declaratiuum: quia, ſcilicet, tantum ex munere habet declarare, & explanare myſteria, quæ in ſacra Scriptura traduntur. Quod probat, quia ex pluribus actibus credendi, quæ ſacra Scriptura docet, & concluſionibus, expreſsis illatis, acquiritur verus habitus, quo fit homo habitualiter habilis circa illas. Sed non inclinat talis habitus ad aſſenſum diſtinctum ab eo, quem ipſis credibilibus in ſacra Scriptura propoſitis præbuerat: ergo tantum inclinat ad ipſum aſſenſum, prout declaratum & expoſitum. Minor probatur, quia ſi talis eſſet habitus ad diſtinctum aſſenſum inclinãs, vel eſſet habitus ſcientiæ, vel opinionis: ſed non ſcientiæ, quia vt ſupponitur ex difficultate præcedenti probatum, non poteſt ex principijs creditis inferri concluſio, de qua ſit ſcientia: nec poteſt dici opinio, quia opinio eſt cognitio vnius partis contradictionis cũ formidine alterius: Theologus autem formidare non poteſt, ſi tenet fidem principiorum, & videt concluſionem euidenti conſequentia ſequi ex illis: ergo cum alius habitus hic imaginari non poſsit, ſupereſt habitum Theologiæ noſtræ adhæſiuũ nullatenus eſſe; ſed declaratiuum tantum.

2. *ſententia Aureoli.*

3\. OKam autem loco allegato cum omni fere ſua Nominaliũ Schola, vt ſunt Gabriel quæſt. 7. prologi artic. 1. notabili 2. Gregor. quæſt. 1. art. 4. concluſione 2. 3. & 4. Ioannes maior quæſt.

quæſt.4.poſt medium Marſilius, quæſtion.2.artic.3.concluſ.4.in affirmatiua conueniunt cum Aureolo, quatenus admittunt habitum illum declaratiuum eſſe: ab eo tamē diſsentiunt in negatiua: ponunt etenim inſuper illum eundem habitum vere adhæſiuū eſſe: & hoc ſatis contra Aureolum probat OKam. Sed argumento illius reſpondet talem habitum non eſse opinionem, vt benè Aureolus probat, neque ſcientiā, eo quod creditis principijs nititur; ſed eſse fidem acquiſitam, vt prima ſententia aiebat. Addūt tamen hunc habitum fidei acquiſitæ, qui eſt acquiſitus per diſcurſum ſyllogiſt. cum theologicum, vel eſſe eundem, qui antea in principijs creditis præexiſtebat, magis tamen per diſcurſum theologicum intenſus, quam antea erat: vel forte ſi antea non erat acquiſitus, modo per talem diſcurſum de nouo acquiritur. Concludunt igitur Doctores iſti, quod in Theologo, & eſt habitus declarandi myſteria in ſacra Scriptura tradita. & inſimul habitus aſsentiendi concluſionibus deductis ex talibus myſterijs creditis. Quando igitur Theologus vnum locum, ſeu myſterium Scripturæ per aliud declarat, tunc fungitur munere declarandi: quando vero aſsentit concluſionibus, tunc vtitur munere habitus adhæſiui. Eſse autem hunc habitū fidem acquiſitam poteſt probari, ſicut ſupra pro prima ſententia diximus rationibus Doctoris.

3. Opinio Nominali. OKam. Gabriel. Gregor. Mayer. Marſilius.

4. Hoc idem probat Faber verbis Doctoris in tertio diſt.23. loco ab eo citato, litera C. vbi hæc inquit Doctor. *Vt homo firmiter credat omnibus articulis reuelatis, & determinetur ad alteram partem ſine oppoſiti formidine, non oportet ponere fidem infuſam, nec neceſsitas poteſt ex hoc concludi; quia fides acquiſita eſt ſuper opinionem, quæ adhæret vni parti contradictionis cum formidine alterius, licet ſit infra ſcientiam, quæ eſt ex euidentia obiecti ſcibilis.* Et inſine primi articuli ſic concludit. *Hoc igitur tenendum eſt tanquam certum, quod reuelatorum in Scriptura eſt in nobis fides acquiſita generata ex auditu, & ex actibus noſtris, quâ eis firmiter adhæremus.* Quę omnia verba intelligit Faber de Theologia noſtra, & ait eſſe fidem acquiſitam, & habitum medium inter ſcientiam, & opinionem.

---

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & explanantur eius fundamenta.

IN oppoſitum tamē eſt ſubtilis Doctor, qui in tertio diſtinctione 24. quæſt. vnica, §. *Ad aliud pro opinione*, 5.
litera l. reſpondendo ad argumentū Hērici ex Diuo Auguſtino deſumptum, hæc ait. *Dico, quod ſimplices credūt omnia, quæ Eccleſia implicite: neſciunt fidem explicare, nec deffendere: ideo illi, qui hoc ſciunt, habent habitum diſtinctum à fide, ſed non alio lumine, quàm ſit fides. Nec iſte habitus innititur principijs euidenter notis in aliquo lumine. Iſto tamen habitu non pollent pluri fideles: quia ille habitus diſtinctus eſt à fide: non tamen eſt ſcientia, vt deſcribitur à Phyloſopho, nec eſt ſcientia habenti fidem.* In quibus verbis duo notanda ſunt: primum eſt Doctorem loqui in illis de habitu theologico, quem ait eſſe diſtinctum à fide acquiſita, de qua procedit quæſtio, vt aduertit in eius principio, §. *quæſtio iſta.* Secūdum eſt, ibidem proponere duos articulos, primum, ſcilicet, an habitus de credibilibus, vt pote, theologicus, poſsit eſſe ſcientia: & ſecundum, an de illis poſsit eſſe ſimul ſcientia, & fides; & his duobus articulis reſpōdet in relatis verbis: habitum theologicum, qui quidem diſtinctus eſt ab habitu fidei acquiſitæ, non eſſe ſcientiam, prout ſcientia à Phyloſopho diffinitur ſecundum illas quatuor conditiones, vt patuit in difficultate præcedente numer. 31. Et dato, quod eſſet vere ſcientia ſecundum omnem rationem euidentiæ, non tamen poſſet eſſe ſimul cum fide.

Ex qui-

6. Ex quibus verbis ſatis conſtat conſtituiſſe Doctorem habitum noſtræ Theologiæ, non medium inter opinionem, & ſcientiam, vt impune putauit Faber: ſed medium inter fidem, & ſciẽtiam, vt expreſſe vult Doctor, dum aſſerit, eſſe diſtinctum à fide, non tamen eſſe ſcientiam: quæ verba perſpicua ſunt. Sequitur Doctorem Ioannes Baſſolis in prologo quæſt. 5. artic. 3. §. *dico igitur breuiter*, & ſequenti: §. *ſic ergo dico*. Sed clarius, & elegantius Guillelmus Rubionis ibidem quæſt. 7. §. *quantum ad ſecundum*. concluſ. 1. vbi, quia expreſſe ad intentum quæſtionis loquitur, refero ſequentia eius verba. *Prima concluſio eſt: quod habitus Theologiæ, quem acquirit viator per ſtudium, & exercitium in ipſa Theologia, eſt alius ab habitu fidei, tam infuſæ, quam etiã acquiſitæ alterius rationis.* Et infra in cõfirmatione dictæ concluſionis probat Theologiam, & fidem acquiſitam eſſe habitus ſpecie diſtinctos: item Bruleſer in eodem prologo quæſt. 2. §. *prima eſt iſte liber*. pater Rada 1. part. controu. 2 art. 2. concluſ. 9. & idem inſinuare videtur pater Herrera in 1. diſput. 3. q. 1. notabili 2. atque omnes fere Scotiſtæ ſequuntur hanc Scoti ſententiam.

Ioãnes Baſſolis.

Bruleſ-r.
Rada.
Herrera.

7. Circa quam duo nobis neceſſaria ſunt ad Scoti mentem explananda, ſcilicet, citata verba Doctoris pro hac noſtra poſteriori ſententia propoſita ad intentum præſentis difficultatis adaptare: ac etiam alia verba ipſius ex diſtinct. 13. à Fabro pro ſua ſententia adducta, iuxta legitimum ſenſum exponere. Et profectò ad primum deueniendo (hoc enim ſecundum fiet in ſolutione argumentorum) plura in nuper relatis verbis Doctoris notatu digniſsima, videnda, & enucleanda ſunt. Aſſerit enim Theologiam (de qua proculdubio hic loquitur, vt patet ex illo, quod ait per hũc habitum, fidem defendi, & explicari, quod eſt ſolius muneris Theologiæ) non alio lumine, quam lumine fidei haberi. Quod quidem intelligendum eſt, iuxta intentum argumenti, quod ſoluit, prædictis verbis. Argumentum autem Henrici intendebat Theologiam eſſe ſcientiam eo, vel ea ratione, qua Diuus Thomas 1. part. quæſt. 1. artic. 2. poſuit illam eſſe ſcientiam per ſubalternationem ad ſcientiam beatorum, & dicebat, quod ſubalternatur Theologiæ beatorum, qui lumine gloriæ vident principia in Verbo: proptereaque ſunt ſibi euidentia. Ex ſubalternatione igitur ad principia hoc lumine viſa, & cognita inferebat Diuus Thomas Theologiam noſtram eſſe euidẽtem clariori lumine, quàm lumine fidei: vel intelligendo de alio tertio lumine, quod ipſe Henricus Quodlibeto 8. quæſt. 14. ponebat medium inter lumen gloriæ, & lumen fidei: quod dicebat in Theologia noſtra reperiri. Hoc igitur argumẽtum ſoluit Doctor dicendo, habitum Theologiæ non haberi alio lumine euidentiori, aut clariori, quàm lumine fidei. Quia vt ipſe concluſerat in eadem quæſtione litera F. & nos de eius mẽte in difficultate præcedente tradidimus, concluſio ſequitur partem debiliorem; & ideo ex duplici præmiſſa, quarum vna eſt credita, & altera naturaliter ſcita, neceſſario infertur cõcluſio credita. Et ſic concluſiones theologicę, eò quod ex præmiſsis creditis inferuntur creditæ, quoque eſſe debent, & non clariori lumine inferuntur, quam earum principia creduntur: quapropter euidẽtes nõ ſunt, nec ob id de eis ſcientia eſſe poteſt.

8. Vt ergo vtrumque lumen ab Henrico, ſcilicet, & Diuo Thoma inuentum negaret Doctor, ait primò, hunc habitum eſſe diſtinctum à fide, *ſed non aliò lumine, quam ſit fides*: ac ſi diceret contra Henricum: non ob id, quod eſt alius habitus à fide, acquiritur alio lumine medio, quod tu conſtituis eſſe clarius, quam lumen fidei. Et vt contra Diuum Thomam oſtenderet, Theologiam non habere euidentiam ex ſubalternatione ad Theologiam beatorum, qui lumine gloriæ illam obtinent, ſubdit: *nec iſte habitus innititur principijs euidenter notis in aliquo lumine.*

9. Porro hunc Theologiæ habitum eſſe ab habitu fidei diſtinctũ, ibi expreſſe aſſerit, & repetit, & probat, eo quod

iſte

iſto habitu(inquit) *non pollent plurimi fideles.* Quæ eſt manifeſta probatio concluſionis Scoticæ. Si enim inter hos habitus ſeparatio eſt: ergo diſtinctio proculdubio debet concedi. Conſequẽtia eſt nota: antecedens vero probat Scotus: nam plures fideles non pollent habitu Theologiæ; quia omnes non Theologi carent illo, etiam ſi habitum fidei acquiſitæ habeant. Ratio etenim, ob quam non omnes fideles hunc habitum Theologiæ habent, eſt (vt ibi ait) quia ille habitus Theologiæ diſtinctus eſt à fide, per quã ſunt fideles. Et præterea, ſtat fidem habere, fideles que eſſe, ſine habitu Theologiæ. Ne autem ex eo quod hunc habitum à fide diſtinxit, colligeretur, Theologiam eſſe ſcientiam proprie dictam, quod alibi negauerat, ſubiunxit. *Non tamen eſt ſcientia, vt deſcribitur à Phyloſopho.* Ex quo ad præcipuum illius quæſtionis intentum concluſit, ſcientiam, & fidem inſimul eſſe non poſſe. Quia nequit euidentia, & obſcuritas de eodem obiecto ſimul ab eodem intellectu haberi. Et ideo ait: *nec eſt ſcientia habenti fidem.* Ex qua litera ſatis conſtat iuxta Doctoris ſententiam habitum Theologiæ diſtinctum eſſe à fide acquiſita: & non ob id eſſe ſcientiam, ſed eſſe habitum quendam medium inter fidem, & ſcientiam

10. Sed iã video ſabtũ pro ſua, & Nominalium ſententia, contra meam inſurgentem, atque ex nuper dictis vrgentem. Si etenim (dicet ille) non alio lumine, quam fidei lumine, acquiritur habitus Theologicus: & inſuper ex probatis in difficultate præcedente conſtat, concluſionem creditam eſſe ſi ex principijs creditis inferatur: cur habitum illum eſſe ipſam acquiſitam fidem negare poſſum, cum credulitas, quæ ſoli fidei competere poteſt, vtrobique ſit eadem, idemque lumen obſcurum, quod fidem ab euidentia diuidit? Quod quidem rurſus confirmari poterit: nam ſi ea dumtaxat ratione hunc habitum à ratione meræ fidei acquiſitæ excludimus, quia videlicet, iam reuelatorum notitia per habitum fidei adepta ſyllogiſtico diſcurſu concluſiones theologicæ inferuntur: profecto pari ratione notia prima omnium ferè articulorum fidei, fides acquiſita non erit. Omnes etenim per diſcurſum credimus, vt Vazquez intendit cap.3. & iuuat Doctor in 3. diſt.24.quæſt.vnica, litera N. vbi ait: quod ex *credibilibus eſt aliquod primum immediatum.* Hoc namque ſolo principio credimus v.g. eius Trinitatem, ſic diſcurrendo. Deus prima veritas eſt: ſed prima veritas falli, aut fallere nequit: ergo Deus non poteſt falli, nec fallere: ergo credendus eſt. Sed Deus dixit ſe eſſe Trinum, & vnum: ergo Trinitas perſonarum ſimul cum vnitate diuina credenda eſt. Qui diſcurſus poteſt fieri de omnibus articulis, ac propterea nullus articulus, eo quod quilibet eſt concluſio per ſyllogiſmum deducta ex illo generali principio, quod Deus verax eſt, aut ex hoc, quod Eccleſia proponit, erit articulus fidei. Quod dicere, abſit, in Eccleſia Catholica.

11. Hoc idem amplius confirmati poteſt, ex eo quod fidei acquiſitæ credulitas fuit miraculis confirmata. Iuxta illud Marcij vltimo cap: *& ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Et propter miracula crediderunt primi fideles, à quibus tanquam per traductionem ad poſteros firmiſsimus aſſenſus fidei peruenit. Ex operatione etenim miraculorum ſic arguebant, ſicut dictum fuerat à Chriſto Domino, *ſolus Deus poteſt facere ſigna, quæ tu ſatis.* Sed miracula fiunt in cõfirmationem eorum, quæ prædicantur credenda: ergo talia ſunt verè à Deo dicta, ſi quidem ſunt ab eo miraculis confirmata. Hic, & ſimiles alij diſcurſus fiunt in fide acquiſita: ſi igitur ratio diſcurſus ſyllogiſtici diſtinguit Theologiam à fide, proculdubio nullus articulus creditus ad fidem, ſed ad Theologiam pertinebit.

Marcij.

12. Hęc, & ſimilia argumenta, fieri poſſent pro hac uia, pro quorum ſolutione multa ſe nobis offerebant cõculcãda: quia tamẽ non ſunt huius loci propria, vel tangentur obiter, vel plura ſilentio prætermitã cõtẽtus eis tantum modo, quæ ad exactã huius difficultatis reſolutionem præciſe neceſſaria ſunt.

ſunt. Illud etenim de fide acquiſita, an detur; & quid ſit, & qualiter ab infuſa diſtinguatur? lōgā, & ſpecialē cōtrouerſiam ſibi vendicat, quā Doctor in tertio in illa citata diſtinctione 23. q. vnica contra D. Thomā reſoluit: & eſt quæſtio in materia de fide ſatis ventilata, cuius concluſionem affirmatiuā, ſcilicet, & dari fidē acquiſitā, & eſſe à fide infuſa diſtinctā, hic cum Doctore vt certiſsimum ſupponere neceſſum eſt. Quę ideo acquiſita dicitur, vt ab infuſa diſtinguitur, quia credendorum notitiam habitualē explicitam, per aſſenſus actuales acquirimus ex propoſitione Eccleſiæ: quæ eſt conditio neceſſaria. Ratio tamen formalis aſſentiendi non eſt ipſa Eccleſiæ propoſitio, ſed prima veritas, quæ dicit id, quod Eccleſia proponit credendum. Sed de hoc, & in quod fiat vltima huius aſſenſus reſolutio, ad materiam fidei reſeruatur.

§. 3.

Proponitur dubiū, ex cuius ſolutione reſoluitur præſens difficultas.

13. RVRSVS nobis diſcutiēdum erat, an fidei articuli omnes immediate credantur, an vero vni propter alium aſſentiamus; & an hic ordo credēdi ſit proprie diſcurſus ſyllogiſticus? De quo quidem infra dicetur id, quod ad ſolutionem dubij, & argumētorū ſufficiat. Sed quod præcipue agendum nobis eſt in præſenti, eſt de illa identitate luminis, an, videlicet, lumen ſit idem, & ex hoc habitus quoque, qui tali lumine habentur, identificari neceſſum ſit? Quibus ſolutis, difficultatem (vt mētis habeo) per concluſiones reſoluam.

14. Obſeruare igitur oportet: quod nō vnam certitudinem, & omnino eandem, habet Theologus à fide, & Theologia: ſed diſtinctam habet à Theologia ab illa, quam præſupponitur habere à fide acquiſita, quatenus præciſe Catholicus eſt. Fide etenim eſt certus Catholicus de articulis fidei ab Eccleſia propoſitis. Theologia autē eſt certus Theologus de concluſionibus, quę ex talibus articulis inferuntur, de quibus non eſt certus Catholicus, non Theologus. Hæc autē duo, ſcilicet, articulus creditus, & cōcluſio illata, habent ſe tāquā reſpōſiones duarū quæſtionū, quæ de quolibet obiecto haberi poſſunt, ſcilicet, an eſt? & quid eſt? ſeu (vt vult Rubionis) tāquā quæſtio quia eſt, & propter quid eſt? Ad primā etenim pertinet inquirere, an ſit verus articulus, qui ab Eccleſia proponitur: & aſſentire præciſe reſpōſioni huius quæſtionis, dicendo, quod eſt articulus verus, eſt præciſe aſſēſus fidei acquiſitæ: quia hoc præciſe pertinet ad quæſtionē de an eſt? & fides tātū docet credere talē articulū eſſe verū, vt iacet, & ab Eccleſia proponitur: quē aſſenſum Catholicus, in quātū Catholicus, præbet (nō diſputo hic, an aſſentiat etiā fide infuſa, ad hoc vt dicatur Catholicus? de hoc enim alibi,) & ideo credit, quia credit Deū dixiſſe talē articulū, vt pote, Deū eſſe vnū in eſſētia, trinū in pſonis, & eſſe, videlicet, Patrē, & Filiū, & Spiritū Sāctū. Quē aſſenſū quilibet fidelis firmiter præbet, & circa illū nulla eſt differētia inter doctos, & indoctos: quia in omnibus reperitur æqualis aſſenſus ſimpliciter credēdi, vt infallibiliter verū Deū, ſcilicet, eſſe ſic trinū, & vnū credūt. Secūda autē quæſ. pertinet ad queſ. de quid eſt? Et hæc nō ſcrutatur verū eſſe articulū, quinimo hoc ſupponit. ſed inueſtigat, quomodo poſsit eſſe verus? vt pote, quomodo Pater per intellectum potuit generare Filiū, & per volūtatē ſimul cū Filio producere Spiritū Sanctū? ad quod contulit ſciētias naturales. Inquirit etenim à Phyloſophia, quid ſit in rigore generatio, quo ſcito, per diſcurſum ſyllogiſticū probat generationē poſſe repetiri in prima productione diuina, non vero in ſecūda. Proptereaque ſecundā perſonam eſſe vere Filiū, nō autē tertiā. Per quē diſcurſum infert concluſionem veram ex præmiſsis, quarum vna eſt de fide credita, & altera naturalis.

15. Huic ergo concluſioni ex talibus præmiſsis illatæ præbet aſſenſum diſtinctum ab eo, quem præbuerat articulo fidei. Quia, vt optime probat Rubionis, diſtinctā certitudinē dat [illegible]

Theologia Theologo ab ea, quam ſi-
bi dat fides. Nam fides dat certitudi-
nem, vt ab alio acceptam, nempe, à di
cente, & proponente; quæ eſt mera
certitudo fidei, Theologia vero dat
certitudinem illatam per diſcurſum
ſyllogiſticũ, qui ex ſe ſufficiens erat
demonſtrare concluſionem, & gene-
rare euidentem ſcientiam illius, ſi vnũ
ex principijs, quibus nititur, nõ eſſet
creditũ, ſed euidens. Quia tamẽ prin-
cipium illud euidens non eſt, conclu
ſionẽ nõ demonſtrat, nec ſciẽtiã gene
rat. Nec propterea ex hoc quod ſcien
tiam non generat, generat per oppoſi
tum habitum fidei acquiſitæ: quia di-
ſtinctam certitudinem præbet, ab illa
quam fides præbet: fides etenim tan-
tum præbet aſſenſum veritatis arti-
culi, quia verus eſt, quod pertinet ad
quæſtionẽ de an eſt? & ideo tãtũ præ-
bet certitudinẽ veritatis: habitus vero
Theologiæ, per talem diſcurſum geni
tus, præbet aſſenſum de modo verita-
tis articuli, quomodo verus eſt: quod
pertinet ad quæſtionem de quid eſt?
& ideò præbet certitudinem de quo-
modo, & qualiter talis articulus verus
eſt. Quæ duæ certitudines ſunt diſtin-
ctę, ſicut duę dictę quæſtiones, quibus
correſpondẽt tales certitudines reſ-
16. ponſiuæ, diſtinguuntur.

Vel igitur lumẽ ſupponit pro ipſa
certitudine: & tunc nõ eſt verum, eo
dem lumine haberi fidẽ acquiſitã, &
Theologiã, ſi quidẽ certitudines ſunt
diſtinctæ, & alterius ſpecificæ ratio-
nis. Nec de hoc lumine dixit Scotus
eodẽ lumine haberi vtrumq; habitũ.
Vel ſecundò lumen ſupponit pro cõ-
ditione quadã certitudinis, quod, ſcili
cet, ſic, vel ſic habeatur certitudo, hoc
eſt obſcure, vel clare. Et tũc eſt verũ fi
dei acquiſitæ habitum, & Theologiæ
habitũ, eodẽ lumine haberi: quia, vide
licet, vterq; hanc conditionẽ ſeruat,
quod eſt euidẽtiã excludere. Quontã
diſcurſus theologicus, quantũcunq;
ſyllogiſticus ſit, non ſufficit exclude-
re obſcuritatem fidei, cum ipſius prin
cipio innitatur: & ideò idẽ lumẽ obſ-
curum retinet, & quo ad hac eãdẽ cõ-
ditionem ſeruat: vt Doctor docuit in
litera. Vnde in Theologia eſt certitu-
do theologica diſtincta à certitudine
fidei, licet ſub eodẽ lumine obſcurita-
tis, ſub quo eſt fidei certitudo: quia cõ
cluſio debiliorẽ ſequitur partẽ, & ideo
ſequitur præmiſſam, nõ quoad certitu
dinem, ſed quo ad lumẽ certitudinis.
Proptereaq; non eſt concluſio theolo
gica demõſtrata, ſed quaſi credita, hoc
eſt illata ex credita. Nõ tamẽ propte-
rea eſt habitus fidei acquiſitæ, ſed diſ-
tinctus ſpecie ab illo, quia eſt alterius
rationis à ratione fidei, vt dictum eſt. 17.

Et profectò non inconuenit ſub eo
dẽ lumine obſcuro eſſe duos habitus,
quorum vnus eſt fides, & non alter;
ſicut non inconuenit ſub eodem lumi
ne euidentiæ eſſe etiam duos habitus,
quorum vnus eſt ſcientia, & nõ alter.
Nã licet beati habeant euidẽtiã de cõ-
tingẽtibus, ſicut illã habent de neceſſa
rijs, quia æque omnia myſteria vident
in eſſentia diuina: no tamẽ habent cer
titudinem ſciẽtificã, aut ſciẽtiã de cõ-
tingentibus, ſicut illã habent de neceſ
ſarijs. Quod prouenit, nõ quidẽ ex de
fectu luminis, cum idẽ proinus ſit reſ-
pectu neceſſariorũ, & cõtingẽtiũ, ſed
ex defectu alterius cõditionis ad ſcien
tiam requiſitæ, nempe, quod ſit de ob-
iecto neceſſario. Eodem igitur modo
dicẽdum eſt, quod licet Theologus eã
dẽ ineuidentiã habet de concluſione
theologica, quam pręhabet de fidei ar
ticulis, non propterea eundem habi-
tum fidei acquiſitę habet de conclu-
ſionibus, quẽ habet de articulis. Quod
quidẽ non prouenit, ex defectu lumi-
nis, cũ idẽ vtrobiq; eſſe ſupponamus,
ſed ex defectu alterius cõditionis; quia
eſt de diſtincto obiecto: nam fides eſt
præciſa de articulis ab Eccleſia propo
ſitis: Theologia autẽ de cõcluſione ex
talibus articulis illata. Et quod diſtin-
guantur cõcluſio, & principium, ne-
mo neſcit. Item prouenit hæc diſtin-
ctio ex alia conditione, quod, ſcilicet,
habitus fidei acquiſitæ eſt de articulis
præciſe propoſitis ab Eccleſia, & non
per diſcurſum ab alijs ſciẽtijs mendi-
catus, & ſyllogiſticè illatus. Hæc tamẽ
cõditio, quod ſit ſyllogiſticè per diſ- 18.
curſum ab alijs ſcientijs mendicatus,
neceſſario requiritur ad Theologiam.

Sed obſtabis mihi Doctorem dicen
tem, ea eſſe tenẽda, tanquam certa de
fide, quę vel ſunt in ſacra Scriptura ex
preſſa,

preſſa, vel ex Concilijs &c. vel quæ euidẽti cõſequẽtia deducuntur ex aliquo iſtorũ: ergo certitudo cõcluſionis euidenter deductę ex principijs fidei, erit etiam certitudo fidei.

19. Verum hoc ſoluitur quadã doctrina, quam eruditiſsime tradit Rubionis vbi ſupra ſolutione ad primum: quod, ſcilicet, ſicut in alijs ſciẽtijs pręmiſſę per ſe notæ communicant concluſioni, quam inferunt, certitudinẽ ſuam, non tamen ob hoc eſt in cõcluſione tantummodo certitudo præmiſſarum, quæ pertinet ad habitum intellectus, qui eſt tantum primorum principiorum: ſed eſt certitudo demõſtratiua, quæ pertinet ad habitum ſcientificũ ſpecie diſtinctum ab habitu primorum principiorum: ſic in propoſito articuli fidei communicant cõcluſioni, quam euidenter (vt vtar verbis Scoti) perdiſcurſum inferunt, ſuam fidei certitudinem: nõ tamen ob id eſt in tali concluſione ſola certitudo fidei, ſed alia theologica, quæ hãc eſſentialiter ſupponit: proptereaque eſt de fide credenda: & ſicut in ſcientijs certitudo ſcientifica differt ſpecie à certitudine habitus primorum principiorum, non obſtante, quod illam ſibi communicatam à principijs per ſe notis habeãt: ſic in Theologia certitudo theologica differt ſpecie à certitudine fidei, licet illam ſibi â principijs creditis fidei communicatam obtineat. Quia ſicut in ſcientijs cognoſcitur aliquid, quod non cognoſcebatur in habitu principiorum, nempe, concluſio ex principijs euidenter, & demonſtratiue illata, ſic in Theologia cognoſcitur concluſio illata demonſtratiue ex principijs fidei, quæ per ipſum habitum fidei non cognoſcebatur. Et ideo licet concluſio illa eandẽ certitudinem principiorum fidei ſibi communicatam obtineat, habet nihilominus inſuper aliam nouam certitudinem demonſtratã, per quã à certitudine fidei ſecernitur. Quod quidẽ Doctor expreſsit in 3. diſtin. 24. q. vnica litera E. hæc dicẽs. *Ad propoſitũ tamẽ magis dico, quod aliqua notitia poteſt haberi cũ fide, & alius habitus â fide.*

20. Nunc autem ſupereſt, vt qualiter credulitas vnius articuli propter aliũ non eſſe diſcurſum theologicum, patefaciam. Pro quo ſecundo obſeruare oportet, ad rationẽ diſcurſus theologici non ſufficere, quod vnum ſyllogiſtice inferatur ex altero. Admiſſo etenim diſcurſu, non ſolum entimematis, vt Vazquez concedit, ſed etiã ſyllogiſtico inter ipſa credibilia, quo vnum propter aliud creditur, & per diſcurſum aſsignatum concluſionem deduci (per exemplum enim inter ipſa credibilia, quorum vnum infertur ex altero, tanquam concluſio ex principijs, hunc diſcurſum inter credibilia admittit Doctor in tertio diſtin. 23. quæſt. vnica ſub littera, C. hæc dicens. *Vnde ſicut nec hæſito de veritate eorum, quæ eſt quaſi principium, ſic nec de dicto eorum, quæ eſt quaſi concluſio*) adhuc diſcurſus ille theologicus non eſt concluſio illata theologica: nam ad diſcurſum theologicum requiritur, quod illud, quod deducitur, & infertur pro concluſione per ſyllogiſmum ex principijs reuelatis, non ſit etiam aliud principium reuelatum, ſed concluſio non reuelata, licet bene ex reuelatis illata. Et ratio à priori eſt: quia quãuis omnia credibilia hũc ordinem inter ſe ſeruarent, quod vnũ inferretur ex altero, tanquam concluſio ex principio, dummodo tamẽ omnia eſſent a Deo immediate reuelata, vt fidei articuli, & ab Eccleſia pro talibus propoſita: ratio tamen aſſentiendi illis nõ eſt illatio vnius ab alio, ſed diuina reuelatio, & Eccleſiæ propoſitio: quia non proponuntur nobis credenda, vt illata per diſcurſum, ſed omnia, vt immediate reuelata a Deo. Vnde in ratione credibilium per fidem, per accidẽs ſe habet, quod inter articulos ſit ordo, & vnus inferatur ex altero. Sat enim eſt nobis Deũ dixiſſe, & reuelaſſe illos, vt firmiter credamus: quia hęc, & nõ alia, eſt ratio formalis credendi, & aſſentiendi illis.

21. Diſcurſus igitur theologicus nõ infert cõcluſionẽ, quę ſit etiã articulus fidei reuelatus a Deo: ſed ex articulis à Deo reuelatis, & alijs naturalibus pręmiſſis infert concluſiones non reuelatas, quibus notificat, qualiter, & quomodo ſe habeãt illa, quę Deus in dictis articulis reuelauit; & vt Doctor ait, illis

cõcluſionibus deductis,fidẽ explicat, & defendit. Differentia ergo diſcurſus articulorum fidei, & theologici, ſatis diuerſificat habitum Theologiæ ab habitu fidei acquiſitæ.

§.4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

22. *1. concluſ.* HIS ergo præhabitis,difficultatem cõcludendo dico primo: quod habitus noſtræ Theologiæ eſt declaratiuus,& adhæſiuus. Cõcluſio hęc eſt expreſſa Doctoris,vt patet in litera in illis verbis,*explicare,& defendere*,quæ ſatis probatur quo ad vtramque partem ab OKam, & Nominalibus. Et ideo nõ eſt nobis immorandum in illa.

23. *2. concluſ.* Dico ſecundo:quod habitus Theologiæ noſtræ non poteſt dici opinio. Concluſio eſt contra Vaſquium,quę probatur: quoniam ſi aliqua ratione poſſet aſſenſus theologicus dici opinio, vel eſſet ex formidine habita in concluſione diſcurſus theologici,vel habita ex principijs illius: opinio etenim non aliud eſt,quã aſſenſus vnius propoſitionis cum formidine alterius partis cõtradictionis. Sed neque in aſſenſu concluſionis,aut principiorum,eſt talis formido: ergo nullibi, & ex conſequenti opinio dici non poteſt.Primum patet:quia certitudo cõcluſionis ſumitur ex certitudine præmiſſarum:ergo ſi principia excludũt formidinem,etiam cõcluſio illam excludit.Quod Vazquez non negat, ſi quidem omnem formidinẽ in aſſenſu principiorum fidei acquiſitæ creditorum ſtatuit.Secundum vero probatur:quia principia Theologiæ,vel ſunt articuli fidei,vel vnus fidei articulus,& aliqua propoſitio naturaliter per ſe nota:hęc autem omnẽ formidinem ob ſui euidentem certitudinem excludit:ille vero, cum ſit articulus fidei acquiſitæ,vt optime probat Doctor citata illa diſtinctione 23. litera, C.eſt,cui aſſentitur fidelis firmiter,& omnibus articulis reuelatis credit ſine formidine oppoſiti: & ideo ait,fidem acquiſitam eſſe ſupra opinionem.

Quod ſic probat Doctor, & eius 24.
verba refero,tum propter authoritatem probationis,tum quoque, quia ipſa efficaciſsima ratione probãt concluſionis intentum.Hęc ergo ait Scotus.*Quare enim non dico mundum incepiſſe mecum? Non quia ſcio ipſum præceſiße me:quia præteritorum non eſt ſcientia ſecundum Auguſtinum:nec opinor mundum præceſiſſe me:ſed adhæreo firmiter huic, mundum præceſsiſſe me per fidem acquiſitam ex auditu aliorum, quorum veracitati credo firmiter.Nec dubito mundum præceſiſſe me, & eſſe partes mundi, quas non vidi,quia non dubito de veracitate narrãtium mihi,talia aſſerẽtium vera eſſe.Ideo ſicut nec hæſito de veracitate eorum, quæ eſt quaſi principium: ſic nec de dicto eorũ, quod eſt quaſi concluſio conſequens. Eodẽ modo,quia homo non dubitat de veracitate Dei,quia hæc cuilibet naturaliter inſeritur,ſcilicet,Deum eße veracem:nec dubitatur de approbatione Eccleſiæ,quæ approbat dicta,& ſcripta virorum præcedẽtiũ:ideo non dubitatur de his,quæ in Scriptura reuelantur:ſed fide acquiſita ex auditu firmiter eis adhæret. Hoc igitur tenendum eſt tanquam certum, quod reuelatorum in Scriptura eſt in nobis fides acquiſita generata ex auditu, & ex actibus noſtris,qua eis firmiter adhæremus.* Hac tenus Doctor ſubtilis. Perperam ergo Vaſquius pro eodem reputat fidem acquiſitam,& opinionẽ:ſi quidem in iſta,aſſenſus eſt cum formidine,in illa vero, firmus omnem formidinem
excludens. 25.

Velim tamẽ, ne ex hac opinione excluſiuè intelligas nullã in Theologia opinionẽ reperiri: profectò etenim de eadẽ met re diſputãtes Doctores ſibi ad inuicem contradicunt, vt patet de Diuo Thoma, & Scoto. Implicat tamen vtrumque verum habere, & ſentire;ſicut implicat eandem propoſitionem in ſimul eſſe veram, & falſã. Vnde cõcluſiones theologicę,quas quiſq; deducit,opinatus veras eſſe, ſicut cõtingit in alijs ſciẽtijs naturalibus,vbi ex principijs per ſe notis proceditur.Sed opinio nõ eſt in veritate con-

concluſionis: quia dummodo bene ſit illata ex principijs, ipſa ex ſe omnẽ formidinem excludit. Stat ergo opinio in cognoſcendo, quis eorum melius inferat concluſionem ex principijs. Et ideo in Dei Eccleſia permittũtur opiniones oppoſitæ: quoniam non dum ſatis conſtat, quænam illarum vere deducantur ex principijs fidei. Et de hoc eſt opinio cũ formidine. Vnde in Concilijs ſacris circa res graues fiunt diffinitiones, & determinationes, in quibus diffinitur, quæ ſint illæ concluſiones, quæ ex principijs fidei vere deducuntur, & damnantur oppoſitæ. Ipſa autem concilij diffinitione iam ſuppoſita, illa concluſio diffinita iam non eſt concluſio, ſed principium, & fidei articulus: quia non aſſentimus illi, eo quod ſit illata ex principijs fidei; ſed quia ipſa ab Eccleſia proponitur immediate, vt de fide credenda, & Deus per Eccleſiæ propoſitionem nobis, tanquam prima veritas dicit eſſe veram de fide. Quod autem in præſenti difficultate controuertitur, & de quo procedunt verba, & rationes Scoti, eſt circa concluſionem bene, & legitime illatam ex præmiſsis quarum ſaltim vna eſt de fide, & altera naturaliter ſcita. De hac enim theologica concluſione inquirimus; an ſit opinio, nec ne? & de hac negat Scotus poſſe eſſe opinionem.

26. *3. Concluſ.* Dico tertio: quod Theologia noſtra non eſt fides acquiſita, ſed habitus ſpecie diſtinctus ab illa, medius inter ipſam fidem acquiſitam & ſcientiam. Concluſio eſt expreſſa Doctoris in litera, & ſæpe repetita a Doctore ipſo per totius illius quæſtionis diſcurſum: quæ eſt contra Vaſquium & Nominales, ac Fabrum; & probatur primo teſtimonio Diui Auguſtini 14. de Trinitate ca. 1. *S. Auguſ.* Vbi loquendo de Theologia inquit: *qua ſcientia non pollent plurimi fideles, quamuis polleant ipſa fide.* & Paulo poſt ſubdit. *Aliud enim eſt ſcire, tantummodo quid homo credere debet propter vitam æternam adipiſcendam, aliud eſt ſcire, quemadmodum hoc ipſum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo ſciẽtiam videtur Apoſtolus.* Quibus verbis ita diſtinguit D. Auguſtinus Theologiam a fide, vt videatur illam vocaſſe ſcientiam. Sed de qua ſcientia loquatur ſanctus Doctor diximus ſupra in difficultate præcedente. Ratione autem probatur concluſio: quia multi fideles inducti excedunt doctiſsimos Magiſtros Theologos in fide, tam infuſa, quã acquiſita, quatenus firmius aſſentiunt articulis fidei, quam illi: & ex oppoſito Theologi omnes excedunt fideles Theologiam ignorantes in ſpeculatione Myſteriorum ſacrorũ. Sed hoc eſſe non poſſet, niſi Theologia à fide ſpecie differret, eſſetque alterius rationis ab illa: ergo &c.

Porrò etiam probatur: quia habitus probans proprietates de ſuo ſubiecto per propinquam eius deſcriptionẽ, vel diffinitionẽ, facit aſſenſum diſtinctum ab eo, qui fit ex habitu non probante per talẽ diffinitionem, aut deſcriptionem. Sed habitus Theologiæ arguit, & probat de Deo per propriã eius diffinitionẽ, ſeu deſcriptionem, qualiter proprietates eius verificentur de illo: qua probatione & diſcurſu probat conceptus proprios ipſius: fides autem Catholica nõ ſic probat, ſed tantum veracitate primæ veritatis innixa reſolutoriè credit: ergo &c. 27.

Quod autem ſit habitus medius inter fidem acquiſitam, & ſcientiam, ſatis ex dictis patet: quia plus infert in concluſione, quam docetur à fide in principio; & ideo fidem excedit in hoc: non tamen infert euidentem: & ideo exceditur à ſcientia: ergo &c. 28.

§.5.

Soluuntur argumenta pro ſententijs oppoſitis.

AD fundamentum verò ſententiæ Vaſqui, pro illa parte, qua aſſerit habitum theologicum opinionem eſſe, faciJis eſt reſponſio ex dictis ipſius. Si etenim ipſe fatetur, neceſſarium eſſe, vt credat Theologus, 29. *Ad fundamentũ ſententiæ Vaſquij.*

logus, concluſionem theologicam eſſe certiſsimam ad hoc, vt aſſenſus ille theologicus ſit: quomodo ſuſtinere poteſt, talem aſſenſum, ſeu habitum ad ipſum inclinantem, eſſe opinionē: ſi quidem opinio illā certiſsimam credulitatem excludit, cum admittat formidinem oppoſitæ partis contradictionis? Profecto Author iſte ſibi ipſi reſpōdet, fatendo ibi firmam, & certiſsimam adhæſionem reperiri, proptereaque opinionem eſſe non poſſe. Et quod additur, aſſenſum illum fidei acquiſitæ reſolui in teſtimonium humanum: latiſsima eſt difficultas (vt ſupra dixi) in quod teſtimonium fiat noſtræ fidei reſolutio? Sed nunc obiter dico, non fieri niſi in Dei veritatem, & Eccleſiæ approbationem, vt Doctor docet: cuius etiam Eccleſiæ authoritas refunditur in Deum reuelantē, & miraculis confirmantem, quæ dixerat. De quo latius ſuo loco.

30 *Ad argu. Aureoli.* Ad argumentum vero pro ſententia Aureoli patet ex dictis, habitum theologicum non ſolū eſſe declaratiuum, ſed etiam adhæſiuum. Quando igitur dicitur, quod habitus ille nequit eſſe ſcientia, nec opinio, hoc libenter concedimus, vt argumentum probat. Non tamen exinde ſequitur, non eſſe alium habitum: nam ſicut habitus fidei acquiſitæ, nec eſt opinio, nec ſcientia, ſed medius inter ſcientiam, & opinionem, vt Doctor docet: ſic etiam reperitur habitus medius inter fidem, & ſcientiam, qui eſt habitus theologicus: vt idē Doctor oſtendit.

31. *Ad argu. OKami.* Ad fundamentum vero tertiæ ſententiæ OKami, quo ad hoc, quod eſt Theologiam eſſe fidem acquiſitā (quæ etiam eſt ſententia Vaſquij, & Fabri) ſatis reſponſum eſt, ſupra num.26. & ſequentibus. Et argumenta Doctoris, quæ ibi citantur, prout habentur in tertio diſtinctione 23.q.vnica, §. *de primo certum eſt*, omnia probant dari fidē acquiſitam, qua aſſentimur articulis fidei: & nihil de habitu Theologiæ determinatē agit ibi: vnde verba relata ipſius Doctoris nihil aliud probant: nam in tota illa quæſtione agit de fide acquiſita, & infuſa; & in illo primo articulo de acquiſita pertractat, quam docet eſſe mediam inter opinionem, ſupra quam eſt, & ſcientiam, ſub qua eſt. Quod debebat Faber aduertere: & quod nullibi in tota illa quæſtione docet Theologiam eſſe habitum ſic medium inter opinionem, & ſcientiam, benē tamen in ſequenti diſtinctione, in qua, ſuppoſito, quod in præcedente egerat de fide, iam agit de habitu theologico de quo (vt vidimus in litera) reſoluit medium eſſe, non inter opinionem, & ſcientiam, ſed inter fidem acquiſitam, & ſcientiam, vt ibi patet.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Theologia ad aliquam ſcientiam habeat habitudinem aliquam ſubalternantis, vel ſubalternatæ?

AD ſecundum ſic proceditur: videtur, quod Theologia ad aliquā ſcientiam habeat habitudinem ſubalternantis: quia hæc ſcientia ſubalternat alias ſibi: nam reſolutio non ſtat in cognoſcibilibus, niſi ad perfectiſsimum cognoſcibile, nec de eodem, niſi ad ſe ipſum, vt perfectiſsimè cognitum. Linea enim perfectius cognoſcitur in Verbo, quā per motionē ſui ipſius: ergo reſolutio concluſionum de linea non ſtat ad quiditatē lineæ, vel ad principia de ipſa, niſi vt vidētur in Verbo. Illa autē habetur per Verbū viſū: ergo reſolutio vltima quarūcūque con- A.

concluſionum, & principiorum, ſtat ad viſionē Verbi. Igitur iſta ſubalternat alias notitias, quibus omnibus dat euidentiam.

B. Sed contra eſt: quia quælibet ſcientia in genere cognitionis naturalis habet reſolutionem ſuam vltimò ad aliqua principia immediata naturaliter nota: ergo &c.

C. Reſpondeo dicendum ad ſecundam quæſtionem: & dico, *1. concluſ.* quod hæc ſcientia nulli ſubalternatur: quia licet ſubiectum eius poſsit aliquo modo contineri ſub ſubiecto Methaphyſicæ, nulla tamen principia accipit à Methaphyſica: quia nulla paſsio theologica demonſtrabilis eſt in ea per principia entis, *2. concluſ.* vel per rationem ſumptam ex ratione entis: nec ipſa aliam ſibi ſubalternat: quia nulla alia ſcientia accipit principia ab ipſa: nam quælibet alia in genere cognitionis naturalis habet reſolutionem ſuam vltimò ad aliqua principia immediata naturaliter nota: Hoc de Theologia in ſe. Sed quid de Theologia noſtra? eſſet ne ſubalterna, ſi talis notitia daretur alicui, vel ſi eſt data? Ad hoc dicunt quidam, quod eſt ſubalterna: ſubalternatur enim ſcientię Dei, & *3. concluſ.* beatorum. Contra hoc arguitur ſic: iſti alibi ponunt, quod ſcientia non poteſt ſtare cum fide; ſed nunc dicunt, quod quæ eſt ſubalterna ſtat cum hac: ergo ſtat ſecundum eos, & non ſtat. Igitur contradicunt ſibi. Præterea: ſcientia de Deo non poteſt eſſe, niſi vna: igitur nulla eſt ſubalternata. Præterea: ſcientia ſecundum rationem cauſæ, non dependet, niſi ab obiecto, vel ſubiecto, vel lumine: ſed reſpectu intellectus viatoris, viſio beatorum nullam habet rationem cauſæ: ergo &c. Præterea: ſcientia ſubalternans, & ſubalternata, non ſunt primo de eiſdem veritatibus, vel prædicatis ſcitis. Hoc patet; quia vbi ſubalternata incipit, ibi ſubalternans deſinit. Sed hæc poteſt eſſe de eiſdem, de quibus eſt ſcientia beatorum: ergo &c. Præterea: habens ſciētiam ſubalternatam, poteſt habere ſcientiam ſubalternantem, & è contra: ſed in propoſito eſt impoſsibile vtrumque: ergo &c Maior patet quo ad vtrūque. Primo, quia habens principia de concluſione poteſt ſcire concluſionem. Similiter patet ſecundum: quia principia ſubalternantis ſunt vniuerſaliora: & ſic ordine cognitionis intellectualis prius nota: quia ibi ſecundum quod huius, non proceditur à mag^s notis, ſed a ſenſu. Minor etiam patet, quo ad vtrumque membrum: quia ſicut viator non poteſt clarè videre, ſic

beatus nõ poteſt habere fidem.

D. Ad argumentum reſpõdeo: quod ſi Methaphyſicus cognoſcens diſtinctè quidditatem lineæ, vel totius, perfectius cognoſceret aliquod principium immediatum de linea, vel de toto, quam Geometer tantum cõfuſe cognoſcens lineam, vel totum: tamen Geometro eſt illa propoſitio immediata per ſe nota; nec probatur per iſtam Methaphyſici, ſed ex conceptu confuſo terminorum fit concluſio euidenter vera: ſed tamen Metaphyſicus eandem per ſe notam perfectius cognoſcit: & hoc magis eſſet euidens, ſi tantum per diuerſa motiua, vel media, cognoſceretur linea à diuerſis, & ęque diſtinctè ex parte obiecti, licet non æque clare. Ita in propoſito principiũ immediatum de linea poteſt eſſe euidens intellectui moto à linea: & clarius euidens intellectui moto à Verbo ad notitiã lineæ, ſicut linea clarius videtur. Tamẽ principium vno modo cognitũ non demonſtrat ſe alio modo notũ: ſed vtroque modo eſt per ſe notum, licet clarius ſic, vel ſic. Subalternatio autem requirit, quod notitiæ principiorum ſcientię ſuperioris ſit cauſa notitiæ principiorum inferioris ſcientiæ.

Expoſitio 2. articuli quæſtionis 4. Prologi.

HVIVS articuli littera ſubtilis eſt, in qua Doctor tria cõcludit. Primum, ſcilicet, nulli ſcientiæ ſubalternari Theologiã in ſe ſumptam: quia ſi alicui ſubalternaretur, maxime quidem ſubalternaretur Metaphyſicæ: quia Theologia eſt de Deo, qui eſt vere ens: Metaphyſica verò de ente, vt eſt ſuperius ad Deũ; in quo videtur ſciẽtia ſuperior ad Theologiam. Sed non ſubordinatur Metaphyſicæ, quoniã à Metaphyſica nulla principia accipit Theologia: nulla etenim proprietas, aut paſsio theologica, eſt demonſtrabilis in Theologia per principia entis in communi accepti: ergo &c. 1.

Secundum eſt, Theologiam in ſe nõ eſſe ſubalternantem: quia nulla alia ſcientia accipit principia ab illa: nam omnis naturalis ſcientia reſoluit concluſiones, & principia ſua ad aliquas immediatas propoſitiones, quas naturaliter cognoſcit: Theologia autem reſoluitur in ſupernaturaliter tradita, & fide credita. Nec obſtat lineam videri in Verbo &c. Pro quo vide, quæ dicũtur in textu, nam litera perſpicua eſt. Tertium tandem eſt, Theologiam noſtrã non ſubalternari Theologiæ Dei, aut beatorum. In quo contradicit ſententiæ Diui Thomæ, qui 1. p. q. 1. art. 2. illam ſubalternari Theologiæ Dei, & beatorum aiebat. Sequũtur tamen Doctorem in hoc Baſſolis, q. 7. prologi. §. *de ſubalternatione.* Rubionis q. 8. §. *hoc præmiſſo*, Brulefer, q. 2. §. *prima propoſitio.* Lychetus, q. 3. §. *ad ſecundam quæſtionem*, & omnes Scotiſtæ. Quod probat Doctor quinq; efficacibus rationibus in textu poſitis.

Baſſolis. Rubionis. Brulefer. Lychetus.

2. Has tamen rationes Cayetanus intendit ſoluere ſupra Diuum Thomã ibidem, primæ etenim reſpondet, Diuum Thomam non ſibi contradixiſſe in hoc, quod 2. 2. quæſt. 1. artic. 5. aſſerat, fidem, & ſcientiam de eodem obiecto eſſe non poſſe hic autem prima parte loco citato inquit, Theologiã, eo quod ſubalterna eſt Theologię beatorũ, eſſe ſciẽtiã: quoniam fides eſt de articulis creditis dũtaxat, Theologia vero de cõcluſionibus, quæ ex talibus articulis deducuntur. Nõ autẽ æquali

Solutiones Cayet. ad rationes Scoti.

aſſenſu aſſentit Theologus cõcluſio-
nibus, quo aſſentit articulis: his nam-
que firmiter per fidẽ aſſentit, illis ve-
ro probabiliter, propter quod tanta
diuerſitas opinionũ inter Theologos
eſt. Ad ſecundã rationẽ Doctoris reſ-
põdet Cayetanus dupliciter: ſed ex
duplici ſolutione vna ſic poteſt cõfi-
ci: ait enim, quod licet de Deo ſit tãtũ
vnica Theologia adęquata, poſſunt ni
hilominus eſſe plures partiales: nã ra
tio obiecti à ſcientia cõſiderati eſt du
plex, vna, ſcilicet, quę attingitur, & al
tera ſub qua attingitur, vt in ſcientijs
naturalibus exemplificat. Quas duas
rationes vocat rationẽ formalẽ obie-
cti, vt res eſt, & vt obiectum eſt. Quã-
uis ergo loquẽdo de ratione, quæ, ſit
tãtũ de Deo vnica Theologia, quia
vnus, & idẽ Deus eſt, qui attingitur
per Theologiã quamcũque: eſt tamen
duplex ratio ſub qua attingitur à
Theologia ſui, aut beatorũ, & à noſ-
tra. Hæc etenim illũ attingit ſub ratio
ne luminis reuelati fidei: illa vero ſub
ratione luminis diuini, & clari. Ad ter
tiã rationẽ reſpõdet, quod Theolo-
gia noſtra depẽdet à Theologia Dei,
& beatorũ, tanquã à lumine: & ſic ne
gat illã minorem aſſumptã in ratione
Scoti. Ad quartã ait minorẽ eſſe fal-
ſam, quia Theologia beatorũ, & noſ-
tra, nõ ſunt de eiſdẽ met veritatibus,
quinimo habent diuerſa obiecta for-
malia, quo ad hoc quod illa eſt de ip-
ſis fidei articulis, hæc vero de conclu
ſionibus illatis ex eiſdem articulis. Et
rurſus illa eſt de Deo, vt clare viſo,
hæc autem de ipſo, vt obſcure cogni-
to, quæ rationũ diuerſitas ſufficit ad
diuerſificandum ſcientias. Quintam
denique rationẽ ſoluit dicẽs, ideo nõ
poſſe Theologiã ſubalternatã eſſe in
eodẽ, in quo eſt Theologia ſubalter-
nans, quia ſubalternãs eſt clara, & eui
dens, ſubalternata verò obſcura, &
enigmatica. Enigmatica namque ſciẽ
tia nequit in ſimul eſſe cũ clara, & eui
dente viſione: & ideò beatus Theolo
giam noſtrã habere nõ poteſt, neque
nos Theologiã beatorũ. Hæ ſunt relò
lutorio lemone omnes ſolutiones Ca
yetani, quibus rationes quinque Sco-
ticas labefactare præſumpſit. Quas vt
aduertit Lychetus, q. 3. prologi, §. *no*
uus expoſitor ex Capreolo Cayetanus
accepit.

Verum enim vero reſpõſiones pręd- 3.
dictæ, ſolutiones non ſunt, quidquid *impugnan-*
Cayetanus laboret. Prima enim non *tur ſolutio-*
obſtat, nã quamuis (vt in difficultate *nes Cayeta.*
præcedẽte reſoluimus) Theologia no
ſtra ſit habitus ſpecie diſtinctus à fi-
de articulorũ, eo quod ſit de conclu-
ſionibus ex articulis illatis, non vero
de ipſis articulis reuelatis: quia tamẽ
concluſiones ipſorũ articulorũ certi-
tudinẽ conſequuntur, eo quod cõclu
ſio debiliorẽ ſequitur partem: ideo ſi
euidenter ex articulis inferantur (lo-
quor de euidentia ex hypotheſi, quod
fidei principium, vt infallibiliter ve-
rum ſupponatur) eandem articulorũ
certitudinem ipſæ concluſiones habe
bunt, licet aliam nouã certitudinẽ ſu-
peraddant certitudini articulorũ fi-
dei, nẽpe, certitudinem, qua cognoſ-
citur, qualiter, & quomodo tales arti-
culi fidei veritatem cõtineant: prout
late in difficultate præcedente, num.
14. notauimus. Nõ tamẽ hæc certitu-
do excludit illã fidei certitudinẽ, quã
concluſiones ab articulis accipiunt,
vt ibidẽ, num. 24. de mente Doctoris
oſtendi. Quo ſuppoſito (quod quidẽ
commune eſſe debet in ſchola Diui
Thomæ) colligitur manifeſta contra-
dictio ex aſſertionibus Diui Thomæ
in hoc, quod fidẽ, & ſcientiã in ſimul
de eodẽ reperiri, nunc aſſerat, & nũc
hãc ſimultatem contraditionẽ inuol
uere aſſeueret. Quod autẽ de opinio
nibus Cayet. inquit: iã ſatis in præce
dẽte difficultate remanet ſatisfactũ.

Reſponſionẽ vero ſecundæ ratio- 4.
nis Scoticæ cõtra Cayetanũ ſic con-
futo: quoniam nihil eſt ſubiectũ alicu
ius ſcientiæ, niſi ſub ea ratione, qua ip
ſum ſubiectũ præſupponitur ad illã:
ſed Deus, vt clare viſus, nõ præcedit
viſionẽ, & Theologiã beatorũ, ſiquidẽ
viſione illa dicitur formaliter clare
viſus: ergo clare videri non eſt ratio
ſubiecti, ſeu obiecti ſufficiens diuerſi
ficare Theologiã beatorũ à Theolo-
gia noſtra. Sed ſi dicas non eſſe diuer
ſum obiectum, vt actu videtur, ſed vt
ſic, vel ſic viſibilis. Contra, quia Theo
logia Dei, & beatorũ reſpicit Deum
ſecũdũ rationẽ deitatis, vt ſubiectum

proprium, & adæquatū. Quæro ergo, aut ſub ratione viſibilis tali lumine claro, aut ſub ratione ipſius præciſæ deitatis? Si hoc ſecundum dicis: ergo lumen clarum, vel obſcurum, non diuerſificat Theologias. Si autem primum: ergo aliquid naturaliter poſterius deitate conſtituis obiectum Theologiæ Dei, & beatorum. Quod falſum eſt, quia tunc non eſſet Deus ſubiectū ſuæ Theologiæ ſecūdum aliquam per ſe rationem, ſed ſecūdum rationem,
5. quæ ipſi accidit, & tunc ſub ratione accidentali eſſet Deus ſubiectū Theologiæ ſuæ, & beatorum, quod concedi non poteſt. Et hac eadem ratione confutatur reſpōſio Cayetani ad tertiam rationem Scoti.

Reſponſionem verò quartæ rationis ſic improbo: quoniam aut Theologia noſtra, & Theologia beatorum, ideo non ſunt de eiſdem veritatibus, quia vtraque non eſt de hac v.g. *Deus eſt trinus, & Vnus*: Vel quia vna eſt de hac veritate, vt reuelata, altera vero de illa, vt clare viſa. Primū dicere nō poteris: quia tūc alia Trinitas, & nō eadē creditur, & cōſideratur a nobis diſtincta ab ea, quæ a beatis videtur. Si ſecundū aſſeras, hoc nihil obſtat, quo minus de eiſdem veritatibus vtraque ſit: nam aut ſcientia beatorum terminatur ad iſtā, Deus eſt trinus & vnus, in ſe abſolute loquendo, & ita habetur propoſitum: aut terminatur ad illam, vt clare viſam. Si hoc ſecūdum concedis: tunc ſic: ergo Theologia beatorum non eſt directa ſcientia de Deo: ſed cognitio reflexa, qua beatus tantum cognoſcit viſionem, qua videt Deum. Conſequentiam probo: quia nulla cognitio terminatur ad obiectum, vt cognitum, niſi prius ſit cognitū: ergo illa prima viſio huius, *Deus eſt trinus & vnus*, non eſt viſio theologica: quia cognitio, qua beatus cognoſcit ſuam viſionē beatam, qua ſcilicet, videt Deum trinum & vnū, non eſt cognitio Dei, ſed cognitio creaturæ, ſiquidem viſio beata, qua beatus videt Deum trinum & vnum, operatio creata eſt. ergo cognitio talis viſionis non erit cognitio Dei vnius, & trini, ſed cognitio cuiuſdam creaturę: ergo nō eſt theologica cognitio. Conſequentia euidens eſt: quia talis cognitio terminatur primo & per ſe formaliter ad ipſam viſionem,
non vero ad Deum. 6.

Tandem, reſponſio quintæ rationis Scoticę, quam adhibet Cayetanus, non illam ſoluit: nam licet lumen vnius Theologiæ diuerſum ſit à lumine alterius: res tamen cognita, quæ habetur in vna, habetur etiā in altera: & ſic poterunt beati eaſdem propoſitiones cognoſcere, quas nos viatores cognoſcimus, licet tamen diuerſo lumine: & ſic ſi Theologia noſtra ſubalternatur Theologię beatorum, poſſet quidē viator Theologus habere Theologiam beatorum, & è contra beatus habere Theologiam viatoris, vt Doctor probat per hoc, quod habēs ſciētiam ſubalternatam, poteſt habere ſubalternantem, reſoluendo præmiſſas ſubalternatæ in præmiſſas ſubalternātis: quia principia ſubalternantis ſunt vniuerſaliora: & ſic ordine cognitionis intellectualis ſunt prius nota, quia ibi non proceditur à magis notis a ſenſu, ſed ab intellectu. Et è conuerſo habens ſubalternantem, poteſt habere ſubalternatam, accipiendo cōcluſionem ſubalternantis, & probando per eam concluſiones ſubalternatæ. Hoc tamen implicat, quia iam noſtra Theologia non eſſet credita, aut Theologia Dei, & beatorum, nō eſſet euidens, vt Cayetanus concedit, & reputat pro impoſſibili: ab hoc ergo impoſſibili probat Doctor Theologiam noſtram non eſſe ſubalternam: & hanc eius rationem non ſoluit Ca-
yetanus, ſicut nec præcedentes. 7.

Tres conditiones ad ſubalternationē ſcientiarum.
Ariſt.
Lychetus.
Vazquez.

Pro claritate vero literæ textualis obſeruare oportet, tres conditiones præ requiri ad veram ſubalternationem inter ſcientias, quas quidem cōditiones docet Ariſtoteles primo poſteriorum textu 69. & illas notauit *Lychetus* §. *ad ſecundam quæſtionem dico*, & Vazquez prima part. diſp. 6. cap. 2. Prima igitur conditio eſt, quod ſcientia ſubalternata habeat ſubiectū, ſiue obiectum (quod idem eſt) minus commune, quam ſcientia ſubalternās: ita tamen, quod ſit ſubiectum ſubalterna-

tæ,

tæ ſub ſubiecto ſubalternātis. Secunda conditio eſt (& hæc eſt cauſa primæ conditionis) quod addat aliquam differentiam accidentalem ſubiectum ſubalternatæ ſupra ſubiectum ſubalternantis. Tertia, quod concluſiones ſubalternantis ſint principia ſubalternatæ: & ita à concluſionibus ſubalternantis, ſubalternata ſcientia accipiat ſaltim aliqua principia. Exemplum eſt in Perſpectiua, & Geometria, quarum prima ſubalternatur ſecundę. Et ex eo ſic ſubalternantur: quia ſubiectum Geometriæ ex linea in communi: ſubiectum verò Perſpectiuæ ex linea in particulari. Quæ ideò eſt in particulari, quia habet differentiam accidentalem, vt pote, quod ſit viſualis, vt determinetur ad ſubiectum Perſpectiuæ. Et tandem, vt Perſpectiua, præbet ſuas concluſiones, accipit principia à Geometria, vel ſaltim aliquam præmiſſam. Quæ quidem principia ſunt concluſiones in Geometria demonſtratæ. Et ita notitia concluſionum demonſtratarum in Geometria erit cauſa notitiæ concluſionum demonſtra-
8. bilium in Perſpectiua.

Ex quibus colligit Lychetus, quod præmiſſæ in ſcientia ſubalternata nō ſunt per ſe notę. Quia non ſunt notæ ex ſola cognitione terminorū: quod requiritur, vt propoſitio ſit per ſe nota: ſed ſunt notæ, à præmiſsis in ſcientia ſubalternante. Vnde habens ſcientiam ſubalternatam, non dicitur propriè demonſtrare concluſiones ſuas demonſtratione *propter quid*, vt patet ex primo poſteriorum, quia non procedit ex principijs per ſe notis. Ex his igitur conditionibus probat Doctor in textu Theologiam in ſe non eſſe ſubalternatam, nec ſubalternantem: quia deficit tertia conditio: nam licet ſubiectū Theologiæ, quod eſt Deus, aliquo modo poſsit contineri ſub ſubiecto Metaphyſicæ, quod eſt ens: nulla tamē principia accipit Theologia à Metaphyſica: quia nulla paſsio theologica demōſtrabilis eſt in ea per principia, quæ ſint concluſiones demonſtratæ de ente in Metaphyſica. Et per eandem rationem probat nullam aliam ſcientiam ſubalternari Theologiæ in ſe: quia nulla alia accipit à Theologia huiuſmodi principia ad demonſtrandas ſuas cōcluſiones, quæ quidem principia in Theologia ſint concluſiones demonſtratæ. Et ſic ex hac tertia conditione probantur duæ priores concluſiones Doctoris.

Tertiam verò de Theologia noſtrâ 9.
probat non ſubalternari Theologiæ Dei, & beatorum, illis quinque rationibus. prima, ſcilicet, ex contradictione opinātis oppoſitum, vt viſum eſt: alijs autem quatuor ex rationabilitate opinionis oppoſitæ. Ex prima ergo, & ſecunda cōditione aſsignatis ad ſubalternationem probat Theologiam noſtram nō ſic eſſe ſubalternatam; quia eſt de eodem prorſus obiecto, & de eiſdem veritatibus: & ideo eſt vnamet ſcientia Theologia, & non duæ, ſicut in ſubalternis contingit. Et tandem ex tertia conditione probat non accipere Theologiam noſtram ſua principia à concluſionibus demonſtratis Theologiæ Dei, & beatorum: quia eadem ſunt illis, & nobis principia, licet luminibus diſtinctis &c. Ex his igitur tribus conditionibus requiſitis ad ſubalternātionem ſcientiarum, facilime cōcluſiones, & rationes textuales intelliguntur.

(§)

Digitized by Google

QVÆSTIO QVINTA.

De ſacra Theologia, qualiter ſit ſpeculatiua, ſiue practica.

DEinde cōſiderādū eſt de Theologia, qualiter cōueniat illi eſſe ſpeculatiuā, ſeu practicā: & ad iſtas quęſtiones ſoluendas accipio vnū generale, quod ab omnibus conceditur: quòd habitus practicus aliquo modo extēditur ad praxim. In ſpeciali igitur, circa hanc quęſtionem quæruntur ſex decim.

¶ Primo. Vtrùm praxis ſit actus voluntatis elicitus, vel imperatus?

¶ Secundo. Vtrùm cognitio practica extēdatur ad ipſam praxim per duplicē relationem aptitudinalem?

¶ Tertio. Vtrū practicū, & ſpeculatiuū, ſint differentiæ eſſentiales ſcientiæ?

¶ Quarto. Vtrum intellectus, & habitus, ſeu actus, ab eodem habeant, quod ſint practici?

¶ Quinto. Vtrū habitus, ſeu actus, per extēnonē ad finē extēdantur ad praxim, an vero per ordinē ad obiectum?

¶ Sexto. Vtrùm ex ordine ad praxim, vel ad finē, dicatur per ſe ſciētia practica?

¶ Septimo. Vtrū Theologia abſoluatur à praxi, ex eo quod non ſit directiua reſpectu vltimi finis?

¶ Octauo. Vtrùm praxis ſequatur electionem?

¶ Nono. Vtrum Theologia ſit purè ſpeculatiua?

¶ Decimo. Vtrùm Théologia ſimul ſit ſpeculatiua, & practica?

¶ Vndecimo. Vtrùm Theologia ſit practica.

¶ Duodecimo. Vtrum ex conformitate primi obiecti ad praxim, ſequatur, Theologiam eſſe practicam?

¶ Decimo tercio. Vtrū Theologia Dei, quatenus eſt de neceſſarijs, ſit practica?

¶ Quarto decimo. Vtrùm Theologia cōtingentiū, tā in ordine ad intellectū creatum, quā etiā ad diuinum, ſit practica?

¶ Quinto decimo. Vtrùm Theologia cōtingentium in ſe ſit ſpeculatiua, an practica?

¶ Sexto decimo. Vtrùm de contingentibus poſsit eſſe ſcientia practica?

ARTICVLVS I.

Vtrùm praxis ſit actus voluntatis elicitus, vel imperatus?

AD primum ſic proceditur, videtur, quod praxis nō ſit actus voluntatis, ſaltim imperatus. *Nā ſi hæc concluſio eſſet vera*, contra iſtā cōcluſionem videtur ſequi, quod tūc obliqua intellectio erit praxis: quia aliqua intellectio poteſt eſſe actus imperatus voluntatis, ſicut actus alterius potentiæ imperatur ab iſta. Et tunc vltra: ergo prima conditio *infra ponēda*, eſt falſa, ſcilicet, quod praxis eſt operatio alterius potentiæ ab intellectu. A

Sed contra eſt: quod patet, quia nullus alius actus ab actu voluntatis elicito, vel imperato, eſt eſſentia B liter poſterior intellectione (*quod, vt videbitur, ad rationem praxis requiritur*) quia quicumque alius detur eiuſdem rationis cum illo, poſſet eſſe prior: ſicut patet diſcurrendo per omnes actus aliarum potentiarum.

Reſpōdeo dicē dū quod praxis, ad quā cognitio practica extēditur, eſt actus alterius potentiæ, quā intelle- C ctus, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ, vt ſit actus rectus Prima cōditio apparet, quia ſtādo præciſe in actibus intellectus, nulla eſt praxis: quia nulla eſt extenſio intellectus: quia nō extra ſe extēdit, niſi vt actus eius reſpicit actū alterius potentiæ. Et ſi dicas, vnū actum intellectus extēdi ad aliū directū per illū: nō propter

ter hoc ſecũdus eſt praxis, vt modo loquimur, nec primus eſt cognitio practica: quia tũc Logica eſſet practica: quia dirigit in actibus diſcurrẽdi. Secũda cõditio patet, quia actus nõ habẽtes ordinẽ ad intellectũ, cuiuſmodi ſũt actus vegetatiui, aut actus naturaliter præcedẽtes intellectionẽ, vt actus ſenſitiui, nõ dicuntur praxes, nec dicitur ad eos extẽdi notitia practica, vt ſunt priores intellectione. Similiter act' appetitus potẽtiæ ſenſitiuę, quatenus pręcedunt actũ intellectus, nõ ſũt praxes. Hoc enim modo cõmunes ſunt nobis, & brutis, nec reſpectu iſtorũ actuũ eſt cognitio practica, niſi vt aliquo modo eſt moderatiua illorũ actuũ; & iſti actus ſequũtur intellectionẽ moderatiuã, vt ſunt per ipſã moderati. Ex his duabus conditionibus ſequitur corelariũ, quod praxis, ad quã extẽditur habitus practicus, nõ eſt, niſi actus volũtatis elicitus, vel imperatus. Quod patet, *primo ratione poſita, §. ſed cõtra*. Et hoc patet ſecundo: quia praxis eſt actus, qui eſt in poteſtate cognoſcẽtis. quod probatur ex 6. eth. quia Artifex eget virtute, id eſt, arte ad recte agẽdũ, nõ autẽ indiget virtute reſpectu illius, ꝙ nõ eſt in poteſtate ſua: ergo Artifex in poteſtate ſua habet factionẽ, & multo magis prudẽs habet in poteſtate ſua actionẽ, qua eſt formaliter virtuoſus. Et hoc vltra: ſi omnis praxis eſt in poteſtate cognoſcentis, nihil eſt in poteſtate eius, niſi actus volũtatis elicitus, vel imperatus, ſequitur propoſitũ, vt prius. Tertia cõditio probatur ex dicto Phyloſophi, 6. ethic. ꝙ electio recta neceſſario requirit rationẽ rectã; quod nõ tãtũ verũ eſt de electione ſtrictè ſũpta, ſed pari ratione de qualibet volitione recta. Quia ipſa requirit rationẽ rectã, cui cõformiter eliciatur. Omnis autẽ praxis, vel eſt volitio, vel ſequens volitionẽ, ex corelario pręcedẽte: ergo omnis praxis ad hoc, vt ſit recta, nata eſt cõformiter elici rationi rectæ. Itẽ ex dicto Aug. 15. de Trinit. ca. 7. intellectus intelligit ſibi, & alijs: ergo ſicut poteſt iudicare de actu ſuo, ita poteſt iudicare de actibus aliarũ potẽtiarũ: ergo de actu naturaliter poſteriore actu ſuo, poteſt iudicare priùs naturaliter, antequã actus ille eliciatur: & per conſequens, ſi recte iudicet, oportet illũ actũ conformiter elici, ſi debeat eſſe rectus.

1. concluſ.

D

2. concluſ. Ex duabus cõditionibus vltimis praxis ſequitur, quod actus imperatus à volũtate nõ eſt primo praxis, ſed quaſi per accidens. Quia nec primo eſt poſterior intellectione, nec primo natus elici cõformiter rationi rectæ. Oportet igitur aliquem aliũ actũ eſſe primo praxim: ille non eſt, niſi volitio: quia per iſtam habet actus imperatus dictas conditiones: ergo prima ratio ſaluatur in actu elicito volũtatis. Tunc vltra, quãdocũque aliquid eſt primo tale, coniunctũ cũ aliquo poſteriori, ſi poteſt ſeparari ab illo, adhuc eſſet tale. Si igitur actus voluntatis poteſt ſeparari ab actu alterius potentiæ, ſeparatus ab illo poſteriori, ille eſt praxis. Separatur autẽ circa quodcũq; obiectũ, circa quod poteſt eſſe actus volũtatis, circa quod non poteſt eſſe actus inferioris potentię: huiuſmodi ſunt

ſunt omnia immaterialia: ergo circa omne tale eſt actus voluntatis, & iſte ſolus eſt praxis. Secūdo, hoc idē probatur ex intētione Phyloſophi 3. de anima, vbi inquirens principiū motiuum, poſtquam concluſit duo eſſe motiua, videlicet, appetitū, & rationem, ſubdit: intellectus nō mouet ſine appetitu: volūtas autem appetitus eſt. Et conſequenter oſtendit, quòd appetitus duo quandoque ſunt ſibi contrarij; ideo eſt ponere, quaſi vnū mouens ſpecie: quia duobus appetitibus communis eſt ratio ſpeciei intermediæ, videlicet, ratio appetitus. Vult ergo expreſſe, quod ſicut appetitus ſenſitiuus habet rationem principij motiui cum ſenſu, & phantaſia: ita voluntas habet rationem principij motiui cum intellectu, & ratione. Igitur ſicut actus appetitus ſenſitiui ſine quocumque tranſitu ad extra, eſt vera praxis, quando ſequitur actum intellectus: ita & actus voluntatis, qui ponitur æque principium motiuum, eſt verê praxis: quia ſemper ſequitur actum intellectus: & hoc etiam ſi ſit ſolus ſine actu imperato: imo cum actu in appetitu ſenſitiuo oppoſito illi, quem imperaret: quia ipſa, vt habens appetitum ſenſitiuum, quandoque contrarium, eſt principium motiuum, & operatiuum, cuius operatio ſit praxis.

tx.com.50

E Ad argumentum reſpondeo, quòd, licet, ſpeculatio ſit quædam operatio, & ita praxis ſit; extendendo nomen: tamen vt praxis dicitur ſola operatio, ad quam intellectus poteſt extendi, nulla intellectio eſt praxis. Et hoc modo accipitur, quando ad praxim cognitio practica dicitur extendi. Cum igitur dicitur, intellectio eſt imperata à voluntate, ergo eſt praxis: non ſequitur: ſed ſequitur, ergo eſt praxis, vel practica: ipſa enim nata eſt determinari, quaſi accidentaliter à praxi, ad quam eſt extenſibilis: non autem eſt terminus talis extenſionis. Tamen è contra, bene conceditur, quod omnis praxis eſt actus elicitus voluntatis, vel imperatus. Vnde ex iſta ſecunda conditione inferre oppoſitum primæ, eſt facere fallaciam conſequentis ponendo conſequens.

Expoſitio 1. Articuli. 5. quæſtionis prologi.

1. Longiſsimo ſermone hanc quæſtionem de praxi, & ſpeculatione per ſexdecim, videlicet, articulos diuiſam, diſputat Doctor. In quorum commentarijs, ſi iuxta literæ expoſitionem, in quolibet immorarer, prolixe nimis nouum prologum ſuberdirer, & in faſtidioſa materia longū tempus conſumerem; quod igitur ad maioris lucri negotia ſeruans, vna dumtaxat difficultate, de principali, videlicet, quæſtionis, controuerſia diſputata contentus ſingulorū articulorū; nō longis commentis, cuiuslibet cōcluſiones, & notationes neceſſarias, reſolutorie tamen, conabor adijcere. In hoc igitur articulo, diffinitionē praxis ſtatuit Doctor, de qua duo vidēda ſunt. Primum, ſcilicet, quid hoc nomē praxis ſignificet: ſecūdum verò, quid ſit eius ſignificatum, prout à Doctoribus in hoc prologo vſurpari ſolet? Et quidē de primo dico; praxim nomen eſſe Græcum, quod Latine interpretatur operatio. Operationis altiſsima ſignificatio eſt, vel etenim ſumi poteſt, pro operatione naturæ, vt vegetatio, & digeſtio, nutritio, & ſimiles aliç, quç actiones, ſeu quaſi actiones naturç, operationes dicuntur. Secundo ſumitur pro

Quid ſit pr xis.

pro actione cuiuslibet potentiæ operatiuæ. ſic omnes actiones immanentes ſenſuum externorũ, & interiorũ, ac intellectus, proprius operationes dicuntur. Intellectus etenim vitaliter operando intelligit, & ideo intelligere operatio eſt. Tertio ſumitur operatio pro ipſo opere, & idem eſt tunc, quod actio in externam materiam trãſiens, quæ propriè factio dicitur à Phyloſopho, vt eſt quocumque fabrifactio, & ſimiles. Tandem ſumitur pro libera actione voluntatis, vel elicita ab ipſa voluntate, vel a quacumque alia potẽtia ſibi ſubdita, vt imperata. Et hæc poſterior operatio eſt praxis in rigore, de qua procedũt Scholaſtici: licet etiã in pluribus operationib⁹, & alijs prioribus modis acceptis, ex imperio volũtatis reperiatur praxis: ſed primo, & per ſe in quarta tãtũmodo ſignificatione vera praxis reperitur.

2. *Diffin. praxis.* Diffinitur ergo praxis à Doctore in textu per hoc, ꝙ ſit *actus alterius potentiæ, quàm intellectus, natus elici poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ, ad hoc, vt ſit actus rectus.* Cuius diffinitionis particulas ipſe Doctor exponit. Et in prima oſtẽdit, quod intellectus extenſione fit practi- *Ariſt.* cus. Quod dixerat Ariſtoteles 3. de anima textu cõmento 49. Intellectus etenim ſiſtendo in ſua propria entitate, & munere proprio, non poteſt intelligi eſſe extenſus: ac proinde, ſi extenditur, hoc tantum eſſe debet, quatenus ab alia potẽtia accipit denominationẽ, eo quod in ſe recipit aliquod directiuum alterius potentiæ.

3. Quod vt intelligatur, obſeruare oportet, intellectũ in duplici ſtatu conſiderari poſſe. Vel primo quatenus præciſe ſiſtit in actibus ſuis, vt pote, ſimplicia apprehendendo, componẽdo, diuidẽdo, & ratiotinãdo. Vel ſecũdo, quando habet notitiã directiuam, qua in actũ, & operationem alterius potẽtiæ tendit, eã dirigẽdo, ne in ſuis operationibus deficiat: tũc dicitur extendi, id eſt extra ſeipſum tẽdere: quoniam tendit in actus, & operationes, quæ ſibi propriæ nõ ſunt; proprius nãque munus ſibi eſt tantũ ſyllogizare ex terminis, videlicet ſimplicibus apprehenſis per primam ſui operationem, & per ſecũdam compoſitis, aut diuiſis, per tertiam diſcurrere: & hæc ſunt propria munera intellectus. At qui voluntatẽ dirigere, vt huic pauperi ſubueniat, & Deum hic, & nũc diligat, hoc non eſt ſui proprij muneris, ſed extra ſe, hoc eſt, ad alterius potentiæ directionem tẽdere. Primo igitur modo, intellectus in ſe manendo eſt ſpeculatiuus. Secũdo vero modo hac extenſione in alterius potentiæ directione, fit practicus. Vnde quando intellectus ſe ipſum dirigit, vt pote, per vnum diſcurſum in alium progrediẽdo: talis directio, quia eſt intra ipſius potentiæ munus, non dicitur extẽſio, quia non exit extra ſe: & ſic non pertinet ad praxim. Vnde ait Doctor in textu, quod Logica ſpeculatiua eſt, & nõ practica.

4. *Tres conditiones ad praxim requiſitæ.* Tres igitur conditiones ex diſcriptione Scotica praxis habemus ab ipſo Doctore collectas. Prima, quod ſit opus alterius potẽtiæ, quàm intellectus ratione cuius nullus actus proprius intellectus praxis eſſe poteſt: quoniã directio illa, qua intellectus fit practicus, nõ eſt propria intellectus operatio, ſed per extenſionẽ, vt dictum eſt, practicus denominatur, vt optimẽ notauit Lychetus q.4. prologi §. *ibi dico igitur primo.* Secũda coditio praxis eſt, quod debet eſſe operatio naturaliter poſterior intellectione: pro cuius literæ claritate notare oportet: quod praxis eſt operatio indifferens ad bonitatem, & malitiã, eo quod poteſt eſſe bona, vel mala: & cũ voluntas, ſeu quælibet potentia practica, ex ſe nõ habeat principiũ directiuũ ad hoc, vt talẽ operationẽ bonã, & rationi, ac regulæ conformẽ eliciat, indiget ab alio dirigi. Quia tamẽ intellectus, quando extẽſione fit practicus, habet cognitionẽ directiuã, quæ cognitio à nulla alia potentia poteſt haberi, niſi ab intellectu: hinc eſt, quod cuiuslibet potẽtiæ operatio, vt ſit praxis, neceſſario, & naturaliter debet præſupponere intellectionẽ illã directiuã intellectus: quia directiuũ naturaliter eſt prius quocũque directo, & ideo in diſcriptione illa ponit Doctor ſecundã conditionem, quod, ſcilicet, ſit naturaliter poſterior intellectione.

Ex his

5. Ex his duo ſequuntur. Primum eſt, quod omnes actus illi, qui boni, & mali fieri nō poſſunt, vtpote, quia nō poſſunt ſubeſſe imperio voluntatis, quales ſunt actus naturæ, vt vegetare, nutrire, digerere, & ſimiles, praxes eſſe nō poſſunt: quia ad hos non eſt directio intellectus, nec poteſt eſſe imperiũ volũtatis: quia nec directioni rationis, nec arbitrio libertatis ſubſunt, ſed naturaliter fiunt. Secũdũ autē eſt, quod aliqui actus, qui ipſam intellectionē præcedũt, qui tamē poſſunt ad ipſam cōſequi, & à volũtate iuxta directionē intellectus imperari, praxes, ſeu (vt melius dicam) practicæ operationes, eſſe poſſunt. Sic ſunt omnes operationes ſenſuũ. Ordine etenim naturæ, priores ſunt iſtę, quã intellectus operatio; quia nihil eſt in intellectu, quin prius in ſenſu præfuerit: ſic viſio ocularis intellectus cognitionē præcedit: poteſt tamē ipſa intellectione, imò, & ipſo actu voluntatis, poſterior eſſe, vt in hoc exemplo familiari patebit: nã quando quis viſu corporeo, v.g. videt nimis plagatum, & indigentē pauperem, ante quã intellectus illũ cognoſcat, & eius mēdicitatē, & miſeriã cōſideret: viſio illa ocularis praxis adhuc non eſt, quia merê naturaliter eſt â viſu elicita, & omnem actum directionis, & libertatis, præcedit; & ideò prout ſic, nec bona, nec mala eſſe poteſt. Poſtmodũ verò intellectus intelligit pauperem illum, vt valde indigētem, cui ex regula rationis, nutu pietatis, & miſericordię, ſubueniēdum eſſe iudicat. Et hæc talis intellectio directiua eſt, & dirigit volũtatē, vt cōformet ſe tali regulæ, & ex pietate velit pauperi ſubuenire. Et hac quidē cōſideratione, & directione, intellectus fit practicus. Rurſus voluntas ſic directa elicit actũ liberæ volitionis, quò vult ei ſuccurrere: & hæc volitio eſt primò, & per ſe, & formaliter, praxis. Volũtas autē, vt ſic volens imperat viſui corporeo, vt pauperem oculo pio, & affecto videat, & reſpiciat. Tunc viſio iſta oculi corporei, iã praxis eſt, non primo, & per ſe, ſed ſecundario, ſcilicet, ex voluntatis imperio: vel etiã practica eſt, vt diſtinguitur contra praxim, primo, & per ſe conſideratam; Eſt ergo praxis: quia iã eſt ab intellectu directa, intellectioneque naturaliter poſterior, & à volũtate imperata, & ideò capax eſt bonitatis.

6. Ex quibus aliud corolariũ inferre licebit: & eſt, ipſũ met intellectũ, nō ſolũ ea ratione, qua per extēſionē propter dirigendã volũtatē, fit practicus: ſed etiã per imperium ipſius voluntatis, ſicut de alijs ſenſuũ operationibus dictũ eſt, practicum eſſe poſſe, & poſteriorem ſe ipſo: & ſic eſſe practicũ à ſua praxi, nēpe, ab intellectione à voluntate imperata, quæ eſt praxis, ſicut opus cuiuslibet alterius potētiæ imperatæ: quia non minus ſubiacet intellectus volũtatis imperio, quã cæteræ potētiæ cognoſcitiuæ, vtpote, ſi ex directione ſuppoſita, & actu volũtatis elicito, imperet voluntas ipſi intellectui, quod pauperem illũ piè, & miſericorditer, conſideret: ſicut præceperat oculis corporeis, quod ipſum viderent. Tũc etenim iſta ſecunda intellectus cōſideratio proculdubiò practica eſt, & naturaliter poſterior intellectione illa prima, qua volũtatem direxit.

7. Ex his igitur duabus cōditionibus prioribus corolariè infert Doctor cōcluſionē articuli, videlicet, quod praxis (de qua in præſenti loquitur, ad quã, ſcilicet, extēditur habitus praxis) *nō eſt niſi actus volũtatis elicitus, vel imperatus*. Cuius ratio eſt: quia praxis eſt naturaliter poſterior intellectione, qua, ſcilicet, intellectus extēſione fit practicus: ſed ſolus actus volũtatis elicitus, vel imperatus eſt naturaliter poſterior tali intellectione: ergo &c.

8. Tertia cōditio praxis eſt, quod actus, qui dicitur praxis, ad hoc vt ſit actus rectus, debet elici, vel imperari, cōformiter rectę rationi, id eſt, cognitioni directiuę, qua intellectus dirigit volũtatē: quę tũc dicitur recta, quãdo nō tãtũ dirigit in actum, ſed & dirigit circa omnē circũſtãtiã, ex qua actus adæquatē dicitur rectus. Et ex Ariſtotele probat Doctor 6. ethic. ca. 3. vbi ait: quod electio recta neceſſariò poſtulat rectã rationē: quod probat ibidē. Nō tamen intelligēdũ eſt hoc de electione ſtrictè ſũpta, quę eſt circa media ad finē, ſed de quacũq; volitione recta, ſiue ſit reſpectu mediorum, ſiue reſpectu finis;

ipſius

ipſius. Ex quo patet Doctorẽ ibi diffinijſſe
omnẽ praxim, nõ ſolũ rectã, vt Lychetus, §.
Lychetus. *tertia conditio*, putauit: ſed etiã nõ rectã: quia
poſtquã Doctor deſcripſit in illis duab⁹ prio
ribus cõditionib⁹ ea, quæ eſſentialiter ne-
ceſſaria ſũt ad praxim, in quibus, tam bona,
quã mala operatio practica cõprehenditur,
protinus addidit tertiã cõditionem dicens:
quod ad hoc vt praxis ſit actus rect⁹, debet
elici cõformiter rectæ rationi. Quæ non eſt
cõditio praxis, vt ſic: ſed conditio praxis re-
ſtrictè ſūptæ, nẽpe, praxis in quãtũ rectæ. il-
la autẽ particula, quę in hac tertia cõditione
ponitur, ſcilicet, *natus elici cõformiter*, nõ tol
lit differentiã praxis ad bonã, & malam: ſed
oſtẽdit eſſe indifferentiã cõtrahibilẽ, nõ per
duas poſitiuas differentias, ſed per vnã poſi
tiuã, & per priuationẽ ipſius. Act⁹ etenim mo
ralis indifferẽs eſt ad bonũ & malũ: attamẽ
quia natus eſt eſſe bonus ex ſua naturali ap-
titudine: ideo ſi cõformatur regulæ rationis
cõtrahitur per ſibi debitã rectitudinẽ ad eſſe
bonũ: ſi verò nõ cõformiter elicitur, cõtra-
hitur per priuationẽ ſibi debitæ rectitudinis
ad eſſe malũ. Vt igitur Doctor hanc indiffe
rentiã praxis eſſe ad poſitiuũ, & priuatiuũ,
oſtẽderet, addidit in tertia cõditione illa, *na
tus elici conformiter*.
9. Imò dico, quod etſi ibi nõ reſtringeret Do
ctor hãc cõditionẽ requiri tãtũmodo ad hoc,
vt actus ſit rectus, etiã cõueniret cõditio iſta
omni praxi, etiã malæ. Cuius ratio eſt: quia ſi
cut in actu moraliter malo, nõ obſtãte priua
tione rectitudinis, quã habet ex differentia
ſpecifica, adhuc tamen in illo ſaluatur vera
ratio aptitudinis ad bonitatẽ. Ita quod ſecũ-
dũ gradũ genericũ actus moralis eſt actus il
le apus nat⁹ ad bonitatẽ: ſic in praxi, ſecũdũ
rationẽ preciſã, qua praxis eſt, eſt actus ap-
tus natus elici conformiter rectæ rationi: &
ideo etiã poſita malitia in praxi, ſaluatur in
illa iſta ratio aptitudinis, ſecũdũ quam ex ſe
nata erat elici cõformiter rectę rationi, quę
per malitiã tolli non poteſt, ſicut per cęcita
tem non tollitur ab homine aptitudo ad vi
dẽdũ. Et ideo in hoc non benè phyloſopha-
uit Lychetus,
10. Ex hac autẽ 3. & 2. cõditione infert Doctor,
ex actu elicito volũtatis, & imperato, prio-
rẽ dici praxim per ſe primo, quia ſolus actus
à volũtate elicitus eſt naturaliter poſterior
intellectione, & natus elici cõformiter rec-
tæ rationi: poſteriorẽ verò ait, per accidẽs eſ
ſe praxim: per accidẽs etenim à volũtate ac
tus alterius potẽtiæ imperatur: ergo per ac-
cidẽs eſt poſterior intellectione directiua,
& conſequenter per accidens eſt nata elici
conformiter rectæ rationi dirigendi. Vn-
de in rigore ſolus actus elicitus à volun-
tate eſt praxis, actus verò cæterarum po-
tẽtiarũ à voluntate imperatarũ ſunt impera
ti, & hi ſunt practici, non verò praxes, vt ait
Doctor in textu ſolutione ad argumentũ.
Cõtra hãc tamẽ Doctoris literã, & fortè nõ 11.
ſic expoſitã, nouiſsimè inſurgit Vazquez 1.
p. diſp. c. 4. & 5. reſuſcitans Gregorij Arimi
nẽſis, & Nominalium, ac etiã Caytani, &
quorundã Thomiſtarũ argumenta, ſua tamẽ
propria calũnia mordicus dicẽs, Doctorem
ad libitũ, & pro ſui placiti arbitrio praxim
diffinijſſe. Sed quid mirũ, ſi etiã de hoc Ari-
ſtotelis varietatẽ, & incõſtãtiã reprehẽdit?
Et cũ ibi bis aſſerat nõ eſſe prohibito verbis
vtẽdũ in ſuamet reprehẽſione cõprehenſus
ad libitũ ſtatuit ſumẽdã eſſe praxim indiſtin
ctè pro operatione cuiuſcũq; potẽtiæ. Sed re
uera eadẽ, quæ ipſe, & Nominales, aut Tho-
miſtæ de praxi aſſeuerãt cõfuſè, docuit Doc
tor diſtinctè. Cũ cuiuslibet potẽtiæ actum
practicũ poſſe fieri, etiã ante ipſos affirmet;
ſed diſtinguit à quo primo ratio praxis pro
ueniat. Et ad hoc ait vnã eſſe primo, & per ſe
praxim, ratione cuius cæterarũ potentiarũ
operationes practicæ ſunt: & hanc, inquit,
eſſe operationẽ elicitã voluntatis, quod nemo
Theologus negare poteſt, re benè inſpecta.
Vnde credo, quod ſi Vazquez, & cæteri lite
rã Doctoris ſic expoſitã perpẽdiſſent, ab eo
diſcedere nõ auderent. Sed quia litera text⁹
ob ſui ſubtilitatẽ obſcura eſt nimis, contra
illã arguere ſunt conati. Argumenta tamẽ
eorũ ob prolixitatẽ vitẽdã nõ refero: ea tamẽ
doctiſsimè ſigillatim ſoluit Faber q. 9. prolo
gi c. 2. Alia quoq; argumẽta affert Lychetus
ibi, §. *multi tamẽ*, quæ fabricauit Ioãnes An-
glicus Bacconis in q. 4. prologi, deſũpta ex te
ſtimonijs varijs Ariſtotelis, quę ſoluit optimè
ipſe Lychet⁹. Sed quia hæc omnia nimis pro
lixa ſunt, illa hîc conſulto omitto: & profe-
ctò omnium argumentorum ſolutiones ad
hoc poſſunt reduci, quod vel ibi procedunt
de praxi propriè dicta, vel de praxi latè ſum
pta: ſi de prima intendant, ſatis ex dictis con
ſtat, omnes cuiuslibet potentiæ opera-
tiones poſſe à voluntate imperari, & prout
ſic poſſe fieri practicas: & ſic intellectio
etiam practica eſt. Si verò de ſecunda: hoc
eſt abuti vocabulo: attamen in ſolutione
argumenti concedit Doctor libenter, quod
quælibet operatio poteſt praxis dici exten-
dendo nomen praxis, ſicut ſupra dicimus
n. 1. & ex nominis ethymologia idẽ eſſe pra

xim, quod operationem: & vt ſic etiam ſpeculatio intellectus, vt Doctor cõcedit, dicitur praxis. Quibus notatis tota argumẽtorum machina ruit.

ARTICVLVS II.

Vtrum cognitio practica extẽdatur ad ipſam praxim per duplicem relationem aptitudinalem?

A. AD ſecũdũ ſic proceditur: videtur, quod cognitio practica nõ extẽdatur ad ipſã praxim per duplicẽ relationẽ aptitudinalẽ, quia de neceſsiſitate, actus intellectus prior eſt actu volũtatis actualiter, quẽ ponis primo praxim.

B. Secũdo præterea, quia aptitudo, quę cõuenit vni naturæ, & repugnat alteri, nõ videtur, niſi propter aliquid intriſecũ in ea. Ergo oportet dare aliquid, propter quid iſta conformitas ad praxim conuenit iſti habitui, & repugnat alteri.

C Tertio præterea: quia tunc quælibet cognitio eſſet practica: quia ad quãcũque actualiter apta eſt ſequi volitio recta ei cõformis in bonitate, quam pono primã praxim.

D. Sed cõtra eſt: quia ſi ab actuali extẽſione diceretur practica, nulla eſſet neceſſario practica.

E. Reſpõdeo dicendũ: quod ex primo articulo patet ſecũdus, nam illa extẽſio cõſiſtit in duplici relatione aptitudinali, ſcilicet, cõformitatis, & prioritatis naturalis. De prioritate patet per illud, quod iã adductũ eſt primo articulo de 6. ethi. De cõformitate autẽ habetur ibidẽ, vbi dicit: quod veritas cõſiderationis practicæ eſt cõfeſſe ſe habens appetitui recto Dixi aptitudinali: quia neutra relatio requiritur actualis. Quod autẽ praxis actualiter ſequatur conſiderationẽ, quæ cõformis ſit ipſi cõſiderationi, hoc omnino eſt accidentale ipſi cõſiderationi, & cõtingens. Si igitur ab actuali extẽſione diceretur practica: nulla eſſet neceſſario practica, ſed eadem quãdoq; practica, & quãdoque ſpeculatiua, quod nihil eſt. Ergo ſufficit duplex aptitudinalis extenſio, ſiue aptitudo ad extenſionẽ. Hoc declaratur, quia communiter conceditur cognitionẽ practicã extendi ad praxim, vt directiuã ad directũ, ſiue vt regulatiuã ad regulatũ. Cognitionẽ autẽ eſſe priori naturaliter praxi, & cõformẽ, nõ eſt eſſe cõformatã praxi, quaſi priori: ſed eſſe cõformatiuã praxis, quaſi poſterioris: ſiue eſſe, cui praxis ſit cõformãda: quod eſt cognitionẽ dirigere, & regulare in praxim. Vtrũ autẽ ſic dirigere, vel conformare ſibi praxim, ſit aliqua efficientia in cognitione reſpectu praxis? De hoc 25. diſt. ſecundi libri.

Ad primũ argumentũ dico: *quod aſſumptum* verũ eſt, ſed nõ ſequitur neceſſario ad ipſũ de neceſsitate actualiter actus voluntatis, qui eſt praxis. F.

Ad ſecundum dicendum eſt, quod hoc eſt tantũ de obiecto. G

Ad tertiũ dicẽdũ, quod nõ eſt verũ de volitione cognoſcibilis, ſed cognitionis. Et hæc eſt ratio praxis. H

Ex-

Expoſitio 2. articuli quæſtionis 5. Prologi.

1. OBſcura eſt nimis huius articuli litera: ſed adhuc loge obſcurior Lycheti, & aliorum expoſitorũ interpretatione redditur. Et fortè maior obſcuritas eſt in intelligẽdo titulo articuli. Pro cuius tamẽ claritate breuiter obſeruare oportet: quòd cognitio practica, vt dictũ eſt in cõmentarijs 1. ar. huius quæſtionis, eſt illa intellectio, quæ dirigit actũ volũtatis, ne deficiat in operãdo. Qui quidẽ actus volũtatis, vt probauimus, eſt ipſamẽt praxis. Et ex eo quod intellectio illa extenditur ad directionẽ talis actus, qui eſt praxis, dicitur cognitio practica. Ita quòd duo in cognitione practica cõſiderantur, & ſunt duo termini: primus per modũ ſubiecti, ſecundus verò per modũ prædicati. Hæc enim propoſitio, *cognitio eſt practica*, habet prædicatũ, & ſubiectũ, ſicut quælibet alia propoſitio. Subiectũ eſt ipſa *cognitio* intellectus præciſe, prædicatũ verò eſt *practica*. Iã dictũ eſt intellectũ fieri practicũ per rationẽ cognitionis directiuæ: & talẽ cognitionẽ intellectus fieri practicã per extenſionẽ ad actũ alterius potentiæ, nẽpe, volũtatis, quatenus talis cognitio eſt directiua talis actus voluntatis, qui eſt praxis. Modo autẽ quærit Doctor in præſenti, in quo conſiſtat iſta extenſio, per quã talis cognitio ſit practica, an ſcilicet, cõſiſtat in hoc, quod eſt cognitionem intellectus actualiter dirigere actum voluntatis: an verò in hoc, quod eſt eſſe directiuã tãtũ, ideſt eſſe aptam natã aptitudinaliter ad dirigendum talem actum?

2. Ad hoc Doctor reſpondet concludendo, quod illa extenſio conſiſtit, nõ in actuali directione, ſed in duplici relatione aptitudinali, quarũ vna eſt prioritatis naturalis, & altera conformitatis actiuæ. Quod ex art. 1. patet: nam ex eo conſtat, quod praxis dicit hanc duplicem relationẽ ad intellectionẽ directiuã intellect⁹: vna enim eſt poſterioritatis, vnde dicitur in ei⁹ diffinitione, *quod eſt naturaliter poſterior intellectione*. Altera eſt regulabilitatis, qua eſt regulabilis per eam: quare additur in diffinitione praxis, *natus elici conformiter rectæ rationi*. His igitur duabus relationibus, quæ ſunt in praxi, correſpondent aliæ duæ relationes ex parte intellectionis practicæ. Prima etenim, quæ eſt poſterioritatis in praxi correſpõdet, ex parte intellectionis directiuæ, relatio prioritatis: quia eo ipſo quod praxis eſt naturaliter poſterior intellectione, eſt intellectio naturaliter prior praxi. Secũda verò, quæ eſt regulabilitatis, ſeu cõformabilitatis paſsiuæ, correſpõdet, ex parte intellectionis directiuæ, relatio conformitatis actiuæ, ſeu regulatiuæ: quæ optimè explicatur per hoc, quod eſt intellectionem eſſe directiuam, & cõformatiuam ipſius praxis.

His igitur notatis, inquit Doctor: quod notitiã fieri practicã per extẽſionẽ ad praxim, nõ eſt, notitiã eſſe actu priorẽ praxi, & actu dirigere praxim: ita quòd neceſſario ad hãc notitiã practicã actu ſequatur praxis poſterior ipſa; & ab illa actu directa: ſed eſt eſſe aptã natã ad hoc, vt ſit prior praxi, etiã ſi praxis actu nõ ſequatur ad illã notitiã: & eſſe aptã natã dirigere praxim, etiã ſi praxis actu non cõformetur illi: & hãc duplicẽ aptitudinẽ, inquit Doctor eſſe duplicẽ relationẽ aptitudinalẽ, quã de ſe, & ex ſe, dicit cognitio practica, eo quod directiua eſt praxis, independẽter ab hoc, quod in re ipſa praxis ſequatur, cũ ex ſe nõ ſit actu dirigẽs, ſed aptitudinaliter directiua, vt optimè aduertit Lychetus §. *cõtra iſtam propoſitionẽ*, & Pater Rada 1. p. contro. *Lychetus Rada.* 3. 3 ar. 3. Quod hæc duplex relatio aptitudinalis cõſequitur ad differentiã intrinſecã, per quã notitia dicitur practica, quæ eſt veluti fundamentũ earũ, & eſt quædã entitas, quę per tales relationes explicatur. Certũ eſt enim, quamlibet aptitudinem ſupponere naturã, cuius aptitudo ſit, & relationem ſupponere fundamentum, ſine quo non eſt relatio. Hoc ergo præſuppoſito, concludit Doctor: quod *illa extenſio conſiſtit in duplici illa relatione aptitudinali, ſcilicet, conformitatis, & prioritatis naturalis.*

4. Hanc ergo literã ſic expoſitã probat Doctor quoad vtramq; partẽ concluſionis: de vtraque etenim hac relatione eſt ratio probãs in textu, & vtra

que eſt probatio ex Ariſtotelē. De prioritate patet ex 6. ethic. vt latè adducitur in 1. art. De cōformitate verò habetur ibidem à Phyloſopho, vbi dicit: *Quod veritas cōſiderationis practicæ eſt confeſſè ſe habens appetitui recto.* Vbi ly *confeſſè* idem eſt, quod cōformiter, vt interpretatur Lychetus. Reſoluitur ergo ex textu, intellectū per intellectionē practicā extenſione fieri practicū, & quod intellectio, ſeu notitia intellect⁹, ſit practica per extēſionē ad directionē aptitudinalē. Sufficit igitur, & requiritur neceſſario, ad notitiā practicā, quod ſit apta nata eſſe prior naturaliter praxi, & eſse regulatiua, & cōformatiua eiuſdē praxis ſibi metipſi tā quā regulati regulę. Ex quo tādem deducitur, quod intellectio, vt practica ſit, non requirit actū voluntatis ſubſequentem: quia iam ex aptitudine, quam ex ſe habet ad dirigendū, habet aptitudinalē extenſionē, à qua eſt formaliter practica, & ſi nullus ſequatur actus, qui dirigatur per illam.

ARTICVLVS III.

Vtrum practicum, & ſpeculatiuū ſint differentiæ eſſentiales ſciētiæ?

A AD tertiū ſic proceditur: videtur, quod practicū, & ſpeculatiuū ſint differentiæ eſſentiales ſcientię, vel notitiæ, quia diuiſio, vel diſtinctio notitiarum ab obiectis eſt eſſentialis.

B. Sed contra: quia hæc eſt quaſi diuiſio generis per proprias paſſiones ſpecierum: ergo &c.

C. Reſpondeo dicendo: quod ex iſto articulo patet, quod practicū, & ſpeculatiuū non ſunt differentiæ eſſentiales ſciētiæ, vel notitiæ in cōmuni, quę eſt quoddā abſolutū: quia practicū dicit duplicē reſpectū notitiæ aptitudinalem ad praxim, vt ad terminū, ſpeculatiuū autē priuat illū reſpectū duplicē: nec reſpectus, nec priuatio eius eſt de eſſentia abſoluti: ſed eſt quaſi diuiſio generis per proprias paſſiones ſpecierū, ſicut ſi diuidatur numerus per par, & impar, vel linea per rectū, & curuū. Alicui autē notiæ conuenit practicū per ſe ſecundo modo ex cauſa intrinſeca prædicati cū ſubiecto, alicui ſpeculatiuū. Cōfirmatur iſta ratio, quia aliqua practica magis conuenit conuenientia eſſentiali cū ſcientia aliqua ſpeculatiua, quàm vna ſpeculatiua cū alia, ſicut magis conuenit ſpeculatiua Medicina cum practica Medicina, quā Muſica cum Geometria.

D Ad argumētum reſpondeo, quod prima diſtinctio, quæ eſt ſecundū eſſentialē differentiā, eſt eſſentialis, & ab obiectis, vt à cauſis extrinſecis, ſed ab eiſdem poteſt eſſe aliqua diſtinctio poſterior non eſſentialis.

Expoſitio 3. Articuli quæſtionis 5 Prologi.

PErſpicuè docet Doctor in litera, quā Doctoris ſententiā ſequuntur Cayetanus 1. p. q. 1. ar. 4. & plures alij interquos eſt Vazquez diſpu. 9. c. 2. & omnes Scotiſtæ, præſertim Baſsolis in prologo q. 7. ar. 4 practicum, & ſpeculatiuū non eſse differentias eſsentiales diuidentes ſcientiam, aut notitiā: ſed accidentales, ad modum quo proprietates, & paſsiones ſpecierū diuidūt genus, ſicut ſi animal divideretur per

riſi-

riſibile, & inhibile. Cui⁹ ratio eſt: quia ſciẽtia, ſeu notitia eſt quid abſolutũ, vt probat Doctor in quodlibetis q. 3. litera B. practicũ autẽ, vt viſum eſt in art. 2. huius quæſtionis, cõſtituitur in ratione talis, per extẽſionẽ, quæ in duplici illa relatione conſiſtit. Sed nullũ abſolutũ poteſt cõtrahi eſſentialiter per reſpectiuũ, relatio enim non poteſt eſſe differẽtia eſſentialis cõſtitutiua alicui⁹ abſoluti: quia tale cõſtitutũ eſſet ſimul eſſentialiter reſpectiuũ, & abſolutum. Et rurſus ſpeculatiuũ dicit negationem illius duplicis habitudinis ſiue relationis aptitudinalis: negatio vero nõ poteſt eſſe eſſentialiter conſtitutiua alicuius entis poſitiui: ergo ſcientia nõ diuiditur eſſentialiter per practicum, & ſpeculatiuum.

2. Hæc tamen ratio, quoad primã partẽ, difficultatem habet in eo, quod dicit, ſcientiã eſſe quid abſolutũ, cum ipſe Doctor fateatur in 3. diſt. 15. q. vnica litera V. §. *ad principale* ſcientiã importare reſpectũ ad obiectũ, & talem reſpectum eſſe ſcientiæ cõſubſtantialem: & nos etiam de Doctoris mente tradidimus ſupra q. 4. art. 1. dif. 12. Si igitur ſcientia habet ſibi conſubſtantialem reſpectũ ad obiectum, non poteſt eſſe quid abſolutum. Imò in duobus locis citatis ait Doctor vtrumque in illa etenim q. quodlibetica eadẽ litera B. poſtquam in prima concluſione dixerat, ſcientiã eſſe entitatẽ abſolutã, in ſecunda aſſerit, & probat, neceſſario habere relationẽ realẽ ad obiectũ. In illa autẽ diſt. 15. tertij ſub eadem litera V. antequã diceret, ſcientiæ conſubſtantialẽ eſſe reſpectum ad obiectum, ſupponit expreſſe ſcientiã eſſe qualitatem abſolutã. Hæc enim ſunt eius berba, *licet ſcientia ſit qualitas abſoluta, tamen reſpectus ad ſcibile eſt ſibi conſubſtantialis.* Videtur ergo ſecundum ipſius Doctoris literam, manifeſtam in eius dictis contradictionẽ reperiri. Siquidem iam ſcientia nequit abſoluta, & reſpectiua inſimul eſſe. Hoc namque pro Inconuenienti deducit ad probandam huius articuli cõcluſionem.

3. Porrò hoc idẽ dubiũ mouet ipſe Doctor in citata quæſtione quodlibitali ſub litera Y. his verbis. *Ex his ad propoſitum in actu cognoſcendi eſt aliqua entitas abſoluta: ibi etiã eſt aliqua relatio: & habetur, quod abſolutum, & relatiuũ non poſſunt conſtituere aliquid per ſe vnũ, nec ſaltim vnius generis, quod ſcilicet, habeat conceptum per ſe vnum ex his,* ſequitur quod: *actus cognoſcendi, vel aliquid per ſe vnum vnius generis, vel non per ſe includit illa duo.* Hactenus Scotus. Sed hac eadẽ ratione eleganter probauit, non eſſentialiter vtrumque includi in ſciẽtia: ſed vnũ tantum eſſentialiter, ſcilicet, quod ſit qualitas abſoluta, & aliud per identitatem realem conſubſtantialitatis. Et hoc modo ſcientia eſt reſpectiua, & continet reſpectum illum ad obiectum.

4. Hoc ergo dubiũ ſoluitur aduertendo, quod aliud eſt rẽ eſſentialiter abſolutã eſſentialiter eſſe relatiuã, & aliud eſt, rem eſſentialiter abſolutã per idẽtitatẽ realẽ eſſe relatiuam; primo modo ſcientia non eſt relatiua, bene tamen ſecundo. Et hoc patet in concluſione, vbi ait Doctor, diuiſionẽ per practicũ, & ſpeculatiuũ eſſe diuiſionẽ per paſſiones ſpecierũ. Nã ſicut valet iſta homo realiter eſt riſibilis: non tamẽ iſta; homo eſſẽtialiter eſt riſibilis: ſic valet iſta, ſciẽtia realiter eſt relatiua, nõ tamẽ iſta, ſciẽtia eſſentialiter eſt relatiua: & eodẽ modo valet iſta, ſcientia realiter eſt practica, nõ tamẽ iſta, ſcientia eſſentialiter eſt practica. Sic igitur ſoluitur à Doctore propoſitũ dubiũ, vt patet in eadem litera Y. §. *de tertio articulo.* Vbi exẽplificat in eſſentia diuina, & relatione. Eſſentia enim eſſentialiter in ſe eſt abſoluta: & tamẽ per identitatẽ realẽ eſt relatiua. quia per identitatẽ realẽ continet in ſe relationes. Qua quidem ſolutione optimẽ ſtat ſcientiã eſſentialiter tantũ eſſe abſolutũ, & tamen relationem includere per identitatẽ realẽ. Ac proinde ſemper manet ratio ſupra poſita Doctoris in ſuo robore, quod ſcilicet, nõ poteſt aliquod relatiuum eſſe diuiſiuum, ſeu conſtitutiuum abſoluti: ergo cum practicum relatiuum ſit, non poteſt eſſe differentia eſſentialis ſcientiæ, quæ eſſentialiter eſt abſoluta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum intellectus, & habitus, ab eodem habeãt, quod ſint practici?

A AD quartum ſic procedi tur, videtur, quod intellectus, & habitus, ſeu actus, non habeãt ab eodẽ quod ſint practici: ſed quod ab alio dicitur intellectus practicus, & ab alio habitus, vel actus: quia verũ operabile, & non operabile ſunt obiecta ſpecialia formaliter diuerſa, ideo perſe diſtinguũt illa, quæ perſe reſpiciũt ipſa, puta, habitus, & actus, qui dicuntur practici, quia circa operabile, ſed intellectus nõ dicitur practicus, niſi ſit operatiuus, qualis nõ eſt, niſi illud, quod apprehendit, ordinet ad opus, ꝙ non fit, niſi motus ex appetitu finis: ergo &c.

B Sed contra: quia primo de habitibus dicitur 2. Metap. text. comment. 3. finis ſpeculatiuæ eſt veritas, practicæ autem opus. Secũdo ſimiliter, tũc habitus practicus erit in intellectu ſpeculatiuo, nec intellectus illo habitu dicetur practicus: quod videtur inconueniens, quia omni habitu denominatur habens ſecundum naturam habitus: ergo &c.

C Reſpondeo dicendum: quod circa hunc articulũ ſunt opiniones. Vna eſt talis, quod ab alio dicitur intellectus practicus, & ab alio habitus, vel actus, quod oſtẽditur hìc. Quæ opinio (vt breuiter dicã) in hoc cõſiſtit: ꝙ diſtinctionẽ intellectus practici, & ſpeculatiui ponit penes finẽ, quia accidit obiecto: ſed habitus ſpeculatiui, & practici dicũtur penes obiectorũ ſpecialiũ differentiã formalẽ; ita ꝙ practicus intellectus includit in ſuo actu (non formaliter, vt aliquid de eſſẽtia act᷑) ſed connotando ordinẽ neceſſario ad deſideriũ finis explicite, & eorũ, quę ſunt ad finem implicite. Qua propter cũ ſpeculabile ordinari ad opus accidat ſpeculabili, licet nõ accidat ei ordinabile eſſe: differẽtia inter intellectũ ſpeculatiuũ, & practicũ inde proueniens, erit accidentalis, & per reſpectũ ad aliquid extra intellectũ: licet differẽtia habituũ, & actuũ ſit formalis, ſecundum differentiã formalẽ obiecti operabilis, & nõ operabilis. Vnde in tertio de anima dicitur, quod intellectus ſpeculatiuus, & practicus differunt fine. Et ex 6. ethico bonũ intellectus practici eſt verũ cõfeſſe ſe habẽs appetitui recto. *Tex. comme. 45. c. 3* Exemplum: intellectus ſpeculatiuus apprehendit ſanitatem, vt bonum conueniens: appetitus verò appetit illam, & ſequitur aliquo modo conſilium intellectus practici, quòd ſanitas eſt acquirenda. Stante itaque deſiderio finis, intellectus practicus ex hoc principio, illud per quod melius poteſt acquiri, eſt procurandũ, procedit diſcurrendo, & terminatur diſcurſus in vltima conclusione

cluſione cõſilij, & totus ille diſcurſus, ſicut ſumit principiũ ex apprehenſione finis deſiderati, qui eſt primum obiectum intellectus practici, ita eſt, vt iſta inuẽta, ad finem operetur: & ideo voluntatem finis præſupponit, & ad electionem ſequentem conſilium ordinatur.

D Contra hanc opinionem arguitur, *duplici medio poſito ſupra §. ſed contra, ſed Gotfredus, cuius eſt opinio prædicta*. Reſpondet ad primũ, quod ſcientiæ practicæ finis eſt opus in potentia, & aptitudine; in quantum eius obiectum eſt operabile per ſe. Sed obiectũ operabile conſideratur ſecundũ illum habitũ in vniuerſali, quæ conſideratio nõ ſufficit ad hoc, quod ſubijciatur operationi in actu, & in particulari: & quia actus eſt melior potentia in bonis, ideo requiritur talis cõſideratio particularis in actu. Iſta autẽ eſt per aliũ habitũ à ſcientia practica, & iſte habitus alius ſolũ in intellectu. Ad ſecũdũ dicitur: quod denominatiuè poteſt dici practicus, non ſimpliciter, ſed ſecundũ quid, ſcilicet, intelligendo denominationem fieri ab habitu.

E Contra: igitur habitus, & actus practicus poſſunt eſſe in intellectu ſpeculatiuo: quia habitus, vel actus ex natura ſua practicus poteſt eſſe in intellectu, ſine tali relatione ad actũ volũtatis, qualẽ ponit. Cõſequẽs cõcederet, ſed aliũ habitũ poneret poſſe haberi in intellectu practico ex actibus no tantũ practicis, ſed ex actibus intellectus practici generatũ. Cõtra: habitus practicus generatus ex actibus practicis ſufficeret ad ea, ad quæ ille habitus generatus ex actibus intellectus practici dirigeret; quia voluntas imperans conſiderationi propter talẽ finẽ non dat aliã rationẽ cõſiderationi, dirigendo, nec per conſequẽs habitui generato ex cõſiderationibus. Itẽ tunc multa accidentia eiuſdẽ ſpeciei eſſent in eodẽ: non enim propter ordinẽ volũtatis, & nõ ordinẽ, poteſt poni diſtinctio ſpecifica actus huius, & illius. Similiter nec habitus. Itẽ tertio, cõtra opinionẽ *hanc* inſe: ſubiectũ magis denominatur à per ſe cõditione ſui accidẽtis, & eſſẽtiali, quã à conditione eiuſdẽ accidentali: ergo ſi intellectus poteſt dici practicus ex ordine accidentali ſui habitus, puta, ex ordine voluntatis ordinantis actum eius ad aliud, multo magis poteſt dici practicus ex ordine eſſentiali actus, quo actus dicitur eſſentialiter practicus. Ideo ab eodẽ videtur intellectus dici practicus, à quo habitus, & actus, licet nõ ita accidẽtaliter dicatur illud de habitu, & actu, ſicut de intellectu, reſpectu cuius eſt accidẽs per accidens.

Ad argumẽtum de operabili & nõ operabili *patet ſolutio ex impugnatione eius in corpore articuli.* F

Expoſitio 4. Articuli quaſtionis 5 Prologi.

1. IN litera proponit Doctor opinionem Gotfredi in quodlibeto 10. q.11. quam opinionem longiſsimo, & ſatis prolixo ſermone, acute tamen, exponit Lychetus quæſt.5. prologi, §. *circa tertium articulum* (quæ tamen breuiter dicitur in textu) in hoc conſiſtit: quod diſtinctionem intellectus practici, & ſpeculatiui ponit penes finem: ſed diſtinctionem habitus ſpeculatiui, & practici (& idem eſt de actu) ponit penes differentiam obiectorum. Ita quod intellectus practicus neceſſario includit ordinē ad deſideriū finis explicite, & mediorū ad finē implicite: at verò habitus, & actus, dicunt talem ordinē ad obiectū. Tria ergo aſſerit hæc opinio: vnū eſt, habitum, & actum ab obiecto, & nō à fine habere, quod ſint practici; intellectū verò per oppoſitū à fine, & nō ab obiecto, nec etiā ab habitu, ſeu actu practico, quem recipit, eſſe practicum. Secūdum autem, habitū, & actum ab obiecto habere per ſe, quod ſint practici, intellectū verò à fine habere per accidens rationem practici. Tertio tandē ex his concludit ad intentum articuli, quod non ab eodem, ſed ab alio, habet intellectus, quod ſit practicus, ab alio verò habitus, & actus. Primum dictum iſtorū probat ratione poſita pro argumēto in principio articuli. Quæ ratio explicatur ſic: habitus, ſeu actus ſpecificatur ab obiecto, & ab eo cauſatur: obiectum autem eſt duplex, vel enim eſt ſpeculabile, vel operabile. Speculabile eſt verū: operabile autē eſt ipſius rei operatio, v.g. cælum, & aſtra, & ſimila, dicuntur obiecta per ſe ſpeculabilia, quæ nullomodo poſſūt attingi per opus, ſed tantū eorum veritas ſpeculatur. At verò ſanitas, quæ eſt obiectum aptū natum attingi per opus, ſeu alia ſimilia, & quæ ſunt ipſa opera, dicuntur obiecta operabilia. Tunc ait, obiectū operabile, et ſpeculabile ſunt obiecta formaliter diſtincta: ergo ſunt diſtinctiua habituū, ſeu actuū, quos cauſant, & à quibus reſpiciuntur: ergo per ordinē ad talia obiecta dicuntur habitus ſeu actus ſpeculatiui, vel practici: ita quod ſi obiectum ſpeculabile fuerit, dicetur habitus ſpeculatiuus, ſi verò operabile, habitus quoque practicus dicetur. At qui intellectus non dicitur practicus ab obiecto immediate, nec mediate: hoc eſt, non ab ipſo obiecto in ſe, nec ab habitu, ſeu actu, qui ſunt practici ab obiecto, dicitur practicus, ſed à fine. Quia vt ſit practicus intellectus debet eſſe operatiuus, vt autē operatiuus ſit, habere debet opus pro fine: vt autē habeat opus pro fine, debet ordinare obiectū illud, quod apprehendit ad opus, tanquam ad finem.

Poſſunt hæc per exemplum patefieri: nā ſi intellectus apprehendat ſanitatem, & ordinet illā ad opus, quo ſanitas obtineri poteſt, hæc manifeſta ſunt: dupliciter enim ſanitatē poteſt intellectus conſiderare, vel tantum eius veritatē ſpeculando, & tunc ſpeculatius eſt, vel ex deſiderio illam obtinendi, & tunc practicus eſt: quia ipſum obiectū ſpeculabile, nempe, ſanitatem ordinat in opus, quo talis ſanitas obtineri poteſt. Ex deſiderio igitur, ſeu appetitu talis finis per opus obtinēdi, practicus dicitur. Hoc etenim deſideriū explicite reſpicit finē, nēpe, ſanitatē obtinendā, implicite autem media, quibus talis finis, ſcilicet, ſanitas conſequi poteſt. Ex quo concluditur, intellectū per ordinē ad finē, & nō per ordinē ad obiectum, fieri practicum. Secundū probat: quia habitus, & actus per ſe reſpiciunt obiectū: ergo ab obiecto operabili per ſe dicuntur practici, ab obiecto vero ſpeculabili per ſe dicuntur ſpeculatiui. At verò, quia ſpeculabili, ut tali, accidit ordinari ad opus, ſicut accidit ſanitati, vt ſanitas eſt, ordinari ad opus, per quod obtineri poteſt, eo quod poterat intellectus ſanitatē ſpeculari, ſine eo quod illā ordinaret ad opus, licet nō accidat ſanitati eſſe ad opus ordinabilē: hinc eſt, quod intellectus nō per ſe, ſed per accidens dicitur practicus. Tertiū tandē ex his facilè videtur cōcludi, quod, ſcilicet, nō ab eodē habēt intellectus & habitus, quod ſint practici. 2.

Hanc

3. Hanc tamẽ opinionem reijcit Doctor, quoad hęc tria: vt patet in litera, & primo contra primum, & ſecundũ dictũ probat, quod habitus per ſe practicus, & per ſe ſpeculatiuus, non dicuntur per ſe tales ab obiectis, & hoc probat rationibus poſitis in textu §. *ſed contra*. Vbi ex Phyloſopho probat, habitus per ſe practicos & ſpeculatiuos dici a fine, quæ probatio nõ eſt ad mentem propriam Doctoris, ſed eſt argumentum ad hominem cõtra Gotfredum: quia ſicut ipſe Gotfredus ex Ariſtotele tertio de anima probat, ꝙ intellectus ſpeculatiuus, & practicus, differũt fine, etiam Doctor probat ex eodẽ Ariſtotele 2. Metaphyſicę, quod habitus ſpeculatiuus, & practicus, etiã differunt fine. Vnde ſi dictum Phyloſophi teneret de intellectu, etiam de habitu idem cõcluderet. Doctor attamẽ, vt in ſequenti articulo videbimus, tenet habitum dici ſpeculatiuum, ſeu practicum, ab obiecto, & hanc eandẽ rationem, quam ponit contra Gotfredum, ſoluit in ſequẽti articulo in corpore, & ſolutione ad tertium, per hoc quod habitus non dicitur practicus à fine in ratione finis, ſed à fine, vt habet rationem obiecti. Doctoris tamẽ rationibus ſupradictis reſpõdet Gotfredus duplici ſolutione, quam Doctor impugnat eleganter in textu. Et tandem cõcluditur ab eodem dici intellectum practicum, a quo dicuntur practici actus, & habitus. Hoc acutiſ-

Baſſolis. ſime tenet etiam Baſſolis, & probat in prologo, quęſt. 7. art. 2. in fine. Ait tamen Scotus, non ita accidentaliter dici eſſe practicum de actu, & habitu, ſicut dicitur de intellectu: quia intelle-

Rada. ctus, vt bene probat pater Rada 1. p. contro. 3. art. 3. concluſ. 6. dicitur practicus ab habitu, & actu, quem habet in ſe immediate, mediate vero ab ipſo obiecto, à quo talis habitus, aut actus eſt practicus. Intellectum tamen habere illum habitum, ſeu actum in ſe, accidit ſibi: & ideo magis accidentaliter, ſcilicet, de nominatiuè ſibi cõuenit eſſe practicum ab obiecto, quã ipſi habitui; de quo in articulo ſequẽti dicetur, qualiter ſibi conueniat eſſe practicum.

ARTICVLVS V.

Verùm habitus, ſeu actus, per extenſionem ad finem extendatur ad praxim, an vero per ordinem ad obiectum?

A. Ad quintum ſic procedi tur: videtur, quod illud, a quo habitus, & actus dicuntur practici, eſt finis, & extenſio cognitionis practicæ ad praxim, quæ eſt extenſio ad finem. Pro hac opinione ſunt authoritates poſitæ infra, & arguitur etiam per rationes ſic. Primo, quia aut habitus dicitur practicus ab obiecto, aut a fine. Quod non ab obiecto, probo: quia intellectus extenſione fit practicus, quod non eſt verum, niſi de eodem intellectu prius ſpeculatiuo, & poſtea practico, extenſo ad opus. Igitur circa idem obiectum poteſt eſſe conſideratio pratica, & ſpeculatiua.

B. Secundo pręterea ſic; quia Medicina diuiditur in ſpeculatiuam, & practicam, & tamen ipſa eſt de aliquo eodẽ ſubiecto, vt de ſanitate, vel de corpore ſanabili.

C. Tertio præterea; actus dicitur practicus, quia bonus, vel malus moraliter: bonitas & malitia moris cõpetũt actui ex circunſtãtijs; inter circũſtãtias autẽ, prima, & præcipua, eſt circũſtantia finis: ergo &c.

D Quarto præterea arguitur, quod non ſit diſtinctio per obiecta: quia omne formaliter tale eſt per aliquid ſibi intrinſecum: ergo ſi habitus eſt formaliter practicus, hoc eſt, per aliquod ſibi intrinſecum, & hoc non erit obiectum: ergo &c. Exemplum: Sol non eſt formaliter calidus, licet ſit virtualiter calidus.

E Quinto præterea: obiectum non eſt dinſtinctiuum habitus, niſi vt cauſa efficiens: cauſę autem efficientes non diſtinguunt effectus ſpecie: quia à cauſis diuerſis ſpecie poteſt eſſe idem effectus, ſicut calidum idẽ ſpecie generatur vniuoce, & æquiuoce ab igne, & à Sole.

F SED contra iſtam propoſitionem quæro, an habitus, & actus dicantur practici propter extenſionem actualem ad opus, vel tantum propter extenſionẽ aptitudinalẽ? Nõ propter actualem, vt habetur in ſecundo articulo, & ipſi concedunt. Quia tunc faber non actu operans, nõ haberet cognitionẽ practicam: ergo propter extenſionem aptitudinalẽ. Sed aptitudo non conuenit vni naturæ, quæ repugnat alteri, niſi propter aliquod abſolutum in tali natura (quia enim hæc natura eſt talis, ideo ſibi conuenit talis aptitudo) igitur præſupponit in iſta conſideratione aliquam conditionem intrinſecam, per quam ſibi conueniat aptitudo talis. Iſta conditio conſiderationis inſe eſt ab aliqua cauſa eius priori: cauſę autem eius priores ſunt intellectus, & obiectum. Ergo ſibi conuenit ab aliquo obiecto, vel intellectu: non ab intellectu: quia tunc omnis conſideratio eſſet practica, cum omnes ſint in intellectu, & omnium ſit vnus intellectus: ergo &c.

G Reſpondeo dicendum: quòd hìc dicitur, quod illud, à quo habitus, & actus dicuntur practici, eſt finis, & extenſio cognitionis practicæ ad praxim, quæ eſt extenſio ad finem. *Contra quam opinionem eſt ratio nuper poſita, §. ſed contra*, ad quam ſi dicatur, quod etiam finis eſt cauſa prior, imò prima inter omnes ſecundum Auicen. 6. Metaph. Et ita ab ipſo poteſt eſſe conditio talis naturæ, vt ei conueniat talis aptitudo. Contra: finis non eſt cauſa, niſi in quantum amatus, & deſideratus mouet efficiens ad efficiendum: ſed aptitudo dicta conuenit conſiderationi, ſiue eſt finis amatus, ſiue nõ: poteſt enim in intellectu eſſe talis cognitio, qualitercumque voluntas ſe habeat, imò etiam ſi voluntas non eſſet coniuncta intellectui, & ita à fine, tanquam à finali cauſa nõ prouenit aptitudo iſta cognitioni: nihil enim ineſt ab aliqua cauſa, quod illa cauſa non cauſante ineſt. Si dicas: finis aptus natus

eſt amari, antequam aptitudo iſta inſit cognitioni. Cōtra: hoc non ſaluat propoſitum: quia effectus nihil habet ab aliquo cauſante; quia illud natum eſſet cauſare, niſi actu cauſet: ergo cognitio non habet aptitudinem, ſiue naturam iſtam, quam conſequitur talis aptitudo, à fine aptitudinaliter cauſante, niſi actu cauſet; non autem cauſat actu, vt cauſa finalis, niſi vt actu amatus, & deſideratus mouet efficiens ad agendum. Præterea: aut finis, vt elicitus, & habitus extra, facit habitum eſſe practicum; aut finis conſideratus, aut intentus: non vt elicitu, & habitus extra: quia ſic eſt poſterior habitu, & effectus aliquo modo: effectus autē non diſtinguit cauſam. Si vt cognitus, ſic habet rationem obiecti: ergo obiectum diſtinguit. Si autem vt intentus, hoc iam eſt improbatum: quia naturaliter antequam intendatur eſt talis cognitio. Pręterea: ſi ſcientiam eſſe practicā, & ordinari ad praxim, vt ad finem, conuertantur: ergo moralis ſcientia non eſt practica. Conſequens eſt contra Phyloſophum 1. ethic. & 10. Cōſequētia arguitur: quia finis eius eſt fœlicitas, quæ ſecundum ipſum 10. ethic, conſiſtit in ſpeculatione, non in praxi. Si dicatur, quod fœlicitas eſt finis remotus, ſed finis propinquus eſt praxis, ſcilicet, dirigere in actum virtutis propter fœlicitatem. Cōtra: ad dirigere non ordinatur neceſſario, niſi aptitudinaliter: neceſſario autem eſt practica: ergo hoc erit (ſecundum dictam reſponſionem) quia aptitudinaliter ordinatur ad dirigere: hoc eſt idē, quod directiuum eſſe: igitur eſt practica, quia directiua; ſed eſſe directiuam, & eſſe practicam idē ſunt (ex 2. articulo) ex dicta igitur reſponſione ſequitur, quod ipſa eſt practica, quia eſt practica, hoc nihil eſt. Item dirigere eſt actus intellectus, quia eius eſt habitus (ſcilicet prudētia) à quo eſt iſte actus elicitus, nullus autē actus intellectus eſt praxis ex primo articulo.

H Ideo dicitur aliter: quod finis ſcientiæ moralis, ſicut & prudentiæ, eſt actus virtutis moralis, ad quem ordinatur, & ille actus eſt praxis: Contra: non omnis cognitionis practicæ finis eſt practicus, aliqua enim eſt intellectio practica reſpectu praxis, potentiæ inferioris, puta, appetitus ſenſitiui, vel motiuæ potentiæ. Nullus autē actus potentiæ inferioris eſt finis actus intellectus: quia nihil ignobilius eſt perfectio finis nobilioris, actus intelligendi eſt nobilior, & perfectior quocū que actu cuiuſcumq; potentiæ inferioris ſenſitiuæ. Dicitur: quod licet intellectio ſit nobilior in eſſe naturæ, quam operatio potentiæ inferioris, non tamen in gene-

in genere moris: quia melius moraliter eſt fortiter agere. Cõtra hoc dupliciter: primo, quia falſum ſupponitur, nam actus potentiæ inferioris non eſt bonus moraliter, niſi quia conformatur rationi rectæ, vt regulæ: ergo rectitudo rationis eſt cauſa bonitatis talis in actu illo, & non è conuerſo. Sed actum rationis eſſe ſic regulam, eſt ipſum eſſe bonum moraliter, ſicut intellectio poteſt eſſe bona moraliter.

I. Confirmatur: quia prudendentia eſt ſimpliciter nobilior virtute morali, vt eſt in appetitu ſenſitiuo: igitur & actus eius, vt eius eſt, melior actu illius, vt illius: igitur iſte, vt practicus (ſicut poteſt intellectio eſſe practica) eſt melior illo, vt practico, ſiue bono moraliter. Ex hoc patet: quod probatio de cogitare fortiter agere non valet. Quando enim quæritur excellentia vnius ad alterum, non debet comparari optimum ad infimũ, ſed optimum ad optimum, vel ſimpliciter ad ſimpliciter. Sicut ergo eſt accipere optimum ibi, puta, fortiter agere: ita eſt accipere in intellectu dictare ſecundũ prudentiam formaliter agere. Hoc ſecundum eſt melius (etiam moraliter) illo, etiam formaliter: quia vt regula habet bonitatem formalem moralem, quæ eſt rectitudo propria. Aliud autem eſt tantum bonũ materialiter: quia ex ſe non eſt bonum moraliter circunſcribendo ordinem ad regulam iſtam, & ad voluntatem imperantem. Secundo: reſponſio illa non videtur ad propoſitum. Quæritur enim, vnde intellectio ſit practica, non iam ſupponendo eam eſſe praticam, potiſſimè cum nec ſupponatur de ipſa prima circunſtantia, quę eſt finis, ſed inquiratur? Igitur cum quæritur de intellectione practica, & prima circunſtantia, à qua foret practica; ipſa tantum accipitur, vt illud, quod eſt in eſſe naturæ. Igitur ſic diſtinguere de ipſa ſecundum bonitatem moris, & naturæ, nihil aliud eſt, quam præſupponere, quod quæritur, & diſtinguere aliquid, pro vt cõſideratur præciſe ſub altero mẽbro diſtinctionis.

Ideo corrigitur iſta opinio ab alijs, & dicitur: quod habitus dicitur practicus à fine, qui eſt cõſideratio practica. Proprius enim finis cuiuſque habitus eſt actus eius. Sed contra illud: ſi conſideratio illa, quæ eſt finis habitus, eſt practica: ergo ipſa habet cauſam, ex qua dicatur practica: aut ergo finem illius conſiderationis: & hoc iam improbatum eſt: aut obiectum, & tunc ſequitur, quod ipſũ obiectũ eſt prior cauſa, à qua, tam habitus dicitur practicus, quã conſideratio ipſa: & tunc habetur propoſitũ, quod ab K. *Opin. Ioã. Roditon. in prol. q. 6* *2. concluſ.*

ab obiecto tam habitus (licet mediate) quàm actus dicitur practicus. 2. Concluſ. Concedo ergo, quod habitus non dicitur primo practicus ab actu proprio: quia ille eſt practicus à cauſa priore, nec cognitio aliqua habitualis, vel actualis, eſt perſe practica; 3. Concluſ. quia ordinatur ad praxim, vt ad finem: poteſt tamen quandoque habere primam extenſionē, ſcilicet, cōformitatem ad praxim à fine ipſius praxis, non tamen in quantum eſt finis, ſed in quantum eſt primū obiectū. Primū patet: quādoque enim prima principia practica ſumuntur à fine praxis: & ita ille finis, vt cauſa prima in genere iſto, includit virtualiter totam notitiā: & ita ipſa notitia habet quidditatem ſuam, & aptitudinem ab illo fine. Secundum patet: ideo enim finis praxis dat talem aptitudinem, quia vt obiectum primū includit principia, & mediantibus illis, concluſiones: & ita totam notiam practicam; non autem in quantum finis: tū quia à fine, vt finis eſt, nulla natura, vel aptitudo naturalis habetur; niſi vt amato, & deſiderato, & ſic mouente efficiens. Prius autem natura, quam ametur, includit talia principia, & concluſiones: veritas enim principij practici neceſſarij nō dependet à voluntate, magis, quam ſpeculatiui, nec concluſiones neceſſariò illatę ex tali principio. Tum quia quodcumque aliud includeret primo in genere iſto talem notitiam, eodem modo daret notitiæ conformitatem talem, puta, ſi ipſa praxis includeret primo in genere iſto talem notitiā, vel aliud, circa quod eſt talis operatio, ſicut quandoque contingit, ſicut fuit tactum ad tertium argumentum in quæſtione de ſubiecto Theologiæ *articulo 1.* *& eſt ſolutio in ordine ad textum.* Hoc enim fortè eſt ſubiectum tam moralis ſcientiæ, quam Medicinæ, non autem fœlicitas, vel ſanitas. Quia vtriuſque finis ratio includitur in ratione illius, circa quod eſt praxis Si dicatur, quod principia prima practica ſemper ſumuntur à fine: ergo ſemper finis primo includit virtualiter notitiam eorum. Si concederetur cōſequens, tamen ſtaret, quod non in quantū finis, ſed in quantum eſt obiectū. Et tunc poſſet dici, quod homo eſt finis tam ſanitatis, quam fœlicitatis naturalis, vt tangitur in reſponſione prædicta, ſed taliter nō eſt finis proximus praxis: quia ſi negaretur conſequens, negandum eſſet antecedens, vniuerſaliter ſumptum, quod particulariter eſt verum, vbi ſcilicet, ratio finis non concluditur ex aliquo pertinente ad cognitionem practicā. Vel aliter poſſet exponi antecedens ſic, prima principia, &c. Verum eſt inter illa, quæ ſumuntur ex

ex circunſtantijs moralibus, præ ſuppoſito actu bono ſecundum genus: quia ſic obiectum non eſt circuſtantia. Alio modo accipiẽdo actum nudè, etiam obiectum eſt circunſtantia. Et ex iſto videtur antecedens improbatum: à quo enim ſumitur prima circunſtantia actus nudè conſiderati, videtur eſſe prius quocũque alio. Et ita obiectum, à quo ſpecificatur primo actus, vt dicatur bonus ex genere, circunſtantionabilis vlterius alijs circunſtantijs, vt ſit plene moralis, videtur omnino primum in cognitione practica. De hoc non oportet modo proſequi, an concludat, vel non: quia in tertio libro habet locum. Breuiter ergo ad hunc articulum dico, quod ſcientia practica nõ habet primam extenſionem ſibi competentem à fine, inquantũ finis, propter rationes primo adductas,

In materia de virtut. & in 2. diſtinct. 5. & 40. & quodlib. q. 18. & infr. in hoc 1. diſt. 17. & alibi.

M Ad primum argumentũ pro opinione oppoſita, cum arguitur contra diſtinctionem per obiecta, dico: quod non poteſt eſſe circa idem obiectũ habitus ſpeculatiuus, & practicus. Cum probatur, quia intellectus extenſione fit practicus, dico: quod Ariſtoteles nunquam dixit, quod intellectus ſpeculatiuus extenſione quacumque fit practicus: ſed Ariſtotel. ponens tres gradus intellectus, quorum primus eſt cõſiderare ſpeculabilia tantum: ſecundus, conſiderare agibilia, nõ dictando proſequi, vel fugere: tertius (vt dicit) quando amplius extendendo ſe iubet proſequi, vel fugere. Ita quod illa extenſio eſt intellectus imperfecte practici, ad conſiderationem perfecte practicam, puta a, ab pprehenſione terribilium ad dictamen completum de eis, præcipiendo fugam, vel proſecutionem. Conceſſo tamẽ, quod intellectus ſpeculatiuus, extenſione fiat practicus, non eſt ad propoſitum: quia ſpeculatiuum, & practicũ, ſunt differentiæ accidentales intellectus, licet ſint eſſentiales habituum, & actuum. Et ideo actus, & habitus non extenduntur.

N Ad ſecundum, *ſcilicet*, ad illud de Medicina dicitur à quodã, quod habitus vniuerſalis eſt ſpeculatiuus: ſed quãdo ex ea acquiritur habitus particularis, tunc fit practicus. Contra: tũc ex principijs ſpeculatiuis ſequeretur cõcluſio practica. Ideo aliter dicendum eſt, quod quando ſunt aliqua duo extrema oppoſita, quanto aliquid recedit ab vno oppoſitorum, tantò accedit ad aliud. Modo actualiſsimam rationem practici habet conſideratio, quæ nata eſt immediatè eſſe conformis formaliter praxi eliciendæ. Et quantò aliquid magis recedit ab iſtò, tãto magis accedit ad ſpeculatiuũ. Igitur habitus vniuerſalis, qui non eſt immediate natus eſſe

Solu. Her. quodlib. 6. quæſt. 2. & quodlib. 12 q. 22. Solutio Doctoris.

5. Phyſ. tex tu. co. 52.

tus eſſe conformis praxi elicien dę, poteſt dici ſpeculatiuus reſpectu alicuius habitus, qui immediate natus eſt eſſe conformis praxi eliciendæ. Ita poteſt dici ars ſpeculatiua reſpectu habitus experti: quia ars tanquam vniuerſalior habitus, non eſt ita immediate directiua, ſicut apparet in primo Metph. Artifex frequẽter errabit, expertus autem non ita errabit. Ita poteſt diſtingui Medicina inſpeculatiuam, quæ ſcilicet, eſt de vniuerſalioribus cauſis, & curis, quæ cognitio eſt remotior à praxi elicienda: & in practicã, quę eſt departiculiarib' & propinquioribus praxi, & immediatius cõformibus praxi. Tamen ſecundum veritatem illa vniuerſalior (quæ in comparatione dicitur ſpeculatiua) eſt ſimpliciter practica, quia virtualiter includit illam particularem formaliter conformem praxi.

O. Ad tertium, & ad illud de bonitate, & malitia dico: quod non omnis actus bonus eſt primo bonus à circunſtantia finis, vt finis. Imò eſt aliquis bonus à circunſtantia obiecti; puta, vbi finis eſt obiectum; & ibi circunſtantia finis, vt obiecti, primo tribuit rectitudinem actui. Ille enim actus ex obiecto ſolo eſt ſimpliciter bonus: vt amare Deum ſine alijs circunſtantijs eſt ſimpliciter bonum. Falſum eſt igitur, quod à fine, vt finis eſt, prout, ſcilicet, diſtinguitur contra obiectum, acci piatur primo bonitas actus moralis. Imò ſecundo illud eſt falſum: quia actus circa ens ad finẽ, licet habeat pro vna circunſtantia finem, tamen ab obiecto eſt aliqua bonitas prior, a qua actus dicitur bonus ex genere. Tertia reſponſio eſt directè ad propoſitum: quia et ſi circunſtantia formaliter circunſtet praxim, vt ſit bona, non tamen formaliter circunſtat intellectionem practicam: non enim intellectus moderatè, ſiue medio modo dictat actum. Ita quod dictare circunſtantionetur hac circunſtantia mediocriter. Sed intellectus dictat ſecundum vltimum ſuæ potentiæ. Eſt autem illud dictare rectum à principio, & principium ſumitur à primo obiecto.

Ad quartum dico: quod eſſe practicũ dicit aliquid intrinſecum notitiæ, ſicut reſpectus aptitudinalis eſt intrinſecus fundamento. Et quod notitia aliqua ſic ſit, apta nata referri, hoc eſt per naturam intrinſecam notitiæ, quam naturam habet ab obiecto, vt cauſa extrinſeca. Dico ergo, quod habitus eſt practicus per intrinſecum, vt per cauſam formalem, & per obiectum, vt per cauſam efficientem. P.

Ad quintũ dico: quod licet à cauſis eſſentialiter ſubordinatis, quarum vna eſt vniuoca, altera æquiuoca, poſſet eſſe effectus vnius Q.

vnius rationis, ſicut exemplifica tur de calore. Tamen quando cauſæ efficientes proximæ eiuſdem ordinis ad effectum cauſant aliqua, in quantum ipſæ cauſæ ſunt diſtinctæ, maximè ſi vtraque ſit vniuoca effectui, ſiuè vniuocatione completa, ſiue diminuta, non poteſt à cauſis talibus diſtinctis eſſe effectus vnius rationis. Vniuocationem completam dico, quando eſt ſimilitudo in forma, & in modo eſſendi formæ, diminutam, quando eſt ſimilitudo in forma, licet habeat alium modum eſſendi: quo modo domus extra eſt à domo in mente. Vnde & generationem iſtam vocat aliquo modo Phyloſophus vniuocam. 7. Metaphyſc. Quia igitur obiectum eſt cauſa proxima reſpectu notitiæ, & vniuoca, licet diminute, ſequitur, quod diſtinctio formalis obiectorum, cũ cauſent notitias, in quantum ipſa ſunt diſtincta, neceſſario concludat diſtinctionem formalem notitiarum.

Expoſitio 5. articuli quæſtionis 5. Prologi.

1. SVPPOSITO ex quarto articulo, ab eodem haberi intellectum eſſe practicũ, à quo dicuntur practici habitus, & actus: reſtat conſequenter inueſtigare, à quo habitus & actus ſint practici, vt hoc idem de intellectu inferatur. Quod Doctor determinat in hoc quinto articulo, ad cuius intelligentiam oportet aduertere, hic nõ quæri de ratione formali, à qua habitus dicitur practicus: de hac enim diſputatum eſt in articulo 2. vbi cõcluſit Doctor eſſe formaliter practicum ab illa duplici relatione aptitudinali prioritatis, & cõformitatis, vel ſaltem à fundamento talium relationum, vt expoſuimus ibidem. Non ergo eſt hic difficultas de cauſa intrinſeca habitus practici, ſed extrinſeca, an, ſcilicet, cauſetur ratio praxis in habitu & actu, à fine, an vero ab obiecto? Binas igitur refert Doctor opiniones in hoc articulo, quas reijcit. Prima fuit Henrrici Quodlib. 8. queſt. 1. Altera verò cuiuſdam Ioannis Rodicon in prologo q. 6. artic. 2. vt habetur in margine antiqui textus, quam etiam tenuit Varronis lib. 1. q. 4. & hæc ſecunda corrigit primam. Prima igitur dicebat, habitũ (& idem eſt de actu) eſſe practicum à fine, extẽſionemque cognitionis practicæ ad praxim eſſe extenſionem ad finem: praxis etenim finis eſt practicæ cognitionis. Secunda verò concedit cum prima, habitũ à fine dici practicum; ſed ait: quod actus ipſe eſt finis habitus: & ſic concludit, habitum ab actu ſuo eſſe practicum. Has tamẽ opiniones rationibus efficaciſsimis confutat Doctor, vt videre eſt in textu, & aſſerit, ac probat, habitũ & actũ, non à fine, ſed ab obiecto practicos eſſe. Quæ concluſio clarius in ſequenti difficultate patebit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ex ordine ad praxim, vt ad finem, dicatur per ſe ſcientia practica?

AD ſextum ſic proceditur: videtur, quod ex ordine ad praxim, vt ad finem dicatur per ſe A

ſe ſcientia practica. Primo: quia tertio de anima, dicit Phyloſophus: intellectus extenſione fit practicus, & differt a ſpeculatiuo fine.

B. *Idē 1. met. in proœm.* Secundo præterea: quia 1. Metaph. practica eſt minus nobilis, quā ſpeculatiua: quia eſt gratia vſus: hoc argumentum non teneret, niſi vſus eſſet perſe finis illius habitus: ergo &c.

C *Tex. co. 3.* Tertio præterea: ſecundo Met. finis ſpeculatiuę eſt veritas, practicæ autem opus.

D. *Tex. co 2. Tex. co. 2. Tex. co. 51.* Sed contra eſt: quia 6 Met. diſtinguit Phyloſopus practicas à ſpeculatiuis penes obiecta, & non penes fines, ſicut patet ibi. Diſtinguit enim ſcientiam tam actiuam, quam factiuam à ſpeculatiua penes obiectum. Idem 6. ethic. diſtinguit ratiocinatiuū à ſcientifico penes obiectum neceſſarium, vel contingens: & tertio de anima aſsignat obiectum practicæ bonum, non quodcumque, ſed agibile, & contingens: ergo ſcientia eſt practica perſe ex obiecto, non igitur ex praxi, vt à fine.

E. *1. Concluſ.* Reſpondeo dicendum: quod ex hoc, *quod dictum eſt in articulo præcedenti*, patet ſolutio quæſtionis poſitæ, cuius teneo partem negatiuam: ſed primam relationem, ſcilicet, conformitatē habet perſe ab obiecto, quod, vel eſt rectitudo praxis, vel aliquid virtualiter includens ipſam rectitudinem. Et ideo cognitioni illi praxis eſt conformabilis, vt ſit recta: quia cognitio eſt talis cogniti. Sed de alia relatione, ſcilicet, de prioritate, eſt dubiū, vnde conueniat cognitioni? Dico, quòd praxim neceſſariò naturaliter pręcedit aliqua cognitio, ſicut patet ex primo articulo. Et ſecundum hoc praxi conuenit poſterioritas, & cognitioni prioritas, ex ratione potentiarum ordinararum naturaliter in agendo, ſcilicet, intellectus, & voluntatis; ſed non ſemper iſta intellectio prior eſt practica; ſed tantū quando eſt determinatiua rectitudinis reſpectu ipſius praxis: & hoc vel formaliter, vel virtualiter. Quando autem in apprehenſione præuia nulla eſt determinatio formalis, vel virtualis, de rectitudine praxis, licet ibi ſit prioritas, tamen tunc deficit conformitas: quia ipſa non eſt, cui debeat praxis conformari, vt ſit recta: quia nihil determinate oſtendit de rectitudine praxis. Quando etiam in apprehenſione præuia eſt determinatio de rectitudine praxis, ſed potentia, cuius eſt praxis, non eſt aliquo modo determinabilis aliundè: tunc illa cognitio, licet determinatiua, nō eſt conformatiua praxis: & ideo non habet conformitatem priorem in ratione regulæ dirigentis, nec ſic eſt plenè practica. Poteſt igitur dici: quòd

licet abſolutè ex natura intellectus, & voluntatis, ſit cognitio prior: tamen quod cognitio conformis ſit prior, hoc eſt ſimul ex obiecto, & ordine potentiarum, & ratione potentiæ ſic practicantis, ſcilicet, voluntatis, quæ ſit aliquo modo regulabilis aliunde: non tamen apprehenſio præcedit praxim, ſed apprehenſio conformis. Hoc autem accidit quandocumque determinata rectitudo praxis eſt cognoſcibile neceſſarium, ſiue vt principium per intellectum, ſiue vt concluſio per ſcientiam. Hæc autem, quæ iam dicta ſunt de hoc, videlicet, vnde duplex relatio, ſcilicet, conformitatis, & prioritatis, conueniat notitię practicæ, intelligantur generaliter, niſi oporteat pro intellectu diuino aliquid addere, videlicet, quod potentia practicans, cuius praxi notitia conformis eſt prior, ſit aliquomodo determinabilis aliunde, ſiue alij, tanquam regulæ, cõformabilis in agendo: quod an requiratur, ad talem notitiam, vel non? tangetur in reſponſione ad quartam obiectionẽ, quæ fit contra ſolutionem quęſtionis principalis, *in 6. articulo*. Quando autem rectitudo determinata contingẽter conuenit praxi, tũc non eſt obiectũ aliquod determinãs intellectũ ad cognitionẽ recti tudinis determinatæ, antequã voluntas velit: & hoc loquendo de intellectu, & voluntate in communi: nam illud contingens non determinatur ad alteram partem ante omnem actum voluntatis: comparando tamen in ſpeciali ad intellectum hunc, & volũtatem hanc, iſtam praxim, poteſt præcedere cognitio conformis, quam præcedit primo cognitio determinatiua rectitudinis, & quam non: non. Poteſt autem præcedere in omni intelligente, ſed in illo ſolo, cuius voluntas non eſt primo determinans rectitudinem illi praxi. Exemplum prædictorum: rectitudo huius praxis, amare Deum, recta eſt, & neceſſaria, & includitur virtualiter in ratione Dei. Hanc praxim in quocumque nõ tantum nata eſt præcedere ſimpliciter apprehenſio, ſed & conformis apprehenſio, cui, ſcilicet, praxis eſt conformanda, vt ſit recta. Ex obiecto igitur, quod eſt primo ex ſe determinatiuum intellectus ad notitiam rectitudinis determinatæ ipſius praxis; & ex ordine intellectus, & voluntatis in operando, habetur hęc notitia prior praxi, & conformis: & ita in qualibet alia, cui conuenit neceſſariò rectitudo determinata. Sed rectitudo huius praxis, ſcilicet, colere Deum, in ſacrificio altaris eſt contingens: quandoque enim eſt actus rectus, vt modo, quandoque non: vt in veteri teſtamento, Ideo non *2. Concluſ.*

non eſt aliquod obiectum determinatiuum intellectus ad notitiam huius rectitudinis per omnem actum voluntatis: & ideo nec iſta præcedit, vt conformis, omnem actum voluntatis: alicuius tamen præcedit, puta, illius ſolius, quæ non primo determinat rectitudinem huic praxi, qualis eſt voluntas humana. Hæc enim rectitudo determinatur à voluntate diuina acceptante nunc talem cultum, & alias non.

F. Ad primum argumentum, & ad auctoritatem tertij de anima, dico: quod loquitur de fine, vt cognito: nam intellectus propter aliquid ratiocinans, ratiocinatur propter finem cognitũ, vt eſt principium demonſtrationis.

G Ad ſecundum de primo Meth. dico: quod practica non eſt gratia vſus, vt per ſe finis, tamen aliquam habitudinem habet ad vſum, ſic quod vſus eſt per ſe obiectum eius, vel aliquod virtualiter includens vſum, quale Phyloſophus non poſuit eſſe aliquod ens, niſi ens ad finem, & omne tale obiectum eſt ignobilius obiecto ſpeculabili: & ideo talis ordo ad praxim concludit ignobilitatem practicę reſpectu ſpeculatiuæ.

H Ad tertium de ſecũdo Meth. dicitur: quod ſpeculatiua, & practica habent diuerſos fines, loquendo de per ſe finibus infra genus cognitionis, ſed illi fines nõ diſtinguunt primo, ſed prior eſt diſtinctio ex obiectis, ſicut dictum eſt.

Expoſitio 6. Articuli quæſtionis 5. prologi.

SVPPOSITIS eis, quæ docuerat Doctor in præcedenti articulo, de extenſione habitus, & actus, conſequenter hic idem determinat de ſcientia: ſibi etenim inquirenti, an ſcientia per ordinem ad praxim, tanquam ad finem, dicatur per ſe practica? Reſpondet: quod ex dictis ad difficultatem articuli pręcedentis patet ſolutio quæſtionis poſitæ, cuius tenet partem negatiuam. Duo igitur reſoluit, quorum primum negat, & ſecundum affirmat: negat etenim, ſcientiam per ordinem ad finem eſſe practicam: affirmat autem eſſe practicam ab obiecto. Quæ duplex concluſio in litera perſpicua eſt, ſed amplius ex ſequentis difficultatis reſolutione patefiet. I.

DIFFICVLTAS XIIII.

Vtrùm ſcientia ſit ſpeculatiua, ſeu practica, à fine, an verò ab obiecto?

§. 1.

Proponitur ſententia quorundam.

1. *Henrricus Capreolus. Alfonſus. Tolet. Grego Arimi. Baſſolis.* ARGVMENTIS propoſitis in principio quinti, & ſexti articuli textualis, intendit probare Hērricus loco ibi citato, ſcientiam dici ſpeculatiuã, ſeu practicam, à fine, nõ verò ab obiecto. Quam ſententiam poſtea ſequuti ſunt plures, præſertim ex familia Thomiſtarum, intra quos illam acrius tuentur Capreolus in prologo quæſtione ſecunda, Alfonſus Toletanus quæſtione decima, & alij. Item Gregor. de Arimino q. 5. prologi: imò ex Scotiſtis tenet Baſſolis quæſtione ſeptima prologi, §. *de tertio articulo*: quæ opinio pluſquam in textu ſuadetur argumentis, iterum probatur à Baſſole denuo, primo: quia ex Ariſtotele tertio de anima textu 49. intellectus ſpeculatiuus, & practicus, differunt fine: ſed ſecundum Scotum ab eodem dicitur habitus ſpeculatiuus, ſeu practicus, à quo intellectus, vt habetur ex quarto articulo: ergo â fine habet habitus ſcientiæ, quod ſit ſpeculatiuus, vel practicus, non verò ab obiecto.

2. Secundo, nam praxis eſt per ſe finis ſcientiæ practicæ: ſed à praxi dicitur ſcientia practica: ergo dicitur practica à fine. *Ariſtot.* Maior eſt Ariſtotelis primo Metaphyſicæ in procemio, vbi ait: quod ſciẽntia practica eſt minus nobilis, quã ſpeculatiua, eo quod ſit gratia vſus, & praxis. Illud autem cuius gratia aliquid eſt, proculdubio eſt eius finis. Et præterea, ſecundo Metaphyſicæ textu cõmento tertio, inquit: quod finis ſpeculatiuę eſt veritas: practicæ verò eſt vſus, qui eſt praxis. Minor vero probatur: quia nõ per aliud, niſi per ordinem ad praxim, poteſt dici habitus practicus.

Tertio arguit Gregorius: nam ſi ab obiecto, & non à fine, ſcientia eſſet practica, ſequeretur, nullam ſcientiã reperiri nõ poſſe ſpeculatiuã: ſed hoc eſt falſũ, vt ipſe Scotus cõcedit: ergo & illud ex quo ſequitur. Sequellam probat: quia nullum obiectum eſt in mundo, quod non ſit bonum: ſed omne bonum eſt directiuũ operationis volũtatis: ergo cognitio cuiuſcũq; obiecti erit ſic directiua: ſed vt habetur ex primo articulo, hoc tale eſſe directiuum eſt, in quo conſiſtit formaliter ratio habitus practici: ergo omnis ſcientia practica erit. Et ex conſequenti nulla ſpeculatiua. 3.

Tandem quarto: quia ſi non à fine habet ſcientia eſſe practicam, benè tamen ab obiecto, hoc ideo eſſet: quia obiectum eſt vere cauſa ipſius, finis autem non vere, & Phyſice, cauſat, ſed metaphorice: atqui principalius effectiue cauſatur talis notitia ab intellectu, quam ab obiecto: imò ſi comparentur ad inuicem intellectus, & obiectum in ratione cauſandi, perfectius cauſat intellectus, quàm obiectum, vt habetur ex Scoto in hoc primo diſtin. 3. quæſt. 8. articu. vnico, & alibi ſæpe: ergo magis dicetur ſcientia ab intellectu, quâm ab obiecto. Et tunc ſi ab intellectu dicatur practica, vel ſpeculatiua, conſequenter omnis ſcientia erit ſpeculatiua, & practica: ſiquidem intellectus reſpectu omnium idem prorſus eſt ex ſe. 4.

(∴)

§. 2.

§. 2.

Ponitur vera ſententia Scoti, & eius fundamenta explanantur.

5. *Vera ſententia Scoti.* *Rubionis.* *Lychetus.* *Rada.* IN oppoſitum autem eſt ſubtilis Doctor in litera textuali quinti articuli in corpore, vbi inquit: *Habetur propoſitum, quod ab obiecto, tam habitus, quam actus, dicitur practicus.* Quod latius tenet in toto articulo 6. ſequuntur Doctorem Guillelmus Rubionis q. 9. prologi ſub §. *his præmiſſis.* Vbi poſtquam in tertia concluſione dixerat, concluſionem eſſe practicam à fine, explicat corolariè, de quo fine loquatur, & poſtquam probat quod concluſio dicitur practica principaliter ab obiecto, concludit in probationibus, concluſionē, & ſcientiā eſſe practicā à fine, non vt finis eſt, ſed vt habet rationē obiecti: expreſsius tamen hoc idē tenet quæſt. 1. ſub art. 3. §. *et ideo ad quæſtionem iſtam.* conclu. 1. Lychetus quæſt. 5. prologi, §. *concedo ergo, quod habitus*, pater Rada 1. par. contruer. 3. art. 3. Faber quæſt. 4. prologi cap. 3. & 4. & omnes alij Scotiſtæ tā veteres, quā recentiores. Ex alienis autē Vazquez 1. part. diſpu. 8. cap. 6. Vbi ex ratione obiecti infert Theologiam eſſe ſpeculatiuam: quod idem inſinuat diſputa. cap. 3. *Faber.* *Vazquez.*

6. Pro intelligentia tamen huius ſententię, & totius difficultatis, primò obſeruare oportet: quòd, vt obiter ſupra in Commentarijs quinti articuli dictum eſt, duplex cauſa poteſt inquiri, à qua ſcientia dicatur practica, altera intrinſeca, altera vero extrinſeca. Prior eſt ipſa entitas ſcientiæ, ſeu ratio ipſius entitatis ſcientiæ, pro ea parte, qua practica eſt: quam diximus in ſecundo articulo eſſe illam duplicem relationē aptitudinalem prioritatis, & conformitatis. Et vt in hoc articulo probat Doctor, hæc duplex relatio conſequitur ad aliquod abſolutum intrinſecum ipſi ſcientiæ, quod quidem abſolutum eſt formaliter illa ratio, à qua ſcientia dicitur practica intrinſece. Hæc igitur ratio intrinſeca abſoluta eſt. Poſterior verò cauſa, à qua ſciētia dicitur practica, eſt illa, à qua talis entitas abſoluta, & intrinſeca cauſatur. Talē autem entitatē eſſe abſolutā probat Doctor in hoc articulo ex ſuppoſitione aſſertionis poſitæ in ſecundo articulo, in quo probatū eſt, notitiam practicā eſſe à duplici illa extenſione, ſeu relatione aptitudinali. Aptitudo etenim, quæ alicui naturæ conuenit, & alteri repugnat, neceſſariò ſibi conuenire debet per aliquod abſolutum ſibi intrinſecum, ſi talis natura abſoluta eſt: cuius modi diximus eſſentialiter eſſe abſolutā notitiā, ſeu ſcientiam in expoſitione 3. art. Illud autē intrinſecū, ratione cuius aptitudo cōuenit naturæ, eſt ipſa entitas naturæ, vel aliquid pertinens ad eius intrinſecum eſſe, vt patet de lapide, cuius inclinatio, ſeu aptitudo ad deſcenſū eſt ipſa natura grauis. Rurſus talis entitas abſoluta, ad quā iſta duplex aptitudo conſequitur, debet eſſe cauſata ab aliquo, a quo accipit tale eſſe, per quod eſſe, ſcientia eſt formaliter practica. Illud autē, quod cauſat tale eſſe, à quo intrinſece, & formaliter ſcientia eſt practica, eſt aliqua cauſa extrinſeca: cum nihil poſſit cauſare ſeipſum, vt docet D. Thomas 1. p. q. 19. art. 5. in corpore: conſequenter nulla cauſa intrinſeca eſt cauſa talis entitatis, quia quæcumque illa eſſet, proculdubio eſſet ipſamet entitas cauſata. *S. Thomas.*

Demum ſuppoſito, quod debeat cauſari à cauſa extrinſeca, & conſtat quod cauſa extrinſeca, tantum eſt duplex, ſcilicet, finalis, & effectiua, modo videndum eſt, an finalis ſufficiens ſit, vt realiter cauſet in notitia, ſeu ſcientia, illam entitatem abſolutam, ad quam ſequitur illa duplex relatio aptitudinalis, per quam notitia eſt formaliter practica? an verò neceſſariò debeat cauſari ab aliqua cauſa effectiua, & quæ nam illa eſſe poſsit? Duplex enim ſolummodo eſt cauſa effectiua notitiæ, nempe, intellectus, &

obiectum, ex quibus tantum patitur: & vtraque eſt verè effectiua, vt probat Doctor in hoc primo diſ. 3. quæſt. 7. ar. 7. & in quodlibetis quæſt. 15. De intellectu namque compertum eſt: de obiecto autem ſatis conſtat: quia cum in illo ſit duplex ratio obiectiua, quarum prior motiua dicitur, & poſterior terminatiua: tanquam certum in omni via, & præſertim in doctrina Scoti, ſuppono cauſalitatem obiecti, vt motiui, pertinere ad genus cauſę efficientis: vt terminatiui verò ad genus cauſæ formalis reduci: quod patet ex Doctore in tertio diſt. 15. quæſt. vnicam ſolut. argumen. & in 2. diſt. 24. & in quodlib. quæſt. 14. Pro quo vide P. Herrera in 1. diſp. 7. q. 5. notabili 1. *Herrera.*

8. Quo ſuppoſito tria in præſenti noſtra intereſt inueſtigare: primũ, videlicet, an finis, quatenus cauſa finalis eſt, poſsit cauſare in notitia, vel ſciẽtia, eſſe practicum? Secundum, ac dato, quod neceſſariò non à fine, ſed à cauſa effectiua cauſetur, ad id ſufficiat cauſalitas intellectus? Et tandem tertium, an ſatis oſtenſo à neutra ex dictis duabus cauſis cauſari, poſsit cõcludi, tale eſſe practicum ſcientiæ ſufficienter, & neceſſariò, ab obiecto cauſari? & in hoc inueſtigando conſiſtit punctus difficultatis.

9 Vt ergo primum iſtorum videamus, obſeruandum eſt ſecundo finẽ multifariam à Doctoribus vſurpari: ſex tamen modis conſiderat illum Lychetus ſub §. *reſpondeo primo*, licet alio ordine hoc fines enumret. Primo ergo ſumitur finis aſsimilatiuè, ſcilicet, pro effectu cauſæ efficientis vniuocæ: ſicut dicimus, finem ignis eſſe generare ignem ſibi ſimilem. Et finis hoc modo nullatenus poteſt habere rationem cauſæ, quinimo ipſemet finis effectus eſt. Secundo capitur finis, prout eſt perfectio, ad quam ordinatur potentia: ſic finis intellectus eſt intelligere, & voluntatis velle, & cuiuslibet operatiuæ potentiæ ſua operatio. Quo etiam modo non poteſt dici finis cauſa potentiæ, prout actiua, & operatiua eſt, cum elicitiuè ab ipſa potentia cauſetur, & procedat: benè tamen quatenus reſpicit potentiã ſecundũ eſſe paſsiuũ, in quo talis operatio recipitur: & tũc eſt cauſa illius, ſicut quælibet alia forma ſui cõnotati: vnde eſt forma eius in eſſe formali intelligentis, ſeu volentis: ſed hæc non pertinet ad genus cauſę finalis. Tertio, ſumitur finis terminatiue, videlicet, pro obiecto, in quo terminatur, & finitur operatio potẽtiæ: vt color reſpectu viſionis, & bonũ reſpectu volitionis &c. Et hoc obiectum, ſi præciſe terminatiuè ſumatur, induit cauſalitatem formalẽ, ſi verò etiam ſumatur motiuè, habet rationem veræ cauſæ efficientis: & utroque modo, finis non habet rationem finis, ſed rationem obiecti. Quarto, ſumitur finis pro illo, quod vltimate quietat potentiam, & replet eius capacitatem, eo quod tota eius tendentia finitur in illo: ſic ait Ariſtoteles 10 ethic. cap. 4. quod *finis cuiuſcumque potentiæ eſt optimum illorum, quæ continentur ſub eius obiecto primo: quia in illo ſolo eſt perfecta quietatio, & delectatio.* Poteſt autem hic finis ſumi formaliter, vel obiectiuè: ſi formaliter, tunc erit finis potentiæ eius excellentiſsima operatio, ſicut Dei clara viſio eſt finis intellectus, & eius fruitio voluntatis. Et de fine hoc modo idem dicendum eſt, quod de fine ſecundo modo accepto. Si verò obiectiuè ſumatur, tunc cuiuslibet potentiæ finis erit perfectiſsimum obiectum ſibi poſsibile, vt excellentiſsimus color reſpectu oculorum, & diuina eſſentia reſpectu intellectus. Finis autem hoc modo, idem prorſus eſt, quod obiectum: & ex conſequenti, ſicut de fine tertio modo dictum eſt, eandem cauſalitatem terminatiuam, & motiuam habet, quam conſtat habere obiectũ. Quinto accipitur finis ordinatè ad media, ſic quodcumque bonũ, quod intenditur per certa media, dicitur finis: vnde voluntas, & habet intentionem finis, & electionem mediorum ad ipſum conſequendum. Finis autem hoc modo propriè dicitur, propter quem: quia propter eius bonitatem adipiſcendam eliguntur media; quorum bonitas quandoque eſt duplex. *Ariſto.*

Digitized by Google

plex, ſcilicet, & propria, & à fine participata, vt contingit in eleęmoſyna largienda, quę vtramque habet bonitatem: vel tantum in medijs eſt vnica bonitas à fine participata, vt conſtat de pharmaco. De quibus latè tradimus infra ſub diſtinctione 1. huius primi libri quæſt. 1. diffiul. 15. Et quidem huius finis cauſalitas eſt reſpectu electionis mediorum, quia tota ratio eligendi media, cauſatur à fine. De quo etiam multa dicuntur infra in difficult. 16. Sexto ſumitur finis, prout eſt cauſa finalis, quę vltima finis acceptio parum diſtare videtur à precedente: finis etenim, vt finis ſe habet ordinate ad media, eſt cauſa finalis, quæ vt finaliter cauſans, non aliud cauſat, quàm volitionem, & proſequutionem mediorum. Sed re benè inſpecta, Lycheus diſtinguit hos fines ſumendo hîc finem pro relatione ipſa, quã eſt finis, ſeu pro fundamento illius, ac ſi dicat pro ipſa cauſatione, ſeu pro reſpectu, qui ad cauſationem cõſequitur, ex eo quod cauſat. Illic autem pro relatione, quá habet finis ad media, & media ad finẽ, eo quod media ad finem ordinata ſunt. Aliud eſt enim media ordinari ad finem, & aliud eſt finem mouere ad electionem mediorum ordinatorum ad ſe: prius etenim prouenire poteſt, aut ex natura medij, aut ex intellectus directione: poſterius verò prouenit ex ipſa finis motione, & cauſatione.

10. Porrò finis, ſic pro cauſa finali acceptus, cauſalitatem propriè conſiſtere in hoc, quod eſt mouere cauſam efficientem ad agendum, in quantum finis eſt deſideratus, & amatus, & vt ſic mouere ad agendum per electionem mediorum, conſtat apud omnes: de quo multa dicuntur infra in citata difficultate decimaſexta. Hanc autem cauſalitatem finis non realem, ſed metaphoricam eſſe expreſſè tenet Doctor, & communiter omnes cum Ariſtotele, vt latè habetur in citata difficultate. Sed nunc ad huius ſolutionem obiter conſtabit, quid ſit metaphoricè cauſare, ex differentia cauſalitatis realis cauſæ efficientis: nam cauſa efficiens realis neceſſariò cauſat aliquid reale à ſe realiter diſtinctum per realem influxum. Vnde cauſam realiter mouere eſt, cauſam aliquid reale cauſare in moto, verbi gratia, ignis cauſat ignem in ligno, & lignum mouetur de forma ligni in formam ignis, per formam realiter productam ab igne, & realiter eductam de potentia ligni: At verò cauſam finalem mouere efficientem non eſt cauſare aliquid reale à ſe diſtinctum in illa: ſed eſt tantum mouere cauſam efficientem intentionaliter, in quantum, ſcilicet, finis amatus, & deſideratus à cauſa efficiente, & quatenus cauſa efficiens ex iſto amore, & deſiderio finis producit effectum, ſeu operatur realiter: & hoc ſic operari ex deſiderio, & amore finis, eſt formaliter cauſam efficientem moueri à fine, ſeu finem mouere cauſam efficientẽ. Et nulla alia motio requiritur ad cauſalitatem finis, nec inuenitur in fine, quatenus eſt cauſa finalis: proptereaque vocatur eius cauſalitas metaphorica, & non realis: quæ licet ſic moueat cauſam efficientem, non ob id dicitur ipſius cauſę efficientis cauſa, ſed eius effectus: quia cauſa finalis præſupponit cauſam efficientem, vt docet Doctor in textu huius articuli: quia vt illam moueat, neceſſariò debet eam ſupponere, tanquam ſubiectum ſuę motionis, & illam metaphorice mouet ad producendum effectum, eo quod in quantum amata, & deſiderata ab efficiente, efficiens producit effectum propter finem ſic amatum, & deſideratum.

11. Ex quo ſequitur: quod in ipſo effectu cauſato, vltra relationem realem fundatam in ſuo eſſe reali vt producto, quam dicit ad cauſam efficientem, reſultat alia relatio quaſi intentionalis ad finem, eo quod eius eſſe reale productũ à cauſa efficiente productũ eſt ex amore, & deſiderio finis. Ex quibus concluditur, quod ſicut finis, ſecundum quod cauſa finalis eſt, nullam realem cauſalitatem phyſicã habet, ſic nec aliquid reale phyſicũ influit in effectum, nec effectus ali-

quid reale phyſicum habet, in quo fundetur aliqua relatio realis ad finem: at verò quatenus induit rationem obiecti, eandem prorſus cauſalitatem habet finis, quam habet obiectũ.

12\. Pro cauſalitate vero intellectus, & obiecti, obſeruat Lychetus in prologo quæſtione quinta §. *contra iſtam opinionem*: quod intellectus, & obiectum, habent ſe reſpectu notitiæ, quã cauſant, hoc modo, ſcilicet, quod intellectus eſt cauſa principalis notitiæ, quantum ad entitatẽ, & ſubſtantiam notitiæ, & eius intenſionem: at vero quantum ad ſpecificationem, hoc eſt, quod notitia dicatur talis, & ab alia diſtinguatur ſpecie, hoc habet ab obiecto: quod probat ex Doctore dicente, notitiam ab obiecto ſpecificari, & ideo ab obiecto, & non ab intellectu, habet notitia, quod ſit practica.

13\. Doctrina tamen hæc ſuſtineri non poteſt ſtando in fundamento Doctoris, & ipſius Lycheti in eodem §. quo probat, ideo finem non eſſe cauſam illius entitatis abſolutæ, ad quam ſequitur illa duplex relatio, à qua notitia eſt intrinſecè practica: quia finis non poteſt effectiuè cauſare aliquam entitatem realem in notitia: ſed etiam obiectum, quatenus eſt ſpecificatiuum notitiæ, non eſt cauſa realis effectiua illius, ſiquidem eſſe ſpecificatiuum obiecti ſibi conuenit penes cauſalitatem, qua eſt terminatiuom, non vero qua eſt motiuum. Licet autem cauſalitas obiecti, vt motiui, ſit vere efficiens: cauſalitas tamen obiecti, vt terminatiui, non pertinet ad genus cauſæ efficientis, ſed ad genus cauſæ formalis: vt ſupra dictum eſt num. 7. ergo ſi tantum ibi ponitur cauſalitas ab obiecto, vt ſpecificatiuo, ad hoc vt diſtinguat notitiam practicã à nõ practica: tunc nulla efficiẽtia realis ponitur reſpectu notitiæ practicæ: & ideo omnis ſibi proueniret ab intellectu, à quo (vt Lychetus fatetur) habet notitia entitatem, ſubſtãtiam, & intenſionem, & tunc ab intellectu practica diceretur, & non ab obiecto, quod ipſe negat. Nec valet inconueniens ibi adductum quod, ſcilicet, ſi ab intellectu practica diceretur, tunc omnis notitia practica eſſet: adducere etenim inconueniens, non eſt ſoluere argumentũ: & ideo neceſſario deueniendum eſt ad duo, nempe, ad rationem, qua negatur hanc entitatem, qua notitia eſt practica, eſſe effectiue principaliter ab intellectu: & ad aliam, qua conſtituatur vera efficientia realis reſpectu illius.

Aliter igitur conſtituenda eſt hæc ratio diuerſitatis, vt ad vtramque rationem deuenire poſſimus. Pro quo eſt tertio obſeruandum: tam intellectum, quam obiectum, concurrere ad efficientiam notitiæ, nõ ſolum, vt notitia eſt, ſed etiã, vt practica eſt: quia vt docet Doctor in ſecundo diſt. 3. q. 8. litera C. obiectum, & intellectus ſunt vna cauſa integra reſpectu notitiæ; & ideo non ſolum adæquate cauſant notitiã, vt notitiam, ſed etiam, in quantum practicam. Cuius ratio eſt: quia cum notitia ſit realiter practica, neceſſario debet habere illam entitatem, à qua eſt practica, cauſatam ab eiſdem cauſis ſuæ realitatis; eo quod, vt dictum eſt ſupra nu. 5. hæc entitas vel eſt entitas notitiæ, vel aliquid ſibi intrinſecum. Sed hæc entitas, qua notitia eſt practica, dupliciter reſpicit obiectum, & dupliciter reſpicit intellectum: obiectum etenim primo reſpicit, vt cauſam motiuã ſui, & vt ſic, reſpicit illud, tanquam veram cauſam efficientem, à qua rãtum infieri depẽdet, ſicut reliqui effectus dependent a ſuis cauſis efficientibus. Secundo vero reſpicit illud, vt ſpecificatiuum, & terminatiuum ſui, a quo pendet in facto eſſe: ita quod deſtructo obiecto, ſic terminatiuo, notitiã quoque, quæ ab ipſo dependet, deſtrui neceſſe eſt: quia vt ſic, pendet ab illo in conſeruari, eo quod reſpectus notitiæ ad illud, vt ad ſuum terminatiuum, & ſpecificatiuum, eſt ſibi cõſubſtantialis, vt diximus ſupra in expoſitione tertij articuli: & ideo cauſalitas hæc ad genus cauſæ formalis reducitur. 14.

Iſte ergo reſpectus ad obiectũ terminatiuum, qui conſubſtantialis eſt notitiæ, ſeu fundamentum abſolutũ illius reſpectus, neceſſario cauſatur 15.

ab

ab ipſo obiecto effectiue: ergo dicere, quod eſſe practicũ notitiæ prouenit ab obiecto, in quantum ſpecificatiuo, ſeu terminatiuo, (vt dicebat Lychêtus) eſt petitio principij: quia tunc quæro, à quo proueniat notitiæ ille reſpectus ad obiectum ſpecificatiuũ, à quo dicitur formaliter practica, qui reſpectus eſt ſibi conſubſtantialis? et à quo talis reſpectus, vel eius fũdametum effectiue cauſetur? Nõ ab obiecto, vt ſpecificatiuo, & terminatiuo: quia vt ſic, obiectum tantum habet terminare ipſum reſpectum: terminare autem non eſt agere, nec efficere: vt docet Doctor in tertio diſtin. 1. q. 1: Et præterea, quia eadem invariata ratio terminãdi non poteſt cauſare fundamẽtum eiuſdem reſpectus, quem terminat: ergo neceſſario debet eſſe ab ipſo obiecto, non vt terminatiuo, ſed vt motiuo: quia vt ſic habet eſſe cauſam verè efficiẽtem. Hoc expreſſe patet ex Doctore in Quodlibetis, q. 13. litera K. §. *Ad ſecundum poteſt dici* vbi inquit: *dicentur igitur cognitiones diſtinctæ, & hoc ſecundum ſpeciẽ, propter rationes formales motiuas hinc, & inde.* Non ergo eo quod ſpecificatur notitia ab obiecto, poteſt notitia habere eſſe practicam, ſed prout motiue habet effici ab obiecto.

16. Ex hoc concluditur: quod ab obiecto effectiue realiter habet notitia, vel ſcientia, quod ſit practica, vel ſpeculatiua. Hoc etiam ſimul habet ab intellectu, quem item dupliciter reſpicit, vt dixi, videlicet, primo tanquam cauſam effectiuam, à qua elicitiue procedit: & ſecundo, tanquam cauſam receptiuam, cui ineſt. Primo modo, dependet notitia ab intellectu tantum in fieri, ſicut à cauſa ſua efficiente: ſecundo vero modo depẽdet ab illo in eſſe, & in conſeruari: quia cum notitia vitalis ſit, non poteſt non in ſubiecto vitali eſſe, & conſeruari. Suppoſito igitur, quod ab intellectu, & obiecto inſimul habeat effectiue ſuum eſſe illa entitas, per quam notitia eſt formaliter practica, cur magis, in quantum practica, ab obiecto, quam ab in-
17. tellectu, dicetur cauſari?

Reſpondeo: ideo ſcientiam dici practicam ab obiecto, non verò ab intellectu: quia cauſalitas obiectiua contrahit cauſalitatem intellectus, ita vt ratio illa huius contractionis conſtituat notitiam in eſſe practicæ, & diſtinguat illam ab ſpeculatiua. Ad cuius euidentiam ſuppono, effectum eũdem poſſe effectiue eſſe à duplici cauſa, quarum vna eſt ęquiuoca, & altera vniuoca: & hæc ſecunda, quæ ſpecialis eſt, quaſi cõtrahit primam: & ideò licet effectus ab vtraque procedat, aſſimilatur tamen vniuocæ, quæ eſt cauſa ſuæ diſtinctionis; non vero ęquiuocæ, quæ eſt cauſa communis. Sol etenim, & homo generant hominem: at vero homo genitus non ſpecifice aſſimilatur Soli, ſed homini generanti: quia homo eſt cauſa vniuoca, quę quaſi contrahit cauſalitatem communẽ Solis ad ſpecialem cauſationem hominis: & diſtinguit hanc cauſalitatem, vt ſic contractam, ab alijs, quibus Sol generat Equum, Leonem &c. Licet igitur realiter cauſetur homo à Sole effectiue, prout tamen condiſtinguitur à Leone, et Equo, non reſpicit cauſalitatem Solis in communi, vt ſic enim in illa conueniunt: ſed vt contractam per cauſalitatem hominis generantis, à qua vniuoce procedit, & ab homine generante ſibi prouenit omnis ratio ſpecialiter conſtitutiua, & diſtinctiua, non verò a Sole.

Pari igitur ratione dicendum eſt 18.
in propoſito: quod intellectus eſt cauſa ęquiuoca reſpectu omnium notitiarum producibilium: ex ſe enim æque eſt principium productiuum notitiæ practicæ, et ſpeculatiuæ, et huius, aut alterius obiecti: quia ex ſe eſt tanquã tabula raſa, in qua nihil eſt depictũ. Hęc autem generalis, et ęquiuoca cauſalitas intellectus cõtrahitur à cauſalitate vniuoca obiecti ad ſpecialẽ productionẽ notitię talis obiecti: quę notitia eſt ipſius obiecti imago, et ſimilitudo, & per hanc contractionem (vt ita loquar) diſtinguitur hæc cauſalitas intellectus ab illa, et illa; vt ſic contracta. Quia ergo tota ratio conſtitutionis, et diſtinctionis cauſalitatis, à qua notitia cauſatur, ſumitur à contractione obiecti, tanquam ab vniuocą

cauſa: ideo in effectu, qui eſt ipſa notitia, correſpondet cōſtitutio, & diſtinctio in ordine ad talē cauſam vniuocam, quæ eſt obiectum, & non in ordine ad æquiuocam, quę eſt intellectus. Et conſequenter, ideo hæc notitia diſtinguitur ab illa: quia hæc ab hoc obiecto procedit, & illa ab illo. Ex quibus euidenter concluditur, nō ſumendam eſſe rationem illius entitatis, qua notitia fit practica effectiuè ab intellectu, quamuis ab illa effectiuè procedat: ſed ab obiecto, vt effectiuè cauſante: quia illa ratio, quæ ſibi prouenit ab intellectu, præciſe ſumpta eſt communis etiam entitati, qua ſcientia eſt ſpeculatiua; & ideo omnis ratio, qua diſtinguitur ab entitatē, qua ſcientia eſt ſpeculatiua, ſibi prouenit ab obiecto, vt condiſtincto ab illo, à quo cauſatur entitas illa, qua notitia eſt ſpeculatiua. Quare tota reſolutio diſtinctionis notitiarū, practicę, ſcilicet, & ſpeculatiuæ, fieri debet ad obiectum operabile, circa quod eſt praxis, & non operabile, ſeu ſpeculabile. Obiectum autem operabile, ſeu ordinabile ad opus, & obiectum ſpeculabile, & nullomodo ordinabile ad opus, ſunt formaliter, & eſſentialiter diſtincta per proprias rationes formales, & ſpecificas, conſtituētes in tali eſſe obiectali, ſcilicet, operabili, & ſpeculabili.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

19. 1. Concluſ. HIS ergo præhabitis, difficultatem concludendō, dico primo: quod ſcientia nō eſt practica à praxi, tanquā à fine, ſecundùm quod finis cauſa finalis eſt. Hanc concluſionem probat Doctor in textu quinti articuli: quia vel eſſet practica per extenſionē actualem ad finem, vel aptitudinalē. Primum dici non poteſt: quia tunc faber non actu operans non diceretur habere practicam cognitionem, aut artem. Quod verò nec ſecūdum, probatur: quia aptitudo non conuenit vni naturæ, & repugnat alteri, niſi per aliquid intrinſecum abſolutum in tali natura, vt ſupra in num. 6. probatum eſt: ergo hoc tale intrinſecum abſolutum neceſſario debet cauſari ab eiſdem cauſis ſuę realitatis: ſed praxis, in quantum eſt finis, & cauſa finalis, nullomodo eſt cauſa realitatis ſcientiæ (& idem dico de quolibet habitu, ſeu actu practico) ergo ſcientia, in quantū practica, non cauſatur à praxi, tanquam à fine. Minor probatur: quia finis non eſt cauſa alicuius effectus realis, niſi inquantum amatus, & deſideratus à cauſa effectiua illius: ſed extenſio aptitudinalis ad praxim conuenit habitui practico: ſiue finis ſit deſideratus, & amatus, ſiue non: quia (vt conſtat) puberes habent notitiam practicam iſtarum propoſitionum: eleęmoſyna indigenti eſt porrigenda: res aliena non eſt, inuito Domino, retinenda: Martyrium eſt pro Dei amore ſuſtinendum: abſq; eo quod iſti omnes ament, aut deſiderent indigenti eleæmoſynam porrigere, aut rem alienam, inuito Domino, non retinere, aut tandem Martyrium pro Dei amore ſubire: ergo praxis, in quantum eſt finis, & cauſa finalis, nullomodo eſt cauſa veritatis ſciētię practicæ.

Confirmatur: quia poteſt quis diſcere, curioſitatis gratia, artem do- 20.
mificatoriā, abſque eo quod intendat vnquā domificare: domificare autē in praxi eſt finis artis domificandi, quę propterea habitus practicus eſt: ergo ſtat, habitum eſſe practicum abſque finis amore, ſeu deſiderio: ergo accidit ſcientiæ practicæ, vt practica eſt, ordinari ad praxim, tanquam ad finem: ergo praxis, vt finalis cauſa, iam ſupponet ſcientiā eſſe practicam: ergo non à praxi, tanquam à fine, eſt ſcientia practica.

21. Si attamen dicas ad hæc: quod cauſa effectiua non operatur, niſi propter finem: ergo prior eſt cauſalitas finis, quàm cauſalitas cuiuslibet cauſæ efficientis: ergo tam intellectus, quã obiectum, non niſi ex finis intentione notitiam cauſant. Quatuor confutationes, ſeu ſolutiones præbet Lychetus, §. *reſpondeo primo*, quarum tertia (quæ etiam eſt Rubionis) ad propoſitum eſt præſtantior, & Scoti genuina literæ expoſitio. Ad cuius intelligentiam ſuppono ex ſupradictis, & dicendis infra in difficultatibus de vltimo fine, finem dupliciter amari, naturaliter, ſcilicet, & libere, reſpectu duplicis agentis naturalis, & voluntarij, & ita reſpondeo: quod loquendo ſecundum hanc diuiſionem, verum eſt, quod cauſa effectiua, quæcumque illa ſit, operatur vt mota a deſiderio finis: & ſic loquendo, vel de amore, & deſiderio naturali, quod eſt ipſa naturalis rei inclinatio, vel de amore, & deſiderio verè elicito, quod eſt elicitiue à voluntate, cauſalitas finis præcedit quodammodo cauſalitatem cauſæ efficiẽtis. Atqui difficultas propoſita intelligi debet de fine, ſecundo modo conſiderato: & hic quidem non niſi à voluntate amatur, & deſideratur: & ideò praxis non eſt finalis cauſa notitiæ practicæ cauſans illam, quia notitia practica præcedit praxim, in quantum praxis cauſa finalis eſt. Et tunc argumentum vrget. Nam ſtat aliquem habere cognitionem practicam de prædictarum, & ſimilium propoſitionum, abſque eo quod voluntas illas deſideret habere in praxi, vt ſupra patuit: ergo ſiue voluntas amet, ſiue non amet, adhuc notitia erit practica, & ex conſequenti, non pendet à praxi, tanquam à fine.

Lychetus. Rubionis.

22. Sed ſi vlterius dicas: quod licet finis non ſit neceſſario actu amatus, ante quam notitia ſit cauſata, eſt tamen aptus natus amari, antequam notitia cauſetur. Reſpondeo, hoc nõ ſufficere, vt dicatur cauſa notitiæ: quia nihil dicitur cauſare aliud, inquantum eſt aptum natum ad cauſandum: quia effectus numquam eſt in actu, niſi cauſa quoque in actu ſit,

Secundo ergo probatur concluſio: quia eſto, quod hæc finis motio præcederet cæteras cauſas notitiæ, & ſic tam intellectus, quam obiectum, ex deſiderio finis effectiue concurreret ad notitiam; adhuc non ſequitur, quod notitia ſit practica à praxi, tanquam a fine: quia iſtud eſſe abſolutum, ad quod ſequitur illa duplex aptitudo, à qua formaliter notitia eſt practica, eſt idem realiter ipſi notitiæ, ſeu ſcientiæ: ergo cauſatur ab eiſdem cauſis realiter cauſantibus realitatem notitiæ, ſeu ſcientiæ. Sed nulla iſtarum eſt finis, ſi quidem omnis cauſalitas finis eſt intentionalis, & metaphorica, nullatenus vero realis: ergo ſcientia non dicitur practica à praxi, tanquam à fine. Tertio præterea, quia aut finis eſt cauſa notitiæ practicæ, prout in re exiſtit, vel prout amatus à voluntate, vel prout cognitus ab intellectu: non prout in re exiſtit, quia vt ſic eſt proculdubio vltimum in exequutione, & quid poſterius notitia. Nec prout amatus, quia, vt probatum eſt, ſine tali voluntatis amore ſtat notitiam eſſe practicam: ergo in quantum cognitus. Sed in quantum cognitus non habet rationem cauſæ finalis, ſed obiecti: quia finis, vt cognitus, obiectum eſt: ergo &c. 23.

Tandem probat Doctor concluſionem ab inconuenienti ſequuto: quia ex oppoſito ſequeretur, ſcientiam moralem practicam non eſſe: ſed hoc eſt manifeſte falſum, & contra Phyloſophum: ergo &c. Sequella autem probatur: quia ſcientia moralis non habet praxim pro fine, ſed fœlicitatem, vt voluit Phyloſophus 1. ethic. n. m. capit. 3. & 10. & 11. Ad quod ſi reſpondeas, quod fœlicitas eſt finis remotus moralis ſcientiæ, proximus vero eſt praxis, vt pote, dirigere actum virtutis, propter fælicitatem: & ſic ſcientia eſt practica propter directionem actuum virtutis, & actus virtutis, vt directi, ſunt propter fælicitatem. Contra: quia tunc ſcientia moralis, vt à fine proximo denominata, ideò practica eſt, quia directiua eſt talium actuum voluntatis; ſed idem eſt ſcien- 24.

Ariſtoteles.

ſcientiam eſſe practicam, ac ſcientiã eſſe directiuã actuum volontatis, vt probatum eſt ſupra in expoſitione ſecundi articuli huius quæſtionis num. 1. ergo tunc ſcientia practica, vt practica, eſt ſibi metipſi finis: & conſequenter eadem inuariata eſt cauſa, & effectus ſui ipſius, quatenus, ſcilicet, finalizat, & eſt finalizata, quod in Phyloſophia eſt abſurdum.

25. *2. Concluſ.* Dico ergo ſecundo: quod ſcientia eſt practica effectiuè ab obiecto operabili, vt operabile eſt. Concluſio hæc ſatis ex notatis ſupra probatur: quia ab obiecto operabili, vt operabili, habet ſcientia cauſari ſecundum eam realitatem, qua ab ſpeculatiua diſtinguitur: ſiquidem cauſalitas obiectiua contrahit cauſalitatem communem intellectus ad hãc cauſationem ſpecialem ſcientiæ practicæ: ergo obiectum operabile, vt operabile, cauſat notitiam in eſſe practicæ.

26. *3. Concluſ.* Dico tertio: quod finis, quatenus induit rationem obiecti, quandoque eſſe poteſt id, à quo ſcientia dicitur practica. Concluſio hæc habetur expreſſe in litera Doctoris, quæ ab eo probatur quoad primam partem: quoniã quandoque prima principia practica ſumuntur à fine praxis: ſed à quocum que ſumuntur principia practica habitus practici, ab eodem habet habitus eſſe practicum: ergo ſcientia quando que poteſt eſſe practica à fine. Maior probatur: quia cũ Deus ſit finis Theologiæ, ab eo ſumit Theologia principia practica, ex quibus concluſiones practicas colligit: Deus etenim, qui eſt finis vltimus hominis per eius operationem attingibilis virtualiter continet hoc principium, ens in finitè bonũ eſt diligibile ſuper omnia, & iſtud, Deus eſt ens in finitè bonũ, quæ ſunt principia practica, ex quibus Theologia deducit hanc concluſſionẽ practicam, ergo Deus eſt diligibilis ſuper omnia: et ex iſta concluſione poſſũt plures aliæ ſequi, vt põte eſt diligibilis ſuper õmia, ergo eius lex eſt in omnibus adimplenda: item, ergo inſtante ocaſione Martyrij eſt contemnenda vita pro eius amore, & ſimiles. Quæ omnes ſunt concluſſiónes practicæ à principijs practicis deductæ: principia autem practica illa ſumuntur à fine vltimo, qui eſt Deus: ergo &c.

Secunda verò pars concluſionis probatur: quia ideo finis dat ſcientiæ eſſe practicã, quia in ſe includit principia, & media in tibus principijs, includit concluſiones, & ex conſequenti illas alias cõcluſiones totius ſcientiæ practicæ: non tamen habet hanc continentiam, in quantũ finis, ſed in quantum eſt obiectum primum illius ſciẽtiæ: ergo &c. Probatur minor: quia à fine, vt finis eſt, nulla entitas naturæ, vel aptitudo naturalis ad talem entitatem conſequuta haberi poteſt, niſi vt à fine amato, & deſiderato, & vt ſic mouente efficiens: ſed priùs natura, quam ametur ab efficiente, includit virtualiter talia principia, & concluſiones: quia veritas principij practici non dependet ab actu voluntatis: ergo non continentur talia principia in fine, niſi ſecundum quod habet rationem obiecti. Quod patet per exemplum: nam in ſcientia morali principia practica ſumuntur à fœlicitate, quæ eſt finis illius, vt ſupra dictum eſt ex Ariſtotele num. 24. Sed non ſumũtur ab ipſa tanquam à fine, ſiue in quã tum eſt cauſa finalis, quia, vt ſic, non dicitur finis, niſi in quantum deſiderata, & amata à voluntate: ſed ſiue voluntas amet fœlicitatem, ſiue illam non amet, adhuc notitia principiorũ practicabilium poteſt accipi à fœlicitate, quia fœlicitas, vt præſens intellectui, virtualiter includit notitiam talium principiorum: ergo, &c. 27.

§. 4.

Soluuntur argumenta contraria ſententiæ.

AD argumenta igitur in oppoſitum, & ad primum Baſſolis, quod etiam eſt argumentum textuale, quod ſibi obijcit Doctor in principio huius ſexti articuli: reſpondet ipſe ibidem: quod loquitur 28. *Ad argum. pro contraria ſententia & ad 1*

quitur Phyloſopus ibi de fine vt cognito, & hoc idem eſt, quod obiectum. Vnde ad argumentum dico, verum eſſe, quod ab eodem accipiunt ſcientia, & intellectus extẽſionem ad praxim, ſicut reſoluit Doctor in articulo 4. & nos expoſuimus ibidem: ſed intellectus practicus differt ab ſpeculatiuo, non fine in ratione cauſæ finalis, ſed fine in ratione obiecti: & conſequenter ab eodem fine in ratione obiecti habet ſcientia, & quilibet habitus, eſſe practicum. Ad cuius ſolutionis eũdẽ tiam notanda ſunt verba contextualia Ariſtotelis ibidem in illo textu 49. Ex illis etenim pro comperto conſtat Phyloſophum ibi loqui de fine, prout finis obiectum intellectum eſt: quoniam reddens ibi rationem, ob quam intellectus practicus, & ſpeculatiuus differunt fine, inquit: *quia appetitus omnis eſt propter aliquid, illud autem, propter quod eſt appetitus, eſt principium intellectus practici.* Quibus manifeſte tenet Phyloſophus, obiectum practici intellectus eſſe idẽ prorſus, quod mouet appetitum: appetitus autem mouetur a bono prius in ratione obiecti, quam in ratione finis: quia prius eſt voluntatem appetere fœlicitatem, vt obiectum quoddam bonum, quàm illam appetat in ratione finis. Iſta etenim eſt vera cauſalis, ideo voluntas tẽdit in finem, quia eſt ſibi quoddam bonum amatum, & non è contra. Ad quod manifeſtius intelligendum obſeruare oportet: quod voluntas & fertur in bonum ſpecifice ſumptum, tanquam in ſuum obiectum, & hoc dicitur pręciſe appetere, ſeu diligere bonum, & fertur in bonum, tanquam in finem ſuum: & hoc dicitur intendere bonum, in quantum finem: & tandem fertur in bonum, tanquam in medium ad finis conſequutionem; quod dicitur eligere bonum, in quantum medium: quia in fine, vt intendatur à voluntate, præſupponitur bonitas amata, ratione cuius à voluntate intenditur finis: & in medio, vt eligatur à voluntate, præſupponitur etiam bonitas proportionata ad finis conſequutionem.

Ariſt.

29. Conditio igitur, ſeu gradus bonitatis finalis, vt finalis, præſupponit bonitatem, vt ſic, veluti modus præſupponit rẽ, cuius eſt modus; ſeu gradus differentialis pręſupponit gradum genericum: & conditio gradus bonitatis medij præſupponit bonitatem finis, eo quod relate ad bonitatem finis eſt medium bonum, in quantum medium: ergo de primo ad vltimum, in re, quæ eſt finis, bonitas obiectiua, ratione cuius abſolute appetitur, & diligitur, neceſſario pręſupponenda eſt ad conditionem bonitatis medij, ratione cuius eligitur ad finẽ cõſequendũ.

30. Quod amplius patet: quia nonnunquam bonitas, quæ eſt in medio mouet, vt ipſum mediũ intẽdatur, tanquã finis: non enim omnis finis eſt finis vltimus, ſed interdum eſt finis intermedius, prout late infra in diffic. 17. oſtẽditur: diſpoſitio enim ad gratiam eſt medium ad gratiam, reſpectu cuius gratia eſt finis: & rurſus, ipſa gratia eſt medium ad beatitudem. Vnde gratia, & eſt finis, & eſt medium reſpectu diuerſorum: ergo bonitas gratiæ abſtrahit ſecundum ſe â gradu, & conditione finis, & medij: ergo ſecundum illam rationem, qua ſic abſtrahit, eſt contrahibilis ad vnum, ſeu alterũ: ergo pro illo priori, in quo ſic abſtrahit, & non intelligitur contracta, poteſt terminare dilectionem voluntatis. Sed vt ſic habet merè rationem obiecti: ergo inquantum induit ratione obiecti, pręſupponitur ad ſe ipſam, vt induit rationẽ finis. Patet conſequentia: quia ratio finis accidit ei, quatenus obiectũ eſt. Differunt ergo intellectus ſpeculatiuus, & practicus fine, non ſecũdũ illũ gradum finalizandi, quo finis intẽditur: ſed ſecundũ bonitatem illam obiectiuam, qua res eadẽ, quæ eſt finis, tanquam obiectum bonũ abſolute amatur, & appetitur, antequam in ratione finis intendatur à voluntate.

31. Ar.4 fg. Ad ſecundum patet ſolutio ex Doctore in hoc ſexto articulo: quod, ſcilicet, nõ negamus ſcientias practicas, & ſpeculatiuas diſtingui etiam à fine. Verũ equidem eſt, effectũ per or-

dinem

dinem ad quamlibet ex quatuor cauſis diſtinctionem, & conſtitutionem habere, vtpote, à materiali, & formali, intrinſecam: à cauſis verò effectiua, & finali, extrinſecam. Sed quod quærimus, eſt: à quanam ex duabus poſterioribus habet prius conſtitui, & diſtingui? Et probatum eſt, primam diſtinctionem habere per ordinem ad obiectum, tanquam per ordinem ad cauſam ſpecialiter effectiuam, quàm ad finem. Quod autem ad hanc diſtinctionem ſequatur etiam diſtinctio habita à fine, non inconuenit: ſicut enim interdum diſtinguit Phyloſophus entia per ſuas proprietates, & paſsiones, vt patet de ente, quod diuidit per eſſe per ſe, & eſſe in alio: quę diſtinctio præſupponit diſtinctionē quidditatiuam per rationes formales: ſic modo diſtinguit ſcientiam ſpeculatiuam, & practicam per fines diuerſos: & ex probatis ſatis conſtat diſtinctionem per finem ſecundariam eſſe, cum diſtinctionem primariam per diuerſa obiecta ſupponat.

32. *Ad 3. argu.* Ad tertium, quod eſt argumentum Gregorij, negatur ſequella: ad cuius probationem dico, quod licet omnis res, quæ eſt in vniuerſo, ſit tranſcendentaliter bona, non tamen propterea eſt bona bonitate dirigibili ad operationem: hac enim bonitate ſolummodo dicuntur bona illa entia, quæ ſunt perfecta perfectione honeſtatis, iucunditatis, ſeu vtilitatis. Hæc namque appetimus, & circa illa egemus cognitiòne dirigente nos circa illorum dilectionem. Cognitio namque cælorum, & elementorum, hac directione non indiget: quia tantummodo in ſpeculatione eius veritatis intellectus verſatur.

33. *Ad 4. argu.* Ad quartum facilis eſt ſolutio ex ſupradictis num. 10. & 11. vbi ſtatuitur ratio, & cauſa, ob quam dicitur ſcientia practica ab obiecto, non verò ab intellectu, cum tamen inſimul ab vtroque etiam in ratione practicæ effectiuè procedat.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm Theologia abſoluatur à praxi ex eo, quod non ſit directiua reſpectu vltimi finis?

AD Septimum ſic proceditur. Videtur, quod Theologia abſoluatur à praxi ex eo, quod non ſit directiua reſpectu vltimi finis: quia actus principaliter intētus in iſta ſcientia eſt actus voluntatis circa finem, in quo non indiget directiuo, ſed tantum oſtenſione obiecti: ergo non eſt practica, ſed ſpeculatiua, cum in actu ſuo principali non indigeat directione. A

Secundo præpterea, pro hac via eſt auctoritas Auguſtini in ſermone de Iacob, & Eſau. Omnia (inquit) opera noſtra ſunt, vt mundetur oculus, quo videatur Deus. B *De verbis Dom. homil. 18.*

Tertio præterea, poteſt argui ſic: non requiritur directiuū, vbi non poteſt eſſe error: ſcientia practica eſt directiua, igitur ſcientia beatorum non eſt practica: quia beatus errare non poteſt: ergo nec noſtra eſt practica: quia eſt eadem cum illa beatorum. C

Quarto pręterea, poteſt argui ſic, ſecūdū intellectū iſtius alibi: quia D *Henr quodlib. 5. q. 9. & quodlib. 8. q. 1.*

quia Deus non habet ſcientiam practicam: maximè autem habet iſtam, vel ſolus: ergo &c.

E. Sed contra eſt: quia etſi voluntas non poteſt errare circa finem in vniuerſali oſtenſum, poteſt tamen, ſecundum eos, errare circa finem in particulari oſtenſum: ergo ad hoc vt rectè agat circa finem particulariter oſtenſum, requiritur directiua oſtenſio. Oſtenſio autem finis in Theologia eſt finis, non in vniuerſali, ſed in particulari: quia ad Metaphyſicum pertinet illa oſtenſio in vniuerſali. Vnde beati errare non poſſunt circa obiectum theologicum in aliquo actu: abſolutè tamen poſſunt. Ergo neceſſario habent cognitionem directiuam reſpectu alicuius actus circa obiectum theologicum.

F. *Opinio Henrici in ſum. art. 9. q. 1. ad. 3.* Reſpondeo dicendum: *Quod inter alias vias, quæ in hac difficultate negant Theologiam eſſe practicam, circa hunc articulum*, vna dicit ſic declarando. Duplex eſt actus voluntatis, vnus perficiens voluntatem, alius qui perficitur à voluntate. Primus actus eſt reſpectu finis, & eſt operatio perfecta, quam intra ſe voluntas elicit, & qua fini vltimo ſe vnit. Secundus actus eſt reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem. Vnde eſt actio bona, qua voluntas extra ſe in aliud tendit, ſicut eſt quælibet actio directiua in finem. In primo actu non indiget voluntas directiuo, ſed ſola obiecti oſtenſio ſufficit. Talis autem actus ad ſcientiam ſimpliciter ſpeculatiuam pertinet: in ipſo enim eſt ſpeculatio ſolummodo, vt voluntati obiectum ſuæ operationis perfectè oſtendat, vt in ipſum ſtatim perfecta operatione tendat. In alio autem actu voluntas indiget directiuo, & hic ad ſcientiam practicam pertinet: quia in ipſo eſt ſpeculatio, vt actionem dirigat, quod eſt proprium practicæ: actus autem, qui perficitur à voluntate non eſt finis huius ſcientiæ, niſi finis ſub fine, ſed alius, qui perficit voluntatem: & ex hoc habet illa ſcientia, quod perfectiſsimè ſit ſpeculatiua. Contra hoc ſic arguitur. Primo rationem poſitionis eorũ duco ad oppoſitũ quadrupliciter. Primo, *illa ratione, quæ poſita eſt, §. ſed contra*. Prçterea: habitus directiuus non ponitur propter ſubſtantiam actus, ſed propter circunſtantiam, ſicut temperantia non ponitur propter ſubſtantiam actus comedendi, vel alterius habitus, ſed propter circunſtantias: ergo licet voluntas eſſet determinata ad ſubſtantiam actus tendentis in finẽ in

in particulari, requireretur tamẽ directio, quantum ad circunſtantiam illius actus, ad quam non extenditur directio, quæ eſt circa ſubſtantiam actus. Ex iſtis duabus rationibus arguitur: quia vbicũque contingit in praxi errare, & rectè agere, ibi eſt notitia practica neceſſaria ad dirigendum. In iſta autem praxi, quæ eſt dilectio finis, vt pertinet ad Theologiam, contingit errare dupliciter, vt oſtendunt rationes iſtæ. Tum ratione obiecti oſtenſi in particulari, tum ratione circunſtantiarum actus: ergo &c. Præterea, tertio ſic: cuius dilectio principaliter intenditur extra genus cognitionis, eius cognitio principaliter intenditur intra genus cognitionis: dilectio verò finis (per eos) principaliter intenditur extra genus cognitionis: ergo cognitio finis principaliter intenditur in genere cognitionis. Sed in qualibet ſcientia intenditur principaliter cognitio ſui obiecti primi: ergo finis eſt principale ſubiectum iſtius ſcientiæ. A fine autem ſumutur principia practica: principia practica cõcludunt cõcluſiones practicas: igitur iſta ſciẽtia, quæ primo intendit dilectionem finis, extra genus cognitionis, eſt practica. Præterea; ad idem genus ſecundum praxim, vel ſpeculationem, pertinent principia, & concluſiones: concluſiones enim practicæ reſoluuntur in principia practica, non ſpeculatiua: ergo cum cognitio finis ſit directiua in actibus circa ea, quæ ſunt ad finem, & cognitio eorum, quæ ſunt ad finem, ſit quaſi incluſa in cognitione finis, quaſi principij: ſi cogintio eorum, quæ ſunt ad finem, ſit cognitio concluſionum practicarum: ergo cognitio finis erit cognitio practica: quia de principio practico.

Ad primum ſic patet reſponſio: quia falſum accipit, quaſi voluntas eſſet determinata ex ſe, quod in probant duæ rationes primæ. Similiter, ſi voluntas eſſet determinata, adhuc tamen cognitio eſſet practica: ſicut probant vltimæ duæ rationes.

G Ad ſecundum *ideſt* ad auctoritatẽ eorum, dico: quod videtur concludere, quod viſio Dei eſt finis huius ſcientiæ, quod ipſi non concedunt. Reſpondeo igitur, quod auctoritas loquitur de illis operationibus exterioribus, quæ ſunt ieiunia, vigiliæ, & orationes: quia actus quicumque exterior natus eſt cõformari alicui interiori, à quo habet ſuam bonitatem, & etiam ad aliquem interiorem ordinari, & finaliter ad velle.

H Ad tertium reſpondeo: quod ſicut agens per ſe intendit induce-

ducere formam, nec intendit remotionem contrarij, niſi per accidens: ita habitus per ſe dirigit; per accidens autem excludit errorem: & ſi habitus eſt perfectus, non compatitur ſecum errorem: imò ſi compatitur, eſt imperfectus. Beati igitur, licet non poſſint errare, nõ ſequitur, quod non habeant habitum, etiam directiuum: quia eo per impoſſibile circũſcripto, errare poſſent. Sed eo poſito propter perfectionem eius, excluditur omnis error. Ad quartum dicetur infra poſt ſolutionem *noni articuli* huius quæſtionis ſoluendo quartã obiectionem contra eam.

Expoſitio 7. articuli quæſtionis 5. Prologi.

1. PER huius quæſtionis diſcurſũ refert Doctor quinque ſententias diuerſorũ opinãtium, ſacram Theologiam nullatenus practicam, ſed ſpeculatiuam ſciẽtiam eſſe, quarum primam hîc, cæteras vero in ſequentibus articulis proponit, & cõfutat. In hoc igitur tãtum recitat ſententiam Henrrici Gandauenſis, & illã quatuor efficaciſſimis rationibus improbat. Aiebat ergo Henrricus in Summa articulo 9. quæſt. 2. ſolutione ad tertium, Theologiam ſpeculatiuã eſſe, & non practicam: & vt hoc probaret, duo ſupponit fundamenta. Primum eſt, quod notitia, quæ dirigit voluntatem circa media, quæ ſunt ad finem, eſt vere practica: quia contingit voluntatem errare in eliciendo actu circa media, quę ſunt ad finem ordinata: & ideo ne erret, indiget ſcientia directiua. Secundum verò eſt, quod reſpectu vltimi finis, non eſt ponenda in intellectu ſcientia directiua praxis: quia ideo ponitur ſcientia directiua, vt dirigat voluntatem, ne erret: ſed non contingit voluntatem errare poſſe circa vltimum finẽ: ergo non eſt ponenda ſcientia directiua praxis in intellectu reſpectu vltimi finis.

His igitur poſitis, ait in propoſito,
2. Theologiam dupliciter poſſe conſiderari, vel circa vltimum finem, vel circa media, quæ ſunt ad talem finem ordinata. Concludit ergo, quod licet hoc ſecundo modo conſiderata poſſit dici Theologia practica, quatenus eſt ſcientia directiua reſpectu mediorum, quæ ſunt ad finem: abſolute tamen & ſimpliciter eſt ſpeculatiua, eo quod primo, & per ſe verſatur circa vltimum finem: & ideo abſoluitur à praxi, eo quod non ſit ſic directiua. Vnde quod dicatur ſpeculatiua, & non practica, probat Henrricus argumentis poſitis in principio articuli.

Doctor verò hanc ſententiam im-
3. probat ibi quatuor medijs, quibus concludit, non ſolum, quatenus eſt circa media, eſſe Theologiam ſcientiam directiuam, ſed etiam eſſe directiuam circa vltimum finem. Hoc probat primo medio in ratione poſita, §. *ſed contra*: quia voluntas, ſaltim circa finem vltimũ in particulari, errare poteſt: oſtenſio autem finis in Theologia non eſt in vniuerſali, ſed in particulari: ergo voluntas, etiam reſpectu vltimi finis indiget Theologia, tanquam ſcientia directiua ſui. Maior autem illa confirmari poteſt: eo quod multi Phyloſophi circa vltimum finem in particulari errauerunt, vt patet ex primo Ethicorum, vbi recitantur diuerſæ opiniones de fœlicitate vltima, quam plures in voluptatibus, alij vero in honoribus, & dignitatibus conſtituebant. Secundo autem medio probat Theologiam eſſe directiuam: quia etſi non contingeret voluntatem errare circa vltimum

finem in particulari, contingeret tamen errare circa circunſtantias eius: ſed directio potius ponitur propter circunſtantias actus circa finem, quã propter ſubſtantiam ipſius actus: vt patet de temperantia, quæ non ponitur propter ſubſtantiam actus comedendi, ſed propter eius circunſtantias: ergo voluntas adhuc ſine errore intendens finem vltimum in particulari, indiget nihil hominus ſcientia directiua propter circunſtantias eius.

4. Tertio medio arguit de dilectione finis ad cognitionem obiecti: litera clara eſt. Sed eſt aduertendum in ea, quod quando dicit Doctor, finem eſſe obiectum Theologiæ, intelligendũ eſt de fine, prout habet rationẽ obiecti: & ſic Deus ſub ratione Deitatis eſt finis totius Theologię: ab ipſo autem, non in ratione finis, ſed in ratione obiecti, ſumit Theologia ſua practica principia, de quibus late dictum eſt ſupra in difficultate.

5. Quarto tandem medio contra duo propoſita fundamenta Henrrici inſurgit Doctor ad hominem, & ex illis probat intentum: ſi etenim eo quod voluntas errare poteſt circa media ordinata ad finem, indiget ſcientia directiua, ne erret, quæ obid practica eſt: ergo cum ſcientia finis ſit notitia principij (finis etenim eſt principium mediorum ad ſe) & ſcientia medij ſit notitia concluſionis, & concluſio ad idem genus pertineat, ad quod pertinet principium: quia impoſſibile eſt concluſionẽ practicam in principia ſpeculatiua reſolui: conſequenter ſi Theologia reſpectu mediorum eſt practica, etiam practica erit reſpectu vltimi finis: quæ ratio ſatis acuta eſt. Ex quibus omnibus duo concluduntur, ſcilicet, & Theologiam non abſolui à praxi; eo quod directiua vltimi finis non eſt: quia ex duplici ratione priori ſatis probatur eſſe verè directiua reſpectu illius. Et præterea, quod etiam ſi ſit directiua, non eſſet reſpectu vltimi finis: ex eo tamen quod directiua eſt reſpectu mediorum, & obid practica à poſteriori, infertur etiam reſpectu vltimi finis practicam eſſe: quod ratio poſterior concludit.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm praxis ſequatur electionem?

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quod praxis ſemper ſequatur electionem. Quod probatur per Phyloſophum 6. Ethicor. Actus principium eſt electio, non cuius gratia, ſed vnde motus, id eſt, non finale, ſed effectiuum: principium autem effectiuum naturaliter præcedit effectum: ergo &c. A Cap. 2.

Secundo præterea, habitus practicus generatur ex praxibus: ſed habitus practicus generatur ex actibus ſequentibus electionem: igitur illi ſunt praxis. B In princi-

Tertio præterea, Comentator ſuper 1. Ethicor. Praxis eſt operatio ſecundum electionem: ergo praxis ſequitur electionem. C.

Sed contra eſt: quia 6. Ethicor. dicit Phyloſophus: quod non eſt electio recta ſine ratione, & habitu virtutis: ergo virtus per ſe requiritur ad electionem rectam: non requireretur autem, ſi eſſet habitus generatus ex D

tus ex actibus poſterioribus electione: quia tunc non inclinaret per ſe, niſi ad actus iſtos poſteriores: ergo &c.

E Reſpondeo dicendum: quod alia via *negantium Theologiam eſſe practicam* ponit, quod vel volitio non eſt proprie praxis, ſed tantum actus ea poſterior: vel ſi ipſa eſt praxis, hoc non eſt, niſi in ordine ad actum aliquem imperatum potentiæ inferioris, puta, appetitus ſenſitiui, vel potentiæ motiuæ, vel huiuſmodi. Pro hac via arguitur: quia omnis praxis ſequitur electionem. Quod probatur *argumentis ſupra poſitis.* Contra iſtud, ſcilicet, quod non tantum actus ſequens electionem ſit praxis, probatur, *primo ratione poſita §. ſed contra.* Præterea ſub alia forma arguitur idem: quia habitus ex eiſdem actibus generatur, ad quos inclinat, ex 2 Ethicor. ſed virtus moralis eſt habitus electiuus &c. igitur ex electionibus per ſe generatur virtus moralis. Et per conſequens non tantum actus electionem ſequentes ſunt praxes. Præterea, non ſolum falſum eſt negare electionem eſſe praxim, quod arguitur ratione iam facta, ſed ſicut probatum fuit in primo articulo: actus voluntatis elicitus eſt primo praxis, & imperatus non, niſi propter ipſum: ergo ſi electio ſit ſola ſine ordine ad actum imperatum, puta, propter defectum materiæ actus exterioris, ipſa ſola verè erit praxis. Hoc declaratur ſic: non habens pecunias, cui tamen in phantaſmate præſentantur pecuniæ, antequam alicuius actus electio ſit principium effectiuum, vel ordinetur ad aliquid imperandum, ſi eligat illas liberaliter diſtribuere, ſi haberet; quantum ad actum, & habitum virtutis non requiritur vlterior proſecutio: quia obiecto præſentato in phantaſmate, circa quod poteſt eſſe actus liberalitatis, complete habetur electio, ex qua generatur liberalitas, vel quæ elicitur ex liberalitate: & non requiritur vlterior proſecutio exterius, nec ordo ad exterius, ſi materia actus exterioris deficiat. Præterea ordo iſte electionis ad actum imperatum, non poteſt eſſe, niſi vt cauſæ ad cauſandum effectum: ſed quod cauſa non ſit in ſe talis ex ſe (vt prior effectu eſt) ſed tãtum, quia actualiter ordinarur ad efficiendum, videtur incõueniens: cum nihil habeat cauſa ab effectũ, nec ex ordine ad ipſum. Concedo igitur authoritatem *Phyloſophi* affirmatiuã, quod electio eſt principium actus, vnde motus: quia actus ab ipſa imperatus eſt actus moralis: ſed ex hoc non ſequitur, quod ſolus iſte ſit actus, ſiue praxisi

Opinio Herui Quodlib. 1. q. 3. art. 4.

cap. 2. & 3. ibi cap. 5.

concluſio.

praxis: imò eſt electio prior praxis, propter quam etiam iſta eſt bona praxis.

F Ad primum argumentum, & ad auctoritatem 6. Ethicor. dico: quod ibidem Phyloſophus ſtatim ſubdit. Electionis autem appetitus, & ratio, quæ gratia alicuius, ideſt, practica, ſũt, ſuple principium: ad hoc enim, vt electio ſit recta, requiritur virtus in appetitu. Vnde ſequitur: neq; ſine habitu morali eſt electio, ſcilicet, recta: igitur virtus habet actũ elicitum immediatiorẽ ſibi, quã ſit ille, cuius electio eſt principiũ vt imperans: prius enim eſt actus volũtatis elicitus, qui eſt electio, eſt actio bona, quàm actus exterior imperatus ab electione bona ſit bonus. Quod probatur per Phyloſophum: ibi enim ſtatim poſt illud, neq; ſine habitu eſt electio (ſubdit) bona actio enim ſine more non eſt: ſed ſi iſta ſit maior ad probandũ, quod prædixit de electione, ſumetur iſta minor ſub: bona electio eſt bona actio. Cõcedo igitur authoritatẽ affirmatiuam, *vt ſupra*.

G Ad ſecundũ: ſi maior eſt vera, dico: quod habitus practicus generatur ex electionib', ſicut prędictũ eſt de eligente frequẽter liberaliter dare, etiã ſine actu imperato (ſi facultas nõ adſit) poſſet in ipſo generari liberalitas: quia tamẽ quãdo illi actus imperati ſunt impoſsibiles, voluntas nõ cõmuniter eligit frequenter rectè circa materiã iſtorũ actuũ; quia quod nõ creditur alicui poſſibile, aut ipſum non vult, aut tenuiter vult, ſecũdũ Auguſt. Ideo cõmuniter non generatur habitus practicus, qui eſt virtus, ſine praxibus imperatis ſequentibus electionẽ: nõ tamẽ generatur ex illis ſequentibus, ſed ex electionibus, in quibus eſt formaliter bonitas moralis: in praxibus imperatis ſt tantum materialiter.

Ad tertiũ de Commentatore oportet, quod ly, ſecũdum, non ſit ibi nota cauſę efficientis, ſi deſcriptio debet eſſe conuertibilis cũ deſcripto, vt probatũ eſt per Ariſt. 6. Ethic. ſed debet intelligi ly, ſecũdũ, effectiue, vel formaliter: vel electio accipitur ibi pro libertate, vel poteſtate dominatiua: vel accipitur electiò pro electione actus volẽdi: quæ non eſt electio, vel volitio aliqua, ſed actio de genere actionis: ſecũdum iſtam electionem, quaſi ſecundũ principiũ actiuum eſt omnis praxis, ſiue ſit electio, ſiue ſequens electionẽ, quia actio de genere actionis reducitur ad principium effectiuum. H

Expoſitio articuli 8. quæſtionis 5. Prologi.

Aliam ſententiam (quę in antiquo textu erat tertia in ordine inter eas, quæ tenet, Theologiam eſſe ſpeculatiuam) profert I.

fert Doctor in textu, quæ eſt Henrrici in quodlibeto 1. quæſt. 3. arti. 4. opinantis Theologiam ideo non eſſe practicã, quia electio ſupponitur ad praxim. Cuius fundamentum eſt, ex eo quod ſupponitur duplicem eſſe actũ liberum, alium elicitum ab ipſa voluntate, alium verò elicitum ab alijs potentijs inferioribus, à voluntate tamen imperatum: & ait hunc poſteriorem actum tantummodo eſſe praxim, non verò priorem: & dato quod actus ille prior etiam ſit praxis, hoc non eſt, niſi in ordine ad ſecundum, ſcilicet, in ordine ad actum imperatum. Cũ igitur electio ſit actus à voluntate ipſa elicitus, ſeu ipſa volitio, actus verò imperatus, qui eſt praxis, ſit poſt volitionem, ſequitur praxim neceſſario eſſe poſt electionem. Tunc ſic, ſed Theologia, ſi practica eſſet, ideo eſſet practica, quia eſſet directiua electionis mediorũ (in quo ſupponit cum opinione Henrrici in articulo præcedenti confutata, directionem ſolum reſpectu electionis medio rũ reperiri) igitur cum electio ſupponatur ad praxim, nequit ſcientia, quæ ad electionem dirigit, ob id quod eſt directiua electionis, practica eſſe: quia tunc illud, quod neceſſario poſterius eſt, deberet eſſe prius ſuo priori: quod contradictionem inuoluit. Quæ ſente. tia duo præſertim falſa ſupponit. Primum eſt ex diuiſione illa actus eliciti, & imperati, hunc, ſcilicet, poſteriorem eſſe per ſe abſolute practicũ independenter à priori: quinimo & priorem per ordinem ad ipſum poſteriorem practicum eſſe. Satis enim probatur in textu, & oſtẽſum eſt in 1. art. huius quæſtionis, praxim per ſe, & per prius competere actui elicito à volũtate, ſecundario verò & per accidens competere actui imperato. Vide pro hoc Doctorem in textu articuli primi, & Commentaria noſtra ibi nu. 4.

2. Ex hoc concluditur, electionem nõ præcedere praxim, imò eſſe priorem praxim, quã praxis, que eſt actus imperatus: ſiquidem actus imperatus ab actu elicito dicitur practicus potius, quàm praxis, vt dictum eſt ibi: at verò actus elicitus eſt ipſa praxis. Rurſus falſo ſupponit, Theologiã, ideo præciſe practicã eſſe, quia eſt directiua electionis mediorũ: nã, vt probatũ eſt in præcedenti articulo, etiam eſt directiua intentionis finis vltimi in particulari, vel ſaltim circonſtantiarũ illius. Argumenta ergo huius ſententiæ ſoluit Doctor in textu, & ipſam quatuor rationibus ſubtiliter confutat.

Atqui circa ea, quæ Doctor inquit in litera textus in §. *ſed contra*, quod electio recta no eſt ſine habitu virtutis, poteſt quis inferre cõtradictionem in verbis illius: nam electio recta idẽ eſt quòd actos virtutis conducentis ad finẽ vltimũ: ſed ſæpiſsime dicit alibi, quòd poteſt eſſe actus virtutis, quin ſit generatus ab habitu virtutis, vt patet in 4. diſt. 14. q. 2. vbi ait, quod nõ eſt de ratione actus boni moralis, quod ſit generat⁹ ab habitu virtutis, nec quod ſit generatiuus illius: ergo in hoc videtur eſſe apud Doctorem cõtradictio. 3.

Ad hoc tamen facilima eſt ſolutio: nam licet actus virtutis ſimpliciter eſſe poſsit à voluntate elicitus ſine habitu (in hoc enim diſtinguntur habitus ſupernaturales a moralibus, quod illi dantur ad ſimpliciter operari, nõ tamen iſti, ſed ad facilius, & promptius) tamen longe perfectior erit actus ab habitu elicitus, quàm ille, qui habitum non præſupponit: tum propter facilitatem maiorem operandi ex parte elicientis: tum etiam propter intẽſionem maiorem quoad ſubſtantiam actus, vt patet. Cum ergo vt ex prima q. huius prologi artic. 6. & 7. conſtat) Theologia, prout eſt doctrina quædã acquiſita, nõ ſit nobis ſimpliciter, ſed ad melius neceſſaria ad ſalutem; hinc cõſequens eſt, quod etiã eſt directiua voluntatis, ne erret: hoc quidem non ſimplicer, quia tunc ſine illa non poſſet dirigi voluntas in ſuis operationibus: & ex conſequenti errare non poſſet, & per conſequens ſine Theologia nemo poſſet finem vltimum intendere, aut media ad ipſum ordinata eligere: nec eadem per conſequens ſine Theologia ſaluus fieri, quod dicẽdum non eſt: ergo neceſſaria ad melius, & facilius &c. 4.

Eodem prorſus modo, quo Theolo 5.

gia nobis neceſſaria eſt ad ſalutẽ, directiua eſt voluntaris: & ideo non incõuenit poſſe actum virtutis, ſeu rectã electionem interdum eſſe à voluntate ſine habitu, ad hoc vt inferatur, rectam electionem non ob id indigere directione habitus practici: nam ſicut non obſtante, quod ſine Theologia abſolute poteſt homo ſaluari: adhuc tamen Theologia eſt habitus directiuus voluntatis humanæ ad facilius conſequendam ſalutem: ſic non obſtante, quod voluntas ſine habitu poteſt elicere actum virtutis, indiget tamẽ habitu, vt illũ perfectius, & facilius eliciat: & ita actus virtutis, ſeu recta electio, vt perfectior ſit, & facilius dicatur elici (ꝙ etiã concedit Lychetus q. 1. prologi §. *ſed hic occurrit*) habitũ directiuum preſupponit. Habitus autẽ directiuus eſt practicus, eo quod ad ipſam praxim dirigendam, ordinatur, vt patuit in artic. 1. ergo electio non præſupponitur ad praxim, imò ipſa electio præſupponit habitum practicum in intellectu, qui habitus eſt practicus per ordinem ad ipſam electionem, quatenus eſt directiuus illius: & ipſa eſt in ſe primo, & per ſe praxis, à qua ſecundario actus imperatus dicitur practicus.

ARTICVLVS IX.

Vtrum Theologia ſit purè ſpeculatiua?

A D nonum ſic proceditur. Videtur, quod colligatur, Theologiam eſſe ſpeculatiuam, *quia ſi aliqua ratione ſpeculatiua non eſſet, propterea eſſet*, quia extenditur ad dilectionem finis, ſed non propter hoc quod perſuadetur primo: quia tunc quælibet notitia eſſet practica: quia quamlibet ſequitur aliqua dilectio, vel delectatio.

B Secundo præterea ſimiliter, 10. Eth. fœlix eſt Dei amantiſsimus: & tamen iſtam fœlicitatẽ ponit Phyloſophus ſpeculatiuã; non practicam. cap. 10.

C Tertio prærerea, *arguitur pro alia via, quæ* ponit: quod licet dilectio finis recte poſsit elici, & non recte: negat tamen dilectionẽ finis eſſe praxim: quia non eſt circa obiectum contingẽs. Dicit autẽ Cõmentator 1. Ethic. quod praxis eſt operatio ſecũdum electionẽ, electio autem eſt tantum circa cõtingẽs. ex 3. Eth. quia eſt appetitus conſiliatiuus: conſiliũ vero non eſt, niſi de contingẽte. Ex hoc etiam probatur deſcriptio praxis poſita in primo articulo quęſtionis eſſe inſufficiens: quia omittit obiectũ præciſum: conſequenter dicit hæc via nullam notitiam eſſe practicam, quę extenditur ad volitionẽ vltimi finis tantum: quia nõ eſt verum contingens: ergo &c.

opinio Guilelmi Veron. in lib. 1. q. 4.

cap. 5.
cap. 3.

D Sed contra eſt: quia contra iſtam viam eſt quarta ratio poſita contra primam *in articulo ſeptimo*. Item vera praxis eſt illa operatio, ad quam inclinat virtus appetitiua: quia quælibet talis virtus eſt habitus electiuus ex 2. Eth. Electio autem eſt praxis, vt oſtenſum eſt contra aliam viã *in articulo præcedenti:* Sed ad dile-

dilectioné finis inclinat, non tantum charitas, ſed amor acquiſitus habitualis, qui eſt virtus appetitiua: quia habitus appetitiuus conſonus rationi rectæ: ergo &c.

E Reſpondeo dicendum: quod tres viæ ponunt Theologiam eſſe purè ſpeculatiuam, non obſtante quod extendatur ad dilectioné finis, ſiue ad illam, quaſi voluntas naturaliter determinetur, præcedente oſtenſione, ſiue libere, & cótingenter ad illam ſe habeat, non tamen circa obiectum cótingens, & agibile, ſiue tertio circa quodcumque obiectum, quomodo cumque ſe habeat, non tamen operãdo, ſiue in ordine ad actum imperatum, ſed ſiſtendo in proprio actu elicito. Contra hanc cóclusionem communem iſtis tribus vijs inſtatur. Videtur ſequi, ꝙ aliqua operatio eſt in poteſtate hominis, ita quód vere ſit actus humanus, & tamé nec ſit proprie ſpeculatio, nec praxis, puta, amor finis: conſequens videtur incóueniens. Pręterea, quod cognitio directiua, in volitione quacumque, non ſit practica, cum ſit veritas cóforme ſe habens appetitui recto, videtur inconueniens: quia talis veritas eſt proprium opus mentis practicæ ex 6. Ethic. Amare *ergo*, vel deſiderare obiectum cognitum, & hoc ſic, vel ſic circunſtantionabile, eſt vere praxis. Sed prætermiſſa authoritate illa *Phyloſophi poſita pro ſecundo argumento: cui reſpondebitur infra*, Numquid fælix ſpeculatiuus ſecundú Ariſtotel. amat finem, vt amare diſtinguitur contra delectari, ſiue de obiecto ſpeculatiuo, ſiue de ſpeculatione? Reſpondeo: quod 12. Metaphyſ. vult Phyloſophus, quod primum mouens mouet, vt amatú: igitur intelligentia inferior amat primum, & tamen ipſius fœlicitatem poneret in ſpeculatione, ſicut patet in 10. Ethicor. Igitur ipſe ſub ſpeculatione comprehendit nó tantum delectationem, ſed amare: igitur nec propter extenſionem ad illud erit notitia practica, ſecundum ipſum, ſed ſpeculatiua. Sed quare non tenetur in hoc, cum ratio ſcientię practicę, & ſpeculatiuæ accipiatur ab ipſo? & ita duæ primæ viæ iſtam negantes, ponentes Theologiam eſſe ſpeculatiuam, bene ponunt, & præcipuè ſecundum Phyloſophum? Reſpódeo, *quod* illud amare, quod poneret in intelligentia, poneret neceſſitate naturali, volútati ineſſe: ita quod non contingeret ibi eam errare, & recte agere: ita quod reſpectu illius notitia eſſet tantummodo oſtenſiua, non directiua, nec quátum ad obiectum in particulari, nec quantum ad aliquam eius có ditionem, vel aliquam circunſtantiam actus volendi. Hoc modo non dicerent Theologi de amare

cap. 3. conclusio.

text. co. 36

cap. 10.

Quæ referuntur in 6 art. & in iſto.

mare creaturarum intellectualium, reſpectu Dei in particulari, & quantum ad circunſtantias actus: ſicut argumentatũ eſt contra primam viam, *in ſexto articulo*, in primis duabus rationibus. Si igitur conueniſſet nobiſcum, ponendo amare reſpectu finis libere recte, & non recte poſſe elici: nec recte elici, niſi eliciatur conformiter rationi rectæ, non tantum oſtendenti obiectum, ſed etiam dictanti ſic eſſe eliciendum: forte poſuiſſet reſpectu talis notitiam practicam: quia confeſſe ſe habentem appetitui recto: igitur melius eſt Theologo, qui habet ab eo diſcordare in minori, conſequenter dicendo diſcordare in concluſione, quàm conuenire cùm eo in cõcluſione, quam ipſe non poneret, ſi minorem cùm Theologo non teneret. Cũ igitur dicis: quod ab ipſo accipimus rationem ſpeculatiui, & practici verùm eſt: & in maiori conuenimus, quod illa eſt ſpeculatiua: quæ licet ad dilectionem extenderetur, vt oſtendens obiectum: ſi nullo tamen modo eſſet directiua in actu, vt circunſtantionalis, & vt huius obiecti in particulari. Sed minorem, quam ipſe aſſumeret ſub, habemus negare in propoſito. Sed dato, quod talis neceſsitas ponatur in intelligentia ex natura voluntatis amandi Deum, Num quid ita poneret in voluntate hominis ſapientis, quem ipſe non ponit naturaliter fœlicem? ſi non? igitur iſte poteſt dirigi in tali actu. Reſpondeo practicam à tali non negaret, niſi quia fœlicitatem eiũs dixit eſſe ſpeculatiuam.

F Ad primum argumentum, & ad illud, quod additur de delectatione, nihil eſt ad propoſitum: quia delectatio eſt paſsio conſequens naturaliter operationem perfectam: & ſiue ſit delectatio de ſpeculatione, ſiue de ſpeculato propter extenſionem ad illam, nulla ex iſto ponitur cognitio practica: quia nec iſta eſt praxis proprie loquendo (hoc tangetur diſtinctione 15. tertij libri) amare autem, vel deſiderare obiectum cognitum, & hoc ſic, vel ſic circunſtantionabile, *vt dictum eſt*, eſt vere praxis; nec naturaliter conſequens apprehenſionem, ſed libere recte, vel non recte elicibilis.

G Ad ſecundum *id eſt* ad illud, quod additur de fœlicitate, quod ſit ſpeculatiua, quia fœlix eſt Dei amantiſsimus, dico: quod authoritas non cogit: quia loquitur paſsiue, quaſi maximè amatus à Deo, non actiue, ſicut patet ibi, ſubdit enim ſiquidem cura humanorum à Dijs ſit rationabile, & gaudere ipſos (ſuple Deos) optimo, & cognatiſsimo. Hoc

Hoc autem eſt intellectus, & diligentes igitur hoc, id eſt, intellectiuum rationabile, erit deos rebeneficiare, vt amicos &c.

H Ad tertium *dico* quod motiuum huius viæ ſoluetur in ſolutione ſecundæ rationis principalis ad quæſtionem *in vndecimo articulo.*

Expoſitio 9. Articuli quæſtionis 5. Prologi.

1\. TRES opiniones tenentes Theologiam eſſe pure ſpeculatiuam reijcit Doctor in hoc articulo: opiniones autẽ erant illæ duæ Henrrici, & Herueci in 7. & 8. articulis recitatæ, & alia Guillermi Varronis in lib. 1. q. 4. Quæ opinio in antiquo textu erat 2. in ordine: ponitur autem hic pro tertio argumento in principio articuli, & eius impugnatio ibi §. *ſed contra.* Conuenerant ergo tres opiniones prædictæ in hoc, quod eſt ponere Theologiam pure ſpeculatiuam eſſe, non obſtãte, quod extendatur ad dilectionem finis, licet diuerſimode vnaquæque id ſentiat, vt patet in textu. Henricus enim dicebat, quod aliqua operatio, quæ eſt in hominis poteſtate, quæ non eſt praxis, quia dilectio vltimi finis, etiã in particulari, eſt in poteſtate voluntatis, & tamen nõ eſt praxis: quia vt viſum eſt in articulo 7. ſolummodo reſpectu mediorum putabat Henrricus eſſe praxim. Herueus autem tenuit aliquam operationem voluntatis, praxim non eſſe: nam actus immediate à voluntate elicitus, & nõ ordinatus ad imperandum actum potentiæ inferioris, praxis non eſt: & tamen talis actus, qui interdum eſt electio, eſt in poteſtate volũtatis: quę opinio patuit in octauo articulo. Guilelmus tãdem inquit, ꝙ licet dilectio vltimi finis ſit in hominis poteſtate, non tamen dicitur praxis, quia nõ eſt circa obiectum contingens: quod (inquit) requiritur, vt ſit praxis. Cum igitur Theologia verſetur circa vltimũ finem, & electionem, quæ etiam interdum eſt ipſa volitio, nullatenus practica dici poteſt, ſed pure ſpeculatiua.

Hanc ergo communem concluſionem, in qua prædicti opinantes conſenſerãt, hic improbat Doctor, eo quod dilectio vltimi finis neceſſario eſt practica, ad quam Theologia eſt directiua: & probat ex inconuenienti ſequuto; ſequeretur etenim, omnem actum verè humanum non eſſe practicum, ſed ſpeculatiuum: quod non ſolum eſt contra Scotum, ſed etiam cõtra Diuum Thomam, 1. part. quæſt. 1. art. 1. imò ſequitur, nec eſſe ſpeculatiuum, nec practicum: quod eſt maximum inconueniens apud Theologos. Sequella tamen probatur: quia dilectio vltimi finis eſt vere actus deliberatus à voluntate: ergo eſt vere humanus: ſed eo quod humanus eſt, nequit dici ſpeculatiuus, & per vos ſupponitur non eſſe practicum: ſiquidẽ nõ reddit practicam Theologiam dirigentem ad ſe. Si autem fateantur talem dilectionem eſſe vere praxim, & aſſerant Theologiam eſſe ſpeculatiuam, tunc aliud ſequitur inueniens: quod, ſcilicet, cognitio directiua non eſſet practica: nam Theologia eſt directiua talis dilectionis vltimi finis, & per vos ſpeculatiua eſt. Hoc tamen eſſe inueniens patet ex 6. Ethicorum, cap. 3. vbi dicitur: quod talis directio eſt proprium opus mentis practicæ. Cætera, quæ habentur in litera perſpicua ſunt, & clariora fient ex ſequẽtium articulorum commentarijs. Vide Baſſolem in prologo quæſt. 8. §. *contra primam viam*, & in duobus ſequentibus, vbi has tres opiniones confutat, ac Lycheturn quęſt. 5. 9. *contra hanc concluſionem.* 2.

(?¿?)

ARTICVLVS X.

Vtrùm Theologia ſimul ſit ſpeculatiua & practica?

A AD decimum ſic proceditur. Videtur, quod Theologia ſit ſimul ſpeculatiua, & practica; quod probatur dupliciter: vno modo ſic. Sicut doctrina illa, in qua ſcriberentur aliqua de iure, & aliqua de Phyloſophia, eſſet ſpeculatiua, & practica, ſiue ſcriberentur in diſtinctis libris, ſiue capitulis, ſiue interſecaliter, & commixtim, ita in iſta doctrina ſimul ſpeculatiua, & practica, tractantur, non in diuerſis libris, & capitulis, ſed interſecaliter, & commixtim: ergo ipſa eſt ſpeculatiua, & practica.

B. Secundo præterea, ſic probatur: nulla ſpeculatiua cognitio diſtinctius tractat de operabilib⁹ quã eorũ cognitio ſit neceſſaria ad ſpeculatiõnẽ: nec practica diſtinctius tractat de reuelabilibus, quã eorum requiratur cognitio propter praxim, ad quam extẽditur: iſta autẽ tractat de operabilibus diſtinctius, quàm cognitio eorum requiratur ad ſpeculationẽ, & diſtinctius de ſpeculabilibus, quàm cognitio eorũ requiratur ad cognitionem practicã: igitur ipſa eſt ſpeculatiua, & practica. Maior probatur; quia ſpeculabilia non conſiderantur in ſcientia practica, niſi propter cõſiderationem practicam. Minor patet: quia hîc tractatur de operabilibus ita diſtincte, ac ſi eſſet de eis præciſe; & etiam de ſpeculabilib⁹, ac ſi eſſet de eis præciſe.

C. Sed cõtra eſt: quia ordo ſcientiarũ ſecũdũ eminentiã ſtat ad aliquod vnũ tantũ: quia nõ poſſũt eſſe duæ ſcientiæ ſimpliciter primæ. Iſtã vnã eminentiſsimam, & ſolam, dico eſſe Theologiã, quæ ſola eſt prima de primo ſubiecto Theologiæ.

D Reſpondeo dicendum: quod alia eſt opinio diſcordans a præcedentibus in concluſione, quæ dicit, quod iſta ſcientia eſt ſpeculatiua, & practica: & contra iſtã opinionẽ arguitur ſic. Habitus non habens euidentiã ex obiecto nõ diſtinguitur ſecũdũ diſtinctionẽ obiectorum: tunc enim oporteret ponere duas fides infuſas: iſte autẽ habitus nõ habet euidentiã ex obiecto: igitur non diſtinguitur ſecundum diſtinctionem obiectorum: igitur non eſt duo habitus propter diſtinctionem operabilium, & ſpeculabilium. Præterea, illa opinio de duobus habitibus, quãuis poſsit probabilitatem aliquam habere de Theologia, vt tradita eſt in Scriptura: tamẽ de Theologia in ſe, cuius ſubiectum primum eſt eſſẽtia diuina, vt hæc eſſentia, ſicut dictum eſt de ſubiecto Theologię, non videtur probabilis: nam de iſto

Hæc opinio eſt Golfredi quodlib. 13. q. 1.

iſto ſubiecto, cum ſit veriſsimè vnum cognoſcibile, nata eſt haberi primo aliqua notitia verè vna. Si verò detur aliqua, quæ nõ ſit de ipſa eſſentia, ſed de aliquo alio primo, iſta alia nõ erit Theologia in ſe: eſt igitur vnus habitus ſimpliciter, licet forte cũ ipſa poſsit in Scriptura eſſe aliqua alia notitia, quæ ſit de alio ſubiecto. Præterea, deduco rationem huius ad oppoſitum. Illa cognitio eſt practica, in qua non determinatur de ſpeculabilibus magis, quàm cognitio eorum pertineat ad praxim, vel ad cognitionẽ practicam: ſed cognitio iſta non tractat de ſpeculabilibus diſtinctius, quàm cognitio eorum requiratur ad cognitionẽ practicam, vel praxim dirigendam: ergo &c. probatio minoris: quælibet cognitio de conditionibus appetibilitatis finis, & de conditionibus eorũ, quæ ſunt ad finẽ, quatenus ſunt ad finẽ, & tertio de cõditionibus quibuſcũq; huius, vel illorum, circa quas contingit potentiam operatiuã errare, niſi dirigatur, eſt neceſſaria ad practicã cognitionem. Nulla autẽ eſt cognitio hîc tradita, de fine, nec de his, quę ſunt ad finẽ, quin ſit talis: ergo &c. Vel ſaltem circa iſta contingit voluntatem ignorantem errare, ſicut dicetur in ſolutione tertię obiectionis *in ſequẽti articulo*. Licet enim Trinitas perſonarum non oſtendat finem appetibiliorem, quam ſi eſſet non trinus: quia eſt finis, in quantũ vnus Deus, non in quantum trinus: tamen voluntatem ignorantem Trinitatẽ contigit errare in amando, vel deſiderando finem, deſiderando frui vna perſona ſola. Similiter ignorantem Deum feciſſe mundum, cõtingit errare non rependendo amorem, qualem gratitudo requireret inter tantam communicationem bonitatis ſuę ad vtilitatem noſtrã factam: ita ignorando articulos pertinentes ad noſtram reparationem, contingit ignorantem errare, etiam non rependendo amorem debitum pro tanto beneficio: & ita de alijs Theologicis. Aſſumptum patet: quia quæ cumque conditiones traduntur de fine, magis natæ ſunt oſtendere appetibilitatem finis: & conditiones eorum, quæ ſunt ad finem, magis natæ ſunt oſtendere ea, quę ſunt ordinata ad finem.

Alia opinio tenet eandem concluſionem: ſed ponit cum hoc, Theologiam eſſe ſimpliciter vnum habitum, & hoc propter ſubiectum eius vnum, quod eſt Deus, in quo conueniunt omnia, de quibus in ſcientia determinatur: omnia enim cadũt ſub conſideratione huius ſcientię, in quãtũ participãt aliquod diuinũ: & ideò

& ideo, ſiue conſideret de his per extenſionem ad opus, ſiue non, ſed pure ſpeculatiue propter vnitatem formalem ſubiecti: tamen hæc ſcientia eſt vna. Contra iſtam opinionem arguo ſic: quandocumque aliquod commune diuiditur primo per differentias oppoſitas, impoſſibile eſt, vtramque differentiam inueniri in aliquo vno contento ſub communi: ſed ſcientia incommuni diuiditur primo in practicã, & ſpeculatiuam: ergo impoſſibile eſt iſtas differentias ſimul inueniri in aliqua ſcientia vna. Maior eſt manifeſta: quia ſi differentiæ condiuidentes aliquod commune poſſent ſe compati in aliquo contento ſub communi: tunc idẽ corpus poſſet eſſe corporeum, & incorporeũ, & idem animal ſenſibile, & inſenſibile, & idem homo rationalis, & irrationalis, quę ſunt abſurda. Minor patet, per Auicen. 1. Met. in principio, &. per Cõmentatorem 1. Ethic. cõmẽt. 1. & per Gondiſaluũ de diuiſione ſcientiarum. Item ſequuntur de eodem duo contradictoria, videlicet, extendi, & non extendi, & multa alia inconuenientia, quare &c.

E. Ad argumentum eorum patet, quod minor eſt falſa: ad probationem dico: quod non poteſt ita diſtincte tractari de fine cognito, & de his, quæ ſunt ad finẽ, quin tota illa cognitio eſſet practica intellectui creato: quia illa tota cognitio nata eſt oſtẽdere finem ſub ratione appetibilis, & ea quæ ſũt ad finem ſub ratione ordinis eorum ad finem, vel circa quæcumque poſſet voluntas non directa errare.

Expoſitio 10. art. quæſtionis 5. prologi.

HAbemus præ manibus inter Diuum Thomam, & Scotum, celebrem controuerſiã in præſenti articulo agitatam, quam Doctor ibi reſoluit. Diuus enim Thomas 1. p. q. 1. art. 4. in corpore, inquit, *quod licet in ſcientijs Phyloſophicis alia ſit ſpeculatiua, & alia practicã, ſacra tamen doctrina comprehendit ſub ſe vtramque: ſicut & Deus eadem ſcientia ſe cognoſcit, & ea, quæ facit. Magis tamen eſt ſpeculatiua, quàm practica: quia principa ius agit de rebus diuinis, quàm de actibus humanis.* Et quidem licet in hac vnica concluſione Diuus Thomas, & Gotfredus conueniant, quatenus Gotfredus in quodlibeto 13. quæſt. 1. tenet, quod Theologia eſt ſimul ſpeculatiua, & practica: vtriuſque tamen fundamentum longè diuerſum eſt. Diuus enim Thomas reddens huius concluſionis rationem, inquit quod illa ſcientia, quæ in ſe exiſtens extendit ſe ad cõſiderata in phyſicis diſciplinis, quarũ aliquæ ſunt practicæ, & aliquæ ſpeculatiuæ, ſimul eſt ſpeculatiua, & practica: ſed Theologia ſe extendit ad conſiderata in alijs ſcientijs, quarum aliquæ ſunt ſpeculatiuæ, & alię practicæ: ergo &c. Ex quibus concluditur, ſecundum eius mentem, vnum, & inuariatum habitum (qualem dicit eſſe Theologiam) eſſe inſimul ſpeculatiuum, & practicum. 1. D. Thom. Gotfred.

Gotfredus verò aliter prædictam concluſionẽ probat, ſupponendo, ſcilicet, Theologiam nõ vnicum eſſe habitum 2.

bitũ, ſed plures, quorum aliqui circa praxim aliqui verò circa ſpeculatiuonem verſantur. Propereaque ſecundum aliquam ſui partẽ eſt Theologia practica, & ſecundum aliam, ſpeculatiua. Et profectò, hac admiſſa hypoteſi, Theologiam plures habitus eſſe, conuenientius videtur loqui Gotfredus, dicens reſpectu diuerſorũ ſpeculatiuam inſimul, & practicam eſſe. Sed hęc opinio optimè confutatur in textu, ex eo quod de obiecto Theologiæ, *cum ſit veriſſimum cognoſcibile, nata eſt haberi primo aliqua notitia vere vna.* Vide ibi. Atqui ſemel admiſſo, Theologiam vnicũ eſſe habitum, difficile erit ipſam inſimul formaliter practicam eſſe, & ſpeculatiuam. Quã difficultatem effugientes Thomiſtæ varias invenere prædictę concluſionis interpretationes. Capreolus etenim in quæſt. 2. prologi concluſione 6. intelligit D. Thomã renuiſſe Theologiam eſſe ſecundum quid practicã, & ſimpliciter ſpeculatiuã. Quod confirmatur eiuſdem Angelici Doctoris authoritate in 1. ſententiarum quæſt. 1. prologi art. 3. vbi ſic inquit. *Ita ſcientia, quamuis ſit imperfecta: eſt tamen ſufficiens ad omnem humanam perfectionem, propter efficaciam diuini luminis. Vnde perficit hominem in operatione recta, & quantum ad contemplationem veritatis: nam quantum ad aliquid eſt practica, & quantum ad aliquid eſt ſpeculatiua. Sed quia omnis ſcientia penſanda eſt ex fine: vltimus autem finis huius doctrinæ eſt contẽplatio primæ veritatis in patria: ideo eſt principaliter ſpeculatiua:* quæ verba maximè fauent Capreoli ſententiæ.

Capreolus.

3. *Canus.* Canus attamen 12. de locis theologicis ca. 2. tenet, Theologiam eſſe formaliter ſpeculatiuam, & eminenter practicam. Alij Thomiſtæ, propter dictum inconueniens, ne aſſerant Theologiam (cum idem habitus ſit formaliter) eſſe ſpeculatiuã, & practicam, dicunt, nec ſpeculatiuam, nec practicã eſſe formaliter, ſed eminenter. Veramque quam opinionem tenuit Cayetanus, & alij plures commendant, & ſequuntur 1. par. quæſt. 1. art. 4. Per oppoſitum verò Molina 1. par. quæſt. 1. art. 4. diſp. 2. tenet, facile defendi poſſe ſententiam Diui Thomæ, ſuſtinendo cũ ipſo, Theologiã eſſe vnicum habitum, ipſam inſimul eſſe formaliter practicam, & formaliter ſpeculatiuã: quamuis ipſe ex mente propria oppoſitum eſſe arbitretur, vt videbimus in fra: eodem tamen, eodem fundamento, quo Molina tenet tanquam vt probabile, vt verum tenuit Vazquez 1. par. diſp. 9. cap. 3. Bañez verò, poſtquam ad Diui Thomę ſententiam tuendam plura notauerat, aſſerit Theologiam eſſe per ſe ſpeculatiuam, & per ſe practicam: quamuis ſpeculatiua ut per ſe primo: practica verò per ſe ſecundario. Et deniq; alij Thomiſtę aliter variè D. Thom, ſententiam exponunt: ſed iã ſuppoſito ipſius D. Tho. fundamento, illius quoque expoſitorũ præcipua fundamenta, neceſſum eſt, proponamus, vt ex Scotica litera ea labefectare poſſimus.

Cayetanus *Molina.* *Vazquez.* *Bañez.*

Omiſſis ergo cęterorũ Thomiſtarũ ſententiarum fundamentis, duplicia dumtaxat, quæ ex diametro oppoſita ſunt, & oppoſitis concluſionibus eandem concluſionem Diui Thomæ intendunt probare, adijciam. Supponit igitur Cayetanus plura inconuenientia, quæ ſequentur, ex eo quod idem habitus ſit formaliter ſimul ſpeculatiuus, & practicus: quia tunc ſacra Theologia non eſſet vna ſcientia formaliter, per vnam, & eandem rationem formalem; ſed neceſſario haberet duas rationes formales: & ſic non vnica, ſed duplex ſcientia eſſet. Quo ſuppoſito, diſtinguit inter ſcientiam finitam, & infinitam: & Theologiam, eo quod eſt ſcientia de infinito obiecto, infinitã vocat: & concludit, quod licet ſcientia finita nequeat ſimul eſſe ſpeculatiua, & practica: verumque tamen reperiri non inconuenit in ſciẽtia infinita. Quod probatur à ſimilitudine ſenſuum: ſenſus namque communis non eſt formaliter viſus, nec auditus, ſed altioris ordinis in ſe, eminenter tamen continet facultatẽ percipiendi, & attingendi obiecta à viſu, & auditu percepta. Sic pari ratione, ſunt ſciẽtiæ inferiores (quales omnes finitæ ſunt) quarum quædam ſunt ſpeculatiuæ, quædã vero practicę. Atqui 4.

Fundamẽtum Cayetani.

datus

Digitized by Google

datur alia ſcięntia ordinis altioris, quæ non eſt de ſe formaliter practica, nec formaliter ſpeculatiua, ſed eminenter continet rationem vtriuſque.

5. *Fundam. Vaſquij.* Vazquez vero fretus fundamento Molinæ ex propria mente exiſtimat, Theologiam in ſimul formaliter eſſe practicam, & ſpeculatiuā. Ad cuius intelligentiam prænotat, ſcientiam ab obiecto habere ſpeculationē, aut praxim: ita quod quando reſpicit practicum obiectum, formaliter practica eſt: quādo vero illud reſpicit ſpeculatiuū, eſt formaliter ſpeculatiua. Quia tamen contingit obiectum eſſe ſpeculatiuum, & practicum; contingit quoque ſcientiam eſſe formaliter practicā, & ſpeculatiuam. Quod quidem nullam contradictionem inuoluit: eo quod ratio ſpecifica ab obiecto deſumpta denominat ſcientiam, ſecūdum quod ab ipſa reſpicitur obiectū. Dupliciter vero reſpicitur obiectum â ſcientia: vel etenim reſpicitur adæquate, vel in adæquate: ſi adæquate reſpiciatur ſpeculatiuum, tunc cōtradictio eſt; eandem ſcientiam, quæ adæquate ſpeculatiuum reſpicit, & propterea formaliter ſpeculatiua eſt, inſimul formaliter eſſe practicam, vel ē contra: quia ex adæquato reſpectu ad obiectum ſumitur ſpecifica, & eſſentialis diſtinctio ſcientiæ: at vero, ſi in adæquata ſcientia reſpiciat ſpeculatiuum, ratione cuius etiam formaliter dicetur ſpeculatiua; adhuc in adæquate poterit reſpicere practicum, & ſic etiam formaliter erit practica. Et hæc quidem duplici exemplo confirmat, primum reddit ad idem, quod eſt exēplatum. Ait enim, quod ratio ſpeculatiui adæquate conuenit Metaphyſicę, & ratio practici adæquate conuenit Prudentiæ: & ideo inter eas eſt eſſentialis differentia. At vero vtraque ratio ſimul adæquate, & quælibet eorū ſeorſum inadæquate, conuenit Phyloſophiæ morali, & Theologiæ: & ideo tā Phyloſophia moralis; quàm Theologia, eſt ſimul formaliter ſpeculatiua, & practica,

6. Secundum exemplum eſt de ſenſu communi, & alijs exterioribus ſenſibus: nam viſus, & auditus, diſtinguntur formaliter, & eſſētialiter: eo quod vnus adæquate reſpicit colorem, & alter ſonitum: at vero ſenſus communis, quia inadæquate reſpicit ſonum, & inadæquate reſpicit colorem, non ſufficit eſſentialis diſtinctio talium obiectorum inter ſe ad diſtinguendum duos ſenſus cōmunes. Sic in propoſito: quamuis ſcientiarum, quas comprehēdit, ſeu ad quas eſt diſperſa Theologia, quædam ſint ſpeculatiuæ adæquate, & quædam adæquate practicæ: proptereaque inter ſe ſeorſum conſideratæ eſſentialiter differant: quia tamen Theologia obiectum cuiuslibet inadæquate conſiderat, non ſufficit quælibet ſpecificatio ad diſtinguendum habitum Theologiæ: ſed idem, & inuariatus remanens, eſt formaliter practicus, & ſimul formaliter ſpeculatiuus.

7. His igitur, ac reliquis aduerſariorum non obſtantibus fundamentis, concluſio textualis eſt, quod non poteſt Theologia eſſe ſimul practica, & ſpeculatiua. Sed hæc concluſio (meo videri) intelligi debet de Theologia intellectus creati; vt probant rationes factæ pro ea, non vero de diuina, vt infra in articuli 13. expoſitione patebit. Quam concluſionem, licet ſubtiliter probauiſſet Doctor contra Gotfredum ponentem diuerſos Theologiæ habitus (cuius ſententiæ etiam cō ſentit Molina loco citato ex mente propria, & ex noſtris Guillelmus Rubionis quæſt. 10. prologi concluſ. 4. licet Pater Rada, 1. p. controuerſia, 3. art. 4. credat omnes Scoti diſcipulos in hac concluſione Scotica conuenire: acutius tamen, & efficacius id probat Doctor ipſe contra Diuum Thomam in textu, ex repugnantia duarum differentiarum oppoſitarum cōuenientium vni, & eidem habitui, quā lē D. Thomas cōcedit Theologiā eſſe. Sequūtur Doctorē in hac cōc. Baſſolis in q. 8. prol. art. 1. §. *tertia opinio*, Lychetus q. 5. prol. §. *alia eſt opinio*, Pater Rada citatus, Faber, diſp. 9. prol. cap. 7 & cæteri Scotiſtæ. Quæ cōcluſio probatur a Doctore in textu duplici ratione.

Gotfredus Molina. Rubionis. Rada.

Expoſitio conc. textual.

Baſſolis. Lychetus. Rada. Faber.

ne. Prima efficaciſsima eſt, videlicet, quod quandocumque aliquod commune diuiditur per differentias oppoſitas, impoſsibile eſt, veramque differentiam competere vni ex membris diuidentibus: ſed ſciẽtia in communi primo diuiditur in ſpeculatiuam, & practicam: ergo nequit aliqua ſciẽtia vna in particulari eſſe ſimul ſpeculatiua, & practica. Minor huius ſyllogiſmi eſt Auicennæ, & Comentatoris, vt patet ibidem. Maior eſt euidens: quia ex oppoſito ſequeretur, eandẽ ſubſtãtiã in particulari, quæ eſt v.g. corpus, poſſe eſſe corpoream, & incorporeã: aut idem animal eſſe rationale, & irrationale. Neç cõtra veritatẽ huius maioris obſtari poteſt, quod practicũ, & ſpeculatiuum (vt diximus ſupra in articulo 3.) nõ ſunt differentiæ eſſentiales, ſed accidẽtales, ad modũ, quo proprietates ſpecierũ diuidunt genus: & ideo non repugnat veramque differẽtiã eidẽ ſcientiæ cõuenire poſſe: quia cum propria paſsio identificetur realiter cum ſubiecto, conſequenter eſt idẽ realiter differentiæ ſpeciei, à qua dimanat: & ex conſequenti, non minus repugnat differẽtias oppoſitas (licet eſſentiales non ſint: ſed proprietates ſpecierum) vni ſpeciei cõuenire, quàm ipſas differentias eſſentiales, à quibus tales proprietates dimanant: quia quod eſt alteri realiter idem, neceſſario conuenit, vel diſconuenit ei, cui conuenit, vel diſconuenit ipſum alterum, cui eſt idem. Licet etenim riſibile, & inhibile non ſint differentiæ eſſentiales hominis, & equi: eo tamen quod realiter identificantur cũ ipſis differẽtijs eſſẽtialibus, ſicut eidẽ animali in particulari conuenire non poteſt rationale, & irrationale, itaquoque eidem competere nequit riſibile, & inhibile.

8. Sed quia hæc doctrinã de idẽtitate reali inter paſsionem, & ſubiectũ, forſan negabitur: quia nõ militat in Schola D. Thomæ, ſicut in noſtra: poteſt tamen eadem ratio deduci, ex eo quod eſt in omni Schola vniuerſaliter verũ, proprietatẽ radicaliter eſſe ipſam eſſentialem differentiã. Vt de ſicut deducitur, non poſſe duas oppoſitas eſſentiales differentias eidẽ ſpeciei cõpetere, ob incompoſsibilitatem earũ in vno: ſic deducitur, nec duas oppoſitas proprietates, quæ à talibus differẽtijs, tanquã a radicibus manãt, eidem ſpeciei inuariatæ conuenire poſſe: quia à negatione cauſæ præciſæ, & neceſſariæ negatur effectus: ergo à negatione differẽtiæ eſſentialis, quæ eſt radix, & cauſa præciſa, & neceſſaria paſſionis, negatur quoq; paſsio illius: ſed negatur, poſſe oppoſitas differẽtias eſſentiales conuenire eidẽ ſcientiæ: ergo neceſſario negandum eſt, poſſe cõuenire ſpeculatiuũ, & practicũ eidem ſcientiæ: cùm ſint proprietates oppoſitæ ab eiſdem differentijs eſſentialibus dimanantes.

9. Secũda ratio textualis procedit ex repugnantia duarũ contradictoriarũ, quæ verificarẽtur de eodẽ habitu: practicũ etenim, & ſpeculatiuũ, proculdubio contradictorie opponũtur: practicũ enim importat illã duplicem relationẽ aptitudinalẽ, vt patuit in art. 2. Speculatiuum autẽ ipſius duplicis relationis negationẽ includit. Sed affirmatio, & negatio eiuſdẽ de eodem ſunt cõtradictoriæ: ergo &c. Hãc eandem incõpoſsibilitatẽ probat Baſſolis: quia ex oppoſito ſequeretur, ꝙ tunc Theologia eadẽ exiſtẽs in ſe eſſet practica de ſpeculabilibus, ſicut de agibilibus, & ſpeculatiua de practicis: & ſic daretur ſciẽtia ſpeculatiua de obiecto practico, & practica de obiecto ſpeculatiuo: quod eſt abſurdũ. Quã ſequellã probat: quia vna ipſa in ſe exiſtens nõ ſolum eſt alterius, ſed amborum.

10. Exẽplum autem, quo vtitur D. Thomas de Dei ſciẽtia, quatenus ſcilicet, eſt eadem, qua Deus ſe cognoſcit, & cætera, quæ facit, non videtur ad rem; nec aliquid concludere in Theologia noſtra: quia, eſto, quòd ipſa eſſet ſimul ſpeculatiua, & practica (de quo dicitur in art. 13. infra) hoc nõ eſſet, quia eadẽ ſciẽtia cognoſcit Deus ſe ipſum, & creaturas, ita vt pro ea parte, qua ſe ipſum cognoſcit, ſpeculatiua ſit, pro ea verò, qua creaturas conſiderat, ſit practica: quia & in ipſomet Deo poteſt reperiri aliqualiter ratio praxis (vt infra videbitur) & in creaturis

Solutio argumenti & fundamenti D. Tho.

ris obiectum ſpeculabile: & conſequenter etiam eſſe reſpectu Dei practica, & reſpectu creaturarum ſpeculatiua. Sed eſto quod ex hoc (vt Diuus Thomas voluit, ſecundum quod Thomiſtæ exponunt, & ſequitur ex contextu illius) Dei ſcientia eſſet ſimul ſpeculatiua, & practica: hoc profecto non eſſet, niſi quia Dei ſcientia in ſe ipſa infinita, & illimitata eſt: ac proinde ſibi cōpetere poſſent ea, quæ habitus finitos, & limitatos diuidunt: & ideo ſpeculatiuum, & practicum, ſibi poſſent competere. At non ex inde infertur Theologiam noſtram ſimul poſſe eſſe ſpeculatiuam, & practicā, cum ſit habitus limitatus, & neceſſario in aliquo limitato genere, & ſpecie conſtitutus. Quod tandem Diuus Thomas aſſerit magis eſſe ſpeculatiuam, quam practicam, non probat firma ratione: ait enim, quod eo quod principalius de diuinis, quam de actibus humanis pertractat; ideo eſt magis ſpeculatiua, quam practica. Sed in hoc Angelicus Doctor aſſumit probādum: non eſt etenim certum, eo quod de rebus diuinis agit, eſſe ſpeculatiuā: de eo namque principalius agit, ad quod principalius ordinatur: ſed illud, ad quod principalius ordinatur Theologia, eſt beatitudo: beatitudo autē principalius in fruitione, & dilectione voluntatis, quā in viſione intellectus conſiſtit (vt alibi proprio loco patebit:) ergo Theologia principalius ordinatur ad fruitionem, quam ad viſionem: quia viſio ipſa ordinatur ad fruitionem: ergo Theologia ordinata ad viſionem finaliter ordinatur ad fruitionem: ergo ex fine illo, qui eſt viſio, non debet dici Theologia ſcientia ſpeculatiua, ſed potius ex vltimo fine, qui eſt fruitio (loquor hîc de vltimo fine formali, non vero de obiectiuo) eſt practica: & ideò principalius diceretur practica, quam ſpeculatiua. Conſequentia patet: quia intellectus (vt dictum eſt in articulo primo) ex ordine ad praxim fit practicus: & ſimiliter ſcientia, vt patuit ex articulo 4. Sed praxis eſt ipſa volitio, & dilectio voluntatis, vt patuit ibidē: ergo &c. Cōcluditur igitur pro concluſione textuali, Theologiam non poſſe ſimul eſſe ſpeculatiuam, & practicām.

Sed quid contra fundamentum Caietani? Contra ipſum arguam primo, 11.
Triplex impugnatio ſententiæ Caietani.
inſufficientiam differentiæ Theologiæ noſtræ ab alijs ſcientijs per finitū, & infinitum improbando, et ſecundo, illam eminentialem continentiam oppoſitarum differentiarum ad impoſſibile reducendo, ac tandem tertio, exemplum de ſenſu communi, & exterioribus confutando. Et primo, ſuppono aliud eſſe loqui de ſcientia infinita in ſe, qualis eſt Theologia Dei, & aliud eſt loqui de ſcientia infinita obiectiue, qualis eſt Theologia noſtra. Et ſuppoſito quod hic non loquatur Caietanus de Theologia Dei (de qua procedit diuerſa ratio) ſequitur non loqui ibi de ſcientia infinita in ſe, ſed de ſcientia infinita ex obiecto. Quod autem non loquatur de Theologia Dei, ſed de noſtra, patet: quia loquitur ibi ad mentem Diui Thomæ, vt ipſum exponit: Diuus autem Thomas ponit exemplum in Theologia Dei: ergo exemplificatum, nempe, Theologia, de qua loquitur, non eſt Theologia Dei, ſed noſtra: quia exemplum diuerſum eſſe debet ab exemplificato. Hoc igitur ſuppoſito, ſic cōtra Caietanū oſtēdo huius diſparitatis, ſeu differentiæ inſufficiētiā: nā ſpecificatio ab obiecto infinito nō extrahit Theologiā à ratione habitus finiti, & limitati: quia eo quod illi extrinſeca eſt, nō reddit habitū, ſeu ſciētiā, qualitatē infinitam in genere entis: ſed vna, & indiuiſa qualitas finita, & limitata nequit cōſtitui à duabus differentijs contradictorie oppoſitis, quales ſunt ſpeculatiuū, & practicū (vt viſum eſt ſupra:) ergo nec Theologia, eo quod eſt infinita ſcientia ex obiecto, poterit ſimul eſſe ſpeculatiua, & practica.

Si attamen veles ibi intelligēdū eſſe 12.
de Theologia ſecūdū ſe, prout etiam extēditur ad Theologiā Dei, & vt ſic entitatiue infinitā eſſe defendas; ob id que illā dicas ſpeculatiuā, & practicā: vltra quod hęc intelligētia improbata eſt, & cōſtat nō eſſe ad mētē D. Thomę illam tamen, eſto quod admittatur, ſic impugno: & ad hominem ſic argumentor.

Digitized by Google

mentor. Quia ſecũdum Cayetanum
& cæteros fere aduerſarios, ſcientia
primo diuiditur per finitã & infinitã:
& rurſus finita ſciẽtia diuiditur in ſpe
culatiuã, & practicam, tanquã per pri
mas ſui differẽtias: tu.ac ſic, practicũ,
& ſpeculatiuũ ſunt differentiæ cõue-
nientes ſcientiæ finitæ, prout iã ab in
finita eſt diuiſa, & condiſtincta: ergo
neutrum eorũ poteſt cõpetere ſcientię
infinitæ. Cõſequentia eſt manifeſta:
quia rationale, aut inhibile, nó poteſt
cõpetere viuẽti inſenſibili, quia ſunt
differentiæ conueniẽtes viuenti ſenſi
bili, prout iam ab inſenſibili cõdiſtin-
cto: & à negatione generis, neceſſario
negatur ſpecies: quia valet nõ eſt ani
mal: ergo nõ eſt homo, neq; equs &c.
ergo ſimiliter in propoſito, practicũ,
& ſpeculatiuũ, quæ ſunt differentiæ
ſcientiæ finitæ, prout ab infinita cõdi
ſtinctæ, nequeũt conuenire ſcientiæ
infinitæ.

Porrò neq; eminenter poſſe conce
13. di, Theologiã ſpeculatiuã eſſe, & pra-
cticã, cõtra Cayetanũ ſic probo: quia
ꝙ repugnat alicui formaliter in eſſe,
etiã ſibi eminẽter repugnat in eſſe: ſed
repugnat eũdẽ habitũ formaliter eſſe
ſpeculatiuũ, & practicũ: ergo repug-
nat ſimul practicũ, & ſpeculatiuũ
eſſe eminenter. Minor probabitur in
fra cõtra fundamentũ Molinæ, & Vaſ
quij. Maiorem vero nũc probo dupli
ci medio: primo, quia quodcũque ens
cõpletum in particulari neceſſario de
bet formaliter eſſe ſub aliqua ex diffe
rentijs adæquate diuidentibus ſuũ ſu
perius commune: ſed practicũ & ſpecu
latiuũ ſunt differentiæ adæquatæ diui
dentes ſciẽtiam in cõmuni, vt patuit
in textu ex Auicena, & Cõmẽtatore:
ergo neceſſario quęcumq; ſcientia in
particulari, cũ ſit ens cõpletum, de-
bet formaliter eſſe, vel ſpeculatiua,
vel practica: ſed nulli ſcientiæ forma
liter practicæ poteſt conuenire emi-
nẽter eſſe ſpeculatiuã, nec formaliter
ſpeculatiuæ poteſt cõpetere eſſe emi
nenter practicã: ergo &c. Minor pro-
batur: quia vnũ contradictorium nõ
poteſt eminenter cõpetere alteri con
tradictorio: quia tunc deſtrueret eius
formalitatẽ: non enim homini, qui eſt
formaliter rationalis, poteſt cõpetere
eminenter eſſe irrationalẽ: quia irra-
tionale non ſolũ formaliter, ſed etiã
eminẽter, repugnat rationali, eo quod
tunc eminenter cõtẽtũ negaret for
malitatem continẽtis: quod ab omni
Phyloſophia alienum eſt. Sed ſpecu-
latiuum & practicum ſunt duo cõtra
dictoria, vt dicit litera textualis, & in-
fra ex impugnatione fundamẽti Vaſ-
quij amplius pateſiet: ergo &c.

Secundum mediũ eſt etiam admit- 14.
tendo, quod poſsit aliqua ſciẽtia nec
eſſe formaliter ſpeculatiua, nec pra-
ctica: hoc enim gratia diſputandi ad-
miſſo, ſic argumentor. Eminẽtialis cõ
tinentia duo importat, ſcilicet, nega-
tionẽ formalitatis illius, quod conti-
netur, & poſitionẽ alterius formali-
tatis, ſecundũ quã continens ęquipol
let cõtẽto, & ipſum longê perfectius
excedit, & eminẽtiori modo cõtinet.
Sic dicimus v.g. diuinã eſſentiam emi
nenter cõtinere quãlibet creaturam,
vt pote, lapidẽ, quia & dicit negatio-
nem formalitatis lapidis (Deus enim
non eſt formaliter lapis) & dicit poſi
tionẽ Deitatis, quæ eo quod infinita
eſt, perfectiſsimo modo eſt omnia, qua
tenus eminentiori modo cõtinet per
fectionem lapidis, & omnium creatu-
rarum (de qua continẽtia nõ nihil di-
ctum eſt in q. 3. huius prologi art. 1. &
8. in cõmẽtarijs noſtris, & dicetur am
plius infra proprio locu) & ideo ob
hanc infinitatẽ continet eminẽter di-
uina eſſentia animal rationale, & irra
tionale, & ſimilia, quæ contradictorie
opponuntur. Sed Theologia noſtra
nec dicit negationẽ hãc formalitatis,
ſiquidem vere ſpeculatur ſecundum
D. Thomã in citato articulo, & verè
practicat: neque importat poſitionẽ
alicuius formalitatis, quæ ęquipolleat
ſpeculationi, & praxi, & ipſas exce-
dat: quia huiuſmodi formalitas infini
ta deberet eſſe: Theologia autem nul-
lam formalitatẽ infinitam habet, ſed
tantum extrinſecam ab obiecto, vt ſu
pradictũ eſt: ergo nequit ſibi hęc emi-
nentialis continentia contradictorio
rum competere.

Exemplum tandem Cayetani faci 15. *Deletur exemplum Cayetani.*
limo negotio infirmari poterit: quia
eſto, quod eodemmodo ſe haberet
Theologia ad ſcientiã ſpeculatiuã, &

X practi-

practicā, ſicut ſenſus cōmunis ad ſen-
ſus exteriores; quod eſt aperte fal-
ſum: quia Theologia nō eſt ſcientia ſu
perior ad alias ſciētias ordine vniuer-
ſalitatis, ſed vna peculiaris ſpecies
ſciētiæ generice ſumpta, ſicut Meta-
phyſica: ſenſus vero cōmunis ſupe-
rior eſt ad exteriores; & præterea ope
ratio ſenſus cōmunis nō eſt eminēter
cæteræ operationes ſenſuum exterio
rum, ſed fortan formaliter percipit,
quid quid quilibet exterior ſenſus per
cipit (quod hic non concul co) eſto er
go, quod eodem modo ſe haberet, & ſi
mile teneret in omnibus, nihil adhuc
propterea in propoſito probat: nā ſen
ſus cōmunis continet eminenter ope
rationes inter ſe diſparatas quinque
ſenſuum ſubordinatorū ſibi: non ve-
ro continet eminenter aliquas ope-
rationes cōtradictorie oppoſitas: quia
videre, & audire, & cęterę ſenſuū ope
rationes nullatenus, niſi diſparate op
ponuntur. Ex hoc ergo tantū conclu-
deret, Theologiam poſſe eminēter cō
tinere differētias diſparatas cæterarū
ſcientiarum: atqui practicū, & ſpecu-
latiuū, non diſparate, ſed contradicto
rie opponuntur: & ideo nec etiā emi-
nenter poſſunt eidem habitui Theo-
logiæ conuenire.

16. Demum contra Vaſquij fundamē-
tū ex dictis erit facilior impugnatio.
Suppoſito etenim quod ex cōfutatio-
ne exempli de ſenſu cōmuni, & exte-
rioribus, cōtra Cayetanum, eius fun-
damentū iā ruit, conſequenter cōtra
Vaſquiū patet ruere ipſius machinæ
fundamētū. Sed contra illud, quod di
ſtinguit de obiecto adæquate, aut ina
dæquate conſiderato, ex hoc conclu-
dit, poſſe eundē habitum eſſe formali
ter practicū, & formaliter ſimul ſpe-
culatiuum: vtrū que, ſcilicet, & cōclu
ſionē, & fundamentum illius impug-
no: & primo concluſionē ſic: quoniā
duo contradictoria nequeūt formali-
ter conuenire eidē enti reali, ſub vni-
ca determinata ſpecie conſtituto: ſed
Theologia eſt vnus, & idē habitus, &
vnū ens reale, ſub vnica determinata
ſpecie cōſtitutū: ergo duo cōtradicto
ria nequeunt ei formaliter cōuenire.
Sed ſpeculatiuum, & practicum ſunt
duo prædicata cōtradictoria: ergo ne

Impugnatio fundamenti ſententiæ Vaſquij.

queunt eidē Theologiæ conuenire,
nec Theologia poterit formaliter ſi-
mul eſſe ſpeculatiua, & practica. Diſ
curſus prior legitimus eſt, ſed pro ſyl
logiſmi minorem probo: nā practicū
dicit illam duplicem aptitudinē prio
ritatis, & cōformitatis (vt ſupra art. 2.
viſum eſt) hanc autem duplicem ap-
titudinē negat ſpeculatiuum: ſed prę
dicata, quorum vnū negat, quod alte-
rum affirmat, reſpectu eiuſdem ſubie
cti ſunt contradictoria: ergo practicū,
& ſpeculatiuum ſunt contradictoria;
& ex conſequenti nequeunt ambo ei
dem habitui Theologię formaliter cō
uenire. Quod argumentū Scoticū effi
caciſſimum eſt, præſertim contra Vaſ
quium, qui non habet effugium de cō
tinentia eminētiali, ſicut Cayetanus,
cùm vtrumque formaliter Theologię
competere proteruiat, contra quē op
time militat prima ratio textualis ſu-
pra poſita num. 4. Nec obſtat ſolutio
de adæquate, & in adæquate reſpice-
re, quod erat Vaſquij fundamentum,
vt patet ex eis, quæ dicta ſunt de exē-
plo ſenſus cōmunis, & exteriorum: nā
ſtat ſenſus exteriores ad diuerſa diſpa
rata obiecta terminari, & ipſa adæqua
te reſpicere, & tamen ſenſum cōmu-
nem adæquate reſpicere omnia ſimul
obiecta exteriorum ſenſuum, inadæ-
quate tamen vnum quodque reſpice-
re ex ſubordinatione talium ſenſuum
ad ſe. Atqui ſi talia obiecta interſe cō-
tradictorie eſſent oppoſita, nullate-
nus poſſent ab eadem potentia ſimul,
etiam inadæquate reſpici: quia igitur
(vt ſæpe dictum eſt) practicū, & ſpe-
culatiuum, non diſparate, ſed contra
dictorie opponuntur, hinc eſt, quod
neque etiam in adæquate poſſunt ab
eodem habitu reſpici.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm Theologia ſit pratica?

AD vndecimū ſic procedi- A
tur, videtur, quod Theo-
logia non ſit practica, ſed
ſpeculatiua, aut contemplatiua.
Et pro primo arguitur Ioan. 20.
hæc autem ſcripta ſunt, vt creda

tis.

tis: ſed credere eſt ſpeculatiuū: quia ei ſuccedit viſio: ergo &c.

Secūdo præterea, practica ponitur eſſe circa cōtingēs 3. de anima, & 1. Eth. in prohæmio: ſed obiectū huius ſcientiæ non eſt cōtingēs, ſed neceſſarium ergo &c.

B *text. co. 49 & 51.*

Tertio p ręterea, Boetius de Trinit. aſsignat tres partes ſpeculatiuæ, quarum vna eſt Theologia ſecundū eum. Et quod loquatur de iſta, videtur: quia ſubdit ibi de ſubiecto illius, quod ſubiectum eius eſt prima ſubſtātia, de qua dicit, quod ſubſtātia Dei materia caret.

C *lib. 1. ca. 2.*

Quarto præterea, omni practica aliqua ſpeculatiua eſt nobilior: nulla autē eſt nobilior iſta: ergo &c. Probatio primæ: tum, quia ſpeculatiua eſt ſui gratia: practica verò gratia vſus: tū quia ſpeculatiua eſt certior 1. Metap.

D

Quinto præterea, hæc inuēta eſt omnibus neceſſarijs exiſtentibus propter fugā ignorantiæ, quod apparet: quia ſolicitudo circa neceſſaria impedit ab inquiſitione huius doctrinæ: ergo ipſa eſt ſpeculatiua: ſic enim arguit Phyloſ. 1. Metaph. quod Metaphyſica eſt ſpeculatiua.

E

Sexto præterea, probatur Theologiā eſſe contemplatiuā, quod dicit alia via, pro qua adducitur Auguſt. 12. de Trinit. c. 14. vbi vult, ꝙ ſapiētia eſt reſpectu cōtēplationis, ſciētia vero reſpectu actionis. Cum igitur Theologia ſit propriē ſapientia, & non

F

ſcientia, ipſa nō erit practica, ſed contemplatiua.

Sed cōtra eſt: quia ad Rom. 13 dicitur, ꝙ finis legis eſt dilectio. Itē Matth. 22 in his duobus pręceptis tota lex pendet, & prophetę. Itē Auguſ. de laude charitatis, ille tenet, quid quid latet, & quid quid patet in diuinis ſermonib⁹, qui charitatē ſeruat in moribus. Hæ autē authoritates probāt, ꝙ iſta ſcientia nō eſt præciſe propter ſpeculari: ſpeculatiua autem, vltra ſpeculari, nihil requirit ſecundum Auicē. 1. Metaph.

G

Reſpondeo dicēdum: *quod ſuper ſunt in hoc articulo aliæ duæ viæ, vltra eas, quæ in precedentibus poſitæ ſunt, & ſic* vna via dicit Theologiā eſſe affectiuā. Quod bene intelligi poteſt, ſi affectiua ponatur eſſe quædā practica. Si autē affectiua ponatur tertiū mēbrū diſtinctū cōtra practicū, & ſpeculatiuū, ſic eſt cōtradicta in primo articulo, vbi oſtēſum eſt dilectionem eſſe verā praxim, & etiā cōtra authoritates multas, quæ ſentiunt præciſe ſcientias diſtingui in ſpeculatiuam, & practicā, & nullum eſſe tertium membrum. Alia via dicit Theologiam eſſe contemplatiuam.

H *opin. D. Bonauent. li. 1. in prolo go. q. 3.*

opin. Varronis lib. 1 q. 4.

Ad queſtionē igitur reſpōdeo quod cùm actus voluntatis elicitus ſit veriſsimē praxis, etiā ſi nō cōcomitetur aliquis actus imperatus, vt patet ex primo articulo, & extēſio cognitionis practicæ conſiſtat in conformitate ad

I

praxim,& prioritate aptitudinali(hoc habetur ex ſecũdo articulo)ſequitur,quod illa eſt cognitio practica, quę eſt aptitudinaliter conformis volitioni rectæ,& naturaliter prior ipſa. *Concluſ.* Sed tota Theologia neceſſaria in intellectu creato eſt ſic cõformis actui voluntatis creatæ,& prior ea: ergo &c. Probatio minoris: quia primũ ſubiectũ Theologiæ eſt virtualiter cõforme volitioni rectæ: quia a ratione eius ſumũtur principia prima rectitudinis in volitione: ipſum etiã determinat intellectũ creatũ ad notiã rectitudinis determinatæ ipſius praxis, quo ad omnia theologicalia neceſſaria, prius naturaliter, quã aliqua volũtas creata velit: aliàs nõ eſſet neceſſaria: ergo ex primo ſubiecto ſequitur tã cõformitas, quã prioritas Theologiæ ad volitionem: & ita extẽſio ad praxim, à qua extenſione ipſa cognitio dicenda ſit practica. Confirmatur ratio ipſa: quia cũ primum ſubiectũ Theologiæ ſit vltimus finis, & principia in intellectu creato ſumpta à fine vltimo ſint principia practica: igitur principia Theologiæ ſunt practica: ergo & concluſiones ſunt practicæ.

K Ad primũ argumentũ reſpõdeo: quod fides non eſt habitus ſpeculatiuus, nec credere eſt act' ſpeculatiuus: nec viſio ſequens credere eſt viſio ſpeculatiua, ſed practica: nata eſt enim iſta viſio cõformis eſſe fruitioni, & prius naturaliter haberi in intellectu creato, vt fruitio recta illi cõformiter eliciatur.

L Ad ſecundum dico: quod contingẽs, circa quod eſt ſciẽtia practica, eſt finis, vel ens ad finẽ: in agibilibus autẽ actio eſt finis vltimus ſecũdum Phyloſophum 6. Ethic. ergo contingẽtia actionis ſufficit ad ſcientiam practicã; vel obiectum ſcientiæ practicæ. *Ca. 3. & 4. Polit. cap. 2. & 5. Meth. text. co. 15.*

M Ad tertiũ quod Boetius intelligit per Theologiã, Metaphyſicam: & quod dicit de ſubſtantia Dei, dico: quod Deus conſideratur in illa ſcientia, quantum poſsibile eſt ipſum conſiderari in ſciẽtijs acquiſitis.

N Ad quartum dico: quod nobilitatis eſt inferiori attingere ſuũ ſuperius ſecundũ Phyloſophum 7. Polit. vnde ſenſitiua hominis eſt nobilior, quia ordinatur ad intellectiuã, quã ſenſitiua bruti: nobilitatis igitur eſt in ſciẽtia ordinari ad actũ nobilioris potentię. *Ca. 14. vel 9.* Sed Phyloſophus non ponit aliquam ſcientiam eſſe conformẽ praxi volũtatis circa finem, quia non ponit voluntatem circa finẽ habere praxim, ſed quãdã motionẽ ſimplicẽ naturalẽ: ideo nullã poſuit poſſe eſſe nobiliorẽ per cõformitatẽ ad finẽ: ſi tamen poſuiſſet aliquã praxim circa finẽ, nõ negaſſet (vt videtur) ſcientiã practicã reſpectu ipſi' praxis eſſe nobiliorẽ ſpeculatiua ſciẽtia circa idẽ, puta, ſi aliqua eſſet ſpeculatiua circa illa, circa quę eſt ſciẽtia mora-

moralis, non diceret, iſtam ſpeculatiuã eſſe nobiliorem morali ſcientia. Nos autem ponimus eſſe veram praxim circa finem, cui nata eſt eſſe cognitio confor mis; & ideo ponimus cognitionem practicam circa finem nobiliorẽ eſſe omni ſpeculatiua. Igitur prima propoſitio rationis, quę videtur poſſe ſumi ex primo Metaph. quãuis eã expreſſe non dicit Phyloſophus, neganda eſt.

O Ad primã probationẽ eius dico: quod ſciẽtia illa eſt nobilior, quæ eſt ſui gratia, quàm quæ eſt gratia alicuius actus inferioris ſe. Quælibet autem ſcientia, quã ipſe poſuit practicam, eſt gratia alicuius inferioris ſe, quàm ſit cõſideratio ſpeculatiua: quia ſaltẽ circa obiectum aliquod inferius, quàm quod ponit eſſe obiectum ſpeculatiuę: & ideo quęlibet practica, quã ipſe ponit, eſt nobilior aliqua ſpeculatiua. Quæ autem eſt gratia alterius actus nobilioris ſuo proprio actu, nõ eſt ignobilior propter talem ordinem. Tunc enim ſenſitiua noſtra eſſet ignobilior ſenſitiua bruti. Ad ſecundam probationem propoſitionis negatæ, cũ dicitur de certitudine, dico: quod quęlibet cognitio ſcientifica reſpectu ſui obiecti eſt æque certa ſecundum proportionem, quia vtraque reſoluitur in ſua principia immediata: ſed non æque certa ſecundum quantitatem: qui a hæc ſunt cognoſcibilia certiora illis, ſicut obiecta, de quibus ponit Phyloſophus ſcientias practicas, ſunt minus perfecte cognoſcibilia in ſe, quam de quibus ponit aliquàm ſpeculatiuam: ideo aliqua ſpeculatiua ſecundum Phyloſophum ponitur certior omni practica ſecundum quãtitatem. Nos autem ponimus cognoſcibile operabile; hoc eſt attingibile per operationem, quæ eſt verè praxis, in ſe eſſe magis cognoſcibile: & ideo ponimus ſcientiam de ipſo nec ſecundum quantitatem certitudinis, ſicut nec ſecundum proportionem ab aliqua alia excedi.

Ad quintum argumentum, *ſcilicet*, ad aliam rationem de neceſſarijs exiſtentibus, dico; quod hæc non eſt inuenta propter neceſſaria intrinſeca, ſcilicet, moderantiam paſsionum, & operationum, ſicut moralis ſcientia (ſi eſſet inuenta omnibus neceſſarijs extrinceſis habitis) non minus eſſet practica. Non eſt autem hæc inuenta ad fugam ignorantiæ: quia multa plura ſcibilia poſſent poni, vel tradi in tanta quantitate doctrinæ, quàm hîc tradita ſint. Sed hæc eadem replicantur frequenter, vt efficacius inducatur auditor ad operationem eorum, quæ ibi perſuadentur. P

Q. Ad ſextum reſpondeo: quod Auguſt. 12. de Trinitat. ca. 4. dicit, quod illę duæ portiones animæ ſuperior, & inferior, non diſtinguũtur, niſi penes officia: & in vtraque, tam ſuperiori, quam inferiori, eſt Trinitas: in ſuperiori autem imago Trinitatis increatæ: & tamen ſola ſuperior portio eſt comtemplatiua: quia reſpicit æterna: igitur iſta contemplatio, de qua loquitur, non determinatur ad ſpeculationem intra genus ſcientiæ. Continet enim illud contemplatiuum, memoriam, intelligentiam, & voluntatem: & ita in contemplatiuo illo poteſt eſſe extenſio extra genus ſcientiæ, ſicut poteſt eſſe in actiuo, hoc eſt in portione inferiori reſpiciente tẽporalia, quæ etiam habet Trinitatem. Si igitur iſta eſt contemplatiua, vt loquitur ibi Auguſtin. non prohibetur propter hoc eſſe practica, ſi extenditur ad praxim, in portione ſuperiori.

Expoſitio 11. articuli quæſtionis 5. Prologi.

1\. DVAS refert ſententias Doctor in litera huius articuli, quarum prima eſt ſancti patris noſtri Bonauenturæ in prologo quæſt. 3. Secunda autem Varronis libr. 1. quæſt. 4. quæ potius ambæ nomine, quàm re differunt *D. Bonau.* *Varronis.* ab alijs, quæ docent Theologiam, vel eſſe ſpeculatiuam, vel practicam. Seraphicus etenim Doctor docet Theologiam eſſe affectiuam, & reuera, hoc idem eſt, ac ſi dicat, eſſe practicam, quod etiam Scotus in textu conſentit, vt patet ibi: *quod bene intelligi poteſt ſi affectiua ponatur eſſe quædam practica.* *Sententia Scoti ſumpta eſt ex D. Bonauent.* Pro eodem ergo intelligenda eſt affectiua, & practica. Sic pater Rada 1. part. controuer. 3. artic. 4. Vazquez 1. part. diſput. 8. nu. 6. & ita in hoc procul dubio Doctoris Seraphici ſententiam ſequutus eſt noſter ſubtilis, licet nomine differat. *Rada.* *Vazquez.* Guillelmus verò Varronis Theologiam contemplatiuam vocauit, & hoc (niſi fallor) idem eſt, quod ipſam ſpeculatiuam aſſerere: ac proinde de his duabus ſententijs non eſt agendum ſeorſum, ſed hanc poſteriorem, in ſimul cum aduerſaria improbare, & illam priorem, quaſi pro textuali amplecti. Procedit igitur hic articulus de Theologia, tam noſtra, quam beatorum, vt patet ex concluſione textuali ibi: *tota Theologia neceſſaria in intellectu creato eſt ſic cõformis actui voluntatis creatæ, & prior ea.* In qua diſtincte de intellectu creato loquitur, ſub quo comprehendere conſtat vtrumque, viatoris, ſcilicet, & comprehenſoris. Sic intelligit Lychetus quæſt. 5. prologi §. *dico primo, quod hic Doctor.* Et exponendo Doctorem tenet Rubionis quæſt. 10. prologi concluſ. 3. quod Theologia omnis beatorum eſt eiuſdem rationis cum Theologia viatorum, nõ ſimpliciter, ſed quantum ad practicum, & ſpeculatiuum: quod late probat ibidem. *Lychetus.* *Rubionis.* Sed contra hoc immerito eſt Baſſolis, dicens, quod de Theologia beatorum idem dicendum eſt, quod de Theologia Dei, quam tenet eſſe ſpeculatiuã (vt infra articul. 13. videbitur) quod quidem tenet Baſſolis queſtion. 8. prologi artic. 2. *Baſſolis.* Cuius ratio eſt: quia ipſa non eſt directiua alicuius praxis, vel operationis alicuius, vel operationis ex appetitu aliquo finis prioris, qui ſit vere, & formaliter praxis. Sed de hoc infra, illico etenim oſtendimus vere dirigere ad praxim.

Rurſus

Bruleſer. Rada. Faber.

Rurſus ex eadẽ litera textuali habetur procedere ibi de Theologia neceſſariorum; non vero de Theologia contingentium: de iſta etenim diſputat Doctor infra artic. 14. Theologiã igitur ſic conſideratam concludit Doctor in textu ſimpliciter practicã eſſe. Sequuntur Doctorẽ Bruleſer quæſt. 2. prologi in fine, Lychetus citatus, Mairenis queſt. 14. prologi: Rubionis vbi ſupra, pater Rada 1. part. controu. 3. art. 4. Faber in prologo, diſput. 9. c. 8. & cæteri veteres, ac recẽtiores Scotiſtæ. Item de Theologia viatorum expreſſe tenet Baſſolis vbi ſupra, licet cum certa limitatione, quã illico improbabo: ait enim Theologiam viatorum duplicem eſſe: nam vel eſt abſtractiua viatoribus poſsibilis, vel illa, quam habent de facto. Prima (inquit) videtur eſſe ſpeculatiua: de ſecunda autem hęc ait: *dico de hoc, ſicut ad præſens mihi videtur, quod ipſa ſecundum ſe totam, & quamlibet ſui partem, licet in ſe aggreget plures habitus partiales, practica eſt.*

2. Vt autem Scotica concluſio explanetur, oportet eius potiſsimum fundamentum eſſe ſumendum ex ordine actuum potentiarum, voluntatis, ſcilicet, & intellectus, inter ſe quoad dependentiam vnius ad alterum, recolẽdo, quæ dicta ſunt diſperſè in articulis præcedentibus. Suppoſito etenim ex primo articulo huius quæſtionis, intellectum fieri practicum per extẽſionem ad praxim, & praxim formaliter eſſe actum elicitum à voluntate, & rationem praxis in tali actu voluntatis conſiſtere in illa duplici relatione aptitudinali, ſcilicet, poſterioritatis, qua talis actus voluntatis eſt naturaliter poſterior intellectione, & conformitatis, qua eſt natus elici conformiter tali intellectioni, quæ eſt recta ratio directiua, vt habetur ex articulo ſecundo: & habeamus ex art. 4. ab eodem eſſe habitum ſcientiæ, & intellectum, practicos: & ex art. 5. & 6. conſtet, talem habitum dici practicũ, ſeu ſpeculatiuum per ordinẽ ad obiectum: vel etiam per ordinem ad finẽ, prout habet rationem obiecti: & ex quæſt. 3. art. 4. cõſtet etiam, Deum habere rationem obiecti adæquati Theologiæ, & inſimul eſſe finem illius: neceſſario, vt propoſitam concluſionẽ exponamus, inueſtigare debemus; an habitus Theologiæ, ſecundum ſe totum, & quamlibet ſui partem (vt dixit Baſſolis) ſit directiuus operationis volũtatis, ad hoc vt tendat in Deum, tanquam in vltimum finem, & ipſum finem vltimum reſpiciat, tanquã obiectum: aut etiam dirigat actum voluntatis in electionem mediorũ quę ſunt ad talem finem conſequendum ordinata? Ex hoc nãque quod Theologia ſit habitus directiuus, proculdubio (iuxta ea, quæ ſæpe tradidimus) abſolutè & ſimpliciter practica erit.

Demum, antequam de Theologia beatorum id aſſeramus, & Baſſolem ex ſua propria doctrina cõuincamus, erit prius agendum de Theologia viatorum, ad cuius intelligentiam ſummopere diſplicet Baſſolis aſsignata diuiſio, quæ in primis impugnanda eſt ex eius fundamento. 3. *Impugnatio diuiſionis aſsignatæ à Baſſole.* Ratio enim, ob quã ait, Theologiam viatoribus poſsibilem, vt pote abſtractiuam, ſpeculatiuam eſſe ea (inquit) eſt: quia cũ illa nõ ſit in poteſtate hominis, ſed à Deo infunditur, non videtur, quod ex appetitu finis ſit directiua operationis, vel praxis: quia appetitus finis debet eſſe primum motiuum intellectus, vt iſtam notitiam Theologiæ directiuã acquirat. In qua ratione duo ſupponit Baſſolis, primum eſt, non poſſe dari Theologiã abſtractam à directione finis, niſi ſit de ſuper infuſa: quia quæcumque acquiſita debet neceſſario eſſe ex appetitu, & deſiderio finis. Secũdum eſt, ſcientiam ideo eſſe practicã, quia ad ſui acquiſitionem prius deſiderium, & appetitus finis mouet. Sed reuera vtrũque plane falſum eſt: primum ex ſecundo patebit. Secundum igitur facile oſtenditur: quia habitus non eſt practicus, niſi quia directiuus ad praxim, nõ tamẽ, quia imperatus à praxi. hoc expono in actu intellectus. Aliud eſt enim actũ intellectus eſſe practicum, & aliud eſt eſſe praxim: nã praxis eſt duplex, alia eſt ipſa volitio, & hęc eſt primo, & per ſe, praxis: quia eſt actus elicitus à voluntate: alia eſt

actus à voluntate imperatus, & ſic actus cuiuslibet potétiæ imperatæ à voluntate dicitur praxis. Sic dicũtur praxes operationes ſenſuum, quia imperantur à volũtate: & eodé modo actus intellectus, prout imperatur ab illa, vt pote, ſi voluntas imperet intellectui, vt circa tale obiectum iudicet: & praxis hoc modo dicitur praxis ſecundaria, ſeu per accidens, & etiam dicitur actus practicus, vt diſtinguitur cõtra praxim primò, & per ſe, dictam, quæ eſt actus à volũtate elicitus. Vide pro hoc, quæ diximus ſupra in noſtris cõmentarijs ſub expoſitione articuli primi huius quæſtionis num. 3. & ſequentibus. Atqui intellectum, ſeu eius actũ fieri practicum, non eſt ſic à volũtate imperari, aut moueri: imò eſt eſſe actũ naturaliter priorem actu voluntatis, & eſſe directiuum illius; qui ex eo quod eſt poſterior tali actu intellectus, & cõformis illi, eſt formaliter praxis. Ex quo euidenter ſequitur, quod talis actus intellectus non ſequitur ad actũ voluntatis, qui eſt praxis, ſed illum naturaliter præcedit.

4. Pari ergo modo dicẽdum eſt de habitu practico intellectus, qui quidem nõ acquiritur ex imperio actus voluntatis appetentis finé: ſed ipſe habitus dirigit aptitudinaliter voluntaté, vt in appetitione, & deſiderio finis, rectè ſe gerat. His ergo prænotatis facilè improbatur diuiſio illa Baſſolis, & eius fundamentum: quia ſi habitus practicus naturaliter præcedit actualé appetitũ, & deſideriũ finis: ergo eſt practicus independenter ab actuali appetitu illius: ſed & ex ſe ipſo, & ex ſuo obiecto, eſt directiuus voluntatis in ordine ad talem finem rectè appetendum: ergo & ſi Deus infunderet alicui viatori habitum Theologiæ, adhuc talis habitus practicus eſſet, licet nõ eſſet acquiſitus ex imperio voluntatis finẽ appetentis: quia ex obiecto ſuo haberet eſſe directiuum volũtatis, vt rectè ſe gereret in intétione, & appetitu finis. Ex quo ſequitur primũ ſuppoſitũ illius eſſe falſũ, quia ſi poſsibilis eſſet viatori Theologia abſtractiua à deſiderio finis, nõ ſolum ſibi eſſet poſsibilis per infuſionẽ, ſed etiã per acquiſitionẽ: quia ſemel admiſſo, quod habitus ille ſolũmodo eſſet directiuus, & practicus, ex imperio voluntatis appetétis finé, vt Baſſolis putabat, poſſet quidé quis, abſq; eo quod talem finem in particulari actu elicito appeteret, acquirere Theologiam tantum propter veritatem diuinorum ſpeculandã, abſque eo quod actu vltimum finé appeteret: in quo nulla contradictio reperiri poteſt vt patet. Concluditur igitur contra Baſſolé, habitũ Theologiæ viatorum, indiſtincte loquẽdo, practicum eſſe; & conſequenter prędictam Baſſolis diuiſioné inutilem, quinimo & à veritate eſſe auerſam.

5. Ex hoc eodé fundamento improbatur ſententia eiuſdem Baſſolis, quoad illam partem, qua dixerat Theologiá beatorũ ſpeculatiuã eſſe, eo quod dicendum eſt idé de illa, quod de Theologia Dei. Quid autem dicẽdũ ſit de Theologia Dei infra in art. 13. examinabitur. Primum verò fundamentũ, quo conuictus Baſſolis ponebat Theologiã beatorũ ſpeculatiuam, eſt: quia beatus non habet Theologiam ſuam (quæ eſt viſio Dei) ex appetitu alicuius finis, qui ſit prior, quam ipſa Theologia, ex cuius motione talis Theologia habeatur, ſed Theologia eſt omnino prior: quia eſt ipſa viſio beata, qua poſita, ponitur volitio, & fruitio. Cũ igitur tale deſiderium finis non ſit cauſa habendi Theologiam, ob hoc nõ erit practica. Et præterea dicit, quod talis Theologia directiua non eſt, quia directio ſupponit indifferétiã voluntatis reſpectu oppoſitorũ: eo enim quo indifferés eſt ad bonũ, & malum, ſeu ad bonũ, aut nõ bonũ diligendũ, indiget directione, qua conformiter rectæ rationi ſe gerat, diligendo bonum, nõ verò malum. Atqui in volũtate beati nõ reperitur hæc indifferentia: quia viſa eſſentia, non poteſt non illam diligere: ergo voluntas beatorũ nõ eſt dirigibilis: nec per cõſequés eorũ Theologia eſt directiua: ergo nec eſt practica.

6. Primum itaq; iſtorum duorũ fundamentorũ, quod eſt potiſsimũ, quo Baſſolis ſententia nititur, improbatur ex dictis ſupra ſub n. 2. vbi concludimus non dici, aut eſſe ſcientiam practicã, ex

ex motione deſiderij finis, ſed potius ex eo quod eſt directiua volũtatis, vt illum deſideret, ſeu diligat. Hoc nãq; ſuppoſito, facile cõſtat, nõ ex eo Theologiã beatorũ abſolui a praxi, quia ex appetitu, & deſiderio finis non habeatur; dummodo tamẽ ſaluetur in ea directiuam eſſe voluntatis ad finis dilectionem. Hoc autem quod eſt eſſe directiuam ad finis dilectionem, ex improbatione ſecundi fundamenti conſtabit. Quod quidẽ improbari poterat conſtituendo indifferentiam in volũtate beati: non enim ſolum libera eſt libertate eſſẽtiali in fruitione, ſed etiã libertate indifferentiæ, nempè cõtradictionis, non ad diligere bonum, vel non bonum, ſeu ad velle, & nolle poſitiue. ſed ad diligere bonum ſibi oſtenſum per claram viſionem, vel non diligere illud, ſeu ad velle, & non velle: quia poſſet quodammodo ſuſpẽdere actũ fruitionis adhuc clare viſa eſſentia, vt infra in diſt. 1. huius lib. q. 4. art. 3. oſtendit Doctor, de qua difficultate ibi. Hac ergo ſuppoſita Scoti doctrina, non difficile poneretur in volũtate beatorũ indifferentia ſufficiens ad dirigibilitatẽ volũtatis, & ex cõſequẽti ad directionẽ Theologię eorũ. Quæ doctrina planè colligitur ex dicendis infra in ar. 13. huius quæſt. vbi Doctor ſupponit in corpore articuli propè finẽ, directionem intellectus requirere in differentiã voluntatis, ſaltim ad velle, & non velle, vt ex his verbis illius patet, vel ſi libere, nullo modo eſt de ſe *quaſi indifferens ad rectitudinem.*

7. Sed vltra hoc dico: nõ ſolum reperiri talem directionem reſpectu volũtatis indifferentis, ſed etiam & perfectiori modo in voluntate non indifferente, ſed tantum conformante ſe illi directioni. Licet etenim in nobis, qui errare poſſumus, habitus directiuus dirigat voluntatẽ, ne erret: hoc ideo eſt: quia primo & per ſe dirigit ad cõformitatem, & ad hoc vt cõformetur voluntas rectæ rationi, ipſam dirigit, ne erret à recta ratione diſcedendo. Si autem volũntas errare non poſſet, dirigeret quidem, non aduitandum errorem, ſed ad habendã conformitatẽ cũ recta ratione obiecti ſibi oſtenſi, & vt ſe bene determinet: quia adhuc omni in differentia ſublata, eſt voluntas nõ ab alio determinata, ſed ſe ipſam determinans. Et hoc quidẽ eſt perfectiſſimũ dirigere, & cum illo ſaluatur optima ratio dirigendi: quia directio primo & per ſe tẽdit in bonam praxim, hoc eſt in bonam volitionem: & ideo volitionem eſſe non bonam, ſeu negatiue non eſſe volitionem bonam, hoc accidit directioni, vt practica eſt. Vel ſecundo, & proculdubio multo melius, dico cum Doctore in citato articulo 13. quod ratio directionis ex parte intellectus non pendet ex indifferentia voluntatis: ſed ex eo quod voluntas ex ſe recta non eſt, ſed rectificatur ab intellectu. Vnde voluntas beati rectificatur ab intellectu ſibi dictante ſummum bonum clare viſum eſſe diligendum ſuper omnia, in qua dilectione fruitur ipſo. Hoc vide ibi in expoſitione articuli. Quia ergo ſola diuina voluntas eſt recta ex ſe: omnis autem creata voluntas indiget rectificari ab intellectu, ideo reſpectu cuiuslibet creatæ voluntatis datur vera directio. In beatis igitur ſic dirigit clara Dei viſio voluntatem, ad hoc vt conformiter bonitati obiecti oſtenſi illud diligat, & ſic eo fruatur. In quã quidem dilectione optimè ſaluatur formaliſſima ratio praxis: quia & eſt naturaliter poſterior in intellectione, nempè viſione beati, & eſt elicita conformiter ad illam: quæ duplex ratio poſterioritatis, & conformitatis paſſiuæ formaliter conſtituit fruitionem in ratione praxis, iuxta ea, quę dicta ſunt ſupra articulo ſecundo huius quæſtionis. Et ex conſequenti alia duplex ratio ſibi correſpondens, quæ eſt prioritatis, & cõformitatis actiuæ, cõſtituit Theologiam, quæ eſt clara Dei viſio, formaliter in ratione veri habitus practici. Et ſic relinquitur contra Baſſolem, non ſolum Theologiam viatorum, ſed etiam beatorum, ſimpliciter practicam eſſe.

Porrò ad exponẽdũ quomodo Theo
logia prædicta, tam beatorũ, quam no 8.
ſtra, practica ſic, iterũ obſeruare opor

tebit, quod Theologia debet ſumere qualitatẽ quo ad eſſe practice, ſeu ſpeculatiue, ab obiecto, vel ab vltimo fine, in ratione obiecti conſiderato: ſicut de ſcientia in cõmuni dictũ eſt ſupra in art. 6. obiectum autẽ, & vltimus finis Theologię, eſt Deus ſecũdũ rationẽ deitatis: Deus vero nõ eſt obiectũ ſpeculabile, ſed agibile, vel operabile (vt ita loquar.) Cuius ratio eſt: quia eo quod Deus eſt viſibilis, & cognoſcibilis, eſt motiuus volũtatis ad ſui fruitionem, & amorem; & conſequenter ad diligendum media, quæ ad ipſum perducunt: Sed viſio, vt ſupra patuit, & talis dilectio mediorum, eſt vera, & formaliſsima praxis, & operatio primo, & per ſe practica: ergo Deus, qui eſt eius obiectum, & vltimus finis, eſt obiectum verè operabile, & agibile: ſed obiectum, vt ſic operabile, & agibile, dicit negationem ſpeculabilitatis: quia vt viſum eſt in articulo præcedenti ex oppoſito ſequerentur duo contradictoria in eodem: ergo Deus eſt obiectum operabile, & non ſpeculabile: ſed Theologia verſatur circa Deum, tanquam circa obiectum primum, & adæquatum: igitur eſt ſimpliciter, & abſolute practica. Hoc ſic oſtendo Deus eſt primum appetibile ſecundum omnes theologos, & non poteſt voluntas appetere, quod non præſupponit cognitum ab intellectu: intellectus autem non poteſt cognoſcere Deum, niſi per Theologiam (includendo hic fidem, & viſionem beatam ſub Theologia) ergo quamuis neceſſario Theologia præcedat appetitum voluntatis, tanquam illuminans, præcedit illuminatum: tamen in intellectu ponitur Theologia, vt dirigat voluntatem in huiuſmodi appetitum: quia quidquid Theologia cognoſcit, cum ordine ad huiuſmodi appetitum, & Dei dilectionem cognoſcit. Vnde Theologia hoc habet, quia iſte ordo ad dilectionem virtualiter continetur in obiecto cognito, quod quidem ſemel cognitum mouet voluntatem ad ſui amorem: & ideo eſt quod Theologia cognoſcat Deum, quatenus eſt Dominus, Creator, infinitus, bonus, trinus, & vnus, & cætera ſimilia prædicata neceſſaria, quæ ab intrinſeco Deo conueniunt: non tamẽ ob hoc cognoſcit ſpeculatiuè Deum ſub illis prædicatis: quia talis cognitio eſt cognitio practicorum principiorum, eo quod talia principia dirigunt voluntatem ad colendum, obtẽperandum, & diligendum Deum: eſt etenim cognitio Theologiæ perfecta Dei cognitio (imperfecte enim etiam Phyloſophi Deum cognouerunt, reſpectu quorum dicitur Theologia imperfecta Dei cognitio) & non ſtat Deum perfecte cognoſci, quin cognoſcatur ipſe, vt finis vltimus noſter: nec ſtat ipſum finem vltimum cognoſci, quin actu elicito appetatur à voluntate. Et poſito appetitu finis vltimi, ſequitur deſiderium mediorũ ordinatorum ad eius conſequutionẽ. Ergo de primo ad vltimum Theologia eſt de ſe ex obiecto ſuo directiua voluntatis ad intentionem finis, & electionem mediorum: ſed (vt ſæpe patuit) tam finis intentio, quam mediorum electio, eſt formaliter praxis: ergo Theologia eſt directiua ipſius praxis: ergo eſt practica.

9. Hoc igitur eſt firmum fundamentum, à quo deducitur theologiam eſſe practicam: quia ſcilicet deducitur eſſe cognitionem ex ſe, & ratione ſui obiecti, directiuam operationum voluntatis, quæ ſunt formaliter praxes. Si autem Deus non eſſet vltimus finis ab actu noſtræ voluntatis attingibilis, proculdubio non eſſet homo ad Dei fruitionem ordinatus: & ex conſequenti ſtaret Dei cognitio, quin dirigeret in eius amorem, & appetitum: & tunc, ſiquidem directiua non eſſet practicæ operationis, ſiſteret cognitio theologica in ſpeculatione veritatis obiecti cogniti, & myſteriorũ eius. Sic etenim Phyloſophi non credentes Deum eſſe finem vltimum à noſtra voluntate fruibilem, ipſum tãtummodo noſtri intellectus obiectũ poſuerunt, & ſecundum ipſos eorũ cognitio in ſola illius veritatis ſpeculatione terminabatur. Theologi vero progrediũtur vlterius, & Dei cognitionem theologicam, vt ſic directiuam acquirunt. Nec obſtat, ſi dicas, non

non ſemper ad Theologiam ſequi volitionem, & appetitum finis, aut mediorum: quia vt ſubtiliter notauit Doctor ſupra articulo 2. & nos ibidem in Commentarijs, non eſt neceſſum, ad hoc, vt notitia, ſeu ſcientia practica ſit, quod actu dirigat, & actu ad illam ſequatur praxis: ſed requiritur tantũ, quod ex ſe ſit directiua, hoc eſt, apta nata dirigere; & ideo illa duplex relatio conſtituens praxim, & ſcientiam practicam non actualis, ſed aptitudinalis ponitur ibi.

10. Concluſionem ergo ſic intellectã hac ratione probat Doctor in textu. Illa eſt cognitio practica, quæ eſt aptitudinaliter conformis, ideſt, conformatiua volitionis rectę, & naturaliter prior ipſa: ſed tota Theologia de neceſſarijs in quolibet intellectu creato, tam ſcilicet viatoris, quàm comprehenſoris, eſt ſic conformatiua actionis voluntatis creatæ, & prior ea: ergo eſt practica. Probatur minor, & ſatis patet in litera ibi. Contra hanc tamen concluſionem, vltra opiniones ab Scoto relatas, & confutatas, ſunt argumenta in principio articuli, quæ, quia optime, & clare ſoluuntur in textu, non eſt cur in eorum ſolutionibus immoremur.

11 *OKam. Greg. Arimin.* OKam verò in prologo, quæſt. 14. & Gregorius Ariminenſis, quæſt. 5. artic. 2. Hanc concluſionem, & eius fundamentum infirmare laborant: quia ſi obiectum virtualiter contineret habitum, & habitus Theologiæ eſſet practicus, tunc etiam Metaphyſica de Deo eſſet practica: ſed hoc eſt contra Scotum, qui in ſoluendo quoddam argumento in principio quæſtionis poſito, quod eſt tertium huius articuli, ad probandum ex authoritate Boetij Theologiam non eſſe practicam, reſpondet, Boetium ibi loqui de Metaphyſica: ergo &c. Sequellam autẽ probant: quia Metaphyſica continetur virtualiter in eodem obiecto, in quo continetur Theologia: ergo &c. Hanc *Lychetus.* rationem vt ſoluat Lychetus, plura aduertit, quæ quamuis valde ſubtilia, nimis tamen prolixa, & diuerſas difficultates cõculcantia ſunt, quare breuius, (& meo videri) exactius ad Gregoriũ reſpondeo, negando ſequellam: quia Metaphyſica de Deo non continetur virtualiter in Deo ſecundum eam rationem, qua eſt obiectum Theologię: quia, vt ſic includit in conceptu ſuo prædicatum eſſentiale deitatis: atqui prout eſt obiectum Metaphyſicæ tantum inuoluit præciſam rationem entis. Sed dices, quod vt induit rationẽ entis, non ſolum eſt obiectum Metaphyſicæ de Deo, ſed de ente in communi: quia Metaphyſica in communi reſpicit pro obiecto ens vnde ſupra ptum. Reſpondeo tamen, quod Metaphyſica de Deo cõſiderat ens non in communi, ſed iam contractũ in Deo, non tamen, vt contractum reduplicatiue, ſed ſpecificatiue tantum: et ideò non conſiderat Deum, vt finem vltimum noſtrum: ſed per hoc quod conſiderat ens contractum in Deo, ſufficienter diſtinguitur à Metaphyſica communiter ſumpta. At vero à Theologia conſideratur, et reſpicitur Deus ſecundum rationem perfectam deitatis, et quatenus reduplicatiue eſt noſter vltimus finis: et ideò continetur virtualiter in illo ſecundum rationẽ directiue, et practice.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm ex conformitate primi obiecti ad praxim ſequatur Theologiam eſſe practicam?

AD duodecimum ſic proceditur. Videtur, quod ex conformitate primi obiecti ad praxim non ſequatur Theologiam eſſe practicam. Et primo: quia ex quæſtione præcedente Deus non eſt hic primũ ſubiectum, in quantum finis, ſed A

vt

vt hæc eſſentia: principia autem ſumpta a fine, vt finis eſt, ſunt practica: ergo &c.

B. Secundo prçpterea, cognitio finis vltimi non eſt immediate cõformis, nec nata eſt eſſe cõformis immediate praxi eliciendæ: ergo non eſt propinque practica.

C. Tertio præpterea, primum obiectum includit virtualiter cõformitatem ad praxim rectam: non tamen ſolam cognitionem ſic conformem: alioquin nõ poſſet de ipſo eſſe cognitio ſpeculatiua, quod videtur inconueniẽs. Qualiter enim eſt iſta veritas practica, Deus eſt trinus, vel Pater generat Filium? ergo primũ obiectum includit aliquam notitiam ſpeculatiuam. Igitur ex cõformitate illa virtuali primi obiecti ad praxim, non ſequitur Theologiam eſſe practicam, cũ multæ veritates, quæ ſunt maximè theologicç, in quantũ Theologia diſtinguitur a Metaphyſica, ſunt ſpeculatiuæ.

D. Quarto præterea, quia nihil, niſi eſſentiale, eſt ratio terminandi actum illius dilectionis: Theologia autẽ eſt magis propriè de perſonalibus, quam de eſſentialibus: quia eſſentialia plurima poſſũt à nobis in Metaphyſica cognoſci: igitur Theologia, vt diſtinguitur à Metaphyſica, quantum ad propriſsima ſibi, nõ eſt practica. Prima propoſitio probatur: quia aliàs eſſet aliqua ratio diligibilitatis in vna perſona, quæ non eſſet in alia. Quod falſum eſt: quia tunc nulla beatificaretur in ſe ipſa.

Quinto præterea, tunc ſcientia Dei eſſet practica, quæ eſt de eodem ſubiecto primo: & etiam videtur, quod ratio ſolutionis quæſtionis, *hoc eſt articuli praecedentis*, poſsit aplicari ad intellectum diuinum, ſicut ad creatum. E.

Sed contra eſt: quia ex primo ſubiecto ſequitur tam conformitas, quàm prioritas Theologiæ ad volitionem: & ita extenſio ad praxim. F.

Reſpondeo dicendum: quod cum primum ſubiectum Theologiæ ſit vltimus finis, & principia in intellectu creato ſũpta à fine vltimo ſint principia practica, *conſequẽter* principia Theogiæ ſunt practica, & concluſiones ſunt practicæ. Dico ergo, quod primum obiectum ſolũ modo includit notitiam conformem volitioni rectæ: quia virtute eius, nihil de ipſo cognoſcitur, quod nõ ſit, vel rectitudo volitionis alicuius, vel virtualiter includens notitiam talis rectitudinis. Et concedo, quod infertur in conſequente: quod de ipſo nulla poteſt eſſe ſcientia ſpeculatiua: neceſſario enim notitia eius, & cuiuſcumque intrinſeci per ipſum cogniti, conformis eſt praxi aptitudinaliter, & prior, ſi cogni- G. *Concluſio.*

cognitum eſt neceſſarium. Cum inſtatur de illis veritatibus, quæ videntur maximè theologicæ, & non metaphyſicæ, vt Deus eſt Trinus, & Pater generat Filium, dico: quod illæ ſunt practicæ. Prima enim includit virtualiter notitiam rectitudinis dilectionis tẽdentis in tres perſonas; ita quod ſi actus eliceretur circa vnam ſolam excludendo alias, ſicut infidelis eliceret, eſſet actus non rectus. Secunda includit notitiam rectitudinis, ſecundum quod actus eſt circa duas perſonas, quarum vna eſt ſic ab alia.

H Ad primum argumentum dico: quod reſpectus finis non eſt illud, à quo principia ſumuntur in aliqua ſcientia, ſed illud abſolutũ, in quo fundatur reſpectus. et illud eſt eſſentia hæc.

I Ad ſecundum dico: quod virtualiter continens cognitionem conformem eſt virtualiter conforme: & ita cognitio eius eſt practica: quia concluſiones practicæ habent principia practica: proxima autem cognitio illi, quæ eſt de fine, eſt cognitio fruitionis finis. Et iſta nata eſt eſſe cõformis formaliter praxi fruitionis.

K Ad tertium patet ſolutio ex corpore articuli.

L Ad quartum reſpõdeo: quod eſſentiale eſt ratio abſolutè terminandi actum amandi, vt propter quam: ſed perſonę terminãt, vt quæ amantur. Non autem ſufficit ad rectitudinem actus, quod habeat rationem formalem conuenientem in obiecto, ſed etiam requiritur, quod habeat obiectũ conueniens, in quo ſit talis ratio formalis. Præter igitur iſtam notitiam rectitudinis, quam includit eſſentiale in actu amãdi Deũ, perſonalia includunt propriam notitiam vlteriorem rectitudinis requiſitæ.

Ad quintum reſpondetur *in ſequenti articulo.* M

Expoſitio 12. Articuli quæſtionis 5. Prologi.

LItera huius textus ſatis clara eſt: non etenim aliud, quàm probationem concluſionis præcedentis articuli cõtinet, quę hic probatur, ex eo quod obiectũ ſacræ Theologiæ eſt ipſe Deus, qui eſt vltimus finis, à quo principia practica ſacræ Theologiæ ſumuntur. Quæ omnia ex dictis in articulo præcedente patefiunt: & ideo in iſto immorandum non eſt. Argumenta etenim pro parte contraria ſatis ibi à Doctore ſoluuntur.

ARTICVLVS XIII.

Vtrùm Theologia Dei ſit practica, quatenus eſt de neceſſarijs?

A AD duodecimum ſic proceditur. Videtur quod Theologia Dei non ſit practica. Primo: quia

quia tunc voluntas diuina non erit prima regula ſui in actibus ſuis, ſi eius actum præcedat notitia, cui in agendo debet conformari, ad hoc vt recte agat. Conſequens autem videtur inconueniens: quia tollit ſummã libertatem volũtatis diuinæ, ſi ab alio determinetur, & nõ ex ſe primo, quoad primum actum ſuum. Si autem præcedit omnem actum ſuum cognitio practica ab intellectu determinabitur ad primũ actum: quia non poteſt ei diſſentire: tunc enim poſſet peccare.

B. Secundo præterea, ſupradictum eſt, Phyloſophũ benedicere conſequenter, ſi intelligentia naturaliter amat Deum viſum. Ergo notitia oſtendens Deum non eſt practica. Fiat autem ſimilis conſequentia de Deo naturaliter amante ſe.

C. Tertio præterea, dirigens aliqua cauſa eſt reſpectu directi: igitur eſt diſtinctio realis inter ipſa: non eſt autem talis diſtinctio intellectionis Dei ad velle. Et confirmatur: quia intelligendo iam velle eſſe elicitum, intellectus non dirigit: tantum enim dirigit circa actum eliciendum, quaſi prior ipſo: ſed in Deo velle ſuum non ſequitur voluntatem in eſſe. Igitur numquam eſt ibi, quaſi eliciendũ, ſed ſemper quaſi elicitum: ergo &c.

D. Sed contra eſt: quia in intellectu Dei natum eſt primum obiectum theologicum quaſi gignere notitiam conformem volitioni rectæ priorem naturaliter ipſa volitione.

E. *Concluſ. 1. 2. concluſ.* Reſpondeo dicẽdum, quod ſumma huius controuerſiæ de ſcientia Dei reſpectu ſui, an ſit practica? in hoc conſiſtit, ſi notitiã, quæ de ſe eſſet directiua in praxi, dato quod potentia practicans in ſciente non eſſet dirigibilis in agendo: vel ſit practica ex hoc ſolo, quod eſſet ſic directiua vel nõ practica, ex hoc quod potentia practicans in ſciente non eſt dirigibilis. Qui alteram partem tenet, dicat conſequenter, *ſcilicet, quod* poſſet concedi, quod Theologia Dei de neceſſarijs ſit practica: quia, *vt dictum eſt*, in intellectu ſuo natum eſt primum obiectum theologicum gignere notitiam conformem volitioni rectæ priorem naturaliter ipſa volitione. Quod cõformem, patet: quod priorẽ, probatur: quia prius naturaliter intellectus intelligit obiectum primum, quã voluntas velit illud: igitur prius naturaliter volitione poteſt habere omnem notitiam ſufficienter virtualiter incluſam in intellectione primi obiecti. Talis eſt quæcũque notitia neceſſaria de primo obiecto. Cõſequentia ſupoſita patet: tum, quia per impoſſibile excluſa omni volitione poſſet intellectus habere omnẽ notitiam ſufficienter virtualiter incluſam

incluſam in intellectione primi obiecti, cum illa intellectio præcedat omnem volitionem. Tum quia intellectus diuinus non diſcurrit. Igitur non prius naturaliter intelligit primum obiectũ, quàm aliquid virtualiter in illo incluſum quoad notitiam: ergo ſi prius intelligit primum obiectum, quàm voluntas velit aliquid, priùs intelligit quodlibet incluſum, quoad notitiam in primo obiecto, quàm voluntas velit. Hæc ſecunda probatio conſequentiæ, minus valet. *Hic itaq; non obſtantibus argumentis*: videtur conſequenter dictis dicendũ quod accipiendo regulam pro rectificante, in praxi prima regula eſt finis vltimus, quia virtualiter includit notitiam omnis rectitudinis neceſſariæ cuiuſcumque praxis, ſicut primum ſubiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ primo virtualiter includit notitiam omnium veritatum ſpeculabilium: hæc autem prima regula, quæ eſt finis, ordinate rectificat intellectum, & volũtatem, ſicut ipſæ potentiæ natæ ſunt agere ordinate. Ita quod prius quaſi gignit notitiam conformem rectæ praxi, quàm rectificet praxim: & ita potentia practicante, alia erit potentia prior, & prius recta. Licet hæc, *& argumentorum* reſponſio videatur euadere argumentum, & per eam etiam ſequentia argumenta poſſent euadi: tamen aliter poſſet dici, quod Theologia neceſſaria in intellectu diuino non eſt practica; quia nõ eſt prioritas naturalis intellectionis ad volitionem, quaſi conformatiui ad ipſum conformandum, ſiue directiui ad dirigẽdum aliquid: quia poſita notitia quacumque rectitudinis ipſius praxis, quamuis iſta ex ſe poſsit conformare potentiam conformabilem, ſeu rectificabilem aliũde: non tamen voluntatem diuinam reſpectu ſui primi obiecti, quæ ex ſe ſola rectificatur reſpectu iſtius obiecti: ita quod vel talis naturaliter tendit in illud, vel ſi libere, nullo modo eſt de ſe quaſi indifferens ad rectitudinem, et quia ſi aliunde aliquo modo habens eam, ita quod notitia determinatiua rectitudinis non eſt neceſſario prior volitione, quaſi volitio illam requirat, vt rectè eliciatur: ſed tantum præexigit oſtenſionem obiecti: & iſtam notitiam ex ſe directiuam non præexigit, vt directiuam: ſed tantum, vt oſtenſiuam: ita quod ſi poſſet præcedere volitionem ſola oſtẽſio obiecti, & ſequi notitia rectitudinis neceſſariæ ipſius praxis (ſicut dicetur de praxi circa contingentia) æque rectè eliceretur volitio tunc, ſicut nunc. Nullo ergo modo intellectio eſt prior, vt conformatiua, ſeu regulatiua volitionis. Ad argumentum igitur probans prioritatem rectitudinis

3. concluſ.

nis ad praxim rectam, reſponderi poteſt: quod licet ſit aliqua prioritas intellectionis ad volitionem: non tamen eſt ſic prior, vt requirat rationem rectam eſſe priorem praxi: quia talis prioritas eſt regulæ ad regulatum, qualis eſſe non poteſt, quádo voluntas eſt omnimoda regula ſui in agendo.

F Ad primum argumentum, *ex hoc dico*, quòd primum conſequens illatum in prima ratione videtur concedendum: cum vero improbatur, poſſet dici, quòd ſicut virtualiter libertas ſtat cum apprehenſione præuia, ita ſumma libertas ſtat cum ſumma apprehenſione præuia: apprehenſio autem praxis perfectiſsima includit notitiam conformitatis quando ipſa neceſſario conuenit praxi: cum vlterius additur, quod determinata ſit aliundè, hoc negandũ eſt, loquendo de determinatione, quæ fit per agens ſufficiens. Licet enim, non poſsit diſſentire à notitia rectificatiua praxis, & priori praxi, hoc tamen non eſt, quaſi intellectus per notitiam ſit cauſa ſufficienter actiuè determinans ipſam ad actum: ſed ex perfectione voluntatis eſt, quod ipſa tantum nata eſt conformiter agere potentiæ priori in agendo, quádo illa prior prius perfectè agit circa obiectum, hoc eſt, tantum nouit prius, quantum poſſet noſſe. Quod dico pro cõtingentibus, quorum intellectus diuinus non habet omnem notitiam ſibi cõpoſsibilem ante omnem actum voluntatis: ideo circa illa non oportet, quod conformiter agat potẽtię inferiori in agẽdo: quia ipſa non prius conformiter nouit tale obiectum: ſed ſemper aliter accidit circa cognoſcibilia neceſſaria ex ſe: quia iſta perfectiſsimam ſui notitiam habent abſque actu voluntatis.

Suſtinendo primam viam, ad ſecundum poteſt dici, quod non eſt ſimile, quia ibi eſt ſimplex complacentia: hic verò efficax circunſtãtionata volitio; vel poſuit naturalitatem in eliciendo, excludẽdo libertatem, quod notare debet Theolog'. Similiter non ſolũ intellectus diuinus eſt oſtenſiuus, ſed æquiualenter ſaltem regulatiuus, quod non poſuit Phyloſophus. Vel aliter, quod eſt regulatio, & determinatio obiectalis, etſi non potentialis, quod non poſuit Phyloſophus. G

Ad tertium dico: quod ſi concluderet, ſequeretur, quod nec intellectio, nec volitio aliqua eſſet in Deo, cum eſſentia diuina ſit obiectum motiuum ad vtrumque: & ita etiam per te concurrẽte potentia vitali, vt concauſa. Dico igitur, quod eſt tantum ordo, quaſi effectuum eiuſdẽ, quaſi cauſæ in propoſito, quæ tamẽ non H

non diſtinguitur à quaſi effectibus: nec quia proprie cauſantur, nec producuntur, nec principiantur, nec eliciũtur, ſed ſimpliciter emanant: eſt igitur metaphorica cauſalitas, ſicut communiter conuenit in diuinis. Vel aliter ſuſtinendo intellectum quoquo modo dirigere, negatur aſſumptum proprie loquendo de cauſa. Ad confirmationem dico: quod ſufficit ordo naturæ, qui eſt cum ſimultate durationis cognitionis ad praxim, & voluntatis ad velle, & ſic patet ad argumenta.

Expoſitio 13. Articuli quæſtionis 5. Prologi.

1. SVbtiliſsima doctrina habetur in litera textuali, in qua Doctor problematice procedit, probando Dei Theologiam de neceſſarijs poſſe concedi practicam, vel ſpeculatiuã; licet in fine corporis articuli videatur tueri, tã quam probabilius, ſpeculatiuam eſſe, eo quod in textu veteri poſt horũ argumentorum ſolutiones probet ſpeculatiuã eſſe, & argumentum pro oppoſita ſententia rectè ſoluat. In hoc igitur articulo non ſolum eſſet cũ aduerſarijs contentio, ſi Dei Theologiã practicam diceremus, ſed cũ ipſis noſtræ Scholæ aſſeclis; inter quos etiam eſt concertatio non minima. Veteres namque plerumque Dei Theologiã

Baſſolis. practicam eſſe negarunt: ſic Baſſolis
Maironis. q. 8. prologi art. 2. §. *hoc igitur dicto*, vbi
OKham. ait eſſe ſimpliciter, & abſolutè ſpecu-
Lychetus. latiuam, quod egregie probat. Sic etiã
Rubionis. Frãciſcus Maironis q. 14. OKam q. 4. atque omnes Nominales. Lychetus vero q. 5. eiuſdem prologi ſub §. *ibi ſed obijcitur*, etiã ſicut Scotus problematice in hac difficultate procedit. Guillelmus tamẽ de Rubione q. 10. cõcl. 2. hoc Problema admittit, nõ tamẽ reſpectu eiuſdẽ, ſed diuerſorum: & non loquitur disiunctiue, ſed copulatiue, dum inquit: quod Theologia, quã habet Deus, poteſt dici practica, & ſpeculatiua reſpectu diuerſorum. Hæc tamen ſententia, loquendo de Theologia in intellectu creato ſatis improbatur ex eis, quæ dicta ſunt in art. 10. huius quæſtionis, ex repugnantia duorũ contradictoriorum in vno habitu totali, qualis eſt Theologia creata, reſpectu cuius conuincit ratio, vt ibi ſatis viſum eſt.

2. At vero reſpectu intellectus diuini, in quo non inuenitur vllus habitus finitus, aliter debet improbari: ac ideo ſi hæc ſententia teneat, Dei Theologiam eſſe ſpeculatiuam, quatenus agit de contingentibus, practicam vero, prout de neceſſarijs agit, contradicit Scoto, qui in hoc articulo, tanquam probabile tenet, poſſe dici Theologiam de neceſſarijs practicam, & in ſequenti art. Dei Theologiam de contingentibus abſolutè ſpeculatiuam eſſe. Si ergo in hoc ſenſu teneat Rubionis, diuinam Theologiam reſpectu diuerſorum eſſe ſpeculatiuam, & practicam, non contradicit Doctori: ſi vero in alio quocumque ſenſu procedat, Doctoris ſententiæ proculdubio contradicit: & tunc Rubionis ſententia improbatur eiſdem rationibuss, quibus Doctoris ſententia comprobatur. Sed agendo hic de Theologia neceſſariorũ, de qua iſte articulus procedit, ex recen- Rada.
tioribus Pater Rada 1. p. contro. 3. art. 4. concludens de Theologia noſtra, & beatorum, nihil de Theologia Dei determinat, hanc forſan difficultatem conſulto omittens, ne etiam in Pro-
blematè aduerſaretur Doctori. Faber Faber.
vero, ſicut & Lychetus Problemati Doctoris adhæret in quæſtione 5. capite 8. num. 58. Sed relicta hac Noſtratũ domeſtica varietate, & omittẽdo pro nunc vſque ad quæſtiones de ſcientia Dei, quæ dixerunt, Alexãder

Alex. Ale. Albertus. Magiſter. Vazquez.

Alenſis 1. part. quæſt. 24. memb. 2. Albertus, Gregorius, & alij cum Magiſtro in 1. diſtin. 38. de ſcientia Dei reſpectu creaturarum, quam, ſcilicet, aiebant eſſe ſpeculatiuam, quatenus eſt ſcientia viſionis, practicam vero, quatenus eſt ſcientia ſimplicis intelligensiæ, cuius ſententiæ primam partem amplectitur Vazquez prima parte diſputa. 68. cap. 6. & alij plures. Ad alienorũ cõcertationẽ deueniens, excogitarũt ex recentioribus plures, Doctorem ſubtilem, propterea Dei Theologiam practicam dici poſſe aſſeruiſſe: quia mouet affectum noſtrum, ad quem ſequitur delectatio. Cuius interpretationis fundamentum in verbis Scoti, nullatenus inuenire potui. Vnde omiſſa iſta interpretatione, & Cayetani, ac Nominalium fundamentis, quia hæc omnia referre, & radicitus improbare, nunc forſan prolixius, quã vtile eſſet, Doctoris ſententiam ſic expono.

3. Suppoſito ex ſecundo articulo, praxim in illa duplici relatione aptitudinali poſterioritatis, & conformitatis conſiſtere; eſt nunc difficultas, an in Dei Theologia (quatenus tantum reſpectu neceſſariorum verſatur) ſit duplex relatio prioritatis, ſcilicet, & cõformitatis, correſpondens illi duplici relationi, quæ praxim cõſtituit: & quidem vnam ex iſtis relationibus ibi reperiri optimè probat Doctor, dum arguit, diuinum intellectum naturaliter prius videre eſſentiam, quam diuina voluntas illam diligat. Hac ergo relatione prioritatis, & poſterioritatis, euidenter à Doctore oſtenſa inter diuinam intellectionem, & volitionem, tota dubitandi ratio nunc prouenit ex ſecunda relatione, videlicet, conformitatis, quæ tantum reperiri poteſt in potentia conformatiua, ſeu directiua, quando potentia ſibi correſpondens eſt conformabilis, & dirigibilis: & ideo tunc intellectus directiuus erit per ſuã cognitionẽ, cũ volũtas in ſua dilectione dirigibilis fuerit. Inquit ergo Doctor, quod, qui ſenſerit diuinã voluntatẽ eſſe ſic dirigibilẽ à diuino intellectu, teneat cõſequenter diuinam Theologiam practicam eſſe: qui vero oppoſitum ſibi perſuaſerit, ipſam ſpeculatiuam eſſe arbitretur. Sed quæ ſit ipſius mens, ſub Problemate oſtendit: & primo quidem probat, Dei Theologiam de neceſſarijs practicam eſſe poſſe. Cuius fundamentum eſt: quia obiectum theologicum natum eſt gignere in intellectu Dei notitiam conformem volitioni rectæ, ſeu in voluntate Dei volitionẽ rectam conformem notitiæ rectæ: & quod talis notitia eſt prior naturaliter ipſa recta volitione in textu (vt dixi) probat rationibus euidentibus, ſcilicet, hanc prioritatẽ reperiri in notitia reſpectu volitionis: quod autem tã quam probatum ſupponit, eſt conformitatem illam etiam ibi reperiri, ex quo concluoit, poſſe dici Dei Theologiam practicam.

Verum enim vero longè probabilior eſt oppoſita ſententia, videlicet, Dei Theologiam ſpeculatiuam eſſe, quam etiam, vt probabiliorẽ Doctor amplectitur. Ad cuius intelligentiã, & primæ ſententiæ fundamentum delendum, obſeruare oportet, quod ſuppoſita, adhuc vt certiſsima illa prioritate intellectionis diuinæ ad diuinam volitionem, adhuc ratio conformitatis, quam Doctor ſupponit patere, nõ ſufficit ad praxim, vt ex ipſius verbis Doctoris probatur. Quod, vt manifeſtem, ſuppono non ex defectu indifferentiæ voluntatis diuinæ abſolui Dei Theologiam à praxi: quia vt probatum eſt ſupra in expoſitione articuli vndecimi huius quæſtionis numer. 7. etiamſi voluntas beatorum nullatenus indifferens eſſet ad volendum, & non volendum: adhuc tamen dirigibilis eſſet ab eorum Theologia. Vnde etiãſi Dei voluntas indifferens non ſit reſpectu dilectionis ſuæ eſſentiæ, adhuc tamen ab eius Theologia dirigi poſſet, ſi aliàs non obſtaret. Suppono præterea diuinam cognitionem eſſe obiecti Theologici: ita quod cognitio diuini intellectus oſtendit diuinæ voluntati eſſentiam, quæ obiectum theologicum, & beatificum eſt. Suppono tandem cum Doctore, diuinam voluntatem habere

4

Voli-

volitionem conformem cognitioni diuini intellectus. Et adhuc dico talem cognitionē non eſſe directiuā talis volitionis. Et ratio à priori eſt: quia diuina voluntas non eſt dirigibilis à diuino intellectu: diuinam autem voluntatem non eſſe dirigibilem à diuino intellectu non prouenit ex ipſius intellectus defectu: ex ſe etenim directiuus eſt, vt Doctor oſtēdit: ſed ex perfectione voluntatis, quæ eo quod diuina eſt, ex ſe ipſa eſt infinite recta eadem rectitudine, qua intellectus eſt rectus: & ex hoc, quod ex ſe eſt recta, duo habet, ſcilicet, & ex ſe ipſa elicere volitionem rectam, ſicut intellectus elicit cognitionem rectā, propteraque habere volitionem conformem cognitioni rectæ, & ex hoc nō indigere dirigi, aut rectificari à diuino intellectu, ad hoc vt talē volitionem rectā eliciat. Ex quo prouenit, ꝙ aliud eſt volitionem eſſe conformem rationi rectæ, & aliud eſt volitionem eſſe conformem rationi rectę ex ipſius rationis directione. Primum enim mere materiale eſt, ſicut eſt materiale in diuinis, Spiritum Sanctū eſſe ſimilem Patri, eo ſcilicet, quod eſt in eadem natura Patris, licet non procedat per generationem ab eo. Secundum verò eſt formale, quia importat conformitatem per dependentiam directi ad dirigentem. Ex quibus planè colligitur diuinam volitionem, materialiter eſſe conformem diuinæ cognitioni, eo ſcilicet, quod vtraque eſt operatio Dei, non tamen formaliter: quia diuina volitio non dependenter à diuina cognitione, ſed à ſe ipſa, eſt recta, atque ideo ab ea non eſt dirigibilis. Quamuis igitur diuina volitio, quæ eſt dilectio ſuæ eſſentiæ, ſit vera praxis: diuina tamen Theologia; eo quod non eſt directiua huius praxis, practica eſſe non poteſt.

5. Nec valet, ſi dicas, diuinam voluntatem non poſſe ſuam eſſentiam diligere, niſi ſit prius per diuinam cognitionem ab intellectu intellecta, & in hoc dependenter ab intellectu diligi. Ad hoc nāque reſpōdet Doctor, *quod notitia diuinæ eſſentiæ non eſt neceſſario prior volitione, quaſi volitio illam requirat, ad hoc vt rectè eliciatur, ſed tantū præexigit oſtenſionem obiecti, & iſtam notitiam ex ſe diligibilem non præexigit, vt directiuam, ſed tantum vt oſtenſiuam.* Ex quibus verbis colligitur, non ſufficere notitiam ex ſe præciſe directiuam eſſe, id eſt, regulatiuam, ad hoc vt ſit practica, ſed neceſſarium eſt eſſe directiuam in ordine ad aliquam volitionem, ſeu voluntatem dirigibilem, hoc eſt aliàs non rectam ex ſe. Quia tamen diuina voluntas ex ſe eſt recta, & regulata, hinc eſt, quod ſibi oſtēſum ab intellectu obiectum eſſentiæ ſuæ, ex ſe ipſa habet illud recte diligere ita quod ad talem dilectionem, nec reguletur, nec dirigatur ab ipſius intellectus cognitione, ſed ſolum pendeat ab intellectu in ratione mere oſtendentis, non vero in ratione dirigentis, aut regulantis. Ex quibus tandem concluditur, diuinam cognitionem, & Theologiam reſpectu neceſſariorum, ſpeculatiuam eſſe, & non practicam. Quod optimè Doctor concludit in corpore articuli, licet etiam oppoſitam ſententiam, vt probabilem tueatur, & argumenta contra ipſā fabricata ſoluat, vt patet in textu.

(.:.)

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum Theologia contingentium, tam in ordine ad intellectum creatum, quam etiam ad diuinum, ſit practica?

A D quartum decimum ſic proceditur. Videtur, quod Theologia contingentium reſpectu intellectus diuini A

uini ſit practica, ſicut & reſpectu intellectus creati: quia *ex oppoſito ſequeretur*: quod de eodem vnus intellectus haberet notitiam practicam, alius ſpeculatiuam, ſi praxis eſſet poſsibilis vni intelligenti, & non alteri: ergo &c.

B Secũdo præterea: quia tũc nõ ſaluatur prioritas practicæ cognitionis ad praxim: prius enim dilectio Dei reſpectu ſui eſt recta, quàm homo, vel Angelus poſsit intelligere, quod Deus eſt amandus à voluntate: ergo &c.

C Sed contra eſt: quod tantum modo in illo intellectu Theologia contingentium practica poteſt eſſe, qui habere poteſt determinatiuã notitiam rectitudinis ipſius praxis, ante ipſam praxim elicitam: quia ſolummodo ibi Theologia contingentium poteſt eſſe conformis praxi, & prior ea: talis eſt tantũ intellectus creatus: quia nullius intelligẽtis creati voluntas primo determinat rectitudinẽ contingentẽ conuenientẽ praxi: ergo &c.

D *Concluſio.* Reſpõdeo dicendũ, quod in intellectu diuino non poteſt eſſe Theologia contingentiũm practica; tenẽdo iſta duo, primum, quod cognitio practica, & praxis, ad quã extẽditur debet eſſe neceſſario, reſpectu eiuſdem ſuppoſiti, ſecundũ, quod Dei vt operantis nulla ſit praxis, niſi volitio, non ponẽdo in ipſo potentiã tertiã aliã ab intellectu, & volũtate: nam nullã cognitio confor mis volitioni cõtingenti rectæ prę́cedit ipſam volitionẽ Dei: quia primo volitione determinatur praxi illi talis rectitudo. Illud primum eſt dubium: probatur tamen dupliciter: nam ſi cognitio quæcumque de praxi alterius eſt practica: ergo cognitio mea de hoc, quod eſt Deum creare mũdum, vel de hoc, quód eſt intelligentiam mouere cælũ, erit practica, quod videtur falſum: ſaltem hoc videtur concludére, quod cognitio practica nõ poteſt eſſe intelligẽtis inferioris operante ſuperiore, ſecundum illã praxim, ſi nihil ſecundũ illã inferius operatur, pari ratione, nec ſuperioris, vel æqualis, ſi nihil facit ad praxim operantis: ſi autẽ aliquid facit, iam ſuperior habet praxim propriam, reſpectu cuius ſua cognitio ſit practica: Item, ſi cognitio practica habet aliquam cauſalitatem reſpectu praxis, ad quã extenditur, & non eſt nata habere talem cauſalitatem primo, niſi reſpectu praxis, quæ ſit in intelligente, videtur ſequi propoſitum. Vnde ad hoc, dico, quod ſicut voluntas poteſt eſſe cauſa ſuperior reſpectu praxis potentiæ motiuæ, nec quæcumque reſpectu cuiuſcumque, puta, non mea reſpectu potẽtiæ motiuæ Angeli, ſed quando ſunt in eodem: ita ſi cognitio practica

practica ſit cauſa reſpectu praxis; hoc eſt in eodem intelligente, & operante. Nec oportet, quod in alio ſit non practica, niſi accipiēdo ſtrictè practicum pro immediate applicabili ad opus, quantum eſt ex identitate ſuppoſiti cognoſcentis, & operantis: qualem denominationem denotat infinitiuus ſignificans praxim cōſtructus cum ſcire: ſic etenim cōceditur, quod ſolus Deus ſcit ſe infinite diligere, licet Angelus ſciat ipſum infinite à ſe diligēdū. Qui ſic reſpondet, à principio habet cōcedere omnes veritates de praxibus agētiū cauſa eorum cognoſci à quocumque intellectu practice: quia omnes iſtæ ſiue ab obiecto, vt neceſſariç, ſiue aliunde, vt cōtingentes, natæ ſunt prius eſſe conformes praxibus, ſiue prius determinare rectitudinem praxibus, quàm ipſæ praxes eliciantur. Omnes autem veritates de volitione diuina neceſſariæ ſunt practicæ: contingentes autem non: quia ante iſtam praxim elicitam, ad quam extenduntur, non habent conformitatem: quia nullā determinationē rectitudinis. Verbi gratia, Deus practice cognoſcit homini eſſe pœnitendum, & Angelo eſſe mouendum cęlum: ſed nō practice cognoſcit, quod eſt Deo volendum, hominem ſanctum pœnitere, vel Angelum cælum mouere.

Ad primum argumentum poteſt dici: quod perfecta rectitudo praxis includit circunſtantiam operantis, ſicut & alias circunſtantias. Ita quod ſine illa non eſt rectitudo: ſi enim accipiatur, Deus eſt amandus, niſi addatur, à quo, puta à voluntate non eſt vere practica complete: quia Deus à bruto non eſt amandus. Ita quod hoc verum perfectum, Deus eſt amandus à voluntate, etiam in quocumque intellectu eſt practicum: & iſtud, quādoque homini eſt ieiunandum, non eſt tantum practicum homini cognoſcenti, ſed etiam Angelo, & Deo, & etiam homini, & Deo, eſt hoc practicū, ab Angelo cælum eſt mouendum. Et concedo illud, quod prima probatio infert, tanquam inconueniens. E

Ad ſecundū reſpondeo, quod iſta prioritas debet eſſe ex obiecto, & intellectu: hoc eſt, ꝙ obiectum natum ſit determinare intellectum, quantum ad notitiam determinatæ rectitudinis praxis, quātum eſt ex ſe ante praxim iſtam: ita obiectum hoc natum eſt quemcumque intellectū determinare ad notitiam iſtam, Deus eſt amandus à voluntate, quantum eſt ex ſe ante praxim, licet aliquis intellectus ex perfectione ſui, non prius determinetur, quàm potētia operans ex perfectione ſui operetur. F

Expoſitio 14 articuli quæſtionis 5. Prologi.

1. IN ſequenti articulo agit Do-
ctor de Theologia contin-
gentium in ſe ipſa conſide-
rata, prout ab omni intelle-
ctu, tam creato, quam increato, abſtra-
hit. Modo vero de ipſa reſpectu vtriuſ-
que intellectus pertractat: & duplici
concluſione difficultatem reſoluit.
Prima eſt, quod Theologia contingẽ-
tiũ, vt pote, quod Deus incarnatus eſt,
in diuino intellectu, practica eſſe non
poteſt, & ideo neceſſario eſt ſpecula-
tiua. Secunda, quod in intellectu crea-
to talis Theologia practica eſt. Prima
concluſio hoc fundamẽto probatur:
quia ad hoc vt notitia ſit practica, de-
bet eſſe conformatiua praxis, & natu-
raliter prior ipſa praxi: ſed hæc duo
deficiunt in diuina Theologia contin-
gentium: ergo &c. Maior ſupponitur
ex ſæpe dictis: minorem verò quoad
vtrãque partẽ probo; & prima quod
non ſit talis notitia prior, quam pra-
xis, probatur: nam primum eſſe om-
nium contingentium eſt effectiuè à vo-
luntate diuina: ergo prius eſt diui-
nam voluntatem voluiſſe contin-
gentia eſſe, quàm diuinus intellectus
intelligat illa. Conſequentia eſt eui-
dens: quia primum eſſe obiecti ſup-
ponitur ad cognitionem ipſius, etiam
diuinam. Quod autem diuina volun-
tas futura contingentia determinet,
& quod ex hoc habeant primum eſſe,
hoc proculdubio manifeſtum eſt a-
pud omnes Theologos: quia cum
contingentia non ſint à ſe ipſis, ſed
neceſſario ab alio, à diuina volunta-
te habere eſſe certum eſt, quæ decer-
nit, et determinat eorum futuritio-
nem: ergo nec diuina volitio reſpe-
ctu contingentium eſt praxis in rigo-
re loquendo (licet omnis operatio
voluntatis latè praxis dicatur, prout
praxis idem eſt, quod operatio) nec
diuina cognitio reſpectu eorum pra-
ctica eſſe poteſt. Vtrumque illatum
huius conſequentiæ probo. Et primũ
patet: quoniam illa tantummodo vo-
litio eſt praxis, quæ eſt naturaliter po-
ſterior intellectione, vt habetur ex dif-
finitione praxis in primo articulo: ſed
volitio contingentiũ in Deo eſt prior
intellectione ipſius, & nullatenus po-
ſterior: ergo non eſt praxis. Secundũ
ex primo patet: quia illa tantum noti-
tia intellectus practica eſt, quæ exten-
ditur ad praxim: ſed diuina volitio cõ-
tingentium, ad quam diuina cognitio
deberet extendi, nõ eſt praxis (vt proba
ui:) ergo diuina cognitio contingen-
tium non poteſt eſſe practica.

Ex hoc item probatur, diuinam
Theologiam non eſſe directiuam, & 2.
cõformatiuam praxis. Tum quia ſup-
ponimus nõ eſſe praxim reſpectu cõ-
tingentium, reſpectu quorum loqui-
mur, cuius conformatiua ſit. Tum
quia etiam ſi volitio diuina praxis eſ-
ſet, non eſſet diuina cognitio eius for-
matiua, aut directiua illius, cum regu-
la ſit ante regulatum, & directio ante
directũ: diuina verò cognitio (vt pro-
batum eſt) ſit poſt diuinam volitionẽ
contingentium. Tum tandem (& red-
dit ad idem) quia in contingentibus
operationibus Dei, quæ pertinent ad
cognitionem theologicam, rectitudo
eſt primo ab actu voluntatis diuinæ,
eo quod diuina voluntas eſt prima re-
gula rectitudinis, ita quod in omni-
bus contingentibus, hæc eſt vera cau-
ſalis: ideo hoc tale contingens eſt re-
ctum, & bonum quia eſt à diuina vo-
luntate determinatum, & regu-
latum.

Adde, quod etiam ſi diuina cogni- 3.
tio volitionem contingentium præ-
cederet, ſicut præcedit volitionem
neceſſariorum: adhuc tamẽ talis cog-
nitio directiua non eſſet: quia diuina
voluntas, non eſt ab intellectu diuino
dirigibilis, ſed à ſe ipſa eſt directa,
& recta, vt in expoſitione præceden-
tis articuli nu. 3. & 4. pluribus, ac prop-
terea etiam ex hoc capite Dei Theo-
logia de contingentibus nõ practica,
ſed ſimpliciter ſpeculatiua eſſet.

Secundã vero concluſionẽ de Theolo-
gia cõtingẽtiũ reſpectu intellecti crea- 4.
ti rectè probat Doctor in textu. Et ſatis
patet: quoniã rectitudo contingentiũ
habita

habita à voluntate diuina prius intelligitur ab intellectu creato per Theologiam, quæ ſic intellecta, eſt di rectiua omnis actus liberi, tam eliciciti, quam imperati: & ideo ibi reperi tur vtraque relatio prioritatis, & con formitatis, ſeu directionis, vt vere pra ctica ſit.

ARTICVLVS XV.

Vtrùm Theologia contingentium in ſe ſit ſpeculatiua, an practica?

A AD quintodecimum ſic proceditur. Videtur, quod Theologia contingentium in ſe, non comparata huic, vel illi intellectui, ſit practica. Primo: quia cognitio in ſe ſpeculatiua eſt alicui practica, puta intellectui creato: ergo practicum non repugnat ſpeculatiuo.

B Secundo prætera *per oppoſitū, quod nec per accidens ſit practica, arguitur*: quia cui conuenit vnum oppoſitorum per ſe, ei aliud oppoſitum, nec per ſe, nec per accidens conuenit: igitur notitia per ſe ſpeculatiua, nec per ſe, nec per accidens eſt practica.

C Tertio præterea: per ſe eſt ſpeculatiua per ſe? ergo per ſe eſt ſpeculatiua: ergo nullo modo practica.

D Sed contra eſt: quia per accidens eſſe practicum per accidens non opponitur illi, *ſcilicet, eſſe ſpeculatiuo per ſe*, ſicut eſſe nigrū ſimpliciter, & eſſe album ſecundum quid, non opponuntur: ſecundum quid enim, & ſimpliciter determinant prædicata, vt de nominantia.

E Reſpondeo dicendum: quod dici poteſt, quod ipſa *Theologia* talis eſt in ſe, qualis eſt ex obiecto: nō autē eſt ex obiecto cōformis praxi ante omnē praxim: quia ex obiecto nulla nata eſt haberi notitia determinatæ rectitudinis cōtingentis: ideo ex obiecto nō eſt practica: igitur ſpeculatiua: ſi ſufficienter diuidūt notitiam. *Concluſio.* Huic cōgruit, quod in intellectu diuino negatur eſſe practica. Talis autē videtur res eſſe in ſe, qualis eſt in perfecto genere illo, nō in imperfecto. Si verò alterum iſtorū duorū, quæ tenet iſta reſpōſio, nō teneatur: tūc poteſt cō cedi, quod Theologia cōtingens, licet nō in ſe, quia nō ex obiecto: tamē in omni intellectu creato, et in creato eſſet practica per accidēs: quia vt ipſa eſt in intellectu diuino poteſt eſſe conformis praxi, priuſquā praxis illa eliciatur à voluntate creata. Prius enim intellectus Dei nouit peccatorem adultum in noua lege debere conteri, quam peccator conteratur: & ſic non tenendo primum iſtorū, cognitio Dei de praxi alterius operantis eſt practica: non tenēdo & ſecūdū, puta ponendo agere Dei ad extra eſſe praxim eius aliā à volitione formaliter, licet

licet intellectus Dei non prius nouit A. eſſe creatum, quam voluntas ſua velit, tamen prius voluit A. quam creet: & ita praxim ad extra præcedit notitia conformis, licet nõ ex obiecto, ſed aliũde conformis. Hoc ſaltim teneo quod Theologia contingẽtium non eſt perſe practica, ſiue ex obiecto: poteſt tamen in intellectu creato eſſe practica per accidens, & determinatur rectitudo à voluntate diuina. An vero intellectui diuino ſit practica? patet tenendo illa duo, *quæ ſunt poſita in præcedente articulo*, vel oppoſita quid dicendum eſt conſequenter. Probabilia tamen videntur hæc tria: primum, quod practica eſt rectificatiua in praxi cõtingentium: ſecundum, quod eſt rectificatiua potentiæ practicantis aliunde, quàm à ſe rectificabilis: et tertiũ, quod in Deo nõ eſt potentia practica alia, niſi voluntas. Ex primo, & tertio ſequitur, quod ſi diuina notitia eſſet practica, ipſa eſſet rectificatiua in volitione diuina Hoc autẽ falſum eſt ex ſecundo iſtorum: quia voluntas diuina ex ſe primo rectè elicit velle reſpectu primi obiecti: reſpectu autem illorum, quorum eſt contingenter, ex ſe ſola determinatur, non per aliquam notitiam determinatiuã rectitudinis præcedentem.

F. Ad primum argumentum reſpondeo, quod ſicut eſſe ex obiecto ſpeculatiuum, eſt eſſe perſe ſpeculatiuum: ita eſſe practicam ex obiecto ſufficienter determinante intellectum ad notitiam rectitudinis, etſi ſufficienter: ergo ante omnem volitionem eſt eſſe per ſe practicum: et ſic opponuntur iſta duo practicum, & ſpeculatiuum, vt iſta: non extenſibilis ad praxim, & extẽſibilis ad praxim. Sed eſſe practicũ aliũde, quàm ex obiecto, puta à cauſa extrinſeca, vt a voluntate determinãte intellectũ ad notitiã praxis, eſt eſſe accidentaliter practicum Et ita concedo Theologiam contingentium eſſe practicam nobis, licet in ſe ſit ſpeculatiua.

G. Ad ſecundum reſpondeo, licet antecedens poſſet exponi de perſe primo modo, vel ſecundo modo, non autem tertio modo, prout dicit idem, quod ſolitarie: tamen concedo, quod nullomodo inhærẽdi, inhæret oppoſitum prædicati huius, quod eſt perſe eſſe ſpeculatiuum: quia Theologia contingens perſe ſecundo modo, eſt perſe ſpeculatiua, ita quod inhærentia ſit per ſe, & prædicatum determinetur per perſe. Sed per accidens eſſe practicũ, *vt dictũ eſt § ſed contra*, per accidens, non opponitur illi: ſicut eſſe nigrum ſimpliciter, & album ſecundum quid, non opponuntur. Secũdum quid enim, & ſimpliciter determinant prædica-

H dicata, vt denominatiua.

Ad tertium conceditur, nec huic prædicato *per ſe ſpeculatiua* repugnat hoc prædicaum per accidens, practica.

Expoſitio 15. *Articuli quæſtionis* 5. *prologi.*

1. NON minima ſe offert difficultas in exponenda cóclusione texruali, in qua Doctor aſſerit, Theologiam contingentium inſe non eſſe practicam, ſed ſpeculatiuã. Cuius ratio eſt: quia dato, quod non ſit practica, à ſufficienti diuiſione ſpeculatiua erit. At verò nõ eſſe practicam probat: quia ex obiecto non eſt praxi conformis, &c. Vrget ergo difficultas: quia ex præcedenti articulo conſtat, Theologiam contingentium in intellectu diuino eſſe ſpeculatiuam, in intellectu verò creato practicam eſſe: ergo vt ſic, prout in ſe abſtrahit ab vtroque intellectu, nec erit ſpeculatiua, nec practica. Conſequentia patet: quia ſi inſe ſpeculatiua eſt, in nullo inferiori practica eſſe poterit: nã, vt Doctor probat in articulo 11. huius quæſtionis, ſpeculatiuum, & practicum nequeunt eidem Theologiæ conuenire; nec proinde ex ſe ſpeculatiua per practicum contrahi poteſt in intellectu creato. Confirmatur per exẽplum: animal enim ex eo, quod ex ſe indifferens eſt ad rationale, & irrationale, neutrum includit ex ſe, prout abſtrahit ab vtroque: quia ſi irrationale eſſet ex ſe, non poſſet in homine contrahi per rationale: pari ergo ratione, ſi Theologia ex ſe abſtrahit ab intellectu creato, & increato, in quorum primo reſpecto contingentium eſt practica, in ſecũdo verò ſpeculatiua, nequit conſequenter ex ſe, ſpeculatiua, aut practica eſſe, ſed indifferens ad vtrumque. Ratio hæc dubitandi colligitur ex argumentis, quæ ſibi obijcit Doctor, & ſunt in principio articuli.

Soluit igitur Doctor hanc ratiõ dicendo, per ſe practicũ, & per ſe ſpeculatiuum opponi: ac propterea vtrũque in ſimul eidem Theologiæ conuenire non poſſe: cæterum per ſe ſpeculatiuum, & per accidẽs practicum, non ſic repugnat (inquit Doctor) ſicut non repugnat eſſe nigrum ſimpliciter, & album ſecũdũ quid, quòd patet in Ethiope, qui ſimpliciter niger eſt, albus verò ſecundum dentes. Sic in propoſito Theologia contingentiũ ex ſe eſt ſimpliciter ſpeculatiua ratione obiecti, practica vero per accidẽs, non ex obiecto, ſed à cauſa extrinſeca, hoc eſt, à voluntate diuina determinante intellectum creatum ad notitiam directiuam praxis, quatenus, ſcilicet, eſt prima regula, à qua intellectus creatus habet per cognitionem talis obiecti eſſe directiuum volitionis, & conformatiuum illius (vt quidam Scotiſtæ explicant) vel quatenus cognitio theologica contingẽtiũ in nobis terminatur ad aliquod opus diuinæ voluntatis, quod propterea practicum eſt: vt alij literalius intelligunt. 2.

Doctrina tamen iſta procedit, ſupponendo aliam, ſc. licet, quod cognitio practica, & praxis, ad quam extenditur, hoc eſt notitia cognoſcentis, & praxis operãtis, poſſint eſſe reſpectu diuerſorum ſuppoſitorum: quod Doctor, vt probabile admittit. Si verò loquamur iuxta aliam doctrinam, quæ tutius in eius Schola ſupponitur, cognitionem practicam, & praxim, debere eidẽ ſuppoſito ineſſe, prout in præcedenti articulo tradit Doctor: aliter dicendum eſt. Si enim in eodem ſuppoſito creato conſideretur cognitio practica intellectus, & volitio voluntatis eiuſdem ſuppoſiti, non video, cur iſta notitia non ſit ex ſe, & per ſe practica, ſiquidem eſt ex ſe directiua rectæ volitionis. 3.

Iuxta Doctoris ergo ſententiam (ſupponendo quod cognitio, & praxis debeat eſſe in eodem ſuppoſito) videtur dicendum, Theologiam contingentium in intellectu creato, per ſe, & 4.

non per accidens practicam eſſe. Nec obſtat, quod ab extrinſeca cauſa, nempe, à diuina voluntate habeatur, notitiam illam eſſe directiuam: quia per ipſam regulam à diuina voluntate ſic ſemel præſtitutam, iam redditur practicum obiectum, quod hæc Theologia conſiderat. Quamuis enim ſedere accidat homini ſecundum ſe conſiderato, non tamen ei accidit, vt eſt hic, & nūc obiectum viſus: quia viſus per ſe terminatur ad obiectū, prout habet eſſe in ſe, licet non ex ſe: & ideo terminatur per ſe ad hominem ſedenté, & ob hoc eſt formaliter viſio hominis ſedentis. Sic licet ab extrinſeco proueniat obiecto contingenti eſſe virtualiter directiuum: tamen cognitio theologica terminatur ad illud, vt directiuum eſt: & ideo ipſa per ſe, & ex obiecto, eſt cognitio directiua, & non per accidens. Suppoſito igitur ſecundum probabiliorem Doctoris ſententiam (licet etiam oppoſita ſecundum ipſum probabilis ſit) notitiam practicam, & praxim debere ineſſe intellectui, & voluntati eiuſdem ſuppoſiti, reſtat, Theologiam cōtingentium in intellectu creato non dici à voluntate diuina, ſed ab obiecto virtualiter includente directionē, à quo talis Theologia directiua eſt praxis voluntatis creatæ ipſius ſuppoſiti: ſed ſcientia, quæ ab obiecto eſt ſic directiua, eſt per ſe practica, & non per accidens: ergo (tenendo hanc viam) Theologia contingentium in intellectu creato non per accidens, ſed per ſe practica eſt.

5. *Lychet.* Oppoſitam tamen viam videtur ſequi Lychetus, quæſt. 5. prologi art. 2. *§. quæſtionis de Theologia contingentium.* dum maxime in illa exponenda laborat. Cuius totale fundamentum eſt ponere; poſſe eſſe praxim in vno ſuppoſito, & cognitionem practicam in alio. Vt pote Deus ſua voluntate decreuit, Chriſtum eſſe Deum, & hominem: quod decretum, ſeu volitio, dicitur praxis (licet non in rigore, vt patuit in expoſitione præcedentis articuli:) ego autem per Theologiam cognoſco, Chriſtum eſſe verum Deū, & hominem, ſicut voluntas diuina futurum eſſe decreuit. Tunc (inquit) quod cognitio iſta mea theologica, practica eſt, eo quod praxim illam diuinæ voluntatis cognoſcit. Quia tamen hæc eſt ſententia à Doctore admiſſa, tanquam probabilis, impugnā da nobis non eſt: quia Doctor concludit ſic. *Hoc ſaltim teneo, quod Theologia contingentium non eſt per ſe practica, ſine ab obiecto, poteſt tamen in intellectu creato eſſe practica per accidens.* Quæ verba ſunt intelligenda ſanè ex ſuppoſitione, quod notitia poſſit dici practica à praxi exiſtente in diuerſo ſuppoſito: non tamen, ſi teneamus cum ipſo Doctore in articulo præcedente, neceſſario debere exiſtere notitiam practicam, & praxim in eodem ſuppoſito. Hac ergo de cauſa non eſt vna via nobis impugnanda, nec diffiniēdum, an ſit alteri firmius adhærēdum? Vtrā que ergo probabiliſsimam iudico, licet à pluribus oppoſita probabilior ſentiatur. Eſto tamen, quod Theologia contingentium in nobis non per accidens, ſed per ſe, practica ſit, vt argumentum ſupra num. 1. propoſitum ſoluatur: neceſſum videbatur dicere, Theologiam cōtingentium in ſe, nec eſſe ſpeculatiuam, nec practicam, ſed ab vtroque abſtrahere, contrahique per vnum, ſeu alterum, in vno, ſeu altero intellectu, diuino, ſcilicet, vel creato.

Hæc tamen reſponſio cum concluſione textuali ſtare non poterit, vt cō ſtat: qualiter ergo teneri poſſit concluſio textualis, ſcilicet, quod Theologia in ſe ſpeculatiua eſt, & in intellēctu creato ſit practica? Hoc quidem non difficile ſoluā ex ipſius Scoti doctrina, qui ſæpe docet ſpeculatiuū, & practicū cōtradictorie opponi. Quo fundamento enixus tenuit ſupra in art. 10. nō poſſe Theologiam in ſimul eſſe ſpeculatiuam, & practicam. Speculatiuum enim, nihil aliud addit ſupra rationem præciſæ ſcientiæ, niſi meram negationem illius duplicis relationis, quæ eſt differentia ſcientię practicę, vt docuit Doctor ibi in fine corporis articuli: quia practicum eſt tandem extendi ad praxim: ſpeculatiuum verò non extendi ad praxim. Vnde hæc 6.

de hæc concludit ibidem: *Sequũtur de eodẽ duo cõtradictoria, videlicet, extẽdi & nõ extendi*: quod ſæpe in hac quæſtione tradit, & preſertim in ar. 3. in corpore, vbi vocat hanc negationẽ priuationem reſpectus conſtituentis praxim, his verbis: *Quia practicã dicit duplicẽ reſpectum notitiæ aptitudinalem ad praxim, ſpeculatiuum autem priuat illum reſpectum*, licet vt oſtendam eſſe meram negationem, ſeu priuationem (hic enim ſumit priuationẽ pro negatione: quia alias non contradictorie opponeretur practico, ſed priuatiue) ſubdit: A *ſed nec reſpectus, nec priuatio eius, eſt de ratione abſoluti*. Quibus verbis aperte docet ſpeculatiuum nullam rationẽ poſitiuam importare.

7. Hoc igitur ſuppoſito, eſt ſummopere obſeruandum, longe differre contractionẽ ſuperioris ad inferiora per differentias cõtrarie, ſeu poſitiue oppoſitas, à cõtractione per differentias cõtradictorie oppoſitas. Cuius ratio eſt: quia ſuperius abſque vtraque differentia poſitiue oppoſita concipi poteſt: bene enim poteſt concipi animal ſine rationali, aut irrationali (ſumendo irrationale, prout ſub ſe includit omnes differentias poſitiuas contrahentes animal, dempto rationali) at vero non poteſt concipi abſque contradictione ſine aliqua ex differentijs contradictorie oppoſitis: quia hoc axioma veriſſimum eſt in vniuerſum, nempe, *quodlibet eſt, vel non eſt*. Vnde hæc eſt vera diſiunctiua, animal in ſe, vel eſt rationale, vel irrationale: quia ſicut de eodem abſque contradictione non poſſunt ſimul prædicari affirmatio, & negatio: ita ſine contradictione non poteſt non prędicari vnum, ſeu alterum. Cum igitur ſecundum Doctorem practicum, & ſpeculatiuum tantum contradictorie opponantur, ita quod ſpeculatiuum non aliud pro formali importat, niſi negationem illius duplicis negationis, quæ conſtituit practicum, conſequẽter, aut practicum, aut ſpeculatiuum debet competere neceſſario Theologiæ contingentium ſecundum ſe conſideratæ, etiam vt ab omni intellectu abſtrahit. Cum ergo talis Theologia ſecundum ſe non ſit practica, quia ſecundũ ſe non includit hanc differentiam poſitiuam, per quam eſt contrahibilis neceſſario ſecundũ ſe includit negationẽ talis differentiæ: ſed includere negationẽ talis differentiæ poſitiuæ eſt formaliter eſſe ſpeculatiuam: ergo ſecundũ ſe eſt ſpeculatiua: & ſic manet probata concluſio Scotica.

8. Tunc igitur ad argumentum in principio poſitum, dico, tantum procedere de ſuperiori reſpectu differentiarum poſitiue oppoſitarum, non vero reſpectu earum, quæ contradictorie opponuntur: illarũ etenim vna, vel altera neceſſario cõuenit illi ſuperiori. Sed tunc vrgebis: eſto quod ſpeculatiua ſit ſecundum ſe: ergo quando contrahitur ad eſſe practicum ſimul eſt ſpeculatiua, & practica. Conſequentia probatur: quia quod alicui per ſe competit, ſemper, & vbique cõpetit: ergo quod competit Theologiæ ex ſe, vt abſtractæ, etiam ſibi competit, vt contractæ. Reſpondeo negando priorem conſequentiã: quia aliud eſt negationem conuenire alicui ex ſe, hoc eſt ex natura ſua, ita vt ex natura ſua dicat negationem alterius ſibi incompoſsibilis: aliud vero eſt aliquid ita importare ex ſe negationem alterius, quia præciſe illud negat, non eo quod ſit ſibi incompoſsibile, ſed ex eo quod illud ex ſe non habet. Priori modo non eſt Theologia ſpeculatiua ex ſe: quia tunc (vt argumentum probat) concluderetur, Theologiam nullatenus poſſe eſſe practicam, vel quod ſimul eſſet practica, & ſpeculatiua: quod eſſet maius inconueniens. Secũdo vero modo optimè intelligitur Theologiam eſſe ſpeculatiuam ex ſe, eo quod ex ſe non eſt practica, & hoc non eſſe practicam eſt negatio illius duplicis relationis, per quam notitia eſt practica, & per hanc negationem præciſe eſt ſpeculatiua: & in hoc ſenſu teneo cum Doctore, Theologiam contingentium eſſe ſpeculatiuam ex ſe: nam ſicut animal, quod ex ſe eſt nõ rationale (negatiuè loquendo) adueniente differentia rationalis, admittit negationem per acquiſitionem poſitionis, ita quod non eſt ſimul rationale,

nale, & non rationale, ſed iam eſt rationale tantum: ſic Theologia, quæ ex ſe non eſt practica (quod idē eſt, quod eſſe ſpeculatiuam) adueniente differentia practici, amittit negationem practici, & ſpeculationem, per acquiſitionem poſitionis differentiæ practicæ, & iam non eſt ſpeculatiua, ſed tantū practica.

9. Sed ſi amplius vrgeas: ſpeculatiuū non eſt mera negatio; quia eſt contemplatio veritatis obiecti: ergo ſolutio nulla fuit. Reſpondeo, quod vere mera negatio eſt: nam cognitio, quatenus cognitio præciſe eſt, habet omnem poſitionem ad ſpeculandum obiectū: quia eſt cognitio veritatis illius: & eo ipſo præciſe quod cognitio non eſt directiua praxis, ſpeculatiua eſt. Quod patet: quia præciſa à cognitione practica illa directione aptitudinali ſine poſitione alterius poſitiuæ differētiæ, ſpeculatiua erit: ergo ratio ſpeculatiui in præciſa negatione practici conſiſtit. Hoc antecedens probatur ex dictis à Doctore, ſupra in art. 13. & probatis à nobis in commentario eiuſdem ſub nu. 3. & 4. Quoniā ideo præciſe Theologia neceſſariorum in Deo non eſt practica, ſed ſpeculatiua: quia volūtas diuina, eo quod ex ſe infinite recta eſt non eſt regulabilis, aut dirigibilis per cognitionē intellectus diuini: itaquod ſi voluntas dirigibilis eſſet, proculdubio cognitio diuini intellectus eſſet directiua, & conſequenter practica: igitur per præciſam ablationem dirigibilitatis ex parte voluntatis Dei, tollitur à cognitione eius eſſe directiuā, & practicam, & datur eſſe ſpeculatiuam. Cognitio ergo quælibet intellectus, quæ directiua non eſt, eo præciſe quod directiua non eſt, ſpeculatiua erit: quia ex ſe habet, quidquid ad ſpeculationem requiritur: dummodo tamen negationem dictæ directionis aptitudinalis, in qua praxis conſiſtit, includat. His igitur prænotatis, optime ſaluatur concluſio textualis, quod, ſcilicet, Theologia contingentium in ſe eſt ſpeculatiua, non obſtante, quod in intellectu creato ſit practica per ſe, & non per accidens. Quod ſi teneatur ibi practicam eſſe per accidens: iuxta ea, quæ habentur in textu, & expoſita ſunt hîc num. 3. reſpondendum eſt. Sed meo videri, facilius, & exactius, ſecundum Doctorem ex nuper dictis remanet articuli difficultas ſoluta.

ARTICVLVS XVI.

Vtrùm de contingentibus poſsit eſſe ſcientia practica?

AD decimumſextū ſic proceditur. Videtur, quod de contingentibus non ſit ſcientia practica. Et arguitur primo: quia ſcientia eſt neceſſariorum: ergo circa contingentia non eſt ſcientia. Antecedens patet ex diffinitione ſcientiæ 1. Poſt. Similiter, 6. Ethic. ſciētificum diſtinguitur à ratiocinatiuo penes neceſſarium, & contingēs: ergo omnes habitus partis ſcientificæ ſunt circa neceſſarium: ſciētia autem eſt habitus iſtius partis: ergo &c. A. Tx. 5. 6 cap. 2.

Secundo præterea: ſi Theologia eſt circa contingens agibile: ergo eſt habitus actiuus cum ratione vera: hæc autem deſſinitio eſt Prudentiæ. Vt dicitur 6. Ethicor. Ergo Theologia eſt Prudentia, & non ſcientia. B cap. 4.

Sed contra eſt: quia tunc eodem modo concluderet, ſcientiā moralem eſſe Prudentiam: nam ſcientia moralis eſt habitus actiuus cum vera ratione. C

Reſpondeo dicendum, quod contingens, circa quod eſt ſcientia practica, eſt finis, vel ens ad fi-

nem

nem; in agibilibus autem actio eſt finis vltimus ſecundum Phyloſophum 6. Ethic. ergo cōtingētia actionis ſufficit ad ſcientiam practicam, vel obiectum ſciētiæ practicæ: & ideo de contingentibus ſunt multæ veritates neceſſariæ: quia actus, qui contingenter elicitur, cōcluditur neceſſario debere eſſe talis adhoc, vt ſit rectus. De ipſo ergo eſt ſcientia, quantū ad concluſionem demonſtratam neceſſario, licet in ſe ſit contingens, in quantum elicitur à potētia propria.

cap. 3. concluſio.

D Ad primum argumētum *per hæc, quæ hic dicta ſunt*, reſpōdeo. Tunc patet ad authoritatem primi Poſt. Scientia eſt neceſſarij dicti de contingente: & ita veritates neceſſariæ includuntur in veritate contingentis; vel concludūtur de aliquo, quod eſt contingēs per rationem alicuius prioris neceſſarij. Per idem ad authoritatē, 6. Ethic. quia habitus partis ratiocinatiuç eſt circa actum, in quantum contingenter elicitur: ſed habitus ſcientificus, vel ſcientiæ eſt circa idem, in quantum de eo aliquid neceſſario concluditur. Si obijcitur, quod non eſt idem obiectum habitus ſcientifici, & ratiocinatiui: de hoc dicetur inferius, quomodo idem obiectum poteſt eſſe plurium habituum, licet non idem habitus plurium obiectorum.

Ad ſecundum dico: quod diffinitio Prudentiæ debet intelligi de habitu actiuo proximo, qualis eſt habitus acquiſitus ex actibus. E Vnde ſicut circa factibilia ars ſe habet ad habitum experti, ita circa agibilia ſe habet ſcientia moralis ad habitum Prudentiæ: quia habitus artis, & ſcientiæ moralis, quaſi ſunt remoti ad dirigendum; quia vniuerſales: ſed habitus Prudentiæ, & experti; quia generati ſunt ex actibus, ſunt particulares, & propinqui ad dirigendum.

Iſta expoſitio eſt neceſſaria: F alioquin nulla eſſet ſcientia practica: quia quæcumque eſt habitus actiuus, vel factiuus cū ratione vera. Concluſio autem eſt inconueniens, & contra Phyloſophum, 6. Meth. & contra Auicen. 1. meth. cap. 1. & contra authoritates alias.

tx. co. 1. & 2.

Expoſitio 16. art. quæſtionis 5: prologi.

HVius articuli litera eſt ſatis perſpicua, in qua propterea nobis immorādum nō eſt. Concludit Doctor ſcientiam contingentium practicam eſſe poſſe. Ratio enim dubitandi in ea ſumitur ex obiecto ſcientiæ in rigore ſumptæ, quæ de contingentibus eſſe non poteſt, vt patet ex queſt. 4. art. 1. & in expoſitione noſtra ibidem: hic autem oſtendit de contingentibus, poſſe eſſe plures veritates neceſſarias, de quibus eſt ſcietia, quę tamen practica eſſe poteſt.

Finis Prologi librorum ſententiarum.

LIBER

LIBER PRIMVS SENTENTIARVM.

DISTINCTIO PRIMA.

VETERIS, AC NOVÆ LEGIS, CONtinentiæ, diligenti indagine, etiam atque etiam conſiderantibus nobis, præuia Dei gratia innotuit ſacræ paginæ tractatum circa res, vel ſigna præcipue verſari &c.

QVÆSTIO PRIMA.

De obiecto fruitionis.

CIRCA diſtinctionem primam, in qua Magiſter tractat de frui, & vti, quæro primo de obiecto ipſius frui. Et ad iſtam quæſtionem primo, diſtinguam de fruitione ordinata, & in communi ſumpta. Secundo, dicam de obiecto fruitionis in communi. Tertio, de obiecto fruitionis ordinatæ. Quarto, quomodo ſit intelligendum, fruitionem eſſe circa finem, ſiue vere vltimum, vt in tertio articulo, ſiue non vere vltimum, vt in ſecundo articulo. Circa hãc itaq́ quæſtionẽ quæruntur tria.

¶ Primo. Vtrùm obiectum fruitionis in communi ſumptæ ſit verus finis?

¶ Secundo. Vtrùm obiectum fruitionis ordinatæ ſit aliud à ſummo, & perfectiſſimo ente?

¶ Tertio. Vtrùm per ſe obiectum fruitionis ſit finis vltimus, ſecundum formalem rationem finis.

ARTICVLVS I.

Vtrùm obiectum fruitionis in communi ſumptæ ſit verus finis?

AD primum ſic proceditur. Videtur, quod obiectum fruitionis in communi ſumptæ nõ ſit verus finis: quia

quia quæcumque forma naturalis faciat capacitatem materię: igitur quodcumque obiectum faciat capacitatem potētiæ. Cōſequentia probatur: quia potentia per formam in ipſa receptā reſpicit obiectum: & ita ſi forma vna recepta faciat appetitum intrinſece, ſequitur quod obiectum, quod reſpicitur à potentia per illam formam, etiam faciat appetitum extrinſece, ſeu terminatiue: antecedens probatur: quia ſi aliqua forma non faciaret: ergo ſtante iſta forma, materia inclinaretur ad aliam naturaliter, & per conſequens ſub iſta quieſceret violenter: nam quodcumque prohibēs aliquid ab illo, ad quod eſt inclinatio naturalis ipſius, eſt violentum ſibi: ſicut apparet de quiete grauis extra locum ſuum.

B. Sed contra eſt: quia ſumma peruerſitas eſt in fruēdo vtēdis, ſecundum Auguſt. 83. quæſt. quæſt. 30. ergo &c.

C. Reſpondeo dicendum: quod fruitio in communi excedit fruitionem ordinatam: quia quandocumque potentia non determinatur ad actum ordinatum, ex ſe actus eius in communi vniuerſalior eſt actu eius ordinato: voluntas autem non determinatur ex ſe ad fruitionem ordinatam: quod patet *per illud quod dictum eſt*, ſecundū Auguſt. Eſt autem frutio ordinata, qualis nata eſt eſſe recta: quando, ſcilicet, ordinatur ſecundum circumſtantias debitas: fruitio autē in communi eſt, ſiue habeat illas circumſtantias, ſiue non. De hoc *igitur* articulo, dico: quod obiectum fruitionis in communi eſt finis vltimus, vel verus finis, qui, ſcilicet, eſt finis vltimus ex natura rei, vel apparens, qui ſcilicet, oſtenditur à ratione errante, tanquam finis vltimus, vel finis præſtitutus, quem, ſcilicet, volūtas ex libertate ſua vult tanquā finē vltimū. Duo prima mēbra ſatis patent, tertium probo: quia ſicut in poteſtate voluntatis eſt velle, & nō velle: ita in poteſtate eius eſt modus volendi, ſcilicet, referre, & non referre: quia in poteſtate cuiuſcumque agentis eſt agere, & modus agendi: ergo in poteſtate ſuà, eſt aliquod bonum velle propter ſe, non referendo ad aliud bonum: & ita ſibi præſtituendo finem. *Concluſio.*

D. Ad argumentum *quatenus contra ſecundum membrum: concluſionis militat*, dico, quod non quæcumque forma faciat appetitum materiæ totaliter extenſiue: tot enim ſunt appetitus materiæ ad formas, quot ſunt formæ receptibiles in materia: nulla igitur vna forma poteſt per ſe ſaciare omnes appetitus materiæ ad formas: ſed vna faciat perfectiſſi-

Digitized by Google

fectiſsime, ſcilicet, forma perfectiſsima: illa tamen non faciat omnes appetitus materię, niſi in iſta vna forma omnes formæ includerentur.

E Ad propoſitum, dico: quod vnum obiectum poteſt includere omnia obiecta aliquo modo, & ideò illud ſolum obiectum perfecte quietat potentiam, quantum poteſt quietare, ſicut argumentum erit in ſecundo articulo contra Auicen. Non tamen eſt omnino ſimile de quie te intus, & extra: quia quodcumque receptiuum quietatur intra aliquo finito recepto: ſed extra, ſi ue terminatiue, non oportet, quod finito quietetur: quia ad per fectius extra poteſt ordinari, quã poſsit in ſe recipere formaliter: quia finitum non recipit formam, niſi finitam; tamen bene habet obiectum infinitum.

F Cum probatur: quia quælibet forma quietat materiam ſuam: quia aliter ſub quacumque quieſceret violenter; dico, quod quies violenta nunquam eſt, niſi quieſcens determinate inclinetur ad oppoſitum: ſicut explicatur de graui reſpectu deorſum, vel deſcenſus, & quiete eius ſuper trabem: materia autem prima ad nullam formam determinate inclinatur: & ideò ſub quacumque quieſcit, non violenter, ſed naturaliter quieſcit, propter indeterminatam inclinationem ad quamcumque.

Expoſitio 1. articuli quæſti. 1. diſtin. 1.

TRACTATVS de fruitione, quem Diuus Thomas 1. 2. ſub vndecima quæſtione quatuor tantum articulos continente, comprehendit, huius primi libri ſententiarum in textu Doctoris ſubtilis, primam occupat diſtinctionem, quæ ſub quinque quæſtionibus viginti tres articulos amplectentibus, diſputatur locupleſiſsime ab eodem Doctore. Non enim ſolummodo rationem præciſam fruitionis (ſicut Diuus Thomas) inueſtigat, ſed ſubtiliſsimas ſpeculationes de fruitione beatorum ſubtiliter reſoluit. Vnde, quia hic etiam inſuper præcipuas difficultates materiæ de viſione Dei, quas Diuus Thomas 1. p. q. 12. tractat: & quæſtionem de vſu, quam idem Angelicus Doctor diſputat 1. 2. quæſt. 16. & de vltimo fine, à quo in eadem 1. 2. ſumpſit exordium, ſub hac diſtinctione Doctor ſubtilis determinat, & partim reſoluit, partim verò tangit: alias ve quæſtiones per alios ſui operis libros diſperſim pertractat. Idcirco, vt inſimul materiæ integræ ab ſtudioſis quærentibus reperiantur, illas, quæ hic ſe offerunt, ſub hac diſtinctione collocare elegi. Sub prima igitur quæſtione huius diſtinctionis, quidquid ad vltimum finem pertinet, diſputabo. Sub ſecunda vero materiam de viſione Dei completam adijciam. Sub tertia tamen quæſtiones de fruitione, & vſu. Sub quarta autem ea, quę pertinent ad libertatem fruitionis beatorum oſtendam. Et tandem ſub quinta quibus vera fruitio poſsit competere, patefaciam. 1.

Nunc

Nunc autem in præſenti articulo diſtinguit Doctor fruitionem in communem, & ordinatam; & prioris obiectum inquirit, & concludit eſſe vltimũ finẽ: ſed vltimum finem determinat triplicem eſſe poſſe: vel enim eſt verus finis, & eſt ille, qui vere eſt vltimus: ex natura rei, vel eſt non verus in ſe, ſed apparens tanquam verus: & hic ideo apprehenditur, vt vltimus finis, quia in eius cognitione deceptus eſt intellectus, & ſic deceptus, & errans oſtendit illum voluntati, ac ſi ex natura rei vere finis vltimus eſſet. Vel tertio eſt finis vltimus præſtitutus, quem, videlicet, voluntas, eo quod libera eſt, ad nutum ſui arbitrij, tanquam finem vltimum ſibi cõſtituit, hoc eſt non referendo illum ad alium finem: quia in hoc conſiſtit ratio finis vltimi. Hunc tertium tantum videtur conſtituere Diuus Thomas obiectum eſſe fruitionis præciſe conſideratæ (quam ſententiã credo eſſe eandem, quam Scotus vocat communem) dum ait articulo quarto, *frui importare comparationem quandam voluntatis ad vltimum finem, ſecundum quod voluntas habet aliquid pro vltimo fine.* In hoc igitur videntur differre Diuus Thomas, & Scotus, quòd ille vnum ſolum membrum diuiſionis prædictæ eſſe obiectum fruitionis affirmat: Doctor vero trimembri diuiſione vltimi finis, vnam abſtrahit rationem communem, quia finis vltimus, vt abſtrahit à vero, & apparenti, ac præſtituto, vt ſic præciſe conſideratus, eſt obiectum fruitionis præciſe ſumptæ, quam Doctor vocat communem. Licet verum ſit, quod voluntas nunquam appetit in re finem vltimum, niſi contractum aliqua ex aſsignata triplici differentia.

Cætera, quæ habentur in textu, ſunt ſatis perſpicua.

ARTICVLVS. II.

Verum obiectum fruitionis ordinatæ ſit aliud à ſummo, & perfectiſsimo ente?

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quod obiectum fruitionis ordinatæ ſit aliud à perfectiſsimo ente: quod probatur ex dictis Auicen. 9. Meth. cap. 4. vbi vult, quod Intelligẽtia ſuperior per actum ſuum intelligendi producit inferiorem. Tunc autem videtur productum eſſe perfectum, quando attingit ſuum principium productiuum, ſecundum illam propoſitionem 35. Proculi, quod vnum quodque natum eſt conuerti ad illud, à quo procedit: in tali autem reditu videtur eſſe circulus completus: & ità perfectio: ergo Intelligẽtia producta perfectè quietatur Intelligentia producente. A

Sed contra eſt: quia potentia, quæ inclinatur ad multa obiecta per ſe, non quietatur in aliquo vno perfectê, niſi illud includat omnia per ſe obiecta, quantũ poſſunt includi in aliquo vno: ſed potentia fruens inclinatur ad omne ens, ſicut ad per ſe obiecta: ergo nõ quietatur in aliquo vno ente, niſi illud includat omnia entia, quantum poſſunt includi in aliquo vno: poſſunt au- B.

tem tantum includi in vno ente infinito: ergo potentia poteſt tantum quietari ibi in ſummo.

C Reſpondeo dicendum, quantum ad ſecundum articulum, quod videtur eſſe opinio Auicenæ: quod ordinata fruitio poteſt eſſe circa aliud à fine vltimo: quod probatur ex dictis eiuſ in *argumento in principio poſito.* Cōtra iſtud: potentia nō quietatur, niſi vbi eſt obiectum ſuum perfectiſsimè, & in ſummo, obiectum potentiæ fruentis eſt in cōmuni ſecundum Auicen. 1. Metaph.c.5. ergo non quietatur potentia fruens, niſi vbi eſt perfectiſsimum ens, hoc eſt ſummū tantum. *Concluſio.* Item Intelligentia inferior videns ſuperiorem, aut videt eam eſſe finitam, aut credit eam eſſe infinitam, aut nec videt eius finitatem, nec infinitatem. Si credit eam eſſe infinitam: ergo beatificatur in ea: quia ſtultius nihil poteſt dici, quā, quod falſa opinione anima ſit beata ſecundum Auguſtin. 11. de ciuitate Dei capite quarto. Si autem nec videt eius finitatem, nec infinitatem, non videt eam perfectè, nec ſic eſt beata. Si autem videt eam finitam: igitur poteſt intelligere aliquid peſſe eam credere: ita enim experimur in nobis, quod poſſumus apprehendere vltra quodcumque bonum, aliud, quod oſtenditur maius bonum: & per conſequens poteſt appetere, vel amare illud maius bonum: & ita nō quietatur in illa Intelligētia. Alij arguunt cōtra iſtam opinionem: quia anima imago Dei eſt: ergo eſt capax eius ſecūdum Auguſtin. 14. de Trinitate cap. 8. vel 15. eo (inquit) imago eius eſt, quo eius capax eſt, eiuſque particeps eſſe poteſt. Ex hoc ſic: quidquid eſt capax Dei per nihil minuis, Deo ſaciatur: ergo &c. Sed iſta ratio nō procedit cōtra Phyloſopos: quia præmiſſa aſſumpta de imagine eſt tantūm credita, non naturali ratione cognita: ratio enim imaginis, quam nos concipimus, fundatur in anima in reſpectu ad Deum, vt eſt trinus: & ideo non cognoſcitur naturaliter: quia nec extremum ad quod eſt, cognoſcitur à nobis naturaliter. Alij arguunt contrà rationem eius. quia anima immediatè creatur à Deo: igitur in Deo immediate quietaur. Sed huius rationis antecedens eſt tantū creditū, & negatur ab eo: quia ipſe penit eā immediate creari ab vltima Intelligentia, & infima. Similiter conſequentia hæc non valet; ſicut nec etiam ſimilis cōſequētia facta pro opinione Auicenæ: accidit enim, quod coniūgantur in eodem ratio primi effectiui, & ratio finis, nec quietat, inquātum principium effectiuū, ſed inquantum obiectum perfectiſsi-

ctiſsimum, alioquin anima ſenſitiua noſtra, quæ creatur à Deo (ſecundum vnam opinionem) nõ poſſet perfectè quietari, niſi in Deo. In propoſito igitur idẽ eſt efficiens, & finis: quia in efficiente eſt plenitudo perfectionis obiecti: non autem in ratione efficientis, vnde efficiens eſt, includitur ratio finis, vel quietatiui. Vt autem confutetur Auicenæ opinio, duco rationẽ eius ad oppoſitum: quia ſecunda Intelligentia ſi cõcedatur ſibi, quod cauſat tertiã, non cauſat eam virtute propria, ſed virtute primæ: ergo nõ finit eã virtute propia, ſed in virtute aliena: q autẽ finit aliquid in virtute alterius finis, vt vltimus finis non quietat illud: ergo

D &c.

Ad argumẽtũ dico, quod etſi præmiſſa eſſet vera, conſequentia facta non valet; *vt dictum manet in corpore articuli.*

Expoſitio 2. Articuli quæſtionis 1. diſtin. 1.

Poſtquam Doctor in 1. art. obiectũ fruitionis in cõmuni oſtendit, quærit in præſenti ſpecialius de fruitione ordinata, & eius obiectum inueſtigat: fruitio autẽ ordinata eſt illa, quæ non ad libitum voluntatis, ſed vero dictamine, ac recta ſynderesi ducta, fertur in obiectũ perfectiſsimè quietatiuum ſui. Hoc ſuppoſito fuit opinio Auice-

1. næ, quã refert Doctor in textu, quod obiectũ fruitionis animæ rationalis, eſt infima Intelligentia earũ, quas ipſe fatetur: aiebat enim primã intelligentiã, quæ eſt Deus per actũ intelligendi producere ſecundã, quæ eſt Angelus, & illã ſecundã ſimiliter producere tertiã, & ſic vnam alteram, vſque ad infimã: & quod hæc infima producit animã. Quo iacto fundamẽto, probat obiectũ fruitionis ordinatæ animæ rationalis, eſſe hanc infimam Intelligentiã auctricẽ ſui, ex hoc principio Procli 35. quod, ſcilicet, productum, tunc dicitur eſſe in ſumma perfectione, quando attingit ſuum principium productiuũ. Cum igitur infima Intelligentia ſit principiũ productiuũ animæ rationalis, in eius fruitione, tanquã in ſumma perfectione, perfectiſſimè quietatur. Auicen.

Opinionẽ Auicenæ confutat egregie Seraphicus Doctor S. P. Bonauentura ex capacitate animæ, eo quod eſt Dei imago, vt habetur in textu. Et nõ reijcitur à Scoto hæc confutatio, eo quod non ſit optima, ſed quia euidens non eſt: nititur etenim principijs creditis. Vnde licet Auicennã ipſũ, & alios naturales Phyloſophos, nõ conuincat: Theologis tamen falſitatẽ dictæ opinionis demonſtrat. Similiter aliud argumentum, per hoc quod anima ſit à Deo immediatè creata, & non ab Intelligentia infima, Theologos conuincit; ſed vt bene notauit Doctor, Auicenã non concludet, quia hoc antecedens negat. Quod autẽ aſſerit Auicena, videlicet, obiectũ ordinatæ fruitionis eſſe principium productiuum: vbi rationẽ talis obiecti inſinuare eſſe actiuam productionẽ ipſius, eſt expreſſa ſententia D. Thomæ 1. p. q. 12. art. 1. in corpore, cuius hæc ſunt verba: *In ipſo enim eſt vltima perfectio rationalis creaturæ, quod eſt ei principium eſſendi, in tantũ enim vnum quodque perfectum eſt, in quantum ſuum principium attingit.* Duæ igitur ſunt propoſitiones pro opinione Auicenæ relatæ in hoc articulo, videlicet, & quod principiũ productiuũ, eo quod productiuum rationalis creaturæ, eſt obiectũ ordinatæ fruitionis. Alia, & quod hoc tale principium eſt infima Intelligentia: & ex conſequenti quod anima quietatur in fruitione 2. S. Bonauẽ. D. Thom.

infimæ Intelligentiæ, & hæc Intelligẽtiæ in fruitione ſuperioris, & ſic vſque ad primam.

3: Vtramque ergo propoſitionẽ ſubtiliter cõfutat Doctor in textu: primũ, ſcilicet, oſtendendo mere accidere, quod in eodem ente coniunguntur principium effectiuum, & finis: eſſe enim principium effectiuũ, quaſi materialiter, & per accidens ſe habet ad quietandam voluntatẽ: & concludit ſuis rationibus, ſummum, & perfectiſsimũ ens, eo quod præciſe ſummũ, & perfectiſsimũ eſt, nõ vero, eo quod eſt effectiuum, eſſe obiectum fruitionis ordinatæ. Secundam vero impugnat, retorquendo argumentum Auicennæ contra ipſum: quia ſi Intelligentia infima non virtute propria, ſed aliena ſibi communicata à prima, producit animam; ergo non eſt finis illius, niſi virtute aliena: & tunc illa Intelligentia prima, cuius virtute finit, eſt vere obiectum fruitionis ordinatæ, quod eſt intentum. Conſequentia prima eſt euidens: quia ſecũdum ipſum, à productiuo principio, eo quod eſt productiuum, ſumitur ratio finalizandi, & eſſendi obiectum ordinatæ fruitionis: Intelligentiam autem infimam, non virtute propria, ſed ſibi cõmunicata à prima, producere animã (in caſu quod gratis hoc concederemus Auicenæ) cõpertũ eſt ex neceſsitate cauſalitatis primæ cauſæ: & patefiet infra ſub diſt. 2. q. 2. vbi probatur latiſsimè primũ, & perfectiſsimũ ens, eſſe primũ efficiens omnium rerum.

ARTICVLVS III.

Vtrum per ſe obiectum fruitionis ſit finis vltimus ſecundũ formalem rationem finis?

A AD tertiũ ſic proceditur. Videtur, quod per ſe obiectũ fruitionis non ſit finis vltimus. Primo, quia ſecundũ Auguſt. 83. quæſt. quæſt. 30. fruẽdũ eſt bonis inuiſibilibus: ſed plura ſunt bona inuiſibilia: ergo nõ eſt fruendum tantum vltimo fine.

Secundo prætereа, capacitas fruẽtis eſt finita: quia natura ſubiecti eſt finita: ergo capacitas illa poteſt ſaciari aliquo obiecto finito: ſed fruendum eſt quocumq; ſaciante capacitatẽ fruentis: ergo &c. B

Tertio prætererea, aliquid eſt maius capacitate animæ, vt Deus, qui ſufficit ſibi ipſi: & aliquid eſt minus capacitatẽ eius, vt corpus: ergo aliquid eſt mediũ, ſcilicet, æquale capacitati eius: illud erit minus Deo: ergo &c. C

Quarto prætereа, firmius aſſentit intellectus alij vero, quam primo vero: ergo à ſimili intenſius poteſt volũtas aſſentire alij bono, quam primo bono. D

Sed contra eſt, Aug. primo de doct. Chriſt. c. 1. Res, quibus fruẽdum eſt, ſunt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & hi tres ſunt vna res: ergo &c. E

Reſpondeo dicendũ, quantum ad hũc articulũ, circa quẽ teneo hãc concluſionẽ, quòd fruitio ordinata habet tantũ vltimũ finem pro obiecto: quia ſicut tãtũ aſſentiẽdũ eſt per intellectũ primo vero propter ſe, ita tantũ aſſentiẽdũ eſt primo bono per voluntatem propter ſe: dico tamen, quod ratio finis non eſt ratio propria obiecti fruibilis ordinata, neq; in fruitione communiter ſumpta. Quod non in ordinata patet: tũ, quia F

quia tūc in obiecto beatifico includeretur reſpectus, in quantū beatificum. Tum, quia iſte reſpectus eſt ens rationis tātum. Tum, quia ſi per impoſsibile eſſet aliud obiectum ſummum bonum, ad quod non ordinaretur iſta voluntas, ſicut ad finem, adhuc illud obiectum quietaret, in quo tamen (per poſitum) non eſſet ratio finis. Reſpectu ergo fruitionis ordinatæ, ratio finis ſecundum veritatem concomitatur obiectum fruibile: vel fortè in ea apprehēſione præcedit fruitionē: in fruitione inordinata finis apparentis, ratio finis cōcomitatur appatenter obiectum fruibile: & fortè in apprehenſione præuia præcedit fruitionem eliciendā, quaſi ratio obiecti alliciens: ſed in fruitione finis præfixi ratio finis ſequitur actū: quia, vel dicit modū act⁹, vel modum obiecti, vt talis finis præfixu actu terminat ipſum actum: quia voluntas appetendo illud propter ſe tribuit ſibi rationem finis.

G Ad primum argumētum dico: quod frui accipitur intenſiue pro amore honeſti diſtincto contra amorē vtilis, & delectabilis: vel bona honeſta dicūtur ibi pluraliter, non propter pluralitatē eſſentiarum, ſed propter pluralitatem perfectionum in Deo fruibilium.

H Ad ſecundum dico: quod relatio aliqua finita neceſſario eſt ad terminum, vel obiectū infinitū: quia quod eſt ad finem, in quantū tale, eſt finitū: & acceptum, vt eſt omnino proximum fini cum omnibus, ſcilicet, quæ ſufficiunt ad immediate attingēdum finē vltimū: & tamen relatio finis, ad quem eſt illud, immediate non fundatur niſi in infinito: & hoc frequenter accidit in relationibus proportionalium, & non ſimiliū: quia ibi prima extrema ſūt maximè diſsimilia. Ita dico in propoſito, quod inter potentiam, & obiectum non eſt relatio ſimilitudinis, ſed proportionis: & ideo benè poteſt capacitas in natura eſſe finita, ſicut & natura eſt finita; & tamen eſſe ad obiectum infinitum, ſicut ad ſuum correlatiuum: ſicut quodcumque ens ad finem, quantum cumque ſit infinitū, nunquā tamen ad finem vltimum referetur, niſi illud ſit infinitū. Contra: obiectum adæquatum faciat. Reſpondeo non adæquatum realiter faciat: ſed in ratione obiecti, talis adæquatio eſt ſecundū proportionē, & correſpondentiā. Vel aliter dicendū ad ſecundū (& in idem redit) quod licet appetitus creaturæ ſit finitus ſubiectiuè; non tamen obiectiuè: quia eſt ad infinitum. Et cū arguit de adæquatione, dicendū, quod duplex eſt adæquatio vna in entitate, & hæc requirit ſimilitudinem in natura eorum, quæ adæquantur, & de hoc verū

eſt quod arguitur: alia eſt adæquatio in proportione, quæ neceſſario exigit diuerſitatem extremorum; & hæc nullomodo poteſt adęquari. Exemplum de adæquatione inter materiam, & formam.

I Ad tertium per idem dico: quod nihil eſt maius in ratione obiecti obiecto proportionato animæ: aliquid tamē eſt maius, hoc eſt maiori modo attingibile, quā poſsit ab anima attingi: ſed iſta maioritas non eſt ex obiecto, ſed in actu. Quod declaro in exēplo, ſi ponatur aliquod album ſecūdū decē gradus, ponatur viſus capiens iſtam albedinem, vel illud album ſecūdum vnum gradū; & alius viſus ponatur perfectior iſto ſecundū decem gradus, iſte viſus perfectè capiet iſtud album, quantum ad omnes gradus viſibilitatis eius: ita quod videbit ipſum, quantum eſt viſibile ex parte obiecti: & tamen ſi fuerit tertius viſus acutior iſto ſecundo, perfectius videbit idem albū. Vnde non erit ibi exceſus ex parte graduum obiecti, ſed tantum ex parte actus videndi.

K Ad quartum dico: quod intellectus aſſentit vnicuique vero ſecūdum euidentiam ipſius rei, quā natum eſt de ſe facere in intellectu: & ideo non eſt in poteſtate intellectus firmius, vel minus firmiter aſſentire vero, ſed tantum ſecundum proportionem ipſius veri mouentis intellectū: in poteſtate autem voluntatis eſt intēſius aſſentire bono, vel non aſſentire, licet in perfectius viſo; ideo conſequentia non valet.

Expoſitio 3. Articuli quæſtionis 1. diſtin. 1.

DVplex concluſio habetur in textu prima directe reſpondet articulo, videlicet, quod tantummodo finis vltimus eſt obiectum ordinatæ fruitionis: ſecunda vero eſt, quod ipſa ratio finis non eſt ratio obiecti fruibilis. Primā igitur in præſenti ſtatuit Doctor, & non eſt eadem cum concluſione præcedentis articuli, ſed diſtincta: illic enim concludit contra Auicenam ſummum, & perfectiſsimum ens (qualis eſt Deus) eſſe obiectum fruitionis: quia ſolummodo tale ens eſſe poteſt quietatiuum totius appetitus voluntatis: quia tamen perfectiſsimo enti plures inſunt rationes, ob quas appetatur, etiam in illo articulo oſtendit contra D. Thomā, ſummū ens non habere rationē obiecti fruibilis, eo quod effectiuū eſt: ſed eo quod eſt finis. Nūc autem poſtquam reſpondendo principali quæſito; conſequenter ad prædicta concludit, tantum vltimum finem eſſe obiectum fruitionis ordinatæ, & ſubtiliſsimè formalizādo, determinat in ipſo fine vltimo rationē finis nō eſſe rationē obiecti fruibilis. Ad cuius intelligentiā aduertendū eſt: quod (vt benè notauit Lychetus ſuper hāc quæſtionē §. *de quarto*) finis fruitionis poteſt dupliciter accipi, ſcilicet, formaliter, & fundamentaliter: formaliter importat tā ū relationē rationis: quia vt ſic nihil aliud eſt, quàm reſpectus quidā rationis obiecti fruibilis ad potentiā fruentē, & ſic loquendo de fruitione ordinata, finis vltimus ſecundū rationē finis, eſt diuina eſſentia, inquā tum terminat, & inquātum finalizat, vel finit actum fruitionis: quia termi- *Lychetus ſ.*

nare

nare, finire, ſiue eſſe terminatiuũ; vel finitiuũ actus fruitionis, eſt relatio rationis, vt bene notauit Lychetus ibidẽ: & plane oſtedit Doctor: finis vero fundamentaliter eſt ipſũ obiectũ fruibile ſecũdum ſuam bonitatem, vt pote diuina eſſentia, ſub ratione eſſentiæ.

2 Hoc poſitio, diſtinguit Doctor finẽ vltimum in ordine ad fruitionem, & concludit, quod finis ſub ratione finis, hoc eſt formaliter ſumptus, tã loquendo de fruitione ordinata, quàm de cõmuni, & de inordinata, non eſt obiectum fruitionis. De fruitione ordinata probat: quia obiectũ beatificum, in quantũ beatificũ, non includit reſpectũ rationis: ſed ſi finis vltimus, ſub ratione formali finis, eſſet obiectũ ordinatæ fruitionis, tunc obiectũ beatificũ includeret reſpectum rationis, nempe, illam formalem rationem finalizãdi: ergo &c. Licet igitur talis relatio relationis concomitetur obiectum fruibile, eo quod tale obiectum eſt ſic terminatiuum, & finitiuũ fruitionis, & forſan ex apprehenſione finis præcedat fruitionem, non tamen ſub tali ratione finiendi eſt obiectum fruitionis ordinatæ. De fruitione vero in ordinata in ordine ad finem vltimũ apparentem, etiam facilime probat in textu. Sed de fruitione finis præfixi, ſeu præſtituti à voluntate determinat Doctor, rationem finis non antecedere fruitionem, ſed ad ipſam conſequi. Quod ibi probat: eius tamen probatio illuſtratur exemplo: nam fornitium v. g. quod non includit in ſe rationem omnis boni, nec vere, nec apparenter: cõſequẽter, nec vere, nec apparenter eſt diligibile propter ſe. Hoc autem eſt quod eſt à libidinoſo diligi propter ſe, nõ referẽdo illud in alium finẽ, efficit, quod ex tali dilectione tribuat libidinoſus fornitio rationem ſui finis vltimi; & hic talis finis dicit modum obiecti, qui modus eſt nõ referri ad alud: ergo prius eſt, ꝙ diligatur à libidinoſo, quàm quod habeat rationẽ finis vltimi: ſiquidem ex tali dilectione conſtituit ſibi fornitium finem vltimum, eo quod ipſum diligit, nõ referendo illud ad alium finem: ſed hæc talis dilectio eſt inordinata fruitio: ergo talis ratio finis vltimi præfixi cõſequitur ad fruitionem.

Ex his concluditur in textu, quod nullus finis vltimus, verus, apparens, aut præfixus, reſpectu cuiuslibet fruitionis ordinatę, aut inordinatæ, habet rationem obiecti, ſi formaliter ſumatur ſub ratione finis. Loquendo ergo de fruitione ordinata, obiectũ eius eſt finis, non formaliter, ſed fundamentaliter ſumptus: ideſt ſecundum ſuam quidditatiuam bonitatem, qua eſt perfectiſsimũ bonũ, & habens rationem omnis boni: quod ſimiliter dicendum eſt, ſeruata proportione, de apparenti bonitate finis apparentis reſpectu fruitionis inordinatæ, & de bonitate apprehenſa finis præfixi. 3

Quia igitur circa textum huius quæſtionis non paucæ excitantur difficultates de vltimo fine, elegi hic omnia, quę ad vltimũ finẽ ſpectãt ſpeculari. 4

DIFFICVLTAS XV.

Vtrum bonum, prout complectitur finẽ, & medium, ſit obiectum adæquatum voluntatis?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ cum ſententia Diui Thomæ, & aliorum.

OCCASIONE Literæ textualis Doctoris in primo articulo huius quæſtionis in corpore, dum ait: *Quod in poteſtate voluntatis eſt aliquod bonum velle propter ſe non referendo ad aliud bonum*, ſupponitur bonum, ve ſic eſſe commune ad duo bona: videlicet, ad bonum, quod refertur ad aliud bonũ, propter quod diligitur à voluntate: aliud vero eſſe bonum, quod diligitur ab eã, non propter aliud, ſed propter ſeipſum. Primum bonum vocatur medium: quia ordinatur ad aliud conſequen- 5

 dum:

dum. Secundum vero vocatur finis: quia in ipſo finitur intentio voluntatis, ex quo mouetur difficultas, vtrum illud primum bonum, nempe, mediũ, ſit bonum bonitate propria abſoluta, vel tantum bonitate relata ad finem, eo, ſcilicet, quod ad finis conſequutionem deſeruit? vel illa bonitas ſaltim relata ad finem ſit intrinſeca ipſi medio, ita quod dicatur intrinſece bonum, à bonitate propria ſibi intrinſece inhærente, vel tantum extrinſece, à bonitate finis, quẽ reſpicit: dato enim, quod medium bonitate propria bonum ſit quæritur, an bonum, prout eſt commune fini, & medio, ſit obiectum adæquatum voluntatis? ſi attamen nullam intrinſecam bonitatẽ habet medium, ſed omnis bonitas illius eſt bonitas finis ſibi extrinſeca; tũc cum omnis bonitas, ſit bonitas finis, conſequeter finis, vt conuertitur cum bono, habebit rationem adæquati obiecti voluntatis. Vnde difficultas præſens inueſtigat, an bonum, vt extenditur ad finẽ, & mediũ, ſit obiectum adequatum voluntatis; an vero, vt ſolum importat bonitatem finis, an tandem poſsit voluntas ferri in aliquod bonum tertium, quod nec ſit finis, nec medium?

2. *Sententia D. Thom. Cayetanus. Conradus Metina. Suarez. Vazquez. Lorca. Curiel.*

Diuus Thomas 1.2. quæſt. 1. art. 1. in fine corporis articuli ſic concludit: *obiectum autem voluntatis eſt finis, & bonum.* Circa quam propoſitionem maximè ſe fatigant Thomiſtæ, diuerſas expoſitiones excogitando: ſic Cayetanus, Conradus, Metina ibidem, & plerique veteres, ac recentiores Thomiſtæ: Suarez vero in ſua Metaphyſica tom. 1. diſp. 23. ſect. 6. num. 17. Vazquez 1.2. diſp. 1. cap. 2. Lorca diſput 5. memb. 3. Curiel ibidem quæſt. 2. dubio 1. §. 2. Prædicti omnes, & alij plures pro viribus laborant, vt Diui Thomæ propoſitionem liberent à calumnia, dicentes ipſum ita conſtituiſſe bonum, vt cum fine conuertitur, eſſe obiectũ voluntatis, vt nullum aliud bonum detur, quod non ſit finis: ac propterea finem eſſe adequatum obiectum voluntatis, quam propoſitionẽ Suarez exponit de obiecto formali: dicens, obiectũ formale voluntatis ſolum eſſe finem: de materiali vero loquendo, etiam eſſe medium. Cayetanus vero ſupra hanc diſtinctionem, addit primitatem, & dicit, intelligendum eſſe Diuum Thomam de primo, & formali obiecto: hoc enim eſt finis tantum, qui ſolum diligitur, & appetitur in ſe, media autem, non in ſe, ſed in alio participata, nempe in fine. Conradus ait, finem eſſe per ſe obiectum voluntatis, medium vero non per ſe, ſed per accidens: Gregorius autem de Valencia tenet finem ſolummodo propriè eſſe obiectum voluntatis: medium autem impropriè ſic tenet 2. part. diſpu. 2. q. 3. puncto 2. & ſimiliter reliqui prolibito (doctiſsimè tamen) dictam propoſitionem exponũt. Sed quidquid de eius interpretatione ſit tenendum, curent Thomiſtæ: noſtra enim non refert. Hanc igitur Diui Thomę ſententiam, finem, ſcilicet, eſſe obiectum adæquatum voluntatis (quam alij Thomiſtæ ad literam tuentur) probant ſequentia argumenta

Gregor. de Valen.

3 *Ariſto.*

Primo probatur ex Ariſtotele 2. ethicorum c. 7. vbi ait: *illud eſſe vniuſcuiuſque rei bonum, cuius gratia operatur,* & 2. Phyſicorum cap. 3. (inquit) *finem & bonum idem eſſe*: ſed bonum eſt obiectum adæquatum voluntatis: ergo & finis. 4

Secundo probatur ratione ſumpta ex Diuo Thom. quia illud eſt obiectũ adæquatũ voluntatis, ad quod tendunt actiones humanæ, quę ex voluntate deliberata procedunt: quia actiones alicuius potentiæ procedunt ab illa ſecũdum rationẽ ſui obiecti adæquati: ſed omnes actiones humanæ ſunt propter finem: ergo finis eſt obiectum adæquatum voluntatis.

Tertio, quoniam ſublato fine, tolitur ratio bonitatis à medio: ergo omnis bonitas medij, vt medium eſt, eſt ipſa bonitas extrinſeca finis. Patet conſequẽtia: quia ab illo ſibi prouenit bonitas, quo poſito, ponitur bonitas in medio, & quo ablato, aufertur. 5

Quarto arguitur ex Conrado: quia illud eſt adæquatum obiectum voluntatis, quod per ſe, & non per accidens bonum eſt: ſed ſolus finis eſt per ſe bonus: quia ſi aliquod aliud daretur bonum per ſe vltra finem, eſſet medium: medium autem non habet aliquam bonita- 6

nitatem propriam perſe, ſed omnis, quam habet, eſt ei per accidens conueniens, & non perſe: quoniam bonitas medij, in tantum conuenit medio, in quantum medium eſt: ſed medium nõ eſt medium, niſi quia ordinatur ad finem: ergo omnis bonitas medij ei prouenit ex ordine ad finem: ergo non cõuenit medio perſe, ſed per accidens. Conſequentia patet: quia quidquid cõuenit alicui, non ratione ſui, per accidens ei conuenit.

---

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

7 *Vera ſententia Scoti*

IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in 1. art. huius quæſt. in corpore, vbi oſtendit, tam medium, quam finem eſſe obiectum voluntatis: ait enim loquendo de voluntate, *in poteſtate ſua eſt aliquod bonum velle propter ſe, non referendo aliud bonũ*, vbi clare ſupponit in volũtatis poteſtate eſſe velle bonum propterſe, vel propter aliud, & bonum, vt abſtrahit à bono, quod diligitur à voluntate propter ſe (quod eſt finis) vel propter aliud (quod eſt medium) eſſe obiectum voluntatis. Sed clarius hæc habet in hoc primo libro diſt. 41. quæſt. vnica art. 5. ſolut. ad ſecundum, cuius hęc ſunt verba. *Quando ſunt aliqua duo volibilia, & ordinabilia ad aliquem finem, & ex parte ſui habent rationem illam, propter quam ſunt volenda ab aliqua voluntate, voluntas præ acceptãs vnum illorum alteri ad illum finem, peccat ſecundum acceptationem perſonarum. Talis autem eſt omnis voluntas creata, quia reſpectu illius bonitas amata eſt ratio rectè amandi, non ſic voluntas increata reſpectu alicuius boni alterius ab eſſentia ſua. Nullum enim aliud bonum, quia bonum, ideo amatum ab illa, ſed è conuerſo.* Ex quibus omnibus conſtat perſpicue obiectum adęquatũ voluntatis nõ ſolũ eſſe finẽ, ſed etiam medium habere bonitatem, & rationem intrinſecam diligibilitatis in ſe: & ideo non tantum bonum, vt conuertitur cum fine, eſt obiectum adæquatum voluntatis, vt volebat D Thomas, ſed bonũ, vt cõprehendit finem, & media: imò non tantũ bonũ, vt cõprehendit finẽ, & media, ſed etiã bonum, quatenus extenditur ad bonum, quod nec eſt finis, nec medium, ſed eſt pręciſe bonum, eſt obiectum adęquatum voluntatis. Eſt expreſſa ſententia Scoti in hac diſtinctione prima quæſtione tertia articulo primo in corpore vbi hæc profert. *Præter autem iſtos duos aſſenſus voluntatis eſt aliquis alius aſſenſus medius: quia voluntati poteſt oſtendi aliquod obiectum bonum, abſolute apprehenſum, non ſub ratione propterſe boni, nec propter aliud bonum: voluntas autem circa tale ſic oſtenſum poteſt habere aliquem actum, & non neceſſario inordinatum: ergo poteſt habere aliquem actum volendi circa illud abſolute abſque relatione ad aliud, aut abſque fruitione propterſe.* Eſtque hæc ſentẽtia expreſſa Diui Thomæ 1. 2. quæſtione 12. articu. 4. in corpore, vbi hęc profert: *motus voluntatis poteſt conſiderari dupliciter, vno modo ſecundum quod voluntas in vtrumque fertur abſolute, & ſecundum ſe, alio modo ſecundum quam voluntas fertur in id, quod eſt ad finem propter finem &c.* quæ Diuuæ Thomæ verba expreſſè fatentur poſſe voluntatem ferre in bonum abſolutum, ſeu abſolute conſideratum ſine aliquo reſpectu finis, ſeu medij.

8 Tametſi autem Doctor infra in diſtinctione 3. quæſt. 3. articu. 7. videatur innuere, quod ens, inquantum ens, eſt obiectum adæquatum voluntatis, ſicut eſt obiectum intellectus. Circa quod Lychetus, & alij hoc tenent: non tamen quidem hoc determinat ibi Doctor: ſed forſan arguitiue loquitur, vel ſub conditione problematice ſe habet, determinans tantum, quod etiam ſi voluntatis obiectum adæquatum ſit bonum, non tamen exinde infertur, quod obiectum adæquatum intellectus ſit verum, ſed ens, ob rationes, quas ibi de eius mente oſtendemus. Hæc autem ſunt verba Doctoris ibi ſolutione ad primum. *Si voluntas ponatur habere actum circa omne intelligibile, ponitur idem eſſe obiectum tam* *Lyrhetut.*

voluntatis,quàm intellectus,& ſub ratione eadem formali. Si vero non, ſed quod voluntas tantum habeat actum circa intelligibilia,quæ ſunt finis,vel entia adfinem, & non circa mere ſpeculabilia:tunc ponetur obiectum voluntatis aliquo modo particulare reſpectu obiecti intellectus: ſed ſemper ſtabit,quod ens eſt obiectum intellectus. Lychetus ergo, & qui tenent, obiectum adæquatum voluntatis eſſe ens,à fortiori tenent,non ſolum finē, ſed etiam media, & illud tertium bonum abſolutum. quod ponit Scotus, intrare adæquationem obiecti voluntatis. Sed re vera Scotus aſſertiue, nō tenet ens eſſe obiectum voluntatis, ſed bonum. In quo ſequuntur Doctorem Guillelmus Rubionis in 1. diſt.3. quæſt.3. Pater Rada controuerſ.1.art. 2.& cæteri Scotiſtæ, qui omnes cum Doctore tenent,bonum, vt extenditur ad finem,medium,& illud bonum abſolutum,quod neque eſt finis, nec medium,eſt obiectum adæquatum voluntatis. In primo autem pūcto, quod eſt bonum, vt comprehendit finem, & medium,eſſe obiectum voluntatis, tenent cum Doctore Gregorius Ariminenſis in primo diſtinct.1.quæſt.1. Vazquez,1.2.diſp.1.cap.2. Lorca diſput.5.memb.3.& plures alij.

Greg. Arimin.
Vazquez.
Lorca.

9. Doctoris ergo ſententiam explanare oportet,prænotando,tanquam præambulum neceſſarium ad eius intelligentiam,ex Phyloſopho 1. ethicorū, Com.3.deſcriptionem boni communiter ſumpti:ait etenim, quod *bonum eſt,quod omnia appetunt.* Ex quo Diuus Thomas 1.part.quæſt.5.art.1. in corpore affirmauit,rationem boni conſiſtere in appetibilitate: *ratio enim boni,* (inquit) *in hoc cōſiſtit, quod aliqui dſit appetibile.* Quod idem videtur inſinuaſſe Scotus in hoc 1. diſt.1.q.2.art.1.ad primum,vbi inquit, rationem boni perfecti eſſe fruibilitatem obiecti. Sed re vera, nec Phyloſophus, nec Scotus, in appetibilitate obiecti rationem boni conſtituerunt,nec Diuus Thomas iuxta literæ rigorem debet intelligi, prout ibi notauit Cayetanus:quia tūc omne bonum,etiam vt extenditur ad Deum,relatiuum eſſet,ſiquidē appetibile,ſeu fruibile dicit reſpectū ad potentiā appetentem, ſeu appetitiuā:ac propterea amabilitas, appetibilitas, ſeu fruibilitas obiecti iam ſupponunt bonitatem illius,in qua fundatur:hęc enim eſt vera cauſalis. Ideo obiectum eſt appetibile:quia eſt bonum,non tamen è conuerſo,prout ſupra notauimus ex verbis Doctoris in diſt.41. Eſt ergo, quaſi paſsio bonitatis obiecti, quod ſit appetibile:vel amabile: quo ſuppoſito inueſtigandum eſt, in quo ipſa formalis ratio bonitatis conſiſtat?

Ariſt.
D. Thom.
[Cay]etanus

Hoc profecto ſubtiliter Doctor enucleat loco proxime citato huius primę diſtinctionis, vbi prius diuidit bonū, & deinde ipſū diffinit. Inquit nāque: ꝙ bonum dupliciter capitur:vno modo prout conuertitur cū ente: & iſto pacto bonum poteſt poni in quolibet genere: ita quod omnia entia, etiam imperfecta, vt potē, materia prima &c.ſint bona bonitate hac tranſcēdētali:quia cum bonum,vt ſic conuertatur cū ente, eo prorſus modo, quo in quolibet genere fuerit ens, erit bonū, eo modo,quo fuerit ens. Secundo vero modo ſumitur bonum, non ſic cōmuniter,prout etiam entia defectuoſa comprehendit,& prout conuertitur cum ente; ſed minus cōmuniter, pro ente, ſcilicet, perfecto, vel in re ipſa, vel ſaltem ſecundum apparentiam:& vt ſic bonum conuertitur cū perfecto, & idem eſt ens perfectum, quod eſt bonum:hoc idem ait Doctor expreſſe in 4.diſt.31.quæſt.1.lit. A. §. *ad quæſtionem* his verbis: *dico,quod ſecūdum Phyloſophum 5. Metaphyſicæ cap. de perfecto,bonum,& perfectum idem eſt.* & in iſta bonitate, & perfectione fundatur relatio illa appetibilitatis, ſeu fruibilitatis,prout egregie docuit ipſe Doctor loco ſuperius citato huius primæ diſtinctionis dicēs: *ratio enim boni fruibilis nō eſt ratio boni incommuni* (ſupple, vt conuertitur cum ente) *ſed boni perfecti,quod eſt bonum non habent defectum, vel ſaltem ſecundum apparentiam eſt tale, vel ſecundum fictionem voluntatis, qualis non eſt relatio.* In qua diſtinctione non aduerſatur Scotus Diuo Thomæ: quia licet ipſe in citato articulo dicat,quod bonum,& ens ſunt 10.

quid ſit bonum.

idem

Digitized by Google

idem ſecundum rem, ac ſi ponat bonum, prout cum ente conuertitur, eſſe noſtri appetitus obiectum: loquitur tamen de ente, prout omnem defectum excludit: vt ibi, & in ſolutione ad primum ſe explicat. Ait enim: *quod vnũquodque eſt appetibile, ſecundũ quod eſt perfectum.*

11. In quo vero hæc perfectio, quæ cũ bonitate conuertitur, conſiſtat? non minima ſe offert difficultas, circa quã Durandus in 2. diſt. 14. quæſt. 1. num. 12. & Capreolus ibidem art. 1. concl. 2. & 3. Herueus, & alij plures aſſerũt, hanc perfectionem conſiſtere in relatione conuenientiæ obiecti appetibilis ad appetitum: hanc autem relationem quidam realem, quidam vero rationis, conſtituunt. Quorum confutationem (ne in his, quæ parui lucri ſũt, moram faciam) conſulto omitto, & re ſolutorię dicò, quod perfectio, quæ cum bonitate conuertitur, conſiſtit in vltima actualitate, qua ens perfectibile perficitur, hoc eſt, in illa forma, ſeu ratione formali perfectiua, qua actu perficitur ens, & habet eſſe in actu: vtpote, in naturalibus, tunc materia prima perficietur, quãdo fuerit forma ſubſtantiali, quam deſiderat, ſatiata: & tunc corpus hominis organicũ perfectum erit, cum omnes partes integrantes ſibi debitas habuerit, & fuerit rationali anima informatum: in moralibus autem, tunc actus humanus dicitur perfectus, & bonus moraliter, cum debita ſibi rectitudo ex fine, obiecto, & circunſtantijs debitis non defecerit: eo quod bonum ex integra cauſa eſſe debet: & ſimiliter tunc homo in aliqua virtute dicetur perfectus, ſeu eius voluntas perfecta, cum rectitudinem illius virtutis ſibi debitæ habuerit.

Durand.
Capreolus.
Herueus.

In quo cõſiſtat ratio formalis bonitatis.

12. Quia ergo bonitas hęc priuatiue opponitur malitiæ, ſicut perfectio defectui, ideò deſcribitur ab Scoto bonũ perfectum per comparationem ad ſuũ oppoſitum dicente: *quod bonum perfectum eſt bonum non habens defectum*: ac ſi dicat, quia malum ex quocumque defectu conſurgit; ideo illud erit bonum, quod nullum defectum perfectionis ſibi debitæ habuerit. Idem docuit Diuus Thomas, 1. p. quæſt. 5. art. 5. vbi poſtquam diffinierat bonum per hoc quod vnumquodque dicitur bonum, in quantum eſt perfectum, ſubdit. *Perfectum autem dicitur, cui nihil deeſt ſecundum modum ſuæ perfectionis.* Vnde qualibet debita perfectione entitati ſibi deficiente, tam in naturalibus, quàm in moralibus, ens imperfectum, & ſimpliciter malum erit. Hæc tamen eſt differentia: quod in naturalibus perfectio, & bonitas, formalitas quædam abſoluta ferè eſt, ſicut & ens, cuius eſt perfectio, abſolutum eſt. In moralibus verò non ſic: quia cum rectitudo ſit conformitas ad regulam rationis, & legem dictantem de obiecto, fine, & circunſtantijs, & ex conſequẽti per talem regulam mẽſuretur; hinc eſt, quod tam bonitas, quàm malitia moralis, per conformitatem, ſeu diſformitatem ad regulam rationis, neceſſario reſpectum importat. Sed hic reſpectus, ſeu relatio longe diſtincta eſt ab ea, quàm citati Doctores in appetibilitate conſtituunt: quoniam hanc in ordine ad potentiam appetentem cõſtituebãt: nos autem illam antecedenter ad appetibilitatem in ipſa entitate bonitatis ſtatuimus. Vndè abſolute loquendo, bonum, in quantum bonum, non dicit relationem, nec abſolutum, ſed abſtrahit ab vtroque: & tantum dicit perfectionem debitam enti, cuius eſt bonitas: hęc tamẽ bonitas, ſeu hoc bonum deinceps, quaſi cõtrahitur ad eſſe abſolutum, vel reſpectiuum: ex eo enim, quod in actu morali, qui regulam reſpicit rationis, inuenitur, reſpectum importat: in eo tamen ente, quod abſolutum eſt, bonitas, et perfectio eius proculdubio abſoluta erit.

D. Thom.

Porrò hoc bonũ eſſe in triplici differentia ex litera Scoti perſpicue conſtat. Aliud enim eſt bonum, quod eſt finis, et aliud, quod eſt medium ad finem, et aliud tertium, quod nec eſt finis, nec medium, ſed abſolute bonum. Circa duo priora bona non eſt ſingularis ſententia Doctoris; ſed circa tertium, quod plerique impugnare contendunt: ſed nõ probant impugnationem. Sic Suarez vbi ſupra num. 18. et Valencia ibidem. Vnde horum impugnationibus reiectis, obſeruare oportet: quod cũ voluntas nõ poſſet velle obie- 13.

Bonum triplex.

Suarez.
Gregor. de Valẽcia.

obiectum, niſi prout ſibi oſtenſum ab intellectu: *Quia nihil volitum, quin præcognitũ*: hinc neceſſario fatẽdũ eſt, poſſe velle quodcumque, & qualitercũq; ſibi oſtenſum fuerit ab eo: poſſe autẽ ab intellectu oſtendi bonum ſub ratione boni abſolute, oſtendẽdo eius perfectionẽ, & bonitatem, abſtrahendo ab omni relatione, qua tale bonũ eſt propter ſe appetibile, vel propter aliud, non rectè dubitari poteſt, ſtãdo in dictis, & notatis, quod, ſcilicet, fundamentũ omnis appetibilitatis eſt ipſa rei perfectio, & bonitas: & ſicut bonitas hæc non pendet à relatione, qua ſit appetibilis propter ſe, vel propter aliud: *Quia prius, vt prius, non pendet à poſteriori*: ſic actus voluntatis, qui fertur in illam, non pendet ab hoc, quod eſt referre hoc tale bonum ad aliud, vel non referre: quia ſicut comparatio intellectiua vnius ad aliud præſupponit cognitionem vtriuſque; ſic etiam cõparatio voluntatis, qua refert vnum ad aliud, præſupponere debet, ſaltim ordine naturæ, volitionẽ vtriuſq; prius enim eſt ordine naturæ me velle hoc, quã me velle hoc propter illud: quãuis forſan ſimul tẽpore ſit vtrumque: *poteſt ergo voluntas* (inquit Doctor) *habere aliquem actum volendi illud obiectum abſolute, abſque relatione ad aliud, aut abſque fruitione propter ſe. Et vlterius, poteſt imperare intellectui, vt inquirat, quale illud bonum ſit, & qualiter volendum? & tunc illi poteſt aſſentire ſic, vel ſic.*

14 Hunc vero actum volendi vocat Doctor actum neutrum, quaſi mediũ inter vſum, qui eſt actus, quo diligitur medium, & fruitionem, qui eſt actus, quo diligitur finis. Hunc etiam actum abſolute volendi, ponit Diuus Thomas 1.2. quæſt. 12. art. 1. ad 4. vbi inquit: *Quod voluntas reſpicit finem tripliciter, vno modo abſolute, & ſic dicitur voluntas, prout abſolute volumus, vel ſanitatem, vel ſi quid aliud eſt huiuſmodi &c.*

15 Demum hoc tertium bonum abſtractum à fine, & medio debemus cõſiderare tanquam quoddam contrahibile bonum ad differentias finis, & medij: nõ quidem eius inſtar modi, quo naturam communem genericam contrahibilem per differentias ſpecificas intelligimus: quoniam hoc tale bonum in indiuiduo ens perfectum eſſe in vltima actualitate abſoluta ſupponimus: ſed ſicut cuilibet abſoluto accidit referri ad aliud, ſic bono iſti abſoluto, & abſolute volito, accidit, quod referatur ad aliud, vel ametur propter ſe ipſum, & ratione ſui. Loquendo igitur de alio duplici bono, ſcilicet, de fine, & medio, dicunt Thomiſtæ (vt viſum eſt ſupra) medium non eſſe bonum bonitate propria, & intrinſeca, ſed extrinſeca tantum, nempe, ab ipſa bonitate finis: Doctor autem in litera oppoſitum docet ſub illis verbis citatis, vbi loquẽdo de medijs inquit; *Quando ſunt aliqua duo volibilia, & ordinabilia ad aliquem finem, & ex parte ſui habent rationem, propter quam ſunt volenda &c.* Quæ verba manifeſtè oſtendunt, media habere ex parte ſui duplicem bonitatem, & vtramque intrinſecam, ſed vnam abſolutam, quæ competit ſibi ratione propriæ entitatis, & perfectionis entitatiuæ, quæ eſt ratio, ob quam ſint volẽda: & aliam relatam ad finem, qua formaliter medium eſt mediũ: & hæc bonitas etiam intrinſeca eſt ipſi medio, eo quod ſibi intrinſece inhæret, & eſt relatio, quam ſibi acquiſiuit medium, & quam recipit in ſe, ex eo quod ordinatur ad finem. Ex eo enim, quod ordinantur media ad finẽ, eo quod media ſunt ad ipſum, reſultat in eis bonitas relata, qua formaliter media ſunt.

Hæc autem bonitas medij, vt formaliter eſt medium, menſuratur, non iuxta perfectionem entitatis ipſius medij, ſed iuxta perfectionem finis, ad quem ordinatur. Vnde continget ſæpe aliquod medium minoris perfectionis, & bonitatis propriæ entitatiuæ, quàm aliud, habere quidem maiorem bonitatem relatam, quâm ipſum: quia ad meliorem finẽ ordinatur, quæ hoc patebunt exemplo: nam aurum maiorem, proculdubio, bonitatem propriam habet, quàm ferrum (eſt enim longè perfectioris entitatis, vt appetatur à voluntate, ferrum vero eſt infimæ perfectionis inter cætera metalla) & quãuis in 16

ſua

ſua entitate habeat perfectionem ſi-
bi debitam, adhuc tamen longiſsimo
ab auri perfectione ſuperatur. Nihilo
minus ſi ordinetur aurum ad obtinen
das dignitates, ferrum vero ad defen-
ſionem, & vitæ conſeruationem obti
nendam, in tantum ſuperat ferri bo-
nitas bonitatem auri, in quantum vi-
ta obtenta omnes dignitates antecel-
lit: quia bonitas relata medij per ordi-
nem ad finis bonitatem menſuratur:
& quia relatio ſpecificatur à termino:
ideò hæc bonitas per ordinem ad finē
menſuranda eſt: hæc tamen bonitas
medij, licet per ordinem ad finem mē
ſuretur, fūdatur nihilominus in ipſius
medij propria bonitate: quia vtilitas
medij ad finem in aliqua bonitate en-
titatiua, vel ſaltim in aliqua ratione pe
culiari ipſius entis, quod eſt medium,
fundari debet: quia aliàs omnia media
eſſent æqualia. Et hæc talis ratio, vel
eſt bonitas abſolute, vel aliqualis boni
tas: entitas enim, v.g. ferri obdurtiem
propriam, de ſe conueniens eſt ad gla
dium, quo vita defenditur: ac propte
rea, quamuis terminetur ad finem, quē
reſpicit, & idcirco ſpecificetur ab illo,
tanquam à termino: quia tamen funda
tur in propria perfectione ipſius entis,
quod eſt medium, ipſa bonitas relata,
quæ ipſi medio intrinſece inhæret, &
medium ſic bonum intrinſece deno-
minat, eſt, quæ per ſe formaliter, (&
non per accidens, aut materialiter, vt
dixerunt Thomiſtæ) eſt obiectum mo-
tiuum, & terminatiuum voluntatis, ſi-
cut bonitas finis. Hæc tamen eſt diffe-
rentia vtriuſque: quod vtrumque bo-
num, tam ſcilicet finis, quam mediū,
eſt volibile per ſe, hoc eſt, directe, &
expreſſe diligitur à voluntate, & non
ratione alicuius coniuncti: non tamē
vtrumque eſt volibile propter ſe (id
eſt ſui gratia, & nō gratia alterius) hoc
enim ſolùm competit fini: quia mediū
licet per ſe, non tamen propter ſe, ſed
propter finem volibile, & appetibi-
le eſt.

18. Ex his infero: quod bonitas propria
medij, in qua bonitas relata fundatur,
eſt eadem bonitas illius boni abſtra-
cti, quod ſupra poſuimus de mēte Do
ctoris: & ex conſequenti omnes illi,
qui concedunt medio propriam boni
tate entitatiuam vltra bonitatem relā
tam, qua reſpicit finem, debent conce
dere conſequenter hanc eandem bo-
nitatem boni abſtracti: quia bonum
hoc nihil aliud eſt, quàm ens perfectū
cōnſideratum ſecundum ſuam perfe-
ctionem abſolutam antecedenter ad
relationem, qua refertur ad aliud bo-
num. Hanc bonitatem igitur appellat
Doctor (in 4. diſtinct. 31. quæſt. vnica
litera A.) intrinſecam: bonitatem ve-
ro, quam accipit à fine, extrinſecam:
non quia extrinſece denominet me-
dium, vt dictum eſt; ſed quia ab extrin-
ſeco prouenit, nempe ab eo, quod reſ-
picit finem: in qua ratione ratio for-
malis medij conſiſtit. Reſpectus ergo,
ſeu relatio eſt aduenſens entitati, ſeu
bono abſtracto: quod ſi ſit, qua tale bo
num fiat volibile propter ſe, erit finis:
ſi vero, qua ſit volibile propter aliud,
erit mediū, prout tradidit Doctor ſu-
pra in artic. 3. huius quæſtionis, & nos
ibidem expoſuimus: vbi oſtendit per-
fectionem, & bonitatem abſolutam fi-
nis vltimi, eſſe rationem obiecti frui-
tionis, non vero reſpectum, quo for-
maliter eſt finis, vt ibi expoſitum eſt.
Cuius rationem reddit in litera iſtius
difficultatis: quia, ſcilicet, reſpectu vo
luntatis creatę, bonitas amata eſt ratio
recte amandi. Ita quod hæc eſt vera
cauſalis: ideo finis diligitur, quia eſt
bonus: non tamen ideo diligitur; quia
eſt finis: nam ratio formalis illius bo-
ni, quod eſt finis, non eſt ratio amabi-
litatis eius, ſed ratio bonitatis, in qua
fundatur reſpectus ille amabilitatis
propter ſe, quo formaliter eſt finis per
ordinem ad potentiam appetentem,
ſeu appetitiuam, prout ſupra in expo
ſitione eiuſdem articuli dictum eſt:
medium verò vtroque modo eſt voli-
bile, & ratione propriæ bonitatis à ſua
perfectione entitatiua deſumptæ, &
ratione bonitatis relatæ, qua ordi
natur ad finem: et vtraque
bonitas non per acci-
dens, ſed per ſe termi
nat volitionem
voluntatis
creatę.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

HIS ergo præhabitis, difficultatem concludẽdo, dico primo, quod medium eſt bonũ
19 1. Concluſ. bonitate propria, & intrinſeca, & non ſolum bonitate extrinſeca finis, & non tantũ per accidens, ſed perſe, & non tãtum materialiter, ſed formaliter eſt obiectum voluntatis. Concluſio hæc facilè ex dictis perſpicua eſt: ſed adhuc quò ad omnes ſuas partes probatur: & quo ad primam, videlicet, medium eſſe bonum bonitate intrinſeca, planè conſtat ex diuiſione boni in honeſtũ, delectabile, & vtile. *Ariſto.* Quam diuiſionẽ tradit Ariſtoteles 8. Ethicorum cap. 2. vbi loquendo de obiecto amabili, inquit, *hoc autem aut bonum, aut iucundum, at vtile eſt.* Vbi honeſtum vocat bonum, tanquam per antonomaſiam: quia cætera bona antecedit perfectione: delectabile vero vocat iocundum. Quam etiam diuiſionẽ poſuit Diuus Thomas 1. part. quæſt. 5. art. 6. & ea vſus eſt D. Ambroſius in lib. de offic. *S. Thom. D. Amb. in li. de offic.* quæ quidem tria membra diuiſa participant rationem boni, & ſunt intrinſece bona: quia eorum bonitas ſumitur ab entitatiua perfectione: vt ſupra notatum eſt nume. 9. & 10. Sed tertium membrum huius diuiſionis eſt bonum, quod eſt medium; ſiquidem Ariſtoteles poſt præfatam diuiſionem ſubdit: *atque id vtile videtur eſſe, per quod efficitur aliquod bonum, aut voluptas.* Ac ſi oſtendat, alia duo membra priora conuenire bono, quod eſt finis: quia per ly *bonum* intelligit honeſtum, & per *voluptatem*, intelligit delectabile, quibus competit eſſe fines: at vero per ly *vtile* determinat intelligendum eſſe illud bonum, quod ordinatur ad aliud, nempe, ad honeſtum, ſeu delectabile, tanquam finem: ergo &c.

20 Quod autem medium non ſit ſolum bonum bonitate extrinſeca finis probatur: quia bonitas finis eſt terminus bonitatis relatæ mediorũ: ita quod bonitas medij, quatenus medium eſt, eſt ordinari tanquam quid vtile ad cõſequutionẽ finis: ergo in ipſo medio eſt relatio vtilitatis ad finem: ergo nõ tantum à bonitate extrinſeca termini, qui eſt finis, ſed a bonitate intrinſece ſibi inhærente, qua talem finem reſpicit, medium eſt bonum. Conſequentia patet: quia vtilitas ad finem habet ſe ex parte medij reſpicientis finem, & eſt relatio ad finem: ſed relatio, cum ſit inhærens, intrinſece denominat ſubiectum tale: ergo relatio bonitatis, aut bonitas relata, intrinſece denominat ſubiectum, nempe, mediũ, bonum: & ex conſequenti non eſt ſolum bonum bonitate extrinſeca finis. 21.

Denique, medium non eſſe per accidens, ſed per ſe obiectum voluntatis, oſtenditur: quia hæc eſt differentia inter obiectum perſe, & per accidẽs: quòd potentia fertur in primum directè, & expreſſe, non tamen fertur in ſecundum primo, & perſe, ſed in aliquid, quod ei accidentaliter eſt coniunctum: vtpote ſi potentia tactus tangit ſubſtantiam quantam, obiectum per accidẽs eſt ibi ſubſtantia: quia hæc potentia primo, & perſe fertur directè in quantitatem, cui per accidens ſubſtantia eſt coniuncta, ſed voluntas non ſic fertur in medium, ſicut tactus in ſubſtantiam, ſed tanquam in ſuum obiectum formale, formaliter terminatiuũ ſui actus. Quis enim negare poteſt me velle gratiam directè, ita quod ipſa gratia, etiamſi ſit mediũ ad gloriam, perſe ipſam etiam, quatenus tale medium, terminaret primo, & perſe (licet non propter ſe) meam volitionẽ: ergo non per accidẽns, ſed perſe, eſt medium obiectũ voluntatis. Quod vero non ſit medium obiectum materiale, ſed formale, ex nuper dictis probatur: ſiquidẽ eſt formaliter bonũ, non ſolùm bonitate abſoluta, quatenus præciſe, & abſtracte bonũ eſt, & ens perfectũ, ſed etiã bonitate intrinſeca relata, quæ in tali bonitate entitatiua, & abſoluta fundatur (vt dictum eſt.)

Dico ſecundo: quod finis non eſt obiectum 22.

iectum

iectum adæquatum voluntatis, ſed bonum in communi, prout comprehēdit ſub ſe bonū in indiuiduo abſtractū à medio, & fine, & inſuper finē, ac medium. Concluſio eſt Scoti expreſſa, vt patuit in litera, & viſum eſt ſupra in expoſitione eius mentis nu. 13. & 14. Et probatur: quia obiectum adæquatum alicuius potētiæ eſt illud, quod nec excedit potentiam, nec exceditur ab illa: ſed ſic ſe habet ad volūtatem bonū in cōmuni, prout ad prædicta tria bona extenditur: ſiquidem quodlibet eorū, per ſe formaliter terminat ipſius volūtatis operationem, vt ex dictis, & probatis compertū eſt: ergo: &c.

23: Sed inſurgunt Thomiſtæ quidam: & vt probent medium nullatenus habere rationem obiecti formalis voluntatis, ſed tantum materialis, aſſumunt exemplum de imaginum adoratione. nam imago (inquiunt) eſt mediū adorandi Prototypum ipſius: nam propter alicuius ſancti adorationem adoratur eius imago: atqui in imagine nulla intrinſeca formalis bonitas eſt, quę per ſe terminet voluntatem, ſed tantum extrinſeca ipſius finis: ergo pari ratione idem de quolibet alio medio eſt dicendum.

24: Hæc tamen obiectio nō difficilem habet ſolutionē, ſupponendo ex quæſtionibus de adoratione imaginum, quod imago, licet ſummiſſione extrinſeca veneretur, obſequium nihilominus voluntatis ex intentione procedens Deū, aut ſanctum in imagine repręſentatum, adorat: & ideo omnis & totalis bonitas, quæ mouet talem adorationem, & terminat ipſam, non eſt bonitas, v. g. lapideæ, aut ligneæ ſtatuæ, ſed bonitas eius Prototypi repræſentati in ea: quia in imagine adoratur Deus repreſentatus in illa: & ideo imago ibi mere materialiter ſe habet; cū formalis ratio adorationis, ad Deū ex imaginatione coniunctum imagini terminetur, cum adoratio ſit pro formali quædam, nō ſolum corporis, ſed ſpiritus, ſeruitus, & ſūmiſſio, quę ad exemplar tendit, ad ipſumque terminari neceſſum ſit. At vero mediū, vt probatū eſt, habet in ſe ipſo intrinſecam bonitatem vtilitatis diſtinctam à bonitate finis, quæ formaliter terminat actum voluntatis.

§. 4.

Soluuntur argumenta contrariæ ſententiæ.

25. *Ad argum. contr. ſent. & ad 1.* Argumenta igitur contrariæ ſententiæ ſoluendo, reſpondeo ad primum ex Ariſtotele deſumptum, & dico: Philoſophum ibi non loqui de bono communiter ſumpto, ſed ſpeciatim de bono, prout cū fine conuertitur: ſi enim ſemper, eo ipſo quod bonum appellat, omne bonum cōprehenderet, procul dubio diuiſio illa triū bonorū per honeſtū, delectabile, & vtile à ſe data, inſufficiens, imò & inepta eſſet: ſiquidem, vt viſum eſt, ſolummodo honeſtum appellat bonū, vt patuit ſupra, ex quo ſequeretur delectabile, non eſſe bonum: quia nomine boni non appellatur ab eo bonum igitur in cōmuni appellat amabile, ac ſi dicat obiectum potentiæ amantis, ſcilicet, volūtatis. Et hoc tale diuidit in honeſtum, quod bonum per excellentiam appellat, & in delectabile, ſeu iucundum, & vtile.

26. *ad 2. argu.* Ad ſecundum reſpondeo: quod actiones humanæ, quæ ex deliberata voluntate procedunt, non ſolum tendunt per ſe in finem, ſed etiam in media ad finem: quia licet omnis debite agens, agat propter finem: nō tamen ob id non vult per ſe media: quia, vt dictum eſt, aliud eſt velle aliquid per ſe, & aliud velle illud propter ſe: primum etiam competit medijs, ſecundum autem tantummodo fini.

27. *ad 3. argu.* Ad tertium concedo libenter, quod ſublato fine tollitur bonitas relata medij, ſicut ſublato termino, tollitur cōſequēter relatio ad ipſum: ſed ſicut non exinde infertur, quod

realitas

realitas relationis ſit realitas termini; ſiquidem terminus eſt extrinſecus relationi : ſic non ſequitur, quod, quia ſublato fine, tollitur bonitas relata medij: ideo talis bonitas medij eſt extrinſeca medio, eo quod eſt ipſa bonitas finis: nam quælibet relatio, ob connexionem eſſentialem cum termino, pẽdet eſſentialiter ab illo, ita vt, deſtructo termino, deſtruatur & ipſa. Sed adhuc realitas ipſius relationis diſtincta eſt à realitate termini, qui imo, & relationem ſuam realitatem ſumere à fundamento, infra in quæſtionibus de relationibus diuinis oſtenditur. Etſi præterea arguas: quod abſque aliqua reali immutatione medij per ſolam deſtructionem finis, tollitur mediũ: quia ens, quod antè erat medium, modo non eſt medium: nego tibi hoc antecedens: quia ablatio relationis realis eſt mutatio realis, qua tranſit illud ens de relato realiter intrinſece (loquẽdo ſaltim de relatione reali morali, quæ forſan inter medium, & finẽ rẽperitur) ad nõ relatum realiter, & intrinſece: ſicut mortuo filio mutatur pater realiter de patre ad non patrẽ.

28. *Ad 4. arg.* Ad quartum ſatis oſtenſum eſt, medium eſſe perſe, & non per accidens, bonum. Quod vero arguitur, bonitatem relatam medij in tantum medio conuenire, in quantum medium eſt, & medium non eſſe medium, niſi quatenus ad finẽ ordinatur, ſunt duæ premiſſæ veræ; & ſimiliter eſt vera cõſequentia illata ex illis: quod, ſcilicet, omnis bonitas relata medij ei prouenit ex ordine ad finem. Cæterum vltima illatio, quod, ſcilicet, talis bonitas non conuenit medio perſe, ſed per accidens, falſa eſt: nec eius probatio aliquid concludit: quia ex inde non infertur, talem bonitatem non conuenire medio ratione ſui: nam licet ſibi competat per ordinem ad finem, non inde ſequitur, quod non ſit ratione ſui: quia ex hoc etiam probaretur, quod Pater æternus, ſecundum rationem formalem paternitatis, non eſſet bonus à ſe, ſed à Filio (in opinione Thomiſtarum, quod relationes diuinæ dicunt perfectionem) ſiquidem paternitas in tantum eſt paternitas, in quantum eſt ordo ad filium: quod manifeſtum eſſet abſurdum. Omnia igitur entia relata, vel (inquam) relationes bonitatem, quam habent, non habent illam à termino, ſed à ſe, licet illam habeant per ordinem ad terminum, eo quod eſſe relationis ſit terminum reſpicere.

DIFFICVLTAS XVI.

Vtrùm finis ſecundum rationẽ formalem finis moueat voluntatem, & qualiter illam moueat?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ cum ſententia D. Thomæ, & Henrici.

QVIA in corpore tertij articuli huius primæ quæſtionis diximus, quod ratio finis non eſt propria ratio obiecti fruibilis, nec in fruitione ordinata, neque in fruitione communiter ſumpta, prout ibi expoſitum eſt: modo inueſtigare conamur in fine propriam rationem obiecti fruibilis, hoc eſt formalem rationem motiuam, qua mouet voluntatem ad operandum circa ipſum, vel ſcilicet, fruendo eo, vel delinquendo per intenſionem illius: ſiquidem in hac motione, finis cauſalitatem conſiſtere neceſſe eſt. 1. Vnde tria præſens difficultas inueſtigat, quę omnia explanare oportet. Primum, ſcilicet, qua ratione finis habeat eſſe obiectũ motiuũ volũtatis. Secũdũ vtrũ moueat voluntatẽ ſecundũ idem eſſe reale, quo eſt tale obiectũ motiuum, an vero, prout tale eſſe eſt apprehenſum, & cognitum ab intellectu, & vt ſic cognitum voluntati oſtenſum? Et tandem tertium, an hæc motio ſit phyſica, an vero metaphorica?

Diuus

2\. Diuus Thomas 1.2 q.1.art.1 .ſolutione ad ſecundum tenet, finem ſecũdum rationem formalem finis, moueret volũtatem, ea prorſus ratione, qua color ſecũdum ſuam formalem rationẽ coloris habet mouere viſum. Hæc enim ſunt eius verba: *nam obiectum voluntatis eſt finis, ſicut obiectum viſus eſt color*. Thomiſtæ omnes, qui in præcedẽte difficultate tenent cum D.Thoma, ſolum finem eſſe obiectum volũtatis, vt conſequenter loquantur, aſſerere debẽt, rationem motiuam obiecti voluntatis eſſe ipſam rationem formalẽ finis: ſiquidem per talem rationem ſecernitur finis à medijs, quę ſecundum illos non ſunt obiecta voluntatis, niſi tãtum materialiter, aut per accidens, vt viſum eſt ibi: tenet Henricus 2. p.Summę art.46. & alij: poteſt tamẽ hæc ſententia ſuaderi non nullis argumentis.

1.ſent. D. Thoma

Henricus

3\. Primo, quia in actionibus humanis, quas homo exercet, operatur propter finem: ſed nõ vt motus ab alio, niſi ab ipſo fine: ergo mouetur à fine ſecundum rationem formalẽ finis. Conſequentia probatur: nam ratio, ob quam operatur propter finẽ, eſt, quia finis, vt finis, eſt ille, cuius gratia cætera fiunt: ergo, ideo mouetur à fine ad operandum, quia ipſe finis formaliter eſt finis. Patet cõſequentia: quoniam ratio formalis finis, in quantum finis eſt, vt ipſe propter ſe, cæteræ autẽ propter ipſum ſint volita: ſed hæc eadem eſt ratio, qua finis mouet volũtatem, vt operetur propter ipſum finem: ergo &c.

4\. Secũdo, nam volitio terminata ad finẽ eſt intentio finis, ſicut volitio terminata ad medium, eſt electio mediorum: ſed electio mediorum terminatur ad media, quatenus media formaliter ſunt, id eſt ordinata ad cõſequutionem finis: ergo ſimiliter intẽtio finis terminatur ad finem ſecundum rationem formalem finis. Sed ſecũdum eã dẽ rationem, qua finis terminat intentionem ſui, mouet volũtatem ad illã: ergo ratio motiua, qua finis mouet voluntatem, eſt ratio formalis finis.

5\. Tertio, quoniam finis mouet formaliter voluntatem, in quantum cognitus ab intellectu, & voluntati oſtẽſus: quia voluntas, eo quod potentia cæca eſt, nihil vult, niſi quatenus præſupponitur cognitum obiectum ab intellectu: nihil enim volitum, quin ſit præcognitum: ergo voluntas intantũ vult finem, in quantum cognitum ab intellectu: ſed intellectus non ſolum cognoſcit abſolutam bonitatem finis, quatenus quoddã ens bonum eſt, ſed etiã quatenus non eſt ad aliud bonum referibile, ſed propter ſe ipſum diligibile: ergo voluntas non tantum vult finem, vt eſt quoddã bonum, ſed prout eſt propter ſe ipſum diligibile; hæc autem eſt ratio formalis finis: ergo finis, ſecundum ſuam propriam rationem formalem finis, mouet voluntatem ad ſui dilectionem.

§ 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

6\. IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis 1 litera textua 1 in art.3, in corpore, vbi inquit quod *ratio finis non eſt propria obiecti fruibilis*, & ratio eius optima eſt: *quia ſi per impoſſibile eſſet aliud obiectum ſummum bonum, ad quod non ordinatur iſta voluntas ſicut ad finem, adhuc illud obiectum quietaret, in quo tamen non eſſet ratio finis*. Doctorem ſequuntur Baſſol. in 1.diſt.1.quæſt.1.art.2. ſub §.cõtra aliqua. Antonius Andręas ibidẽ § *de 4.dico*. Lychetus ibi artic.4. Phylipus Faber ibidem diſp.10.pater Rada 1.p.controu.2.art.2. Pater Herrera in 1.diſp.11.q.3. atque reliqui omnes Scotiſtæ: quod etiam videtur ſentire Seraphicus P.ſanctus Bonauentura in 1.diſt.1.art.2.q.1. & 2.

Baſſolis. Ant. Andr. Lychetus. Faber. Rada. Herrera. S. Bonau.

7\. Vt autem hæc Scoti ſententia, & tota difficultas reſoluatur exacte, prę notare oportet: quod licet fini cõpetat eſſe cauſam finalem: alia tamen eſt ratio finis, & alia eſt ratio cauſæ finalis: finis etenim, ſecundum quod finis, non aliud ſuper addit bono, niſi reſpectũ

quendam, quē habet, ex eo quod non propter aliud, ſed propter ſe ipſum diligitur: & in hoc reſpectu, vt notauit Doctor, formaliſsima ratio finis conſiſtit. Cauſalitas verò finalis addit ſupra finem hoc, quod eſt eſſe motricem voluntatis, vt ea, quæ ordinanda, aut ordinabilia ſunt ad ipſum, efficiat. Duplici ergo actu poteſt diligi finis à voluntate (omitto alium actum, quem ponit Scotus; & Diuus Thomas, qui eſt actus voluntatis abſolute volentis finem, vt bonum quoddam eſt, de quo hîc non agimus) vel, ſcilicet, intentione, vel fruitione. Primo actu dicitur finis intentus: quia amatur, & intenditur à voluntate, vt docet Doctor in 2. diſt. 38. quæſt. [illegible] & D. Thomas 1.2 quæſt. 12. artic. 1. ad 4. Secundo vero actu non intenditur, ſed iam obtinetur, & poſsidetur à voluntate, quæ quieſcit in illo. Cauſalitas ergo finalis non competit fini, quatenus poſſeſſo, & obtento; ſed quatenus intento: vtrumque perſpicuū

In quo conſiſtat cauſalitas cauſa finalis.

eſt: quia cauſalitas finalis conſiſtit in mouendo voluntatem, à qua deſideratur ad volendum & faciendum ea, quæ ad ipſius finis conſequutionem neceſſaria, vel vtilia ſunt, vt fere omnes Theologi conueniunt. Ex quibus duo colliguntur, quæ ambo probant intentum, primum, videlicet, eſt: quod finis, quatenus cauſa finalis eſt, appetitu deſiderij appetitur: ex quo euidenter infertur, quod ſi à voluntate deſideratur, nondum ab ea poſsidetur; deſiderium etenim carentiam poſſeſsionis importat: ſecundum verò eſt: quod cum cauſalitas finis conſiſtat in motione, qua mouetur voluntas ad agendum illud, quod ad finis conſequutionem requiritur: manifeſtius ſequitur, quod pro illo tunc non habetur finis optatus: ſiquidē per media, quorum exequutionem, & volitionem cauſat ipſemet finis, conſequendus eſt. Ex quibus concluditur, diuerſitatem inter finem, & cauſam finalē eſſe non mutuam: ſiquidem omnis cauſa finalis eſt finis, nō verò ē contra. Sic autem finem habere rationē cauſæ finalis, & non alio modo, docuit D. Thomas 1.2. quæſt. 1. art. 1. ad 1.

D. Thom.

Hæc quidem hoc familiari exēplo cōperta erunt. Appetat quis ſibi dignitatem ſummam Pōtificiam, & eo quod ſic efficaciter appetit illam, actu deliberato voluntatis intendit illam ſummam dignitatem, tanquam finem ad ſummum ſibi poſsibile dignitatis in terra. Iſta eſt propria intentio finis: *quia intentio nihil aliud eſt, quam in finem tendentia*: deinceps propoſitis per intellectū medijs ad talis dignitatis conſequutionem, vt pote, ſi v.g. ſint frequens literarum ſacrarum ſtudiū, aut nimium virtutum moralium exercitium: illud eligit, iſto relicto, & ad illius medij electi proſequutionem mouet finis voluntatem (qualiter autem moueat dicetur infra) in iſta ergo motione ad volitionem, & proſequutionem medij, cauſalitas finalis cōſiſtit. Sed rurſus, ſi iſte adipiſcatur optatam dignitatem iam poſsidet, quod optabat, & quieſcit in illa: & tunc nihil prætereà reſtat fini cauſandum. Non igitur ibi ratio cauſæ finalis poterit reperiri: quia cauſa dicit ordinem ad effectū, & ibi nullus reſtat effectus cauſabilis: ſed ibi eſt fruitio finis obtenti in quo delectatur voluntas. Verùm ac tamen eſt, quod finis ille poſſeſſus dicitur verè finire, quatenus in eo, tāquā in ſuo quietatiuo voluntas quieſcit; non tamen dicetur finalizare, ſumendo communem huius vocis vſurpationem, quæ, ſcilicet, vt in plurimum ſolet conuerti cum hoc, quod eſt finaliter cauſare: quia finis poſſeſſus eſt obiectum fruitionis, non vero intentionis: & eſt vere finis, non vero cauſa finalis. Hanc differentiam inter finē, & cauſam finalem inſinuauit Lychetus in prologo q. 3. §. *reſpondeo primo*, & tenet expreſſe Thacaretus in q. 1. prologi §. *dicit Scotus*. 8.

Quid ſit intentio finis

Lychetus. Thataret.

Cum ergo citata Scoti litera tantū de obiecto fruibili, hoc eſt de fine poſſeſsionis, procedat: non eſt cur illā ſine vrgente ratione ad cauſam finalē, & finem intentionis, extendamus: non enim militat ratio Scotica finis in cauſa finali: quoniam ſi aliud ſummum bonum præter Deum, per impoſsibile eſſet, ad quod tamen non eſſet per talia vel talia media, volun-

tas,

Digitized by Google

tas ordinata vere quietaret eius appetitum, quin eſſet ſibi finis: quia ſola ratio quietandi, adhuc præciſa ratione finis, in ſumma bonitate conſiſtit. At qui poſſet ne voluntatem mouere ad proſequutionem eorum, quæ ad eius conſequutionem cõducunt, quin haberet rationem veræ cauſæ finalis? minime quidem: nam hoc eſſet contradictio in adiecto: quia finis vt ſic includit reſpectũ illum, quod ſcilicet, propter ſe ipſum, & non propter aliud, appetitur, & quod media appetantur propter ipſum. Vt autẽ notaui, in ipſa motione ad proſequẽda media propter finem, ratio cauſalitatis finalis conſiſtit: nam finis, in quantum finis (ſecũdum probabiliorem ſententiam) non exercet munus cauſæ finalis ad deſiderium ſui, ſed per deſideriũ ſui, prout mouet ad voluntatem mediorum, vel ad aliquod opus ordinatum ad ſui ipſius conſequutionem, vt bene notauit Gregorius in 1. diſt. 1. q. 1. artic. 2. quem ſequitur Vazquez 1. 2. diſp. 3. c. 2. & alij. *Gregor. Vazquez.* Non ergo ſaluatur in fine, prout eſt cauſa finalis, quod præciſa ratione finalis cauſalitatis ſit obiectum intentionis voluntatis: quamuis optime habeatur, quod finis, præciſa ratione finis, ſit obiectum fruitionis ipſius volũtatis: intentio enim eſt ad finẽ, ſecũdũ quod cauſa finalis eſt: & ideo admiſſo illo impoſſibili, quod aliud ſummum bonum daretur, ad quod voluntas non eſſet ordinata, licet (vt ponit Scotus) optime quietaret voluntatis appetitum, & ex conſequenti finiret, tanquam finis poſſeſſus, & verũ obiectum fruitionis: non tamen eſſet finis intentionis, nec cauſa finalis: quia (vt ſupponitur) non haberet media ad ſe ordinata, ad quorum proſequutionẽ, propter ſui conſequutionem moueret: ac proinde non idem eſt, loqui de obiecto fruitionis, ac de obiecto volitionis, quæ eſt intentio: quia intentio eſt volitio finis conſequendi per talia media, nam vt egregie inquit Diuus Thomas vbi ſupra: *non ſolum ex hoc intendere dicimus ſanitatem, quia volumus: ſed quia volumus ad eam per aliquid aliud peruenire.*

Intẽtio finis includit ordinẽ mediorum ad ipſum.

10\. Ex quibus colligo: quod finis intẽtus, qui (vt dictũ eſt) exercet munus cauſæ finalis, neceſſario habet mouere voluntatem ſecundum rationem formalem finis: quia ſi non moueret in quantum diligibilis propter ſe, non poſſet mouere ad electionem mediorum, quibus eſt conſequendus. Hic etenim reſpectus diligibilitatis propter ſe, in quo ratio formalis finis conſiſtit, præſupponi debet ad illum, quo media ordinata, vel ordinabilia, diliguntur propter ipſum finem: alias etiam iam finis, vt finis ordinabilis eſſet ad aliud, & illud aliud iterum ad aliud, & ſic procederetur in infinitum: bene tamen verum eſt, quod finis, etiam qui eſt obiectum fruitionis, habet illum reſpectum priorem, ſcilicet, diligibilitatis propter ſe, etiam quando actu poſſidetur: ſed tunc nõ mouet ſecundum illum reſpectum ad ſui fruitionem: nec pro tunc, fundat illum ſecundum reſpectum, quo ſcilicet medium ſit diligendum propter ipſum: quia iam finis poſſeſſus medijs non eget ad ſui conſequutionem.

Porrò, an finis, quatenus obiectum eſt fruitionis, moueat ſub eſſe reali, 11.
an verò ſecundum eſſe intelligibile, hoc eſt quatenus apprehenſum ab intellectu, & voluntati oſtẽſum, (quod idem de fine intentionis inquiritur) nõ minima ſe offert difficultas. Circa quam varij ſunt Doctores: Capreolus enim in ſecundo diſtin. 25. quæſt. 1. articul. 3. & Cayetanus 1. 2. quæſt. 30. artic. 1. ad ſecundum, quamuis oppoſitum teneat ibidem quæſtion. 1. artic. 1. & 1. par. quæſt. 5. art. 4. & alij. *Capreolus. Cayetan.* Tenent nihilominus, finem eſſe obiectum voluntatis, eamque mouere, nõ ſecundum eſſe reale, ſed ſecundum eſſe cognitum, quod habet obiectiue in intellectu, ita quod finis, in quantum cognitus, eſt obiectum motiuum voluntatis: ita vt cognitio paſſiua ipſius ſit cauſa, & ratio formalis motiua volũtatis. Cuius ſententię fundamẽtalis ratio eſt, quia bonũ apparens eſt etiã finis, & obiectũ volũtatis, & habetur ex ſupra notatis in ar. 1. & in expoſitione illius: & ideo mouet volũtatẽ, vt finis: quia apprehenditur, vt bonũ,

 cum

cum ſupponatur ſecundum eſſe reale non eſſe bonum, iam verus, & non apparens eſſet: ergo non mouet ſecundum ſuum reale eſſe, quod habet, ſed quatenus vt bonum apprehenditur ab intellectu: ergo cognoſci ab intellectu, eſt ratio formalis volibilis, & cauſa motionis finalis. Alias circa hoc referunt Doctores ſententias, & Vazquez 1. 2. diſputat. 2. capit. 2. ſuam, quam mediam excogitat inter extremas, proponit: ſed quia potius eſt ſequentis expoſitio, quam inter ipſam, & præcedentē noua mediatio, ſimul cū reliquis debet omitti.

Vazquez.

12. Scotus igitur in 2. diſtin. 25. quæſt. vnica à litera D. vſque ad R. docet, quod licet apprehenſio finis per intellectum ſit cōditio neceſſaria, ſine qua finis non moueret voluntatem; nō tamen propterea huiuſmodi aprehenſio, ſeu cognitio eſt cauſa, aut ratio formalis obiecti motiui volūtatis, ſed conditio ſine qua non: ipſius enim finis bonitas realis eſt, quę mouet, & eſt formalis ratio motiua obiecti illius. Doctorem ſequuntur Rubionis in 1. diſt. 1. quæſt. 4. conc. 2. & omnes Scotiſtæ, tenet Diuus Bonauentura vbi ſupra, & expræſſe D. Thomas 1. part. quæſt. 82. arti. 3 in corpore, vbi dicit: quod *actus voluntatis perficitur, ex eo quod voluntas inclinatur ad ipſam rem, prout in ſe eſt*: Quam ſentētiam tenuit Auerroes 12. Metaphyſicæ Commento 36. cui adhæret Ferrarienſis 1. contra gentes cap. 44. OKam in 2. quæſt. 3. artic 2. Gabriel in 2 diſt. 1. quæſt. 1. art. 3. Iauellus 5. Metaphyſicæ quæſt. 6. atque omnes Scotiſtæ, & Thomiſtæ rariſsimis demptis, eſtque ſententia Ariſtotelis 6. Metaphyſicæ texto 8.

Scotus.
Rubionis.
S. Bonauent.
S. Thomas.
Auerroes.
Ferrara.
OKam.
Gabriel.
Iauellus.
Ariſtoteles

13. Pro huius tamen ſententiæ intelligentia ſecundo obſeruare oportet, differentiam magnam eſſe inter intellectum, & voluntatem in ordine ad ſuos actus, quę differentia oritur ex diuerſitate obiectorum vtriuſque potentiæ: obiectum etenim intellectus eſt intra ipſum intellectū: obiectum verò voluntatis eſt extra illam. Huius diſtinctionis meminit Diuus Thomas loco nupercitato; & eam ſumpſit ex Ariſtotele vbi ſupra dicente: quod *bonum, & malum, quæ ſunt obiecta voluntatis, ſunt in rebus: at verum & falſum, quæ ſunt obiecta intellectus, ſunt in mente.* Quod explicatur ſic: cum veritas ſit adæquatio rei ad intellectum, tunc aliquid verum intelligitur, quando non ſolum obiectiue, ſed etiā formaliter, eſt verum: hoc eſt, non ſolum quādo in ſe, & vt obijcitur intellectui ſecundum conceptum obiectiuum, eſt verum, ſed quatenus in ipſo intellectu per conceptum formalem eius veritas rem adæquat: ideo tamen conceptus formalis obiecti adęquat ipſius obiecti eſſe reale, quia eſt formalis cognitio, & adæquata ſimilitudo expreſſa ipſius realis obiecti: & in hoc conſiſtit formaliſsima adæquatio rei ad intellectum, quod, ſcilicet, eſſe reale obiecti adæquet ſuo formali conceptui, qui eſt in intellectu: id eſt, quod tantum cognoſcatur per conceptum, quantum obiectum eſt cognoſcibile in re: & non dico hîc, quod hęc adæquatio ſit comprehenſiua totius eſſe obiecti, ſed quod illud, quod cognoſcitur, & eſt in intellectu per conceptum formalem, ſit adæquate idem per ſimilitudinem cognoſcitiuam cū illo, quod de obiecto ſecundum ſuam realitatem cognoſcitur. Vnde oritur falſitas propoſitionis: quia ſi intellectus hūc formet conceptum, homo eſt chimera: eſt falſitas in intellectu: quia talis conceptus non adæquat obiecto ſecundum eſſe reale ipſius: ponit enim ſubiectum, ſed non ponit prædicatum, quod à parte rei habet, ſed aliud, quod ſibi repugnat: adæquatio igitur hîc non ſumitur pro comprehenſione, ſed pro reciproca correſpondentia conceptus formalis ad conceptum obiectiuū, hoc eſt, ad rem, cuius eſt conceptus: ita quod idem prorſus concipiatur de obiecto, quod in re ipſa habet obiectum.

Quomodo intelligatur quod veritas ſit adæquatio rei ad intellectum.

Ex hoc igitur oritur differentia inter intellectum intelligentem, & voluntatem volentem: quia videlicet intellectus, licet intelligat rem, quæ eſt extra ipſum, taliter tamen illam intelligit, quod non inclinatur ad recipiendam in ſe ſecundum eſſe reale illius; ſed ſatis ſibi eſt habere ſpeciem 14.

ciem

ciem, & ſimilitudinem repræſentatiuam ipſius, quæ ipſius obiecti eſſe reale adæquate repræſentet: at verò volũtas non ſic, ſed ita fertur in rem ipſam ſecundum ſuũ eſſe reale vt non quieſcat, niſi in poſſeſsione illius. Quod ſatis perſpicuũ eſt: quia quando intellectus v.g. intelligit delitias, aut opipare veſci, aut aquam frigidam bibere, non inclinat ad recipiendum in ſe huiuſmodi cibos, aut aquam ſecundum eſſe reale ipſorum, ſed tantum ſecundum eſſe intelligibile, & ſecundũ eorum formales conceptus, quos intra ſe habet, perquos dicitur talia obiecta vere intelligere, & vere habere: quia veritas eſt adæquatio rei ad intellectũ: at vero voluntas, dum talia appetit, inclinat volentem ad ipſa obtinenda ſecundum eſſe reale eorum. Sitiens enim bibere volens, non eſt contẽtus ſpecie repræſentatiua aquæ, aut eſuriens veſci deſiderans, non eſt contentus ſpecie, & ſimilitudine cibi: ſed in ipſam aquam, & cibos ſecundum eſſe reale, quod habent in ſe ipſis, adextra, inclinatur, & fertur voluntas: ita vt velit recipere aquam, & cibos ſecundum ſuum eſſe reale in ipſo volente.

15. Ex quibus alia ſecũda reperitur differentia inter bonum, & verum, quæ ſunt obiecta intellectus, & volũtatis, quod, ſcilicet, obiectum voluntatis independenter ab ipſa voluntate eſt bonum, eo quod eius bonitas ſit entitatiua perfectio, vel etiam ſi bonitas ſit relatiua (de qua bonitate in difficultate præcedente viſum eſt) ſibi competit antecedenter ad deſiderium voluntatis. Obiectum attamen intellectus, nõ ſic: quia cum veritas ſit in intellectu, non dicetur veritatem eſſe in re, niſi intellectus rem vero cognoſceret. Ex quo patet intelligẽtia illius dicti Philoſophi: quod *veritas, & falſitas eſt in intellectu, bonum autem & malum in rebus*: veritas enim aut falſitas nõ in rebus, ſed in intellectu per adæquationem, vel inadæquationem rerum ad ipſum in conceptibus formalibus earum eſt: bonum verò, aut malum in ipſis rebus exiſtit.

16. Aliam tertiam differentiam inter iſtas potẽtias inuenio ex dictis illatã, quod, ſcilicet, intellectus ex vnione ſui ad obiectum, ſaltem media ſpecie impreſſa, fit memoria fœcunda ad producendum verbũ, quod eſt ipſius obiecti expreſſa ſimilitudo: voluntas verò, licet etiã ex vnione ſui cum obiecto cognito, & apprehenſo ab intellectu, fiat fœcunda: non tamen fœcundatur ad producendum aliquam ſimilitudinem talis obiecti, aut aliquem effectum ſimilem illi obiecto apprehenſo: ſed eſt fœcunda ad producendum amorem talis obiecti, qui amor eſt expreſſa, & elicita propenſio, & inclinatio ad ipſum obiectum apprehenſum per intellectum, & ſibi oſtenſum; nõ prout apprehenſum reduplicatiuè; ſed ſecundum eſſe reale, quo tale obiectum habet in ſe.

Ex quibus alia quarta differẽtia prouenit, quod, videlicet productum per 17.
intellectum, nempè verbum, & habet rationẽ termini, & obiecti, quatenus ſaltem obiectũ relucet in illo: at verò productum per voluntatem ſolùm habet rationem termini, nullatenus verò obiecti: quia nullo modo obiectũ relucet, aut repreſentatur in illo: amor etenim, qui eſt productus à volũtate non repreſentat obiectum, cuius eſt amor. Ex quibus omnibus concluditur, voluntatẽ non eſſe contentam amore obiecti, ſed ipſa realitate obiecti, in ipſumque obiectum ferri ſecundum ſuum eſſe reale: & ex conſequẽti, non moueri ab obiecto ſecundum eſſe, quod habet in intellectu, hoc eſt, ſecũdũ eſſe cognitũ, ſed ſecũdũ eſſe reale ipſius obiecti, quod cognitũ eſt, moueri ad eius amorem per intentionem, vt habeatur: in qua intentione non quieſcit, donec ipſum ſecundum ſuum eſſe reale adipiſcatur, in cuius tandem fruitione ſecũdum ſuum eſſe reale quieſcit, & ſatiatur.

Qualiter verò moueat obiectum 18.
voluntatem ad ſui amorem, haud poſſum ſine diſtinctione explanare: tripliciter ergo loquendum eſt de fine. Primo, prout tanquam præciſe bonum, honeſtum, ſeu delectabile, diligitur à voluntate. Secundo aliter, quatenus, ſcilicet, diligitur propter ſe in ratione finis intenti, & prout eſt

cauſa finalis. Tertio tandem, prout diligitur per fruitionem ipſam, in qua dilectione voluntas quieſcit, tãquam in fine ſui appetitus poſſeſſo, & obtento. Qua diſtinctione ſuppoſita, teneo: quod primo, & tertio modo, non aliter mouet finis voluntatem ad ſui dilectionem, quàm obiectũ habet mouere potentiam ad eliciendum actum circa ſe ipſum. Sicut igitur cauſalitas obiecti in ordine ad actum eliciendũ, circa ſe eſt realis (quia à cauſa non reali nequit effectus realis prouenire, & actus elicitus à potentia reali, realis eſt) ſic cauſalitas finis, his duobus modis accepti, realis eſt, & realiter concurrens ad eliciendum actum amoris circa ipſum. Imò docet Doctor in tertio diſtinct. 4. quæſt. 2. litera Q. *quod obiectum eſt cauſa principalis actiua reſpectu viſianum, & non intellectus.* Quod non minus dicendum eſt de obiecto volũtatis, proportione ſeruata, quod, ſcilicet, eſt cauſa principalis reſpectu amoris, & non voluntas: quia licet tam voluntas, quàm obiectum ad productionem amoris actiuè cõcurrant: ſpecificat tamen obiectum, & quaſi determinat generalem inclinationẽ voluntatis, quam habet ad omne bonum, vt circa hoc ſpeciale bonum operetur: & illa cauſa, quę ſpecialior eſt reſpectu effectus, eſt principalior reſpectu illius. Hactenus dictum eſt de fine, prout à cauſa finali condiſtinguitur.

19. Cæterum de cauſa finali aliter dicendum eſt: quia cum ipſa non cauſet ſui amorem (imò ipſum iam ſupponit, ex eo quod per dilectionẽ ſui mouet ad dilectionem mediorum) non mouet voluntatem ad illum, ſed concurrit cũ alijs tribus cauſis ad productionẽ effectus, qui eſt mediũ ad cõſequutionẽ ſui ipſius: ponamus, claritatis cauſa, finalẽ cauſã in aliquo artificio: & licet ędificiũ nõ ſit finis vltim⁹, eſt tamẽ finis reſpectu mediorum ad ipſum. v. g. diligit Domificator templũ ædificare, & hac dilectione illud intendit: media autem ad ipſum in exequutione conſtruendum ſunt expolire lapides, ſecare ligna, lateres cõſtruere, & ſimilia, quorum cauſa effectiua eſt Artifex: tẽplũ verò ædificãdũ eſt finis huius Artificis. Iſte igitur finis non cauſat ſui amorẽ per intentionẽ, in quantum cauſa finalis eſt, ſed quatenus eſt bonum propter ſe diligibile, quod intenditur: eſt verò cauſa finalis, quatenus ſic intentus, & dilectus, mouet Artificem ad media ſupradicta exequenda: ergo cauſalitas cauſæ finalis iam ſupponit intentionem finis. Quod probatur illo communi axiomate, *quod finis eſt prior in intentione, & poſterior in exequutione*: ſed cauſalitas finis exercet ſuum munus in exequutione effectus: ergo talis cauſalitas ſupponit intentionem ipſius finis. Hoc ergo præſuppoſito quærimus, an hæc cauſalitas finalis, qua cauſatur effectus, qui eſt propter finem; ſit realis Phyſica, an verò metaphorica? hoc eſt, an finis vt ſic intẽtus aliquid reale Phyſicum influat in effectum, qui fit à cauſa efficiente, nẽpè ab Artifice, an verò tantum metaphoricè cauſet? Ad quod dubium hęc
reſpondet Doctor in hoc primo diſt. 20.
2. quæſt. 2. artic. 1. *Cauſa finalis non cauſat, niſi quia metaphorice mouet ipſum efficiens ad efficiendum, nam non alio modo dependet &c.* Idem tenet Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 1. artic. 1. Et eſt ſententia Ariſtotelis primo, de generatione cap. 7. & Auicenæ lib. 6. Metaphyſicæ tractatu 5. cap. 5. Item Albertus quinto Metaphyſicæ tractatu 1. capit. 3. OKam in 2. quæſt. 3. artic. 2. Alexãder Alenſis 1. part. quæſtio. 17. membr. 3. Herueus quodlibeto 2. quæſt. 1. Soncinas quinto Metaphyſicæ quæſtion. ſecunda.

Sed quamuis hi omnes, & plures alij id ſentiãt, non tamen omnes exactè, nec eodem modo ſuam mentẽ declarant: quorum interpretationibus omiſsi, iuxta literã Scoti breuiter dico, hanc metaphoricam cauſalitatem nihil aliud eſſe, niſi eandem actionem qua efficiens phyſice attingit effectũ, ſecundum quod procedit ex intentione finis propter quẽ fit. Vnde eadẽ indiuiſibilis actio, & reſpicit finem, & efficiens; efficiens quidem, tanquam ſuum Phyſicum principiũ: finẽ verò tanquã cauſam cuius intuitu efficiens per

Scotus. D. Thom. Ariſtot. Auicen. Albertus. OKam. Alenſis. Herueus. Soncinat.

Quid ſit cauſam finalem metaphorice cauſare.

per illã attingit effectũ. Et hoc quod eſt hanc actionẽ procedere ab efficiẽte, in quantum finem intendit, eſt, cauſam finalem mouere efficientem ad effectum: quæ cauſalitas metaphorica eſt, & non phyſica, & in illa conſiſtit cauſalitas cauſę finalis.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

20. QVIBVS præhabitis difficultatẽ hãc concludendo, dico primo, quod finis non mouet voluntatem ſecundum quod eſt apprehenſus, & cognitus ab intellectu, & voluntati oſtenſus: hæc enim eſt conditio ſine qua non, ſed ſecundũ eſſe ſuũ reale, quod habet a parte rei. Concluſio eſt Doctoris, vt viſum eſt, & quoad omnes ſui partes probatur: quia eodẽ modo mouet finis voluntatem, quo quidem appetitur à voluntate: ſed non appetitur à voluntate ſecundum eſſe, quod habet in intellectu, ſed ſecundum eſſe reale, quod habet a parte rei: qui enim appetit ſalutem, non illam appetit ſecũdum eſſe cognitum ipſius, ſed vt ſecundum realitatem illius eam habeat: ergo finis mouet voluntatem ſecundum eſſe, quod habet a parte rei, & non ſecũdum eſſe cognitum, quod habet in intellectu. Quod autem cognitio finis ſit conditio ſine qua non; ex eo probatur, quia cùm voluntas appetat finem ſub ratione boni; non poteſt illum appetere, quin ſibi ſecundum quod bonus in ſe eſt, oſtendatur: ſed ſibi non poteſt oſtendi eius bonitas niſi per intellectus cognitionem: eo enim quod potentia cæca eſt, nihil cognoſcit, ſed fertur in obiectum ſibi ab intellectu oſtenſum, iuxta illud, *nihil volitum, quin præcognitũ*: ergo &c.

21. 2. *concluſ.* Dico ſecundo, quod licet finis ſecundum eſſe reale, quod habet à parte rei, moueat voluntatem ad ſui amorem: non tamen quatenus cauſa finalis, eſt realiter, aut phyſice cauſat, ſed tantum metaphorice. Hæc conc. expoſita eſt ſupra nu. 19. iuxta quam expoſitionem probatur facillime: & illam ſic probat OKam. Cauſatio cauſæ finalis conſiſtit in mouenda cauſa efficiente ad agendum: illud autem mouere nihil aliud eſt, quàm ipſum finem amari à cauſa efficiente, & aliquid propter ipſum finem: ſed hoc non eſt phyſicè, influere in effectum ſed metaphoricè: vt de ſe patet: ergo cauſa finalis non cauſat phyſice ſed metaphorice.

Dico tertio, quod finis ſecũdũ quod eſt cauſa finalis, & vt ſic à volũtate intenditur, mouet, prout includit illum reſpectũ diligibilitatis propter ſe, in qua ratio formalis finis conſiſtit. Concluſio hęc ſatis ex notatis ſupra num. 7. confirmari poteſt, neque eſt contra Doctorem, vt ibi viſum: eſt debet tamen eſſe communis: & probatur: quia (vt ex D. Thoma notauimus) nõ ſolum ex hoc dicimur intendere ſanitatem, quia ipſam ſanitatem volumus (hoc enim eſſet abſoluta volitio obiecti boni) ſed quia volumus media, per quæ, ad illam peruenire poſſimus: ergo ſanitas ibi non exercet munus cauſæ finalis mouendo, neque à volũte intenditur niſi quatenus eſt diligibilis propter ſe, & media propter ipſã: ſed in illo primo reſpectu diligibilitatis propter ſe ratio formalis finis conſiſtit, vt ſępe ex Scoto notauimus; & præſertim in difficultate præcedẽte num, 7. ergo finis ſecundum quod eſt cauſa finalis, & à voluntate intenditur mouet ſecundum rationem formalem finis. 22. 3. *concluſ.*

Dico quarto: quod finis, vt eſt obiectũ fruitionis nõ mouet ſecundũ rationem formalem finis, ſed ſecũdum ſuum eſſe reale abſolutum perfectionis, & bonitatis, quam habet in ſe præciſo omni reſpectu, videlicet diligibilitatis propter ſe. Cõcluſ. eſt expreſſa Scoti, vt patiut in litera, quę probatur ab eo in corpore tertij articuli huius quæſtionis triplici ratione, quarũ duplex prior probat, quod non ſit finis 23. 4. *concluſ.*

 ſecun

ſecundum rationem formalem finis
obiectũ fruitionis. Tertia probat eſſe
obiectum fruitionis finem ſecundum
ſuum eſſe reale &c. Prima ergo ratio
eſt: quia ſi obiectum fruitionis eſſet fi-
nis, ſecundum quod formaliter eſt fi-
nis, conſequenter obiectum fruitio-
nis eſſet finis, ſecundum relationem,
quam dicit ad voluntatem diligẽtem
illũ proter ſe: vel ſaltim quatenus ter
minat talem relationem volũtatis ad
ſe, in qua terminatione finis fundatur
alia relatio (ſaltim rationis) qua obie-
ctum, quod eſt finis, reſpicit volunta-
tem ſic ſe diligentem: & tunc ſequere
tur, quod obiectum beatificum in quã
tum beatificum clauderet in concep-
tu ſuo formali rationem, ſeu reſpectũ
ad creaturam: & vt ſic ratio formalis
beandi eſſet illa relatio ad creaturam,
quod planè falſum eſt: quia obiectum
beatificum ea dumtaxat ratione eſt
obiectum fruitionis, qua eſt ſatiatiuũ,
& vltimũ quietatiuũ inclinationis, &
appetitus noſtræ voluntatis: nõ tamẽ
ſatiat, & quietat talem appetitum, niſi
ſecundum formaliſſimam rationem
ſuę bonitatis, & perfectionis infinitę:
ergo &c. Sequella autẽ probatur: quia
ſi obiectum beatificum, quod eſt vlti-
mus finis intellectualis creaturæ, eſſet
obiectum fruitionis ſecũdum forma-
lem rationem finis, cum talis forma-
lis ratio finis, non in alio, quam in illo
reſpectu, & relatione ad voluntatem
creatam ſic ſe propter ſe ipſam dili-
gentem conſiſtat; proculdubio ratio
formalis obiecti beatifici, in quantum
beatifici non in alio, quam in illa rela
tione ſeu reſpectu ad voluntatem ſe
diligentem conſiſteret. & tunc ſecun
dum illam relationem formaliter bea
24. ret, quod nimis abſurdum eſt.

Secundo, eandem concluſionẽ pro
bat Doctor: quia iſte reſpectus eſt ens
rationis tantum: hoc iam oſtẽdimus
in expoſitione literæ textualis tertij
articuli. Et amplius probat, nõ ſolum
in Deo, in quo nulla relatio realis ad
extra poteſt fundari, verum etiam in
quacunque creatura: nam eſto, quod
ſecũdum probabilem opinionem (de
qua alibi) concedamus obiecta habe-
re realem denominationem extrinſe
cam, ex eo quod realiter à potentijs
attinguntur: quia ſicut realiter video
parietem, & intelligo Petrum, & dili-
go Paulum, dicitur paries realiter vi-
ſus, & Petrus realiter intellectus, &
Paulus realiter dilectus, ea ſaltem ra-
tione, qua iſta obiecta realiter termi-
nant operationes reales: non tamen
ex hoc licebit inferri (etiã in opinio-
ne eorum, qui has denominationes
reales extrinſecas conſtituunt) quod
talia obiecta per hoc præciſe, quod
realiter attinguntur à talibus poten-
tijs, & earum operationes reales reali
ter terminant, realiter referuntur ad
ipſas potẽtias. Hoc ẽtenim, vltra quod
nemo Phyloſophus dicat, ſatis oſten-
di poteſt: quoniam nulla relatio rea-
lis de nouo reſultare poteſt in eo, in
quo aliquid reale intrinſecum de no-
uo non fit, quod quidem talem rela-
tionem poſsit fundare (præter quam
in relationibus extrinſecus aduenien
tibus, de quibus hic non eſt ſermo)
illam autem realem denominationẽ
extrinſecam terminãdi: nihil reale in-
trinſecum ponere in obiecto, eſt pluſ
quam certum. Si igitur aliqua relatio
ex tali terminatione oritur, proculdu
bio rationis eſſe debet in ipſa reali ter
minatione fundata, qua refertur obie
ctum viſum ad potentiam viden-
tem, eo quod eius viſionem termi- 25.
nauit.

Hoc igitur ſuppoſito, procedit ſe-
cunda ratio Doctoris ſic. Finis ideo
formaliter eſt finis: quia diligitur pro
pter ſe: ſed hoc quod eſt finem diligi
propter ſe, non infert in ipſo fine, niſi
tantum reſpectum rationis ad volun
tatẽ fundatũ in eo, quod terminauit
eius dilectionẽ talẽ: ergo ratio forma-
lis finis, vt finis, in iſta relatione ratio
nis conſiſtit: ergo obiectũ fruitionis
non poteſt eſſe finis, vt finis. Conſe-
quentia patet: nam tunc ratio forma-
lis obiecti beatifici, vt beatifici eſſet, re
latio rationis: ſed relatio rationis ceſ-
ſante intellectu conſiderante illam,
non habet eſſe: ergo obiectum beatifi
cum, ceſſante intellectu conſiderante
eius rationem formalem, non eſſet ob
iectum fruitionis. Conſequentia pa-
tet: quia ceſſante conſideratione intel
lectus

lectus non haberet rationem formalem finis.

26. Tertio probat Scotus hanc concluſionem efficaciſſima ratione: quia ſi per impoſsibile eſſet aliquod obiectum, ita ſumme bonum, ſicut eſt Deus, ad quod non ordinaretur volũtas, tanquam ad finem, adhuc illud bonum quietaret, & faciaret appetitum eius: ſed tunc non eſſet eius finis: ergo ſine ratione formali finis per ſuam tantumodo realem perfectionem, & bonitatem eſſet ſibi fruitionis obiectum. Hæc quidem ratio euidens eſt, ſed ſine illo impoſsibili, quod per locum intrinſecum repugnat, ſicut repugnat per locum intrinſecum eſſe plures Deos, poteſt clarius fabricari, & reddit in idem argumentum: ad quod pono quod Deus vnus, & idem permanens potuit homines in puris naturalibus condere, & ipſos ad ſe, vt ad finem beatificum non ordinare. Tunc Deus quatenus obiectum beatificum eſt, non eſſet finis hominum illorum, ſed tunc etiam ſublata tali ordinatione poſſet quietare, & faciare voluntatem, & appetitum talium hominum per ſuam infinitam perfectionem, & bonitatem eodem prorſus modo, quod de facto nunc faciat voluntatem beati: ſi ipſos vellet beare: ergo obiectum frutionis non eſt finis ſecundum formalem rationem finis, ſed ſecundum ſuã realem bonitatem, & perfectionem.

Sed quæres: nũquid ratio illa finis non reperitur in fine, qui eſt obiectũ fruitionis? Reſpõdeo reperiri quidé, ſed non eſſe rationem formalem, quã finis mouet voluntatem ad fruendũ. Eſt igitur in fine hæc relatio, qua eſt formaliter finis concomitanter ad actum, vel ex apprehenſione ante actum, & hoc in fruitione ordinata. Vide quę de hoc diximus ſupra in Cõmentario, tertij articuli.

§ 4.

Soluuntur argumenta ſententiæ oppoſitæ.

Reſtat nunc argumenta aduerſariorum ſoluere: & ideo ad primũ dico, quod procedit de fine quatenus cauſa finalis eſt, & mouet ad electionem, & proſequutionem mediorum. Vt ſic enim verum eſt, quod finis ſecundum rationem formalem finis intenditur, & mouet ad volitionem mediorum, quę ſunt ordinata ad eius conſequutionem. Secus autem dicendum eſt de fine, prout eſt obiectum fruitionis: quia vt viſum eſt in concluſ. 4. tunc non mouet ſecundum rationem finis, ſed ſecundum realem bonitatem, quam habet à parte rei. 27. *Ad argumenta primæ ſententiæ & ad primum.*

Ad ſecundum reſpondeo, non omnem volitionem, quæ fertur in finem eſſe intentionem, prout ſupra viſum eſt à numer. 7. vſque ad nonũ fruitio enim non eſt intentio. Vnde argumentum de volitione, quæ eſt intentio, optimé probat intentum, loquendo de intentione in rigore ſecundum quod ibi illam vſurpauimus: quamuis etiam largo modo quælibet volitio finis intentio põſsit dici: non veró loquendo de volitione, quæ eſt fruitio: quia hæc non intendit finem per media, ſed iam in fine obtento, & poſſeſſo quieſcit: in quo tota eius tendentia finitur. 28. *Ad ſecũdũ*

Ad tertium, dico: finem mouere vt apprehenſum ab intellectu ſumendo ly vt ſpecificatiue, non veró reduplicatiue, hoc eſt nõ quod hæc ſit ratio formalis mouẽdi, ſed quia eſt cõditio ſine qua non moueret, vt probatum eſt ſupra num. 12. Et licet verum ſit, quod intellectus apprehendat finem ſecundum ſuam rationem formalem abſolutam bonitatis, in qua fundatur 29. *Ad tertiũ.*

Digitized by Google

eſſe diligibilem propter ſe: hæc tamē ratio non dat illi formaliter eſſe finem bene tamen fundamentaliter: ipſa tamen relatio diligibilitatis propter ſe, ſeu illa relatio rationis fundata in eo, quod terminauit dilectionem voluntatis (vt ſupra expoſitum eſt) dat ei formaliter eſſe finem. Et hæc licet apprehendatur ab intellectu, & oſtendatur voluntati: non tamen eſt ratio motiua ipſius, ſed ad ſūmū ſequitur quod in bono vero, vel apparente, (vt docuit Doctor in 3. art.) concomitetur iſta relatio, ſeu iſte reſpectus obiectū fruibile, vel forte in apprehenſionē præcedat fruitionem: quia ſcilicet, apprehendit intellectus tale obiectum, non ſolum eſſe abſolute bonum, ſed eſſe fruibile propter ſe, & hoc ſi volūtati proponat, antequam voluntas ipſo fruatur, & ſic fruitionem præcedat. Sed hoc (vt dixi) tantum concomitanter ſe habet, non vero, vt ratio motiua: imo in fruitione finis præſtituti, qui quidem ex ſe non eſt finis: quia ſcilicet non eſt diligibilis propter ſe, ſed voluntas illum ſibi finem cōſtituit, vt patuit in exemplo poſito in noſtro cōmentario ſupra tertium articulum huius quæſtionis: in tali inquam fruitione, ratio finis nullatenus fruitionem præcedit: quia ex actuali directione voluntatis habet eſſe finem: & ex conſequenti ratio finis ad fruitionem conſequitur. Ex quibus concluditur, quod reſpectu nullius fruitionis eſt finis, in quantum formaliter finis, obiectū motiuum voluntatis, ſed ſecundum ſuam realitatem, & bonitatem veram, vel apparentem: & ideo licet ab intellectu ſecundum formalem rationem finis apprehendatur, & oſtendatur voluntati: non tamen, vt ſic voluntas fruitur eo ſecundum talem rationem finis, nec mouetur ſecundum illam ad fruendum: ſed ſecundum realem bonitatem, quam habet, & mouetur ab eo, & fruitur illo.

(. §.)

DIFFICVLTAS XVII.

Vtrùm vnus finis poſſit in alium finem ordinari?

§. I.

Propoponitur ſtatus controuerſiæ cum ſententia quorundam.

PLVRA media coordinata inter ſe in ordine ad vltimum finem eſſe, nemo hactenus negauit: vt patet in homine diſponente ſe ad gratiam finalem, quæ eſt vltimum medium ad gloriam. Vnde diſpoſitio eſt medium ad gratiam, & pænitentia virtus medium ad diſpoſitionem, & carnis maceratio, ac aliæ virtutes morales media ſunt ad virtutem pænitentiæ &c. Et ſic, quam plurima media reperiuntur reſpectu vnius finis vltimi, ad quem omnia mediate, vel immediate dirigūtur, & ordinātur. 1

Cū tamen ratio cauſæ finalis cōſiſtat in hoc, quod eſt mouere agēs ad volitionē medij, prout ſupra in difficultate præcedēte nu. 7. oſtēdimus: & cuilibet iſtorum mediorum competat eſſe immediate propter aliud, vt pote, diſpoſitio propter gratiam: quæritur modo, an gratia, exempli cauſa, moueat ad volitionem diſpoſitionis, & diſpoſitio ad volitionem pænitentiæ, & ſic de ſingulis, vſque ad primum medium? et ex conſequenti, illud medium intermedium moueat, vt cauſa finalis, & ſic habeat rationem finis: & tunc vnus finis ſit propter alium, & per conſequens poſſit vnus finis in quantum finis ordinari ad alium finem?

Gabriel Vazquez 1. 2. q. 1. diſp. 4. capit. 1. cum ſuo Complutenſi collegio (vt ipſe ait) tenet nullo modo hæc inter media poſſe habere cauſalitatem cauſæ finalis, nec propterea rationem finis, ſed ſemper media eſſe quantum- 2. *1. ſententia Vaſquij.*

tis

uis vnũ ſit immediate propter aliud: & ideo omnia intermedia amari propter illum finem, ad quem vltimum medium ordinatur. Quam etiam ſententiam tenet Suarez in 1. to mo ſuæ Metaphyſicæ diſput.23.ſectio. 6. nu. 11. Nullus attamẽ alius, ex illis, quos ego vidi, hucuſque hanc nouam ſententiam ſequitur: eam attamen probat Vazquez 1. ex Ariſtotele ſecũdo phyſicorum cap. 3. textu Comment. 29. vbi ſic finem diffinit. *finis eſt cuius gratia cætera fiunt*, per ly cætera, ſecundũ omnes intelligitur omnia quæ ſunt, & fiunt, eſſe propter finem: ſed hæc diffinitio non poteſt competere inter medijs: quia nullum eſt intermedium cuius gratia cætera fiant, ſed aliqua tãtum: ergo nullum intermediũ eſt, aut poteſt eſſe finis.

Suarez.

Ariſtot.

3. Secũdu probat eãdẽ ſentẽtiã ex eodẽ Ariſtot.2. Metaph.cap. 2. vbi concludit non poſſe fieri proceſſum in infinitum in cauſis: quod de cauſa finali, ſic probat. *Item ipſum cuius cauſa finis, tale autem eſt, quod non eſt alterius gratia, ſed cuius cætera: quare ſi tale erit vltimum, non erit infinitum: quod ſi nihil tale, non erit ipſum, cuius gratia, ſed qui faciunt infinitum, latet eos, quod boni naturam auferunt.* Sed ſi intermedia habere poſſent rationem finis, ſequeretur: quod etiam, ſi procederetur in infinitum, maneret adhuc finis, cum poſſet in intermedijs reperiri: ergo ne detur talis proceſſus in cauſis, ſecundũ Ariſtotelem non poteſt concedi intermedia poſſe habere rationem finis.

4. Tertio probat idem ex ipſo Ariſtotele 8. ethicor.cap. 2. vbi ponens triplex genus amabilium, primum vocat bonum, ſecundum iucundum, & tertium vtile. Vtile autem his verbis diffinit: *atque id vtile videtur eſſe per quod efficitur aliquod bonum, aut voluptas.* Ex his autẽ tribus generibus amabilium, inquit Ariſtoteles, duo tantũmodo eſſe fines, nempẽ bonum ſeu honeſtum, & iucundum, ſeu delectabile: ait enim, *quare fit, vt amabilia ſint ipſum bonum, & iucundum, vt finis:* ergo ex ſententia Phyloſophy media, ea ratione qua intermedia ſunt, non poſſunt habere rationem finis: quia in tãtum ſolũ, vt media diliguntur, in quãtum vtilia ſunt: vtile autem, in quantum vtile, non poteſt habere rationẽ finis, eo quod ratio finis, ſolum conueniat, honeſto, & delectabili: ergo &c.

Quarto tandem ratione probatur, quæ ratio etiam, ex hac doctrina Ariſtotelis, deſumpta eſt: nam vtile in quantum vtile, nõ poteſt appeti gratia ſui: ergo nec aliquid aliud appeti poterit gratia ipſius: nã bonitas, quæ ex ſe non ſufficit, vt appetatur gratia ſui, quomodo poteſt ſufficere, vt aliquid appetatur, aut diligatur gratia illius? vtile autem, non poſſe appeti gratia ſui, in quãtum vtile, probatur: quia vtile vt vtile, non eſt abſolute, & ſecundum ſe vtile, ſed relate, & ad aliud bonum: nam hactenus ſolum bonum cenſeri debet vtile, quatenus cõcedit ad inquirendum finem honeſtum, & iucundum: ergo ipſum vtile non poteſt abſolute amari, ſed relate, & gratia alterius: ergo omne quod ad tale vtile ordinatur, & propter ipſum appeti videtur, non poteſt appeti gratia vtilis, ſed gratia illius finis iucundi ſeu honeſti, ad quem vtile vlterius ordinatur, & cuius gratia appetitur. 5.

---

§ 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitum autẽ eſt ſubtilis Doctor in 4. diſtinct.31 quæſt.1. litera A. §. *ad quæſtionem*: vbi hæc profert, *aliquis etiam poteſt eſſe duplex finis, ſcilicet, remotus, & propinquus, & remotior eſt regulariter principalior: quia ad illum ordinatur propinquior.* Hoc idem ſententiæ ibidẽ diſt.49. quæſt. 1. & in hoc 1. diſtinct.2. quæſt. 1. artic. 1. Sequuntur Doctorem Lychetus in prologo quæſt.3. ſub §. *reſpondeo primo*, Tathartetus 6.

Lychetus. Tathar.

retus quæſt. 4. prologi §. *hic vijs &c.* &
Herrera. in 4. diſt. 31. quæſt. vnica Pater Herre
ra in 2. tom. 2. diſp. 28. quæſt. 8. nota-
bili 1. & cæteri Scotiſtæ. Item Diuus
D. Thomas Thomas, qui vltra quod 1. 2. quæſt. 1.
artic. 4. in corpore ſupponit eſſe plu-
res fines, eo quod ex inde probat in fi
nibus non eſſe in infinitum proceden
dum, ſed deueniendum ad aliquem vl
timum finem. Hoc clarius de finibus
intermedijs ſic exprimit 3. contra gen
tes cap. 2. *omnia intermedia, inter agent, & vltimum finem, ſunt fines reſpectu priorum.* Tenent omnes Thomiſtæ. Item
OKam in 2. quæſt. 3. art. 2. corolario,
OKam. 2. & 3. Gabriel ibidem diſtin. 38. quæſt.
Gabriel. 1. art. 1. Ægidius ibidem quæſt. 2. art. 2.
Ægidius Gregorius ibidem, quæſt. 1. art. 1. &
Gregorius. cæteri Nominales. Ex neutralibus au-
Valencia. tem Valencia, 2. part. diſp. 2. quæſt. 7.
Lorca. puncto 1. Lorca 1. 2. tom. 1. diſp. 6. Cu
Curiel. riel 1. 2. quæſt. 1. art. 4. §. 2. eſt que cõ-
munis ſententia omnium ferè Theo-
logorum.

7. Pro intelligentia huius ſententiæ, & difficultatis primo obſeruate oportet, quod tota ratio dubij ſoluendi cõſiſtit in adaptanda ratione finis cuilibet intermedio. Et quidem ſi tantum eſſet ſermo de fine, prout eſt cauſa finalis, facilime ſolueretur hæc difficultas: ſi quidem prout ſupra in difficultate 16. notauimus, cauſalitas cauſæ finalis conſiſtit in mouendo cauſam efficiẽtem per deſiderium ſui ad efficiendum illud, quod eſt medium ad ſui conſequutionem. Et quod hæc motio poſsit competere intermedijs, manifeſtum eſt. Quis enim ſanę mentis negare poteſt deſiderium obtinendę gratiæ mouere ad pœnitẽtiam quæ eſt medium ad illam conſequendam? & tamen gratia non eſt finis vltimus, ſed gloria propter quam appetitur. In hoc igitur, quod eſt hoc, & ſimilia intermedia eſſe cauſas finales, nulla poteſt eſſe legitima dubitatio, niſi rerum ordinem intendamus peruertere, in quibus rem vnã immediate eſſe propter aliam, & illam aliam iterum propter aliam, Phyloſophia docet. Quam ob rem inepte de hoc à Vaſquio dubitatur. Ratio igitur dubitandi mihi vrgentior eſt, quomodo tale intermediũ poſsit eſſe finis formaliter loquendo cũ habeamus ex Scoto in 3. art. huius quæſtionis, quod ratio formalis finis addit ſupra bonitatem obiecti reſpectum, quod tale obiectum appetitur propter ſe, quem reſpectum ſupponit alius reſpectus, quo media appetũtur propter ipſum. Si etenim in illo priori reſpectu ratio finis formaliter conſiſtit, profecto nulli intermedio rationem veri finis competere, ſatis compertum apparet: quia ſi intermedium propter ſe ipſum appeteretur, iam intermedium non eſſet, ſed finis vltimus.

Hanc difficultatem arbitratur Lorca ſatis ſoluer vbiſupra diſtinguen- 8.
do de fine intermedio, & vltimo, ac de duplici ratione finis, quarũ vna eſt, ut ſit appetibilis propter ſe, & altera, quod cætera appetantur propter ipſum, dicens: quod illam rationem amabilitatis propter ſe non competere, niſi fini vltimo, & ideo non competere intermedijs. Quam ob rem (inquit) non concedimus intermedia eſſe fines perfectos abſolutos: eis tamen cõpetit altera ratio finis, vtpote, quod propter ipſa intermedia, & ipſorum gratia aliquid appetatur. Et ſi arguatur contra ipſum, quod vt aliquid appetatur propter aliud, neceſſum eſt, quod illud aliud ſit amabile propter ſe. Reſpõdet, negandam eſſe hanc propoſitionem: nam quamuis intermedium propterea non poſsit eſſe vltima, & principalis cauſa deſiderij aliorum, poteſt tamen eſſe cauſa proxima, & quæ virtute, & bonitate ab vltimo fine participata moueat ad appetitionem aliorum. Hæc eſt ſolutio Magiſtri Lorcæ quæ poterat ſuſtineri, forſan tenendo, quod Doctor in illa ratione finis, quam aſsignauit, ſcilicet, per reſpectum amabilitatis propter ſe, loquutus eſt de fine fruitionis, qui eſt finis vltimus, non verò de fine, prout etiam ad fines intermedios extenditur, qua ſolutione facilime difficultatem effugeremus cum Lorca.

Verum enim verò difficultas hæc 9.
adhuc vrget, & eius vim prædicta ſolutio non euacuat: imò videtur extrahere illum finem intermedium à ratione

tione veri finis: & tunc nulla eſt quæſtio: quia ſi verus finis non eſt, militat controuerſia aduerſariorum, imò habent intentum: quod nullatenus debet concedi, ſed defendi, quod eſt verus finis, & ſibi competit verè ratio formalis finis: ſed tunc data ſolutio ruit: quia ratio finis non poteſt non conſiſtere in illo diſtinctiuo, per quod differt à medio, & oppoſitum aſſerere eſt ab omni Phyloſophia alienum. Illud autem diſtinctiuum nullum aliud eſt, niſi reſpectus diligibilitatis, ſeu dilectionis propter ſe, imò in ipſa amabilitate propter ſe fundatur amabilitas mediorum propter ipſum, ita vt implicet alia eſſe amabilia propter ipſum, ſi ipſum non ſit prius amabile propter ſe: quod euidenter demonſtro: nã hæc eſt vera cauſalis, ideò media diliguntur propter finem: quia finis prius diligitur, *nam propter vnum quodque tale, & illud magis*: ergo prius eſt finẽ diligi, quàm media diligi propter ipſum, ſiquidem eius dilectio mouet ad dilectionem mediorum ad ſe. Tũc ſic: ergo, vel dilectio illa finis, quę præcedit dilectionem mediorum, eſt dilectio illius propter ſe, vel propter aliud. Si primum dicas, habetur intẽtum: quod, ſcilicet, repugnat finẽ cauſare dilectionem mediorum, quin illã cauſet ſecundum quod eſt formaliter finis, & ex conſequenti ſecundũ quod diligitur propter ſe. Si autem ſecũdũ dicas, tunc iam finis nõ eſſet finis, ſed medium: quia in hoc, quod eſt ordinari ad aliud ratio medij conſiſtit. Quod confirmatur: quia bonitas, ob quam diliguntur media, eſt ſibi prouenienſ à fine, & ſecundum quam reſpiciunt ipſum finem: ergo vel bonitas finis, ob quam diligitur, terminat dilectionem mediorum ad ſe, quatenus eſt bonitas abſolute volita abſtrahendo à volitione propter ſe, & propter aliud: vel quatenus eſt volita propter ſe, vel quatenus eſt volita propter finem vlteriorem: quia nõ eſt imaginabilis alius modus terminandi. Primum non dices: quia tunc non eſt bonitas medij, nec finis, quod quidem ſecundum ſuam, & aliorum ſententiam, eſt impoſsibile, videlicet, quod aliquid ſit volibile, quin ſit volibile, vt mediũ ſeu vt finis. Si ſecundum, habeo intentũ: quia fini etiam intermedio competit etiam eſſe volitum propter ſe. Si tandem tertium dicas: ergo nullum intermedium habet rationem finis, quod Vaſquius intendebat. Conſequentiã probo. quia ſi hæc bonitas finis terminat tendentiam mediorum, quatenus formaliter relatio eſt ad vlteriorem finem, conſequenter ad illum quoque finem vlteriorem, primò & per ſe tendunt talia media: quia reſpiciens relatiuum in quantum relatiuum, neceſſario reſpicit terminum ipſius relatiui: & ſi ille terminus etiam relatiuus fuerit, ſecundum quod terminus eſt, etiã illius terminum reſpiciet, vſque ad vltimum: & ex conſequenti nullum medium erit propter finem intermediũ, ſed omnia propter vltimum, ſiquidẽ nullũ aliud terminat eius tendentiã: & ſic nullum intermedium habere poterit rationem finis, quod tu negas.

10. Tenendum ergo cenſeo, ita de intrinſeca, & formali ratione finis eſſe illum reſpectum, quo eſt diligibilis propter ſe, vt in hoc ſolummodo ſaluetur vera ratio finis, & ſine hoc reſpectu finis nullatenus eſſe poſsit: eſt expreſſa ſententia Diui Auguſtini lib. 19. de ciuitat. Dei, cap. 1. vbi hæc inquit, *illud enim eſt finis boni noſtri, propter quod appetenda ſũt cætera, ipſum autẽ propter ſe: & illud finis mali, propter quod vitanda ſunt cætera, ipſum autẽ propter ſe ipſum*. Expoſitis ergo, primum iam ſupra in difficultate 15. oſtendi; ſiquidem ibi finem fruitionis, quatenus iam poſsidetur, verum finem eſſe, eo quod eſt propter ſe dilectus, non vero pro tunc media referri ad ipſum, nec eſſe propter ipſum: ſiquidem in fruitione nullum eſt medium, & ideò finẽ vltimum, vt per fruitionem poſſeſſum non eſſe cauſam finalem, nec moueri ad deſiderium mediorum ordinabilium ad ſui aſſequutionem, ſatis, aperteque, viſum eſt. Secundum vero ex primo patet: quia ſi ratio formalis finis in illo reſpectu conſiſtit, prout aperte docuit Doctor in 3. art. huius quæſtionis: ergo ſublata ratione formali finis, finem quoque de medio

dio

realitas relationis ſit realitas termini; ſiquidem terminus eſt extrinſecus relationi: ſic non ſequitur, quod, quia ſublato fine, tollitur bonitas relata medij: ideo talis bonitas medij eſt extrinſeca medio, eo quod eſt ipſa bonitas finis: nam quælibet relatio, ob connexionem eſſentialem cum termino, pẽdet eſſentialiter ab illo, ita vt, destructo termino, deſtruatur & ipſa. Sed adhuc realitas ipſius relationis diſtincta eſt à realitate termini, qui immo, & relationem ſuam realitatem ſumere à fundamento, infra in quæſtionibus de relationibus diuinis oſtenditur. Etſi præterea arguas: quod abſque aliqua reali immutatione medij per ſolam deſtructionem finis, tollitur mediũ: quia ens, quod antè erat medium, modo non eſt medium: nego tibi hoc antecedens: quia ablatio relationis realis eſt mutatio realis, qua tranſit illud ens de relato realiter intrinſece (loquẽdo ſaltim de relatione reali morali, quæ forſan inter medium, & finẽ reperitur) ad nõ relatum realiter, & intrinſece: ſicut mortuo filio mutatur pater realiter de patre ad non patrẽ.

28. Ad 4. arg. Ad quartum ſatis oſtenſum eſt, medium eſſe perſe, & non per accidens, bonum. Quod vero arguitur, bonitatem relatam medij in tantum medio conuenire, in quantum medium eſt, & medium non eſſe medium, niſi quatenus ad finẽ ordinatur, ſunt duæ premiſſæ veræ; & ſimiliter eſt vera cõſequentia illata ex illis: quod, ſcilicet, omnis bonitas relata medij ei proueniet ex ordine ad finem. Cæterum vltima illatio, quod, ſcilicet, talis bonitas non conuenit medio perſe, ſed per accidens, falſa eſt: nec eius probatio aliquid concludit: quia ex inde non infertur, talem bonitatem non conuenire medio ratione ſui: nam licet ſibi competat per ordinem ad finem, non inde ſequitur, quod non ſit ratione ſui: quia ex hoc etiam probaretur, quod Pater æternus, ſecundum rationem formalem paternitatis, non eſſet bonus à ſe, ſed à Filio (in opinione Thomiſtarum, quod relationes diuinæ dicunt perfectionem) ſiquidem paternitas in tantum eſt paternitas, in quantum eſt ordo ad filium: quod manifeſtum eſſet abſurdum. Omnia igitur entia relata, vel (inquam) relationes bonitatem, quam habent, non habent illam à termino, ſed à ſe, licet illam habeant per ordinem ad terminum, eo quod eſſe relationis ſit terminum reſpicere.

DIFFICVLTAS XVI.

Vtrùm finis ſecundum rationẽ formalem finis moueat voluntatem, & qualiter illam moueat?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ cum ſententia D Thomæ, & Henrici.

QVIA in corpore tertij articuli huius primæ quæſtionis diximus, quod ratio finis non eſt propria ratio obiecti fruibilis, nec in fruitione ordinata, neque in fruitione communiter ſumpta, prout ibi expoſitum eſt: modo inueſtigare conamur in fine propriam rationem obiecti fruibilis, hoc eſt formalem rationem motiuam, qua mouet voluntatem ad operandum circa ipſum, vel ſcilicet, fruendo eo, vel delinquendo per intentionem illius: ſiquidem in hac motione, finis cauſalitatem conſiſtere neceſſe eſt. 1.
Vnde tria præſens difficultas inueſtigat, quę omnia explanare oportet. Primum, ſcilicet, qua ratione finis habeat eſſe obiectũ motiuũ volũtatis. Secũdũ verũ moueat voluntatẽ ſecundũ idem eſſe reale, quo eſt tale obiectũ motiuum, an vero, prout tale eſſe eſt apprehenſum, & cognitum ab intellectu, & vt ſic cognitum voluntati oſtenſum? Et tandem tertium, an hæc motio ſit phyſica, an vero metaphorica?

Diuus

2. *1. ſent. D. Thomæ* Diuus Thomas 1.2 q.1.art.1 .ſolutione ad ſecundum tenet, finem ſecũdum rationem formalem finis, mouere volũtatem, ea prorſus ratione, qua color ſecũdum ſuam formalem rationẽ coloris habet mouere viſum. Hæc enim ſunt eius verba: *nam obiectum voluntatis eſt finis. ſicut obiectum viſus eſt color.* Thomiſtæ omnes, qui in præcedẽte difficultate tenent cum D. Thoma, ſolum finem eſſe obiectum volũtatis, vt conſequenter loquantur, aſſerere debẽt, rationem motiuam obiecti voluntatis eſſe ipſam rationem formalẽ finis: ſiquidem per talem rationem decernitur finis a medijs, quę ſecundum illos non ſunt obiecta voluntatis, niſi tãtum materialiter, aut per accidens, *Henricus* vt viſum eſt ibi: tenet Henricus 2. p. Summę art.46. & alij: poteſt tamẽ hæc ſententia ſuaderi non nullis argumentis.

3. Primo, quia in actionibus humanis, quas homo exercet, operatur propter finem: ſed nõ vt motus ab alio, niſi ab ipſo fine: ergo mouetur à fine ſecundum rationem formalẽ finis. Conſequentia probatur: nam ratio, ob quam operatur propter finẽ, eſt, quia finis, vt finis, eſt ille, cuius gratia cætera fiunt: ergo, ideo mouetur à fine ad operandum, quia ipſe finis formaliter eſt finis. Patet cõſequentia: quoniam ratio formalis finis, in quantum finis eſt, vt ipſe propter ſe, cætera autẽ propter ipſum ſint volita: ſed hæc eadem eſt ratio, qua finis mouet volũtatem, vt operetur propter ipſum finem: ergo &c.

4. Secũdo, nam volitio terminata ad finẽ eſt intentio finis, ſicut volitio terminata ad medium, eſt electio mediorum: ſed electio mediorum terminatur ad media, quatenus media formaliter ſunt, id eſt ordinata ad cõſequutionem finis: ergo ſimiliter intẽtio finis terminatur ad finem ſecundum rationem formalem finis. Sed ſecũdum eãdẽ rationem, qua finis terminat intentionem ſui, mouet volũtatem ad illã: ergo ratio motiua, qua finis mouet voluntatem, eſt ratio formalis finis.

5. Tertio, quoniam finis mouet formaliter voluntatem, in quantum cognitus ab intellectu, & voluntati oſtẽſus: quia voluntas, eo quod potentia cæca eſt, nihil vult, niſi quatenus præſupponitur cognitum obiectum ab intellectu: nihil enim volitum, quin ſit præcognitum: ergo voluntas in tantũ vult finem, in quantum cognitum ab intellectu: ſed intellectus non ſolum cognoſcit abſolutam bonitatem finis, quatenus quoddã ens bonum eſt, ſed etiã quatenus non eſt ad aliud bonum referibile, ſed propter ſe ipſum diligibile: ergo voluntas non tantum vult finem, vt eſt quoddã bonum, ſed prout eſt propter ſe ipſum diligibile; hæc autem eſt ratio formalis finis: ergo finis, ſecundum ſuam propriam rationem formalem finis, mouet voluntatem ad ſui dilectionem.

§ 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali in art. 3. in corpore, vbi inquit: quod ratio *finis non eſt propria obiecti fruibilis.* & ratio eius optima eſt: *quia ſi per impoſſibile eſſet aliud obiectum ſummum bonum, ad quod non ordinatur iſta voluntas ſicut ad finem, adhuc illud obiectum quietaret, in quo tamen non eſſet ratio finis.* Doctorem ſequuntur Baſſolis in 1. diſt. 1. quæſt. 1. art. 2. ſub §. *cõtra aliqua.* Antonius Andręas ibidẽ § *de 4. dico.* Lychetus ibi artic. 4. Phylipus Faber ibidem diſp. 10. pater Rada 1. p. controu. 1. art. 2. Pater Herrera in 1. diſp. 11. q. 3. atque reliqui omnes Scotiſtæ: quod etiam videtur ſenſiſſe Seraphicus P. ſanctus Bonauentura in 1. diſt. 1. art. 2. q. 1. & 2. 6. *Baſſolis. Ant. And. Lychetus. Faber. Rada. Herrera. S. Bonau.*

Vt autem hæc Scoti ſententia, & tota difficultas reſoluatur exacte, pręnotare oportet: quod licet fini cõpetat eſſe cauſam finalem: alia tamen eſt ratio finis, & alia eſt ratio cauſæ finalis: finis etenim, ſecundum quod finis, non aliud ſuper addit bono, niſi reſpectũ 7.

quendam, quē habet, ex eo quod non propter aliud, ſed propter ſe ipſum diligitur: & in hoc reſpectu, vt notauit Doctor, formaliſsima ratio finis conſiſtit. Cauſalitas verò finalis addit ſupra finem hoc, quod eſt eſſe motricem voluntatis, vt ea, quæ ordinanda, aut ordinabilia ſunt ad ipſum, efficiat. Duplici ergo actu poteſt diligi finis à voluntate (omitto alium actum, quem ponit Scotus, & Diuus Thomas, qui eſt actus voluntatis abſolute volentis finem, vt bonum quoddam eſt, de quo hîc non agimus) vel, ſcilicet, intentione, vel fruitione. Primo actu dicitur finis intentus: quia amatur, & intenditur à voluntate, vt docet Doctor in 2. diſt. 38. quæſt. vn. & D. Thomas 1. 2. quæſt. 12. artic. 1. ad 4. Secundo vero actu non intenditur, ſed iam obtinetur, & poſſidetur à voluntate, quæ quieſcit in illo. Cauſalitas ergo finalis non competit fini, quatenus poſſeſſo, & obtento; ſed quatenus intento: verumque perſpicuū

In quo conſiſtat cauſalitas cauſæ finalis.

eſt: quia cauſalitas finalis conſiſtit in mouendo voluntatem, à qua deſideratur ad volendum & faciendum ea, quæ ad ipſius finis conſequutionem neceſſaria, vel vtilia ſunt, vt fere omnes Theologi conueniunt. Ex quibus duo colliguntur, quæ ambo probant intentum, primum, videlicet, eſt: quod finis, quatenus cauſa finalis eſt, appetitu deſiderij appetitur: ex quo euidenter infertur, quod ſi à voluntate deſideratur, nondum ab ea poſſidetur; deſiderium etenim carentiam poſſeſsionis importat: ſecundum verò eſt: quod cum cauſalitas finis conſiſtat in motione, qua mouetur voluntas ad agendum illud, quod ad finis conſequutionem requiritur: manifeſtius ſequitur, quod pro illo tunc non habetur finis optatus: ſiquidē per media, quorum exequutionem, & volitionem cauſat ipſemet finis, conſequendus eſt. Ex quibus concluditur, diuerſitatem inter finem, & cauſam finalē eſſe non mutuam: ſiquidem omnis cauſa finalis eſt finis, nō verò ē contra. Sic autem finem habere rationē cauſæ finalis, & non alio modo, docuit

D. Thom.

D. Thomas 1. 2. quæſt. 1. art. 1. ad 1.

Hęc quidem hoc familiari exemplo cōperta erunt. 8. Appetat quis ſibi dignitatem ſummam Pōtificiam, & eo quod ſic efficaciter appetit illam, actu deliberato voluntatis intendit illam ſummam dignitatem, tanquam finem ad ſummum ſibi poſsibile dignitatis in terra. Illa eſt propria intentio finis: *quia intentio nihil aliud eſt, quam in finem tendentia*: deinceps propoſitis per intellectū medijs ad talis dignitatis conſequutionem, vt pote, ſi v.g. ſint frequens literarum ſacrarum ſtudiū, aut nimium virtutum moralium exercitium: illud eligit, iſto relicto, & ad illius medij electi proſequutionem mouet finis voluntatem (qualiter autem moueat dicetur infra) in iſta ergo motione ad volitionem, & proſequutionem medij, cauſalitas finalis cōſiſtit. Sed rurſus, ſi iſte adipiſcatur optatam dignitatem iam poſſidet, quod optabat, & quieſcit in illa: & tunc nihil prætereà reſtat fini cauſandum. Non igitur ibi ratio cauſæ finalis poterit reperiri: quia cauſa dicit ordinem ad effectū, & ibi nullus reſtat effectus cauſabilis: ſed ibi eſt fruitio finis obtenti in quo delectatur voluntas. Verùm attamen eſt, quod finis ille poſſeſſus dicitur verè finire, quatenus in eo, tāquā in ſuo quietatiuo voluntas quieſcit; non tamen dicetur finalizare, ſumendo communem huius vocis vſurpationem, quæ, ſcilicet, vt in plurimum ſolet conuerti cum hoc, quod eſt finaliter cauſare: quia finis poſſeſſus eſt obiectum fruitionis, non vero intentionis: & eſt vere finis, non vero cauſa finalis. Hanc differentiam inter finē, & cauſam finalem inſinuauit Lychetus in prologo q. 3. §. *reſpondeo primo*, & tenet expreſſe Thacaretus in q. 1. prologi §. *dicit Scotus*.

Quid ſit intentio finis

Lychetus.
Thacaret.

Cum ergo citata Scoti litera tantū de obiecto fruibili, hoc eſt de fine poſſeſſionis, procedat: non eſt cur illā ſine vrgente ratione ad cauſam finalē, & finem intentionis, extendamus: non enim militat ratio Scotica finis in cauſa finali: quoniam ſi aliud ſummum bonum præter Deum, per impoſsibile eſſet, ad quod tamen non eſſet per talia vel talia media, volun-

tas,

tas ordinata vere quietaret eius appetitum, quin eſſet ſibi finis: quia ſola ratio quietandi, adhuc præciſa ratione finis, in ſumma bonitate conſiſtit. At qui poſſet ne voluntatem mouere ad proſequutionem eorum, quæ ad eius conſequutionem cōducunt, quin haberet rationem veræ cauſæ finalis? minime quidem: nam hoc eſſet contradictio in adiecto: quia finis vt ſic includit reſpectū illum, quod ſcilicet, propter ſe ipſum, & non propter aliud, appetitur, & quod media appetantur propter ipſum. Vt autē notaui, in ipſa motione ad proſequēda media propter finem, ratio cauſalitatis finalis conſiſtit: nam finis, in quantum finis (ſecūdum probabiliorem ſententiam) non exercet munus cauſæ finalis ad deſiderium ſui, ſed per deſideriū ſui, prout mouet ad voluntatem mediorum, vel ad aliquod opus ordinatum ad ſui ipſius conſequutionem, vt bene notauit Gregorius in 1. diſt. 1. q. 1. artic. 2. quem ſequitur Vazquez 1. 2. diſp. 3. c. 2. & alij. Non ergo ſaluatur in fine, prout eſt cauſa finalis, quod præciſa ratione finalis cauſalitatis ſit obiectum intentionis voluntatis: quamuis optime habeatur, quod finis, præciſa ratione finis, ſit obiectum fruitionis ipſius volūtatis: intentio enim eſt ad finē, ſecūdū quod cauſa finalis eſt: & ideo admiſſo illo impoſſibili, quod aliud ſummum bonum daretur, ad quod voluntas non eſſet ordinata, licet (vt ponit Scotus) optimè quietaret voluntatis appetitum. & ex conſequenti finiret, tanquam finis poſſeſſus, & verū obiectum fruitionis: non tamen eſſet finis intentionis, nec cauſa finalis: quia (vt ſupponitur) non haberet media ad ſe ordinata, ad quorum proſequutionē, propter ſui conſequutionem moueret: ac proinde non idem eſt loqui de obiecto fruitionis, ac de obiecto volitionis, quæ eſt intentio: quia intentio eſt volitio finis conſequendi per talia media, nam vt egregie inquit Diuus Thomas vbi ſupra: *non ſolum ex hoc intendere dicimus ſanitatem, quia volumus: ſed quia volumus ad eam per aliquid aliud peruenire.*

Gregor.
Vazquez.

Intentio finis includit ordinē mediorum ad ipſum.

10. Ex quibus colligo: quod finis intētus, qui (vt dictū eſt) exercet munus cauſæ finalis, neceſſario habet mouere voluntatem ſecundum rationem formalem finis: quia ſi non moueret in quantum diligibilis propter ſe, non poſſet mouere ad electionem mediorum, quibus eſt conſequendus. Hic etenim reſpectus diligibilitatis propter ſe, in quo ratio formalis finis conſiſtit, præſupponi debet ad illum, quo media ordinata, vel ordinabilia, diliguntur propter ipſum finem: alias cum iam finis, vt finis ordinabilis eſſet ad aliud, & illud aliud iterum ad aliud, & ſic procederetur in infinitum: bene tamen verum eſt, quod finis, etiam qui eſt obiectum fruitionis, habet illum reſpectum priorem, ſcilicet, diligibilitatis propter ſe, etiam quando actu poſſidetur: ſed tunc nō mouet ſecundum illum reſpectum ad ſui fruitionem: nec pro tunc, fundat illum ſecundum reſpectum, quo ſcilicet medium ſit diligendum propter ipſum: quia iam finis poſſeſſus medijs non eget ad ſui conſequutionem.

Porrò, an finis, quatenus obiectum eſt fruitionis, moueat ſub eſſe reali, an verò ſecundum eſſe intelligibile, hoc eſt quatenus apprehenſum ab intellectu, & voluntati oſtēſum, (quod idem de fine intentionis inquiritur) nō minima ſe offert difficultas. Circa quam varij ſunt Doctores: Capreolus enim in ſecundo diſtin. 25. quæſt. 1. articul. 3. & Cayetanus 1. 2. quæſt. 30. artic. 1. ad ſecundum, quamuis oppoſitum teneat ibidem quæſtion. 1. artic. 1. & 1. par. quæſt. 5. art. 4. & alijs. Tenent nihilominus, finem eſſe obiectum voluntatis, eamque mouere, nō ſecundum eſſe reale, ſed ſecundum eſſe cognitum, quod habet obiectiue in intellectu, ita quod finis, in quantum cognitus, eſt obiectum motiuum voluntatis: ita vt cognitio paſſiua ipſius ſit cauſa, & ratio formalis motiua volūtatis. Cuius ſententię fundamētalis ratio eſt, quia bonū apparens eſt etiā finis, & obiectū volūtatis, & habetur ex ſupra notatis in ar. 1. & in expoſitione illius: & ideo mouet volūtatē, vt finis: quia apprehenditur, vt bonū, 11.

Capreolus.
Cayetan.

 cum

cum ſupponatur ſecundum eſſe rea-
le non eſſe bonum, iam verus, & non
apparens eſſet: ergo non mouet ſecū
dum ſuum reale eſſe, quod habet, ſed
quatenus vt bonum apprehenditur
ab intellectu: ergo cognoſci ab intel-
lectu, eſt ratio formalis volibilis, &
cauſa motionis finalis. Alias circa hoc
Vazquez. referunt Doctores ſententias, & Vaz
quez 1.2. diſputat. 2. capit. 2. ſuam,
quam mediam excogitat inter extre-
mas, proponit: ſed quia potius eſt ſe-
quētis expoſitio, quam inter ipſam, &
præcedentē noua mediatio, ſimul cū
reliquis debet omitti.

12. *Scotus.* Scotus igitur in 2. diſtin. 25. quæſt.
vnica à litera D. vſque ad R. docet,
quod licet apprehenſio finis per intel
lectum ſit cōditio neceſſaria, ſine qua
finis non moueret voluntatem; nō ta
men propterea huiuſmodi aprehen-
ſio, ſeu cognitio eſt cauſa, aut ratio
formalis obiecti motiui volūtatis, ſed
conditio ſine qua non: ipſius enim fi-
nis bonitas realis eſt, quę mouet, & eſt
formalis ratio motiua obiecti illius.
Rubionis. Doctorem ſequuntur Rubionis in 1.
S. Bonauen. diſt. 1. quæſt. 4. conc. 2. & omnes Sco-
S. Thomas. tiſtæ, tenet Diuus Bonauentura vbi
Auerroes. ſupra, & expreſſe D. Thomas 1. part.
Ferrara. quæſt. 82. arti. 3 in corpore, vbi dicit:
OKam. quod *actus voluntatis perficitur, ex eo*
Gabriel. *quod voluntas inclinatur ad ipſam rem,*
Iauellus. *prout in ſe eſt*: Quam ſentētiam tenuit
Ariſtoteles Auerroes 12. Metaphyſicæ Commen
to 36. cui adhæret Ferrarienſis 1. con-
tra gentes cap. 44. O Kam in 2. quæſt.
3. artic 2. Gabriel in 2 diſt. 1. quæſt. 1.
art. 3. Iauellus 5. Metaphyſicæ quæſt.
6. atque omnes Scotiſtæ, & Thomiſte,
rariſsimis demptis, eſtque ſententia
Ariſtotelis 6. Metaphyſicæ textu 8.

13. Pro huius tamen ſententiæ intelli
gentia ſecundo obſeruare oportet,
differentiam magnam eſſe inter intel
lectum, & voluntatem in ordine ad
ſuos actus, quę differentia oritur ex di
uerſitate obiectorum vtriuſque po-
tentiæ; obiectum etenim intellectus
eſt intra ipſum intellectū: obiectum
verò voluntatis eſt extra illam. Huius
diſtinctionis meminit Diuus Tho-
mas loco nuper citato; & eam ſumpſit
ex Ariſtotele vbi ſupra dicente: quod
bonum, & malum, quæ ſunt obiecta volun-
tatis, ſunt in rebus: at verum & falſum,
quæ ſunt obiecta intellectus, ſunt in mente.
Quod explicatur ſic: cum veritas ſit
adæquatio rei ad intellectum, tunc ali
quid verum intelligitur, quando non
ſolum obiectiue, ſed etiā formaliter,
eſt verum: hoc eſt, non ſolum quādo
in ſe, & vt obijcitur intellectui ſecun
dum conceptum obiectiuum, eſt ve-
rum, ſed quatenus in ipſo intellectu
per conceptum formalem eius veri-
tas rem adæquat: ideo tamen concep-
tus formalis obiecti adęquat ipſius ob
iecti eſſe reale, quia eſt formalis cog- *Quomodo*
nitio, & adæquata ſimilitudo expreſſa *intelligatur quod veritas ſit adæquatio rei ad intellectum.*
ipſius realis obiecti: & in hoc conſiſtit
formaliſsima adæquatio rei ad intelle
ctum, quod, ſcilicet, eſſe reale obiecti
adæquet ſuo formali conceptui, qui
eſt in intellectu: id eſt, quod tantum
cognoſcatur per conceptum, quan-
tum obiectum eſt cognoſcibile in re:
& non dico hîc, quod hęc adæquatio
ſit comprehenſiua totius eſſe obiecti,
ſed quod illud, quod cognoſcitur, &
eſt in intellectu per conceptum for-
malem, ſit adæquate idem per ſimili-
tudinem cognoſcitiuam cū illo, quod
de obiecto ſecundum ſuam realita-
tem cognoſcitur. Vnde oritur falſitas
propoſitionis: quia ſi intellectus hūc
formet conceptum, homo eſt chime-
ra: eſt falſitas in intellectu: quia talis
conceptus non adæquat obiecto ſe-
cundum eſſe reale ipſius: ponit enim
ſubiectum, ſed non ponit prædica-
tum, quod à parte rei habet, ſed aliud,
quod ſibi repugnat: adæquatio igitur
hic non ſumitur pro comprehenſio-
ne, ſed pro reciproca correſponden-
tia conceptus formalis ad concep-
tum obiectiuū, hoc eſt, ad rem, cuius
eſt conceptus: ita quod idem prorſus
concipiatur de obiecto, quod in re ip
ſa habet obiectum.

Ex hoc igitur oritur differentia in- 14.
ter intellectum intelligentem, & vo-
luntatem volentem: quia videlicet in
intellectus, licet intelligat rem, quæ
eſt extra ipſum, taliter tamen illam in
telligit, quod non inclinatur ad re-
cipiendam in ſe ſecundum eſſe rea-
le illius; ſed ſatis ſibi eſt habere ſpe-
ciem

Digitized by Google

ciem, & ſimilitudinem repræſentatiuam ipſius, quæ ipſius obiecti eſſe reale adæquate repræſentet: at verò voluntas non ſic, ſed ita fertur in rem ipſam ſecundum ſuũ eſſe reale, vt non quieſcat, niſi in poſſeſsione illius. Quod ſatis perſpicuũ eſt: quia quando intellectus v.g. intelligit delitias, aut opipare veſci, aut aquam frigidam bibere, non inclinat ad recipiendum in ſe huiuſmodi cibos, aut aquam ſecundum eſſe reale ipſorum, ſed tantum ſecundum eſſe intelligibile, & ſecundũ eorum formales conceptus, quos intra ſe habet, per quos dicitur talia obiecta vere intelligere, & vere habere: quia veritas eſt adęquatio rei ad intellectũ: at vero voluntas, dum talia appetit, inclinat volentem ad ipſa obtinenda ſecundum eſſe reale eorum. Sitiens enim bibere volens, non eſt contẽtus ſpecie repræſentatiua aquæ, aut eſuriens veſci deſiderans, non eſt contentus ſpecie, & ſimilitudine cibi: ſed in ipſam aquam, & cibos ſecundum eſſe reale, quod habent in ſe ipſis, adextra, inclinatur, & fertur voluntas: ita vt velit recipere aquam, & cibos ſecundum ſuum eſſe reale in ipſo volente.

15. Ex quibus alia ſecũda reperitur differentia inter bonum, & verum, quæ ſunt obiecta intellectus, & volũtatis, quod, ſcilicet, obiectum voluntatis independenter ab ipſa voluntate eſt bonum, eo quod eius bonitas ſit entitatiua perfectio, vel etiam ſi bonitas ſit relatiua (de qua bonitate in difficultate præcedente viſum eſt) ſibi competit antecedenter ad deſiderium voluntatis. Obiectum attamen intellectus, nõ ſic: quia cum veritas ſit in intellectu, non diceretur veritatem eſſe in re, niſi intellectus rem vere cognoſceret. Ex quo patet intelligẽtia illius dicti Philoſophi: quod *veritas, & falſitas eſt in intellectu, bonum autem & malum in rebus*: veritas enim aut falſitas nõ in rebus, ſed in intellectu per adæquationem, vel inadęquationem rerum ad ipſum in conceptibus formalibus earum eſt: bonum verò, aut malum in ipſis rebus exiſtit.

16. Aliam tertiam differentiam inter iſtas potẽtias inuenio ex dictis illatã, quod, ſcilicet, intellectus ex vnione ſui ad obiectum, ſaltem media ſpecie impreſſa, fit memoria fœcunda ad producendum verbũ, quod eſt ipſius obiecti expreſſa ſimilitudo: voluntas verò, licet etiã ex vnione ſui cum obiecto cognito, & apprehenſo ab intellectu, fiat fœcunda: non tamen fœcundatur ad producendum aliquam ſimilitudinem talis obiecti, aut aliquem effectum ſimilem illi obiecto apprehenſo: ſed eſt fœcunda ad producendum amorem talis obiecti, qui amor eſt expreſſa, & elicita propenſio, & inclinatio ad ipſum obiectum apprehenſum per intellectum, & ſibi oſtenſum; nõ prout apprehenſum reduplicatiue: ſed ſecundum eſſe reale, quo tale obiectum habet in ſe.

17. Ex quibus alia quarta differẽtia prouenit, quod, videlicet productum per intellectum, nempè verbum, & habet rationẽ termini, & obiecti, quatenus ſaltem obiectũ relucet in illo: at verò productum per voluntatem ſolùm habet rationem termini, nullatenus verò obiecti: quia nullo modo obiectũ relucet, aut repreſentatur in illo: amor etenim, qui eſt productus à volũtate non repreſentat obiectum, cuius eſt amor. Ex quibus omnibus concluditur, voluntatẽ non eſſe contentam amore obiecti, ſed ipſa realitate obiecti, in ipſumque obiectum ferri ſecundum ſuum eſſe reale: & ex conſequẽti, non moueri ab obiecto ſecundum eſſe, quod habet in intellectu, hoc eſt, ſecũdũ eſſe cognitũ, ſed ſecundũ eſſe reale ipſius obiecti, quod cognitũ eſt, moueri ad eius amorem per intentionem, vt habeatur: in qua intentione non quieſcit, donec ipſum ſecundum ſuum eſſe reale adipiſcatur, in cuius tandem fruitione ſecũndum ſuum eſſe reale quieſcit, & ſaciatur.

18. Qualiter verò moueat obiectum voluntatem ad ſui amorem, haud poſſum ſine diſtinctione explanare: tripliciter ergo loquendum eſt de fine. Primo, prout tanquam præciſe bonum, honeſtum, ſeu delectabile, diligitur à voluntate. Secundo aliter, quatenus, ſcilicet, diligitur propter ſe in ratione finis intenti, & prout eſt

cauſa finalis. Tertio tandem, prout diligitur per fruitionem ipſam, in qua dilectione voluntas quieſcit, tanquam in fine ſui appetitus poſſeſſo, & obtento. Qua diſtinctione ſuppoſita, teneo: quod primo, & tertio modo, non aliter mouet finis voluntatem ad ſui dilectionem, quàm obiectū habet mouere potentiam ad eliciendum actum circa ſe ipſum. Sicut igitur cauſalitas obiecti in ordine ad actum eliciendū, circa ſe eſt realis (quia à cauſa non reali nequit effectus realis prouenire, & actus elicitus à potentia reali, realis eſt) ſic cauſalitas finis, his duobus modis accepti, realis eſt, & realiter concurrens ad eliciendum actum amoris circa ipſum. Imò docet Doctor in tertio diſtinct. 4. quæſt. 2. litera Q. *quod obiectum eſt cauſa principalis actiua reſpectu viſionum, & non intellectus.* Quod non minus dicendum eſt de obiecto volūtatis, proportione ſeruata, quod, ſcilicet, eſt cauſa principalis reſpectu amoris, & non voluntas: quia licet tam voluntas, quàm obiectum ad productionem amoris actiuè cōcurrant: ſpecificat tamen obiectum, & quaſi determinat generalem inclinationē voluntatis, quam habet ad omne bonum, vt circa hoc ſpeciale bonum operetur: & illa cauſa, quę ſpecialior eſt reſpectu effectus, eſt principalior reſpectu illius. Hactenus dictum eſt de fine, prout à cauſa finali condiſtinguitur.

19. Cæterum de cauſa finali aliter dicendum eſt: quia cum ipſa non cauſet ſui amorem (imò ipſum iam ſupponit, ex eo quod per dilectionē ſui mouet ad dilectionem mediorum) non mouet voluntatem ad illum, ſed concurrit cū alijs tribus cauſis ad productionē effectus, qui eſt mediū ad cōſequutionē ſui ipſius: ponamus, claritatis cauſa, finalē cauſā in aliquo artificio: & licet ędificiū nō ſit finis vltim', eſt tamē finis reſpectu mediorum ad ipſum. v.g. diligit Domificator templū ædificare, & hac dilectione illud intendit: media autem ad ipſum in exequutione conſtruendum ſunt expolire lapides, ſecare ligna, lateres cōſtruere, & ſimilia, quorum cauſa effectiua eſt Artifex: templū verò ædificādū eſt finis huius Artificis. Iſte igitur finis non cauſat ſui amorē per intentionē, in quantum cauſa finalis eſt, ſed quatenus eſt bonum propter ſe diligibile, quod intenditur: eſt verò cauſa finalis, quatenus ſic intentus, & dilectus, mouet Artificem ad media ſupradicta exequenda: ergo cauſalitas cauſæ finalis iam ſupponit intentionem finis. Quod probatur illo communi axiomate, *quod finis eſt prior in intentione, & poſterior in exequutione*: ſed cauſalitas finis exercet ſuum munus in exequutione effectus: ergo talis cauſalitas ſupponit intentionem ipſius finis. Hoc ergo præſuppoſito quærimus, an hæc cauſalitas finalis, qua cauſatur effectus, qui eſt propter finem; ſit realis Phyſica, an verò metaphorica? hoc eſt, an finis vt ſic intētus aliquid reale Phyſicum influat in effectum, qui fit à cauſa efficiente, nēpe ab Artifice, an verò tantum metaphoricè cauſet? Ad quod dubium hęc
reſpondet Doctor in hoc primo diſt. 20.
2. quæſt. 2. artic. 1. *Cauſa finalis non cauſat, niſi quia metaphorice mouet ipſum efficiens ad efficiendum, nam non alio modo dependet &c.* Idem tenet Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 1. artic. 1. Et eſt ſententia Ariſtotelis primo, de generatione cap. 7. & Auicennæ lib. 6. Metaphyſicæ tractatu 5. cap. 5. Item Albertus quinto Metaphyſicæ tractatu 1. capit. 3. OKam in 2. quæſt. 3. artic. 2. Alexāder Alenſis 1. part. quæſtio. 17. membr. 3. Herueus quodlibeto 2. quæſt. 1. Soncinas quinto Metaphyſicæ quæſtion. ſecunda.

Sed quamuis hi omnes, & plures alij id ſentiāt, non tamen omnes exactè, nec eodem modo ſuam mentē declarant: quorum interpretationibus omiſſis, iuxta literā Scoti breuiter dico, hanc metaphoricam cauſalitatem nihil aliud eſſe, niſi eandem actionem quā efficiens phyſice attingit effectū, ſecundum quod procedit ex intentione finis propter quē fit. Vnde eadē indiuiſibilis actio, & reſpicit finem, & efficiens; efficiens quidem, tanquam ſuum Phyſicum principiū: finē verò tanquā cauſam cuius intuitu efficiens

Scotus. D. Thom. Ariſtot. Auicen. Albertus. OKam. Alenſis. Herueus. Soncinas.

Quid ſit cauſam finalem metaphorice cauſare.

per illā attingit effectū. Et hoc quod eſt hanc actionē procedere ab efficiē-te, in quantum finem intendit, eſt, cauſam finalem mouere efficientem ad effectum: quæ cauſalitas metaphorica eſt, & non phyſica, & in illa conſiſtit cauſalitas cauſę finalis.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

20. QVIBVS præhabitis difficultatē hāc concludendo, dico primo, quod finis non mouet voluntatem ſecundum quod apprehenſus, & cognitus ab intellectu, & voluntati oſtenſus: hæc enim eſt conditio ſine qua non, ſed ſecundū eſſe ſuū reale, quod habet a parte rei. Concluſio eſt Doctoris, vt viſum eſt, & quoad omnes ſui partes probatur: quia eodē modo mouet finis voluntatem, quo quidem appetitur à voluntate: ſed non appetitur à voluntate ſecundum eſſe, quod habet in intellectu, ſed ſecundum eſſe reale, quod habet a parte rei: qui enim appetit ſalutem, non illam appetit ſecūdum eſſe cognitum ipſius, ſed vt ſecundum realitatem illius eam habeat: ergo finis mouet voluntatem ſecundum eſſe, quod habet a parte rei, & non ſecūdum eſſe cognitum, quod habet in intellectu. Quod autem cognitio finis ſit conditio ſine qua non, ex eo probatur, quia cùm voluntas appetat finem ſub ratione boni, non poteſt illum appetere, quin ſibi ſecundum quod bonus in ſe eſt, oſtendatur: ſed ſibi non poteſt oſtendi eius bonitas niſi per intellectus cognitionem: eo enim quod potentia cæca eſt, nihil cognoſcit, ſed fertur in obiectum ſibi ab intellectu oſtenſum, iuxta illud, *nihil volitum, quin præcognitū*: ergo &c.

21. *2. concluſ.* Dico ſecundo, quod licet finis ſecundum eſſe reale, quod habet à parte rei, moueat voluntatem ad ſui amorem: non tamen quatenus cauſa finalis, eſt realiter, aut phyſice cauſat, ſed tantum metaphorice. Hæc conc. expoſita eſt ſupra nu. 19. iuxta quam expoſitionem probatur facillime: & illam ſic probat OKam. Cauſatio cauſæ finalis conſiſtit in mouenda cauſa efficiente ad agendum: illud autem mouere nihil aliud eſt, quàm ipſum finem amari à cauſa efficiente, & aliquid propter ipſum finem: ſed hoc non eſt phyſice, influere in effectum ſed metaphorice: vt de ſe patet: ergo cauſa finalis non cauſat phyſice ſed metaphorice.

22. *3. concluſ.* Dico tertio, quod finis ſecūdū quod eſt cauſa finalis, & vt ſic à volūtate intenditur, mouet, prout includit illum reſpectū diligibilitatis propter ſe, in qua ratio formalis finis conſiſtit. Concluſio hęc ſatis ex notatis ſupra num. 7. confirmari poteſt, neque eſt contra Doctorem, vt ibi viſum: eſt debet tamen eſſe communis: & probatur: quia (vt ex D. Thoma notauimus) nō ſolum ex hoc dicimur intendere ſanitatem, quia ipſam ſanitatem volumus (hoc enim eſſet abſoluta volitio obiecti boni) ſed quia volumus media, per quæ, ad illam peruenire poſſimus: ergo ſanitas ibi non exercet munus cauſæ finalis mouendo, neque à volūte intenditur niſi quatenus eſt diligibilis propter ſe, & media propter ipſā: ſed in illo primo reſpectu diligibilitatis propter ſe ratio formalis finis conſiſtit, vt ſępe ex Scoto notauimus; & præſertim in difficultate præcedēte num. 7. ergo finis ſecundum quod eſt cauſa finalis, & à voluntate intenditur mouet ſecundum rationem formalem finis.

23. *4. concluſ.* Dico quarto: quod finis, vt eſt obiectū fruitionis nō mouet ſecundū rationem formalem finis, ſed ſecūdum ſuum eſſe reale abſolutum perfectionis, & bonitatis, quam habet in ſe præciſo omni reſpectu, videlicet diligibilitatis propter ſe. Cõcluſ. eſt expreſſa Scoti, vt patuit in litera, quę probatur ab eo in corpore tertij articuli huius quæſtionis triplici ratione, quarū duplex prior probat, quod non ſit finis

ſecundum rationem formalem finis obiectũ fruitionis. Tertia probat eſſe obiectum fruitionis finem ſecundum ſuum eſſe reale &c. Prima ergo ratio eſt: quia ſi obiectum fruitionis eſſet finis, ſecundum quod formaliter eſt finis, conſequenter obiectum fruitionis eſſet finis, ſecundum relationem, quam dicit ad voluntatem diligẽtem illũ propter ſe: vel ſaltim quatenus terminat talem relationem volũtatis ad ſe, in qua terminatione finis fundatur alia relatio (ſaltim rationis) qua obiectum, quod eſt finis, reſpicit voluntatem ſic ſe diligentem: & tunc ſequeretur, quod obiectum beatificum in quãtum beatificum clauderet in conceptu ſuo formali rationem, ſeu reſpectũ ad creaturam: & vt ſic ratio formalis beandi eſſet illa relatio ad creaturam, quod planè falſum eſt: quia obiectum beatificum ea dumtaxat ratione eſt obiectum fruitionis, qua eſt ſatiatiuũ, & vltimũ quietatiuũ inclinationis, & appetitus noſtræ voluntatis: nõ tamẽ ſatiat, & quietat talem appetitum, niſi ſecundum formaliſsimam rationem ſuę bonitatis, & perfectionis infinitę: ergo &c. Sequella autẽ probatur: quia ſi obiectum beatificum, quod eſt vltimus finis intellectualis creaturæ, eſſet obiectum fruitionis ſecũdum formalem rationem finis, cum talis formalis ratio finis, non in alio, quam in illo reſpectu, & relatione ad voluntatem creatam ſic ſe propter ſe ipſam diligentem conſiſtat; proculdubio ratio formalis obiecti beatifici, in quantum beatifici non in alio, quam in illa relatione ſeu reſpectu ad voluntatem ſe diligentem conſiſteret. & tunc ſecundum illam relationem formaliter bea-
24. ret, quod nimis abſurdum eſt.

Secundo, eandem concluſionẽ probat Doctor: quia iſte reſpectus eſt ens rationis tantum: hoc iam oſtẽdimus in expoſitione literæ textualis tertij articuli. Et amplius probat, nõ ſolum in Deo, in quo nulla relatio realis ad extra poteſt fundari, verum etiam in quacunque creatura: nam eſto, quod ſecũdum probabilem opinionem (de qua alibi) concedamus obiecta habere realem denominationem extrinſecam, ex eo quod realiter à potentijs attinguntur: quia ſicut realiter video parietem, & intelligo Petrum, & diligo Paulum, dicitur paries realiter viſus, & Petrus realiter intellectus, & Paulus realiter dilectus, ea ſaltem ratione, qua iſta obiecta realiter terminant operationes reales: non tamen ex hoc licebit inferri (etiã in opinione eorum, qui has denominationes reales extrinſecas conſtituunt) quod talia obiecta per hoc præciſe, quod realiter attinguntur à talibus potentijs, & earum operationes reales realiter terminant, realiter referuntur ad ipſas potẽtias. Hoc etenim, vltra quod nemo Phyloſophus dicet, ſatis oſtendi poteſt: quoniam nulla relatio realis de nouo reſultare poteſt in eo, in quo aliquid reale intrinſecum de nouo non fit, quod quidem talem relationem poſsit fundare (præter quam in relationibus extrinſecus aduenientibus, de quibus hic non eſt ſermo) illam autem realem denominationẽ extrinſecam terminãdi: nihil reale intrinſecum ponere in obiecto, eſt plus quam certum. Si igitur aliqua relatio ex tali terminatione oritur, proculdubio rationis eſſe debet in ipſa reali terminatione fundata, qua refertur obiectum viſum ad potentiam videntem, eo quod eius viſionem termi- 25.
nauit.

Hoc igitur ſuppoſito, procedit ſecunda ratio Doctoris ſic. Finis ideo formaliter eſt finis: quia diligitur propter ſe: ſed hoc quod eſt finem diligi propter ſe, non infert in ipſo fine, niſi tantum reſpectum rationis ad voluntatẽ fundatũ in eo, quod terminauit eius dilectionẽ talẽ: ergo ratio formalis finis, vt finis, in iſta relatione rationis conſiſtit: ergo obiectũ fruitionis non poteſt eſſe finis, vt finis. Conſequentia patet: nam tunc ratio formalis obiecti beatifici, vt beatifici eſſet, relatio rationis: ſed relatio rationis ceſſante intellectu conſiderante illam, non habet eſſe: ergo obiectum beatificum, ceſſante intellectu conſiderante eius rationem formalem, non eſſet obiectum fruitionis. Conſequentia patet: quia ceſſante conſideratione intel

lectus non haberet rationem formalem finis.

26. Tertio probat Scotus hanc concluſionem efficaciſsima ratione: quia ſi per impoſsibile eſſet aliquod obiectum, ita ſumme bonum, ſicut eſt Deus, ad quod non ordinaretur volũtas, tanquam ad finem, adhuc illud bonum quietaret, & ſaciaret appetitum eius: ſed tunc non eſſet eius finis: ergo ſine ratione formali finis per ſuam tantumodo realem perfectionem, & bonitatem eſſet ſibi fruitionis obiectum. Hæc quidem ratio euidens eſt, ſed ſine illo impoſsibili, quod per locum intrinſecum repugnat, ſicut repugnat per locum intrinſecum eſſe plures Deos, poteſt clarius fabricari, & reddit in idem argumentum: ad quod pono quod Deus vnus, & idem permanens potuit homines in puris naturalibus condere, & ipſos ad ſe, vt ad finem beatificum non ordinare. Tunc Deus quatenus obiectum beatificum eſt, non eſſet finis hominum illorum. ſed tunc etiam ſublata tali ordinatione poſſet quietare, & ſaciare voluntatem, & appetitum talium hominum per ſuam infinitam perfectionem, & bonitatem eodem prorſus modo, quod de facto nunc faciat voluntatem beati: ſi ipſos vellet beare: ergo obiectum frutionis non eſt finis ſecundum formalem rationem finis, ſed ſecundum ſuã realem bonitatem, & perfectionem.

Sed quæres: nũquid ratio illá finis non reperitur in fine, qui eſt obiectũ fruitionis? Reſpõdeo reperiri quidẽ, ſed non eſſe rationem formalem, quá finis mouet voluntatem ad fruendũ. Eſt igitur in fine hæc relatio, quæ eſt formaliter finis concomitanter ad actum, vel ex apprehenſione ante actum, & hoc in fruitione ordinata. Vide quæ de hoc diximus ſupra in Cõmentario, tertij articuli.

§4.

Soluuntur argumenta ſententiæ oppoſitæ.

27. *Ad argumenta primæ ſententiæ & ad primum.* Reſtat nunc argumenta aduerſariorum ſoluere: & ideo ad primũ dico, quod procedit de fine quatenus cauſa finalis eſt, & mouet ad electionem, & proſequutionem mediorum. Vt ſic enim verum eſt, quod finis ſecundum rationem formalem finis intenditur, & mouet ad volitionem mediorum, quę ſunt ordinata ad eius conſequutionem. Secus autem dicendum eſt de fine, prout eſt obiectum fruitionis: quia vt viſum eſt in concluſ. 4. tunc non mouet ſecundum rationem finis, ſed ſecundum realem bonitatem, quam habet à parte rei.

28. *Ad ſecũdũ.* Ad ſecundum reſpondeo, non omnem volitionem, quæ fertur in finem eſſe intentionem, prout ſupra viſum eſt à numer. 7. vſque ad nonũ: fruitio enim non eſt intentio. Vnde argumentum de volitione, quæ eſt intentio, optimè probat intentum, loquendo de intentione in rigore ſecundum quod ibi illam vſurpauimus: quamuis etiam largo modo quęlibet volitio finis intentio põſsit dici: non verò loquendo de volitione, quæ eſt fruitio: quia hæc non intendit finem per media, ſed iam in fine obtento, & poſeſſo quieſcit: in quo tota eius tendentia finitur,

29. *Ad tertiũ.* Ad tertium, dico: finem mouere vt apprehenſum ab intellectu ſumendo ly *vt* ſpecificatiue, non verò reduplicatiue, hoc eſt nõ quod hæc ſit ratio formalis mouẽdi, ſed quia eſt cõditio ſine qua non moueret, vt probatum eſt ſupra num. 12. Et licet verum ſit, quod intellectus apprehendat finem ſecundum ſuam rationem formalem abſolutam bonitatis, in qua fundatur

eſſe diligibilem propter ſe: hæc tamẽ ratio non dat illi formaliter eſſe finem, benè tamen fundamentaliter: ipſa tamen relatio diligibilitatis propter ſe, ſeu illa relatio rationis fundata in eo, quod terminauit dilectionem voluntatis (vt ſupra expoſitum eſt) dat ei formaliter eſſe finem. Et hæc licet apprehendatur ab intellectu, & oſtendatur voluntati: non tamen eſt ratio motiua ipſius, ſed ad ſummũ ſequitur quod in bono vero, vel apparente, (vt docuit Doctor in 3. art.) concomitetur iſta relatio, ſeu iſte reſpectus obiectũ fruibile, vel forte in apprehenſione præcedat fruitionem: quia ſcilicet, apprehendit intellectus tale obiectum, non ſolum eſſe abſolute bonum, ſed eſſe fruibile propter ſe, & hoc ſi volũtati proponat, antequam voluntas ipſo fruatur, & ſic fruitionem præcedat. Sed hoc (vt dixi) tantum concomitanter ſe habet, non vero, vt ratio motiua: imo in fruitione finis præſtituti, qui quidem ex ſe non eſt finis: quia ſcilicet non eſt diligibilis propter ſe, ſed voluntas illum ſibi finem cõſtituit, vt patuit in exemplo poſito in noſtro cõmentario ſupra tertium articulum huius quæſtionis: in tali inquam fruitione, ratio finis nullatenus fruitionem præcedit: quia ex actuali directione voluntatis habet eſſe finem: & ex conſequenti ratio finis ad fruitionem conſequitur. Ex quibus concluditur, quod reſpectu nullius fruitionis eſt finis, in quantum formaliter finis, obiectũ motiuum voluntatis, ſed ſecundum ſuam realitatem, & bonitatem veram, vel apparentem: & ideo licet ab intellectu ſecundum formalem rationem finis apprehendatur, & oſtendatur voluntati: non tamen, vt ſic voluntas fruitur eo ſecundum talem rationem finis, nec mouetur ſecundum illam ad fruendum: ſed ſecundum realem bonitatem, quam habet, & mouetur ab eo, & fruitur illo.

(.§.)

DIFFICVLTAS XVII.

Vtrùm vnus finis poſsit in alium finem ordinari?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ cum ſententia quorundam.

1 PLVRA media coordinata inter ſe in ordine ad vltimum finem eſſe, nemo hactenus negauit: vt patet in homine diſponente ſe ad gratiam finalem, quæ eſt vltimum medium ad gloriam. Vnde diſpoſitio eſt medium ad gratiam, & pænitentia virtus medium ad diſpoſitionem, & carnis maceratio, ac aliæ virtutes morales media ſunt ad virtutem pænitentiæ &c. Et ſic, quam plurima media repetiuntur reſpectu vnius finis vltimi, ad quem omnia mediatè, vel immediatè dirigũtur, & ordinãtur. Cũ tamen ratio cauſæ finalis cõſiſtat in hoc, quod eſt mouere agẽs ad volitionẽ medij, prout ſupra in difficultate præcedẽte nu. 7. oſtẽdimus: & cuilibet iſtorum mediorum competat eſſe immediatè propter aliud, vtpote, diſpoſitio propter gratiam: quæritur modo, an gratia, exempli cauſa, moueat ad volitionem diſpoſitionis, & diſpoſitio ad volitionem pænitentiæ, & ſic de ſingulis, vſque ad primum medium? & ex conſequenti, illud medium intermedium moueat, vt cauſa finalis, & ſic habeat rationem finis: & tunc vnus finis ſit propter alium, & per conſequens poſsit vnus finis in quantum finis ordinari ad alium finem?

2. *1. ſententia Vaſquij.* Gabriel Vazquez 1.2 q. 1. diſp. 4. capit. 2. cum ſuo Complutenſi collegio (vt ipſe ait) tenet nullo modo hæc inter media poſſe habere cauſalitatem cauſæ finalis, nec propterea rationem finis, ſed ſemper media eſſe quantum-

uis

uis vnū ſit immediate propter aliud: &ideo omnia intermedia amari propter illum finem, ad quem vltimnm medium ordinatur. Quam etiam ſententiam tenet Suarez in 1. to mo ſuæ Metaphyſicæ diſput.23.ſectio.6.nu.11. Nullus attamē alius, ex illis, quos ego vidi, hucuſque hanc nouam ſententiam ſequitur: eam attamen probat Vazquez 1. ex Ariſtotele ſecūdo phyſicorum cap. 3. textu Comment. 29. vbi ſic finem diffinit. *finis eſt cuius gratia cætera fiunt*, per ly cætera, ſecundū omnes intelligitur omnia quæ ſunt, & fiunt, eſſe propter finem: ſed hæc diffinitio non poteſt competere intermedijs: quia nullum eſt intermedium cuius gratia cætera fiant, ſed aliqua tātum: ergo nullum intermediū eſt, aut

Suarez. *Ariſtot.*

3. poteſt eſſe finis.

Secūdo probat eādē ſenētiā ex eodē Ariſtot. 2. Metaph. cap. 2. vbi concludit non poſſe fieri proceſſum in infinitum in cauſis: quod de cauſa finali, ſic probat. *Item ipſum cuius cauſa finis, tale autem eſt, quod non eſt alterius gratia, ſed cuius cætera: quare ſi tale erit vltimum, non erit infinitum: quod ſi nihil tale, non erit ipſum, cuius gratia, ſed qui faciunt infinitum, latet eos, quod boni naturam auferunt.* Sed ſi intermedia habere poſſent rationem finis, ſequeretur: quod etiam, ſi procederetur in infinitum, maneret adhuc finis, cum poſſet in intermedijs reperiri: ergo ne detur talis proceſſus in cauſis, ſecundū Ariſtotelem non poteſt concedi intermedia poſſe habere rationem finis.

4. Tertio probat idem ex ipſo Ariſtotele 8. ethicor. cap. 2. vbi ponens triplex genus amabilium, primum vocat bonum, ſecundum iucundum, & tertium vtile. Vtile autem his verbis diffinit: *atque id vtile videtur eſſe per quod efficitur aliquod bonum, aut voluptas.* Ex his autē, tribus generibus amabilium, inquit Ariſtoteles, duo tantūmodo eſſe fines, nempè bonum ſeu honeſtum, & iucundum, ſeu delectabile: ait enim, *quare fit, vt amabilia ſint ipſum bonum, & iucundum, vt finis:* ergo ex ſententia Phyloſophy media, ea ratione qua intermedia ſunt, non poſſunt habere rationem finis: quia in tātum ſolū, vt media diliguntur, in quātum vtilia ſunt: vtile autem, in quantum vtile, non poteſt habere rationē finis, eo quod ratio finis, ſolum conueniat, honeſto, & delectabili: ergo &c.

Quarto tandem ratione probatur,
quæ ratio etiam, ex hac doctrina Ari- 5.
ſtotelis, deſumpta eſt: nam vtile in quantum vtile, nō poteſt appeti gratia ſui: ergo nec aliquid aliud appeti poterit gratia ipſius: nā bonitas, quæ ex ſe non ſufficit, vt appetatur gratia ſui, quomodo poteſt ſufficere, vt aliquid appetatur, aut diligatur gratia illius? vtile autem, non poſſe appeti gratia ſui, in quātum vtile, probatur: quia vtile vt vtile, non eſt abſolute, & ſecundum ſe vtile, ſed relate, & ad aliud bonum: nam hactenus ſolum bonum cenſeri debet vtile, quatenus cōcedit ad inquirendum finem honeſtum, & iucundum: ergo ipſum vtile non poteſt abſolute amari, ſed relate, & gratia alterius: ergo omne quod ad tale vtile ordinatur, & propter ipſum appeti videtur, non poteſt appeti gratia vtilis, ſed gratia illius finis iucundi ſeu honeſti, ad quem vtile vlterius ordinatur, & cuius gratia appetitur.

§ 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitium autē eſt ſub- 6.
tilis Doctor in 4. diſtint. 31 quæſt. 1. litera A. §. *ad quæſtionem*: vbi hæc profert, *alicuius etiam poteſt eſſe duplex finis, ſcilicet, remotus, & propinquus, & remotior eſt regulariter principalior: quia ad illum ordinatur propinquior.* Hoc idem ſentencit ibidē diſt. 49. quæſt. 1. & in hoc 1. diſtint. 2. quæſt. 1. artic. 3. Sequuntur Doctorem Lychetus in prologo quæſt. 3. ſub §. *reſpondeo primo*, Tathaaretus

Lychetus. *Tathar.*

reres quæſt. 4. prologi §. *his vijs &c.* &
Herrera. in 4. diſt. 31. quæſt. vnica Pater Herre
ra in 2. tom. 2. diſp. 28. quæſt. 8. nota-
bili 1. & cæteri Scotiſtæ. Item Diuus
D. Thomas Thomas, qui vltra quod 1. 2. quæſt. 1.
artic. 4. in corpore ſupponit eſſe plu-
res fines, eo quod ex inde probat in fi
nibus non eſſe in infinitum proceden
dum, ſed deueniendum ad aliquem vl
timum finem. Hoc clarius de finibus
intermedijs ſic exprimit 3. contra gen
tes cap. 2. *omnia intermedia, inter agens,*
& vltimum finem, ſunt fines reſpectu prio-
rum. Tenent omnes Thomiſtæ. Item
OKam in 2. quæſt. 3. art. 2. corolario,
OKam. 2. & 3. Gabriel ibidem diſtin. 38. quæſt.
Gabriel. 1. art. 1. Ægidius ibidem quæſt. 2. art. 2.
Ægidius Gregorius ibidem, quæſt. 1. art. 1. &
Gregorius. cæteri Nominales. Ex neutralibus au-
Valencia. tem Valencia, 2. part. diſp. 2. quæſt. 7.
Lorca. puncto 1. Lorca 1. 2. tom. 1. diſp. 6. Cu
Curiel. riel 1. 2. quæſt. 1. art. 4. §. 2. eſt que cō-
munis ſententia omnium ferè Theo-
logorum.

7. Pro intelligentia huius ſententiæ,
& difficultatis primo obſeruate opor
tet, quod tota ratio dubij ſoluendi cō-
ſiſtit in adaptanda ratione finis cuili-
bet intermedio. Et quidem ſi tantum
eſſet ſermo de fine, prout eſt cauſa fi-
nalis, faciliime ſolueretur hæc difficul
tas: ſi quidem prout ſupra in difficul-
tate 16. notauimus, cauſalitas cau-
ſæ finalis conſiſtit in mouendo cau-
ſam efficiētem per deſiderium ſui ad
efficiendum illud, quod eſt medium
ad ſui conſequutionem. Et quod hæc
motio poſſit competere intermedijs,
manifeſtum eſt. Quis enim ſanę men-
tis negare poteſt deſiderium obtinen
dę gratiæ mouere ad pœnitētiam quæ
eſt medium ad illam conſequendam?
& tamen gratia non eſt finis vltimus,
ſed gloria propter quam appetitur. In
hoc igitur, quod eſt hoc, & ſimilia in-
ter media eſſe cauſas finales, nulla po-
teſt eſſe legitima dubitatio, niſi rerum
ordinem intendamus peruertere, in
quibus rem vnā immediate eſſe prop-
ter aliam, & illam aliam iterum prop-
ter aliam, Philoſophia docet. Quam
ob rem inepte de hoc à Vaſquio dubi-
tatur. Ratio igitur dubitandi mihi vr-
gentior eſt, quomodo tale intermediū
poſſit eſſe finis formaliter loquendo
cū habeamus ex Scoto in 3. art. huius
quæſtionis, quod ratio formalis finis
addit ſupra bonitatem obiecti reſpe-
ctum, quod tale obiectum appetitur
propter ſe, quem reſpectum ſupponit
alius reſpectus, quo media appetūtur
propter ipſum. Si etenim in illo prio-
ri reſpectu ratio finis formaliter con-
ſiſtit, profecto nulli intermedio ratio
nem veri finis competere, ſatis com-
pertum apparet: quia ſi intermedium
propter ſe ipſum appeteretur, iam in
termedium non eſſet, ſed finis vlti-
mus.

Hanc difficultatem arbitratur Lor- 8.
ca ſatis ſoluer vbiſupra diſtinguen-
do de fine intermedio, & vltimo, ac
de duplici ratione finis, quarū vna eſt,
ut ſit appetibilis propter ſe, & altera,
quod cætera appetantur propter ip-
ſum, dicens: quod illam rationem ama
bilitatis propter ſe non competere,
niſi fini vltimo, & ideo non compete
re intermedijs. Quam ob rem (inquit)
non concedimus intermedia eſſe fi-
nes perfectos abſolutos: eis tamen cō
petit altera ratio finis, vtpote, quod
propter ipſa intermedia, & ipſorum
gratia aliquid appetatur. Et ſi argua-
tur contra ipſum, quod vt aliquid ap-
petatur propter aliud, neceſſum eſt,
quod illud aliud ſit amabile propter
ſe. Reſpōdet, negandam eſſe hanc pro
poſitionem: nam quamuis interme-
dium propterea non poſſit eſſe vlti-
ma, & principalis cauſa deſiderij alio-
rum, poteſt tamen eſſe cauſa proxi-
ma, & quæ virtute, & bonitate ab vlti-
mo fine participata moueat ad appeti
tionem aliorum. Hæc eſt ſolutio Ma-
giſtri Lorcæ quæ poterat ſuſtineri, for
ſan tenendo, quod Doctor in illa ra-
tione finis, quam aſsignauit, ſcilicet,
per reſpectum amabilitatis propter
ſe, loquutus eſt de fine fruitionis, qui
eſt finis vltimus, non verò de fine, pro
ut etiam ad fines intermedios exten-
ditur, qua ſolutione faciliime difficul
tatem effugeremus cum Lorca.

Verum enim verò difficultas hæc 9.
adhuc vrget, & eius vim prædicta ſo-
lutio non euacuat: imò videtur extra-
here illum finem intermedium à ra-
tione

tione veri finis: & tunc nulla eſt quæſtio: quia ſi verus finis non eſt, militat controuerſia aduerſariorum, imò habent intentum: quod nullatenus debet concedi, ſed defendi, quod eſt verus finis, & ſibi competit verè ratio formalis finis: ſed tunc data ſolutio ruit: quia ratio finis non poteſt non conſiſtere in illo diſtinctiuo, per quod differt à medio, & oppoſitum aſſerere eſt ab omni Phyloſophia alienum. Illud autem diſtinctiuum nullum aliud eſt, niſi reſpectus diligibilitatis, ſeu dilectionis propter ſe, imò in ipſa amabilitate propter ſe fundatur amabilitas mediorum propter ipſum, ita vt implicet alia eſſe amabilia propter ipſum, ſi ipſum non ſit prius amabile propter ſe: quod euidenter demonſtro: nã hæc eſt vera cauſalis, ideò media diliguntur propter finem: quia finis prius diligitur, *nam propter vnum quodque tale, & illud magis*: ergo prius eſt finẽ diligi, quàm media diligi propter ipſum, ſiquidem eius dilectio mouet ad dilectionem mediorum ad ſe. Tũc ſic: ergo, vel dilectio illa finis, quę præcedit dilectionem mediorum, eſt dilectio illius propter ſe, vel propter aliud. Si primum dicas, habetur intẽtum: quod, ſcilicet, repugnat finẽ cauſare dilectionem mediorum, quin illã cauſet ſecundum quod eſt formaliter finis, & ex conſequenti ſecundũ quod diligitur propter ſe. Si autem ſecũdũ dicas, tunc iam finis nõ eſſet finis, ſed medium: quia in hoc, quod eſt ordinari ad aliud ratio medij conſiſtit. Quod confirmatur: quia bonitas, ob quam diliguntur media, eſt ſibi prouenienſ à fine, & ſecundum quam reſpiciunt ipſum finem: ergo vel bonitas finis, ob quam diligitur, terminat dilectionem mediorum ad ſe, quatenus eſt bonitas abſolutè volita abſtrahendo à volitione propter ſe, & propter aliud: vel quatenus eſt volita propter ſe, vel quatenus eſt volita propter finem vlteriorem: quia nõ eſt imaginabilis alius modus terminandi. Primum non dices: quia tunc non eſt bonitas medij, nec finis, quod quidem ſecundum ſuam, & aliorum ſententiam, eſt impoſsibile, videlicet, quod aliquid ſit volibile, quin ſit volibile, vt mediũ ſeu vt finis. Si ſecundum, habeo intentũ: quia fini etiam intermedio competet etiam eſſe volitum propter ſe. Si tandem tertium dicas: ergo nullum inter medium habet rationem finis, quod Vaſquius intendebat. Conſequentiã probo. quia ſi hæc bonitas finis terminat tendentiam mediorum, quatenus formaliter relatio eſt ad vlteriorem finem, conſequenter ad illum quoque finem vlteriorem, primò & per ſe tendunt talia media: quia reſpiciens relatiuum in quantum relatiuum, neceſſariò reſpicit terminum ipſius relatiui: & ſi ille terminus etiam relatiuus fuerit, ſecundum quod terminus eſt, etiã illius terminum reſpiciet, vſque ad vltimum: & ex conſequenti nullum medium erit propter finem intermediũ, ſed omnia propter vltimum, ſi quidẽ nullũ aliud terminat eius tendentiã: & ſic nullum intermedium habere poterit rationem finis, quod tu negas.

10. Tenendum ergo cenſeo, tria de intrinſeca, & formali ratione finis eſſe illum reſpectum, quo eſt diligibilis propter ſe, vt in hoc ſolummodo ſaluetur vera ratio finis, & ſine hoc reſpectu finis nullatenus eſſe poſsit: eſt expreſſa ſententia Diui Auguſtini libr. 19. de ciuitat. Dei, cap. 1. vbi hæc inquit, *illud enim eſt finis boni noſtri, propter quod appetendo ſũt cætera, ipſum autẽ propter ſe: & illud finis mali, propter quod vitanda ſunt cætera, ipſum autẽ propter ſe ipſum*. Ex poſitis ergo, primum iam ſupra in difficultate 16. oſtendi; ſiquidem ibi finem fruitionis, quatenus iam poſsidetur, verum finem eſſe, eo quod eſt propter ſe dilectus, non verò pro tunc, media referri ad ipſum, nec eſſe propter ipſum: ſiquidem in fruitione nullum eſt medium, & ideò finẽ vltimum, vt per fruitionem poſſeſſum non eſſe cauſam finalem, nec moueri ad deſiderium mediorum ordinabilium ad ſui aſſequutionem, ſatis, aperteque, viſum eſt. Secundum verò ex primo patet: quia ſi ratio formalis finis in illo reſpectu conſiſtit, prout apertè docuit Doctor in 3. art. huius quæſtionis: ergo ſublata ratione formali finis, finem quoque de medio

dio tolli, neceſſum eſt: qualiter igi-
tur poſsit intelligi finem intermediũ
eſſe amabilem propter ſe, vt veri fi-
nis formalitatem includat, viden-
dum eſt.

11. Pro hoc igitur ſecundo eſt obſer-
uãdum, quod vt ſupra difficultate 15.
nu. 18. notauimus, & Doctor in loco
citato in litera huius difficultatis, nẽ-
pè in 4. diſt. 31. quæſt. 1. litera A. præ-
clare aduertit, bonum, & perſectum
eſt idem: duplex autem perfectio eſt
(inquit Scotus) ſcilicet, intrinſeca, vt
perfectio proueniens rei ex ſua for-
ma, & extrinſeca, quę eſt perfectio
proueniens rei ex fine: ponamus er-
go habitum gratiæ, in quo duplex bo
nitas conſiderari poteſt, prima eſt bo
nitas intrinſeca ſuæ propriæ formali-
tatis, & eſſentiæ: ſecunda vero eſt bo-
nitas extrinſeca, illi proueniens, ex eo
quod ordinatur ad beatitudinem. Vn
de cum beatitudo ſit finis, ordo ad bea
titudinem eſt bonitas extrinſeca, ſibi
proueniens à fine: hæc igitur bonitas
intrinſeca in ſe ipſa, abſoluta eſt: quæ
cum reddat animã diuinę naturæ par
ticipem, & conſorte, ſit quoddã eſſe
bonum, & perfectum appetibile, con
ſequenter poteſt appeti propter ſe:
quia illa bonitas intrinſeca ſufficien
ter fundat illum reſpectum appetibi
litatis propter ſe, & quia hæc bonitas
obtineri nõ poteſt ſine medijs, & me
dia congruentia ad gratiam aſſequen
dam, ſunt obſeruatio legis diuinæ per
plurium virtutum moralium opera-
tiones, & ſimilia, hinc eſt, quod ad ta-
lium operationum, & obſeruationis
elicitionem, mouet gratia, quatenus
eſt amata propter ſe: & ideo optimè,
dicit D. Thomas loco citato: quod
omnia intermedia, quæ ſunt inter a-
gens, & vltimum finem, ſunt fines reſ
pectu priorum mediorũ. Quia tamẽ
habitus gratiæ nõ ſolum ob ſui intrin
ſecam bonitatem fundat reſpectum
diligibilitatis propter ſe, ſed etiam di
ligibilitatis propter aliud maius bo-
num: ideo etiam eſt ordinabilis ad ip-
ſum maius bonum, nempè ad gloriã,
quæ eſt vltimus finis: & ſimiliter de
alijs finibus intermedijs phyloſophã
dum eſt, ſeruata tamen proportione,
vt pote de matrimonio, de quo exem
plificat Doctor vtrumque finem, ſci
licet vltimum, & intermedium.

Ex quibus colligo primo, non om-
nem reſpectũ diligibilitatis propter 12.
ſe includere negationem, aut exclu-
ſionem diligibilitatis propter aliud:
licet verum ſit, quod quatenus diligi-
tur propter ſe, præciſe loquendo, nõ
diligitur propter aliud: vnde reſpe-
ctu diuerſorum vtrumque, habet finis
intermedius: nam reſpectu priorum
mediorum eſt diligibilis propter ſe,
& vt ſic habet rationem veriſsimi fi-
nis, & ſecundum ſuam intrinſecã bo
nitatem, quæ abſoluta eſt, habet termi
nare tendentiam priorum mediorum
ad ſe. Quod probatur ex textu in art.
3. huius quæſtionis, vbi probat Do-
ctor, quod finis, non eſt obiectum vo-
litionis ſecundum rationem forma-
lem finis: ſed ſecundum eſſe realem,
quo fundatur talis reſpectus, quo for-
maliter eſt finis: de quo latè dictum
eſt in difficultate præcedente. An au
tem hęc relatio finis præcedat ſui a-
morem, vel conſequatur ad illum, aut
concomitetur ipſum? vide, quæ dicta
ſunt, pro hoc puncto ſupra in artic. 3.
huius quęſtionis, & in Commentarijs
eius: hæc autem eadẽ bonitas, in qua
fundatur talis relatio, nẽpè bonitas in
trinſeca, cum abſoluta ſit, prout ter-
minat, non reſpicit aliud vlterius bo-
num, ſed eſt ſui gratia, & cuius gratia
cætera priora media appetuntur: atta
men, quia eadem bonitas intrinſeca
fundat relationem ordinabilitatis ad
aliud, & eſt ordinabilis ad aliud ma-
ius bonum: ideo ordinatur in illud &
quatenus ordinatur in illud, non eſt
finis, ſed habet rationem medij. vel
ſaltem intermedij, & in hoc ſenſu
bonitas, quæ ei ab vltimo fine prouc-
nit eſt ſibi extrinſeca.

Sed ſi inferas: ergo talis finis erit fi-
nis vltimus, ſiquidem eſt propter ſe; 13.
negatur ſequella: quia nõ dicit exclu
ſionem amabilitatis propter aliud, &
ideo non eſt vltimus finis, nam ſoli vl
timo fini competit eſſe diligibilem
propter ſe cum excluſione diligibi-
litatis propter aliud, & ideo eſt perfe
ctiſsimus finis, & principalior; quia
ipſe

Digitized by Google

ipſe, ita eſt propter ſe, vt non poſsit eſſe propter aliud, ſed omnia ſunt propter ipſum: in quo differt à fine intermedio, qui illam excluſionem in conceptu ſuo non dicit. Quam ob rem iſte diligitur propter ſe, ſed non vltimatè, ille verò perfectiſsimè, & vltimatè diligitur propter ſe.

14. Attamen contradicta inſurgit ingentiſsimum argumentum: quoniam finis vltimus eſt vera cauſa finalis, quando intenditur: ergo mouet ad deſiderium omnium mediorum: ergo etiam ad deſiderium finis intermedij: quia aliàs non eſſet medium ad finem vltimum: ergo finis intermedius non diligitur propter ſe, ſed ſemper propter aliud: quia prior dilectio eſt finis vltimi: & deinceps eſt dilectio intermediorum, & ex conſequēti prius eſt finem intermedium appeti propter finem vltimum, quàm propter ſe: ſed fini ſecundum prædicta, per prius cōuenit diligi propter ſe: ergo &c.

15. Ad huius argumenti ſolutionem aduerto eodem modo nos poſſe loqui de fine intermedio reſpectu finis vltimi, ſicut de cauſa efficienti ſecunda reſpectu cauſæ primæ: in cauſa autem ſecunda efficiente, quæ eſſentialiter agit, vt ſubordinata primæ cauſæ, eſt duplex reſpectus, vnus, quo reſpicit cauſam primam, ſine cuius dependentia agere non poteſt, & alter, quo reſpicit effectum, quem etiam, vt dependens à prima producit: & hic vterque reſpectus habet idem met fundamentum, ſiue enim ſit ipſa virtus effectrix cauſæ, ſiue actio ipſa, tam virtus effectrix, quam actio, & fundat relationē ad primam cauſam, eo quod agit depēdenter ab ipſa, & fundat relationem ad effectum, quem reſpicit, & terminat relationem effectus ad ſe: licet tamen dependenter à cauſa prima, ita eſſentialiter agat, vt etiam in ipſa actione ab ipſa dependat: ſic nihilominus per ſe influit in effectum, vt dicatur ipſa cauſa ſecunda per ſe cauſa principalis illius, & non inſtrumentum: & per ſe terminat relationem effectus, & ipſe effectus per ſe terminatur ad illam, & illam per ſe reſpicit: ac etiam ipſa cauſa ſecunda penes eandem rationē fundat relationem ad ipſum effectū, quem reſpicit, quę abſoluta eſt. Quod ſic oſtendo, v. g. pater in creatis per actionē generatiuam genuit filium. Ponamus ergo, quod illud genuiſſe patris, eſt fundamentum proximum relationis paternitatis, ſicut in diuinis dicimus originem, & generationem actiuam eſſe fundamentum paternitatis: illud ergo genuiſſe patris in creatis eſt merè abſolutum, quia ſi fundat relationem, conſequenter nondum eſt relatio: quia nihil poteſt ſe ipſum fundare: ex eo ergo, quod genuit filiū, refertur ad filium, non formaliter, ſed fundamentaliter: quia formaliter nō refertur, niſi per eandem paternitatē formalem, quæ eſt formalis relatio in ipſo genuiſſe fundata. Rurſus hoc idē genuiſſe, ſeu actio generatiua, quæ (vt dixi) abſoluta eſt, terminat relationem filij ad ſe. Ex quo dixit Scotus, & eſt communis doctrina in eius Schola, quod relatio terminatur ad abſolutū, non vero ad reſpectiuum: et ex eo, quod eadem actio abſoluta, vt pote, generatio actiua fundat relationem paternitatis, docuit ipſe Doctor, quod relatio diſtinguitur à fundamēto: ſtat ergo eandem actionem abſolutam in patre, eſſe rationem fundandi relationem paternitatis, & terminandi relationem filiationis. Præterea hæc eadē actio generatiua abſoluta, eo quod eſſentialiter dependet à prima cauſa, fundat relationem ad ipſam: & ex conſequenti in eadem actione abſoluta, (loquor de eſſe abſoluto, vt opponitur relationi prædicamētali: nam etiā actionem, relationem extrinſecus aduenientem eſſe, alibi dicemus) fundatur relatio ad primam cauſam, & relatio ad effectum, & eſt ipſa ratio terminandi relationem effectus.

Hoc igitur modo phyloſophandū eſt in finalibus cauſis, quod, ſcilicet, finis intermedius, ita eſſentialiter ſubordinatur fini vltimo, vt dependenter ab illo moueat ad aliorum mediorum efficientiam: eadem ergo bonitas intrinſeca finis intermedij, quæ abſoluta eſt, vt pote, habitus gratiæ, & fundat reſpectum ad finē vltimū, ad quem tendit: & fundat reſpectum ad priora media 16.

media, ad quorum efficiétiam, mouet cauſam efficientem, & terminat relationem priorum mediorum ad ſe, ſed ſemper mouet dependenter ab vltimo fine, cui eſſentialiter ſubordinatur: licet tamen ita dependenter moueat, per ſe mouet, & nó per accidés, nec ſicut inſtrumentum, ſed ſicut vera cauſa finalis, & per ſe terminat mediorum tendentiam, quam non terminat, prout formaliter reſpicit finé vltimum, ſed ſecundum ſuum eſſe abſolutum: ſicut cauſa ſecunda nó terminat relationé effectus ad ſe, prout formaliter reſpicit cauſam primam, ſed ſecundum ſuum eſſe abſolutum: licet ipſa cauſa ſecunda ſemper reſpiciat cauſam primam: nam licet eadé bonitas fundet reſpectum ad finem vltimum, propter quem eſt, cum hoc tamen ſtat, quod etiam fundet reſpectũ diligibilitatis propter ſe: & hic reſpectus diſtinguitur ab illo: quia ergo debet terminare reſpectum mediorum ad ſe ſecundum eſſe abſolutum: ideo non terminat ſecundum quod refertur ad finem vltimum, ſed ſecundum illud eſſe abſolutũ, quod fundat iſtũ duplicem reſpectum: & ideo ſtat, quod prius ſit volitus finis vltimus, & propter ipſum ſit volitus finis intermedius, tanquam medium ad illum: & quod ipſe finis intermedius ſit volitus propter ſe, cum eius bonitas intrinſeca ſufficienter fundet vtrũque reſpectũ diligibilitatis propter ſe, & propter aliud: quia ita eſt volitus propter aliud, vt etiam propter ſe ſit diligibilis: & eſſe diligibilem propter ſe ſupponitur ad hoc, vt moueat ad dilectionem mediorum, quę ſunt propter ipſum, & ſic de quolibet intermedio dicendum eſt, vſque ad vltimum medium, quod ideo finis eſſe non poteſt, quia non poteſt ita diligi propter ſe, vt ad alicuius medij ad ſe dilectioné, ſeu efficientiam moueat, cum tale medium infra vltimum medium non ſit.

17. Ex his igitur ad argumentum reſpondeo, quod finis vltimus, ita mouet ad deſiderium omnium mediorum ad ſe, vt non moueat ad omnium deſiderium, aut efficientiam æque immediate, ſed ita ſubordinatè ſe habét dicta media, & intermedia, & finis; quod ſi v.g. ſint quinque intermedia, finis vltimus immediate mouet ad deſiderium primi medij, & primum ad deſideriũ ſecundi, & ſic vſque ad vltimum, & remotius medium: quodlibet autem intermedium ſecundum ſuam intrinſecam bonitatem fundat duplicem reſpectum, ita vt ſecundum vnum ſit diligibile propter aliud, & ſecũdũ aliud ſit diligibile propter ſe: qui duo reſpectus optime eidem intermedio poſſunt ineſſe. Et ſi inferas: ergo non ſecundũ eandem bonitatem extrinſecam, ſibi communicatam à fine vltimo, mouet ad deſiderium aliorũ mediorum: formaliter concedo conſequentiam ſecũdum Scotum: quia (vt dixi ſupra in difficultate pręcedéte conc. 4. de eius mente) finis ſecundum ſuum eſſe reale, quod habet à parte rei, & ſecũdum ſuam bonitatem intrinſecam, præciſo omni reſpectu diligibilitatis propter ſe, vel propter aliud, & præciſa formali ratione finis, habet mouere voluntatem, & eius tendentiam terminare: licet actum dilectionis cócomitetur ratio formalis finis, vt viſum eſt ſupra in artic. 3. huius quæſtionis, & in Commentarijs ibidem.

---

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

18. EX quibus tandem colligitur finem intermediũ, & eſſe diligibilé propter ſe, in quo ratio finis conſiſtit, & mouere ad dilectionem, & efficientiam mediorum, in quo ratio cauſæ finalis ſita eſt: & eſſe diligibilem propter alium finem, in quo diſtinguitur ab vltimo fine.

19. *1. concluſ.* His ergo præhabitis difficultatem concludendo, dico primo, quod intermedijs conuenit eſſe veras cauſas finales. Concluſio eſt expreſſa Scoti in litera, & D. Thomæ, vt patuit, & communis in Theologorum Scholis, quæ proba-

Digitized by Google

probatur primo ex ſymbolo fidei, vbi dicitur de Incarnatione Verbi: *qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt &c.* Quibus verbis notatur, redemptionem humani generis fuiſſe cauſam finalem diuinæ Incarnationis: ſed humani generis redemptio, non fuit finis vltimus Incarnationis Dominicæ, vt conſtat: ergo vltra finem vltimum datur alia cauſa finalis, quæ eſt finis intermedius. Nec valet ſolutio aduerſariorum, quod, ſcilicet, ly *propter* non denotat cauſam finalem, ſed ſolum terminum, in quem aliquid dirigitur: quia vt bene illam impugnat Lorca, particula *propter* denotat aliquam cauſalitatem, quādo intermedijs applicatur: quia eſt cauſalis particula: ſed non denotat cauſam formalem, nec efficientem, nec materialem: ergo finalem. Nec quidem valet dicere, particulam hanc ſolum importare ordinem ad terminum, vel obiectum: quia hoc eſſet abuti vocabulis, & aduerbijs. Quando etenim ſolummodo interuenit ordo potentiæ ad obiectum, aut operantis ad terminum, non vtimur his particulis: non enim dicimus potentiam viſiuam, aut viſionem eſſe propter colorem, aut voluntatem propter bonum: ſed voluntatem reſpicere vnum bonum propter aliud, id eſt propter finem, & in hoc loquendi modo nulla poteſt eſſe diſceptatio.

20. Secundo probatur ex Ariſtotele in innumeris ſuæ doctrinæ locis: nam ſecundo Phyſicor. capit. tertio, textu 29. diffiniens cauſam finalem ait: *finis autem eſt, cuius gratia cætera fiunt, veluti de ambulandi ſanitas*: & primo Ethicor. capit. 7. & quinto Metaphyſicæ capite ſecundo, & alijs in locis diffinit finalem cauſam, eſſe illam propter quam aliquid fit, in quem ſenſum explicat Diuus Thomas Ariſtotelis verba, & cæteri Doctores. (*Ariſt.*) Ex quo tertio ratione ſic probo concluſionem: nam in illis locis inquit Phyloſophus, tunc nos reddere cauſam finalem, cum interrogati propter quid aliquid fiat? reſpondemus, quod *propter hoc*, quod Græcis correſpondet, *vt* fiat hoc: vnde ſi interrogē ambulantem, propter quid deambulat: optime reſpondebit mihi, ſe deambulare propter ſalutem: ergo ſalus, propter quam deambulat, mouet illum ad directionem ambulationis, & ad ipſius deambulationis exercitium: ſed in hoc conſiſtit cauſalitas cauſæ finalis: ergo vbicumque per ly *propter*, vel per ly *vt* reſpondetur, redditur cauſa finalis: ſed interroganti pœnitentem propter quid caſtigat corpus ſuum? optime reſpondebit, quod propter conſequendam à Deo remiſſionem peccatorum ſuorum: ergo remiſſio peccatorum erit cauſa finalis pænitentiæ: ſed remiſſo peccatorum non eſt finis vltimus, ſed intermedius, ordinatus ad gloriam, quæ eſt vltimus finis: ergo finis intermedius habet veram rationem cauſæ finalis.

21. (*2. concluſ.*) Dico ſecundo, quod intermedium, non ſolum habet rationem veræ cauſæ finalis, ſed etiam veri, & formaliſſimi finis. Concluſio hæc quoad ſecundam partem (nam prima iam patuit ex concluſione præcedente) eſt Scoti expreſſa, vt patuit in litera, & Diui Thomæ, qui ex multiplicitate finium probat, non procedendum eſſe in infinitum: & ideo deueniendum eſſe ad finem vltimum: quæ probatur ex Ariſtotele in primo magnorum moralium, vbi diſtinguens fines hæc ait. *Rurſus finium præſtat ſemper perfectus imperfecto: eſt autem perfectus cuius acceſſu nihil amplius deſideramus: imperfectus vero, cuius aduentu aliquid vlterius deſideramus.* Et primo Ethicor. capit. 7. in fine diſtinguit, & aſsignat vnū perfectiſsimum, qui nullius gratia appetitur, & alios fines, propter quos aliqua deſideramus.

22. Ratione probatur concluſio: quoniam ad rationem veri, & formalis finis non solū requiritur: quod cætera ſint volita propter ipſum, ſed etiam quod ipſe ſit volitus propter ſe, prout probatū eſt in art. 3. huius quæſt. ſed intermedia ſunt volita propter ſe: ergo &c. Probatur minor: nam vt ſupra

oſtenſum eſt, non omnis volibilitas propter ſe excludit volibilitatē propter aliū: ergo ſtat intermedia, & eſſe volita propter ſe, & propter vltimum finem: antecedens patet ex dictis: quia intermedia non terminant volitionem, quatenus ſunt bona bonitate extrinſeca ſibi proueniente à fine vltimo, quem reſpiciunt, quatenus fines, & cauſæ finales ſunt, ſed prout ſunt realiter bona bonitate ſibi intrinſeca; quia finis, vt viſum eſt in difficultate præcedente quæſtion. 4. nec mouet, nec terminat voluntatem ad ſui amorem, ſecundum rationem formalem finis, ſed ſecundum bonitatem intrinſecam realem ſui: ſed bonitas intrinſeca intermedij abſoluta eſt: ergo vt ſic non reſpicit finem vlteriorem: ergo poteſt diligi propter ſe, ſine eo quod reſpiciat aliud, in qua etiam bonitate intrinſeca, vt dictum eſt; fundatur, ordo volibilitatis propter finem vlteriorem: vide, quæ ſupradicta ſunt.

§ 4.

Soluuntur argumenta contrariæ ſententiæ.

23. *ad argum. pro contraria ſententia, & ad primum.* Reſtat nunc argumenta contrariæ ſententiæ ſoluere: & ideo ad primum reſpondeo, ibi non intellexiſſe Ariſtotelem per ly *cætera* omnia, quæ ſunt in tota ſubordinatione ad finem vltimum, ſed reſpectiue ea, quę ſunt ad quemcumque finem. Vnde reſpectu cuiuslibet intermedij dicuntur *cætera* ea, quæ ſunt ſub ipſo, & ipſius gratia fiunt: imò vltimum intermedium, quod eſt immediatum vltimo medio, adhuc erit finis, licet gratia illius non fit, niſi vnum medium: quia non habet aliud ſub ſe. Et ratio eſt: quia ad rationem cauſæ finalis non eſt neceſſarium mouere ad volitionem, ſeu efficientiam plurium mediorum; ſed præciſe ad efficientiam, ſeu volitionem medij. Quod ſi fuerit vnum, vel plura media, hoc accidit cauſalitati cauſæ finalis; dicitur tamen, *cuius gratia cætera fiunt*, ac ſi diceretur, cuius gratia ſit, quidquid ſit.

Ad ſecūdū patet ſolutio ex verbis Phyloſophi, nempè, quod ibi diffinit finem vltimum, non verò finem in communi, vt etiam comprehendat fines intermedios: finis etenim vltimus eſt, cui ſolum competit non eſſe alterius gratia. cæteri verò fines intermedij ita ſunt gratia ſui, & propter ſe, vt etiam ſint alterius gratia, vt dictū eſt: imò dico, quod etiā poſſet cōcedi nō eſſe gratia alterius, iuxta quę ſupra diximus, quia quatenus ſecundū ſuā intrinſecam, & abſolutam bonitatem fines intermedij mouent, & terminãt voluntatem, non reſpiciunt alium finem vlteriorem, & ideo prout ſic, nō ſunt alterius gratia, licet eademmet bonitas, quæ ſic mouet, & terminat voluntatem, fundet reſpectum ad vlteriorem finem, inter quem, & medium, mediat intermedium: licet ergo hæc duo ſimul conueniant intermedio, ſcilicet, & terminare relationē mediorum ad ſe, & reſpicere finem vlteriorem, non tamen ſecundum eãdem rationem terminat, & refertur: terminat enim ſecundum ſuam bonitatem intrinſecam abſolutam: refertur tamen formaliter per bonitatem extrinſecam ſibi communicatam ab illo vlteriori fine, quem reſpicit, fundatam tamen in ſua intrinſeca bonitate, vt dictū eſt: quę bonitas, eo quod eſt formalis bonitas medij, vt medij, eſt relatio, ſeu relatiua bonitas medij ad finem. Ex hoc autem non tollitur, quin vitetur proceſſus in infinitum, quia fines intermedij, non ſunt fines perfecti, ſicut finis vltimus, quem talis proceſſus inueſtigat: & ſine quo eſſet vere proceſſus in infinitum. 24. *ad 2. argu.*

Ad tertium reſpondeo, ibi Phyloſophum fuiſſe loquutum de finibus, 25. *ad 3. argu.*

bus, qui nullatenus poſſunt eſſe media: ſic enim ſe habet honeſtum, & iucundum: non tamen negauit, quod vtile, quod eſt medium, etiam poſſit eſſe finis, licet non ita perfectus, ſicut honeſtum, & iucundum: & ſic libenter concedo vtile ea ratione, qua eſt mediū non eſſe finem: ratio enim vtilitatis relatiua eſt, & reſpicit illud ad quod eſt vtile. Bonitas verò intrinſeca, & in qua fundatur iſta vtilitas, eſt ſufficientiſſime diligibilis propter ſe, & hæc habet mouere, & terminare voluntatem ad dilectionem ſui propter ſe, & ad dilectionem, & efficientiam eorum, quæ ſunt propter ſe, in quo perfecta ratio finis & cauſæ finalis conſiſtit.

26. Ad quartum eadem ſolutione reſpondetur: nam vtile, vt vtile, non habet rationem finis, ſed medij: nec vtile poteſt mouere ad volitionem mediorum, in quantum vtile eſt, vt immerito Lorca concedit, & tuetur. Cuius ratio eſt: quia vtile, in quantum vtile, illud tantum reſpicit, ad quod vtile eſt: ſed ſolum eſt vtile ad conſequendū finē: ergo tantū reſpicit finē: ergo ſecundum quod vtile, non mouet ad volitionem mediorum ſub ſe: quia vnica, & eadem relatione non poteſt quid reſpicere duos terminos oppoſitos: quia cum relatio ſpecificetur à termino, tunc eſſet duplex, & oppoſita ſpecificatio eiuſdem numero relationis, quod eſt ab omni Phyloſophia alienum: licet enim ab eodem puncto poſſint plures lineæ originari: non tamen poteſt idem punctum vnico reſpectu plures lineas reſpicere, ſed pluribus (ſaltem in Schola Scoti, in qua ad multiplicationem terminorum multiplicatur relatio) non igitur poteſt vtile, vt vtile, hoc eſt ſecundum eandem relationem vtilitatis reſpicere finem, & medium; ſed ſecundum quod præciſe eſt vtile, præciſe reſpicit finem, ad cuius coſequutionem eſt vtile: & ideo ſecundum quod reduplicatiue eſt vtile, ſemper eſt medium, quam ob rem finis eſſe non poteſt: atqui bonitas illa intrinſeca, in qua fundatur vtilitas illa ad finem, etiam eſt diligibilis propter ſe, & eſt quæ terminat tendentiam mediorum ad ſe: & ſecundum illam diximus, quod vtile non reduplicatiue, ſed ſpecificatiue poteſt optime eſſe finis.

Ex quibus patet ſolutio ad noſtram obiectionem, quam ſupra numer. 9. fecimus contra Lorca, in qua inferebamus iuxta eius ſententiam, ſemper reſpectum ad intermedium neceſſario progredi vſque ad finem vltimum, & ex conſequenti non habere rationem finis. quæ quidem ratio mehercle conuincit in opinione omnium, qui tenent, relationem terminari ad reſpectiuum. Nos autem qui cum Doctore ſubtili ponimus, rationem termini abſolutam neceſſario eſſe, vt conſequenter loquamur, aſſerimus rationem illam finis intermedij, qua terminat reſpectū ad ſe, eſſe bonitatem intrinſecam illam abſolutam, in qua formaliter nullus modo ad vlteriorem finem imbibitur, tametſi optimè ipſamet bonitas fundet talem ordinem, & relationem ad vlteriorem finem. 27.

DIFFICVLTAS XVIII.

Vtrùm omni naturæ intellectuali conueniat agere propter finem?

§. I.

Proponitur ſtatus difficultatis cum quibuſdam argumentis ſuadentibus partem falſam.

1. *Ariſtot.* TAMETSI creaturas etiam irrationabiles, propter finem naturæ operari, ab omnibus concedatur: quia vt ait *Ariſtoteles* ſecundo phyſicorum, *non ſolum intellectus, ſed etiam natura agit propter finem*: quia tamen hic loquimur de agentibus in ordine ad vltimũ finem, quo fruuntur, & frui impropriè conueniat creaturis irrationalibus, vt Doctor docet in hac diſt. q. 5. art. 4. ideo hic non intendimus agere, niſi de agẽtibus propter finem, in quibus eſt vera ipſius finis fruitio, & cognitio, quales ſunt tantum naturæ intellectuales. Loquendo etenim de illa impropria operatione propter finem etiam naturas intellectus expertes quoddammodo propter finem agere ſuppono cum Doctore citato artic. 4. & Diuo Thoma 1.2. quæſt. 1. art. 2. Iã ergo de intellectualibus naturis, quæ per intellectum finem cognoſcunt, & apprehendunt loquentes, non minus de ipſo Deo, quam de Angelis & hominibus, an agant propter finem? præſens difficultas inueſtigat: licet enim longè diuerſa ſit quæſtio de natura intellectuali creata, quam de increata, ne tamen multiplicentur difficultates cõmodè ſub hac vnica, de vtraque erit ſufficiẽs reſolutio: & quia non ſe offert quoad hoc peculiarius dubium de Angelis, quam de hominibus: ideoque de hominibus fuerint reſoluta, de Angelis quoque reſolui cum cõmuni omnium conſenſu ſuppono.

omnes creaturæ quoddammodo agũt propter finem.

2. Homini igitur conuenire agere propter finem, nemo Theologus, aut Phyloſophus vnquam negauit. Sed nihilominus diſputandi gratia, probatur oppoſitum: quoniam tunc dicitur homo agere propter finem, quando deliberat de his, quæ operatur: ſed plura agit homo abſque deliberatione, de quibus etiam quandoque nihil cogitat, ſicut qui mouet pedem, vel manum, vel fricat crines, ſeu barbam, cum ad plura imaginatione diuertitur: ergo non omnia, quæ homo agit, agit propter finem.

Nec valet ſi dicas, has non eſſe actiones vere humanas: quia tunc ſecundo ſic argumentor: nam homo fruẽs vltimo fine, habet plures operationes vere humanas: nam beatus diligit, & intelligit Deum, & creaturas in Deo, quæ ſunt verè humanæ operationes. ſed has operationes non elicit propter finem: ergo homini non conuenit agere propter finem. Minor probatur: quia qui operatur propter finem, operatur vt diligens, & proſequens media ad finem conſequendum (in hoc etenim, vt viſum eſt ſupra in difficultate 19. conſiſtit ratio cauſalitatis finalis) ſed qui fruitur vltimo fine, non habet alium finem conſequendum, propter quem operetur: quia alias ille vltimus finis, quo fruitur, non eſſet vltimus: ergo &c. 3.

Porrò Deum agere propter finem, habere què cauſam finalem operationis ſuæ voluntatis, ſuaderi poteſt ex Diuo Auguſtino libr. 83. quæſtionum quæſtion. 46. tomo quarto. Vbi inquit: *quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidiſſe?* ſed agenti voluntario, quod eſt ratio operandi, eſt cauſa finalis volendi: ergo Deo competit agere propter finem. 4. *S. Auguſt.*

Præterea; quia in his, quæ fiunt à volente, qui propter nullum finem aliquid vult; aut operatur, non oportet aliam cauſam aſsignare, niſi voluntatem volentis: ſed voluntas Dei eſt cauſa rerum omnium: ergo ſi voluntatis eius non ſit aliquis finis, ſeu cauſa finalis, non oportebit in omnibus rebus naturalibus aliam cauſam finalem quærere, niſi ſolam voluntatem diuinam. Sed hoc eſt inconueniens: quia ſic omnes ſcientiæ, quæ cauſas aliquorum effectuum aſſignare nituntur ſuperuacuæ eſſent: ergo &c. 5.

Tandem probatur; quoniam illud, quod fit à volente non propter aliquem finem dependet ex ſimplici voluntate eius: ergo ſi voluntas Dei nõ operatur propter aliquem finem, ſequitur, quod omnia, quæ fiunt, ita dependent 6.

pendent ex ſimplici eius voluntate, vt non habeant aliquam cauſam finalem, & ex conſequenti ſola Dei voluntas erit finis eorum, quod eſt incõueniens.

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

7. IN oppoſitum autẽ eſt Doctor ſubtilis, qui in literã textuali huius diſtinctiõnis in quæſt.5. art. 1. ſolut. ad ſecundum inquit. *Reſpectu nullius eſt cauſa finalis aliqua, niſi reſpectu cuius eſt cauſa efficiens: Dei igitur ineffectibilis nihil eſt cauſa finalis; ſed illud primum dictũ vulgatum debet intelligi, quod agit propter finẽ, effectus, nõ propter finem ſui, quia non eſt agens ſui*: idem tenent Lychetus eadẽ quæſt. 5. §. *ſi obijciatur*, & omnes Scotiſtæ, dempto nemine. Tenet Diuus Thomas 1. par. quæſt. 19. art. 5. & omnes Thomiſtæ ibi cum eo: eſtque communis ſententia omnium Theologorum, Deum non habere finem, aut cauſam finalem ſuarum operationum: quod autem naturæ intellectuali creatæ competat agere propter finem, nemo dubitat. Hoc ſupponit Doctor expreſſe in tota hac quæſt. & in ſequentibus huius diſtinctionis. D. autem Thomas 1. 2. q. 1. art. 1. id tenet, ſuppoſito attamen hoc firmo principio, quod, ſcilicet, naturæ intellectuali creatæ conuenit agere propter finem, Deum autem ſuarum operationum nullam cauſam etiam finalem poſſe habere: in quo concors eſt omnium Theologorum ſententia, non tamen ideo deſunt, qui arbitrẽtur, Deũ ſaltim noſtro modo intelligendi, habere rationem aliquam volendi per modum finis, propter quam ratione dicitur Deus aliquid velle: quia vult aliud; ita quod volitio vnius ſit ſibi cauſa volendi aliud.

D. Thom.

Triplex ergo opinio circa hanc difficultate verſatur. Prima eſt Diui Thomæ primo contragentes cap. 86. & 87. vbi diſtinguit inter rationem, & cauſam, & inquit, ex parte ipſorum obiectorũ creatorum dari rationem, qua dicitur, Deum velle vnum propter aliud: hoc eſt, quia vnum eſt ſibi ratio volendi aliud: quia, ſcilicet, bonum vniuerſi eſt ſibi ratio, ob quam Deus vult bonum ſingulare creatum: non tamen datur cauſa volitionis diuinæ. Hæc enim ſunt verba Diui Thomæ in principio capitis 87. *Quamuis autem aliqua ratio diuinæ voluntatis eſſe poſſit, non tamẽ ſequitur, quod voluntatis eius ſit aliqua cauſa.* Quam ſententiam ſequuntur Durandus in 1. diſt. 41. q. 2. num. 5. & plures recẽtiores Thomiſtæ, inter quos eſt Ægidius Luſitanus 1. to. de beatitud. lib. 1. quæſt. 5. artic. vnico §. 2. 8.

An Deus habeat aliquam rationem volendi per modum finis. 1. ſent. D. Thomæ

Durandus Ægidius.

Secunda opinio eſt Caietani 1. p. q. 19. art. 5. qui ita inter duas propoſitiones, quas inter alias ponit, laborat, ac vere, vt potius figmentum, quã acuta diſtinctio videatur: propoſitiones namque ſunt duæ poſteriores, quas ponit ex quatuor ibi propoſitis: earũ ergo prior eſt. *Hoc eſt volitum à Deo: quia illud volitum eſt*, poſterior verò: *hoc vult Deus, quia vult illud*. Ex his propoſitionibus ait, priorem eſſe veram, & concedendam: ſecundam vero falſam, ac negandam. Ad cuius intelligẽtiam diſtinguit inter volitionem paſſiuam ex parte obiectorum, volitorũ, & actiuam ex parte Dei. Et ait, quod quamuis hoc paſsiue ſit à Deo volitũ propter illud: non tamen Deus vult hoc propter illud. Sed hæc profecto eſt prorſus chimerica diſtinctio, & velit, nollit, debet concedere poſteriorem propoſitionem, quam negat, ex conceſsione prioris: & tunc non differt eius opinio à prima opinione Diui Thomæ. Aſſumptum patet: quia hæc 9.

2. opinio Cayeta. & eius impugnatio.

hæc eſt vera cauſalis, ideo hoc eſt volitum à Deo; quia Deus vult illud: ergo ideo hoc eſt volitũ à Deo propter illud; quia Deus vult hoc propter illud. Conſequentia eſt ſatis nota, & amplius patet: quia relatio fundata in hoc, quod eſt paſsiuè volitum propter illud, neceſſario debet eſſe propter terminationẽ nouę actionis. Quod ſic explico: non dicitur res volita reſpicere voluntatem, niſi quia ex eo quod terminat volitionem eius, fundat relationem ad ipſam: ſed nulla eſt imaginabilis terminatio, qua res volita ſit volita propter aliud paſsiuè, niſi eo quod formaliter terminat volitionem actiuam, qua volẽs vult illam propter aliud: ergo neceſſariò debes ponere hanc rationem vnius propter aliud ex parte volitionis volentis, ad hoc vt ipſam ponas ex parte terminationis rei volitæ: nam ſimpliciter, & abſolutè actiuè velle vtrumque, tã tum infert vtrumque eſſe abſolute paſſiue volitum: ergo vt detur reſpectus, quo vnum paſsiuè ſit volitum propter aliud, neceſſario debet poni ex parte voluntatis volentis, quod actiue vnum velit propter aliud; inintelligibile etenim eſt reſpectum illum oriri inter ipſa obiecta paſsiuè volita, ſinè eo quod ab aliqua cauſa actiua ſit actio, ſeu operatio, quæ talem reſpectũ fundet.

10 Tertia opinio eſt, Deum nullũ habere finem extrinſecum, nec rationẽ agendi per modum finis, intrinſecum tamen habere finem omnium, quæ operatur, nempè ſuam bonitatem, quæ licet non ſit vera cauſa finalis, eſt tamen ſibi ratio agendi omnia, quæ agit ad extra per modum finis. Hanc tenent Henricus quodlibeto 4. quæſt. 19. Gabriel in 1. diſt. 14. quæſt. 1. art. 1. Driedo de concordia liberi arbitrij, & prædeſt. 1. par. cap. 4. ad quartum, quam nouiſsime ſuſcitauit Vazquez 1. part. diſp. 82. cap. 2. & illam tribuit Alexandro Alenſi 1. par. q. 28. memb. 3. art. 3. & q. 35. memb. 3. Sed reuera oppoſitum expreſſe aſſerit ibi noſter Alenſis.

3. opinio Henrici & aliorũ. Gabriel. Driedo. Vazquez.

11. Nam in primo loco quærens, vtrũ detur cauſa prædeſtinationis, ſeu reprobationis? nihil quod ad præſens pertinet, reſoluit, ſed tantum in fine concludit, quod quando Deus tanquam largitor bonorum dat ea illi, qui nõ eſt bene vſurus, hoc prouenit ex ratione bonitatis illius. Sed quomodo diuina bonitas ſit voluntati Dei ratio agendi? non determinat ibi: in loco attamen ſecundo allegato clare exponit, qualiter diuina bonitas cum voluntate ipſius Dei ad ſuas operationes concurrat: nam quærendo in terminis, vtrum voluntatis diuinæ ſit aliqua cauſa, aut ratio? hæc reſpondet Alexander. *Reſponſio ſecundum Anſelmum: voluntas diuina propriè non eſt ex ratione, ne aliquid ſit ei proprium principium: nec præter rationem, ne irrationalis eſſe videatur: dicitur tamen habere rationem, ſicut idem dicitur habere ſe ipſum: idem enim eſt voluntas, & ratio*: & explicans illud de bonitate, inquit in fine. *Vnde ſenſus eſt, voluntas diuina eſt ex ratione, id eſt, volitum eſt ex ratione, id eſt ad bonitatem ſummam.* Quæ verba clare oſtendunt nullatenus conſtituiſſe Alenſem, diuinam bonitatẽ eſſe Deo rationem agendi per modum finis (vt Vazquez volebat) ſed tantum eſſe rationem, & finem eorum, quæ ſunt à Deo volita, ita quod non ſunt à Deo volita propter ſuam bonitatem, ſed volitum eſt à Deo, vt omnia ſint in ſe ipſis propter diuinam bonitatem, & ad ipſam bonitatem dirigantur. Vnde non dixit Alexander, quod Deus agit propter ſuã bonitatẽ, ſed quod diuina bonitas eſt ratio volẽdi, quatenus pręciſe res volitę ordinatæ ſunt ad ſummam bonitatem, tanquam ad finem vltimum: quam ob rem diuina bonitas non eſt Deo finis, aut ratio volendi, ſed eſt finis, & ratio finalis omnibus, quæ Deus vult: vnde intelligendum eſt ad hunc ſenſum illud. *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.*

Mens Alexãd. Alẽſ.

(?¿?)

Digitized by Google

§. 3.

Exponitur mens Scoti, & Diui Thomæ, & oſtenditur qualiter Deus agit propter finem.

12. *Mens D. Thomæ.* HOC idem optimè enucleauit Scotus, dum inquit in verbis citatis in litera, *debet intelligi, quod agit propter finem effectus, non propter finem ſui*: & infra: *ſimiliter ſecundum dictum debet intelligi de fine effectus: quia agens ſuperius ordinat non ſe, ſed effectum ad finem vniuerſaliorem, vel ſuperiorem, & ita ille finis ſuperior eſt agentis, non vt finis eius, ſed ad quem ordinat illud, quod agit.* Hoc idē perſpicue docet Diuus Thomas in illo citato art. 5. in corpore vbi ait. *Vnde ſicut in Deo intelligere cauſam, non eſt cauſa intelligendi effectus, ſed ipſe intelligit effectus in cauſa, ita velle finem non eſt ei cauſa volendi ea, quæ ſunt ad finem, ſed tamen vult ea, quæ ſunt ad finem, ordinari ad finem, vult ergo hoc eſſe propter hoc, ſed non propter hoc vult hoc.* Verior ergo, & tenenda ſententia ſecundū Scotum, Diuum Thomam, & Alexandrū Alenſem eſt, Deum in ſuis operationibus nullum habere finem, nec aliquam prorſus rationem per modum finis, quæ etiam ſecundum noſtrum modum intelligendi Deo ſit finis, aut ratio per modum finis ad operādum: ſed tantum velle media eſſe propter finē, & omnia eſſe propter ſe, & propter ſuam bonitatem.

13. Vt igitur difficultas hæc poſsit reſolui, duo noſtra intereſt explanare: & ſcilicet, rationem, ob quam homini conueniat agere propter finem, & vnde hoc idem Deo repugnare proueniat? priori ergo oſtenſo, deinceps poſterius pate faciam. Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 1. artic. 1. inſinuat rationem agendi propter finem prouenire homini ex eo, quod eſt ſuorum actuum Dominus, in quo differt homo ab alijs creaturis: eſt autem homo Dominus ſuorum actuum per rationem, & voluntatem. Vnde ille tantum actiones hominis, quæ ex deliberata voluntate procedunt, ſunt vere humanæ, & reſpectu earum homo dominus eſt: diſtinguit ergo actiones hominis ab actionibus humanis. Primas etenim vocat eas, quæ non procedunt ex deliberata voluntate, & has, inquit, non eſſe proprias hominis, in quantum homo eſt. Secundas attamen per oppoſitum, inquit, eſſe eas, quę aguntur ab homine, in quantum homo eſt, quia in illis per rationem & voluntatem eſt homo dominus ſuarum operationum: qua præhabita diſtinctione concludit *quod omnes actiones humanæ propter finem ſunt.* Hæc tamen Diui Thomæ diſtinctio optima eſt, & apud Scotum, ac omnes Theologos communiter recepta (licet ſua indigeat expoſitione, de qua infra) ſed diminuta ſatis eſt: non enim cōcluſionem probat: aliud namque eſt quærere de natura, cui cōueniat agere propter finem: aliud vero reddere rationem, quare actiones humanæ talis naturæ ſint propter finem. Primum quidem optime ſoluit Diuus Thomas, quod, ſcilicet, naturæ rationali hominis hoc conueniat, & penes quas actiones conueniat, agere propter finem: ſecundum verò non probat, nec indicat. Concluſio enim eſt: *vnde oportet, quod omnes actiones humanæ propter finem ſint.* Huius autem concluſionis probatio eſt, quia in his homo eſt dominus ſuarum operationum per rationem (hoc eſt per intellectum & voluntatem) profecto ſi hæc eſſet prædictæ concluſionis probatio, ex illa euidēter infertur, Deum quoque agere propter finem: quia etiam ſuorum actuum per rationem, & voluntatem deliberate procedit. Alia igitur inquirenda eſt probatio concluſionis prædictæ, & inueſtiganda ratio, ob quam formaliter dicatur homo agere propter finem. Subtilius ergo Scotus hanc rationem, & probationem tradidit, vt viſum eſt in litera, nēpè: quod *reſpectu nullius eſt cauſa finalis aliqua, niſi reſpectu cuius eſt cauſa efficiens: quia cauſalitas cauſæ finalis eſt mouere efficiens ad agendum*: & quamuis

hæc ratio non adæquate probat intentum, ſupponendo tamen ex præcedentibus articulis citatæ quæſtionis quintæ, & præſertim ex quarto articulo, quod hoc, quod eſt frui, ſeu agere propter finem, proprie ſolum competit agentibus per rationem, & voluntatem, habetur adæquata ratio, ob quā conueniat homini agere propter finem, & obquam hoc Deo repugnat.

14. Eſt igitur primo obſeruandum ex dictis, vt huius difficultatis veritas elucescat, duo præ requiri in eo, cui conuenit agere propter finē, quorum vnum dicit peferctionem, aliud verò imperfectionem importat. Primum eſt, quod ſit agens intellectualis naturæ, & agat per rationem, & voluntatem: perfectio eſt enim, finem per intellectum cognoſcere, & eius bonitatem apprehendere & bonitatem ſic cognitam, & apprehenſam per voluntatem diligere, quia in hoc ſic operans eſt Dominus actuum ſuorum, eo quod deliberate procedit, eſſe autem Dominum operationum ſuarum perfectio plane eſt. Secundum verò eſt ita ſubdi, & ſubicij cauſalitati finis, vt non aliter, quam iuxta finis motionem, operetur. Vnde hæc eſt cauſalis vera, ideo operatur cauſa efficiens, quia mouet cauſa finalis; ac ex conſequenti volitio effectuum, ſeu mediorum cauſatur à cauſa efficiente, nempè à voluntate, & à cauſa finali mouente ipſam voluntatem: imò & eadem voluntas, quæ eſt cauſa efficiens, quaſi cāuſatur à cauſa finali, quatenus mouetur ab ea ad ſic, vel ſic agēdum: non enim ſolum mouetur ab ea, ſicut quodlibet ſimplex obiectum ſimpliciter mouet potentiam ad ſui cognitionem, ſeu amorem: hoc namque nullam imperfectionem inuoluit: ſed ex ſui amore, quem iam terminauerat, quatenùs à voluntate fuerat finis intentus, mouet cauſam efficientem ad volendum, ſeu efficiendum quidquid ad ipſius finis conſequutionem, tanquam medium, ordinatum eſt. Ex quibus infertur, quod non ſolum in effectu reſultat relatio ad cauſam finalē, eo quod propter ipſam eſt factus, ſed etiam in ipſa cauſa efficiente, quatenus prout ſubditur cauſæ finali, operatur, relatio conſurgit: quæ quidem non eſt relatio effectus ad cauſam, ſed cauſæ ſubordinatæ ad cauſam ſubordinantē. Ex his igitur optime concludit Doctor, *quod reſpectu nullius eſt cauſa finalis, niſi reſpectu cuius eſt cauſa efficiens, quia cauſalitas cauſæ finalis eſt mouere efficiens.* Quod igitur effectibile non eſt, non habet cauſam efficientem, & ex conſequenti non habet cauſam finalem. Eſſe verò aliquid effectibile imperfectionem inuoluit: ergo volitionem aliquam eſſe propter finem, imperfectionem includit: quia nulla volitio eſſe poteſt propter finem, niſi cuius poſsit eſſe cauſa efficiens: nullius autem poteſt eſſe cauſa efficiens, niſi illius, quæ effectibilis fuerit: ſed volitionem eſſe effectibilem includit imperfectionem ipſius volitionis: ergo volitionem aliquam eſſe propter finem, hanc imperfectionem includit: perſpicue ergo cōſtat, quod hoc, quod eſt agere propter finem, ex hac parte imperfectionem includit.

15. Ex his igitur duo infero: primum

Ratio formalis ob quam alicui competit agere propter finem.

eſt, quod ex illis duobus, quę prærequiruntur in eo, cui cōuenit agere propter finem, illud prius, quod perfectionem importat, non eſt ratio formalis, qua ſibi conuenit agere propter finem, ſed eſt quaſi ratio materialis, quatenus, ſcilicet, ſignantur actiones, penes quas poteſt cōpetere agere propter finem, quæ ſunt actiones ex ratione, & voluntate deliberate procedentes. Ratio verò formalis, ob quā alicui competit agere propter finem, eſt illud poſterius requiſitum, quod quidem imperfectionem inuoluit. Quod à priori oſtendo: nam ratio formalis alicuius eſt illa, quæ ita ſibi competit, vt ſit ſimul conſtitutiua, & diſtinctiua ipſius: ſed per hanc rationem conſtituitur cauſa efficiens in ratione agentis propter finem, & diſtinguitur à non agente propter finem: ergo &c. Aſſumptū probatur, aduertendo hominem v.g. non diſtingui formaliter à lapide per rationale, ſed per aliam ſuperiorem gradum, nempè, viuentis,

tis: per rationale autem, quod eſt eius formale conſtitutiuum, tantum diſtinguitur ab Equo, Leone, & ab alijs ſpeciebus animalis, cũ quibus conuenit in immediata ratione generica ſenſibilis: huius inſtar modi dicẽdum eſt de agentibus propter finem: non etenim homo in ratione agentis propter finem differt â creaturis irrationabilibus per ſuam conſtitutiuam rationẽ agendi propter finem; ſed per ſuperiorẽ gradum quaſi genericum: quia, videlicet, homo eſt agens per rationem, & voluntatem; bruta autem non ita: & ideo in comparatione ad irrationales creaturas optime oſtendit Diuus Thomas, rationem differentialem agendi propter finem eſſe deliberatam hominis actionem, quæ irrationalibus haud poteſt competere. Sed profecto hæc ratio (vt dixi) licet ſit optima, eſt tamen diminuta: quia non ad hoc oſtendit, per quid formaliter competat homini agere propter finem: ſicut hoc, quod eſt hominem eſſe viuentem, per quod diſtinguitur â lapide, nondum oſtendit rationem, per quam homo formaliter eſt homo, & ideo talis ratio non ſatis probat ſupra poſitam Diui Thomæ concluſionem: ſi etenim aſsignata ratio ſufficiens eſſet ad probandum homini competere agere propter finem: conſequenter probaret hoc idem cõpetere Deo, vt ſupra poſita inſtãtia bene obijcit: quia Deus etiam eſt agens per intellectum, & voluntatem, & deliberate procedens, eſt Dominus ſuorum actuum: ſequellam tamen nemo concedet.

16. Vlterius ergo progrediendum eſt, dicendo cum Diuo Thoma, per hoc hominem differre â brutis, prout attinet ad agendum propter finem, quod, ſcilicet, eſt eſſe agens ex deliberatione, & Dominum actuum ſuorum: quæ ratio perfectionem includit: ſed rurſus ex agentibus per deliberationem, aliud agit vt motum à fine, aliud vero non: prioris generis ſunt creaturę intellectuales, vt Angelus, & homo: ſecundi verò generis eſt ſolus Deus: quia licet ſit Deus agens liberum, & deliberate procedẽs, eo quod hoc perfectionem includit, non tamen agit, vt motus â fine: quia hoc dicit imperfectionem: illa igitur ratio conſtituit formaliter Angelum, & hominem in ratione agentium propter finem, quæ diſtinguit ipſos à Deo, quatenus non agente propter finem. Hæc autem nulla alia eſt, niſi illa, quã diximus imperfectionem includere, quæ Deo nullatenus propterea poteſt competere, vt pote ſubdi, & ſubordinari cauſæ finali, mouerique ab ipſa ad volendum, ſeu producendum effectum, vt expoſitum eſt: ergo in hac poſteriori ratione conſiſtit formaliter hoc, quod eſt conuenire homini agere propter finẽ. Egregie igitur aſſignata fuit hæc ratio à Doctore ſubtili, dum ait: quod *reſpectu nullius eſt cauſa finalis, niſi reſpectu cuius eſt cauſa efficiens; quia cauſalitas cauſæ finalis eſt mouere efficiens ad agendum*: ac ſi dicat, quod ratio formalis agendi propter finẽ, eſt, cauſam efficientem poſſe moueri à finali, cui ſubditur, & ſubordinatur ad agendum.

17. Secundum autem, quod infero, eſt, rationem, ob quam Deo non poteſt competere agere propter finem, eam eſſe, quia diuina volitio non poteſt habere cauſam efficientem ſui: licet etenim ſit à diuina voluntate, eo tamen quod ipſa volitio Dei ineffectibilis eſt, quia Deus eſt ſuummet velle, & intelligere, quam obrem non eſt diuinum velle minus ineffectibile, quam ipſemet Deus ineffectibilis eſt: ideo non procedit diuina volitio â voluntate Dei, tanquam à cauſa efficiente. Quod ſic optime conconcludit Scotus in litera, *Dei igitur ineffectibilis nihil eſt cauſa finalis*. Ex quibus à priori concluditur, diuinæ voluntatis nullam eſſe cauſam finalem, Deumque nullatenus poſſe agere propter finem.

(?¿?)

§4.

Oſtenditur, nec ipſam diuinam bonitatem poſſe eſſe Deo rationem agendi per modum finis.

18. DEnvm, neque ipſam diuinam bonitatem poſſe eſſe Deo rationem agendi per modum finis (vt Vazquez intendebat) ex dictis manifeſtatur: quoniam hæc ratio, quãtumuis ad noſtrum modum intelligendi imaginetur, ad hoc vt habeat modum finis, ſeu rationis finalis, debet diuinã voluntatem mouere, non ſolum ſimpliciter ad ſui amorem, ſed ad hoc vt amore ſui velit ea, quæ vult, & efficiat ea, quæ efficit. Tripliciter ergo poteſt conſiderari, quod ſe poteſt habere bonitas Dei in hac motione reſpectu voluntatis diuinæ, vel quidem primo per modum finis obtinẽdi per media, vel per modum rationis dirigentis voluntatem eo modo, quo ratio dirigit, vel tertio per modum imperantis, & præcipientis: quia non eſt imaginabilis alius modus finis, ſeu rationis agendi in agentibus per rationem, & voluntatem. Vel enim voluntas mouetur à fine ad volenda media, quibus eadem voluntas talem finem cõſequatur: & hoc dici non poteſt de Deo, qui bonitate ſua fruitur eſſentialiter, & independenter ab aliqua volitione medio rum, ſeu effectuum ordinatorum ad ipſam. Vel ſecundo bonitas eſt Deo ratio agendi, vel volendi, quatenus ratio dirigit diuinam voluntatem ad recte volendum ea, quæ vult, & agendum ea, quæ agit: ſed hoc dici non poteſt, quia voluntas diuina ex ſe eſt infinite recta, & non indiget directione rationis rectificantis. Vnde, vt ſupra viſum eſt, dixit Alexander, quod diuina voluntas eſt ipſamet ratio volẽdi. Vel tandem præcipit diuina bonitas voluntati, vt velit, quæ vult, propter ſe: hoc tamen figmentum maximam imperfectionẽ poneret in liberrima Dei voluntate, quæ nullatenus poteſt imaginari alicui etiã, diuinæ perfectioni ſubdi, aut ſubijci. Quæ igitur ratio, aut modus finis imaginari poteſt, quo diuina bonitas voluntatẽ moueat Dei ipſius per modum finis, aut per modũ rationis finaliter mouentis? 19.

Profecto nullus: nam licet admittamus, quod Vazquez inquit n. 9. Hanc rationem, quam ait eſſe per modum finis, eam eſſe, quia ſcilicet Deus vult omnia propter ſuam bonitatem, hoc eſt, quia vult bonitatẽ, ac ſi dicat: ideo Deus vult omnia; quia vult ſuam bonitatem: hoc adhuc non infert modũ cauſalitatis finalis: nam ſicut non poſſumus imaginare dilectionem, qua Deus diligit creaturas, eſſe cauſatam ab eius voluntate, tanquam à cauſa efficiente: quia eſt implicatio, eſſe volũtatem Dei, & eſſe cauſatam; ſicut eſt contradictio in adiecto, Deum primã cauſam eſſe cauſatum: ſic non poſſumus imaginare talem dilectionem, qua Deus diligit nos, eſſe propter dilectionem ſuæ bonitatis per modum finis: quia vt ſæpe dictum eſt ex Scoto, *reſpectu nullius eſt cauſa finalis aliqua, niſi reſpectu cuius eſt cauſa efficiens:* ergo etiam noſtro modo intelligendi reſpectu nullius poteſt imaginari cauſa finalis, niſi reſpectu cuius poteſt imaginari cauſa efficiens: ſed reſpectu diuinæ dilectionis non poteſt imaginari cauſa efficiens: ergo nec finalis: ergo diuina bonitas non mouet diuinam voluntatem per modum finis, ſiquidẽ hic modus finis, non aliud eſt, quam imaginata cauſa finalis ad noſtrum modum intelligendi apprehenſa; quæ tamen imaginatio, & apprehenſio non poteſt ponere in diuina volũtate ſine cõtradictione, quod ſibi ab intrinſeco repugnat. 20.

Qualiter autẽ intelligatur illa cauſalis, *ideo Deus diligit nos, quia diligit ſe, & ſuam bonitatem?* vltra quod infra in quæſtionibus de voluntate Dei amplius explanabitur: nunc dico, diuinã bonitatem eſſe Deo rationem volendi omnia, quæ vult, non per modum finis, ſed per modum obiecti ſimpliciter

ter motiui primario ad amorem ſui;
& ſecundario ad amorem,ſeu volitio
nem cæterorum , quæ diligit,& vult.
Ad cuius intelligentiam ſupponendũ
eſt nunc, quod (vt infra in quæſt. ſe-
quen huius diſtinctionis : videbimus,
loquendo de viſione Dei)diuina eſſen
tia eſt diuino intellectui ratio motrix
videndi ipſam eſſentiam,quæ eſt obie
ctum primarium intellectus diuini,&
etiam videndi omnia obiecta, quæ ſũt
intra , & extra Deum : vnde hæc
eſt vera cauſalis , quia diuinus in
tellectus videt diuinam eſſentiam
ideò videt omnes creaturas poſsi-
biles , vel futuras. Diuina etenim eſ-
ſentia eſt ſibi ratio intelligendi,& vi-
dendi,quidquid Deus ad intra,ſeu ad
extra intelligit,& videt:non tamen ex
inde infertur,diuinam eſſentiam eſſe
intellectui Dei cauſam aliquam cau-
ſantem in ipſo viſionem creaturarũ;
ſed tantum eſſe ſimplicem rationem
motiuam obiecti,quæ ad cognitionẽ,
& viſionem concurrit per modum ob
iecti:eodem prorſus modo phyloſo-
phandum eſt de diuina bonitate reſpe
ctu voluntatis Dei: nam diuina boni-
tas eſt voluntati Dei ratio motiua a-
mandi ipſam bonitatem, tanquam ob
iectum primarium,ſeu rationem for-
malem obiecti primarij diuinæ dile-
ctionis, & etiam diligendi omnia ob-
iecta ſecundaria, quæ diligit , etiam ſi
ſint omnia diligibilia ad extra:quod ex
eo prouenit:quia ſicut diuinus intelle
ctus non poteſt moueri ab aliquo ex-
trinſeco, quia (vt loco citato videbi-
mus) pateretur ab aliquo extra ſe,
quod in Deo eſſet ſumma imperfe-
ctio : ita diuina voluntas non poteſt
moueri, niſi à diuina bonitate , ne ab
aliquo extrinſeco patiatur : & hæc eſt
ratio,obquã dicitur, quod ideo Deus
vult omnia volibilia,quæ vult,& dili-
git,quia diligit ſuam bonitatem; non
tamẽ,quod ibi diuina bonitas moueat
per modum finis:ſed quia mouet tan-
quam obiectum motiuum omnis amo
ris;ſeu volitionis , quam Deus ad in-
tra,aut ad extra poteſt habere: quia ſo
la diuina bonitas eſt Deo volibilis per
21. ſe , cætera autem quatenus diuinam
bonitatem participant.

Ex hac improbatione tertiæ opi-
nionis facilior erit confutatio primæ,
quæ cauſalitatem finalem inter ipſa
volita reſpectu Dei ponebat,ita vt ve
rum eſſet dicere, Deum habere finem
extrinſecum ſic, quod ex volitis ad ex
tra vnum vult propter aliud , & non
tantum vult vnum eſſe propter aliud:
ſed ideo vult vnum , quia vult aliud:
nam ſi hanc rationem finalis cauſæ,
etiam nec ad noſtrum modum intelli
gendi reſpectu finis intrinſeci,qui eſt
ipſa diuina bonitas admittimus.& nõ
poſſe in Deo reperiri oſtendimus:lõ- 22.
ge probabilius hoc, reſpectu finis ex-
trinſeci,affirmamus.

Contra hoc tamen inſurgit Ægi-
dius Luſitanus ubi ſupra num. 19. qui
contra Vaſquium (quem Bellomon-
tanum appellat)intendit , non ſolum
diuinæ voluntatis eſſe rationem per
modum finis intrinſeci, ſed etiam in-
ter ipſa extrinſeca volita , vnum eſſe
Deo finem volendi aliud:nam diſtin-
guit inter effectus quoſdam priores,&
alios poſteriores,quos (inquit) in aliũ
finem poſſe reduci. Priorem effectum
vocat perfectionem vniuerſi , quæ nõ
ſupponit alium effectum, ad quem tã
quam ad finem ordinetur: bene tamẽ
cætera, quæ vniuerſum componunt,
effectus poſteriores ſunt,quæ quidem
ad ipſius vniuerſi decorem, & perfe-
ctionem poſſunt reduci. Aſſerit ergo
Ægidius,quod loquendo de prioribus
effectibus,non eſt verum dicere, Deũ
habere finem extrinſecum actionis,
qua efficit tales effectus: quia cum ni-
hil aliud ante ipſos effectus ſupponã-
tur ad extra; ideo nihil ad extra poteſt
Deo eſſe finis taliũ effectuum:ac ideo
concedit Vaſquio,hos tales effectus ef
ficere Dei voluntatẽ propter ſolum-
modo bonitatem ſuam. Atqui loquen
do de effectibus poſterioribus , ita in-
ter ſe coordinantur ad extra , vt vnus 23.
ſit Deo cauſa volendi aliud,vel ſaltem
finis volendi alium.

Hanc tamen ſententiam. penes præ
factam diſtinctionẽ,nulla ratione pro
bat Ægidius : & re vera(meo videri)
improbabilis eſt, præſertim adhæren
do doctrinæ à nobis nuper traditæ de
ratione formali agendi propter finẽ,
ratio-

ratione, cuius Deo repugnat habere finem ſuæ volitionis. Contra Ægidium attamen ſufficiens probatio tertiæ concluſionis contra Doctores primæ opinionis: quia non habet ſententia hæc aliquid peculiare, peculiariter impugnandum, præter quam præfatā diſtinctionem, ex qua nihil noui concludit Ægidius vltra Authores dictæ primæ opinionis, niſi ſignare inter quæ poſſit reperiri ordo medij, & finis, ſi ſemel certum eſſet illa talia poſſe eſſe Deo medium, & finem: nam longe aliud eſt alas eſſe medium ad volandum, vſque ad nubes, atque ideò acceſſum ad nubes eſſe finem volatus, quàm hæc talia eſſe homini media, & finem. Primum enim verum eſt: ſecundum vero falſum. Sic in præſenti, licet verum ſit, quod inter poſteriores effectus, & priores à parte rei poſsit eſſe ordo medij, & finis, & vnum eſſe propter aliū: non tamen exinde infertur vnum ex illis poſſe eſſe Deo finem volendi alium: quod deberet probare Ægidius, vt ſuam tueretur ſententiam; ex qua tantùm modo infertur, quod ex eo quod ex effectibus prioribus, & poſterioribus, vnus poteſt eſſe propter alium, vult Deus vnum eſſe propter alium, non tamen vult vnum propter alium: quia hęc talis volitio Deo repugnat: & ideo noſtra ratio, & prędictarū opinionum improbatio, Vaſquij, aut Ægidij imaginationibus non infringitur: ſed concluditur vna, & eadem ratione, quod Deo nullatenus poteſt competere agere propter finem, aut propter rationem habentem modum finis; & quod homini optime conuenit agere propter finem.

24. Verum enim verò licet dictum fuerit ſupra, quod penes actiones, quæ cōueniunt homini, ſecundum quod homo eſt, & quatenus dicitur homo ſuorum actuum dominus, ſibi conuenit agere propter finem: nunc adhuc reſtat videndum, quæ actiones ſint iſtæ, quarum homo dominus habeatur? Pro quo ſecundo obſeruare oportet, quam plurimas eſſe actiones hominis, quæ conueniunt ſibi, ſecundum quod homo eſt, quæ tamen non ſunt actiones humanæ, licet ſint actiones hominis, penes quas tamen non ſibi competit agere propter finem, vt ridere, flere, imò, & ipſum intelligere, & aliæ ſimiles quæ ita proprie conueniunt homini, ſecundum quod eſt homo, vt nulli alteri præter hominem poſsint cōpetere: in his attamen non eſt homo dominus ſuarum operationū, quia ita ſæpiſsime naturaliter ridet, & flet, vt riſum, aut fletum vitare non poſsit: & ſimiliter naturaliter intelligit, ita vt non poſsit non intelligere obiectum ſibi oſtenſum, ſicut non poteſt oculus non videre coloratum ſibi præſens: falſo igitur videtur dictū in his actionibus, quæ conueniunt homini, ſecundum quod eſt homo, eſſe quidem dominum ſuorum actuum, & penes illas agere propter finem. Circa quam difficultatem Cayetanus 1. 2. quæſt. 1. artic. 1. vt Diuum Thomam (cuius eſt hic modus loquēdi) exponeret, diſtinxit de actionibus, dicens, quaſdam eſſe in quibus homo agitur, & non agit, alias vero, quas vere agit. Primi generis ſunt actiones mere naturales, vt potè illæ, de quibus eſt exemplum adductū: In illis etenim dicitur homo agi, quia vt determinatus à natura agit: ac ideò in ſimilibus actionibus dicitur homo moueri, & agi à natura. Aliæ verò ſunt actiones, quibus dicitur homo agere, eo quod in eius poteſtate eſt ipſas non elicere: & de his, inquit, debere intelligi Diuum Thomā; quia ſunt actiones liberæ, quas præuenit intellectus conſultatio, & vt ſic deliberate procedunt: & ex eo quod reſpectu illarum eſt homo indifferens, & pro ſui arbitrij determinatione ad ipſas eliciendas, ſe ipſum determinat, optime dicitur homo dominus actuū ſuorum, & operari ſecundum quod homo: nam in reliquis non diſtinguitur à quolibet naturali agente: in his verò, tanquā agens liberum procedit, quod proprium eſt homini prout ab alijs irrationalibus diſcernitur: nam licet ridere, intelligere, flere, & ſimilia, ſoli homini competant, in hoc tamē, quod eſt, has operationes elicere, prout determinatus à natura, cum cæteris irrationalibus animalibus conuenit: & in hoc tantum, quod eſt agere per delibera-

berationem ab illis diſcernitur.
Hæc quidem Cayetani interpreta
25. tio,prout ſic à nobis expoſita, ſubtilis
eſt,& proculdubio vera,quantumuis
à Vaſqnio immerito reprehendatur
Cayetani ſubtilitas. Licet enim in
hoc, quod ponit hominem in actioni
bus naturalibus potius agi,quam age-
re,videatur negare homini reſpectu
talium actionum principium intrin-
ſecum actiue operandi:& hoc contra
dicat doctrinæ Scoti , quatenus ipſe
loquendo de grauibus,& leuibus,etiã
in animatis,teneat in 2.diſtinctio.29.
quæſt.10.nõ ab alio , quàm à ſe ipſis
moueri,non tamen credo in illo ſen-
ſu loquutum fuiſſe Cayetanum: nam
hominis natura , à qua dicitur homo
agi,idemmet homo eſt ; & ſic eadem
actione,qua agit natura,agit & homo.
Sed hac ſubtilitate loquendi vtitur
Cayetanus, vt indicet , quod ſicut na
tura à principio determinato opera-
tur ſic homo naturaliter operãs, agit
vt determinatus à principio naturæ,
quatenus,ſcilicet, non poteſt nõ ope
rari,ſicut ignis,qui eo quod naturali-
ter eſt determinatus ad vnum,nõ po-
teſt nõ cõburere : & ideo dixit , quod
potius natura agit,quàm homo. At ve
rò quia in operationibus liberis po-
teſt homo agere , & non agere;ideo
quando agit , dicitur ipſemet agere,
quia in ſua poteſtate fuit non agere:
& in his actionibus liberis,quæ prop-
terea vere humanæ ſunt , dicitur ho-
mo dominus actuum ſuorum , & in
illis agere propter finem.

§. 5.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

26. HIS ergo præhabitis diffi-
1. concluſ. cultatem concludendo, di
D. Augu. co primo,quod omni crea
turæ intellectuali, tam ſci-
licet, Angelicæ,quàm humanæ , con-
uenit agere propter finem. Conclu-
ſio eſt communis , & probari poteſt,
primo teſtimonio D. Auguſtini lib.
4.contra Iulianum Pelagianum cap.
3.prope medium,vbi diſtinguit virtu
tes à vitiјs penes fines , propter quos,
Angelos,& homines agere inquit:ne
enim:*Noueris itaque non officijs,ſed fini
bus,à vitijs diſcernendas eſſe virtutes,of-
ficium autem eſt,quod faciendum eſt, finis
vero,propter quod faciendum eſt.*& infra
ſubdit:*vere quippe virtutes Deo ſeruiũt
in hominibus, à quo donantur hominibus:
Deo ſeruiunt in Angelis , à quo donantur
& Angelis. Quidquid autẽ boni fit ab homi
ne,& non propter quod fieri debere vera
ſapientia præcipit : & ſi officio videatur
bonum , ipſo non recto fine , peccatum eſt
&c.*
Secũdo probatur conc. ratione de 27.
ſumpta ex Diuo Thoma : quoniam
omnia,quę ſunt in aliquo genere,de-
riuãtur à principio illius generis : ſed
finis eſt principiũ in operabilibus ab
agentibus intellectualibus creatis:
quod ſpecialiter de homine patet per
Phyloſophum ſecundo phyſicorum *Ariſto.*
textu 85.(& de quacumque creatura
intellectuali eadem militat ratio,quia
agens liberum eſt :) ergo omni crea-
turæ intellectuali competit agere
propter finem. Item quia vt ipſe
Diuus Thomas docet vbiſupra nem
pè 1.2.quęſtio.1.artic.1.actiones, quę
procedunt ab aliqua potentia,cauſan
tur ab ea ſecundum rationem ſui ob-
iecti:ſed finis eſt obiectum volunta-
tis creatæ:ergò omni creaturæ agenti
per voluntatem conuenit agere prop
ter finem: ſed quælibet creatura intel
lectualis,vt puta, Angelus & homo,eſt
agens per voluntatẽ:ergo omni crea-
turæ intellectuali cõpetit agere prop
ter finem.
Dico ſecundo:quod non omnes a- 28.
ctiones humanę, etiam ſi vere huma- *2. concluſ.*
nę ſint(& idẽ dico de Angelicis) ſunt
neceſſario propter finem : concluſio
hæc eſt contra Diuum Thomam loco
citato , & conformis doctrinę Scoti,
vt viſum eſt ſupra difficultate 15. nu.
7.qui inter finem , & medium ponit
aliud bonum abſtractum à fine, & me
dio , quod vocat bonum neutrum , &
eſt

eſt etiam intra latitudinē boni, quod eſt obiectum adæquatum voluntatis: & hoc quidem poteſt voluntas deliberate velle, & diligere abſque aliquo reſpectu finis, ſeu medij. Tūc ergo ſic probo concluſionem, illam inferendo ex duabus præmiſsis, vtpote, maiori deſumpta ex Diuo Thoma, & minori de ſumpta ex Scoto: quoniam omnes actiones, quæ procedunt ab aliqua potentia, cauſantur ab ea ſecundum rationem ſui obiecti: obiectum autem voluntatis, non ſolum eſt finis, aut medium propter finem, ſed etiā eſt aliud bonum neutrum abſolutum, abſtractum à ratione finis, & medij: ergo nō omnes actiones humanæ neceſſario ſunt propter finem. Minorem probat Scotus ſic, vt viſum eſt ibi: quia voluntati poteſt oſtendi aliquod obiectum bonum abſolute apprehēſum nō ſub ratione per ſe boni, nec propter aliud bonum: voluntas autem circa, tale ſic oſtenſum poteſt habere aliquem actū, & non neceſſario inordinatum: ergo poteſt voluntas habere aliquem actū volēdi circa illud obiectum abſolute, abſque relatione ad aliud, aut abſque volitione ſui propter ſe. Hæc omnia prorſus ſunt verba Scoti: vide ibi loco citato, quæ deſiderari poſſunt de hoc bono abſoluto abſtracto à fine, & medio.

29. Dico tertio, quod licet Deus velit finem effectus, & vnum eſſe propter
3. concluſ. alium; non tamen poteſt habere finē ſuæ volitionis, & voluntatis, nec aliquid velle; ſeu agere propter finem. Concluſio hæc eſt expreſſa Scoti, & Diui Thomæ, ac fere communis: probatur tamen, quatenus contra Authores primæ opinionis procedit. Ad quod in primis adeſt ingens authoritas, & teſtimonium Diui Auguſtini
D. Aug. libr. 3. de Geneſi contra Manicheos, paulo poſt principium, vbi inquit. *Si ergo iſti dixerint, quid placuit Deo facere cælum, & terram? Reſpondendum eſt eis, vt prius diſcant vim voluntatis humanæ, qui voluntatem Dei noſſe deſiderant: cauſas enim voluntatis Dei ſcire quærunt, cū voluntas Dei omnium, quæ ſunt, ipſa ſit cauſa. Si enim habet cauſam voluntas Dei eſt aliquid, quod antecedat voluntatem Dei, quod nefas eſt credere: qui ergo dicit, quare fecit Deus cælum, & terram? Reſpondendum eſt, quia voluit.* Quæ verba Auguſtini manifeſte oſtēdunt, diuinam voluntatem nihil in tempore condidiſſe, nec ab æterno voluiſſe in tempore condere propter aliquem finem, ſed præciſe, quia voluit; ac ſi dicat diuinæ volitionis nullam aliam eſſe cauſam, aut finem, niſi voluntatem ipſam. *Hoc eſt, ideò vult, quia vult.*

Probatur præterea ratione deſumpta ex Diuo Thoma 1. part. quæſt. 19. art. 5. quia ſic ſe habet in voluntate finis ad ea, quæ ſunt ad finem, ſicut in intellectu principia ad cōcluſiones: ſed in intellectu ſic contingit, quod ſi ſeorſum intelligat principium, & ſeorſū concluſionem, intelligentia principij eſt cauſa ſcientiæ concluſionis: ſed ſi intellectus in ipſo principio inſpiceret concluſionem vno intuitu comprehendens vtrumque, in eo ſcientia concluſionis non cauſaretur ab intellectu principiorum; quia idem non eſt cauſa ſui ipſius: ſed tamen intelligeret principia eſſe cauſas concluſionis: ergo ſi aliquis vno actu velit finē, & alio actu ea, quæ ſunt ad finem, velle finem erit ei cauſa volendi ea, quæ ſunt ad finem: ſed ſi vno actu velit finem, & ea, quæ ſunt ad finem, hoc eſſe non poterit: quia idem non eſt cauſa ſui ipſius: & tamen erit verum dicere, quod velit ordinare ea, quæ ſunt ad finem in ipſum finem: ſed Deus, ſicut vno actu omnia in eſſentia ſua intelligit, ita vno actu omnia vult ſua bonitate: ergo ſicut in Deo intelligere cauſam, non eſt ſibi cauſa intelligendi effectus, ſed ipſe intelligit effectus in cauſa: ita velle finem non eſt ei cauſa volendi ea, quæ ſunt ad finem: ſed tātum vult ea, quæ ſunt ad finem ordinare ad finem. 30.

Dico quarto, quod nec etiam ad noſtrum modum intelligendi poteſt cō- 31.
cedi aliquis finis diuinæ voluntatis, 4. concluſ.
neque aliqua ratio per modum finis, qua velit vnum propter aliud, neque etiam quod ipſa diuina bonitas ſit Deo ratio volendi ea, quæ vult per modum finis. Concluſio hæc eſt conformis doctrinæ Scoti, vt patet in litera, &

ra, & pluſquam ſatis probata eſt ſupra contra Authores primæ, & tertiæ opinionum, a numero 15. vſque ad 19. & probatur in concluſione præcedente teſtimonio Diui Auguſtini ibi poſito, quod illam manifeſte confirmat. Nũc amplius roboratur alio teſtimonio cè-
S. Auguſt. lebri eiuſdem Diui Auguſtini in lib. 12. confeſſionum cap. 15. vbi hæc inquit loquendo de diuina voluntate: *Vnde non tam modo velle hoc, modo velle illud, ſed ſemel, & ſimul, & ſemper velle omnia, quæ vult, non iterum, & iterum neque nunc iſta, nunc illa &c.* Ex quibus verbis arguitur, ſicut in concluſione præcedente ex Diuo Thoma, quod ſi Deus vult omnia, quæ vult ſimul, & ſemel: ergo eodem actu vult finem, & media, imo & bonitatem ſuam, & ea, quæ ſunt propter bonitatem ſuam: ergo volitio bonitatis ſuæ non poteſt Deo eſſe cauſa, aut ratio per modum finis volendi ea, quæ ſunt propter bonitatem ſuam, ſed tantum volendi ea eſſe propter bonitatem ſuam. Conſequentia patet: quia vt optime probat Diuus Thomas, idem non poteſt eſſe cauſa, aut ratio per modum finis ſui ipſius: quamuis enim in eodem actu diuinæ volitionis admittantur plura inſtantia, & ſigna, noſtro modo concipiendi diſtincta, prout optime docuit
Scotus. Doctor in 3. diſt. 7. quæſt. 3. & diſt. 19. quæſt. vnica, vbi inquit ſumendum eſſe ordinem ſignorum admodum ordinatæ cõſultationis noſtræ: vnde ſicut tunc aliquis ordinate procedit in conſultatione, cum poſt voluntatem finis vult ea, quæ ſunt magis propinqua fini, vbi intelligit de propinquitate dignitatis, quatenus ex inde probat, quod Deus poſt amorem ſui propinquius voluit Incarnationem Verbi, quia inter reliqua eſt diuinæ bonitati proximior: ex hoc tamen non ſequitur vnũ ſignum eſſe cauſam, ſeu rationem alterius per modum finis: ſed tantum quod cum ſimultate cognitorum in vno actu cognoſcendi compatitur ordo, quod Deus vult vnum eſſe propter aliud: quia in eis, quæ ſimul vult, quatenus eſt ex parte ipſius voluntatis volentis, non poteſt vnum ipſi voluntati eſſe cauſa, vel ratio per modũ cauſæ, ſeu finis volendi aliud: licet diuina bonitas ſit ſibi ratio obiectiua volendi cætera, quæ vult, prout explicui ſupra nu. 20. Vult igitur Deus ſimul, & ſemel Incarnationis myſterium, & ſuam bonitatem, & ſimul vult, Incarnationem eſſe propter ſuam bonitatem: non tamen ideò vult Incarnationem, quia vult bonitatem; quia tunc in eodem actu volendi reperiretur cauſa, & effectus ſui ipſius, quod nec etiam per noſtrum modum intelligendi, ſine contradictione in Deo poteſt concedi. Nulla igitur eſt alia ratio diuinæ volitionis, quare vult creare, iuſtificare, beare, &c. niſi quia vult, vt ex Diuo Auguſtino ſupra num. 29. oſtenſum eſt.

---

§ 6.

Soluuntur argumenta in oppoſitum.

Ex his igitur ad argumenta pro ratione dubitandi, quę intẽdunt probare, ho- 32.
minì non conuenire agere propter finem: & ad primum reſpondeo, hominem non agere propter finem omnibus actionibus ſuis, quia vt argumentum probat, & nos ſupra num. 24. oſtendimus, in illis tantum actionibus, quæ verè humanæ ſunt, in quibus homo deliberate procedit, ſibi conuenit agere propter finem. Imò nec in omnibus actionibus humanis neceſſario propter finem operatur: quia, vt probatum eſt in conc. 2. datur aliquod bonum abſolutum, quod nec eſt finis, nec medium, quod tamen poteſt homo diligere, in cuius propterea dilectione propter finem non agit.

Ad arg. in oppoſitũ, et ad 1.

Ad ſecundum reſpondeo, aliter lo-
quendum eſſe de ipſa dilectione, qua 33.
beatus diligit Deum, & fruitur ipſo; & aliter de dilectione cęterorum, quę diligit in Deo, & extra Deum, & de cæteris operationibus humanis, quas elicit, & exercet. Ruſus in ipſa dilectio-

Ad 2. argu.

Digitized by Google

ctione, qua Deum fruendo diligit, eſt duplex amor, vnus, ſcilicet, quo diligit Deum, tãquam ſummum bonum, cui vult omnia bona ſua; alter verò, quo diligit Deum tãquam ſummum bonum ſibi: nam beatus, & omnia bona, quæ in Deo videt, amat ipſi Deo, & ipſum Deum amat ſibi tanquam ſummum bonum. Qui duplex amor ſecũdum communem Theologorum conſenſum realiter diſtinguitur, vt notauit Ægidius tomo 1. lib. 4. de beatitudine quæſt. 11. ar. 3. §. 1. nam licet *finis cuius* vtriuſque amoris ſit idem, quia vterque amor in eodẽ Deo ſummo bono quieſcit, & eius gratia cætera fiunt: attamen *finis cui* eſt diuerſus: quia in primo amore *finis cui* eſt Deus ipſe, cui beatus vult omnia bona: in ſecundo verò, *finis cui* eſt ipſe beatus: quia ſibi ipſi vult, & diligit ſummum bonum, in quo eſſentialiter, & eminẽtiſsimo modo ſunt omnia bona: in quo autem illius duplicis amoris beatitudo formaliter cõſiſtat, an in vtroque ſimul, & an vterque ſit amor amicitiæ, vel vnus ſaltẽ concupiſcentiæ? non eſt huius loci diffinire.

34. Præterea loquendo de dilectione cæterorum, quæ in Deo per viſionẽ beatam, aut per ſcientiam infuſam, vident Angeli, & beati, nemini dubium eſt, beatos per charitatem, & Deum, et ſe ipſos, & alios ordinate diligere, Deumque colere, & laudare ac orationes pro viatoribus fundere, pleraque alia agere propter diuerſos fines peculiares, quorum vltimus finis eſt Deus ipſe: vnde circa Deum, & circa proximos, & cætera, quæ vident in Deo, & extra Deum, plures actiones liberas exercere eſt certum: nam ex dilectione eorum prorumpunt in diuinas laudes, gratiarumque actiones, ac Deo optimo cultum debitum, & reuerentiam exhibent. Ex his ergo omnibus, ad argumentum dico: quod licet beatus has omnes liberas operationes non exerceat propter finem obtinendum, cum iam ipſum poſsidere in ſua beatitudine ſupponamus, vt argumẽtum probat: neque ex cauſa illius amoris, quo beatus diligit Deum tanquam ſummum bonum ſibi ipſi: quia hoc bonum iam obtinet, illoque fruitur: illas attamen excercet ex cauſa illius amoris, quo diligit Deum tanquã ſummum bonum *cui*: nempe ipſi met Deo vult omnia bona. Ex quo amore, tanquam ex fine, mouetur beatus ad diligendum omnia, quæ diligit, & ad exercendas cæteras operationes, quas exercet propter Deum finem ſuum, *cui* diligit, & vult omnia bona, vt omnia in ipſius laudes refundat: & ſic cõſtat beatum in ſuis actionibus liberis agere propter finem.

Ad illud argumentum, quod erat tertium in ordine, quod intendebat probare, Deum etiam agere propter finem, deſumptum ex Diuo Auguſtino, reſpondeo, Deum quidem nihil irrationabiliter operari, vt inquit Auguſtinus, ſed rationabiliter omnia agere: non tamen ex inde ſequitur habere rationem ſuæ actionis per modum finis: quia ipſamet Dei voluntas eſt ratio non indigens alterius rationis directione: nam ipſa eſt ex ſe recta, & vt recta operatur, prout notatum eſt ſupra num. 11. ex Alexandro Alenſi, & num. 29. ex eodem Diuo Auguſtino. 35. *ad 3. argu.*

Ad aliud, quod erat quartum in ordine, dico, quod in his, quæ fiunt à voluntate volentis, qui propter nullum finem aliquid vult, nõ oportet aliam cauſam primã inquirere: ipſius enim voluntas eſt cauſa prima omnium talium effectuum: bene tamen plures cauſas ſecundas inueſtigare oportet: quia cum Deus velit effectus omnes naturales plerumque ſic eſſe, vt ex certis cauſis ſecundis proueniãt, ad hoc, vt ordo naturæ ſeruetur in rebus; non erit ſuperuacaneum, ſed neceſſarium etiam vltra diuinam voluntatem, quæ eſt prima omnium cauſa, alias cauſas ſecundas inquirere: ſuperuacaneum tamen eſſet, ſi aliæ cauſę quærerentur vt primæ, & à diuina voluntate independentes: in hoc enim ſenſu (vt teſtatur Diuus Thomas) loquutus eſt Diuus Auguſtinus lib. 3. de Trinitate cap. 2. cum dixit. *Placuit vanitati Phyloſophorum, etiam alijs cauſis effectus contingentes tribuere, cùm omnino videre non poſſent ſuperiorem cæteris omnibus cauſam,* 36. *Ad 4.* *D. Auguſ.*

ſam, i. eſt voluntatem Dei.

37. *Ad vltimũ argumẽtũ.* Ad vltimum reſpondeo, quoſdam eſſe effectus ita immediatè à prima cauſa, quæ eſt diuina voluntas, dependentes, vt nullum alium effectum, qui ſit eorum cauſa ſecunda præſupponant, vt creatio vniuerſi & c. alios vero eſſe, qui ita ſubordinate ſe habẽt ad cauſas immediatas, vt etiam ſi omnes dependeant à diuina voluntate tanquam à prima cauſa, dependent etiam nihilominus à pluribus alijs cauſis ſecundis ſubordinatis primæ cauſæ, vt ſunt omnes generationes rerum. Dico ergo, quod primi effectus à ſola diuina voluntate dependent: ſecundos verò à ſuis immediatis cauſis, & finibus earum etiam dependere certum eſt: & nihil aliud argumẽtum concludit.

DIFFICVLTAS XIX.

Vtrùm homo poſsit prolibito ſuæ voluntatis ſibi conſtituere finem vltimum?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ cum ſententia Adriani.

1. CVM creaturæ intellectuali penes actiones liberas conueniat agere propter finem, & omnis finis proximus, & intermedius, reducatur ad finem vltimum, circa quem verſatur prima appetentis intentio, & actio libera indifferentiam in volente ſupponat, & voluntatis humanæ viatorum (hic enim non loquimur de beatis, qui iam vero vltimo fine fruuntur, & non poſſunt aliquid inordinato velle) obiecta ſint bonum incommutabile, & bonum commutabile: quæritur in præſenti, an poſsit homo aliquod bonum commutabile ita diligere, vt ipſum ſibi conſtituat finẽ vltimum.

Adrianus quodlibeto 7. art. 3. tenet partem negatiuam, quatenus, inquit, quod ille, qui conuertendo ſe ad bonum commutabile, mortaliter peccat, non obid conſtituit tale bonum cõmutabile ſibi vltimum finem, nec fruitur illo tanquam vltimo fine, in quem referat omnia; nec quidem plus diligere hoc tale bonum commu abile, ſcilicet, creaturam, quàm Deum bonum incommutabile. Sũt autem pro hac Adriani ſententia plura argumenta. Primum autem ex eo deſumptum probat hominem mortaliter peccantem, non obid quod mortaliter peccat, diligere creaturam, pluſquam Deum & ex conſequenti, non ipſam intendere tanquam vltimum finem: quoniam interdum contingit plures mortaliter peccare ex inſipienti, & in diſcreto zelo, per ignorantiam arbitrantes, ſe magnum obſequium Deo præſtare: ſed hi non magis diligunt creaturas, quàm Deum, vt de ſe conſtat: quia dilectio eſt actus deliberatus, & quidem ſi iſtis deficeret ignorantia, nõ facerẽt illud, in quo mortaliter peccant: ergo dilectionem Dei omnibus præferunt: quia cum ignorantia non poteſt eſſe adhæſio creaturæ tanquam vltimo fini: ergo datur aliquis mortaliter peccans, qui plus diligit Deum, quàm creaturam. 2. *1. ſententia Adriani.*

Secundo: quia poteſt quis peccare, vt ſuccurrat amico: ex quo tamen non ſequitur plus diligere amicum, quàm ſe ipſum: quia quamuis ob eius amorem velit falſum iurare, non tamen velit auriculam, aut digitum perdere: ergo non diligit magis amicum, quam ſe ipſum: ergo ſimiliter ex eo quod quis peccat mortaliter adhærendo creaturæ, nõ ſequitur, quod plus diligat creaturam, quàm Deum. Conſequentiâ 3.

patet: quia licet ille in peccãdo habeat pro fine vtilitatem, & commodum amici, nõ ob id ſequitur, quod plus diligat amicum, propter quem peccat, quàm ſe ipſum: ergo ſimiliter non eſt neceſſarium, quod mortaliter peccans plus diligat finem peccati mortalis, quàm Deum ipſum, contra quem mortaliter peccat.

4. Tertio, nam poteſt contingere, & ſæpè contingit, quod ille, qui mortaliter peccat, ſi non haberet ſpem veniæ, non peccaret, quinimo ſpe veniæ peccat: ſed qui ſpem habet veniæ, plus diligit illum, à quo veniam ſperat, quàm obiectum peccati: ſiquidem ſperat recedere à peccato, vt veniam conſequatur ab eo: ergo adhuc quando mortaliter peccat, plus diligit Deum, quàm creaturam.

5. Quarto, quoniam fieri poteſt, vt ille, qui peccat mortaliter, habeat animum exponendi ſe vitæ amittendæ periculo ob confeſsionem
Ioannes. fidei, aut Dei honorem: *ſed maiorem charitatem nemo habet, vt animam ponat &c.* iuxta illud Ioannis capit. 15. ergo maiorem dilectionem haberet ille talis erga Deum, quàm erga creaturam, circa quam mortaliter peccat: facta enim dilectionum comparatione nulla maior poteſt exiſtere, quàm illius, pro cuius amore martyrium diligitur.

6. Tandem, quia qui propter libidinis voluptatem peccaret, eo tamen animo, vt propter illam, non totam ſuam ſubſtantiam conſumeret, plus diligit ſuam ſubſtantiam, quàm diligat voluptatem: & tamen poteſt talis eo animo eſſe, vt totam erogaret ſubſtantiam propter Dei cultum, aut eius finem tuendum, quam non plus diligit, nec voluptatem, quàm Deum, & ex conſequenti non habet pro vltimo fine voluptatem.

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali huius diſtinctionis q.5.art.3.in corpore: 7.
vbi hæc aſſerit, *voluntas peccãtis mortaliter fruitur ſimpliciter, quantum eſt ex parte voluntatis quietantis ſe ipſam, quantum quietatur in obiecto, quod propter ſe amat*, & ſolutione ad primum inquit. *Ita concedenda eſt hæc concluſ. quod peccans mortaliter, non ſimpliciter quietatur, licet quantum eſt ex parte ipſius ſic in actu ſuo ſe quietare volentis vltimate ſe quietet in mobili.* Sequuntur Doctorem Lychetus eadem q. *Lychetus.*
5. §. *ad quæſtionem* Tatharetus ibidẽ, *Thatbar.*
q.9. §. *ad propoſitum*, & omnes Scotiſtæ ibi cum Doctore, itẽ Diuus Bo *D. Bonau.* *D. Thom.*
nauentura hanc ſententiam tenuit *Cayetan.*
in 2.diſt.42.art.2.q.1. D.Thomas 1. *Medina.*
2.q.1.art.7.ad primum, & q.89. art. *Zumel.*
1.ad 3. & 2.2.quæſt.24.art.10.ad 2. *Albertus.*
& q.45.artic.1.ad primum, & alibi, *Durandus*
quem ſequuntur Cayetanus ibidẽ, *Ægidius.*
& præſertim 1.2.q.1.artic.1.& q.77. *Vazquez.*
art.4. Medina art.5. Zumel q.7. art. *Valentia.*
6.diſp.11.ad primũ, & q.77.art.4. at *Azor.*
que omnes Thomiſtæ. Item Albertus in 2.diſt.4.art.3. Durandus q.6. nouiſsime Ægidius Luſitanus tomo 1. de beatitudine lib.2.q.5. art.3. 1. part. artic. Ex Ieſuitis autem Vazquez 2.p.diſp.5. capit.1. Valencia 2.p.diſp.1.q.1. puncto 6. conclu.2. Azor lib.1. Inſtitut.moral.cap.1.q. 5.& 7. & communiter omnes.

Vt autem difficultas hæc præclarius poſsit reſolui, primo obſeruare 8.
oportet, rationem vltimi finis, per quam ab alijs finibus intermedijs ſecernitur (de quo non nulla diximus ſupra in difficultate 17.nu.12.) traditam eſſe ab Ariſtotele 2. Metaphy *Ariſtot.*
ſicæ c.2. textu 8. vbi diffinit vltimum finem

finem dicens: *tale autem eſt, quod non eſt alterius gratia, ſed eius cauſa cætera.* Quam finis diffinitionem omnes fere Doctores de vltimo fine traditam fuiſſe communiter ſentiunt: ex qua licet inferre, per nihil aliud diſtingui finem vltimum à cæteris finibus, vt puta, intermedijs, niſi per illam excluſionem diligibilitatis propter aliud: eo etenim quod *non eſt alterius gratia*, non eſt diligibilis propter alterum: vnde in fine vltimo tria conſiderare debemus. Primum eſt, quod ſit diligibilis propter ſe: in quo ratio finis conſiſtit, prout ſæpè dictum eſt, & præſertim in difficultate decima ſexta, quod explicatur per aliam particulam poſitam in diffinitione finis in communi tradita ab Ariſtotele, nempè *quod eſt gratia ſui*, de qua egimus late ſupra in difficultate decima ſeptima numero decimo. Secundum eſt, quod cætera media ſint diligibilia propter ipſum: in quo ſita eſt ratio cauſæ finalis, prout vidimus ſupra in citata difficultate decima ſexta: per quod differt à fine obtento, & poſſeſo; qui iam non mouet ad media, quibus poſsit conſequi: cum iam ſupponatur ab appetente poſsideri. Tertium eſt excluſio, & negatio illius reſpectus diligibilatis propter aliud: & in hoc conſiſtit ratio differentialis finis vltimi, quatenus finis vltimus eſt: in fine igitur vltimo hæc tria inſimul reperiri neceſſum eſt, videlicet, & eſſe diligibilem propter ſe; & cætera eſſe diligibilia propter ipſum, & ipſum non eſſe diligibilem propter aliud. Ex quibus hæc vltima ratio eſt propria, & formalis vltimi finis, cæteræ verò ſunt communes etiam alijs finibus.

In quo cõſiſtat ratio finis vltimi.

9. Præmittendum eſt inſuper ſecundo ex Doctore in articulo tertio huius primæ quæſtionis, finem vltimum triplicem eſſe poſſe. Primum quidem verum, & vere bonum, ac ſummum & perfectiſsimum, in cuius adeptione noſter appetitus vere quieſcit, & ſaciatur: & ſic ſolus Deus eſt finis vlnus creaturæ intellectualis, de quo loquitur idem Doctor in litera quæſtionis ſecundæ articulo ſecundo huius diſtinctionis ſolutione ad primum, *quod tantum vnus eſt vltimus finis in ſe.* Secundus vero finis eſt apparens, qui licet vere finis vltimus non ſit: quia non eſt ſumme bonus in ſe: tamen tanquam vere ſumme bonus apprehenditur ab intellectu, & vt ſumme bonus oſtenditur voluntati: de hoc loquitur Diuus Auguſtinus decimo nono libr. de ciuitate Dei, & præſertim capit. quarto, vbi enumerat varias opiniones multorum errantium circa veritatẽ vltimi finis, qui per apparentiam bonitatis varios ſibi fines vltimos intendebant: ita enim concludit ſanctus Doctor. *Ille autem, qui in iſta vita fines bonorum, & malorum eſſe putauerunt, ſiue in corpore, ſiue in animo, ſiue in vtroque &c.* Tertius tandem eſt finis præſtitutus, quem etiam voluntatis præfixum vocat Doctor: & hic finis eſt ille, quem ſibi voluntas prolibito finem vltimum conſtituit: non quidem ob veram, & ſummam bonitatem ipſius: quia ſi illam haberet, tunc iam ſecundum ſe vere eſſet finis vltimus: nec ob bonitatem apparentem: quia tunc iſta ſumma bonitas apparens potius ſibi proueniret ex errore intellectus concipientis illud vt ſummum bonum ſecundum ſuæ apprehenſionis errorem, ob idque illud tanquam perfectiſsimum, & ſummum bonum, & vltimo appetibile voluntati proponeret: in quo quidem ignorantia potius, quàm malitia reperitur, licet ignorantia illa culpabilis ſit (de quo alibi.) Sed voluntas libere talem finem conſtituit ſecundum bonitatem aliquam à ſe æſtimatam vt ſummam, quamuis cognoſcat vere ſummam non eſſe: nam licet præcognoſcat creaturam non poſſe eſſe ſummum bonum; ac propterea non poſſe habere rationem finis vltimi: ipſam tamen ita æſtimat bonum quoddam, vt, ac ſi ſummum bonum eſſet, diligat illam: & ex conſequenti, illi tanquam vltimo fini adhæreat, ac propterea illam ſibi vltimum finem conſtituat.

D. Augu.

Hoc quidem, quod aliquibus dif-

10. ficile videbitur, manifeſte oſtendo: nam verbi gratia quilibet Chriſtianus firmiter credit, Deum ſolummodo eſſe noſtrum vltimum finem: & tantum abeſt, quod circa cognitionem veri vltimi finis habeat errorem in intellectu, quinimo pro huius articuli veritate millies mori paratus ſit: iſte tamen ſæpiſsime mortaliter peccat: quando ergo mortaliter peccat, vt pote in auaritia, vltimum finem conſtituit ſibi diuitias, quas tamen cognoſcit, & fide firmiſsima credit, non eſſe vere ſummum bonum, nec vltimum finem hominis: non ergo dicendum eſt, iſtum amiſiſſe fidem de vltimo fine, nec ex conſequenti credere diuitias noſtrum vltimum finem eſſe: quia nimis rigidum eſſet à quolibet fideli mortaliter peccante fidem illius articuli, *Deum, ſcilicet, eſſe glorificatorem*, auferre: iſte ergo vltimus finis tertio modo acceptus optime cum cognitione oppoſiti compatitur: non enim ibi eſt error in intellectu voluntatem fallente, ſed in voluntate ipſa creaturæ tanquam fini vltimo adhærente. Verum eſt tamen, quod aliqua bonitas ab intellectu proponitur voluntati in illo fine, quæ ſufficiens eſt, vt voluntatem inducat in dilectionem illius, tanquam ſi ſummum bonum eſſet: quia alias non poſſet illum appetere tanquam vltimum finem: nihilominus tamen hæc intellectus propoſitio non eſt cum errore veritatis, ſicut dicebamus de illo ſecundo genere vltimi finis apparentis: ſed intellectus proponit voluntati ſummum bonum, & vltimum finem noſtrum eſſe Deum, qui ſolus poteſt noſtrum appetitum quietare: atqui etiam proponit libidinem v.g. eſſe appetitui ſenſitiuo ſumme delectabilem, & facta comparatione inter vtrumque bonum, etiam id proponit voluntati hoc eſſe commutabile, illud vero incommutabile: qua tamen propoſitione facta, voluntas ſe determinat ad diligendum bonum commutabile, conuertendo ſe in ipſum, & auertendo ſe à bono incommutabili, & hoc modo creaturam ſibi vltimum finem conſtituit, non quidem per intellectus errorem, aut ignorantiam, ſed per ſui ipſius deprauatam æſtimationem, pluris, videlicet, creaturam bonum commutabile æſtimando, quam Deum incommutabile bonum. de fine ergo iſto, tertio modo accepto, nempè, de fine præfixo, & præſtituto, præſens difficultas procedit.

§3.

Referuntur variæ expoſitiones illius axiomatis, quod, ſcilicet, mortaliter peccans, creaturam ſibi conſtituit finem vltimum.

11. PORRO qualiter (hoc ſemel admiſſo, quod peccans mortaliter creaturam ſibi finem vltimum conſtituat) poſsit intelligi, quemlibet mortaliter peccantem creaturam ſibi finem vltimum conſtituere? eſt diuerſa Doctorum ſententia. Vaſquius etenim quemdammodum excogitat ſatis difficilem, & nimis confuſum: ad cuius intelligentiam diſtinguit triplicem finem vltimum: quorum primus eſt ille, qui non refertur in alium finem: & hic finis ſolet dici negatiue vltimus, hoc eſt, quia non alia ratione eſt vltimus, niſi quia actu non refertur in alium finem, licet tamen in illum poſsit referri: & dicitur quidem finis operis, quia in eo vltimo terminatur opus: non tamen eſt finis operantis, quia operans in talem finem non refert omnia ſua tanquam in optimum, & maxime amabile: ſecundo modo dicitur finis operantis, quãdo nõ tãtũ opus

Expoſitio Vaſquij circa finem vltimum peccatoris.

opus ipſius in eo vltimo terminatur, ſed etiam operans refert ſe ipſum, & omnia ſua in illum tanquam in optimum, & maximè amabile. Tertio dicitur vltimus finis ille, qui etiam non eſt finis operantis, ſed operis, ſicut de fine primo modo accepto dictum eſt: differt tamen ab illo, quia non ſolum actu non refertur ad verum finem vltimum; ſed quia neque eſt referibilis in illum, eo quod opponitur ipſi, ita vt diſſoluat amicitiam cum illo. Primo modo, quicumque finis, qui appetitur gratia ſui, & non gratia alterius, dicitur finis vltimus: vt ſi quis appetat prudentiam propter ſe, non referendo illam in Deum finem vltimum. Secundo modo ſolus Deus, & beatitudo eſt finis vltimus. Tertio modo (inquit Vazquez) dicitur peccator, qui mortaliter peccat, cõſtituere ſibi vltimũ finẽ in creatura: nõ enim ſolũ conſtituit vltimum finem primo modo acceptum, quia vt ſic etiam, qui amat virtutem propter ſe ipſam, conſtituit vltimum finem operis in creatura: neque ſecundo modo, quia, qui peccat, non refert omnia ſua in obiectum peccati: ſed tantum tertio modo, quo non conſtituit ſibi vltimum finem, qui primo modo amat virtutem: quia licet iſte talis actu non referat virtutem in Deum: quia tamen appetit aliquid, quod Deo placet, qui eſt vltimus finis: ideo quoddammodo dicitur in Deum virtutem ſic dilectam referre, quia talis virtus dilecta non opponitur Deo, ſicut peccatum mortale.

12. *Impugnatio prædictæ expoſitionis.*

Hæc tamen Vaſquij expoſitio nititur fundamento incerto: nam inprimis ſupponit in illa diuiſione finis vltimi, omnem finem, qui diligitur propter ſe, eſſe vltimum, eo quod non referatur in alium vlteriorem: quod plane falſum eſſe oſtendimus ſupra in difficultate 17. numer. 12. & tenent omnes Theologi, qui fines intermedios admittũt, qui ſunt plerique omnes: nam cum de ratione finis in vniuerſum ſit diligi propter ſe, conſequenter omnes fines, etiam intermedij, eſſent vltimi, quod falſum eſſe apertũ eſt. Requiritur ergo ad rationẽ vltimi finis illa excluſio, & negatio diligibilitatis propter aliud: ita quod ſi hæc ratio a fine vltimo adimatur, iam finis vltimus non erit: quia ex tribus conditionibus, quas ad finem vltimum prærequiri ſupra numero octauo tradidimus: hæc excluſio ordinabilitatis ad aliud eſt conſtitutiua ratio vltimi finis, & diſtinctiua ab omni non tali: quod ibi, & in citata difficultate decima ſeptima ſatis oſtenſum eſt. Peccat præterea hæc expoſitio Vaſquij in diſtinctione finis operis, & operantis, quam ponit, quæ longe diuerſa eſt ab ea, quam communiter tradunt omnes Theologi: vnde confuſionem ingerit omnibus, qui eam aliter dedicerunt, vt bene notauit Ægidius. Et tandem deficit dicta expoſitio, quia adhuc ſub lite eſt, an omnia quæcumque agit homo, etiam quando mortaliter peccat, referantur in Deum finem vltimum (de quo erit vigeſima prima difficultas) hoc tamen Vazquez tanquam certum, & indubitabile ſupponit, dum totam rationem differentialem tertij vltimi finis (de quo hic procedimus) conſtituat eſſe illam negationem ordinabilitatis in Deum finem vltimum, eo quod opponitur ipſi: quod quidem veritatem non obtinet in opinione eorum, qui tenent opera etiam, quibus homo peccat, in Deum referri: quod & ipſe Vazquez aliqualiter fatetur diſput. 6. capit. 3. §. *ego vero*, quatenus ſaltim concedit ipſa peccata non volita eſſe propter beatitudinem.

13. *Explicatio quorumdã Thomiſtarum circa vltimum finem peccatoris.*

Aliter tamen hanc ſoluunt difficultatem Thomiſtæ quidam, vt teſtatur Zumel prima ſecundæ quæſt. 71. articul. 6. diſput. 1. in ſolutio. difficultatum, & quæſtion. 77. artic. quarto in dubio annexo: qui quidem aſſerunt, hominem mortaliter peccantem non conſtituere ſibi vltimum finem creaturam formaliter, & expreſſe ei tanquam vltimo fini adhærendo, ſed tantum virtualiter, & interpretatiue: quod ſic exponitur: nam

Impugnatio prædictæ explicationis.

ideo peccator dicitur conſtituere ſibi creaturam vltimum finem, quia non ordinat actionem illam, qua peccat, in Deum finem vltimum verum, nec creaturæ adhæret tanquam medio ad vltimum finem verum. Sed hæc interpretatio profectò reijcitur meritò ab ipſo Zumel, & ab alijs fere omnibus, & præſertim ab Ægidio optime impugnatur.

14. Quibus addo: quod ſi peccans mortaliter formaliter, & expreſſe adhæret creaturæ, quia peccatum eſt conuerſio ad creaturam (ſaltem loquendo de peccato cōmiſſionis, quo quis libere diligit vetitum, de quo potius vrget difficultas) arguo ſic: omnis formalis dilectio, vel eſt finis, vel medij (ſuppono quod hæc dilectio non poſſit eſſe alicuius boni abſoluti in via eorum) ſed peccans formaliter diligit creaturam: ergo formaliter diligit illam, vt medium, vel vt finem. Non vt medium: quia fruitur ipſa, & fruitio non eſt circa medium: nam vt docet Diuus Auguſtinus lib.83. quæſtion. quæſt.30. *Omnis itaque humana peruerſio eſt fruendis vti velle, & vtendis frui*: ergo vt finem. Tunc ſic, ſed non vt finem intermedium, quia peccatum non eſt ordinabile ad vltimum finem, cui opponitur: ergo vt finem vltimum: ſed hæc dilectio eſt formalis, vt vidimus: ergo formaliter adhæret peccator creaturæ vt vltimo fini.

15. *Explicatio Ægidij circa finem vltimum peccatoris.* Tertia expoſitio eſt ipſius Ægidij §. ſecundo, vbi inquit, peccatorem ponere finem vltimum in creatura ob duplicem rationem. Prior eſt, quoniam, qui illam non amat gratia alterius, ſed propter ſe tanquam ſummum bonum, eo quod creatura fruitur, illam vltimate amat: poſterior verò ratio eſt, quia licet iſte talis ſecundum effectum non omnia ſua referat in illam creaturam, quam ſic amat, tamen ſecundum affectum cætera omnia bona ſua, ſaltem interpretatiue, refert in illam. Primum ergo probat Ægidius: quia quod peccator creaturæ adhæreat vt ſummo bono (inquit ipſe) dubitari non poteſt: nam cum bonum illud pluris æſtimet, quàm Deum, proculdubio illud in ſua æſtimatione amat vt ſummum. Secundum verò probat: quia hæc eſt natura ſummi boni, vt cætera ſui gratia finalizet: cum ergo ſecundum æſtimationem peccantis, creatura illa ſit ſummum bonum, ex dilectione illius interpretatur affectiue, omnia referre in illam tanquam in vltimum finem.

16. *Impugnatio explicationis Ægidij.* Hæc tamen Ægidij explicatio minimè placere poteſt: quia illa duplex ratio, in qua fundatur, veritatē haud continet. De prima enim patet: tum quia ad rationem vltimi finis non ſufficit, vt quis illum appetat propter ſe, & ſui gratia, & non gratia alterius: tunc enim quilibet finis intermedius poſſet eſſe alicui finis vltimus, ſi illum ad vlteriorem, vſque ad vltimū, non referret: & tunc quælibet virtus poſſet homini eſſe finis vltimus, ſi illam propter ſe ſine reſpectu ad verum vltimum finē diligeret: quod eſt à petre falſum: nam licet quis diligeret prudentiam propter ſe, ſine eo quod illam actu referret in Deum: non adhuc illam poſſet ſibi conſtituere finem vltimum: quia cum per talem virtutem non auertatur à Deo, qui eſt ſibi verus finis vltimus, non poteſt ſibi illam finem vltimum conſtituere: impoſſibile enim eſt, vt homo ſimul duos fines vltimos ſiti poſſit habere, vt in ſequenti difficultate oſtendam: ſed donec à Deo per peccatum non auertitur homo, habet Deum pro fine vltimo ſuo, in cuius gratia, & amore, ſaltim habitualiter, exiſtere ſupponitur; ergo in illa virtute, quæ illum non auertit à Deo, non poteſt finem vltimum conſtituere: quia tunc proculdubio duos vltimos fines ſimul haberet: ratio igitur finis vltimi non ſolum requirit actualem negationem ordinabilitatis in aliud, ſed aptitudinalem: ita vt ſibi repugnet in alium finem ordinari: in quo puncto Vaſquij expoſitio verior quidem eſt quam Ægidij: quia igitur ſolummodo peccato repugnat ordinari in Deum, qui eſt vere vltimus finis, *Quid requiratur ad veram rationem vltimi finis.*

finis,tanquam in finem vltimum (vt in difficultate 21. oſtendimus) hinc eſt,quod ſolū poterit homo ſibi prohibitoſinem vltimum conſtituere in peccato:non vero in aliquo alio ordinabili in Deum : deficit ergo illa prima ratio Ægidij,tum quia non ponit ibi veram rationē vltimi finis, vt probatum eſt:tum etiam quia aliud,quod aſſumit,nempè,talem finem appetere tanquam ſummum bonum,non eſt ita abſolutè admittendū,eo quod tale bonum non apprehenditur ab intellectu vt ſummum, vt oſtendi ſupra, & infra amplius pateſaciam: voluntas autem non poteſt diligere vt ſummum bonum,niſi quod ſibi vt ſummum bonū ab intellectu proponitur: cū enim ſit potentia cæca non poteſt in obiecto diligere,quod ſibi nō proponitur ab intellectu tanquam diligibile.

17. Porrò deficit ſecūda ratio Ægidij, quatenus inquit,quod peccans mortaliter,omnia ſua bona effectiue interpretatiue referr in pecca.ū,quod peccat,ſeu in creaturam,cui adhæret tanquam vltimo fini, nām hoc pugnat cum ſententiā eiuſdem,qui ibidem n. 14. impugnans ſententiam illorum Thomiſtarum,hæc inquit, Quocumque modo intentionem interpretatiua n explicet, illa ſemper ſupponit id, quod interpretatiuè eſt volitum, pōtuiſſe eſſe actu volitum in ſeipſo. Hæc Ægidius,ex quibus cōtra ipſum ad hominem ſic retorqueo argumentum, ad interpretatiuam intētionem ſemper ſupponitur id,quod interpretatiuè eſt volitum, potuiſſe eſſe actū volitum in ſe ipſo:ſed quando homo peccat mortaliter,nō ſupponitur omnia bona hominis potuiſſe in ſe ipſis eſſe volita propter creaturam; cui adhæret in peccato:ergo non ſunt inter pretatiue volita propter illam : & ex conſequenti,nec ſaltem interpretatiuē , refert homo , quando mortaliter peccat, affectiue omnia ſua bona in creaturam , cui peccando adhæret tanquam vltimo fini.Diſcurſus eſt legitimus:conſequentia eſt euidens : & maior eſt Ægidij.Minorem verò demonſtro: quia multa ſunt bona , quæ habet homo peccans,quę non potuerunt eſſe volita propter peccatum, aut propter creaturam , cui adhæret peccando:habet enim virtutes morales,quæ non poſſunt eſſe volitæ propter peccata,quibus opponuntur,tanquam vitijs ſibi contrarijs: quia abſtinentia non poteſt eſſe volita propter gulam,nec continentia propter libidinem &c. Imò inter ipſa vitia,& peccata ſunt aliqua , quorum vnum repugnat ordinari in aliud, vt pote.prodigalitatem in auaritiam, & alia ſimilia vitia oppoſita: quomodo igitur ſuſtineri poteſt hominem mortaliter peccantem omnia ſua bona interpretatiue referre in illum vltimum finē, quem in creatura conſtituit? Nec valet,ſi dicas , ipſum hominem eſſe illum finem vltimum , in quem homo refert hæc talia bona:nam hic nō agit Doctor iſte de fine *cui* (de quo an ſit ipſe homo peccans reſpectu ſui,dicemus infra)ſed de fine *cuius*, nempè de ipſo ſummo bono, cuius gratia diligit homo cætera bona, tanquam propter vltimum finem , vt patet in ſecunda concluſione ipſius poſita ibidem §.3. Quamuis enim homo ſit vltimus finis ſui ipſius,quatenus ſibi vult illud ſummum bonum , quod diligit : ipſe tamen non poteſt ſibimet eſſe ſummū bonū,ſecūdū ſententiā Ægidij ipſius: ſententia autem Ægidij procedit de illo vltimo fine,qui tanquam ſummū bonum diligitur à voluntate,in quem inquit peccatorem referre omnia bona ſua,ſaltem interpretatiue.Propter hæc igitur,& alia diſplicet prædicta Ægidij expoſitio.

18. Iam ergo,vt iuxta mentem Doctoris explanemus , qualiter homo peccans mortaliter creaturam ſibi vltimum finem conſtituat,obſeruandum eſt tertio ex ipſo in hac quæſtion. artic.3.quod obiectum fruitionis eſt finis vltimus:ex quo à poſteriori ſequitur,illum eſſe finem vltimum, quo diligens fruitur:nam vt Diuus Auguſtinus libr.10. de ciuitate Dei capit. 10. & libr.1.de doctrina Chriſtiana cap. quarto & quinto,*frui non eſt aliud, quā alicui tanquam vltimo fini adhærere.* Ex quo

Explicatio propria Authoris iuxta mentem Scoti.

D. Augu.

Quid ſit frui.

quo infertur: quod tunc homo conſtituit creaturam ſibi vltimum finem, quando fruitur ipſa: & tunc è conuerſo fruitur illa, quando illi tanquam vltimo fini adhæret: adhærere autem alicui obiecto tanquam vltimo fini, eſt quietari in ipſo. Ille ergo, qui in aliqua creatura vltimate quietatur, conſtituit illam ſibi vltimũ finem, & hęc eſt præciſa ratio conſtituendi vltimũ finem ſecundum expreſſam mentem Scoti:

19. Dupliciter ergo poteſt voluntas hominis quietari in obiecto: vel quidem, quod quietatio tantum ſe habet ex parte voluntatis volentis ſe quietare in illo, ea præciſa ratione, quia illud diligit propter ſe vltimate, eo quod non ſit diligibile propter aliud. Vel ſecundo poteſt quietatio eſſe ſimul ex parte voluntatis ſic ſe volentis quietare in obiecto, & ex parte ipſius obiecti quietantis illam per terminationem dilectionis ipſius. Primo modo non dicitur, voluntatem quietari ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt optime notauit Doctor in illo citato articulo tertio quæſtionis quintæ huius diſtinctionis ſolutione ad primum: quia tantum eſt quietatio ex parte volentis ſe quietare: ſecundo verò modo dicitur quietari ſimpliciter. Huius autẽ diſtinctionis ratio à priori eſt: quia quietatio, quæ prouenit tantum ex voluntate, in tantum voluntatem quietat, in quantum obiectum acceptatur, & æſtimatur ab ipſa voluntate vt quietatiuum ſui. Sed non æſtimatur, nec acceptatur à voluntate vt quietatiuum ſui, niſi prout præciſe ipſum obiectum in ſe eſt irreferibile in aliud quietatiuum vlterius, vt docet Scotus ibi, non tamen quietat ſimpliciter, quia ad vltimum quietatiuum duo requiruntur, & ſcilicet, primo quod ſit irreferibile in aliud, & ſecundo quod ipſum in ſe ſit immobile. quia quietatio in re mobili eſt nimis imperfecta, & ideo non poteſt dici quietatio ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Vnde eſt, quod quando quietatio habet ſe ex parte voluntatis volentis ſe quietare, & ex parte obiecti quietantis illam, quod quidem obiectum non ſolum eſt irreferibile in aliud vlterius bonum, ſed etiam in ſe ipſo eſt immobile: tunc perfectiſsime quietat voluntatem, & voluntas ſimpliciter quietatur in illo. Hoc ſecundo modo ſolus Deus eſt finis vltimus hominum: quia ipſe ſolus eſt obiectum immobile: & ideo ſimpliciter quietat hominis appetitum: priori autem modo homo mortaliter peccans conſtituit creaturam ſibi vltimum finem: quia in re mobili vult ſe quietare, & in ea, quatenus eſt ex parte voluntatis dicitur quietari ſimpliciter; licet non quietetur niſi ſecundum quid.

20. Ex quibus deducitur, rationem finis vltimi vt ſic, prout abſtrahit à fine vltimo vero, & præſtituto, quæ, ſcilicet, omni fini vltimo conuenit, nullam aliam eſſe, niſi quod talis finis vltimus ſit bonum quoddam irreferibile in aliud bonum. Hæc tamen ratio communis finis vltimi contrahitur per duplicem differentiam, quaſi ſpecificam, nempè, mobilitatem, vel immobilitatem obiecti: nam bonum irreferibile aliud eſt immobile, aliud verò mobile: bonum igitur irreferibile, quod eſt immobile, eſt ille verus finis vltimus, qui vere eſt ſummum bonum, & ſimpliciter quietat voluntatem hominis, & hic talis finis vltimus ſolus eſt Deus: quia ſoli Deo competit hominis, voluntatem immobiliter quietare: & ideo in hac immobili quietatione voluntatis perfectiſsima hominis fœlicitas, & beatitudo conſiſtit: bonum verò irreferibile, quod eſt mobile ob ſui mobilitatem, mobiliter hominis voluntatem quietat: & ideo imperfecte voluntas quietatur in illo: quia ex mobilitate obiecti oritur mobilitas quietationis: & ideo hæc quietatio tempore perit. Tale obiectum eſt creatura, cui adhæret homo in peccando: & hæc ſpecialis ratio vltimi fini eſt, quæ contrahit illum gradum ſuperiorem vltimi finis in communi. Vnde ſequitur, quod homo peccans verè ſibi conſtituit creaturam vltimum finem: non

Per quid contrahitur finis vltimus ad eſſe verum & nõ verũ.

non tamen illam ſibi conſtituit verum vltimum finem: quia ad primum ſufficit, quod huic creaturæ conueniat illa ratio irreferibilis in aliud bonum: ad ſecundum verò requiritur, quod hoc tale ſic irreferibile eſſet verum bonum; non autem eſt verum bonum, niſi bonum ſit immobile: igitur non conſtituit homo, nec poteſt conſtituere creaturam ſibi verum vltimum finem. Conſtat ergo ex dictis, quod tunc homo creaturam ſibi vltimum finem conſtituit, cum illi adhæret tanquam vltimo fini ſecundum illam præciſam rationem irreferibilitatis in aliud: dummodo tamen iſta ratio irreferibilitatis fundetur in ratione ſummi boni: de quo infra in difficultate ſequenti num. 32. & ideo non conſtituit illam ſibi verum vltimum finem: quia illud tale irreferibile, mobile eſt, & ideo eſt imperfectus finis vltimus, quo imperfecte fruitur homo, eo quod non ſimpliciter quietatur in illo etiam ex parte obiecti, ſicut ſimpliciter quietatur ex parte voluntatis volentis ſe quietare in illo, eo præciſe, quo eſt irreferibile in aliud bonum, quæ propterea potius eſt quietatio ſecundum quid, quam ſimpliciter: & quia in omnibus creaturis nulla alia eſt irreferibilis in Deum verum finem vltimum, niſi illud, quod eſt peccatum; ideo tantum ſibi poteſt homo prohibito conſtituere creaturam vltimum finem, quando mortaliter peccat: & hæc eſt expreſſa Scoti expoſitio in locis citatis.

21. Demum, quod alij dicunt illi vltimo fini, qui creatura eſt, adhærere hominem tanquam ſummo bono, eſt planè falſum: nam licet voluntas illam creaturam acceptet, ac ſi eſſet ſummum bonum; non ideo illam habet pro ſummo bono, etiam dum ipſi adhæret: ſed tantum hoc eſt per æſtimationem: & non dicitur voluntatem æſtimare creaturam pro ſummo bono, eo quod illam cognoſcat, aut credat, aut velit eſſe ſummum bonum: ſed quatenus illam creaturam præfert ſummo bono à quo propter eius dilectionem auertitur, adhuc præſupponendo cognitionem intellectus ſibi dictantis, & proponentis ſolum Deum eſſe ſummum bonum. Intellectus enim (prout ſupra numer. 10. oſtendi) de fide credit, nullam creaturam, ſed ſolum Deum eſſe ſummum bonum: & ſicut hoc credit, ſic voluntati proponit, & ad huius ſummi boni dilectionem dirigit ipſam: voluntas autem, hac propoſitione, & directione ſuppoſita, diligit bonum irreferibile mobile, quod eſt creatura, & quatenus hoc tale bonum in ſua dilectione præfert Deo vere ſummo bono, dicitur æſtimare creaturam tanquam ſummum bonum: ac ſi dicamus, quod facta comparatione inter vtrumque bonum, eo quod plus diligat mobile, quam immobile, quod tantum eſt ſummum bonum, dicitur in ſua æſtimatione præferre illud ad iſtud, & in hac præferentia conſiſtit eius æſtimatio: & eo quod bonum non ſummum, bono ſummo præfert, dicitur fini vltimo tanquam ſummo bono æſtimato adhærere.

Quo modo intelligatur, peccatorem adhærere creaturis tanquam ſummo bono.

Nec quidem ad rationem vltimi finis neceſſum eſt, quod ſit bonum, aut apprehendatur vt ſummum bonum, neque quod ſummè quietet, ſed quod æſtimetur vt ſummum bonum: quia intellectus, qui circa ſummi boni cognitionem non habet errorem, non poteſt (vt ſæpè dixi) fallere voluntatem: ſed tantum ad rationem vltimi finis, vt ſic requiritur, quod ſit in aliud finem irreferibilis: quæ omnia expreſſis verbis docuit Doctor vbi ſupra dicēs: *neque ſic debet intelligi quietatio ſumma: quia omnem quietationem viæ ſequitur maior patriæ: ſed propter actum irreferibilem ita acceptantem obiectum.* 22.

Scotus

(§)

S 4

Digitized by Google

§. 4.

Diſputatur, & concluditur, quo obiecto tanquam vltimo fine fruatur, qui mortaliter peccat.

23. Sed tunc eſt dubitatio, quo obiecto peccans mortaliter fruitur tanquam vltimo fine, an ſcilicet, actu ſuo, an vero obiecto ſui actus? Hoc dubium expreſsis verbis mouet Doctor in corpore illius citati articuli tertij quæſtionis 5. huius 1. diſtinct. quo ſoluto, tota difficultas complete reſoluta erit. Hoc quidem dubium ſoluere intendit Ægidius citato loco §. 3. vbi locupletiſsime contra Cayetanum, & Magiſtrum Zumel redarguit, ipſoſque, ac ſi ſoli vnius eſſent ſententiæ pro viribus conuincere elaborat. Diſtinguit ergo Ægidius de duplici fine, ſcilicet, de fine, *cui*, & de fine *cuius*, & reſpectu ſinguli, ſingulam concluſionem ſtatuit: ait enim in 1. concl. quod peccator, dū peccat mortaliter, ſe ipſum diligit, tanquam vltimum finem, *cui*: & quia in hac concl. (vt ipſe fatetur) omnes conueniunt, non eſt cur de illa nouam altercationem habeamus. ſed cum communi omnium conſenſu ſuppono hic veriſsimam eſſe: quia peccator in ſuis operationibus ſe ipſum amat amore amicitiæ: ergo omnia bona, quæ appetit ſibi ipſi, appetit tanquam fini, *cui*, & quia ſe ipſum non refert in Deum; conſequenter omnia in ſe ipſum refert tanquam in finem vltimum *cui*, in quo quidem, vt bene refert Ægidius ex Diuo Auguſtino, diſtinguitur peccator á iuſto: quia iuſtus, etiam ſi omnia operetur propter ſe, imò & ipſam beatitudinem formalem, & obiectiuam, ſibi appetat tāquam propter finem *cui*, quia Deum ipſum, tanquam ſummum bonum vult ſibi ipſi, non tamen ea ita ſibi vult vltimate, vt in ſe ipſo ſiſtat; ſed ideo ea appetit ſibi, vt ex tali beatitudine glorificetur Deus ipſe: & ſic ſe ipſum, & ſuā beatitudinem, & omnia ſua refert in Deum, tanquam in vltimum finem *cui*: at vero peccator omnia bona in ſe ipſum, tanquam in vltimum finem *cui* refundit, ſine eo quod talia bona, & ſe ipſum in finem vltimum verum referat. Hactenus loquēdo de fine *cui* ſecundum omnium Theologorum cōſenſum habetur, hominem peccatorem eſſe finem vltimū ſui ipſius.

Communis ſentētia, et vera tenet hominē eſſe finem vltimum cui reſpectu ſui quādo mortaliter peccat.

24. Verum enim vero loquendo de fine *cuius*, longe diuerſa eſt difficultas, de qua tenet Ægidius in 2. concl. quod peccator non conſtituit ſe ipſum vltimum finem *cuius*: ſed hunc finem conſtituit in aliquo bono creato, quod tāquam ſummum bonum ſibi concupiſcit: quam concluſionem ait, communem eſſe omnibus (exceptis dumtaxat Cayetano, & Zumelio,) in quo plane fatetur Ægidius, ſe Scotiſtas, nec ipſum Scotum legiſſe, qui expreſsis verbis prædictæ concluſioni aduerſatur: nam propoſito dubio, quod tanquam ipſius Scoti propoſuimus, nempe, *quo obiecto peccans mortaliter fruitur; an ſcilicet actu ſuo, an obiecto ſui actus?* Hæc reſpondet ibidem continuo, *reſpōdeo, quod communiter fruitur ſe ipſo: quia obiectum actus ſui amat amore concupiſcētiæ: & per conſequens aliquid aliud amat amore amicitiæ, quia omnē amorē cōcupiſcētiæ præcedit amor amicitiæ: illud autem aliud eſt ipſemet, cui vt amato amore amicitiæ appetit illud obiectū. Vnde nō fruitur obiecto ſui actus, nec per cōſequēs ipſo actu, ſuper quē non oportet primo reflecti.* Quā ſententiam (inquit Doctor) eſſe Diui Auguſtini 14. lib. de ciuitate Dei cap. 28. & ſupra Geneſ. lib. 11. cap. 22. dicentis, *quod duas ciuitates fecerunt duo amores, ciuitatem diaboli, amor ſui, vſque ad contemptum Dei: ciuitatem Dei amor Dei, vſque ad contemptum ſui.* Ex quibus ſic infert Doctor: *ergo prima radix illi eſt, quod peccans fruitur ſe.* Quam Scoti ſententiam ſequuntur Tatharetus in 2. diſt. 1. quæſt. 9. §. *nunc applicando*, Baſſolis, quæſt. 2. art. 3. Lychetus, ibidem quæſt. 5. §. *ſed tunc eſt dubitatio*, & cæteri Scotiſtæ. Tenent ergo hanc ſententiam

Sententia Ægidij circa vltimū finē cuius peccatoris

Vera Scoti ſententia.

D. Aug.

Tatharet. Lychetus. Baſſolis. Cayetan. Zumel.

rium Caietanus 1.2.quæſt.1.art.5.& Zumel quæſt.71.art.6.diſp.11.concl. 2.& alibi.

25. Hæc ſententia facilime percipietur, phyloſophando de vltimo fine vero, qui eſt Deus ad vltimum finẽ præſtitutum, qui eſt creatura. Recolendũ eſt ergo, quod dictum eſt ſupra in difficultat.18.nu.33.quod, ſcilicet, Deus eſt verus noſter vltimus finis duplici ratione: eſt enim finis vltimus, *cui*, & *cuius*: nam eſt finis *cui*: quia omnia bona refert, tam beatus, quam iuſtus in Deum, vt in illũ finem *cui* omnia bona vult: & eſt vltimus finis *cuius*, quia eſt ſummum bonum, cuius gratia cætera fiunt, & propter quem omnia diliguntur, & quod ſibi vult iuſtus. Huius inſtar modi dicendum eſt, hominis voluntatem, quando mortaliter peccat, ſibi conſtituere finem vltimum, tam *cui*, quam etiam finẽ *cuius*: vtraque autem iſta ratio finis reperitur in eodem homine peccatore: nam homo, & diligit ſe ipſum tanquam illum finem *cui* omnia bona appetit: & diligit ſe ipſum tanquã bonum, quod & æſtimat tanquam ſummum, ea, ſcilicet, ratione, qua ſe ipſum præfert Deo vere ſummo bono in dilectione ſui ipſius: & ſicut plures fines intermedios vult iuſtus, vt pote, penitentiam, ſpem, gratiam &c. ad hoc vt fruatur Deo fine vltimo in beatitudine patriæ: ſic peccator vult plures fines intermedios, vt pote diuitias, luxurias, & ſimilia, propter fruendũ ſe ipſo. Ita quod quando peccator adulterium committit, non fruitur vxorata, ſed vtitur ea, tanquam medio ad fruendum ſe ipſo, & ſic de alijs bonis commutabilibus, quibus adhæret, dicendum eſt non adhærere illis, tanquam vltimis finibus, ſed tanquam intermedijs ad vnum vltimum finem ordinatis, propter quem omnia vult, & ad quem omnia refert, qui finis eſt ipſemet irreferibiliter ad alium.

26. Hoc euidẽter probat ratio Scoti ſupra poſita: nã frui eſt alicui bono adhęrere amore amicitiæ, tanquã vltimo fini: ſed amor amicitiæ eſt cauſa amoris concupiſcentiæ, & non ẽ contra: ideo enim quis concupiſcit bona alicui: quia eſt ei amicus, non ẽ conuerſo: ſi ergo peccator diligit adulteriũ, certum eſt, quod non diligit actum adulterij, nec eius obiectum, niſi quia diligit ſe ipſum, tãquam bonum quoddam, cui omnia vult, & in quod omnia bona refert, eo quod ęſtimat ſe ſũmum bonum, quatenus præfert ſe ipſum vero ſummo bono, qui eſt Deus, à quo per ſui inordinatam dilectionẽ auertitur. Ex his ergo concludit Doctor, quod prima radix diligẽdi quodcumque bonũ commutabile eſt, quod peccator ſi utitur ſe ipſo, tanquam bono ęſtimato pro ſummo, non ſolum *cui* vult omnia bona, ſed etiam *cuius gratia*, cætera bona commutabilia diligit: nam ſicut ex eo, quod iuſtus Deũ tanquam ſummum bonum, & vltimũ finem diligit propter ſe, hoc eſt propter ipſum Deum, ſe ipſum contemnit, & omnia vult propter illum: ſic vice verſa, peccator, ex eo, quod ſe ipſum, tanquam finem vltimum diligit, & vt ſummum bonum ęſtimat, Deum contemnit, & ſui ipſius gratia omnia vult: quod optime cõfirmant illa verba Auguſtini ab Scoto relata, ſcilicet, *de amore ſui, vſque ad contemptum Dei, & de amore Dei, vſque ad contemptum ſui.* Sicut igitur primus amor vltimi finis eſt cauſa amoris omnium finium intermediorum ad ipſum, vt patet de amore Dei, qui eſt cauſa, obquam iuſtus omnes virtutes diligit, & omnia præcepta diuina obſeruat: ſic primus amor, quem peccator habet, ſui ipſius eſt cauſa, obquam vult omnia bona cõmutabilia, quæ peccandu refert in ſe: obiecta igitur peccatorum ſunt fines quidam intermedij, quos voluntas diligit propter amorem ipſius, cuius eſt voluntas, qui eſt vltimus finis eorum. Vnde (vt inquit Scotus in citatis verbis) peccator ſe ipſum diligit amore amicitiæ: obiecta vero ſuorum actuũ, in quibus mortaliter peccat, diligit amore concupiſcentiæ: qui ea diligit ſibi tanquam ſummo bono æſtimato vt tali.

Obſtabis tamen, quod finis *cuius* nõ diligitur amore amicitiæ, ſed amore concupiſcentiæ: finis autem *cui* eſſe qui diligitur amore amicitiæ: ergo cũ 27.

Sco-

Scotus dixerit obiectum actus peccaminoſi amari amore cōcupiſcentiæ, ipſum vero peccatorem amari à ſe amore amicitiæ: oſtendit peccatorem, eſſe finem vltimum ſui ipſius, loquendo de fine *cui*, non verò de fine *cuius*: ſed finem *cuius* eſſe ipſum bonum cōmutabile, quod eſt obiectū actus peccati, vt pote diuitiæ ipſæ, aut libido &c. ſicut opinabatur Ægidius.

28. Ad hanc obiectionē reſpōdeo cum eodem Scoto in 4. diſt. 49. quæſt. 5. litera C. *quod actus amicitiæ tendit in obiectum, vt eſt in ſe bonum, actus autem concupiſcentiæ tendit in illud, quod eſt bonum mihi.* Dupliciter ergo poteſt intelligi peccatorem ſe ipſum diligere, vel primo tanquam bonum, vt æſtimatum à ſe ſummum bonum, vt ſic eſt finis vltimus, quem amat peccator amore amicitiæ: & quia vt ipſe Doctor inquit ibidem litera A. & B. in ſolo actu, qui eſt amor amicitiæ conſiſtit fruitio, nō verò in amore concupiſcentiæ: & dixerat in 1. art. huius quæſtionis, quod obiectum fruitionis eſt vltimus finis: ideo de primo ad vltimum dicendum eſt, illum eſſe vltimum finem fruitionis peccatoris, quem amat peccator amore amicitiæ: & quia (inquit Doctor) quod ſe ipſum amat peccator amore amicitiæ, ideo infert, quod fruitur ſe ipſo: cum hoc tamen non pugnat, quod ipſemet homo ſit ſibi finis *cuius*: quia ratio finis *cuius* ſolum petit vt cetera ſint propter ipſum: quod optime compatitur cum hoc, quod eſt eſſe obiectum amoris amicitiæ: qui amor amicitiæ, vt ex Scoto vidimus, ſolum *habet tendere in obiectum, vt in ſe eſt bonum*, quod optime includit omnia diligi propter ipſum, & eſſe gratia illius: verum eſt tamen, quod in eodem homine ſic dilecto à ſe ipſo eſt duplex reſpectus, vel (inquā) in ipſo, vt diligente ſe: nam quatenus diligit ſe, vt ſummum bonum (ſaltem æſtimatiue) reſpicit ſe ipſum amore amicitiæ: quatenus verò hoc ſummum bonum diligit ſibi, reſpicit ſe amore concupiſcētiæ: quia diligit aliquod bonum alicui, quod veram cōcupiſcentiam importat: & ideo ſecūdo modo dicimus, peccatorem ſe ipſum diligere amore concupiſcentiæ: non quidem prout abſolute diligit ſe ipſum, quatenus bonum ſummum æſtimatur eſſe; ſed quatenus hoc tale bonum ſibimet concupiſcit. Stat ergo eūdem hominem reſpectu ſui ipſius poſſe habere rationē finis vltimi, vt *cui*, & vt *cuius*.

29. Quando ergo Scotus inquit, quod peccator diligit obiectum actus peccati amore concupiſcentiæ, non intelligendum eſt, quod loquatur de amore, quo adhæret vltimo fini *cuius*, ſed de illo, quo adhæret fini intermedio, qualis eſt tale obiectum: vel ſecundo intelligendum eſt loqui de ipſomet peccatore: quatenus vt ſubeſt inordinato amori ſui ipſius, & vt æſtimatur à ſe tanquam ſummum bonum, eſt obiectum commune omnium actuum, quibus peccat, hoc eſt, eſt finis vltimus, *cuius* gratia cætera obiecta taliū actuum diliguntur à ſe: quia ideo cætera obiecta diligit in Dei contemptum, quia ſe ipſum in Dei contemptum, tanquam ſummum bonum diligit: ideoque prout talia obiecta ſub ſunt illi inordinato amori quo ſe ipſum diligit, & ſe præfert Deo vltimo fini, induūt eandem rationem formalem, ſub qua appetuntur à peccatore: quia ergo hæc ratio formalis, nempè inordinatæ ſui dilectionis, conuenit ſibi ipſi, ideo in ipſomet peccatore reperitur ratio finis, *cuius*, de quo fine loquitur Scotus, quando dicit, quod obiectum actus peccaminoſi diligitur à peccatore amore concupiſcentiæ. Ex quo ſecundum eundem Doctorem infertur, peccatorem, dum peccat, eodem duplici amore, ſcilicet, amicitiæ & concupiſcentiæ, ſe ipſum diligere.

30. Sed ſi tunc arguas, quod ruit ſæpè tradita doctrina præſertim ſupra nu. 8. & 16. & 20. quod, ſcilicet ratio vltimi finis conſiſtit in eo, quod eſt eſſe irreferibilem in finem vlteriorem: hoc enim quamuis optime peccatori conueniat, cum ipſi repugnet ordinari in Deum finem vltimum: minime tamē videtur, poſſe ipſi homini adaptari, qui profectò in Deum ordinabilis eſt: & ideo ſecundum dicta nō poteſt habere rationem vltimi finis. Ad hoc tamen facile reſpondetur, hominē quidem

dem dupliciter poſſe conſiderari, vel præciſe ſecundum ſe: & vt ſic eſt ordinabilis in Deum tanquam in finem vltimum, vel vt ſubeſt inordinato amori, quo ęſtimatur, vt ſummum bonum in contemptum Dei; ſecundum quam conſiderationem eſt obiectū in ordinatæ fruitionis, & finis vltimus peccatoris, & vt ſic non eſt ordinabilis in Deum: imò non minus ſibi repugnat pro tunc in Deum ordinari, quam repugnat ipſi amori inordinato, cui ſubeſt: quod idem dicendum eſt de alijs creaturis, quę de ſe ſunt bonæ, vel ſaltim indifferentes, ſi amore inordinato diligantur.

31. Vrgebis tamen forſan, quod non poteſt poni ex parte obiecti ipſa operatio potentiæ: ſed antecedenter ad operationem debet præſupponi obiectum habens omnem rationem obiectiuam: ergo ſi homo eſt obiectum ſui ipſius, tanquam vltimus finis debet præſupponi in ratione vltimi finis antecedenter ad ſui amorem; quia talis amor reſpicit illum, vt vltimum finē: & ex conſequenti non poteſt habere rationem vltimi finis, prout ſubeſt in ordinato amori: ſed per ſe nō eſt irreferibilis in Deum, niſi prout inordinato amori ipſius ſubeſt: ergo non poteſt habere rationem vltimi finis, quæ conſiſtit in hoc, quod eſt eſſe irreferibilem in alium finem.

32. Argumentum hoc vrgeret quidē, ſi ab Scoto non haberetur ſolutio. Habemus tamen illam in tertio articulo huius primæ quæſtionis in corpore, vbi oſtendit rationes finis in tribus finibus, quos ibi diſtinguit: & de fine præfixo, ſeu præſtituto (de quo hic loquimur) inquit. *Sed in fruitione finis præfixi ratio finis ſequitur actum &c.* Et dat rationem: *quia voluntas appetendo illud propter ſe tribuit ſibi rationem finis*: qua Scoti ſolutione reſpondetur ad argumentum, ideò hunc finem eſſe verū, ſed pręſtitutum; quia ipſum voluntas conſtituit in ratione finis vltimi, pro eo quod obiectum, nempe, ſeipſum diligit propter ſe, æſtimando ſe tanquam ſummum bonum in veri ſummi boni contemptum.

33. Iam ergo Ægidij argumenta ſoluendo, dico, primum de ſumptum ex locis ſacræ Scripturæ, nihil concludere contra ea, quæ diximus: nam licet dicatur ad Epheſios 5. *auaritiam eſſe idolorum ſeruitatem*, & ad Phylipenſes 3. *delitioſum habere ventrem pro Deo, quorum Deus venter eſt* &c. & Hieremiæ 2. *dereleliquerunt me fontem aquæ viuæ* &c. Omnia hæc, & ſimilia loca non inferunt ipſa vitia, ſeu peccata ad bona commutabilia, eſſe vltimos fines peccatoris; ſed eſſe fines intermedios, propter quos etiam derelinquitur verus finis vltimus, ſicut derelinquitur propter illum finem vltimum præſtitutum, cuius gratia ſunt: nā ſicut omnia media diliguntur propter finem, cuius gratia ſunt: ſic etiam ea ratione, qua ſunt media ad talem finem, opponuntur illi fini, cui opponitur finis; cuius gratia ſunt. Vnde data hypoteſi, quod dilectio vltimi finis commutabilis eſſet idolatria, etiam dilectio mediorum ad talē finem idolatria eſſet: quia media vt media diliguntur ob bonitatem participatam a fine: non tamen prædicta loca dicunt, peccatores bonum commutabile, quod conſtituunt ſuum vltimum finem, Deum ſibi conſtituere: ſed quod bonum illud, ideò ſibi finem vltimum conſtituunt, quià illud plus diligunt, quam Deum, & eodem modo loquitur Scriptura de illis vitijs, quæ ſunt media ad hunc finem: Vnde *quorum Deus venter eſt*, debet exponi, non quod venter ſit Deus delicioſi, ſed quod ventrem diligit pluſquam Deum.

Solutio argumētorū Ægidij.
Ad Epheſi.
Ad philip.
Hieremiæ.

Ad aliud autem argumentum, quo 34
Ægidius ex Phyloſophia probat finem *cuius*, amari amore concupiſcentiæ, non vero amore amicitiæ, reſponſum eſt ſatis ſupra num. 28. & præterea bene ſoluitur a Zumelio, dum ait, quod peccator eſt finis ſui, quatenus participatur in alio deſiderato, & concupito: quod licet fateatur Ægidius ſe non percipere. Sed quia Zumel non exacte explicat mentem ſuam, facile tamen intelligi poteſt, aduertendo, quod dum peccator ſe ipſum inordinate diligit, illa inordinata dilectio non eſt ſolum in communi, ſed quaſi contracta in tali, vel tali actu peccati: nemò

nemo enim eſt, qui ſe plus diligat, quā Deum in hac præciſa ratione dilectionis: quia nunquam fit comparatio inter ſe diligibilem, & Deum diligibilem, vt ſe potius eligat diligere, quàm Deum: ſed oblata occaſione obſeruādę legis diuinę, in cuius obſeruatione Deum diligere debebat, eliget legem tranſgredi: & hæc legis tranſgreſsio eſt propter ſe inordinate amatū (ſaltim virtualiter) & ex hoc inordinato amore, ſe præfert Deo ſumme diligibili: ex quo ſibi prouenit ſe ęſtimare, tāquam ſummum bonū diligibile: quia ergo illa talis inordinata dilectio ſeſt (vt ita loquar) contracta in hoc, vel illo actu peccati, vt pote in luxuria, aut auaritia, ideo in eorum obiectis participatur homo inordinate dilectus, vt pote in diuitijs, in libidine &c. Quatenus ergo inordinate amatur homo à ſe in his actibus, participatur ab illis, in quibus ſe ipſum inordinate amat: & quia omnes tales actus ſunt propter ipſum inordinate amatū, ideo ipſe eſt vltimus finis *cuius* illorum.

§. 5.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

35. 1. concluſ. HIS ergo præhabitis difficultatem concludendo, dico primo: quod non poteſt homo ſibi prohibito cōſtituere finem vltimum in quacūque creatura referibili in Deum verum finem vltimum: concluſio hęc ſatis probata, & expoſita eſt ſupra num. 16. & num. 30. & amplius probatur ex Diuo Auguſtino in libro primo de doctrina Chriſtiana cap. 3. vbi inquit *ſi eis, quibus vtendum eſt, frui voluerimus, impeditur curſus noſter &c.* Ac ſi dicat, ſi velimus cōſtituere vltimum finem in his rebus, quibus tanquam medijs ad fruēdum vero vltimo fine vti debemus, impoſsibilis nobis fit curſus huiuſmodi dilectionis, quia tales res, eo quod ſunt referibiles in finem vltimum, nō habēt aptitudinalem illam excluſionem ordinabilitatis in alium finem, quam prærequiri ad rationem vltimi finis, ex notatis, & probatis ſupponimus.

36. 2. concluſ. Dico ſecundo, quod homo dum mortaliter peccat prohibito ſuæ volūtatis conſtituit ſibi in creatura finem vltimum. Conc. hæc eſt Scoti, & Diui Thomæ, & communis apud omnes Theologos, vno dempto Adriano dumtaxat, quæ probatur primo ex locis ſacræ Scripturæ: nam ad Phylippenſes tertio inquit Apoſtolus: *nunc autem flens dico inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum.* Quibus verbis oſtendit delitioſos vltimū finem conſtituiſſe in creatura, dum ſe ipſos diligunt in gloria ventris ſui, ac ſi eſſet eorum Deus, quatenus hanc gloriam vanam cœleſti beatitudini præferunt. In quo ſenſu etiam loquitur Apoſtolus ad Epheſios 5. dum appellat auaritiam idolum cupidi peccatoris, prout explicat Diuus Chryſoſtomus ibi homil. 13. ac etiam probatur ex illo Hieremiæ ſecundo, *dereliquerunt me fontē aquæ viuæ; & foderūt ſibi ciſternas diſsipatas:* in quo annotatur, peccatorem, eo quod Deum dereliquit, alium vltimum finem, nempē bonum commutabile, ſibi conſtituere, prout notarunt Diuus Ambroſius, & Diuus Hieronymus ſuper illa verba Matthei 18. cap. *qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus:* ac etiam Diuus Auguſtinus lib. 21. de ciuitate Dei cap. 16. ſuper Ioannem cap. 10. *dilexerunt &c.* probatur etiam alijs innumeris locis Sacræ Scripturæ.

Ad Phylip. — Ad Epheſ. — Chryſoſt. — Hieremiæ — D. Ambr. — D. Hiero. — Mat. c. 10. — D. Auguſ. — Ioan. 1.

Secundo probatur teſtimonijs euſdem Diui Auguſtini. nam libro 83. quæſt. quęſt. 30. ait, *omnis itaque humana peruerſio eſt fruendis vti velle, & vtēdis frui.* & 10. lib. de Trinitate cap. 10. inquit *fruimur cognitis, in quibus voluntas ipſis propter ſe ipſa delectata conquieſcit: nec eſt alia vita hominis vitioſa atque culpabilis, quā male vtens, & male fruens.* In quibus verbis ſanctus Doctor ſupponit, vltimum finem eſſe illum, quo fruitur 37.

fruitur homo, & inquit, quod tota malitia, & peruerſitas conſiſtit in hoc, quod eſt male frui, & male vti, ac ſi dicat, in ipſomet peccato, & malo conſtituere peccatorem ſibi vltimum finem, quo fruatur, vt pote in bono commutabili, ad cuius fruitionem vtitur etiam medijs peccaminoſis.

38. Probatur tertio concluſio ratione: nam, qui mortaliter peccat, eo ipſo quod peccat, auertitur à Deo vero fine vltimo, & vere ſummo bono, & conuertitur ad creaturam bonum commutabile, ergo plus diligit hoc bonum commutabile, quàm Deum bonum incommutabile: ſed hæc dilectio; qua præfert bonum commutabile bono incommutabili, eſt conſtitutiua vltimi finis: ergo in hac tali dilectione, & peccato conſtituit creaturam ſibi vltimum finem. Minorem probo: quia dilectio; qua diligitur Deus vt ſummum bonum, eſt dilectio vltimi finis: ergo dilectio, qua aliquod bonum æſtimatur vt ſummum, & vt ſic præfertur dilectioni ipſiuſmet Dei à fortiori erit dilectio vltimi finis. Quod autem peccator auertatur à Deo fine vltimo, & ſummo bono, eſt propoſitio de fide, vt patet ex Concilio Tridentino ſeſſione ſexta capite quinto. Et probatur ex illo Iſaiæ capite primo, *væ genti peccatrici populo ſcelerato &c. dereliquerunt Dominum*, & alijs innumeris ſacræ Scripturæ locis. *Conc. Trid. Iſai.*

39. Præterea probatur eadem concluſio: quia ratio vltimi finis ſolum competit ſummo bono; eo enim quod bonum eſt ſummum, non eſt in aliud bonum referibile, aut ordinabile: quod quidem eſt de ratione vltimi finis: ſed homo diligens bonum commutabile pluſquam bonum incommutabile æſtimat illud bonū præſtātiuſ eſſe ſibi, quàm iſtud, quatenus illum huic præfert: ergo cum illud ſit ſummum bonum à fortiori illud æſtimat ſummum bonum: ſed ſummo bono vt probatum eſt, competit ratio vltimi finis: ergo &c.

40. Dico tertio, quod peccator dum mortaliter peccat, ſe ipſum ſibi conſtituit vltimum finem. Concluſio eſt expreſſa Scoti, vt viſum eſt ſupra numero vigeſsimo quarto, & omnium Scotiſtarum, quam, vt vidimus, tenet Caietanus, & Zamel: & præter quam ab eodem Scoto ibi euidenter probatur, poteſt amplius confirmari primo, ex illo Ioannis duodecimo: *quoniam gloriam hominum dilexerunt magis, quam gloriam Dei*, & ex alijs ſacræ Scripturæ locis, ex quibus oſtenditur, peccatorem in dilectione ſui inordinata, qua ſe ipſum præfert Deo ſumme diligibili, velle ſibi vt vltimo fini magis gloriam, in qua delectatur temporaliter, quam gloriam Dei, quæ æterna eſt. *3. concluſ.*

41. Probatur deinceps ex Diuo Auguſtino, q. 113. lib. de libero arbitrio cap. 14. hanc conc. euidenter oſtendit. Hæc enim ſunt verba ipſius: *vnde hæc obſeruatio? niſi ex auerſione à lumine ſapientiæ? vnde autem hæc auerſio? niſi dum ille, cui bonum eſt Deus, ſibi ipſi vult eſſe bonum ſuum, ſicuti ſibi eſt Deus*: Quibus verbis non ſolum, vt Doctor expoſitiuus, ſed vt perſpicaciſsimus Theologus theologicè ſpeculatur huius concluſionis veritatem: non enim ſolum oſtendit, peccatorem ſe conſtituere finem vltimum, vt conc. aſſerit, ſed conſtituere ſe finem vltimum ſui, tam loquēdo de fine *cui*, quàm de fine *cuius*, quod Ægidius negare autumat: dū enim inquit, *niſi dum ille, cui bonum eſt Deus ſibi ipſi vult*: ecce finem *cui*: & progreditur *eſſe bonum ſuum* ecce finem *cuius*. Hoc idem confirmat ipſe Diuus Auguſtinus capite vigeſsimo quinto, quatenus ait: *ſi autem tanquam obuius placet ſibi ad peruerſe imitandum Deum, vt poteſtate ſua frui velit, tanto fit minor, quanto cupit eſſe maiorem.* Quod teſtimonium oſtendit hanc peruerſam imitationem, qua peruerſe peccator Deum imitatur, in hoc conſiſtere, quod ſicut Deus, & ſe ipſū *D. Auguſ.*

ci-

diligit tanquam ſummum bonum, & tanquam cui vult omnia bona ſibi, diligit ſe, & omnia ordinata ad ſe, in quibus noſtro modo intelligendi reperitur ratio finis *cuius*, & *cui*, (ſi in Deo daretur finis) ſic peccator, & ſe ipſum diligit æſtimando ſe, ac ſi eſſet ſummum bonum, & hoc bonum ſuum, & cætera bona diligit ſibi, tanquam *cui* vult omne bonum: & de ciuitate Dei cap. 28. (vt viſum eſt ſupra) *inquit amorem ſui ſuperuenientem, vſque ad contemptum Dei ædificaſſe ciuitatem Babilonis.* Ratione autem Scotica probatur hæc concluſio, prout habetur ſupra num. 24. & efficaciſsimè confirmatur ex notatis, & probatis num. 25. vſque ad 29.

§. 6.

Soluuntur argumenta ſententiæ Adriani.

42. *Ad arg. pro prima ſententia, & ad 1.*

Ad argumenta autem pro ſententia Adriani, & ad primum reſpondeo, quod, qui ex ignorantia inuincibili aliquid nimio zelo efficit, quod tamen contrariatur legi, propter talem ignorantiam excuſatur a peccato. Si vero ignorantia inuincibilis nõ fuerit, ſed affectata, quam ideo affectat peccator, quia ad falſam creaturæ bonitatem afficitur, tunc mortaliter peccat, ſi materia fuerit peccati mortalis: & eo ipſo, quod peccat, à Deo auertitur, & ad creaturam conuertitur: quia pro illis dixit Apoſtolus Romanorũ 2. cap. *quicumque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt*: hoc eſt, qui peccauerunt cum ignorantia legis, ſi illa ignorantia inuincibilis non fuit, procul dubio peribunt in peccato, ac ſi ſcienter peccarent: & quia cum auerſione à Deo, incompoſsibilis eſt dilectio eius: eo ipſo, quod mortaliter peccat, Deum non diligit, ſed creaturam, ad quam conuertitur, præfert ipſi met Deo, & illam re vera plus diligit, quã Deum: licet enim illã amore elicito non plus diligere videatur: eo tamen quod tenebatur, ignorantiam expellere, & legem ſeruare, & non ſeruauit, creaturam pluſquam Deum dilexiſſe interpretatur; & ideo in illa vltimum finem ſibi conſtituit. *Ad Rom.*

Ad ſecundum reſpondeo, eum, qui propter amici amorem iurat falſum, 43. *Ad 2. arg.* vt eius neceſsitati ſuccurat: procul dubio in illo actu plus amicum diligere, quam ſe ipſum: cum amici commoditatem bonitati propriæ conſcientiæ præferat, & ſuammet animam periurio velit ſpiritualiter interficere, vt amici vtilitati temporali ſubueniat. Nec obſtare poteſt, quod ille non ſit paratus exponere ſe periculo ſecandi digitum propter amicum: quia hoc nõ prouenit, niſi ex eo, quod ille plus æſtimat temporalia bona, quam ſpiritualia; non tamen ex inde ſequitur, quod in caſu argumenti non præferat amorem amici ſuæ propriæ dilectioni, quoad ſpiritualia: licet illum non præferat ſibi quo ad temporalia: quia quamuis plus æſtimandum ſit ſpirituale bonum, quam temporale, ille tamẽ qui libere agit, plus æſtimat temporale, quàm ſpirituale: & ideo in hoc præfert amicum ſibi, non tamen in illo.

Ad tertium dico: illam ſpem veniæ 44. non tollere à peccatore auerſionem à *Ad 3. arg.* Deo, à quo illam veniam ſperat: quinimo ſupponit, ipſum ſciẽter peccare, ſiquidem ſupponit ſe pro illa adhæſione, qua creaturæ adhæret, auerti à Deo; & ideo indigere venia ipſius, quã ſperat: vnde ſuppoſita tali ſciẽtia peccat, quod in eo arguit maiorem malitiam: ad ſummum ergo ex argumento infertur, ipſum non habere propoſitum permanendi in illa adhæſione, qua creaturæ tanquam vltimo fini adhæret, ſed recedendi ab illa pro eo quod ſcit ſe nõ conſequuturum veniã, quam ſperat, niſi ſe auertat à creatura, & conuertat in Deum: attamen pro illo tunc, quo non recedit a creatura, ſed eſt in eius complacentia, illi adhæret, tanquam fini vltimo, & illam præfert ſummo bono, quod eſt Deus.

Ad quartum, relictis alijs Vaſquij, 45. *Ad 4. arg.* Medinæ, & aliorum ſolutionibus, eo quod non nullas inſtantias patiantur, dico

dico impoſsibilem eſſe caſum argumenti, loquendo de animo efficaci: quamuis bene poſſet admitti in eo, qui peccat, quędam velleitas, quod ſi periculum pro fide tuenda inſtaret, il lud ſubiret: loquendo enim de animo efficaci, repugnat ipſum eſſe in obſequium, & dilectionem illius, quem in minori materia, & cauſa, & ſine tali periculo contemnit: verum etenim propoſitum moriendi pro fide includit dilectionem illius, pro cuius fide moritur: quia, vt argumentum probat; *maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat &c.* Hæc autem dilectio cum auerſione ab eodem, qui diligitur, quæ auerſio eſt per culpam, & offenſam peccati incompoſsibilis eſt.

46. *ad vlt. arg.* Ad vltimum dico, quod ille talis facta comparatione inter voluptatem libidinoſam, & totam ſuam ſubſtantiã plus diligit ſubſtantiam, quàm voluptatem: eo quod ita præfert ſubſtantiã voluptati, quod ſi totam ſubſtantiam neceſſario cõſumpturus eſſet, ad hoc vt voluptatem, aut dilectionem haberet, à propoſito voluptatis deſiſteret, ne totam ſubſtãtiam conſumeret. At verò facta comparatione voluptatis ad Deum, illam Deo ita præfert, vt potius eligat voluptati adhærere, quàm Deo: quòd autem habeat animum omnia erogandi pro Dei cultu, hoc non prouenit ex Dei dilectione, quã ex dictis in ſolutione præcedentis argumenti ſupponimus, incompoſsibilem eſſe cum peccato, quod à Deo auertit, ſed eſt aliqua velleitas inefficax: ſicut diximus de propoſito ſubeũdi Martyrium: & dato quod eſſet propoſitum efficax, non quidem proueniret ex Dei amore, quem ſimul cum auerſione peccati habere non poteſt: ſed fortaſſi proueniret ex animi liberalitate, quæ eſt virtus moralis compoſsibilis cum peccato: vel ex generoſitate circa res magnas, in quibus poſſet ſui nomen honorificum acquirere: ſicut fecerunt diuites plures nummos mittentes in Gazophylacium, vt patet ex illo Marci cap. 12. Ex his *Marc. 12.* ergo vel ex alijs ſimilibus cauſis prouenire poſſet prædictus animus omnem ſubſtantiam erogandi.

DIFFICVLTAS XX.

Vtrùm vnius hominis ita ſit vnus vltimus finis, vt plures in ſimul eſſe non poſsint? *Scotus.*

§. I.

Proponitur ratio dubitandi cum argumentis quibuſdam.

1. Quidam, quos innominatim refert Medina 1. 2. quæſt. 1. art. 5. in principio explicationis articuli, tenentes vnius hominis plures fines vltimos eſſe poſſe; id probant ſequentibus argumentis. Et primo: quoniam ſi vnius hominis nequeunt eſſe plures vltimi fines, hoc maximè eſt: quia vnus vltimus finis totam hominis inclinationem, & totum eius appetitum, & deſiderium implere: hæc tamen ratio non obſtat, quominus multos vltimos fines poſsit habere: ergo &c. Aſſumptum probatur: quia Peripatetici, qui cum Ariſtotele primo Ethicor. *Ariſtot.* ponunt vitam beatam, & finem vltimum hominis in operatione virtutis, & ſapientiæ, ſtatuunt plures fines vltimos, humanam etenim fœlicitatem, in bonis tum naturæ, cum etiã fortitunæ conſtituunt, in quo videntur diui di ab Stoicis, vt Author eſt Tulius 5. lib. de finibus.

2. Secundò quia poteſt quis velle, & ſimul appetere plura bona, quorum quodlibet ſit ſibi in ſuo genere vltimus finis, poteſt enim & velle plures diuitias, & plures honores, ac voluptatis delitias, & ſimilia: hæc etenim nullatenus ſubordinata videntur: ſed hæc omnia appetere poteſt, & media quidem ad ipſa conſequenda velle, & proſequi: quia in hoc nullum videtur adeſſe inconueniens. Hæc autem [illegible] vltimos fines diſtinctos, [illegible] poteſt, eo quod ex natura rei [illegible]

10. ficile videbitur, manifeſte oſtendo: nam verbi gratia quilibet Chriſtianus firmiter credit, Deum ſolummodo eſſe noſtrum vltimum finem: & tantum ab eſt, quod circa cognitionem veri vltimi finis habeat errorem in intellectu, quinimo pro huius articuli veritate millies mori paratus ſit: iſte tamen ſæpiſsime mortaliter peccat: quando ergo mortaliter peccat, vt pote in auaritia, vltimum finem conſtituit ſibi diuitias, quas tamen cognoſcit, & fide firmiſsima credit, non eſſe vere ſummum bonum, nec vltimum finem hominis: non ergo dicendum eſt, iſtum amiſiſſe fidem de vltimo fine, nec ex conſequenti credere diuitias noſtrum vltimum finem eſſe: quia nimis rigidum eſſet à quolibet fideli mortaliter peccante fidem illius articuli, *Deum, ſcilicet, eſſe glorificatorem*, auferre: iſte ergo vltimus finis tertio modo acceptus optime cum cognitione oppoſiti compatitur: non enim ibi eſt error in intellectu voluntatem fallente, ſed in voluntate ipſa creaturæ tanquam fini vltimo adhærente. Verum eſt tamen, quod aliqua bonitas ab intellectu proponitur voluntati in illo fine, quæ ſufficiens eſt, vt voluntatem inducat in dilectionem illius, tanquam ſi ſummum bonum eſſet: quia alias non poſſet illum appetere tanquam vltimum finem: nihilominus tamen hæc intellectus propoſitio non eſt cum errore veritatis, ſicut dicebamus de illo ſecundo genere vltimi finis apparentis: ſed intellectus proponit voluntati ſummum bonum, & vltimum finem noſtrum eſſe Deum, qui ſolus poteſt noſtrum appetitum quietare: atqui etiam proponit libidinem v.g. eſſe appetitui ſenſitiuo ſumme delectabilem, & facta comparatione inter vtrumque bonum, etiã id proponit voluntati hoc eſſe commutabile, illud vero incommutabile: qua tamen propoſitione facta, voluntas ſe determinat ad diligendum bonum commutabile, conuertendo ſe in ipſum, & auertendo ſe à bono incommutabili, & hoc modo creaturam ſibi vltimum finem conſtituit, non quidem per intellectus errorem, aut ignorantiam, ſed per ſui ipſius deprauatam æſtimationem, pluris, videlicet, creaturam bonum commutabile æſtimando, quàm Deum incommutabile bonum. de fine ergo iſto, tertio modo accepto, nempè, de fine præfixo, & præſtituto, præſens difficultas procedit.

§ 3.

Referuntur variæ expoſitiones illius axiomatis, quod, ſcilicet, mortaliter peccans, creaturam ſibi conſtituit finem vltimum.

PORRO qualiter (hoc ſemel admiſſo, quod peccans mortaliter creaturam ſibi finem vltimum conſtituat) poſsit intelligi, quemlibet mortaliter peccantem creaturam ſibi finem vltimum conſtituere? eſt diuerſa Doctorum ſententia. Vaſquius etenim quendam modum excogitat ſatis difficilem, & nimis confuſum: ad cuius intelligentiam diſtinguit triplicem finem vltimum: quorum primus eſt ille, qui non refertur in alium finem: & hic finis ſolet dici negatiue vltimus, hoc eſt, quia non alia ratione eſt vltimus, niſi quia actu non refertur in alium finem, licet tamen in illum poſsit referri: & dicitur quidem finis operis, quia in eo vltimo terminatur opus: non tamen eſt finis operantis, quia operans in talem finem non refert omnia ſua tanquam in optimũ, & maxime amabile: ſecundo modo dicitur finis operantis, quãdo nõ tãtũ opus

II. *Expoſitio Vaſquij circa finem vltimum peccatoris.*

opus ipſius in eo vltimo terminatur, ſed etiam operans refert ſe ipſum, & omnia ſua in illum tanquam in optimum, & maximè amabile. Tertio dicitur vltimus finis ille, qui etiam non eſt finis operantis, ſed operis, ſicut de fine primo modo accepto dictum eſt: differt tamen ab illo, quia non ſolum actu non refertur ad verum finem vltimum; ſed quia neque eſt referibilis in illum, eo quod opponitur ipſi, ita vt diſſoluat amicitiam cum illo. Primo modo, quicumque finis, qui appetitur gratia ſui, & non gratia alterius, dicitur finis vltimus: vt ſi quis appetat prudentiam propter ſe, non referendo illam in Deum finem vltimum. Secundo modo ſolus Deus, & beatitudo eſt finis vltimus. Tertio modo (inquit Vazquez) dicitur peccator, qui mortaliter peccat, cõſtituere ſibi vltimũ finẽ in creatura: nõ enim ſolũ conſtituit vltimum finem primo modo acceptum, quia vt ſic etiam, qui amat virtutem propter ſe ipſam, conſtituit vltimum finem operis in creatura: neque ſecundo modo, quia, qui peccat, non refert omnia ſua in obiectum peccati: ſed tantum tertio modo, quo non conſtituit ſibi vltimum finem, qui primo modo amat virtutem: quia licet iſte talis actu non referat virtutem in Deum: quia tamen appetit aliquid, quod Deo placet, qui eſt vltimus finis: ideo quoddammodo dicitur in Deum virtutem ſic dilectam referre, quia talis virtus dilecta non opponitur Deo, ſicut peccatum mortale.

12. *Impugnatio prædictæ expoſitionis.* Hæc tamen Vaſquij expoſitio nititur fundamento incerto: nam in primis ſupponit in illa diuiſione finis vltimi, omnem finem, qui diligitur propter ſe, eſſe vltimum, eo quod non referatur in alium vlteriorem: quod plane falſum eſſe oſtendimus ſupra in difficultate 17. numer. 12. & tenent omnes Theologi, qui fines intermedios admittiſt, qui ſunt pleriqueomnes: nam cum de ratione finis in vniuerſum ſit diligi propter ſe, conſequenter omnes fines, etiam intermedij, eſſent vltimi, quod falſum eſſe apertũ eſt. Requiritur ergo ad rationẽ vltimi finis illa excluſio, & negatio diligibilitatis propter aliud: ita quod ſi hæc ratio à fine vltimo adimatur, iam finis vltimus non erit: quia ex tribus conditionibus, quas ad finem vltimum prærequiri ſupra numero octauo tradidimus: hæc excluſio ordinabilitatis ad aliud eſt conſtitutiua ratio vltimi finis, & diſtinctiua ab omni non tali: quod ibi, & in citata difficultate decima ſeptima ſatis oſtenſum eſt. Peccat præterea hæc expoſitio Vaſquij in diſtinctione finis operis, & operantis, quam ponit, quæ longe diuerſa eſt ab ea, quam communiter tradunt omnes Theologi: vnde confuſionem ingerit omnibus, qui eam aliter dedicerunt, vt bene notauit Ægidius. Et tandem deficit dicta expoſitio, quia adhuc ſub lite eſt, an omnia quæcumque agit homo, etiam quando mortaliter peccat, referantur in Deum finem vltimum (de quo erit vigeſsima prima difficultas) hoc tamen Vazquez tanquam certum, & indubitabile ſupponit, dum totam rationem differentialem tertij vltimi finis (de quo hic procedimus) conſtituat eſſe illam negationem ordinabilitatis in Deum finem vltimum, eo quod opponitur ipſi: quod quidem veritatem non obtinet in opinione eorum, qui tenent opera etiam, quibus homo peccat, in Deum referri: quod & ipſe Vazquez aliqualiter fatetur diſput. 6. capit. 3. §. *ego vero*, quatenus ſaltim concedit ipſa peccata non volita eſſe propter beatitudinem.

Aliter tamen hanc ſoluunt difficultatem Thomiſtæ quidam, vt teſtatur Zumel prima ſecundæ quæſt. 71. articul. 6. diſput. 11. in ſolutio. difficultatum, & quæſtion. 77. artic. quarto in dubio annexo: qui quidem aſſerunt, hominem mortaliter peccantem non conſtituere ſibi vltimum finem creaturam formaliter, & expreſſe ei tanquam vltimo fini adhærendo, ſed tantum virtualiter, & interpretatiue: quod ſic exponitur: nam 13. *Explicatio quorumdã Thomiſtarum circa vltimum finem peccatoris. Impugnatio prædictæ explicationis.*

Digitized by Google

ideo peccator dicitur conſtituere ſibi creaturam vltimum finem, quia non ordinat actionem illam, qua peccat, in Deum finem vltimum verum, nec creaturæ adhæret tanquam medio ad vltimum finem verum. Sed hæc interpretatio profectò reijcitur merito ab ipſo Zumel, & ab alijs ferè omnibus, & præſertim ab Ægidio optime impugnatur.

14. Quibus addo: quod ſi peccans mortaliter formaliter, & expreſſè adhæret creaturæ, quia peccatum eſt conuerſio ad creaturam (ſaltim loquendo de peccato cōmiſsionis, quo quis liberè diligit vetitum, de quo potius vrget difficultas) arguo ſic: omnis formalis dilectio, vel eſt finis, vel medij (ſuppono quod hæc dilectio non poſsit eſſe alicuius boni abſoluti in via eorum) ſed peccans formaliter diligit creaturam: ergo formaliter diligit illam, vt medium, vel vt finem. Non vt medium: quia fruitur ipſa, & fruitio non eſt circa medium: nam vt docet Diuus Auguſtinus libr.83.quæſtion.quæſt.30. *Omnis itaque humana peruerſio eſt fruendis vti velle, & vtendis frui*: ergo vt finem. Tunc ſic, ſed non vt finem intermedium, quia peccatum non eſt ordinabile ad vltimum finem, cui opponitur: ergo vt finem vltimum: ſed hæc dilectio eſt formalis, vt vidimus: ergo formaliter adhæret peccator creaturæ vt vltimo fini.

15. *Explicatio Ægidij circa finem vltimum peccatoris.* Tertia expoſitio eſt ipſius Ægidij §.ſecundo, vbi inquit, peccatorem ponere finem vltimum in creatura ob duplicem rationem. Prior eſt, quoniam, qui illam non amat gratia alterius; ſed propter ſe tanquam ſummum bonum, eo quod creatura fruitur, illam vltimatè amat: poſterior verò ratio eſt, quia licet iſte talis ſecundum effectum non omnia ſua referat in illam creaturam, quam ſic amat, tamen ſecundum affectum cætera omnia bona ſua, ſaltim interpretatiuè, refert in illam. Primum ergo probat Ægidius: quia quod peccator creaturæ adhæreat vt ſummo bono (inquit ipſe) dubitari non poteſt: nam cum bonum illud pluris æſtimet, quàm Deum, proculdubio illud in ſua æſtimatione amat vt ſummum. Secundum verò probat: quia hæc eſt natura ſummi boni, vt cætera ſui gratia finalizet: cum ergo ſecundum æſtimationem peccantis, creatura illa ſit ſummum bonum, ex dilectione illius interpretatur affectiuè, omnia referre in illam tanquam in vltimum finem.

Hæc tamen Ægidij explicatio minimè placere poteſt: quia illa duplex ratio, in qua fundatur, veritatē haud continet. De prima enim patet: tum quia ad rationem vltimi finis non ſufficit, vt quis illum appetat propter ſe, & ſui gratia, & non gratia alterius: tunc enim quilibet finis intermedius poſſet eſſe alicui finis vltimus, ſi illum ad vlteriorem, vſque ad vltimū, non referret: & tunc quælibet virtus poſſet homini eſſe finis vltimus, ſi illam propter ſe ſine reſpectu ad verum vltimum finē diligeret: quod eſt à perte falſum: nam licet quis diligeret prudentiam propter ſe, ſine eo quod illam actu referret in Deum: non adhuc illam poſſet ſibi conſtituere finem vltimum: quia cum per talem virtutem non auertatur à Deo, qui eſt ſibi verus finis vltimus, non poteſt ſibi illam finem vltimum conſtituere: impoſsibile enim eſt, vt homo ſimul duos fines vltimos ſibi poſſit habere, vt in ſequenti difficultate oſtendam: ſed donec à Deo per peccatum non auertitur homo, habet Deum pro fine vltimo ſuo, in cuius gratia, & amore, ſaltim habitualiter, exiſtere ſupponitur: ergo in illa virtute, quæ illum non auertit à Deo, non poteſt finem vltimum conſtituere: quia tunc proculdubio duos vltimos fines ſimul haberet: ratio igitur finis vltimi non ſolum requirit actualem negationem ordinabilitatis in aliud, ſed aptitudinalem: ita vt ſibi repugnet in alium finem ordinari: in quo puncto Vaſquij expoſitio verior quidem eſt, quam Ægidij: quia igitur ſolummodo peccato repugnat ordinari in Deum, qui eſt verè vltimus finis,

16. *Impugnatio explicationis Ægidij.*

Quid requiratur ad veram rationem vltimi finis.

finis,tanquam in finem vltimum (vt in difficultate 21. oſtendimus) hinc eſt,quod ſolũ poterit homo ſibi pro libito finem vltimum conſtituere in peccato: non verò in aliquo alio ordinabili in Deum: deficit ergo illa prima ratio Ægidij,tum quia non ponit ibi veram rationẽ vltimi finis, vt probatum eſt: tum etiam quia aliud, quod aſſumit,nempè,talem finem appetere tanquam ſummum bonum,non eſt ita abſolutè admittendũ,eo quod tale bonum non apprehenditur ab intellectu vt ſummum, vt oſtendi ſupra, & infra amplius patefaciam: volũtas autem non poteſt diligere vt ſummum bonum,niſi quod ſibi vt ſummum bonũ ab intellectu proponitur: cũ enim ſit potentia cæca non poteſt in obiecto diligere,quod ſibi nõ proponitur ab intellectu tanquam diligibile.

17. Porrò deficit ſecũda ratio Ægidij, quatenus inquit,quand peccans mortaliter,omnia ſua bona effectiue interpretatiue refert in peccatũ,quod peccat,ſeu in creaturam,cui adhæret tanquam vltimo fini, nam hoc pugnat cum ſententia eiuſdem,qui ibidem n. 14. impugnans ſententiam illorum Thomiſtarum,hæc inquit. Quocumque modo intentionem interpretatiuam explicẽt; illa ſemper ſupponit id, quod interpretatiuè eſt volitum, potuiſſe eſſe actu volitum in ſeipſo. Hæc Ægidius,ex quibus cõtra ipſum ad hominem ſic retorquen argumentum, ad interpretatiuam intẽtionem ſemper ſupponitur id,quod interpretatiuè eſt volitum, potuiſſe eſſe actu volitum in ſeipſo: ſed quando homo peccat mortaliter,nõ ſupponitur omnia bona hominis potuiſſe in ſe ipſis eſſe volita propter creaturam; cui adhæret in peccato: ergo non ſunt interpretatiue volita propter illam: & ex conſequenti,nec ſaltim interpretatiuè, refert homo, quando mortaliter peccat, affectiue omnia ſua bona in creaturam, cui peccando adhæret tanquam vltimo fini. Diſcurſus eſt legitimus: conſequentia eſt euidens: & maior eſt Ægidij. Minorem verò demonſtro: quia multa ſunt bona, quæ habet homo peccans,quę non potuerunt eſſe volita propter peccatum, aut propter creaturam, cui adhæret peccando: habet enim virtutes morales,quæ non poſſunt eſſe volitæ propter peccata,quibus opponuntur,tanquam vitijs ſibi contrarijs: quia abſtinentia non poteſt eſſe volita propter gulam,nec continentia propter libidinem &c. Imò inter ipſa vitia,& peccata ſunt aliqua, quorum vnum repugnat ordinari in aliud, vt pote,prodigalitatem in auaritiam, & alia ſimilia vitia oppoſita: quomodo igitur ſuſtineri poteſt hominem mortaliter peccatorem omnia ſua bona interpretatiue referre in illum vltimum finẽ, quem in creatura conſtituit? Nec valet,ſi dicas, ipſum hominem eſſe illum finem vltimum, in quem homo refert hæc talia bona: nam hic nõ agit Doctor iſte de fine *cui* (de quo an ſit ipſe homo peccans reſpectu ſui,dicemus infra)ſed de fine *cuius*, nempè de ipſo ſummo bono,cuius gratia diligit homo cætera bona, tanquam propter vltimum finem, vt patet in ſecunda concluſione ipſius poſita ibidem §.3. Quamuis enim homo ſit vltimus finis ſui ipſius,quatenus ſibi vult illud ſummum bonum, quod diligit: ipſe tamen non poteſt ſibimet eſſe ſummũ bonũ,ſecũdũ ſententiã Ægidij ipſius: ſententia autem Ægidij procedit de illo vltimo fine,qui tanquam ſummũ bonum diligitur à voluntate,in quem inquit peccatorem referre omnia bona ſua,ſaltim interpretatiue. Propter hæc igitur,& alia diſplicet prædicta Ægidij expoſitio.

Iam ergo,vt iuxta mentem Doctoris explanemus, qualiter homo peccans mortaliter creaturam ſibi vltimum finem conſtituat,obſeruandum eſt tertio ex ipſo in hac quæſtion. artic. 3. quod obiectum fruitionis eſt finis vltimus: ex quo à poſteriori ſequitur,illum eſſe finem vltimum, quo diligens fruitur; nam vt Diuus Auguſtinus libr. 10. de ciuitate Dei capit. 10. & libr. 1. de doctrina Chriſtiana cap. quarto & quinto, *frui non eſt aliud, quã alicui tanquam vltimo fini adhærere*. Ex 18.

Explicatio propria Authoris iuxta mentem Scoti.

D. Augu.

Quid ſit frui.

quo infertur: quod tunc homo conſtituit creaturam ſibi vltimum finem, quando fruitur ipſa: & tunc è conuerſo fruitur illa, quando illi tanquam vltimo fini adhæret: adhærere autem alicui obiecto tanquam vltimo fini, eſt quietari in ipſo. Ille ergo, qui in aliqua creatura vltimate quietatur, conſtituit illam ſibi vltimũ finem, & hęc eſt præciſa ratio conſtituendi vltimũ finem ſecundum expreſſam mentem Scoti:

19. Dupliciter ergo poteſt voluntas hominis quietari in obiecto: vel quidem, quod quietatio tantum ſe habet ex parte voluntatis volentis ſe quietare in illo, ea præciſa ratione, quia illud diligit propter ſe vltimate, eo quod non ſit diligibile propter aliud. Vel ſecundo poteſt quietatio eſſe ſimul ex parte voluntatis ſic ſe volentis quietare in obiecto, & ex parte ipſius obiecti quietantis illam per terminationem dilectionis ipſius. Primo modo non dicitur, voluntatem quietari ſimpliciter, ſed ſecundum quid, vt optime notauit Doctor in illo citato articulo tertio quæſtionis quintæ huius diſtinctionis ſolutione ad primum: quia tantum eſt quietatio ex parte volentis ſe quietare: ſecundo verò modo dicitur quietari ſimpliciter. Huius autẽ diſtinctionis ratio à priori eſt: quia quietatio, quæ prouenit tantum ex voluntate, in tantum voluntatem quietat, in quantum obiectum acceptatur, & æſtimatur ab ipſa voluntate vt quietatiuum ſui. Sed non æſtimatur, nec acceptatur à voluntate vt quietatiuum ſui, niſi prout præciſe ipſum obiectum in ſe eſt irreferibile in aliud quietatiuum vlterius, vt docet Scotus ibi, non tamen quietat ſimpliciter, quia ad vltimum quietatiuum duo requiruntur, & ſcilicet, primo quod ſit irreferibile in aliud, & ſecundo quod ipſum in ſe ſit immobile. quia quietatio in re mobili eſt nimis imperfecta, & ideo non poteſt dici quietatio ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Vnde eſt, quod quando quietatio habet ſe ex parte voluntatis volentis ſe quietare, & ex parte obiecti quietantis illam, quod quidem obiectum non ſolum eſt irreferibile in aliud vlterius bonum, ſed etiam in ſe ipſo eſt immobile: tunc perfectiſsime quietat voluntatem, & voluntas ſimpliciter quietatur in illo. Hoc ſecundo modo ſolus Deus eſt finis vltimus hominum: quia ipſe ſolus eſt obiectum immobile: & ideo ſimpliciter quietat hominis appetitum: priori autem modo homo mortaliter peccans conſtituit creaturam ſibi vltimum finem: quia in re mobili vult ſe quietare, & in ea, quatenus eſt ex parte voluntatis dicitur quietari ſimpliciter; licet non quietetur niſi ſecundum quid.

20. Ex quibus deducitur, rationem finis vltimi vt ſic, prout abſtrahit à fine vltimo vero, & præſtituto, quæ, ſcilicet, omni fini vltimo conuenit; nullam aliam eſſe, niſi quod talis finis vltimus ſit bonum quoddam irreferibile in aliud bonum. Hæc tamen ratio communis finis vltimi contrahitur per duplicem differentiam, quaſi ſpecificam, nempè, mobilitatem, vel immobilitatem obiecti: nam bonum irreferibile aliud eſt immobile, aliud verò mobile: bonum igitur irreferibile, quod eſt immobile, eſt ille verus finis vltimus, qui vere eſt ſummum bonum, & ſimpliciter quietat voluntatem hominis, & hic talis finis vltimus ſolus eſt Deus: quia ſoli Deo competit hominis voluntatem immobiliter quietare: & ideo in hac immobili quietatione voluntatis perfectiſsima hominis fœlicitas, & beatitudo conſiſtit: bonum verò irreferibile, quod eſt mobile ob ſui mobilitatem, mobiliter hominis voluntatem quietat: & ideo imperfecte voluntas quietatur in illo: quia ex mobilitate obiecti oritur mobilitas quietationis: & ideo hæc quietatio tempore perit. Tale obiectum eſt creatura, cui adhæret homo in peccando: & hæc ſpecialis ratio vltimi finis eſt, quæ contrahit illum gradum ſuperiorem vltimi finis in communi. Vnde ſequitur, quod homo peccans verè ſibi conſtituit creaturam vltimum finem:

Per quid contrahitur finis vltimus ad eſſe verum & nõ verũ.

non

non tamen illam ſibi conſtituit verum vltimum finem: quia ad primum ſufficit, quod huic creaturæ conueniat illa ratio irreferibilis in aliud bonum: ad ſecundum verò requiritur, quod hoc tale ſic irreferibile eſſet verum bonum; non autem eſt verum bonum, niſi bonum ſit immobile: igitur non conſtituit homo, nec poteſt conſtituere creaturam ſibi verum vltimum finem. Conſtat ergo ex dictis, quod tunc homo creaturam ſibi vltimum finem conſtituit, cum illi adhæret tanquam vltimo fini ſecundum illam præciſam rationem irreferibilitatis in aliud: dummodo tamen iſta ratio irreferibilitatis fundetur in ratione ſummi boni: de quo infra in difficultate ſequenti num. 32. & ideo non conſtituit illam ſibi verum vltimum finem: quia illud tale irreferibile, mobile eſt, & ideo eſt imperfectus finis vltimus, quo imperfecte fruitur homo, eo quod non ſimpliciter quietatur in illo etiam ex parte obiecti, ſicut ſimpliciter quietatur ex parte voluntatis volentis ſe quietare in illo, eo præciſe, quo eſt irreferibile in aliud bonum, quæ propterea potius eſt quietatio ſecundum quid, quam ſimpliciter: & quia in omnibus creaturis nulla alia eſt irreferibilis in Deum verum finem vltimum, niſi illud, quod eſt peccatum; ideo tantum ſibi poteſt homo prohibito conſtituere creaturam vltimum finem, quando mortaliter peccat: & hæc eſt expreſſa Scoti expoſitio in locis citatis.

21. Demum, quod alij dicunt illi vltimo fini, qui creatura eſt, adhærere hominem tanquam ſummo bono, eſt planè falſum: nam licet voluntas illam creaturam acceptet, ac ſi eſſet ſummum bonum; non ideo illam habet pro ſummo bono, etiam dum ipſi adhæret; ſed tantum hoc eſt per æſtimationem: & non dicitur voluntatem æſtimare creaturam pro ſummo bono, eo quod illam cognoſcat, aut credat, aut velit eſſe ſummum bonum: ſed quatenus illam creaturam præfert ſummo bono: à quo propter eius dilectionem auertitur, adhuc præſupponendo cognitionem intellectus ſibi dictantis, & proponentis ſolum Deum eſſe ſummum bonum. Intellectus enim (prout ſupra numer. 10. oſtendi) de fide credit, nullam creaturam, ſed ſolum Deum eſſe ſummum bonum: & ſicut hoc credit, ſic voluntati proponit, & ad huius ſummi boni dilectionem dirigit ipſam: voluntas autem, hac propoſitione, & directione ſuppoſita, diligit bonum irreferibile mobile, quod eſt creatura, & quatenus hoc tale bonum in ſua dilectione præfert Deo vere ſummo bono, dicitur æſtimare creaturam tanquam ſummum bonum: ac ſi dicamus, quod facta comparatione inter vtrumque bonum, eo quod plus diligat mobile, quam immobile, quod tantum eſt ſummum bonum, dicitur in ſua æſtimatione præferre illud ad iſtud, & in hac præferentia conſiſtit eius æſtimatio: & eo quod bonum non ſummum, bono ſummo præfert, dicitur fini vltimo tanquam ſummo bono æſtimato adhærere.

Quo modo intelligatur, peccatorem adhærere creaturis tanquam ſummo bono.

Nec quidem ad rationem vltimi finis neceſſum eſt, quod ſit bonum, aut apprehendatur vt ſummum bonum, neque quod ſummè quietet, ſed quod æſtimetur vt ſummum bonum: quia intellectus, qui circa ſummi boni cognitionem non habet errorem, non poteſt (vt ſæpè dixi) fallere voluntatem: ſed tantum ad rationem vltimi finis. vt ſic requiritur, quod ſit in alium finem irreferibilis: quæ omnia expreſſis verbis locuit Doctor vbi ſupra dicẽs: *neque ſic debet intelligi quietatio ſumma: quia omnem quietationem viæ ſequitur maior patriæ: ſed propter actum irreferibilem ita acceptantem obiectum.* 22.

Scotus

(§)

§. 4.

Diſputatur, & concluditur, quo obiecto tanquam vltimo fine fruatur, qui mortaliter peccat.

23. SEd tunc eſt dubitatio, quo obiecto peccans mortaliter fruitur tanquam vltimo fine, an ſcilicet, actu ſuo, an vero obiecto ſui actus? Hoc dubium expreſsis verbis mouet Doctor in corpore illius citati articuli tertij quæſtionis 5. huius 1. diſtinc. quo ſoluto, tota difficultas complete reſoluta erit. Hoc quidem dubium ſoluere intendit Ægidius citato loco §. 3. vbi locupletiſsime contra Caycetanum, & Magiſtrum Zumel redarguit, ipſoſque, ac ſi ſoli vnius eſſent ſententiæ pro viribus conuincere elaborat. Diſtinguit ergo Ægidius de duplici fine, ſcilicet, de fine, *cui*, & de fine *cuius*, & reſpectu ſinguli, ſingulam concluſionem ſtatuit: ait enim in 1. concl. quod peccator, dũ peccat mortaliter, ſe ipſum diligit, tanquam vltimum finem, *cui*: & quia in hac concl. (vt ipſe fatetur) omnes conueniunt, non eſt cur de illa nouam altercationem habeamus. ſed cum communi omnium conſenſu ſuppono hic veriſsimam eſſe: quia peccator in ſuis operationibus ſe ipſum amat amore amicitiæ: ergo omnia bona, quæ appetit ſibi ipſi, appetit tanquam fini, *cui*, & quia ſe ipſum non refert in Deum; conſequenter omnia in ſe ipſum refert tanquam in finem vltimum *cui*, in quo quidem, vt bene refert Ægidius ex Diuo Auguſtino, diſtinguitur peccator à iuſto: quia iuſtus, etiam ſi omnia operetur propter ſe, imò & ipſam beatitudinem formalem, & obiectiuam, ſibi appetat tãquam propter finem *cui*, quia Deum ipſum, tanquam ſummum Bonum vult ſibi ipſi, non tamen ea ita ſibi vult vltimate, vt in ſe ipſo ſiſtat; ſed ideo ea appetit ſibi, vt ex tali beatitudine glorificetur Deus ipſe: & ſic ſe ipſum, & ſuã beatitudinem, & omnia ſua refert in Deum, tanquam in vltimum finem *cui*: at vero peccator omnia bona in ſe ipſum, tanquam in vltimum finem *cui* refundit, ſine eo quod talia bona, & ſe ipſum in finem vltimum verum referat. Hactenus loquẽdo de fine *cui* ſecundum omnium Theologorum cõſenſum habetur, hominem peccatorem eſſe finem vltimũ ſui ipſius.

Communis ſentẽtia, et vera tenet hominẽ eſſe finem vltimum cui reſpectu ſui quãdo mortaliter peccat.

24 Verum enim vero loquendo de fine *cuius*, longe diuerſa eſt difficultas, de qua tenet Ægidius in 2. concl. quod peccator non conſtituit ſe ipſum vltimum finem *cuius*: ſed hunc finem conſtituit in aliquo bono creato, quod tãquam ſummum bonum ſibi concupiſcit: quam concluſionem ait, communem eſſe omnibus (exceptis dumtaxat Caycetano, & Zumelio,) in quo plane fatetur Ægidius, ſe Scotiſtas, nec ipſum Scotum legiſſe, qui expreſsis verbis prædictæ concluſioni aduerſatur: nam propoſito dubio, quod tanquam ipſius Scoti propoſuimus, nempe, *quo obiecto peccans mortaliter fruitur; an ſcilicet actu ſuo, an obiecto ſui actus?* Hæc reſpondet ibidem continuo, *reſpõdeo, quod communiter fruitur ſe ipſo: quia obiectum actus ſui amat amore concupiſcẽtiæ: & per conſequens aliquid aliud amat amore amicitiæ quia omnẽ amorẽ cõcupiſcẽtiæ præcedit amor amicitiæ: illud autem aliud eſt ipſe met, cui vt amato amore amicitiæ appetit illud obiectũ. Vnde nõ fruitur obiecto ſui actus, nec per cõſequẽs ipſo aliu, ſuper quẽ non oportet primo reflecti.* Quã ſententiam (inquit Doctor) eſſe Diui Auguſtini 14. lib. de ciuitate Dei cap. 28. & ſupra Geneſ. lib. 11. cap. 22. dicentis, *quod duas ciuitates fecerunt duo amores, ciuitatem diaboli, amor ſui, vſque ad contemptum Dei: ciuitatem Dei amor Dei, vſque ad contemptum ſui.* Ex quibus ſic infert Doctor: *ergo prima radix ibi eſt, quod peccans fruitur ſe.* Quam Scoti ſententiam ſequuntur Tatharetus in 1. diſt. 1. quæſt. 9. §. *nunc applicando*, Baſſolis, quæſt. 2 art. 3: Lychetus, ibidem quæſt. 5. §. *ſed tunc eſt dubitatio*, & cæteri Scotiſtæ. Tenent ergo hanc ſententiam

Sententia Ægidij circa vltimũ finẽ cuius peccatoris

vera Scoti ſententia.

D. Aug.

Tatharet. Lychetus. Baſſolis. Caycetan. Zumel.

tiam Caytanus 1. 2. quæſt. 1. art. 5. & Zumel quæſt. 71. art. 6. diſp. 11. concl. 2. & alibi.

25. Hæc ſententia facilime percipietur, phyloſophando de vltimo fine vero, qui eſt Deus ad vltimum finẽ præſtitutum, qui eſt creatura. Recolendũ eſt ergo, quod dictum eſt ſupra in difficultat. 18. nu. 33. quod, ſcilicet, Deus eſt verus noſter vltimus finis duplici ratione: eſt enim finis vltimus, *cui*, & *cuius*: nam eſt finis *cui*: quia omnia bona refert, tam beatus, quam iuſtus in Deum, vt in illũ finem *cui* omnia bona vult: & eſt vltimus finis *cuius*, quia eſt ſummum bonum, cuius gratia cætera fiunt, & propter quem omnia diliguntur, & quod ſibi vult iuſtus. Huius inſtar modi dicendum eſt, hominis voluntatem, quando mortaliter peccat, ſibi conſtituere finem vltimum, tam *cui*, quam etiam finẽ *cuius*: vtraque autem iſta ratio finis reperitur in eodem homine peccatore: nam homo, & diligit ſe ipſum tanquam illum finem *cui* omnia bona appetit: & diligit ſe ipſum tanquã bonum, quod & ęſtimat tanquam ſummum, ea, ſcilicet, ratione, qua ſe ipſum præfert Deo vere ſummo bono in dilectione ſui ipſius: & ſicut plures fines intermedios vult iuſtus, vt pote, pęnitentiam, ſpem, gratiam &c. ad hoc vt fruatur Deo fine vltimo in beatitudine patriæ: ſic peccator vult plures fines intermedios, vt pote diuitias, luxurias, & ſimilia, propter fruendũ ſe ipſo. Ita quod quando peccator adulterium committit, non fruitur vxorata, ſed vtitur ea, tanquam medio ad fruendum ſe ipſo, & ſic de alijs bonis commutabilibus, quibus adhæret, dicendum eſt non adhærere illis, tanquam vltimis finibus, ſed tanquam intermedijs ad vnum vltimum finem ordinatis, propter quem omnia vult, & ad quem omnia refert, qui finis eſt ipſemet irreferibiliter ad alium.

26. Hoc euidẽter probat ratio Scoti ſupra poſita: nã frui eſt alicui bono adhęrere amore amicitiæ, tanquã vltimo fini: ſed amor amicitiæ eſt cauſa amoris concupiſcentiæ, & non è contra: ideo enim quis concupiſcit bona alicui: quia eſt ei amicus, non è conuerſo: ſi ergo peccator diligit adulteriũ, certum eſt, quod non diligit actum adulterij, nec eius obiectum, niſi quia diligit ſe ipſum, tãquam bonum quoddam, cui omnia vult, & in quod omnia bona refert, eo quod ęſtimat ſe ſũmum bonum, quatenus præfert ſe ipſum vero ſummo bono, qui eſt Deus, à quo per ſui inordinatam dilectionẽ auertitur. Ex his ergo concludit Doctor, quod prima radix diligẽdi quodcumque bonũ commutabile eſt, quod peccator fruitur ſe ipſo, tanquam bono ęſtimato pro ſummo, non ſolum *cui* vult omnia bona, ſed etiam *cuius gratia*, cætera bona commutabilia diligit: nam ſicut ex eo, quod iuſtus Deũ tanquam ſummum bonum, & vltimũ finem diligit propter ſe, hoc eſt propter ipſum Deum, ſe ipſum contemnit, & omnia vult propter illum: ſic vice verſa, peccator, ex eo, quod ſe ipſum, tanquam finem vltimum diligit, & vt ſummum bonum ęſtimat, Deum contemnit, & ſui ipſius gratia omnia vult: quod optime cõfirmant illa verba Auguſtini ab Scoto relata, ſcilicet, *de amore ſui, vſque ad contemptum Dei, & de amore Dei, vſque ad contemptum ſui.* Sicut igitur primus amor vltimi finis eſt cauſa amoris omnium finium intermediorum ad ipſum, vt patet de amore Dei, qui eſt cauſa, obquam iuſtus omnes virtutes diligit, & omnia præcepta diuina obſeruat: ſic primus amor, quem peccator habet, ſui ipſius eſt cauſa, obquam vult omnia bona cõmutabilia, quæ peccando refert in ſe: obiecta igitur peccatorum ſunt fines quidam intermedij, quos voluntas diligit propter amorem ipſius, cuius eſt voluntas; qui eſt vltimus finis eorum. Vnde (vt inquit Scotus in citatis verbis) peccator ſe ipſum diligit amore amicitiæ: obiecta vero ſuorum actuũ, in quibus mortaliter peccat, diligit amore concupiſcentiæ: qui ea diligit ſibi tanquam ſummo bono æſtimato vt tali.

Obſtabis tamen, quod finis *cuius* nõ diligitur amore amicitiæ, ſed amore concupiſcentiæ: finis autem *cui* eſſe qui diligitur amore amicitiæ: ergo cũ 27.

Sco-

Scotus dixerit obiectum actus peccaminoſi amari amore cõcupiſcentiæ, ipſum vero peccatorem amari à ſe amore amicitiæ: oſtendit peccatorem, eſſe finem vltimum ſui ipſius, loquendo de fine *cui*, non verò de fine *cuius*: ſed finem *cuius* eſſe ipſum bonum cõmutabile, quod eſt obiectũ actus peccati, vt pote diuitiæ ipſæ, aut libido &c. ſicut opinabatur Ægidius.

28. Ad hanc obiectionẽ reſpõdeo cum eodem Scoto in 4. diſt. 49. quæſt. 5. litera C. *quod actus amicitiæ tendit in obiectum, vt eſt in ſe bonum, actus autem concupiſcentiæ tendit in illud, quod eſt bonum mihi.* Dupliciter ergo poteſt intelligi peccatorem ſe ipſum diligere, vel primo tanquam bonum, vt æſtimatum à ſe ſummum bonum; vt ſic eſt finis vltimus, quem amat peccator amore amicitiæ: & quia vt ipſe Doctor inquit ibidem litera A. & B. in ſolo actu, qui eſt amor amicitiæ conſiſtit fruitio, nõ verò in amore concupiſcentiæ: & dixerat in 1. art. huius quæſtionis, quod obiectum fruitionis eſt vltimus finis: ideo de primo ad vltimum dicendum eſt, illum eſſe vltimum finem fruitionis peccatoris, quem amat peccator amore amicitiæ: & quia (inquit Doctor) quod ſe ipſum amat peccator amore amicitiæ, ideo infert, quod fruitur ſe ipſo: cum hoc tamen non pugnat, quod ipſemet homo ſit ſibi finis *cuius*: quia ratio finis *cuius* ſolum petit vt cętera ſint propter ipſum: quod optime compatitur cum hoc, quod eſt eſſe obiectum amoris amicitiæ: qui amor amicitiæ, vt ex Scoto vidimus, ſolum *habet tendere in obiectum, vt in ſe eſt bonum*, quod optime includit omnia diligi propter ipſum, & eſſe gratia illius: verum eſt tamen, quod in eodem homine ſic dilecto à ſe ipſo eſt duplex reſpectus, vel (inquã) in ipſo, vt diligente ſe: nam quatenus diligit ſe, vt ſummum bonum (ſaltem æſtimatiue) reſpicit ſe ipſum amore amicitiæ: quatenus verò hoc ſummum bonum diligit ſibi, reſpicit ſe amore concupiſcẽtiæ: quia diligit aliquod bonum alicui, quod veram cõcupiſcentiam importat: & ideo ſecũdo modo dicimus, peccatorem ſe ipſum diligere amore concupiſcentiæ: non quidem prout abſolute diligit ſe ipſum, quatenus bonum ſummum ęſtimatur eſſe; ſed quatenus hoc tale bonum ſibimet concupiſcit. Stat ergo eũdem hominem reſpectu ſui ipſius poſſe habere rationẽ finis vltimi, vt *cui*, & vt *cuius*.

Quando ergo Scotus inquit, quod peccator diligit obiectum actus peccati amore concupiſcentiæ, non intelligendum eſt, quod loquatur de amore, quo adhæret vltimo fini *cuius*, ſed de illo, quo adhęret fini intermedio, qualis eſt tale obiectum: vel ſecundo intelligendum eſt loqui de ipſomet peccatore: quatenus vt ſubeſt inordinato amori ſui ipſius, & vt æſtimatur à ſe tanquam ſummum bonum, eſt obiectum commune omnium actuum, quibus peccat, hoc eſt, eſt finis vltimus, *cuius* gratia cætera obiecta talium actuum diliguntur à ſe: quia ideo cætera obiecta diligit in Dei contemptum, quia ſe ipſum in Dei contemptum, tanquam ſummum bonum diligit: ideoque prout talia obiecta ſubſunt illi inordinato amori quo ſe ipſum diligit, & ſe præfert Deo vltimo fini, induũt eandem rationem formalem, ſub qua appetuntur à peccatore: quia ergo hæc ratio formalis, nempè inordinatæ ſui dilectionis, conuenit ſibi ipſi, ideo in ipſomet peccatore reperitur ratio finis, *cuius*, de quo fine loquitur Scotus, quando dicit, quod obiectum actus peccaminoſi diligitur à peccatore amore concupiſcentiæ. Ex quo ſecundum eundem Doctorem infertur, peccatorem, dum peccat, eodem duplici amore, ſcilicet, amicitiæ & concupiſcentiæ, ſe ipſum diligere. 29.

Sed ſi tunc arguas, quod ruit ſæpè tradita doctrina præſertim ſupra nu. 8. & 16. & 20. quod, ſcilicet ratio vltimi finis conſiſtit in eo, quod eſt eſſe irreferibilem in finem vlteriorem: hoc enim quamuis optime peccato conueniat, cum ipſi repugnet ordinari in Deum finem vltimum: minime tamẽ videtur, poſſe ipſi homini adaptari, qui profecto in Deum ordinabilis eſt: & ideo ſecundum dicta nõ poteſt habere rationem vltimi finis. Ad hoc tamen facile reſpondetur, hominẽ quidem 30.

dem dupliciter poſſe conſiderari, vel præciſe ſecundum ſe: & vt ſic eſt ordinabilis in Deum tanquam in finem vltimum, vel vt ſubeſt inordinato amori, quo æſtimatur, vt ſummum bonum in contemptum Dei; ſecundum quam conſiderationem eſt obiectũ inordinatæ fruitionis, & finis vltimus peccatoris, & vt ſic non eſt ordinabilis in Deum: imò non minus ſibi repugnat pro tunc in Deum ordinari, quam repugnat ipſi amori inordinato, cui ſubeſt: quod idem dicendum eſt de alijs creaturis, quę de ſe ſunt bonæ, vel ſaltem indifferentes, ſi amore inordinato diligantur.

31. Vrgebis tamen forſan, quod non poteſt poni ex parte obiecti ipſa operatio potentiæ: ſed antecedenter ad operationem debet præſupponi obiectum habens omnem rationem obiectiuam: ergo ſi homo eſt obiectum ſui ipſius, tanquam vltimus finis debet præſupponi in ratione vltimi finis antecedenter ad ſui amorem; quia talis amor reſpicit illum, vt vltimum finẽ: & ex conſequenti non poteſt habere rationem vltimi finis, prout ſubeſt inordinato amori: ſed per ſe nõ eſt irreferibilis in Deum, niſi prout inordinato amori ipſius ſubeſt: ergo non poteſt habere rationem vltimi finis, quæ conſiſtit in hoc, quod eſt eſſe irreferibilem in alium finem.

32. Argumentum hoc vrgeret quidẽ, ſi ab Scoto non haberetur ſolutio. Habemus tamen illam in tertio articulo huius primæ quæſtionis in corpore, vbi oſtendit rationes finis in tribus finibus, quos ibi diſtinguit: & de fine præfixo, ſeu præſtituto (de quo hic loquimur) inquit. *Sed in fruitione finis præfixi ratio finis ſequitur actum &c.* Et dat rationem: *quia voluntas appetendo illud propter ſe tribuit ſibi rationem finis*: qua Scoti ſolutione reſpondetur ad argumentum, ideò hunc finem eſſe verũ, ſed præſtitutum; quia ipſum voluntas conſtituit in ratione finis vltimi, pro eo quod obiectum, nempe, ſeipſum diligit propter ſe, æſtimando ſe tanquam ſummum bonum in veri ſummi boni contemptum.

33. Iam ergo Ægidij argumenta ſoluendo, dico, primum de ſumptum ex locis ſacræ Scripturæ, nihil concludere contra ea, quæ diximus: nam licet dicatur ad Epheſios 5. *auaritiam eſſe idolorum ſeruitutem*, & ad Phylipenſes 3. *delitioſum habere ventrem pro Deo, quorum Deus venter eſt* &c. & Hieremiæ 2. *dereleliquerunt me fontem aquæ viuæ* &c. Omnia hæc, & ſimilia loca non inferunt ipſa vitia, ſeu peccata ad bona commutabilia, eſſe vltimos fines peccatoris; ſed eſſe fines intermedios, propter quos etiam derelinquitur verus finis vltimus, ſicut derelinquitur propter illum finem vltimum præſtitutum, cuius gratia ſunt: nã ſicut omnia media diliguntur propter finem, cuius gratia ſunt: ſic etiam ea ratione, qua ſunt media ad talem finem, opponuntur illi fini, cui opponitur finis; cuius gratia ſunt. Vnde data hypoteſi, quod dilectio vltimi finis commutabilis eſſet idolatria, etiam dilectio mediorum ad talẽ finem idolatria eſſet: quia media vt media diliguntur ob bonitatem participatam a fine: non tamen prædicta loca dicunt, peccatores bonum commutabile, quod conſtituunt ſuum vltimum finem, Deum ſibi conſtituere: ſed quod bonum illud, ideò ſibi finem vltimum conſtituunt, quià illud plus diligunt, quam Deum, & eodem modo loquitur Scriptura de illis vitijs, quæ ſunt media adhunc finem: Vnde *quorum Deus venter eſt*, debet exponi, non quod venter ſit Deus delicioſi, ſed quod ventrem diligit pluſquam Deum.

Solutio argumẽtorũ Ægidij. Ad Epheſi. Ad philip. Hieremiæ.

Ad aliud autem argumentum, quo Ægidius ex Phyloſophia probat finem *cuius*, amari amore concupiſcentiæ, non vero amore amicitiæ, reſponſum eſt ſatis ſupra num. 28. & præterea bene ſoluitur a Zumelio, dum ait, quod peccator eſt finis ſui, quatenus participatur in alio deſiderato, & concupito: quod licet fateatur Ægidius ſe non percipere. Sed quia Zumel non exacte explicat mentem ſuam, facile tamen intelligi poteſt, aduertendo, quod dum peccator ſe ipſum inordinate diligit, iſta inordinata dilectio non eſt ſolum incommuni, ſed quaſi contracta in tali, vel tali actu peccati: 34

nemò

nemo enim eſt, qui ſe plus diligat, quã
Deum in hac præciſa ratione dilectio
nis: quia nunquam ſit comparatio in-
ter ſe diligibilem, & Deum diligibi-
lem, vt ſe potius eligat diligere, quàm
Deum: ſed oblata occaſione obſeruã
dę legis diuinę, in cuius obſeruatione
Deum diligere debebat, eliget legem
tranſgredi: & hæc legis tranſgreſsio
eſt propter ſe inordinate amatũ (ſal-
tim virtualiter) & ex hoc inordinato
amore, ſe præfert Deo ſumme diligibi
li: ex quo ſibi prouenit ſe ęſtimare, tã
quam ſummum bonũ diligibile: quia
ergo illa talis inordinata dilectio ſeſt
(vt ita loquar) contracta in hoc, vel il
lo actu peccati, vt pote in luxuria, aut
auaritia, ideo in eorum obiectis parti-
cipatur homo inordinate dilectus, vt
pote in diuitijs, in libidine &c. Quate
nus ergo inordinate amatur homo à
ſe in his actibus, participatur ab illis,
in quibus ſe ipſum inordinate amat:
& quia omnes tales actus ſunt prop-
ter ipſum inordinate amatũ, ideo ipſe
eſt vltimus finis *cuius* illorum.

---

§. 5.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

35. 1. concluſ. SI ergo præhabitis difficul
tatem concludendo, dico
primo: quod non poteſt ho
mo ſibi prohibito cõſtitue-
re finem vltimum in quacũque crea-
tura referibili in Deum verum finem
vltimum: concluſio hęc ſatis probata,
& expoſita eſt ſupra num. 16. & num.
30. & amplius probatur ex Diuo Au-
guſtino in libro primo de doctrina
Chriſtiana cap. 3. vbi inquit *ſi eis, qui-
bus vtendum eſt, frui voluerimus, impedi
tur curſus noſter &c.* Ac ſi dicat, ſi veli-
mus cõſtituere vltimum finem in his
rebus, quibus tanquam medijs ad fruẽ
dum vero vltimo fine vti debemus,
impoſsibilis nobis fit curſus huiuſmo
di dilectionis, quia tales res, eo quod
ſunt referibiles in finem vltimum, nõ
habẽt aptitudinalem illam excluſio-
nem ordinabilitatis in alium finem,
quam prærequiri ad rationem vltimi
finis, ex notatis, & probatis ſupponi-
mus.

Dico ſecundo, quod homo dum
mortaliter peccat prohibito ſuæ volũ 36.
tatis conſtituit ſibi in creatura finem 2. concluſ.
vltimum. Conc. hæc eſt Scoti, & Di-
ui Thomæ, & communis apud om-
nes Theologos, vno dempto Adriano
dumtaxat, quæ probatur primo ex lo-
cis ſacræ Scripturæ: nam ad Phylip- *Ad Phylip.*
penſes tertio inquit Apoſtolus: *nunc
autem flens dico inimicos crucis Chriſti,
quorum finis interitus, quorum Deus ven-
ter eſt, & gloria in confuſione eorum.* Qui
bus verbis oſtendit delirioſos vltimũ
finem conſtituiſſe in creatura, dum ſe
ipſos diligunt in gloria ventris ſui, ac
ſi eſſet eorum Deus, quatenus hanc
gloriam vanam cœleſti beatitudini
præferunt. In quo ſenſu etiam loqui-
tur Apoſtolus ad Epheſios 5. dum ap- *Ad Epheſ.*
pellat auaritiam idolum cupidi pec- *Chryſoſt.*
catoris, prout explicat Diuus Chry-
ſoſtomus ibi homil. 13. ac etiam pro- *Hieremiæ*
batur ex illo Hieremiæ ſecundo, *dere-
liquerunt me fontẽ aquæ viuæ; & foderũt
ſibi ciſternas diſsipatas:* in quo annota-
tur, peccatorem, eo quod Deum dere
liquit, alium vltimum finem, nempè
bonum commutabile, ſibi conſtitue-
re, prout notarunt Diuus Ambroſius, *D. Ambr.*
& Diuus Hieronymus ſuper illa ver- *D. Hier.*
ba Matthei 18. cap. *qui amat patrem, aut* *Mat. c. 10.*
matrem pluſquam me, non eſt me dignus: *D. Auguſ.*
ac etiam Diuus Auguſtinus lib. 21. de *Ioan. 1.*
ciuitate Dei cap. 16. ſuper Ioannem
cap. 10. *dilexerunt &c.* probatur etiam
alijs innumeris locis Sacræ Scrip-
turæ.

Secundo probatur teſtimonijs eiuſ
dem Diui Auguſtini. nam libro 83. 37.
quæſt. quęſt. 30. ait, *omnes itaque huma-
na peruerſio eſt fruendis vti velle, & vtẽ-
dis frui.* & 10. lib. de Trinitate cap. 10.
inquit *fruimur cognitis, in quibus volun
tas ipſis propter ſe ipſa delectata conquieſ
cit: nec eſt alia vita hominis vitioſa atque
culpabilis, quã male vtens, & male fruens.*
In quibus verbis ſanctus Doctor ſup-
ponit, vltimum finem eſſe illum, quo

fruitur

fruitur homo, & inquit, quod tota malitia, & peruerſitas conſiſtit in hoc, quod eſt male frui, & male vti, ac ſi dicat, in ipſomet peccato, & malo conſtituere peccatorem ſibi vltimum finem, quo fruatur, vt pote in bono commutabili, ad cuius fruitionem vtitur etiam medijs peccaminoſis.

38. Probatur tertio concluſio ratione: nam, qui mortaliter peccat, eo ipſo quod peccat, auertitur à Deo vero fine vltimo, & vere ſummo bono, & conuertitur ad creaturam bonum commutabile, ergo plus diligit hoc bonum commutabile, quàm Deum bonum incommutabile: ſed hæc dilectio, qua præfert bonum commutabile bono incommutabili, eſt conſtitutiua vltimi finis: ergo in hac tali dilectione, & peccato conſtituit creaturam ſibi vltimum finem. Minorem probo: quia dilectio, qua diligitur Deus vt ſummum bonum, eſt dilectio vltimi finis: ergo dilectio, qua aliquod bonum æſtimatur vt ſummum, & vt ſic præfertur dilectioni ipſiuſmet Dei à fortiori erit dilectio vltimi finis. Quod autem peccator auertatur à Deo fine vltimo, & ſummo bono, eſt propoſitio de fide, vt pater ex Concilio Tridentino ſeſſione ſexta capite quinto. Et probatur ex illo Iſaiæ capite primo, *væ genti peccatrici populo ſcelerato &c. dereliquerunt Dominum*, & alijs innumeris ſacræ Scripturæ locis.

Cõc. Trid. Iſai.

39. Præterea probatur eadem concluſio: quia ratio vltimi finis ſolum competit ſummo bono; eo enim quod bonum eſt ſummum, non eſt in aliud bonum referibile, aut ordinabile: quod quidem eſt de ratione vltimi finis: ſed homo diligens bonum commutabile pluſquam bonum incommutabile æſtimat illud bonũ præſtatius eſſe ſibi, quàm illud, quatenus illum huic præfert: ergo cum illud ſit ſummum bonum à fortiori illud æſtimat ſummum bonum: ſed ſummo bono vt probatum eſt, competit ratio vltimi finis: ergo &c.

Dico tertio, quod peccator dum mortaliter peccat, ſe ipſum ſibi conſtituit vltimum finem. Concluſio eſt expreſſa Scoti, vt viſum eſt ſupra numero vigeſimo quarto, & omnium Scotiſtarum, quam, vt vidimus, tenet Cayetanus, & Zumel: & præter quam ab eodem Scoto ibi euidenter probatur, poteſt amplius confirmari primo, ex illo Ioannis duodecimo: *quoniam gloriam hominum dilexerunt magis, quam gloriam Dei*, & ex alijs ſacræ Scripturæ locis, ex quibus oſtenditur, peccatorem in dilectione ſui inordinata, qua ſe ipſum præfert Deo ſumme diligibili, velle ſibi vt vltimo fini magis gloriam, in qua delectatur temporaliter, quam gloriam Dei, quæ æterna eſt. 40. 3. concluſ.

Probatur deinceps ex Diuo Auguſtino, q. 11 3. lib. de libero arbitrio cap. 24. hanc conc. euidenter oſtendit. Hæc enim ſunt verba ipſius: *vnde hæc obſeruatio? niſi ex auerſione à lumine ſapiẽtiæ? vnde autem hæc auerſio? niſi dum ille, cui bonum eſt Deus, ſibi ipſi vult eſſe bonum ſuum, ſicuti ſibi eſt Deus*: Quibus verbis non ſolum, vt Doctor expoſitiuus, ſed vt perfectiſſimus Theologus theologicè ſpeculatur huius concluſionis veritatem: non enim ſolum oſtendit, peccatorem ſe conſtituere finem vltimum, vt conc. aſſerit, ſed conſtituere ſe finem vltimum ſui, tam loquẽdo de fine *cui*, quàm de fine *cuius*, quod Ægidius negare autumat: dũ enim inquit, *niſi dum ille, cui bonum eſt Deus ſibi ipſi vult*: ecce finem *cui*: & progreditur *eſſe bonum ſuum* ecce finem *cuius*. Hoc idem confirmat ipſe Diuus Auguſtinus capite vigeſimo quinto, quatenus ait: *ſi autem tanquam obuius placet ſibi ad peruerſe imitandum Deum, vt poteſtatẽ ſua frui velit, tanto fit minor, quanto cupit eſſe maiorem*. Quod teſtimonium oſtendit hanc peruerſam imitationem, qua peruerſe peccator Deum imitatur, in hoc conſiſtere, quod ſicut De⁹, & ſe ipſũ 41. D. Auguſ.

al-

dico impoſsibilem eſſe caſum argumenti, loquendo de animo efficaci: quamuis bene poſſet admitti in eo, qui peccat, quędam velleitas, quod ſi periculum pro fide tuenda inſtaret, illud ſubiret: loquendo enim de animo efficaci, repugnat ipſum eſſe in obſequium, & dilectionem illius, quem in minori materia, & cauſa, & ſine tali periculo contemnit: verum etenim propoſitum moriendi pro fide includit dilectionem illius, pro cuius fide moritur: quia, vt argumētum probat, *maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat &c.* Hæc autem dilectio cum auerſione ab eodem, qui diligitur, quæ auerſio eſt per culpam, & offenſam peccati incōpoſsibilis eſt.

46. adult. arg. Ad vltimum dico, quod ille talis facta comparatione inter voluptatem libidinoſam, & totam ſuam ſubſtantiā plus diligit ſubſtantiam, quàm voluptatem: eo quod ita præfert ſubſtantiā voluptati, quod ſi totam ſubſtantiam neceſſario cōſumpturus eſſet, ad hoc vt voluptatem, aut dilectionem haberet, à propoſito voluptatis deſiſteret, ne totam ſubſtātiam conſumeret. At verò facta comparatione voluptatis ad Deum, illam Deo ita præfert, vt potius eligat voluptati adhærere, quàm Deo: quòd autem habeat animum omnia erogandi pro Dei cultu, hoc non prouenit ex Dei dilectione, quā ex dictis in ſolutione præcedentis argumenti ſupponimus, incompoſsibilem eſſe cum peccato, quod à Deo auertit, ſed eſt aliqua velleitas inefficax: ſicut diximus de propoſito ſubeundi Martyrium: & dato quod eſſet propoſitum efficax, non quidem proueniret ex Dei amore, quem ſimul cum auerſione peccati habere non poteſt: ſed fortaſſe proueniret ex animi liberalitate, quæ eſt virtus moralis compoſsibilis cum peccato: vel ex generoſitate circa res magnas, in quibus poſ[illegible] nomen honorificum acquirere: ſicut fecerunt diuites plures nu[illegible] mittentes in Gazophylacium, vt
Mar. patet ex illo Marci cap. 12. Ex his ergo vel ex alijs ſimilibus cauſis prouenit poſſe prædictus animus omnem ſubſtantiam erogandi.

DIFFICVLTAS XX.

Vtrum vnius hominis ita ſit vnus vltimus finis, vt plures in ſimul eſſe non poſsint? Scotus.

§. 1.

Proponitur ratio dubitandi cum argumentis quibuſdam.

QVidam, quos innominatim refert Medina 1. 2. quæſt. 1. art. 5. in principio explicationis articuli, tenentes vnius hominis plures fines vltimos eſſe poſſe, id probant ſequentibus argumentis. Et primo: quoniam ſi vnius hominis nequeunt eſſe plures vltimi fines, hoc maximè eſt: quia vnus vltimus finis totam hominis inclinationem, & totum eius appetitum, & deſiderium impleret: hæc tamen ratio non obſtat, quominus multos vltimos fines poſsit habere: ergo &c. Aſſumptum probatur: quia Peripatetici qui cum Ariſtotele primo Ethicor. ponunt vitam beatam, & finem vltimum hominis in operatione virtutis, & ſapientiæ, ſtatuunt plures fines vltimos, humanam etenim fœlicitatem, in bonis tum naturæ, tum etiam fortunæ conſtituunt, in quo videntur diuidi ab Stoicis, vt Author eſt Tullius 3. lib. de finibus. 1. Ariſtot.

Secundo, quia poteſt quis velle, & ſimul appetere plura bona, quorum quodlibet ſit ſibi in ſuo genere vltimus finis, poteſt enim & velle plures diuitias, & nimios honores, ac voluptatis delitias, & ſimilia: hæc etenim nullatenus ſubordinata ut[illegible]: ſed hæc omnia appetere poteſt, & media quidem ad ipſa conſequenda velle, & proſequi: quia in hoc nullum videtur adeſſe inconueniens. Hæc autem [illegible] vltimos fines diſtinctos, [illegible] poteſt, eo quod ex natura [illegible] 2.

ad alterum ordinatur, & ex intentione appetentis poſſunt ita diſparate eſſe volita, vt vnum nullatenus ad alterum ordinetur: ſed ille eſt finis vltimus, qui ita diligitur & cætera ſui gratia, vt ipſe iterum non ordinetur ad alium finem vlteriorem: ergo &c.

3. Tertio: nam in fine præfixo, & præſtituto, quem quilibet ſibi prolibito vltimum eſſe determinat, & tanquam vltimum appetit, ſaluatur ratio vltimi finis, prout ex Doctore ſubtili habetur ex ſupradictis in art. 1. huius quæſtionis 1. ſed vno fine vltimo ſic præſtituto poteſt homo alium, & alium ſimul appetere: ergo &c. Probatur minor: quia libertas voluntatis non manet exhauſta per appetitionem illius prioris finis, quem ſibi vltimum cõſtituit: ergo poteſt ſibi alium, & alium conſtituere.

4. Quarto poteſt quis ſibi plura bona diſiũctim appetere tanquam vltimos fines: ergo & coniunctim. Conſequẽtia eſt nota: quia ſi exiſtimat, quodlibet eſſe ſatiatiuum ſui appetitus, à fortiori exiſtimabit, vtrumque eiuſdẽ appetitus ſatiatiuum eſſe: & appetere poteſt in vtroque ſimul beari. Antecedens verò probatur: quia ſi proponantur alicui v. g. dignitas, & diuitiæ eo affectu voluntatis, vt ſi aliquid iſtorum haberet, nihil ſibi reſtaret deſiderandum: tunc iſte ſibi quodlibet bonũ iſtorum conſtitueret finem vltimum ſaltim diuiſim: ergo &c.

5. Tandem: quia homo peccans, in quolibet peccato mortali auertendo ſe à Deo, & conuertendo ſe in creaturam, conſtituit ſibi finem vltimum in bono commutabili, ad quod tendit per auerſionem à bono incommutabili, à quo recedit, ita quod ſicut dixit Apoſtolus, loquendo de peccatoribus

Ad Phyl. guloſis ad Phylippẽſes 3. *quorum Deus venter eſt:* ita de libidinoſis, & cupidis dicendum eſt ſuarũ libidinis, & cupiditatis ſubiecta, ſibi vltimos fines, tã quam ſi eſſent Dij, conſtituere: contingit autem vnum, & eundem hominem ad diuerſi peccata mortalia eſſe affectum: igitur vnius, & eiuſdem hominis plures vltimi fines eſſe poſſunt.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanatur.

IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali ſequẽtis quæſtionis art. 2. ſolutione ad primum, vbi inquit. *Dico, quod eſt tantum vnus vltimus finis in ſe:* & reſpectu vltimi finis, quem ſibi homo poteſt præſtituere, qualiter plures eſſe non poſſint, dat rationem in tertio diſt. 1. q. 2. litera A. dicens, *probatur in omni dependentia cauſati ad cauſam: quia impoſſibile eſt idem cauſatũ habere plures cauſas totales in eodem genere cauſandi, à quibus dependeat:* expreſsius hoc tenet in hoc 1. diſt. 2. q. 3. artic. 2. §. *quantum ad quartam viam.* Hoc idem tenet in 4. diſtin. 16. q. 2. litera B. Sequuntur Doctorẽ Baſſol. in 1. diſt. 1. q. 2. art. 3. Lych. ibidem quæſt. 5. Tathäretus quæſt. 9. & reliqui Scotiſtæ veteres: ex recentioribus autem pater Herrera in 2. diſp. 28. quęſt. 12. concl. 3. tenent Diuus Bonauentura in 2. diſt. 38. quæſt. 3. & Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 1. art. 5. & quæſt. duodecima artic. quinto ad primum, Cayetanus, & Conradus ibidem, Medina in eodem articulo quinto, Zumel quæſt. 71. articulo ſexto diſput. 11. & quæſtion. 77. articulo quarto, ac omnes Thomiſtæ: ex Ieſuitis autem Suarez in Methaphyſica diſput. vigeſsima ſexta ſectione quinta Vazquez prima ſecundæ diſputatione quinta capit. tertio, Valentia ſecunda parte diſput. prima quæſt. 1. atem nouiſsime Ægidius Luſitanus tomo primo de beatitudine lib. 2. quæſt. 5. art. 3. eſtque communis ſententia Theologorum.

6. *Vera Scoti ſententia.*

Baſſolis. Lychetus. Tathar. Herrera. D. Bonau. D. Thom. Cayetanus. Conrad. Medina. Zumel. Suarez. Vazquez. Valentia. Ægidius.

7. Facilime cum Cayetano vbi ſupra reſolueretur præſens difficultas, ſi in illa conſequenter loqueremur ad præcedentem, in qua concludimus vltimam finẽ, quẽ ſibi peccator in creatura conſtituit, tã loquẽdo de fine *cuius,* quam

quam etiam de fine *cui* eſſe ſeipſum. Ex hac enim concluſione hic reſoluere debemus, ita repugnare hominem, nec ſucceſsiue, nec ſimul habere plures fines vltimos: ſicut repugnat ſeipſum eſſe plures, & non vnicum: ne tamẽ hac breui reſolutione auferamus de medio difficultatem, aliàs celebrem, de pluribus vltimis finibus illam diſputare conamur, & admiſſa probabili opinione dicentium, obiectum ipſum peccati, vt pote diuitias, aut libidinem eſſe ipſum vltimũ finem peccatoris, etiam loquendo de fine *cuius*: & tunc inquirimus, an poſſit idẽ peccator plures fines vltimos

8. habere.

Ad plenam autem difficultatis intelligentiam ſupponendum eſt ex dictis in difficultate 19. nu. 8. triplicem eſſe finem vltimum, ſcilicet, verum, apparetem, & præſtitutum. De primo fine nemini dubium eſſe poteſt, minimè duos vltimos fines poſſe hominẽ intẽdere, aut habere: cum à parte rei, certum ſit ſecundum fidem, eſſe vnicum tantum, poteſt tamen circa hũc finem dubitari, vtrum eius vnitas poſſit ratione naturali oſtẽdi? De ſecundo verò fine, vt pote apparente, poterat eſſe dubium: quia vt habemus ex

D. Auguſ. Diuo Auguſtino libr. 19. de ciuitate Dei cap. 14. conſtat varios fuiſſe errores exiſtimantium, finem vltimum in varijs bonis ſimul conſiſtere, ait enim, *illi autem, qui in iſta vita fines bonorum, & malorum eſſe putauerunt, ſiue in corpore, ſiue in animo, ſiue in vtroque*: ſed forſan iſti illa bona in ſe alias diſtincta per modum vnius ſibi vltimum finem eſſe putabant. At vero tertius finis, nempè, præſtitutus, maximam latitudinem patitur, cum ex libertate appetentis dependeat: & ideo de illo potius controuerſia vrget: de hoc igitur vltimo fine loquendo præſertim, difficultas inquirit, an vnus, & idem homo poſsit ſibi duos vltimos fines conſtituere: non quidem ſuceſsiue: ſic etenim non dubitari poteſt, quod derelicto priori, ad alium poſteriorem finem poſsit tranſire: quia experientia conſtat, hominem ob ſui inconſtantiam varios ſibi fines ſucceſſiue præfigere, nunc enim tanquam finem diuitias appetit, & deinceps libidinem intendit, & forſan tandem, opinione mutata, Deum, vt verum finem vltimum diligit: quod paſsim in peccatoribus fidelibus contingere experientia docet: inquiritur ergo de eodem homine, reſpectu plurium finiũ vltimorum, an illos poſsit ſimul appetere? & hæc ſimultas non reſtringitur ad ſimultatem actus, ita quod eodem actu illos habeat ſibi pro finibus vltimis: ſed quod illos ſimul habeat, vel actu, vel habitualiter, vel vnum actualiter & alium habitualiter.

Rurſus: quia non pauci fines partiales, non numquam ad vnum totalem integrandum concurrunt: quod in beatitudine conſtat, quæ duplicem operationem intellectus, ſcilicet, videntis, & volũtatis fruentis includit, & adhuc ſub lite eſt, an in vnâ, vel altera operatione, an vero in vtraque ſimul formaliter, & eſſentialiter noſtra beatitudo conſiſtat, eſt ſupponendum, rationem vltimi finis non inferre ſimplicitatem aliquam: cum (vt viſum eſt) in obiectiua complexione reperiri poſsit: ſed abſtrahere à compoſitione, vel ſimplicitate. poteſt enim vltimus finis ille ſimplex eſſe, ſeu cõpoſitus: ſed ſi compoſitus eſt: illi fines partiales integrantes totalem, nõ per modum plurium, ſed per modum vnius apprehenduntur, & appetuntur. Difficultas igitur non procedit niſi de fine vltimo totali, ſiue ille ſit ſimplex quoddam bonum, ſiue cõpoſitum: quod quidem in ſua totalitate, tãquam ſummum bonum habetur ab appetente: & de hoc quærimus, an vnus, & idem homo poſsit plures fines vltimos totales, totaliter ſimul appetere? etſi etiam de partialibus dubium adſit, quod in hac difficultate quoque reſoluetur.

Eſt igitur, propter hanc difficultatem ſoluendam, obſeruandum primo 10.
eodem modo loquendum eſſe nobis in præſenti de totali cauſa finali, ſicut de efficiente: ex hac enim infert Doctor in tertio diſtin. 1. quæſt. 2. litera A. non poſſe tres perſonas diuinas ſimul eandem numero naturã aſſume-

re: quia vnaquęque eàm totaliter terminaret: & implicat vnam limitatam naturam à pluribus terminis totalibus totaliter terminatam eſſe: ſicut implicat eundem numero effectum à pluribus cauſis totalibus totaliter produci: ibi enim non magis hoc ait Doctor de cauſa efficiente, quam de finali, cum dicat: *quod in omni dependentia cauſati ad cauſam, impoſsibile eſt idē cauſatum habere plures cauſas totales in eodē genere cauſandi, à quibus dependeat.* Vnde phyloſophandum eſt de cauſa finali, ſicut de efficiente: cauſa ergo efficiens alia eſt totalis in actu primo, & alia in actu ſecūdo: prima eſt illa, quæ habet virtutem totaliter cauſandi, & producendi totū effectū: ſecunda vero eſt illa, quę non ſolum habet dictā virtutem, ſed etiam in actu ſecūdo, totū effectū totaliter cauſat: exēplū manifeſtum eſt in duobus ignibus, ponatur v.g. ignis vt octo ſufficiens cōburere lignū, & iſti igni applicetur alius ignis etiam vt octo, & ambo ſimul concurrant ad ligni cōbuſtionē: tunc quilibet ignis iſtorū erit cauſa totalis iſtius cōbuſtionis in actu primo, quia quilibet de ſe erat ſufficiēs totaliter illud cōburere: non tamen quilibet erit eius cauſa totalis, in actu ſecundo: quia non ab vnoquoque totaliter cōburitur: hoc enim impoſsibile eſt, vt ibidē probat Doctor. Sed iſtæ duæ cauſæ alias totales in actu primo, ſunt partiales in actu ſecundo, hoc eſt partialiter cauſando hunc effectum.

11\. Ex his ad cauſam finalē deueniēdū eſt: nam poteſt dari cauſa finalis totalis finalizans totaliter in actu primo, hoc eſt finis de ſe ſufficiens totaliter finalizare hominis voluntatem, & poteſt dari finis, qui non ſolū in actu primo, ſed etiā in actu ſecundo totaliter illā finalizet. Si ergo plures fines, alias totales in actu primo, ſimul finalizarent voluntatem vnius hominis: tales fines non eſſent vltimi, nec totales in actu ſecundo: quia cum non poſſit vna voluntas ſimul à pluribus finibus vltimis finalizari: ſicut non poteſt vnus, & idem effectus à pluribus cauſis totalibus totaliter cauſari: ideo tales fines, etiam alias in actu primo totales, partialiter ſe haberent in hac cauſatione: & ſic eſſent partiales, & proximi, ſeu intermedij in actu ſecundo, licet alias in actu primo eſſent totales remoti, & vltimi.

Ex his infero, quod etiam ſi eſſet vera opinio eorum, qui ponunt obiectum cuiuslibet peccati mortalis, vt pote diuitias, ſeu libidinē, eſſe finem vltimum peccatoris conſtitutum ab ipſo peccatore, vt ponebat Ægidius loquendo de fine *cuius*, prout viſum eſt in difficultate 19. num. 24. adhuc tamen non infertur ex illa, peccatorem plures fines vltimos ſibi conſtituere, eo quod plura peccata mortalia cōmittit: nam licet cuiuslibet peccati obiectum, ex eo quod eſſet finis vltimus peccatoris, eſſet cauſa totalis finalizandi in actu primo: quia tamen plura obiecta plurium peccatorum ſimul concurrerent in actu ſecundo ad finalizādām eandem voluntatem, partialiter ſe haberent, & omnia ſimul integrarent vnum finem vltimum totaliter finalizantem illam: nā etſi inter ſe illa talia peccata diſparata eſſent, in ordine tamen ad hanc finalizationem coordinarentur inter ſe, vt vnum finem totalem quaſi componerent. 12.

Ægidius.

Etiam ſi obiecta peccatorū eſſent vltimi fines, non infertur peccatorem in multis peccatis mortalibus plures fines vltimos ſibi conſtituere.

Expellitur profecto ex dictis modus illorum, quorum opinionem refert Zumel diſputatione illa 11. q. 71. qui, ne concederent plures fines vltimos in vno peccatore plura peccata habente, dicebant peccatorem nunquam poſſe habere, niſi vnum tantum vltimum finem: eo quod voluntas eadem non poterat ſimul elicere plures actus peccandi: ſed vno tranſacto, eliciebat alium: & tunc iam illud præteritum peccatum non erat ſibi vltimus finis, eo quod poſt eius elicitionem ſolus reatus manebat: ſi etenim illi auderent plures fines vltimos in actu primo concedere, qui tamen non finalizarent in actu ſecundo, vt vltimi & totales, ſed vt partiales, & proximi: nō cogerentur quidē in illud abſurdum incidere: quod procul dubio maximū fuiſſe manifeſtatur ex hoc, quod, videlicet peccator ille, qui tranſacto actu peccati, iam illius tranſacti actus obiectum 13.

Impugnatur opinio quorundā.

obiectum pro vltimo fine non habe-ret: egebat continuo, & ſemper in eli citione actus peccati exiſtere, vt dice retur ſe habere vltimum finẽ in crea-tura: ſiquidem actu peccandi tranſa-cto, iam (ſecundum illos) peccati ob-iectum, ſibi vltimus finis nõ eſſet quod quàm ridiculum ſit, nemo non videt: vt igitur diceretur ille peccator habe re vltimos fines in pluribus peccatis (ſi aliunde non repugnaret) ſatis erat ſibi in poſterioris peccati elicitionẽ eſſe, & in præſenti peccati complacen tia permanere: quam quidem compla centiam habitualiter habet peccator, dummodo ſibi per infuſsionem gra-tiæ, nõ remittitur, aut ſaltem per pœ nitentiam, non reſipiſcit de illo: præ terea non video repugnantiã ad hoc, quod quis eodẽ actu ſimul plura pec-cata cõmittat: imò hoc ſæpè contingo re experientia docet: in illis ergo plu ribus peccatis ſimul commiſsis, plu-res vltimos fines ſibi proculdubio cõ ſtitueret, ſi aliunde (vt dixi plures vlti mos fines vnius hominis ſimul eſſe nõ repugnaret.

14. Porrò repugnantiam iſtam eſſe in hoc, quod eſt vnius hominis volunta tatem ſimul plures fines vltimos habe re, oſtenditur ex repugnantia depen-dentiæ vnius effectus à pluribus cau-ſis totalibus. Hinc manifeſtat Doctor vbi ſupra: quia ex oppoſito ſequere-tur quod effectus idem eſſentialiter ab aliquo, tanquam à cauſa totali de-penderet, quo tamen non exiſtente, adhuc effectus ſecundum totum ſuũ eſſe exiſteret; & ponamus quod ha-beat v.g. vnus effectus, vt pote, idem ignis genitus duos ignes generantes, & quod ambo ſint cauſæ totales illiº. Si ergo ignis genitus habet primum ignem generantem pro cauſa totali, totaliter efficiẽte, & cauſante in actu ſecundo: & ſimiliter habet ſecundum ignem generantem pro cauſa totali, totaliter efficiente in actu ſecundo: tunc primus ignis produceret totum ignem genitum circunſcripto igne ſecundo: quia alias ignis primus non eſſet cauſa totalis eius in cauſando: ergo effectus iſte erit ab igne primo, etiam ſi ſecundus ignis non exiſteret in rerum natura: ergo non dependet ab igne ſecundo: ergo ignis ſecundus non eſt eius cauſa totalis: & ſimile ar-gumentum poteſt fieri è conuerſo de igne ſecundo, reſpectu primi, ex quo hæc concludit Doctor. *Ita videtur in omnibus dependentijs, etiam quæ non ſunt cauſatorum ad cauſas, quod cum dependen tia alicuius fuerit totaliter terminata ad aliquid, ipſum non poteſt dependentia eiuſ dem rationis dependere ad aliud.* *Scotus.*

§. 3.

Oſtenditur repugnantia duorum fi nium vltimorum reſpectu vnius voluntatis.

EODEM prorſus modo phyloſophandum eſt de fi ne vltimo, ad quod pona-mus duos fines vltimos, qui eo quod ſunt vltimi, totaliter ſunt ſi-nalizantes: quia vt ſæpè dictũ eſt de ra tione vltimi finis eſt, quod ſit ſummũ bonum, ſaltim appretiatiue, ſed æſti-matiue, hoc eſt quod æſtimatur à vo-luntate, vel apprecietur vt ſummum. Summum autem eſt illud, cui non ſo-lùm nulla additio fieri poteſt: hoc e-nim eſt eſſe negatiue ſummum: ſicut in proprio genere dicimus dari ſum-mũ in qualitatibus, vt pote, in gratia Chriſti Domini, quam ita ſummam eſſe dicimus cum Scoto, vt etiam ſi ſit poſsibile Deum alias ſimiles, & æquá les gratias creare: impoſsibile tamen eſt aliã maiorem producere; hoc igi-tur ſummũ negatiue vocamus: atqui ſummum bonum, quod requiritur ad rationem vltimi finis, non tantum de bet eſſe ſummum negatiue, & in ge-nere proprio: ſed poſitiuè, & extra ge nus: hoc eſt quod omnia bona exce-dat, & omnibus bonis præferatur: quia cum voluntas non appetat bonum, tãquã ſui quietatiuũ, ſolum in aliquo determinato genere, ſed omne bonũ in quocumque genere, hinc eſt quod nõ poteſt quietare, niſi in ſummo bono, 15.

quod omne genus bonorũ ſaltim in ſua æſtimatione excedit: quod ſi tale bonum fuerit mobile, quale eſt bonum creatum: quieſcit in illo mobiliter; ſi vero fuerit immobile, immobiliter quieſcit in illo, vt notauimus ex Doctore ſupra in difficultate 19. nu. 19. & 20. Omnia ergo bona, etiam diſtinctorum generum refert voluntas ad illud ſummum bonum, quod quidem æſtimat ſummum: & ideo de ratione vltimi finis eſt, quod ſit ſaltim hoc modo ſummum bonum poſitiue, vt totaliter voluntatem quieret ſaltim mobiliter.

16. Tunc ergo: ſicut repugnat duo ſumma poſitiua exiſtere, quia ſi vnũ, non eſſet ſummum reſpectu alterius, iam non eſſet ſummum: & ſi eſſet ſummum reſpectu illius, iam illud ſecundum ſummum, non eſſet ſummum: ita repugnat, eandem voluntatem æſtimare, vel appretiare duo ſimul bona, vt ſumma bona: quia ſi æqualiter illa duo æſtimet, iam nullum ab illa æſtimatur, vt ſummum: quia eſſet contradictio in adiecto, eſſe quodlibet eorum ſummum, & non excedere alterum: ſi verò vnum præferat alteri, iam illud, quod præfertur ſolummodo erit ſummum: & ſic non duo ſumma bona æſtimaret, ſed vnicum tantum: & ex conſequenti, non duos fines vltimos, ſed vnicum tantum haberet. His ergo notatis conficitur argumentum de fine vltimo, ſicut de cauſa efficiente factum eſt ab Scoto: nam ſi duo fines vltimi eandem voluntatem totaliter, & vltimatè finalizarent, quilibet illorum neceſſario finalizaret, tanquam ſummum bonum: ponamus, tunc quod primum ſummum bonum, qui eſt finis vltimus, totaliter voluntatem finalizaret, quia aliàs non eſſet ſummum bonum, nec vltimus finis: ergo totaliter finalizat circunſcripto alio ſecundo ſummo bono: ergo voluntas iſta erit finalizata à primo ſummo bono, etiam ſi ſecundum bonum in rerum natura, non exiſteret: ergo nullatenus pendet à ſecundo ſummo bono, ſiquidem ſine illo eſt totaliter finalizata: ergo non eſt eius finis vltimus: & ſimile argumentum fit de ſecundo ſummo bono reſpectu prioris.

17. *Cõfutatur Vaſquij ſententia.* Colligitur ex dictis, quam ſine fundamento ex cogitata ſit ſententia Vaſquij, quia ait loco citato, nullum eſſe inconueniens admittere in vno peccatore plura habente peccata, plures vltimos fines negatiue habere: cũ de ratione vltimi finis ſit, quod ſaltim æſtimatiue ſit poſitiue ſummum bonum: quod quidem (vt oſtendimus) nullæ creaturæ poteſt competere, niſi omnem bonitatem, ſaltim ſecundum æſtimationem voluntatis excedat, & præferatur illi.

18. Eſt igitur ſecundo obſeruandum pro veræ ſententiæ explanatione, quod vt patuit de mẽte Doctoris ex noſtris notatis, & probatis ſupra in difficultate 19. à num. 24. vſque ad num. 34. & in num. 40. peccator nullum alium finem vltimum habet, tam loquendo de fine *cui*, quam etiam de fine *cuius*, niſi ſe ipſum: quia & ſui gratia omnia appetit, & ſe ipſum tanquam ſummum bonum à ſe æſtimatum vt tale, ſibi concupiſcit. Quã ſententiã quoad ſecũdam partem (vt vidimus ibi) acerrime impugnare curauit Ægidius, nũc autem etiamſi in eadem ſua ſe dicat perſiſtere, illam tamen ſic explicat, vt potius noſtram proferri quàm ſuã defendere videatur: nam loco citato in ſecunda parte articuli num. 38. vt ſuã apperiat, & veram difficultatis reſolutionem adijciat: aſſerit peccatorem habere plures fines vltimos partiales, non tamen totales, ſed vnum tantum totalem vltimum ex pluribus partialibus integratum: & ſi ab illo quæratur quiſnam ſit ille finis vltimus totalis integratus ex cæteris partialibus? reſpondet, ſuum bonum proprium eſſe, quod ſibi quærit tanquam fini vltimo *cui*. Vnde ſic ſuam mentem reſoluit, itaquè in peccatore vnicus tantum datur finis *cui*, nempè ipſemet peccator: vnicus item vltimus finis *cuius*, nempè bonum proprium. Hæc ille: in quibus verbis retractaſſe videtur priorem ſententiam: hanc etenim *de ſuo bono proprio* quam nunc profitetur, antea fortius contra Caietanum, & Zumelium pro viribus

con-

confutare laborauerat. Quid enim quæſo, vltra hoc dixerũ Cayetanus, & Zumel, niſi quod ipſemet peccator ſe amat, vt bonum ſuum propriũ, cuius gratia cætera appetit, & hoc tale bonum appetit ſibi? re enim vera in hoc concordat nobiſcum Ægidius, & velit nolit, fatetur vltimum finẽ hominis ſolummodo poſſe eſſe vnicum, nempè ſe ipſum: hoc eſt ſuum proprium bonum, quod nos in præcedẽte difficultate num. 41. de mente Diui Auguſtini confirmauimus, quatenus inquit, *vnde hæc obſcuratio &c.* & reſpõdet, *niſi quod ſibi ipſi vult eſſe bonũ ſuum, ſicuti ſibi eſt Deus.* Profectò hoc bonũ proprium & ſuum, nihil aliud eſt, quã ipſemet peccator, quatenus eſt obiectum ſui ipſius æſtimatus à ſe ipſo, tãquam ſi eſſet ſummum bonũ:

D. Augu. nam ex verbis relatis Diui Auguſtini hoc euidenter infertur: quoniã Deus eſt ſummum bonum ſibi ipſi, & tanquam ſummo bono ſe ipſo fruitur, & iñ ſui ipſius amore beatur: ita quod, & ipſe Deus eſt bonum ſummum, & ſibi eſt tale bonum. Sed ad hunc modum ſecundum Auguſtinum *vult peccator ſibi ipſi eſſe bonum ſuum, ſicut ſibi ipſi eſt Deus*: ergo hoc bonum ſuum proprium, quod iam Ægidius admittit, nõ eſt aliud quã ipſemet peccator, prout vult, ſe eſſe ſummum bonum, quatenus ſe, vt ſummum bonum ſibimet æſtimat.

9. Diſcedit tamen Ægidius à noſtra ſententia, quatenus ponit, cuiuſlibet peccati obiectũ, ſeorſum ſumptum, eſſe finem vltimum peccatoris: & licet hanc opinionem tenuerit, & modo illam, non tamen ex ipſis contra illum inferendum eſt, ſibimet ipſi cõtradicere, ponendo nobiſcum, nunc vnicum tantum eſſe vltimum finem, nempè hoc bonum ſummum, & tunc cuiuslibet peccati obiectum eſſe vltimum finẽ: quia vtrumque poteſt ſaluari, tenẽdo diſtinctionem à nobis traditam ſupra nu. 10. & 11. de cauſa, ſcilicet, totali in actu primo, partialiter tamen in actu ſecundo cauſante. Hac enim diſtinctione admiſſa non ſibi inconuenit defendere, quodlibet peccati mortalis obiectum eſſe ſecundum ſe finem vltimum in actu primo ſeorſum ſumptum: quando tamen plurium peccatorum obiecta ad finalizandũ eandem voluntatẽ ſimul concurrunt, eſſe plures fines, nõ vltimos, ſed partiales, partialiter, ſcilicet ſe habentes reſpectu finalizationis eiuſdẽ voluntatis in actu ſecundo. Licet tamen hæc Ægidij ſententia dictam contradictionem non inuoluat: noſtra tamẽ conſequentior, longe verior, & Phyloſophiæ conformior eſt: qua nũc ponimus vnum tantũ poſſe eſſe vltimũ finem peccatoris & eundemmet finẽ poſſe tantummodo ſibi eſſe finẽ vltimũ: cæteros verò eſſe fines proximos & intermedios, minime tamen vltimos, nec etiam ſeorſum, aut diuiſim ſumptos.

---

§. 4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis. 20.

HIS ergo præhabitis difficultatẽ concludendo: dico primo non ſolum de fide verũ eſſe, vnicum tantũ eſſe in ſe verum finem vltimum hominis, nempè Deum: ſed hoc eſſe etiam euidẽter probabile, & demõſtrabile ratione naturali. Conc. eſt expreſſa Doctoris, vt patet in litera, & infra habetur expreſſa in textu in diſt. 2. q. 2. artic. 4. & q. 3. art. 2. §. quantum ad quartam viam. Eſtq; omnium Scotiſtarum, & D. Thomæ 1. p. q. 44. art. 4. & q. 65. art. 2. & q. 103. art. 2. & tertio contragentes cap. 17. & 18. & eſt cõmunis omnium Thomiſtarum, & omnium Theologorum. *1. concluſ.*

Quæ quoad primam partẽ probatur primo ex illo Prouerbiorum cap. 16. *omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*; & ex illo Appocalypſi 21. *ego ſum Alfa & Omega principium, & finis.* & cap. 22. *ecce venio cito, & merces mea mecum eſt*: & Pſalm. 72. dicebat Dauid; *quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram.* & Pſal. 99. hoc idẽ cõfirmat dicens. *Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus; ipſe fecit nos, & nõ ipſi nos.*

Prouerb.
Appocal.
Pſal. 72.
Pſalm. 99.

vbi alij legunt, *& ſibi ipſi nos*: Item pro
batur ex innumeris locis ſacræ Scrip
turæ; & cõciliorũ diffinitionibus, quę
omnia proteſtantur Deũ, & eius glo-
riam eſſe nobis vltimũ finẽ, & cauſam
Cõc. Trid. finalẽ noſtri iuſtificationis, ſic Conc.
Trid. ſeſsione 6. in decreto de iuſtifi-
catione ca. 7. vbi inquit, *huius iuſtifica
tionis cauſæ ſunt, finalis quidem, gloria
Dei &c.*

21. Secundo probatur teſtimonijs ſan
D. Dyon. ctorũ Patrũ: & primo ex D. Dyonſio
D. Ambr. cap. 10 de diuinis nominibus, vbi in
D. Auguſ. quit: *Deum ad ſe omnia, ſicut ad plantatio
nem omni ſenentẽ ep[illegible]ere.* Itẽ D. Am-
broſius ſupra Pſal. 118. inquit, *ille, qui
verus eſt finis nõ vnius eſt finis, ſed omniũ.*
Hoc tandem probat illud ſæpè repeti
tũ teſtimoniũ D. Auguſtini 2. de do-
ctrina Chriſtiana, *feciſti nos Domine ad
te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec re
uertamur ad te.* Alia innumera teſtimo
nia ipſius D. Auguſtini, & aliorũ ſan-
ctorum Patrũ hoc idem profitentur,
quibus tamẽ ſuperſedeo, ne in re tam
perſpicua pluribus teſtimonis vtar, &
ipſis indigere videar.

22. Secũda pars cõcluſionis ſolet pro-
bari à quibuſdam, eo quod plures Phy
loſophi naturales vnũ finem vltimũ
eſſe dixerunt: quos quidẽ in illius vni
tatis cognitionẽ ratione naturali ve-
niſſe ſuadetur. Sed hic modus proban
di mehercle non infert ſatis cõcluſio
nem: quia potuerunt caſu id dicere, ſi
cut alij plures Deos eſſe putabant: be
Ariſtot. ne verum, eſt Ariſtotelẽ in lib. de cœ
lo, & mundo ad Alexandrũ: & 12. Me-
taphyſicæ ca. 7. probaſſe dari vnã ſub-
ſtantiam ſeparatam, quæ vt amata mo
uet: & cap. vlt. aſſerere vnũ eſſe prin-
cipẽ, qui eſt principium omniũ, & bo
num quoddam ſeparatũ, ad quod to-
tum vniuerſum tanquam ad finem vl
timum refertur.

23. Relictis ergo pluribus demonſtra-
tionibus, quas refert doctiſsimus Ægi
dius q. 6. ar. 1. hoc tantum vnica con-
cluſionẽ demoſtro: quoniã datur vni
cum tantũ principiũ actiuũ omnium
rerum à fortiori hominũ: ergo datur
tãtum vnus vltimus finis illarum, & à
fortiori hominum. Antecedens eſt lu
mine naturali notũ, vt habetur ab Ari
ſtotile 8. Phyſic. & 12. Metaph: capit.
vltimo: quod probat Scotus in hoc 1. Scotus.
diſt. 2. q. 3. art. 2. ſeptem rationibus de D. Thom.
monſtratiuis: & D. Thomas 1. part. q.
s1. art. 3. quinque vijs ipſum antece-
dens demonſtrat. Cõſequentiam ve-
ro probat Scotus ibidem §. *quantum ad
quartam viam*: ſed præſtantius q. 2. art.
4. his verbis. *Omne per ſe efficiens agit
propter finem, & prius efficiens agit prop
ter finem priorem: ergo primum effi-
ciens agit propter vltimum finem: ſed prop
ter nihil aliud à ſe principaliter, & vltimatè
agit: quia nihil aliud à ſe poteſt eſſe finis
eius: ergo agit propter ſe, ſicut propter vl-
timum finem: ergo primum efficiens eſt vl-
timus finis.* In qua ratione concludit
euidenter, quod ſicut eſt vnum primũ
efficiens, ſic eſt vnus vltimus finis: &
quod ipſummet primũ efficiens om-
nium eſt vltimus finis ipſorum: pro-
bat ergo, Deum eſſe vltimum finem,
nõ ſui, ſed effectuum, quos producit;
& à fortiori hominum: nam licet hic
dicat Doctor, Deum agerere propter
vltimum finem, intelligendus eſt iux
ta ſenſum, quem ipſe explicauerat, vt
viſum eſt ſupra in difficult. 18. nu. 52.

Dico ſecũdo, quod nõ poteſt vnus 24.
homo ſimul plures vltimos fines tota 2. concluſ.
les in actu ſecundo habere, loquendo
tam de finibus præſtitutis, quam etiã
de vno vero, aut apparente, & altero
præſtituto. Cõc. hæc eſt Doctoris, &
Diui Thomæ, & omnium, quos pro-
illorum ſententia citauimus. Quæ pro
batur ex illo Matthæi cap. 6. *nemo po-* Matthæi.
*teſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnũ
odio habebit, & alterum diliget, aut vnum
ſuſtinebit, & alterum contemnet*: quem
locum communiter intelligunt Do-
ctores in huius concluſionis probatio
nem, eo quod ſignificatur in illo, non
poſſe aliquem ſimul ſubijci domino
tãquam ſupremo regi, & vltimo fini,
atque etiam alteri bono æſtimato pro
ſummo in creatura, quod ſibi vltimũ
finem conſtituat: quibus conſonat lo
cus ille Pauli ad Romanos 10. ſcilicet; Ad Rom.
*teſtimonium perhibeo illis, quod emulatio
nem Dei habent, ſed non ſecundum ſcien-
tiam; ignorantes enim iuſtitiam Dei, &
ſuam quærentes ſtatuere iuſtitiæ Domini
non ſunt ſubiecti*: quæ verba Apoſtoli
intell-

Digitized by Google

D.Chryſo. intelligit Diuus Chryſoſtomus, quod
illi, ques Apoſtolus reprehendit, vo-
luntarie nolebat cognoſcere legem
Dei, & illa derelicta, ad nutum ſuæ
voluntatis cõtra diuinam legem pec-
cabant. Ex quo iam non erant legi Do-
mini ſubiecti, ſed ſibi ipſis: non quidẽ
quod hæc legis tranſgreſsio illos à le-
ge Domini eximebat, ſed quia ex eo
quod non poteſt quis duobus domi-
nis ſeruire, & duos fines vltimos tota
les habere, eo ipſo quod finem vlti-
mum cõſtituebant in creatura, cui ſub
iecti ſunt facti, non potuerunt perma
nere in obedientia Dei vltimi finis ve
Hietem. ri. Probatur præterea ex illo Hiere-
miæ 2. *dereliquerunt me fontem aquæ vi-*
uæ, & foderũt ſibi ciſternas diſsipatas: ac
ſi diceret eo quod impoſsibile eſt, me
ſimul finem vltimum, & alium finem
vltimum conſtitutũ in creatura habe
re, eo ipſo quod dilexerunt illum, de-
reliquerunt me: & probatur innume
ris alijs ſacræ Scripturæ locis.

25. Hoc idem confirmat illud teſtimo
D.Auguſ. nium Diui Auguſtini 14. lib. de ciui-
tate Dei cap. 28. & ſupra Geneſim lib.
11. cap. 22. vbi inquit quod *duas ciuita*
tes fecerunt duo amores, ciuitatem Diabo-
li amor ſui vſque ad contemptum Dei: ciui
tatem Dei amor Dei, vſque ad contemptũ
ſui. In quibus verbis oſtendit Augu-
ſtinus hos duos amores Dei, ſcilicet,
& creaturæ incompoſsibiles eſſe: &
ex conſequenti non poſſe hominem
in Deum in creatura tãquam in duos
vltimos fines ſe ferre: quia per amo-
rẽ vnius neceſſario cõtemnitur alter.

§. 5.

Expenditur dubium de fine vltimo iuſti veni aliter peccantis, & ſequuntur aliæ concluſiones.

26. SED contra hanc partem
concluſionis inſurgit in-
gens dubium de iuſto ve-
nialiter peccante: ſi ete-
nim, non poteſt qui ſimul verum
finem, & præſtitutum, ſibi tanquam
duos vltimos fines habere, quid dicen
dum erit de iuſto peccãte venialiter?
Et ratio dubitandi eſt, quia cum per
peccatũ veniale non auertatur à Deo
fine vltimo, adhuc venialiter peccãs
manet conuerſus in illum, & eſt for-
maliter iuſtus: attamen actio veniali-
ter peccandi, eſt vere actio humana:
ergo vel tendit in finem, vel in me-
dium: ſed non in medium, quia illud
veniale peccatum non poteſt ordina
ri in Deum finem vltimum: nec eadẽ
ratione poteſt ferri in illum tanquam
in finem intermedium, quia etiam fi-
nis intermedius ordinatur in finem
vltimum, & tale peccatum (vt dixi)
non poteſt ordinari in Deum: ergo in
ipſius peccati obiecto finis vltimus
conſtituitur, & ex conſequenti iuſtus
iſte venialiter peccans habet ſimul
duos fines vltimos, nempè Deum, &
creaturam.

Huc dubium late, longeque diſpu- 27.
tant Doctores, tam veteres, quam re- *Sententia*
cẽtiores: ab illo verò breuiter me expe *Vaſquij cir*
diã, licet difficilima ſit eius reſolutio: *ca vltimũ*
inter Doctores ergo, qui de illo agunt *finẽ in pec-*
Vazquez 1. 2. diſp. 5. cap. 42. tenet, ho- *cato venia*
minẽ, quando venialiter peccat finẽ *li.*
vltimũ in creatura conſtituere, ſed di
ſtinguit de vltimo fine, ita quod non
ſit vltimus finis, in quo homo quieſ-
cat, aut quod æſtimet ſummũ bonum,
aut opponatur vltimo fini vero, nem
pè Deo dilecto amore charitatis: bene
tamẽ eſt vltimus finis, vt opponitur il
li tãquã dilecto feruore charitatis: aie
nihilominus, hominẽ venialiter pec-
cantem ita conſtituere in creatura vl
timum finem, vt fruatur illo.

Sẽtẽtia tamẽ hæc mihi improbabi- 28.
lis eſt, tũ, ex eo ꝙ ponit duos vltimos fi *Impugna-*
nes eidem homini poſsibiles, quia cõ- *tio prædi-*
cedit venialiter peccãtẽ vltimum finẽ *ctæ ſenten-*
in creatura conſtituere: tum quia hoc *tiæ.*
ideo ponit, quia nouam vltimi finis
naturam, & rationem excogitat: nulla
etenim poteſt reſolui controuerſia, ſi
in aliquo cõmuni principio nõ cõue-
niamus: ſi ergo natura vltimi finis ad
libitum variatur fortian quiſlibet ve-
rum dicet iuxta diuerſam naturam

vltimi finis a ſe excogitatã: quod ergò in primis ſupponi debet in hac difficultate eſt, naturam vltimi finis eſſe, quod ſit ſummum bonum ſaltim æſtimatiue: ideo enim bonum eſt irreferibile, quia eſt ſummum (loquendo de ſummo bono, quod eſt finis vltimus,) nam ſi non eſſet ſummum, eſſet ſub aliquo ſummo, cui poſſet referri, ſi aliunde non repugnaret ſibi: & tunc iam vltimus finis non eſſet. Si igitur peccās venialiter non æſtimat illud opus, vt ſummum, non reſpicit illud, vt irreferibile dicto modo: & ex conſequenti nō poteſt habere rationem vltimi finis: & in hoc manifeſte inuoluitur contradictio ab hac ſententia, quatenus concedit hoc opus eſſe vltimum finem, & tamē negat habere rationē ſummi, & optimi boni: quod vero dicit, vt ſaluet in illo rationem finis vltimi, quod ſufficit oppoſitio cum vero fine vltimo, licet nō charitate dilecto, bene tamē; vt dilecto feruore charitatis, eſt nimis friuolum, & excogitatum figmentum: quia oppoſitio non fit penes intenſionem, aut remiſsionem qualitatis, ſed penes qualitatum quidditates. Si enim frigus quidditatiue non opponeretur calori; nulla oppoſitio eſſet inter frigus, vt octo, & calorem vt quatuor: ex intenſione enim, aut remiſsione graduum non infertur ſimpliciter oppoſitio, ſed maior, aut minor oppoſitio: maior autem, aut minor oppoſitio ſupponit quidditatiuam oppoſitionem. Si ergo peccatum veniale, abſolute non opponitur Deo vt dilecto charitate: nulla oppoſitio poteſt eſſe inter ipſum, & Deum, vt dilectum intenſiori, vel remiſsiori charitate.

29. Ægidius vero in art. 4. lateſsime in hoc dubio ſoluendo laborat, aliorum ſententias doctiſsime impugnando: ſed tandem in aliquam ex impugnatis coincidit. Duo igitur inquit, ſcilicet, iuſtum non conſtituere finem vltimũ in creatura, quãdo venialiter peccat; & ideo non frui, ſed vti illa. In quo quidem, quatenus dicit non frui, & non conſtituere ibi vltimum finem, optime dicit, & probat bene ex Diuo Auguſtino. Adducit tamen verba Diui Thomæ 1.2 q. 88. art 2. ad tertium, quę ſunt hęc. *Ille, qui peccat venialiter, inhæret bono tēporali, non vt fruens, quia non conſtituit in eo finem, ſed vt vtens referens in Deum non actu, ſed virtute.* Quę Diui Thomæ verba duo continent, quorum primum facilime tanquam verum defendi poteſt, nempe, in peccato veniali non conſtitui vltimum finem, nec ideo ibi eſſe fruitionem. Secũdum verò, ſcilicet, ordinari in Deũ habitu, ſeu virtute, & ita ibi eſſe vſum, eſt ita difficile, vt tot ſint circa illud expoſitiones quot Thomiſtarum capita extant: in hoc ergo ſecundo puncto (in quo eſt punctum difficultatis) maxime ſe fatigat Ægidius: ſed tandē ſequitur ſententiam, quam alibi reprobauerat de duobus finibus vltimis negatiue, quatenus inquit, quod in his finibus venialiter malis admittenda eſt diſtinctio in vltimum finem ſimpliciter, & negatiue. Et in hoc ſenſu inquit, nullum eſſe inconueniens dari in eodem homine duos fines vltimos: qualiter vero Thomiſtæ explicent iſta verba Diui Thomę, vt pote, peccantē venialiter referre illud opus in Deũ non actu, ſed virtute noſtra non intereſt ventilare. Videantur Cayetanus ibidem, & alij Thomiſtæ.

Sententia Ægidij circa vltimũ finē in peccato veniali.

D. Thomas

Nunc vero ad huius dubij reſolutionem 30. ſupponenda ſunt quędam vt certa, ex quibus, quæ nobis probabiliora ſunt, inferemus: & primo quidem ſuppono, peccatum veniale, & mortale in hoc differre, quod iſtud ſoluit Dei amicitiam; & auertit hominem a Deo vero fine vltimo: & ideo incompoſſibile eſt cum dilectione Dei; quam ob rem peccans mortaliter, eo quod voluntarie ſe auertit à vero fine vltimo per conuerſionem in creaturam, præfert illam Deo; & ideo in ea ſuum vltimum finem conſtituit: illud vero nullatenus ſoluit Dei amicitiam, ſed adhuc in vero Dei amico reperitur; & ideo cum dilectione Dei, & charitate compatitur, eſt inſuper certum, actionem illam, qua homo venialiter peccat, eſſe vere humanam, & ex conſequenti tendere in bonum, & eſſe ab homine agente propter finem: quia cum actio deliberata ſit, finem reſpicit:

Digitized by Google

cit: quia quamuis, vt in difficultate 15. dictum eſt, poſſit dari bonum neutrū, quod nec ſit finis, nec medium, quod diligatur à volunt ate deliberate operante: quia tamen hoc non ſemper cōtingere certum eſt; ideo non ad hoc bonum recurrimus, ſed vere fatemur, actionem illam, qua homo venialiter, peccat, & ipſum peccantem in illa agere propter finem; propter quem autem finem agat, eſt nobis colluctatio, & quidem non poſſe eſſe propter Deum actu, eſt indubitabiliter certū, quia opus illud ex natura ſua malum non pendet ex intentione operantis, vt referatur in finem, ad quam ordinari ſibi repugnat: quamuis enim à Deo non auertat, nec deſtruat charitatem: ex ſe tamē malum eſt: & ideo ad Deū referri non poteſt: quod quidem etiā certum eſt apud omnes: quod etiam nec virtute, aut habitu poſſit in Deū referri mihi certiſsimum eſt; quia quā tumuis Cayetanus, Medina, Zumel, Vazquez, Ægidius, & cæteri Thomiſtæ, illam ordinabilitatem à Diuo Thoma aſsignatam virtualē, ſeu habitualem interpretentur, reddunt in idem: & in hoc ſimul conueniunt, quod ſit ipſumet opus peccati venialis, nō poſſe referri in Deum, vt in noſtrum vltimum finem: quia quamuis quidā ponant, intelligendam eſſe ſententiā Diui Thomæ de ordinabilitate reſpectu vltimi finis incommuni: hæc expoſitio non eſt ad rem, quia intentio huius difficultatis militat de fine vltimo in particulari, qui eſt noſtra ſuper naturalis beatitudo, nempe, ipſe met Deus clare viſus, & amatus. Dato ergo, quod opus peccati venialis nullatenus eſt in noſtrum verum vltimum finem referibile, aut igitur refertur in aliud, quod non ſit Deus: & tunc illud aliud erit finis vltimus: & cum iuſtus non auertatur à Deo per peccatum veniale, & ideò Deus adhuc ſibi remaneat vltimus finis, conſequēter habebit duos vltimos fines: vel in ipſo opere peccati venialis vltimum finem conſtituit, non referendo illud in aliud, & vtroque modo ſequitur, quod iuſtus venialiter peccās habebit ſimul duos vltimos fines: quod argumētum nobis obiectum intendebat.

31. *Vera reſolutio de opere peccati venialis. an ſit vltimus finis?* Vt tamen enim vero, aliis ſolutionibus, & interpretationibus omiſsis, huius dubij difficultatem reſoluo, aduertendo, quod ratio formalis vltimi finis, quæ additur ſupra bonum, eſt irreferibilitas in alium finem, vt ſæpe do mente Scoti hactenus dictum eſt: hæc autem irreferibilitas non eſt quæcumque, ſed illa, quæ oritur ex ratione ſūmi boni. Ex triplici ergo capite oriri poteſt irreferibilitas vnius boni in aliud. Primo quia ex naturali oppoſitione duorum repugnat vnum referri in aliud, ſicut repugnat, nigrum ordinari in album, aut frigus in calorem. Secūdo, ex eo, quod ita illud bonum eſt optimum, vt non habeat aliud bonum ſupra ſe, ad quod referatur: poteſt tamē dari aliud bonum ſibi æquale, quod nec ipſum excedat, nec excedatur ab ipſo, vt patet ſi Deus crearet aliam ſummam gratiam æqualē gratiæ Chriſti Domini. Tertio tādem ex eo, quod non ſolum non habet aliud bonum, ad quod referatur: ſed ita eſt ſummū bonum, vt omnia bona referantur ad illud, eo quod non eſt dabile aliud bonum, ſicut ipſum: irreferibilitas ergo hoc tertio modo, quæ ſcilicet, ex bono hoc tertio modo ſummo oritur, eſt, quæ tantum conſtituit vltimum finem, tam verū, quia à parte rei ſolus Deus eſt taliter ſummum bonum, quā apparentem, quia intellectus ex errore ſuæ apprehenſionis proponit voluntati talem finem, vt ſic ſummum bonum: quam etiam præſtituetū, quia voluntas quando mortaliter peccat, ita creaturam æſtimat ſummum bonum, vt illam ipſimet Deo vero ſummo bono præferat, & in eius comparatione illum contemnat.

32. Nullus ergo vltimus finis datur, nec eſt dabilis, niſi in eo ratio irreferribilitatis procedit ex iſta tertia cauſa, nēpe, ex ſumma bonitate: ex ſecunda vero cauſa, vel ex ſecundo capite non oritur irreferibilitas, quæ vltimum finem conſtituat, vt late probatum eſt ſupra num. 15, & 16. Priori tādem modo dicitur irreferibile opus peccati Venialis: hoc eſt, quia ideo tantum irreferi-

feribile eſt in verum vltimum finem: quia ſibi ex natura ſua repugnat in illum referri. Si ergo dicatur finis vltimus ſecundum hanc latiſsimam rationem vltimi finis, nempè ratione præciſæ irreferibilitatis, nō ideo vltimus finis eſt abſolute, & ſimpliciter, ſed ſecundum vnam tantum conditionem finis vltimi: & ideo poteſt quaſi ſecūdum quid vltimus finis vocari, quatenus, ſcilicet, ei conuenit eſſe irreferibilem ex repugnantia. In re autem proprie loquendo, nec eſt vltimus finis, nec finis intermedius, non vltimus, quia non habet aliquam rationem ſummi boni: non verò intermedius, quia nō eſt ordinabilis in finem vltimum, qui ſimul permanet cum ipſo, nempè in Deū charitate dilectum, eſt igitur finis neuter, hoc eſt nec vltimus, nec intermedius: habet tamen rationem finis, quia eſt propter ſe volitus, & finalizat voluntatem.

33. Ex quibus colligo, quod optimè ſaluatur, illam actionem, qua iuſtus venialiter peccat, eſſe vere humanam: & quidem eſſe propter finem: quia ex intentiōne operantis, vel illud opus in quod tēdit, eſſet finis intermedius, ſi ſibi non repugnaret referri in Deū, vel eſſet finis vltimus, ſi à vero fine vltimo auerteret, & ita propter ſui oppoſitionem cum illo æſtimaretur à voluntate, vt ſummum bonum in contemptum veri ſummi boni. Quia tamen ex natura operis nec poteſt præferri Deo tanquam ſummum bonum æſtimatum, nec referri ad ipſum: quia ſibi repugnat: ideo neque eſt vltimus finis, nec intermedius. Vnde licet ex intentione operātis eſſet agere propter finem vltimum, vel intermedium. Hæc tamen ratio intermedij, aut vltimi ſibi impeditur ex natura operis, & hac de cauſa nullum eſt inconueniēs in tali peccato iuſtum, nec vti, nec frui: non quidem vti, quia opus illud non habet rationem medij, aut intermedij: nec frui, quia non habet rationem vltimi finis.

34. Et ſi contra hoc arguas actionem humanæ voluntatis deliberatam, neceſſario, vel eſſe fruitionē, vel vſum: libenter tibi concedo hanc diſiunctiuam, loquendo de ipſa actione, prout procedit ex intentione, & deliberatione operantis: non verò ſemper eſt vera ex parte operis ipſius, quia non nunquam ſibi repugnat referri ad finem vltimum: & ideo non eſt vere vſus: nec quidem eſt ſummum bonum, & ideo actus circa illud, non eſt vere, ſeu proprie frutio. Sed ſi abuſiue vocetur vltimus finis, quatenus præciſe eſt ad alium finem vltimum irreferibilis: hoc non eſt contra noſtram ſecundam cōcluſionem, in qua tantum loquimur de vltimo fine, cui competit natura, & ratio formalis vltimi finis.

Ad argumentum ergo nobis obiectum reſpondeo, iuſtum illum non habere duos vltimos fines, quando venialiter peccat, ſed vnum tantum, nempè Deum: licet in illo admittamus habere alium finem neutrum, qui, ſcilicet, nec ordinatur ad vltimum: quia hoc ſibi repugnat: nec eſt vltimus, quia hęc inordinabilitas non oritur ex ratione ſummi boni, licet ſibi conueniat vna conditio vltimi finis, nempè hæc irreferibilitas in ſalud. 35.

Satis ergo probata eſt noſtra concluſio quoad illam partem, quod, ſcilicet, non poteſt idem homo ſimul habere duos fines vltimos, quorum vnus ſit verus, ſeu apparens, & alius præſtitutus: de pluribus verò ſimul præſtitutis etiam probatur ratione ſupra poſita numer.15. & 16. qua oſtenditur repugnare voluntatem eandem duos vltimos fines totales habere, quę militat, tam de præſtitutis, quam etiā de veris, & apparentibus: & ideo concluſionem quoad omnia probat. 36.

Dico tertio, quod qui ſimul habet plura peccata mortalia, non ideo habet plures vltimos fines totales, nec partiales, ſed omnia talia peccata habent rationem finium intermediorum in ordine ad vnum vltimum finem. Concluſio hæc triplicem habet partem, quarum vna infertur ex alia. Primam tamė communiter recipiunt omnes Theologi: cæteræ vero ſunt contra Ægidium, & alios. Hac ergo 37. 3. concluſ.

vnica

vnica ratione quo ad omnes partes probatur concluſio: quoniam homo mortaliter peccans non conſtituit finem vltimum in ſpeciali obiecto illius operis, in quo mortaliter peccat: ergo & ſi plura peccata mortalia cōmittat, & illa ſimul habeat, non ob id habebit plures vltimos fines totales, nec partiales. ſed talium peccatorum obiecta vere ſunt fines reſpectu volūtatis mortaliter peccantis: ergo cum non ſint vltimi, erunt intermedij: ergo ſunt ordinati ad aliquem finem vltimum: ſed finis vltimus tam *cui*, quàm etiam *cuius*, reſpectu omnium peccatorum mortalium, quibus peccator auertitur a Deo vero fine vltimo, eſt ipſemet peccator, quatenus ſe in Dei contemptum, ſibique metipſi æſtimat ſummum bonum: ergo cum ipſe reſpectu ſui ſit vnicus, vnicus erit finis vltimus, ad quem omnes prædicti fines intermedij ordinantur. Diſcurſus hic quoad omnes ſuas illationes eſt ligitimus: antecedens tamen primum eius, ex quo omnes illationes depēdent, probatum eſt ſatis in difficultate 19. conc. 3. num. 40. & 41. & late explicatur in eadem difficultate à numer. 24. vſque ad 34. ex quibus ibi notatis, & probatis habetur, peccatorem vltimum finem cōſtituere, non in cuiuslibet peccati obiecto, ſed in ſe, eo quod mortaliter peccando, fruitur ſe ipſo.

38. Ex his ergo patet, talia peccatorum obiecta non eſſe partiales fines vltimos: quia partes vltimi finis integrāt ipſum finem vltimum: & cuilibet ſaltim partialiter debet conuenire ratio vltimi finis. Talia verò obiecta peccatorum ſunt intermedia ordinata ad finem vltimum, quem reſpiciūt: & per conſequens diſtinguuntur à fine vltimo: quia relatio medij ad finem infert diſtinctionem eorum: partes vero vltimi finis non diſtinguuntur à fine vltimo, ſed intrant ipſum finem vltimū, ſicut integrantes inſtant ſuum integratum, nec talia obiecta ſpecialia peccatorum mortalium ſunt fines vltimi in actu primo: quia non ſunt ſufficientes vltimate finalizare voluntatem, & ſi ſeorſum ſumantur: quoniam ſemper ſunr fines referibiles in vltimum finē, qui eſt ipſemet peccator. Ex quibus manet probata concluſio quoad omnes ſui partes, & cōſtat hominem plura peccata mortalia habentem non propterea plures vltimos fines habere, nec totales, nec partialiter concurrentes ad eius voluntatis totalem finalizationem.

§. 6.

Soluuntur argumenta primæ ſententiæ.

VT tandem argumenta in principio difficultatis pro prima ſentētia adducta ſoluamus, reſpondeo ad primū, nō quidē ſpectare ad rationē vltimi finis totam hominis capacitatē implere: quia hoc ſolum competit vero vltimo fini, qualis eſt Deus. Aliàs enim quilibet peccator, in quocūque mortali peccato, in quo fruitur ſe ipſo, ſatiaretur immobiliter, cuius oppoſitum canit Pſalmiſta, *ſatiabor* (dum inquit) *cum apparuerit gloria tua.* Sufficit ergo tantum ad rationem vltimi finis, quod à peccatore æſtimetur, vt ſummum bonum, & eius appetitū, quatenus eſt ex parte voluntatis volentis ſe ſatiare, ſaltim immobiliter quietet, prout expoſuimus de mente Scoti ſupra in difficultate 19. & 20. Sed tunc quando probas aſſumptum ex ſententia Peripateticorum, dico ibi, eos, ignorando in quo vltimus finis conſiſteret, conſtituere illum in omnibus operationibus hominis, vel ſaltim in aliquibus: non tamen ob hoc plures vltimos fines conſtituebant, ſed putabant, quaſi illum integrare quaſdam operationes humanas: nam licet 39.

Ad argum. pro prima ſententia, & ad primū

licet noſter vltimus finis, & ſupernaturalis beatitudo ſit vnicus, integratur tamen ex duplici operatione, nēpè ex viſione beata, & fruitione: quæ licet ſint duæ diſtinctæ operationes, intellectus, ſcilicet, & voluntatis, adhuc vnicus vltimus finis eſt. Huius inſtarmodi Phyloſophi illi forſan vltimum finem putabant conſiſtere in operationibus intelligendi per ſapientiam, & diligendi, ſeu operandi per virtutem.

40. Ad 2. arg. Ad ſecundum dico, non poſſe quidem peccatorem in illis pluribus bonis a ſe optatis, & dilectis plures vltimos fines conſtituere: ſiquidem talia bona referibilia ſunt ad alium finem vlteriorem, eo quod non poſſunt æſtimari, vt bona ſumma, nec talia eſſe: quia, vt dictum eſt ſupra difficultate 12. num. 25. omnibus illis bonis vtitur peccator, vt fruatur ſe ipſo. In quo tantum vltimum finem conſtituit, quatenus ſe ſolum poteſt diligere, & ſe diligit in contemptum Dei: in qua dilectione conſiſtit æſtimatio ſummi boni commutabilis, prout præfertur bono incommutabili: vnde licet illa bona commutabilia ſint inter ſe diſparata: omnia tamen in ordine ad hunc vltimum finem habent rationem intermediorum: vel ex ſe ipſis, vel ex intentione operantis: & ſic licet vnum non ordinetur in alterum, vt argumentum probat non contingere in omnibus: omnia tamen ſeorſum, & ſimul ordinantur in ipſum peccatorem, tanquam in vltimum finem, vt expoſitum eſt: nam vt dixit Scotus in hoc primo diſtin. 1. quæſt. 4. art. 2. *Sicut eſt ordo inter illa vera, ſic & inter illa bona: & ſicut illa vera ſunt ſic ordinate cognita, ita & illa bona ſunt ſic ordinate volita*, hoc eſt, quod talia bona ſunt volita in ordine ad fruitionem ſui ipſius.

41. Ad 3. Ad tertium reſpondeo, verum eſſe quod in quolibet fine præſtituto optimè ſaluatur vera ratio finis, ſed non in omni ſaluatur vera ratio finis vltimi, in illo ergo tantùmodo ſaluatur ratio finis vltimi, in quo reperta fuerit irreferibilitas exorta ex ratione ſummi boni, ſaltem æſtimati vt talis: hoc tamen modo ſolum ipſemet homo mortaliter peccans eſt ita irreferibilis: & ideo ſolum ſe ipſum conſtituit peccator finem vltimum. Imò dato quod in ipſo obiecto operis peccati mortalis finem vltimum conſtitueret (vt alij opinantur) adhuc tamen non inferretur exinde, quod qui plura habet peccata mortalia, plures vltimos fines ſimul haberet: quia tunc reſponderetur ex diſtinctione à nobis tradita ſupra nu. 11. de cauſa totali in actu primo, & in actu ſecundo, quod, ſcilicet, licet talia bona eſſent in actu primo ſeorſum ſumpta fines vltimi: non tamen vt ſimul in actu ſecundo eādem voluntatem finalizant: & ſic, nec ſecundum noſtram opinionem, aliquid probat argumentum; nec ſecundum illam aduerſariorum conuincit.

Ad quartum negatur antecedens: quia, vt ſæpè dictum eſt, non poteſt homo frui obiecto actus peccati mortalis, nec ideo in illo vltimum finē cōſtituere: ſed fruitur ſe ipſo, & ſe ipſum finem vltimum conſtituit in omnibus talibus peccatis. Sed eſto, quod ſecundum oppoſitam ſententiam admitteremus, quod in quolibet peccati obiecto vltimum finem conſtitueret: & quod omnia poſſent ſibi eſſe vltimi fines diſiunctim: dico tamē, quod non exinde infertur hoc ipſum poſſe coniunctim. Cuius ratio à priori eſt, quia licet poſſit quælibet cauſa totalis ſeorſum ſumpta totum effectum totaliter cauſare: non tamen ideo poterunt duæ cauſæ totales ſimul eundem effectum cauſare totaliter. Sed tunc licet vnaquæque ſit totalis in actu primo, non tamen vtraque eſt totalis in actu ſecundo: quia ſicut nequit idem effectus à duabus cauſis totalibus totaliter cauſari, ſic nequeunt duæ cauſæ totales totaliter eundem effectum cauſare. Concurrerent ergo illi fines alias totales, & vltimi (ſecundum illam ſententiam) partialiter ad finalizandum eandem voluntatem: verius tamen iuxta noſtram ſentētiam illud antecedens negatur, ſicut negat Scotus, peccatorem frui obiecto actus peccati, aut in eo vltimum finem conſtituere poſſe. 42. Ad 4.

Ad

43. Ad vltimum ex dictis ſatis patet ſolutio: fatemur etenim, peccatorē per illam auerſionem à Deo, & conuerſionem ad ſe, conſtituere vltimum finē in bono commutabili, quod eſt creatura: & profecto non ſolum id ſibi cōtingit, quando peccat in gula, ſed etiā quatenus in quacumque ſpecie peccati lœtalis peccat: ſed vt dictum, eſt nō eſt ipſum obiectū actus peccati creatura illa, quàm ſibi vltimum finem conſtituit, ſed ipſemet, qui peccat: & ideo licet ad plura peccata mortalia ſit affectus, ſicut repugnat ſe ipſum multiplicari, ſic repugnat ſe in pluribus peccatis mortalibus plures fines vltimos conſtituere.

DIFFICVLTAS XXI.

Vtrùm omnia quæcumque appetit homo, etiam dum mortaliter peccat, appetat illa propter ſuum vltimum finē verum?

§. i.

Referuntur ſententiæ, & modus dicendi, quorundam.

1. DIFFICVLTAS hæc celebris finem ponit omnibus de vltimo fine: quæ quidem tametſi ſub titulo veri finis vltimi inchoetur, plera tamen, quę ad alios fines vltimos ſpectant, includit. In ea igitur recentiores quidam Thomiſtæ, adherentes (vt exiſtimant) ſententiæ Diui Thomæ in quarto diſtinctione 49. quæſtione prima articulo tertio, & tertio contragentes capite decimo ſeptimo, & de veritate quæſtione vigeſsima ſecunda articulo ſecundo, & primo Ethicorum lectione prima, partem affirmantem tuentur, ſic Medina prima ſecundæ quæſtione prima articulo ſexto, & plures alij, quos etiam videtur ſequi Valencia ſecunda parte diſputatione prima puncto quinto, qui omnes tenent, cuncta, quæ diligit homo, dū etiā mortaliter peccat, velle propter Deum ſuum vltimum finem verum: ſpecialius tamen alij id tenent, quatenus inquiunt, omnia quæcumque operatur homo, & quæ appetit, appetere propter finem vltimum in particulari, ita quod quidquid appetit fidelis, appetit propter Deum ſuum verum finem vltimum: quidquid verò appetit infidelis, appetere propter idolum ſuum apparentem vltimum finem. Qui modus dicendi tribuitur noſtro Richardo in ſecundo, diſtinctione quadrageſsima prima articulo primo quæſtione tertia: tenent tamen Gregorius Ariminenſis in ſecundo diſtinctione trigeſſima octaua quæſtione prima, & Caſſalius libro primo de quadripartita iuſtitia capite vigeſsimo primo, ac alij.

1. ſententia quorundā Thomiſtar.
D. Thom.
Medina.
Valencia.
Ricardus.
Gregorius.
Caſſalius.

2. Quæ ſententia probatur primo teſtimonijs ſanctorum Patrum, & primo Diui Dyoniſij de diuinis nominibus capite quarto, Diui Auguſtini libro 19. de ciuitate Dei capite primo: item Diui Anſelmi de caſu Diaboli cap. 12. Boecij lib. 3. de conſolatione proſa ſecunda; quibus accedit Ariſtoteles 1. Ethicor. cap. 1. & ſecundo, & 1. Rethoricor. ca. 5, qui omnes expreſſe docēt, omnia quæcumque agit homo, ea proculdubio agere propter ſuum vltimum finem in particulari, quorum tamen verba nō refero propter prolixitatem vitandam.

D. Dyoniſ.
D. Auguſ.
D. Anſel.
Boecius.
Ariſtot.

3. Secundo ratione probatur hæc ſententia: quia omnis humana actio eſt propter vltimum finem in communi: tū, quia omnis debite agens agit propter talem finēm: tum etiam, quia humana inclinatio, & appetitus, cū ſemper tendat in centrum, eo ipſo tendit in vltimum finem, tanquam in centrum: ſed ratio vltimi finis in communi non reperitur niſi in finē vltimo particulari: ergo omnis actio huma-

humana, eo ipſo quod eſt propter vltimum finem in communi, eſt propter ipſum in particulari: ſed fidelis credit firmiſsima fide, Deum eſſe ſuũ verum vltimum finem in particulari, & infidelis putat huuc ſibi vltimũ finem eſſe idolum, quem ſibi credit eſſe verum Deum: ergo omnis actio humana eſt propter Deum finem vltimum.

4. Tertio, nam quilibet homo omniũ ſuarum actionum habet vnum vltimum finem, ſicut quælibet alia creatura: ergo quilibet homo omnia quæcũque agit, etiam quãdo mortaliter peccat, agit propter ſuum vltimum finẽ: ergo cum cognoſcat, Deum eſſe ſuũ vltimum finem, omnia agit propter Deum. Prima conſequẽtia patet: quia de ratione vltimi finis eſt, vt cætera omnia appetantur, & fiant propter ipſum, vt dictum eſt in præcedentibus difficultatibus, & conſtat ex Ariſtotele, ſecundo Metaphyſicæ cap. 2. textu 8.

5. Quarto probatur: quia eodem modo ſe habet vltimus finis ad cauſalitatem finalem cuiuſcumque finis proximi, quo ſe habet prima cauſa efficiens ad omnem actionem cauſæ ſecundæ efficientis: ſed cauſa efficiens prima concurrit ad omnem actionem cauſæ efficientis ſecundæ propter eſſentialem dependentiam omnium cauſarum ſecundarum ad ipſam: ergo vltimus finis concurrit ad omnem cauſalitatẽ cuiuslibet finis proximi, & intermedij: ſed cauſalitas cauſæ finalis conſiſtit in hoc, quod moueat ad dilectionem mediorum ad ſe: ergo vltimus finis mouet voluntatem ad volitionem omnium, quæ vult propter cæteros fines intermedios, qui ordinantur ad ſe: & ex conſequenti ad volitionem omnium, cum omnia ordinentur ad finem vltimum: ſed non moueret vltimus finis ad volitionẽm omnium, niſi omnia eſſent volita propter ipſum: ergo &c.

6. Tandem, quia in cauſis eſſentialiter ſubordinatis nulla poteſt cauſare, niſi prima ſimul concurrat, vt habetur ex Ariſtotele lib. 8. Phyſicor. capit. 5. & 2. Metaphyſicæ cap. 2. textu 6. ſed nullus eſt finis intermedius, qui non ſit ſubordinatus eſſentialiter fini vltimo: ergo finis vltimus ad omnem actionem humanam concurrit: ſed concurſus finalis in hoc conſiſtit, vt quidquid fit, fiat gratia ſui: ergo in omni actione humana, etiam quando homo mortaliter peccat, agit propter vltimum finem, qui eſt Deus.

---

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & quædam eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali huius 1. diſtinctionis quæſt. 4. art. 2. ſol. ad 2. cuius hæc ſunt verba. *Minor etiam eſt falſa, quod, ſcilicet, virtute, & participatione vltimi finis, vult, quidquid vult:* 7.
& infra in eadem ſolutione argumenti inquit: *non enim virtute Dei voliti volo quodcumque volitum: quia tunc omnis actus voluntatis eſſet actualis vſus, referendo illud ad primum obiectum volitum.* Loquendo autem ſpecialius de vltimo fine in particulari, prout noſtra beatitudo eſt in Deo trino, & vno, ac etiã de illis volitis, in quibus homo peccat, hæc inquit in 4. diſtinct. 49. quæſtion. 10. litera N. *Deliberatiuus appetitus non eſt talis, quaſi omne quod vult, velit propter beatitudinem [illegible] enim velle aliquid, non tamen propter beatitudinem negatiue, ſcilicet, non volendo ipſum propter beatitudinem, poteſt etiam ipſum contrarie velle: [illegible] &c.* & infra ſubdit. *Contrarie etiam poteſt aliquis [illegible] alienus fide [illegible] apprehendens finem [illegible] ſe [illegible] beatitudinem in [illegible] trino, & vno, ſimiliter [illegible] fornicationem, vt poſsibilem ordinari ad finem illum,*

ſed

ſed diſtante intellectu, quod fornicatio non eſt ordinabilis ad illum finem, qui eſt beatitudo: imò eſt contraria fini, & tamen voluntas eligit fornicationem: ergo &c. Sequuntur Doctorem Maironis, & Almainus. Baſſolis in quarto diſtinctione quadrageſimanona, quæſtione ſexta articulo tertio, Rubionis in primo diſtinctione prima quæſtione quinta, & in quarto diſtinctione quadrageſimanona quæſtione ſexta, Lychetus in primo diſtinctione prima quæſtione quarta propè finem, Tataretus ibidem §. *ſecunda ratio Henrici*, & in quarto diſtinctione quadrageſimanona quæſtione nona §. *de appetitu naturali*, eſtque hæc ſententia Seraphici Patris noſtri Diui Bonauenturæ in ſecundo diſtinctione 38. articulo primo quæſtione tertia, & noſtri Ricardi ibidem: item illam inſinuat Diuus Thomas in quarto diſtinctione quadrageſimanona quæſtione prima articulo tertio, & prima ſecundæ quæſtione prima articulo ſexto, quem nonnulli ipſius diſcipuli in hoc ſequuntur: item illam tenent Durandus in ſecundo diſtinctione trigeſimaoctaua quæſtione quarta, Ægidius Romanus quæſtione prima articulo ſecundo, & tertio, & ex recentioribus inter alios Vazquez prima ſecundæ diſputatione ſexta capit. tertio, & Ægidius Luſitanus tomo primo de beatitudine libro ſecundo quæſtione ſeptima articulo ſecundo §. tertio.

Maironis. Almainus. Baſſolis. Rubionis. Lychetus. Tatharet. D. Bonau. Ricardus. D. Thom. Durandus. Ægidius. Vazquez. Ægidius. Luſita.

8 Tametſi huius ſententiæ ſectatores in hoc vno principali puncto conueniant, quod eſt non referri omnia quæcumque homo agit, & appetit, in noſtrum vltimum finem: Varie tamen loquuntur de iſto fine vltimo, & de operibus, quæ fiunt, aut poſſunt fieri propter illum. Quidam etenim diſtinguũt de fine vltimo in communi, & in particulari, & aiunt, omnia quidem, quæ homo facit, & appetit agere, & appetere propter vltimum finem in communi, non vero in particulari: ſic Vazquez capit. primo diſputationis citatæ, & plures alij. Quidam vero diſtinguunt de ipſo fine in particulari, vtpote de vero, & apparente: & dicunt non omnia opera bona referri in finem vltimum apparentem, vtpote in idolum, bene tamen in finem verum, qui eſt Deus. Cuius ratio eſt, quia actiones moraliter bonæ in homine infideli, neque ex parte operis, neque ex parte operantis, neceſſario referuntur in idolum; ſecus autem ſi fiant ab homine fideli: ſic Ægidius Luſitanus concluſione tertia, & ita alij aliter de hoc fine, & de his operibus variè loquuntur.

Vazquez.

Ægid. Luſita.

9 Vt ergo difficultatem hanc commodius reſoluere valeamus, operæ pretium erit in fronte ipſius titulum explanare: quærimus ergo, vtrum homo velit, & appetat omnia, quæ vult, & appetit, propter vltimum finem. In quo titulo tres ſunt termini principales à nobis diſtinguendi, ſcilicet, quis eſt homo, qui appetit, & quæ ſunt ea, quæ appetit, & quis eſt ille finis, propter quem talia appetit: & iuxta iſtorum terminorum diſtinctionem difficultatem hanc per concluſiones ſingulas reſoluemus.

10 Homo ergo appetens poteſt conſiderari in quadruplici ſtatu: vel ſcilicet, primo in puris naturalibus, quatenus ſibi competunt ſua eſſentialia prædicata, & quæ ſunt intra naturæ limites, iuxta quam conſiderationem poteſt actu ſuo elicito appetere bonum naturale tantummodo: quia cum prout in tali ſtatu non ſit ordinatus ad beatitudinem ſupernaturalem, nec habeat cognitionem ipſius, conſequenter illam non poteſt actu elicito appetere: ſecundo conſideratur homo in infidelitate Paganiſmi: in quo ſtatu, quamuis homo ordinatus ſit ad beatitudinem ſupernaturalem, eo quod vult Deus omnes ſaluos fieri: ignorat tamen, in quo conſiſtat talis beatitudo; & ideo de hoc ambigit ob intellectus errorem: vnde appetit voluntas finem vltimum apparentem, qui tamen in ſe verus non eſt, ſed falſus; nempe, idolum: in tertio ſtatu eſt homo ſectarius alicuius ſectæ hæreticæ

Quatuor Hominis ſtatus.

Et pra-

prauitatis: in qua, licet ſupponatur cognitio vnius veri Dei, & quod eſt noſter vltimus finis: ſunt attamen plerique errores circa cognitionem mediorum ad ipſum, vt pote Hæretici, qui aliquos articulos fidei negãt, & ſacramenta nonnulla legis gratiæ, quæ ducunt ad verum vltimum finem non credunt: ad quem etiam ſtatum reduci poſſunt Iudęi, qui habentes ex vetere teſtamento cognitionem vnius veri Dei: nihilominus negantes diuini Verbi Incarnationem, & Chriſtum Dominum fuiſſe Meſsiàm in judaicis ritibus, qui animã interficiũt, proteruiunt, & in ſua perfidia perſeuerant. In quarto tandem ſtatu ſunt fideles Catholici, qui & verum noſtrum finem vltimum eſſe Deum, & omnia media neceſſaria, & ſufficientia, & vtilia ad eius conſequutionem cognoſcunt, & fide firmiſsima confitentur.

11 *Quatuor genera bonorũ quæ homo poteſt appetere.* Rurſus bona, quæ appetit homo, poſſunt etiam eſſe in quadruplici differentia. Vel enim ſunt naturalia, vt pote pulchritudo, & decor, ingenium optimum, vires robuſtæ, & ſimilia: vel ſecundo ſunt moraliter bona, vt caſtitas, abſtinentia, & opera virtutum cæterarum, tam moralium, quam ſupernaturalium: tertio poſſunt eſſe talia bona, ſeu opera indifferentia, vt verbi gratia de ambulatio, ſeſsio &c. vel tandem ſunt moraliter mala, vt ſunt omnia opera peccatorum, in quibus peccatis poteſt conſiderari ratio phyſica ipſorum peccatorum, hoc eſt ipſa peccata pro ſubſtracto, vel ipſa ratio malitiæ moralis, quæ eſt priuatio rectitudinis debitæ in eſſe actui (vt ſuo loco dicemus) & auerſio à lege diuina.

12 *Quot modis poteſt ſumi vltimus finis.* Tandem finis vltimus alius eſt naturalis, & alius ſupernaturalis primus eſt ipſemet Deus, ſecundum quod eſt ſummum bonum naturæ. Nam ſicut Auctor naturæ eſt omnium rerum naturalium prima cauſa efficiens, ita eſt omnium talium rerum vltimus finis: quia (vt viſum eſt ex Doctore indiſſicultate præcedente) ex ratione vnius cauſæ primæ effectricis concluditur euidenter ratio vnius vltimi finis: & ex conſequenti ex ratione vnius cauſæ efficientis naturalis infertur ratio vnius vltimi finis naturalis. Finis vero ſupernaturalis eſt ipſemet Deus, prout glorificator iuſtorum, totam, videlicet humanæ mentis capacitatem, & inclinationem tanquam obiectum beatificum ſupernaturaliter replens, & ſatians: ab his autem duobus finibus integratur vna ratio perfectiſsima eſſentialis beatitudinis, qua fit *ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.* Non quidem quod abſtrahatur ab illis duobus finibus aliquod bonum in communi, ſicut genus abſtrahitur ab ſpeciebus, & hoc tale bonum communiter ſumptum ſit noſtra beatitudo, vt falſo putauit Gabrielis ſupplementum in quarto diſtinctione quadrageſimanona quæſtione prima articulo ſecundo: ſed finis vltimus prędicto modo ex duobus illis naturali, ſcilicet, & ſupernaturali integratus, eſt cumulus omnium bonorum cum negatione omnium malorum, ſatians, & quietans immobiliter hominis appetitum, ita vt ſibi nihil amplius reſtet deſiderandum: et hic eſt noſter vltimus finis, & noſtra perfecta beatitudo, quæ importat hoc, quod eſt omni bono fruibili frui, & in ipſo omnium bonorum cumulo, tanquam in centro noſtrę naturalis propenſionis, & inclinationis, immobiliter quietari. *Supplem. Gabr.*

Hunc autem finem vltimum, adhuc ſubdiuidimus in finem vltimum in communi, & in particulari: finis vltimus in communi non eſt aliquod vnum bonum in communi abſtractum, vt ſupra Gabrielis ſupplementum dixiſſe commemorauimus: ſed eſt prædictus cumulus fœlicitatum, & omnium bonorum perfectiſsima aggregatio: ita tamen eſt talium bonorum aggregatio, vt non conſideret, in quo particulari bono, vel in qua ſpeciali operatione talis fœlicitas reperiatur, an, ſcilicet, hic bonorum omnium cumulus con- 13 *Subdiuiſio vltimi finis in communi, & in particulari*

Digitized by Google

conſiſtat in bonis animæ, aut corporis, aut vtriuſque ſimul, vtpote in diuitijs, aut dignitatibus &c. includit enim rationes omnium bonorum imaginabilium, imò & quæ omnem humanam conſiderationem exuperāt, dum modo tamen humanæ mentis capacitatem non excedant: abſtrahit vero à conſideratione ſpecialium rationum, & à ſubiecto, in quibus talia bona conſiſtunt: finis vero vltimus in particulari iam non ſolum conſiderat illum cumulum omnium bonorum, vt abſtrahentem ab ſpecialibus rationibus, & ſubiecto eorum: ſed includit ſpecialem rationem, & ſubiectum, in qua conſiſtat. Hanc ergo ſpecialem rationem beatitudinis ambigentes, & ſatagentes quærebant homines dicentes, prout canit Vates diuinus in Pſalm. quarto: *Quis oſtendit nobis bona?* Et non inuenientes Gentiles in varios inciderunt errores: quidam hanc beatitudinem in diuitijs, alij vero in dignitatibus, alij in alijs rebus ponentes, vt Auctor eſt Diuus Auguſtinus 4. libr. de ciuitate Dei: & nos ſecundum fidei veritatem in viſione, & fruitione diuinæ eſſentiæ ponimus, quæ ſola noſtri intellectus viſionem, & voluntatis fruitionem terminando, totius noſtri appetitus naturalem inclinationem, naturaliter, & ſupernaturaliter replet, & immobiliter ſatiat, & quietat: hic ergo dicitur noſter vltimus finis in particulari.

Pſalm. 4.

S. Auguſ.

14 Quibus ſuppoſitis, ad hominem in omnibus illis ſtatibus conſideratum, & reſpectu omnium prædictorum bonorum, quæ appetit, & in ordine ad vltimum prædictis modis conſideratum, poteſt præſens difficultas extendi: & ideo circa prædicta omnia reſoluetur.

15 Pro intelligentia igitur difficultatis primo obſeruare oportet, quatuor modis poſſe aliquid ordinari in finem vltimum: vel, ſcilicet, ex intentione operis, ſed non operantis: ſecundo ex intentione operantis, ſed non operis: tertio ex intentione operis, & ſimul operantis: & tandem quarto, nec ex intentione operis, nec operantis, ſed ex errore intellectus arbitrantis illud ex ſe ordinari ad vltimum finem. Primo modo contingit, quando quis operatur aliquod bonum morale ſub aliqua virtutis ſpecie contentum, quod tamen actu ſuo elicito non refert in finem vltimum. Vt ſi quis eleemoſynam porrigat pauperi, ſine eo quod in tali actu explicite meminerit Dei, aut illum velit elicitiue, & explicite in Deum finem vltimum ordinare: ſed ſolum id facit gratia liberalitatis, vel naturalis miſericordiæ. Secundo, vt ſiquis aliquod opus ex ſe moraliter malum referat in Deum, vt ille, qui ex affectata ignorantia nimio legis zelo aliquid contra legem Dei efficit, exiſtimans ſe in illo (in quo mortaliter peccat) magnum Deo præſtare obſequium: quod in alijs ſimilibus caſibus contingit, in quibus peccator refert in Deum, tanquam ad vltimum finem, illud, quod ad Deum referri repugnat. Tertio modo dicitur quis referre in finem vltimum omnia opera, quæ ex ſe ipſis ſunt moraliter bona, & habet explicitum, & deliberatum actum voluntatis, quo illa talia refert in Deum finem vltimum, propter quem, & cuius amore, efficit, aut appetit illa. Quarto tandem modo contingit in infideli Hæretico, qui cum erroneè credat aliquid referri in Deum finem vltimum: illud tamen efficit ſine aliqua intentione referendi illud in talem finem. Vt pote ſiquis Tyrannus Hæreticus credens occiſionem alicuius Catholici vere eſſe in obſequium Dei, adhuc tamen illud homicidium cōmitteret, non vt Deo placeret, ſed propter crudelitatem, vel vindictam de Martyre conſequendam. Tunc enim iſte, nec refert opus in finem vltimum ex intentione operis ipſius, quia quamuis credat tale opus ad Deum eſſe referibile; ipſum tamen ex ſe ad Deum prorſus irreferibile eſt. Nec ex intentione operantis: quia

Quatuor modis poteſt aliquid ordinari in finem vltimum.

quis vt ſupponit caſus, non refert illud opus in Deum, ſed in ſuam tyrannidem, & vindictam.

16 *Aliquid ordinatur in finem vltimum actualiter, vel virtualiter.*

Porrò ex his, quæ ex intentione explicita operantis fiunt propter vltimum finem, quędam referuntur ad illum actualiter, & quędam virtualiter. Primi generis ſunt ea, quę homo actu refert in Deum, cum aliquid operatur: vt pote ſi ex formali, et actuali dilectione Dei, porrigat eleemoſynam, quando illam actu porrigit pauperi: & vt ſic in eodem actu porrigendi eleemoſynam includitur Dei dilectio actualis, cuius gratia porrigitur. Secundi vero generis ſunt ea, quæ fiunt ex præcedenti intentione finis: quæ intentio, & dilectio finis formaliter non perſeuerat actu: ſed tantum dicitur virtualiter, & habitualiter permanere, quando aliquod bonum opus efficit, vel appetit ex intentione formali præterita, & habitualiter permanente. Vt ſiquis ex intentione actuali, qua Deum tanquam vltimum finem diligit, & intendit, explicite proponat omnia bona facere propter ipſum, & hanc virtualem intentionem nunquam per actum contrarium aboleuit: ſed in eadem habitualiter permanés, deinceps aliquod opus moraliter bonum operatur.

§3.

Inueſtigatur de operibus naturaliter, & moraliter bonis, & indifferentibus in quem finem referuntur.

17 *In quem finem referātur bona naturalia.*

QVIBVS notatis non eſt nobis dubium de illis operibus, quæ ſunt naturaliter bona reſpectu hominis in quocumque ſtatu ſit: quia bona illa ex ſe ipſis reſpiciunt Auctorem naturæ, cuius effectus ſunt: & ideo niſi aliqua vitioſa circunſtantia ex voluntate appetentis inficiantur, ex ſe ipſis habent referri in Deum, vt finem vltimum naturalem: quia eodem modo, quod Deum, vt cauſam efficientem reſpiciũt, eodem referuntur in ipſum tanquam in finem vltimum: quia ergo præciſe ſe habet Deus reſpectu illorum, tanquam Auctor naturæ; ideo ipſum, tanquam ſuum finem vltimum naturalẽ reſpiciũt: ac propterea hoc prædicto modo, nempe ex intentione operis referuntur in finem vltimum naturalem omnia bona naturæ, quæ appetit homo, licet illa ipſe appetens actu elicito voluntatis in Deum non referat.

Loquendo vero de bonis ſecundi generis, vt pote de rebus moraliter bonis, etiam certum eſt ex ipſa operis intentione, reſpectu hominis in quocumque ſtatu ex quatuor numeratis ſit, referri quidem in Deum finem vltimum in particulari, niſi (vt de bonis naturæ dixi) aliqua vitioſa circunſtantia ex intentione operantis inficiantur: quia ipſa ex ſe, & ex natura ſua ſunt ordinata ad talem finem independenter ab intentione appetentis: & ideo licet appetens illa, actu elicito ad hunc finem non referat: ipſa tamen ex ſe ſunt ad talem finem vltimum ordinata: ſed hæc eſt differentia in elicita appetitione eorũ, reſpectu diſtinctorum ſtatuum appetentium: quod ſi hęc talia bona, quæ ex ſe moraliter bona ſunt, vt pote, ſi caſtitatem, & miſericordiam appeteret homo in puris naturalibus: non quidem illa poſſent referri in finem vltimum ſuper naturalem: quia talis finis ſibi nõ eſſet finis: ſed in ſuũ finem naturalem, licet ipſa bona ex ſe & ex ipſius operis intentione Deum, non ſolum, vt finem naturalem, ſed etiam, vt ſupernaturalẽ reſpiciant. Rurſus ſi appeterẽtur ab homine, prout in ſecũdo ſtatu exiſtit: nõ poſſent quidẽ actu elicito referri ad ipſũ finẽ, quẽ ipſa ex intẽtiõe operiś

18 *In quem ſi nem referātur bona moralia.*

operis reſpiciunt. Quod planè cōſtat, quia ipſa referuntur ex ſe in verum finem vltimum, qui eſt Deus. Intentio vero explicita appetentis, per actum elicitum voluntatis, illa refert in idolum, qui eſt finis apparens, & falſus: & non poteſt illa in finem verum, quem ignorare ſupponimus, ordinare. In tertio autem, & quarto ſtatu, bene poteſt res moraliter bona, & ex intentione operis, & ex intentione operantis referri in verum finem vltimum, tam in communi, quàm in particulari conſideratum. Quòd ex intentione operis iam oſtenſum eſt: quòd vero ex intentione operantis, clare patet: quia non ſolum fidelis Catholicus, ſed etiam Hæreticus, aut Iudæus, qui veri Dei vltimi finis habet cognitionem, poteſt eleemoſynā pauperi porrigere propter Deum verum, & multa alia bona moralia in ipſum referre: quamuis enim verum ſit, quod iſti infideles plura alià mala â ſe ipſis appretiata, vt bona etiam in Deum vltimum finem referant, quibus tamen repugnat referri in Deum: hoc non propterea tollit à bonis moralibus, quæ verè bona ſunt, quòd ab eis, in quibus eſt veri vltimi finis cognitio (licet circa hanc cognitionem veri Dei aliquos errores admiſceant) poſsint explicite, & actu elicito referri in illum.

19 De operibus vero indifferentibus, quæ ſunt bona tertij generis, aliter loquendum eſt, quia ex ſe nullam moralem bonitatem habent, & forſan nō nulla nec etiam habent bonitatem naturalem, nec malitiam: ideo enim indifferentia opera dicuntur: quia nec ſunt bona, nec mala, ſed tantum habent bonitatem tranſcendentalem, quæ ad eorum conſequitur entitatem: vt etenim docet Doctor in ſecundo diſtinctione 41. quæſtione vnica litera C. *Sunt multi actus indifferentes, non tantum ſecundum eſſe, quod habent in ſpecie naturæ: ſed etiam ſecundum eſſe quod habent in eſſe reali*: & infra inquit, *multi etiam ſingulares actus eliciti ſunt indifferentes, qui neque ſunt tales, neque tales: & non ſolum actus non humanus* (de quibus nō ſermo eſt) *ſicut mouere barbam, leuare feſtucam, & huiuſmodi, qui procedunt ex ſola imaginatione, non ex libero arbitrio impellente, ſed etiam de actibus libere elicitis*. Quod habet etiam Diuus Bonauentura ibidem articulo primo, quæſtione tertia. Plura ergo poſſunt eſſe obiecta actuum humanorum, quæ ex ſe, nec ſint moraliter bona, nec mala, vt ludus ſaltantium choreæ, & ſimilia, quæ ex ſe indifferentiam habent. Imò de ipſis actibus indifferentibus, qui etiam poſſunt appeti, vt videre ſimilem ludum, & deambulare &c. Dicendum eſt ſecundum Diuum Bonauenturam, & Scotum indifferentiam habere poſſe etiam in genere moris.

Scotus.

Dantur indifferentia in genere naturæ, & moris.

S. Bonau.

20 Nam licet pro Diui Thomæ ſententia vrgeat difficultas, quod, ſcilicet, omnis actus moralis debet neceſſario, vt moralis ſit, ſubdi regulæ rationis: & vt ſit actus in indiuiduo moralis, neceſſario debet eſſe tali regulæ conformis, vel non conformis, quia inter cōtradictoria nō eſt mediū: & ex conſequenti quilibet actus moralis neceſſario eſt, vel bonus, quia conformis regulæ: vel malus, quia non conformis ipſi: adhuc tamen obiter, hoc ſoluendo dico, non inferri illam negationem conformitatis ad regulam eſſe malitiam moralem: quia licet ſemper illa negatio ſit carentia rectitudinis: non tamen ſemper eſt priuatio rectitudinis debitæ ineſſe actui, in quo ratio formalis malitię moralis conſiſtit: ſed poteſt optimè eſſe carentia rectitudinis non debitę, ſed eius, quæ poterat ineſſe actui: nam vt optimê Seraphicus Doctor docet vbi ſupra numer. 25. & 28. omnia opera noſtra ſubiacent conſilio illi Apoſtoli 1. Corinthior. cap. 10. vbi inquit: *Omnia in gloriam Dei facite*. Quod ſufficit, vt omnia opera noſtra deliberata regulæ rationis ſubdantur, & ex conſequenti moralia ſint: quod autem etiam ſi ſint moralia, poſsint nihilominus eſſe, nec bona, nec mala, egregie explicat ipſe Doctor Seraphicus, dum inquit, *quod verba Apoſtoli non continent præceptum, ſed conſi-*

Datur actus moralis indifferens etiam in indiuiduo.

1. Cor. c. 10

D. Bonau.

lium:admonet enim Apoſtolus ſecundum hunc ſenſum, quod quodlibet opus noſtrum referamus in Deum, & de quolibet diuiſim poſſumus facere, & vtile eſt nobis, & expediens, ſi faciamus. Vnde ſi conformiter ad hanc regulam conſilij facimus, erit opus moraliter bonum. Si vero non faciamus, non propterea eſt opus moraliter malum: quia illa negatio conformitatis ad legem non eſt malitia moralis, eo quod non eſt priuatio rectitudinis: quia rectitudo non erat debita illi actui ratione præcepti: ſed poterat ineſſe illi actui, eo quod expediebat operanti ratione conſilij illum referre in Deum.

Opera indifferentia ex ſe non reſpiciunt finem vltimum.

21 Hoc ergo ſuppoſito dicendum eſt de operibus, & obiectis indifferentibus, tam in eſſe naturæ, quàm in genere moris, ex ſe ipſis non referri in Deum finem vltimum in communi, nec in particulari conſideratum, licet ſecundum præciſam bonitatem tranſcendentalem referantur in Deum, tanquam in Auctorem ſuum, & hac generaliſſima ratione, tanquam in finem ſuum naturalem eo modo, quo cætera entia naturalia ſuum finem reſpiciunt. Neque ergo ex ſeipſis referuntur in Deum finem vltimum, nec repugnantiam habent, vt referantur in illum, eo quod indifferentia ſunt. Quamobrem poſſunt talia opera referri in vltimum finem verum, ex intentione operantis: & tunc propter conformitatem cum prędicta regula rationis incluſa in conſilio allegato Apoſtoli, iam erunt moraliter bona. Vnde conſtat, quod omnis ratio ſuæ bonitatis ſibi prouenit ex relatione ad Deum finem vltimum; & hæc talis relatio non ineſt illis ex ſeipſis, ſed ex intentione ipſius hominis appetentis. Ex quo tandem colligitur, quod ſi per actum elicitum appetentis illa intentio ad finem explicita non fuerit: talia opera indifferentia non referuntur in Deum finem vltimum, neque in beatitudinem in communi, neque in particulari: & hoc loquendo de homine, tam in puris naturalibus, quàm in quocumque ſtatu alio extiterit.

§. 4.

Oſtenditur vltimus finis, quem reſpiciunt opera moraliter mala.

An opera moraliter mala reſpiciant finẽ vltimum.

22 TANDEM, Loquendo de quarto genere bonorũ, nempe de his, quæ ſunt moraliter mala, vt pote omnia peccata: aliter loquendum eſt de illis, quę ex natura ſua ſunt mala, vt puta odium Dei, peccatum Sodomorum, furtum &c. quæ quidem ſunt prohibita quia mala: & aliter de his, quæ ſunt mala, quia prohibita: ex ſe autem, & ex natura ſua mala non ſunt, ſed forſan indifferentia, vel bona in eſſe naturæ, vt laborare in die feſto alicuius peculiaris ſancti; in quo talis labor ab Eccleſia prohibitur. De his ſecundis non eſt dubium, referri poſſe in Deum finem vltimum ab omnibus illis, quibus talis prohibitio, ſeu præceptum impoſitum non eſt: loquendo autem de his, qui ſubduntur legi præcipienti, ſeu prohibenti talia, adhuc loqui debemus ſub diſtinctione: nam peccata illa pro ſubſtracto, adhuc ex natura ſua, non ſibi implicat in Deum referri: licet pro formali ratione malitiæ, hoc quidem manifeſtam implicationem inuoluat, vt omnes fatentur. At vero loquendo de illis peccatis, quæ ex natura operum ſunt intrinſece mala, eſt vrgens difficultas, an ſcilicet, ſub aliqua ratione ex intentione operis, vel operantis, ab aliquo homine, in quocumque ſtatu ſit, actualiter, vel virtualiter, in verum finem vltimum in communi, vel in particulari conſideratum poſſint referri?

Status controuerſiæ.

23 Circa hanc controuerſiam in hoc difficili puncto variæ ſunt Doctorum ſententiæ, & expoſitiones. Quædam eſt Durandi in ſecundo diſtinctione 38. quæ-

Expoſitio Durandi, & aliorum Durandus de vltim. fine in communi. Conradus Ferrara. Vazquez. D. Thom.

38. quæſt. 4. num. 5. & Conrad. 1. 2. quæſt. 1. articu. 6. quam videtur ſequi Ferrara 3. contra gentes cap. 17. & illā ſequitur Vazquez diſput. citata cap. 2. quam ait colligi ex Diuo Thoma prima ſecundæ quæſtione prima articulo ſexto, quæ expoſitio ait, ideo nos appetere omnia propter vltimum finem, hoc eſt propter beatitudem in communi conſideratam, quia omnia, quæ appetimus, ſolum appetimus ſub ratione boni: omnia autem eo ipſo, quod bona ſunt ſuapte natura ad beatitudinem videntur ordinata. Hoc autem (inquit Vazquez) ita intelligendum eſt, non quia omnia, quæ appetimus, natura ſua ſint ordinata ad conſequendam veram beatitudinem, cum multa potius ſint omnino contraria, & repugnantia, vt ordinentur in illam: ſed quia in omnibus bonis participatione quadam includitur affectus beatitudinis: & vt explicet Vazquez, in quo hic beatitudinis affectus conſiſtat; inquit, quod affectus beatitudinis, eſt habere omne bonum; & carere omni malò, ſiue hoc, ſiue illo modo id fiat: & quia deſiderio cuiuſque rei, quam appetimus, optamus habere aliquod bonum, & carere aliquo malo, & ita requiem aliquam inuenire, quæ eſt pars quædam beatitudinis in communi conſideratæ; ideo dicimur omnia appetere propter beatitudinem, etiam appetendo id, quod peccatum eſt. Hæc Vazquez.

24 Probat autem hanc ſententiam Vazquius; qua tenet hominem appetere; quidquid appetit propter finem vltimum in communi ſumptum (nam loquendo de fine vltimo in particulari, nobiſcum ſentit, vt viſum eſt) ex Diuo Auguſtino in tractatu de Epicureis, & Stoicis in ſexto tomo in fine, vbi in capite quarto ſic loquitur: *Nam qui bonus eſt; ideò bonus eſt, vt beatus ſit: & qui malus eſt, malus non eſſet, niſi inde ſe beatum eſſe poſſe ſperaret*; & deinde paucis interjectis verbis ſubdit: *De bonis; facilis quæſtio eſt, quod beatam vitam quærant, vt ideo boni ſint: de malis vero aliqui dubitant, verum; & ipſi beatam vitam quærant?* Quam difficilem quæſtionem ipſe Sanctus Doctor ſoluit his verbis: *Sed ſi ſeparatos malos, & à bonis diſcretos interrogare poſſem, & dicere, vultis beati eſſe? nemo diceret nolo. Verbi gratia, pone aliquē furem: quæro ab illo, quare furtū facis? vt habeā (inquit) quod non habebam, quare vis habere, quod nō habebas? quia miſerum eſt non habere: ſi ergo miſerum eſt non habere, beatum putat habere, ſed in eo impudens eſt, & errat, quia de malo vult beatus fieri: bonum enim eſt beatum fieri.*

Hæc tamen expoſitio, vt iacet à Vaſquio, parum probabilitatis continet, & minus teſtimonij Diui Auguſtini confirmatur. Et primum oſtēdo; quia, vel affectus beatitudinis, qui participatione reperitur in omnibus illis bonis, in quibus homo mortaliter peccat, habet ſe ex parte voluntatis appetentis illa, vel ex parte ipſorum bonorum, quę appetit. Si primū dicat, vel hoc erit ſecūdum illam æſtimationem, qua (vt diximus in difficultatibus 19. & 20.) peccator æſtimat creaturam, vt ſummum bonum; quatenus illam pręfert Deo, & ſic in illa conſtituit vltimum finem, & in hoc ſenſu vera eſt prędicta expoſitio; non tamen hic eſt ad rem: quia ille vltimus finis eſt præſtitutus ad libitum voluntatis: hic autem agimus de vltimo fine vero, etiam ſi ſit in communi. Vel ſecundo, hoc erit ex affectu voluntatis, quatenus illa vellet, vt tale bonum eſſet participatio illius ſummi boni, quod eſt Deus; eo quod affectus beatitudinis eſt habere omne bonum: ſed fidelis credit hoc tale bonum eſſe deſtructiuum maioris boni, quod ad beatitudinem pertinet: ergo non poteſt appetere illud tali affectu. Si vero ſecundum dicat, quod, ſcilicet, affectus ille beatitudinis habet ſe ex parte ipſorum operum, hoc faciliimè poteſt refelli: quoniam opus illud, quod eſt peccatum, præſertim loquendo de illo peccato, quod eſt prohibitū quia malū, vt pote odium Dei (in quo difficultas vrget) nullatenus participat rationem beatitudinis: ergo in illo

25 *Imaginatiō prædictæ ſenten.*

non poteſt participari affectus beatitudinis. Conſequentia probatur: quia affectus beatitudinis ſolum participatur in illis bonis, quæ ſunt cum beatitudine compoſsibilia: ſed hæc talia bona, nec per Dei potētiā poſſunt compati cum beatitudine, etiam in cōmuni conſiderata: ergo &c. Hanc minorem probo, nam beatitudo, etiam in communi, eſt cumulus omnium bonorum, cum negatione omnium malorū & vt talis appetitur ab homine: ſed quilibet homo, non ſolum fidelis, imò & infidelis certo cognoſcit odium Dei eſſe incompoſsibile cum cumulo omnium bonorum, & cum negatione omnium malorū. Tum, quia ſi fidelis eſt, ex ratione generali peccati mortalis credit ad quodlibet peccatum mortale conſequi priuationem, & deſtructionem obtinendi ſummi boni, quod eſt noſtra beatitudo. Tum etiam: quia ex ratione ſpeciali, qua odium Dei opponitur dilectioni Dei, cognoſcit quilibet, etiā infidelis, tale odium eſſe deſtructiuum dilectionis Dei, quæ ex ſe eſt bonum quoddam: vnde odiū Dei priuat hoc bono, eo quod eſt incompoſsibile cum illo: & ideo non poteſt pertinere ad cumulum omnium bonorū: quia cumulus, & aggregatio nō fit ex cōtrarijs ſe mutuo expellentibus, eo quod talis cumulus impoſsibilis eſt, & homo non poteſt impoſsibilia appetere.

Nec obſtat, quod talia appetantur ſub ratione boni: quia voluntas non diſtinguit inter bona, ſed intellectus intellectus autem voluntati proponit talia bona, quæ aliàs ſunt peccata mortalia, eſſe deſtructiua aliorū bonorū, quæ ad beatitudinē, etiam in cōmuni, ſpectant ad talem cumulum omnium bonorum ſpectant: ergo voluntas non poteſt illa appetere in ordine ad talē cumulum omnium bonorū: quia vt probatum eſt, repugnat tali bono, quod: vt odium Dei, intra talem bonorum cumulum aggregari: quia per eius poſitionem aliud maius bonum deſtruitur, & ſic poſito illo, nunquam erit cumulus bonorū: quia ſaltē illud, quod per eius poſitionem deſtruitur, deficiet, & ideo in hoc cumulo non

26

erit verum dicere, quod aggregantur omnia bona.

Nec valet dicere, quod ſaltim appetit illud bonū, quod eſt odiū Dei, ſeorſū, vt partem tamen illius cumuli omniū bonorum: quia nulla poteſt ſeorſum dici pars alicuius totius, quæ non eſt cōpoſsibilis cum alijs partibus eius: & ideo nullomodo tale opus malū, vt poté actus odij Dei, aut ſimilia quantumuis ſub ratione boni appetātur, poterunt ad vltimū finē, etiam in cōmuni conſideratum, nec ex intentione operis, nec ex intentione operantis, nec actu, nec virtute referri. 27

Teſtimonia vero Diui Auguſtini nihil aliud probant, niſi quod homo, quando mortaliter peccat, conſtituit vltimum finem in creatura, & in illa voluntas appetit, tanquam in ſua beatitudine quietari, quatenus fruitur creatura, tanquam ſi eſſet ſua beatitudo, & vltimus finis. Non autem agit Diuus Auguſtinus de vltimo fine vero, etiam in cōmuni: vt patet ex illis verbis: *Si ergo miſerum eſt non habere, beatus, putat habere, ſed in eo impudens eſt, & errat, quia de malo vult beatus fieri.* Quæ verba ſatis oſtendunt, quod adhærere illi bono, quod eſt peccatū furti, nō eſt adhærere fini vltimo vero, nec apparenti, ſed præſtituto ad libitum peccatoris: quia impudentia eſt conſtituere finem vltimum in malo, æſtimando illud, vt bonum, & ideo ille talis fit appetens errat, non quidem per intellectum: quia tunc non eſſet impudentia, ſed ignorantia: errat ergo voluntate, conſtituendo ſibi ad libitum finem vltimū in contēptū Dei. De hoc ergo fine vltimo, & de hac beatitudine loquitur ſanctus Doctor, non vero de fine vltimo in communi, qui etiam debet eſſe finis verus, ſaltim in illa ratione communi, in qua appetitur. 28

D. Auguſt. teſtimonij ſolutio.

Ægidius vero Luſitanus alia incolle via 11 §. 2. concluſione 3. citato cum Medina Suario, & alijs, quos ipſe citat, quod omnis actus humanus; etiamſi peccatum ſit, refertur in finem vltimum, beatitudinemque in communi, ſaltim referibilitate interpretatiua, vel virtuali, virtute operis, non vero operantis. Vt autem hanc ſententiam explicet, 29

Expoſitio Ægidij Luſit. & aliorum circa vltimum ſinem in cōmuni.

plicet, multa acutiſſimè notat; ſed quia prolixa ſunt, hic non referuntur. ad hoc tamen omnia reducuntur, quod diſtinguit de duobus modis referendi aliquod bonum in finem vltimum. Primò, tanquam medium accomodatum ad finem conſequendum: ſecundo vero tanquam particulam quandam, & quandam inchoationem vltimi finis. Priori modo referuntur in vltimum finem omnia opera moraliter bona, vt ſunt opera virtutis: quia quodlibet illorum accommodatum eſt ad conſequendum vltimum finem: poſteriori vero modo refertur quodlibet bonū, quod ex ſua natura non eſt ſummum, ſed particulare; & incompletum: & ſic referuntur peccata in vltimum finē in communi. Ex quibus concludit, quod omnis actus humanus refertur in vltimum finem in communi, referibilitate quidem interpretatiua, non medij ad conſequutionem finis, ſed boni inchoati, & imperfecti; quod appetit conſumari. Quam ſententiam, & expoſitionem probat hac ratione: nam omnis actio humana eſt propter aliquod bonū ſub ratione boni: vel igitur eſt ſub ratione boni in cōmuni: & habetur intentū: vel ſub ratione boni particularis: & tūc interpretatiue appetitur bonum in communi, quatenus quodlibet bonum particulare, & imperfectum ex ſua natura eſt propter ſui ipſius conſummationē, quæ eſt formalis ratio boni in communi: ergo &c.

30 Hæc tamen Ægidi ſententia, & expoſitio in multis excogitata videtur: tum in nouo modo loquendi; nam licet intentio operantis interpretetur, attamen intentio operis ad illud tantū referri poteſt interpretatiue, ad quod ſibi referri formaliter non repugnat: at qui odio Dei formaliter repugnat referri ad vltimum finem in communi; qui eſt cumulus omnium bonorum, vt oſtenſum eſt ſupra à num. 25. vſque ad 28. ſecundum quod dicit de illo bono imperfecto, & inchoato, quod poteſt referri in vltimum finem, veritatē haud cōtinet; quia licet actus odij Dei, verbi gratia, pro ſubſtracto nullam habeat repugnantiā; vt poſſit

Impugnatio ſententia Ægidi.

eſſe bonus ſecundū ſententiam Scoti, qui cum teneat, rationem formalē peccati conſiſtere in priuatione: conſequēter tenet, ſubiectum talis priuationis (quod eſt actus ipſe, cui ineſt) eſſe ex ſe aptum natum ad rectitudinem, qua priuat priuatio illa: quia eidem ſubiecto, cui ineſt priuatio, debebat ineſſe habitus: ex hoc tamen non infertur, quod actus odij Dei ſecundum hanc rationem poſsit referri in finem vltimum, nec etiā interpretatiue: quia actus iſte etiā pro ſubſtracto, prout elicitur à voluntate circa eius obiectum, eſt formaliter actus odij Dei: ſed prout elicitur à voluntate, vt actus liber eſt, refertur ad vltimū finē: quia vt inquit Ægidius, eo quod liber, & humanus eſt, non poteſt non referri in vltimū finem: ergo iam refertur in vltimum finem, prout formaliter eſt actus odij Dei: ſed actui odij Dei, vt eſt formaliter actus odij Dei (etiam præciſa priuatione, in qua formalis malitia conſiſtit) repugnat referri in vltimū finem etiā in communi conſideratū: quia, vt probauimus ſupra nu. 25. expellit aliud maius bonum, quod eſt Dei dilectio, cum qua in illo cumulo omnium bonorum eſt incompoſsibilis: ergo &c. 31

Nec valet dicere, actū illum interpretari ordinatum in finē vltimū ſecūdum rationē inchoatā: quia licet hæc ratio inchoata ſufficiat ad aptitudinē rectitudinis, vt dixi, hoc intelligitur metaphyſice loquendo: ſicut dicimus animal, quod eſt in homine, ſpecificatiue non repugnare eſſe in equo, ſecūdū quod præciſe animal eſt. At vero phyſice loquendo hoc animal contractū in homine, etiam vt animal præciſe eſt, non poteſt eſſe in equo, vt in omni Phyloſophia certum eſt. Actus igitur odij Dei eſt quid phyſicum elicitum à voluntate: ſi ergo ipſe actus referri poteſt in Deum, debet eſſe ſecundum rationem formalem talis actus, & vt ſic iam eſt actus odij Dei: quod autem hic actus partiatur in partes, & vna pars inchoans referatur, non tamen alia, potius eſt chimerica imaginatio, quā expoſitiua formalizatio, & dato, quod in hoc ſenſu Ægidio hoc gratis concederemus: non ſufficit, vt abſolute

dicatur, omnem actum humanum referri in finẽ vltimum: quia loquintur de actu deliberato, & vere humano, quo voluntas formaliter appetit aliquid, quod vel actu, vel virtute, explicite refert in finem vltimum: vel ipſum opus ex ſe refertur in illum. In hoc tamen actu, vt formaliter deliberatus eſt, repugnat dari hanc referibilitatem, vt manet probatum.

32. Nec tandem ſuſtineri poteſt illa diſtinctio Ægidij de referibilitate, non medij, ſed boni imperfecti ad ſuam perfectionem tendentis: quia quidquid appetitur propter finem, appetitur tanquam medium ad ipſum: & hoc ita eſt in omni Phyloſophia receptum, vt nullum aliud voluntatis obiectum communiter admittatur ab omnibus alijs Theologis, & Phyloſophis (dempta dumtaxat noſtri ſubtilis Doctoris Schola) niſi ſub latitudine finis, aut medij: ſi ergo voluntas appetit illud bonum, quod eſt peccatum ſub ratione boni, neceſſario illud appetere debet ſub ratione finis, aut medij: & ſi ſub ratione finis, vel ſub ratione finis vltimi, aut intermedij: non ſub ratione finis vltimi, quia refert illud in finem vltimum incommuni, vt ait Ægidius: ſi autem illud appetit, vt finem intermedium, vere appetit illud, vt medium in finem vltimum: & ſic nullatenus poteſt aliquid referre in finem vltimum, quin illud neceſſario appetat, vt medium accommodatum ad talem finem. Imò neq; in Schola Scoti, in qua admittitur, poſſe voluntatem appetere bonum abſolute, quin ſit finis, aut medium, hæc doctrina Ægidij ſuſtineri poteſt: quia hoc bonum ab Scoto aſsignatum, ideo neutrum eſt inter finem, & medium, quia abſolutum concipitur ſine omni prorſus referibilitate: ſi ergo hoc bonum appetit voluntas, vt ſic abſolutum, iam illud non refert in aliquem finem, quod eſt contra mentem Ægidij. Ex quibus euidenter infertur contra Ægidium, vel tale peccatum non referri in finem vltimum, vel ſi in illum refertur, referri quidem referibilitate medij ad finem. Infertur quoque contra ipſum, aliud eſſe quartum genus boni, quod nec eſt finis, nec medium, nec illud bonum abſolutum, quod poſuit Scotus, ſed aliud quartũ bonum, non abſolutum, ſed referibile nouo modo referibilitatis; quod quã chimericum ſit, ſatis aperteque conſtat.

33. Demũ tametſi hoc nouum genus boni inchoati etiam gratis concederemus Ægidio, adhuc diſtinctio à ſe aſsignata ruit: quia bonum illud inchoatum tendit in ſuam perfectionem, tãquam particulam perfectibilis in ſuũ quaſi vltimum perfectiuum: omne autem perfectibile ita reſpicit ſuum perfectiuum, vt ſimul cum illo ſit compoſsibile: ſic enim materia prima reſpicit formam ſubſtãtialem, & quælibet potentia ſuum actum, & quodlibet inchoatum ſuum complementũ: ſed actus odij Dei nullatenus eſt perfectibilis per finẽ vltimum: quia eius bonitas ſibi repugnat, & cum ea ipſe actus odij Dei incompoſsibilis eſt, vt ſatis hactenus probaui: ergo actus odij Dei, nec etiam vt bonum inchoatum, reſpicit finem vltimum, tanquã ſui perfectionem: & ex conſequenti non ſolum ratione medij, ſed nec etiã ratione boni inchoati, poteſt reſpicere finem vltimum.

34. Argumentum vero Ægidij nihil concludit contra nos, ſed tantum probat; omnem hominem appetẽtẽ aliquid ſub ratione boni, illud appetere propter aliquem vltimum finẽ; quod ſi fuerit bonum vere honeſtum, illud quod appetit, appetet quidem propter verum finem vltimum incommuni, vel in particulari: ſi vero fuerit bonum delectabile, quod alias ſit moraliter malum, appetit illud propter finem vltimum præſtitutum, quem ſibi in creatura; nempe, in ſe ipſo per ſui æſtimationem conſtituit, vt viſum eſt ſupra in difficultate. 19.

35. *Reſolutio verã de vltimo fine incommuni.* Reiectis igitur his, & alijs expoſitionibus Thomiſtarũ, & aliorum plurium Doctorum, circa hanc partem difficultatis de vltimo fine incommuni, eſt obſeruandum ex Doctore in litera textuali, quod dupliciter poteſt tueri ſententia negans, omnem humanum actum, etiamſi ſit peccatum mor-

mortale fieri propter finem vltimum, tam in communi, quam in particulari: primo negatiue, & ſecundo contrarie. Negatiue adhuc dupliciter, vel, ſcilicet, ex intentione operantis, vel ex intentione operis. Primo, vt ſi ipſe appetẽs, & operans nihil cogitet de aliquo fine vltimo, quando operatur, & appetit. Si enim intellectus non apprehendit finem, voluntas non poteſt propter finem operari: quod contingit in eo, qui diligit bonũm ſecundum abſolutam rationem boni, nihil cogitando de ratione finis: nec propterea referendo illud ad aliquem finem, de quo plura enucleata ſunt ſupra in difficultate 15. ex intentione vero operis, vt quando opera ipſa, vel illa, quæ appetuntur, nec ſunt bona, nec mala, ſed indifferentia: quæ, vt vidimus ſupra num. 21. non reſpiciũt ex ſe finem vltimum in communi, nec in particulari: ſecundo vero modo, nempe, contrarie, contingit, quando, vel ex intentione operis, vel operantis aliquid appetitur, quod cum ipſo vltimo fine, tã in communi, quam in particulari ſimul aggregari repugnat. De fine in particulari perſpicuũ eſt propter rationem expreſſam in litera Scoti, & infra in concluſione propria oſtendetur.

36 De fine vero in communi, iam oſtẽſum eſt ſupra: ſed amplius id manifeſtabo reſpectu omnium ſtatuum hominis: & primo loquendo de homine Chriſtiano fideli, hoc euidens eſt: nã ille fide credit in cumulo omnium bonorum, in quo beatitudo in communi conſiſtit, præcipuum bonum eſſe Deũ: quia etiam ſi in hoc fine vltimo in cõmuni abſtrahat ab illa ratione ſpeciali, in qua conſiſtat finis vltimus in particulari: nihilominus cognoſcit, quod ſaltem inter cætera bona illius cumuli bonorum diligere Deũ eſſe vnũ, & præcipuũ bonũ. quia qui omnia bona in illo cumulo includit, nõ excludit aliquod bonum, & præſertim illud, quod aliâs fide credit eſſe ſummum omniũ bonorum. Tunc ſic: ſed etiam fide credit, quodlibet peccatum mortale eſſe contrarium huic præcipuo bono, ita vt illud expellat, & deſtruat: ergo non poteſt velle opus quod eſt peccatum mortale, propter vltimum finem, qui eſt cumulus omniũ bonorum, in quo tale præcipuum bonum, ſaltem, vt partialis finis non poteſt non ingredi: quia tunc vellet, & non vellet illum cumulum omnium bonorum: vellet quidem, vt ſupponitur: non vellet autem, quia vellet aliquid, ad cuius poſitionem deſineret eſſe cumulus omniũ bonorum: ſiquidem aliquod excellens bonum per peccati poſitionẽ deſtruitur: & ſic iam ille cumulus non eſſet omnium bonorum, eo quod iam ſibi aliquod vere bonum deficeret.

37 Hoc quidem, quod de quolibet opere peccati mortalis probatum eſt reſpectu hominis fidelis, probatur quoque reſpectu cæterorum hominis ſtatuum, de actu odij Dei: quia cuicumque etiam in puris naturalibus conſtituto, & à fortiori, ſi fuerit in natura eleuata, compertum eſt, Deum adhuc, vt cauſam naturalem omnium rerũ eſſe bonum excellentiſsimum: & ex conſequenti cognoſcit, dilectionem huius excellentiſsimi boni ingredi cumulum omnium bonorum: ergo cognoſcit eius odium eſſe expulſiuum talis boni, tanquam ſibi contrarium: ergo cognoſcit tale odium eſſe irreferibile ad illud bonum: ergo non poteſt illud referre ad cumulum omnium bonorum, qui impoſsibilis eſt in ratione cumuli omnium, ſi illud excellens bonum ſibi deficiat.

§. 5.

Proſequitur materia præcedentis §.

38 SED tunc quæres: quomodo ergo ſaluari poteſt, illum peccatorem agere propter finem vltimũ omnia, quæ libere operatur, ſi opera peccaminoſa nullatenus referuntur in finem vltimum, nec in particulari, nec in communi? Et ratio dubitandi eſt: quia cum omnes creaturæ habeant centrum, quod appetunt, neceſſario vi-

deretur

detur dicendum in omni naturali
Phyloſophia, hominem quoque ha-
bere centrum, propter cuius conſe-
quutionem omnia operetur, & hoc
tale eſt vltimus finis ſaltim incom-
muni.

39. Reſpondeo, haec eſſe differentiam
inter agẽs liberum, & naturale, quòd
hoc eſt determinatum ad vnum, &
non habet indifferentiam in ſe mouẽ
do, aut operando: & ideo neceſſario
fertur in illud unum, in quod eſt de-
terminate ordinatum: illud vero, li-
cet ſecundum ſuam naturalem incli-
nationem, etiam prout talis natura
creata eſt, habeat vnum vltimũ finẽ,
ad quem eſt naturaliter ordinatum,
Propter quẽ finẽ vltimũ appetantur peccata, qui finis (prout vidimus ſupra in dif-
ficult.6.) eſt Deus clare viſus, ad quẽ
naturaliter inclinatur: nihilominus
pro ſui arbitrij indifferentia, quando
que, vt pote, quando mortaliter pec-
cat, auertitur ab hoc fine, quatenus
eſt ſibi finis ſupernaturalis, & natura
lis, quia non poteſt auerti à Deo fine
naturali, quin auertatur à Deo fine ſu
pernaturali: & creaturã ſibi pro libi-
to in illo peccato vltimum finem cõ-
ſtituit: quę creatura, vt vidimus in dif
ficult.19. eſt ipſemet peccator: & ſic
ſe æſtimat ſummũ bonũ in contemp
tum Dei, à quo auertitur, quia hoc bo
num ſuum propriũ ſibi vult eſſe ſum-
mum; propter hoc igitur bonum à ſe
æſtimatum, vt ſummum, quod ſibi vl-
timum finem conſtituit, operatur om
nia, quæ operatur, quando mortaliter
peccat, & quæ ad tale peccatum mor-
tale ordinantur: & ideo non opus eſt,
quod agat propter finem vltimum ve
rum incommuni, ſeu in particulari:
ſed ſibi ſufficit agere tunc propter fi-
nem vltimum præſtitutum, vt vere di
catur omnia ſemper agere propter fi
nem vltimum: & ſecundum hanc ex-
poſitionem eſt verum dicere, quod
vel ex intentione operis, vel operan-
tis, & vel actu, vel virtute, & in quo-
cumque hominis ſtatu, tam in puris
naturalibus, quàm fidelitatis, ſeu infi-
delitatis, omnia, quæ ordinate, & refe-
ribiliter agit homo, agere propter fi-
nem vltimum, ſcilicet, verum incom-
muni, aut in particulari, vel propter
finem apparentem, vel præſtitutum:
et notanter dixi ordinate, vel referi-
biliter, quia ſi appetat bonum abſolu-
tum, quod nec diligit propter ſe, nec
propter aliud, tunc ſine ordine, & re-
feribilitate vlius ad aliud, aut prop-
ter ſe, appetit: & tunc ſi illud bonum
ex intentione operis referibile non
fuerit ad aliquem finem vltimum: il-
lud tunc proculdubio, non aliquomo
do appetit propter aliquem vltimum
finem.

Si tandem contra hæc arguas, quod
quodlibet bonum, quod appetit ho- 40.
mo, cuiuſcumque generis illud ſit, eſt
ſpecies beatitudinis, quatenus in illo
vult homo bene habere: quod quidẽ
eſt ſpecies beatitudinis iocommuni
conſideratæ: reſpondeo, quod, vt ſu-
pra notaui, num.12. beatitudo, ſeu vl-
timus finis in communi, non eſt ali-
quod genus abſtractum, habens ſub
ſe ſpecies, vt etiam Vazquez, & Ægi-
dius aduertunt: & ex conſequenti nõ
habet ſub ſe ſpecies: ſed eſt quædam
aggregatio omnium bonorum. Vnde
quodlibet bonum non eſt huius ag-
gregationis ſpecies, ſed quædam pars
integralis: & ſic licet peccator ex in-
tentione appetat bonum, quod eſt
peccatum, vt bene habeat, & in bono
quieſcat: ad hoc tamen, vt hoc bonũ,
quod appetit, ad beatitudinem incom
muni ordinetur, debet eſſe pars inte-
gralis illius aggregationis, et cumuli:
vt autem ſit pars integralis illius, de-
bet eſſe cõpoſsibilis cum cæteris par-
tibus eiuſdem totius aggregati: hoc
tamen, vt late hactenus probaui, re-
pugnat actui peccaminoſo, eo quod
ſit expulſiuus maioris boni. Hæc ergo
eſt ratio à priori, obquam negatur, o-
pera, quæ ſunt peccata, fieri propter
vltimum finem etiam in communi.

Nec valet ſi dicas, quod actus, qui
ſunt peccata, etiam participant diui- 41.
nam bonitatem, in illa preciſa ratio-
ne, qua ſunt creaturæ, et ſecundum
hanc conſiderationem non opponũ-
tur illi bono, quod dictum eſt per pec
cati poſitionem expelli. Hoc quidem
non valet: quia hîc loquimur de fine
fruitionis, non vero de fine mutatio-
nis: quæ diſtinctio infra in numer. 45.
clarius

clatius exponetur. Verior igitur mihi eſt prædicta difficultatis huius reſolutio, quoad hanc partē, quæ agit de vltimo fine in communi.

42 *Quid de fine vltimo in particulari dicendum ſit.*

Verum enim vero deueniendo ad finem vltimum in particulari, qui vere eſt noſtra ſupernaturalis beatitudo, ſupponēdo, quod eſt duplex, ſcilicet, formalis, & obiectiua, quarū prima eſt noſtra bina operatio, nempe, clara Dei viſio, & eius fruitio (non diſputo hîc, in qua earum formaliter cōſiſtat) ſecunda vero eſt ipſemet Deus, vt viſibilis, & fruibilis: aliter loquūtur prædicti Doctores de vtraque beatitudine formali, & obiectiua: nam dempto Medina, & alijs, qui adhuc proteruiunt, quod quidquid homo appetit, etiam dum mortaliter peccat, appetit propter Deum finem vltimum verum in particulari: Vazquez vero, & Ægidius Luſitanus, & alij, qui hoc dixerunt, loquendo de fine vltimo in communi: id tamen negant loquendo de illo in particulari: & quamuis forſan ex hac ſua ſententia poſſem illos conuincere, vt idem de fine vltimo in communi cogerentur aſſerere: ne tamen in hoc infructuoſe tempus conſumentes immoremur, ad præſentem ſententiam de fine vltimo in particulari perueniamus: quæ quidem licet in concluſione nobiſcum cōueniat, obidque eius Auctores pro noſtra ſententia ſupra allegauerimus, in ratione tamen concluſionis, non vnanimis eſt noſter, & illorum conſenſus.

Medina Vazquez. Ægid. Luſita.

43 *Vaſquij expoſitio circa finem vltimum in particulari, & eius impugnatio.*

Vazquez etenim ideo tenet cap. 1. non omnia fieri propter finem vltimū in particulari, licet capit. 2. tenuerit, fieri quidem propter finem vltimum in communi: quia hoc (inquit) quod eſt dicere, peccatorem mœchari, vel furari propter Deum, aborret, & & maximè aures pias offēdit: eſt enim nimis durus, & improprius hic modus loquedi. Miror tamen Doctorē hunc aliàs ſapientiſsimū in improprietate modi loquendi tantummodo conſtituere differentiam referibilitatis ad finem: vel enim à parte rei, hominis opera, quæ ſunt peccata mortalia, referuntur ad Deum finem vltimum, vel nō: ſi primum ſit verum, non eſt, cur modum illum loquēdi excludamus: quia modus loquendi, qui conſonat rebus, non eſt improprius, ſed proprijſsimus: & licet videatur durus: non obid ſcandalum ingerit, quia non eſt nobis ſermo cum ruſticis, ſed theologice diſputamus, & ſapientibus loquimur. Si vero ſecundum dicat, profecto non ſufficier differētia aſsignata à Vaſquio, cōſtituta tantum in modo loquendi: ſed alia procul dubio ratio à parte rei inquirenda eſt, quare opus peccati non referatur ad Deum finem vltimum in particulari, ſi refertur ad finem vltimum in communi.

44 *Expoſitio Ægid. circa finem vltimum.*

Ægidius vero art. 3. conciliare intēdit ſententias negantium, & affirmantium, omne opus etiam peccaminoſum fieri propter Deum finem vltimum in particulari: & quamuis illas non rectè conciliet: doctrina tamen illius, quam ad hanc conciliationem aſſumit, vera quidē, & eruditiſsima eſt. Doctrinam ergo Ægidij (quam ſumpſit ex Diuo Thoma) tanquam nobis ad noſtram ſententiam vtilem, oſtendā, & deinde non ex ea conciliari prædictas ſententias, patefaciam.

45

Pro qua denique doctrina obſeruandum eſt, Deum (qui eſt noſter vltimus finis in particulari) dupliciter poſſe eſſe finem noſtrum iuxta duplicē modum, quo eſt attingibilis à nobis: eſt autem à nobis attingibilis iuxta duplicē modū, quo eſt eius bonitas nobis participabilis. Hunc autē duplicem modum participabilitatis bonitatis diuinæ tradit Diuus Thomas 3. contra gentes c. 25. & de veritate quęſt. 5. art. 6. ad 4. Primo ergo modo eſt diuina bonitas participabilis à nobis, ſicut à quacumque alia creatura, entitatiue, prout eſt quoddam bonum ideale, & exemplare, ad cuius imitationem omnia, quæ ſunt, aut erunt in rerum natura, tā naturalia, quàm libera, tam moraliter bona, quàm ea, quæ ſunt moraliter mala, ac etiā, quæ ſunt indifferentia, neceſſario fiunt. Et hac ratione eſt Deus finis vltimus imitationis omnium rerum: quia omnia ad imitationem ſuæ bonitatis, quæ eſt ratio idealis eorum, ita fiunt, vt omnia hoc modo referātur in illum, tanquam in ſuum finem vltimū:

D. Thom.

Duplex vltimus finis ſrilsret, fruitionis, & imitationis.

quia

quia hoc generaliſsimo modo eſt Deus vltimus finis eorum, iuxta illud Prouerbior. cap. 16. *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* *Prouerbi.* Secūdo vero modo ſpecialius eſt diuina bonitas participabilis à creatura, ſcilicet, obiectiue: & ſic tantum participabilis eſt à creatura, cuius potentiæ poſſunt Deum tanquam ſuum obiectum attingere: & cum tātum poſsit Deus attingi in ratione obiecti ab intellectu, & voluntate, hinc tantummodo participabilis eſt à creatura intellectuali, quæ poteſt illum attingere per intellectum, & voluneatem: & hoc modo eſt Deus finis vltimus earum, ea ratione, qua eſt intellectus, & voluntatis obiectum: nam ratio vltimi finis in fruibilitate cōſiſtit. Ex his colliges, qualiter Deus ſit finis vltimus imitationis omnium, à quibus eſt imitabilis per entitatiuam participationem ſuæ bonitatis, quam omnes creaturæ entitatiue participant: & hoc latiſsimo modo, non inconuenit, omnia fieri propter Deum finem vltimum, etiam ſi peccata ſint: & etiam patet eſſe finem vltimum fruitionis, quatenus eſt participabilis per clarā ſui viſionem, & amorem fruitiuum: & tunc ſolum ea opera, & bona, quæ compoſsibilia ſunt, cum hac viſione & fruitione, reſpiciunt Deum, tanquam finem vltimum.

46. Ex his compertum eſt, minime conciliari poſſe ſententias ſupradictas affirmantium, ſcilicet, & negātium omnia fieri propter Deum finem vltimū in particulari: quia cum quæſtio ſit de vltimo fine fruitionis; non vero imitationis; omnes quotquot partē affirmatiuam tuentur, iuxta quæſtionis intentum, illam reſoluunt, vt videre eſt apud Me[d]inam, & cæteros: nam dicere omnia opera noſtra ita ordinari in vltimum finem, ſicut aliam quantumuis minimam creaturam, non eſt ſub controuerſia, ſed loquendo de noſtro vltimo fine, quatenus eſt obiectiue participabilis, & eſt noſtra beatitudo, in qua voluntas vltimate immobiliter quieſcit, quæritur, an omnia opera noſtra, etiam peccaminoſa, fiant, & appetantur propter hunc finem, & referantur in illum? imo loquendo de appetitu naturali hominis, quo appetit pro fine vltimo Deum cla[illegible] viſum, vt vidimus ſuprà in difficultate 6. non eſt ad rem: quia hic non loquimur de appetitu innato, & naturali, ſed de libero, & elicito, & vt optime aduertit doctiſsimus Nicolaus de Niſſe in ſua reſolutione theologica fol. 616. *Niſſe.* in hoc diſtinguitur appetitus naturalis à libero, quod naturalis ſemper appetit ſuam perfectionem: appetitus vero liber, non ſic, ſed æſtimat bonum aliquod, ac ſi ſua perfectio eſſet, quando mortaliter peccat: & illud bonum, quod vere nō eſt ſua perfectio, ſuæ veræ perfectioni præferre quandoque.

---

§.6.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

47. HIS ergo præhabitis difficultatem, concludendo, dico primo: quod non omnia quæcumque appetit homo, neceſſario illa appetit propter aliquem finem, tam loquendo de intentione operis, quàm de intentione operantis. *1.conc.* Concluſio hæc eſt expreſſa Scoti, & ſatis probata eſt, et expoſita ſupra in difficultate 15. vbi late oſtendimus dari aliquod bonum abſolutum, quod nec diligitur propter ſe, nec propter aliud: et ideo hoc bonum ita eſſe neutrum, vt nec habeat rationem medij, nec finis: quod bonum ex conſequenti ita appetit homo, vt nō referat illud in aliquem finem, habet expreſſe Doctor in hac 1. diſt. quæſt. 3 *Scotus.* art. 1. in corpore, vbi hæc ait, et eius verbis et ratione probatur concluſio quo ad primam partem. *Voluntati poteſt oſtendi aliquod obiectum bonum abſolute apprehenſum, non ſub ratione propter ſe boni, nec propter aliud bonum: voluntas autem circa tale ſic oſtenſum poteſt habere*

bere aliquem actum, & non neceſſario inordinatum: ergo poteſt habere aliquem actum volendi circa illud abſolute, abſque relatione ad aliud, aut abſque fruitione propter ſe. Ex his ergo cócluditur, quod ſi poteſt hoc tale bonum velle homo, poteſt illud ex conſequenti appetere abſque ordine ad aliquem finem vltimum, ſeu ad alium quemcumque finem, ex intentione ipſius appetentis, ſiquidem illud bonum ſibi abſolutè appetit. At vero quoad ſecundam partem probatur: quia vt viſum eſt ſupra numer. 21. opera ex ſe indifferentia non referuntur ex ſeipſis in aliquem finem: ſed poteſt homo ſub aliqua ratione boni, vtpote apparentis, abſolute velle opus, quod ex ſe eſt indifferens: ergo nõ omne opus, quod appetit, etiam ex intentione operis, appetit propter aliquem finem.

48 Probatur inſuper hæc concluſio: quia non ſemper cogitat homo de vltimo fine, imò nec de aliquo fine, quãdo deliberate operatur: finis autem nõ finalizat, niſi actu, ſeu virtute ſit in intentione, quæ dependet ex cogitatione, qua intellectus cogitat de fine: ergo &c.

49 Præterea, quia ex oppoſito ſequeretur, nullum dari actum indifferentem: quia ſi neceſſario ad aliquem finem ordinaretur, vel talis finis eſſet debite, aut indebite intentus: & tunc neceſſario actus eſſet bonus, vel malus moraliter: ſed dari actum indifferentem, eſt veriſsimum ſecundum probabiliſsimam Diui Bonauenturæ, & Scoti ſententiam, vt viſum eſt ſupra num. 20. ergo &c.

50 Tandem probatur: quia poteſt voluntas velle aliquid, non ſolum non referendo illud in aliquem finem, ſed etiam poſitiue nolendo illum finem, in quem ordinatur, quod ponitur, tam de fine præſtituto, quàm de quocumque alio fine, vtpote apparente, ſeu vero. De præſtituto patet: quia nonnulli actus præambuli ad fornicationem, qui tamen ex intentione ipſorum operum ad fornicationem ordinãtur, poteſt homo velle, poſitiue nolendo fornicationem. De fine vero hoc conſtat: quia poteſt quis deſperatus poſitiue nolle ſaluari, & tamen ſimul cum hac nolitione, poteſt eleemoſynam porrigere, quæ porrectio eſt opus ex intentione ſua ordinatum ad finem vltimũ verũ: quod ſimiliter de fine apparente dici poteſt: ergo non ſemper neceſſario appetit homo ea, quæ appetit propter aliquem finem.

51 2. *Concluſ.* Dico ſecundo, quod non omnia, quæ vult homo propter aliquem finẽ, illa appetit, & vult propter finem vltimũ in cõmuni, quatenus finis vltimus in cõmuni eſt cumulus omniũ bonorũ, & negatio omniũ malorũ. Cõcluſio hæc ſatis expoſita, & probata eſt ſupra num. 29. vbi oſtendimus, finem vltimum hominis mortaliter peccantis, non poſſe eſſe illum cumulum omnium bonorum, ſed vltimum finem à ſeipſo præſtitutum, qui, ſcilicet, æſtimatur ab eo, ac ſi eſſet ſummum bonum.

52 3. *Conclu.* Dico tertio, quod ſi acciperetur finis vltimus in communi pro bono generice abſtracto ab omni fine vltimo inſpeciali, vero, ſcilicet, apparente, ſeu præſtituto, prout tantum importat genericam, & abſtractam rationem boni quo quis quomodolibet vult benehabere, & volũtas prout eſt ex parte ſua, intendit in tali bono quieſcere: tunc omnia, quæ homo appetit propter aliquem finem, etiam quando peccat, appetit quidem propter finem vltimum in communi. Concluſio hęc probatur: quia finis vltimus hoc modo non eſt cumulus, aut aggregatio omnium bonorum: & ideo non poſtulat compoſsibilitatem partialium bonorum integrantium ipſum: ſed eſt quædam ratio abſtracta in communi, quæ conuenit omni bono, quod per modum finis appetit, & intẽdit homo, licet aliàs illud bonum ex ratione ſpeciali incõpoſsibile ſit cum alijs bonis, quæ illũ cumulum omnium bonorum integrant.

53 4. *Conclu.* Dico quarto, quod nullum opus, quod eſt peccatum mortale, appetit homo, & præſertim fidelis, propter vltimum finem in communi, qui eſt cumulus omnium bonorum, quod quidem ponitur, tã actualiter, quã virtualiter, tam ex intentione operis, quàm ex

Digitized by Google

ex intentione operantis, Concluſio hæc quo ad omnes ſui partes per totius difficultatis diſcurſum probata eſt: ſed præſertim à num. 25. vſque ad 28. & à num. 35. vſque ad 39. quæ patet planè, ex eo quod cum beatitudo in communi diffiniatur per hoc, quod ſit cumulus omnium bonorum, & negatio omnium malorum: peccatum vero ſit expulſiuum excellentiſsimi boni, quod eſt Deus: conſequenter repugnat, peccatum ad talem cumulũ ordinari, ſicut repugnat cumulum omnium bonorũ eſſe ſine Deo: quod ibi probatur, etiam de homine infideli, & de homine in puris naturalibus conſtituto: quæ probationes, quia habentur ibi, non repetuntur modo.

54. S. Aug. Sed contra obijcies nobis Diuum Auguſtinum in lib. 3. de Trinitate capit. 5. cuius hæc ſunt verba. *Quapropter, quoniam verum eſt, quod omnes homines eſſe beati velint, idque vnum ardentiſſimo amore appetunt: & propter hoc cætera quæcumque appetunt.* Et lib. 11. de Trinitate, ca. 6. inquit *omnes iſtæ, atque aliæ tales voluntates ſuos proprios fines habent, qui referuntur ad finem illius voluntatis, qua volumus beate viuere.* Quæ & alia ſimilia ſanctorũ Patrum teſtimonia videntur oppoſitum noſtræ concluſionis probare: ſed re vera optime ſoluuntur, intelligendo illa, ita vt loquantur de his, quæ ſunt ad talem finem referibilia: agit etenim de intentione operantis: & profecto verum eſt, quod ea, quibus non repugnat in cumulum omnium bonorum referri, refert homo in illum, ſi debite agat: quia ideò dicitur, quod *omnis debite agens agit propter finem*, quia *ordinate volens, prius vult finem, quàm ea, quæ ſunt ad finem.* At vero, qui nec debite, nec ordinate agit, ſed ad libitum ſuæ voluntatis vult, quandoque appetendo bonum abſtractum ab omni referibilitate vult, vt patuit in 1. conc. quandoque vero vltimum finem præſtitutum ſibi ad libitum in creatura conſtituendo; in quo quidem fine aliquam beatitudinem quærit, non quidem illam, quæ ſit pars integralis illius cumuli omnium bonorum, vt probatũ eſt: bene tamen aliquam iuxta ſuæ voluntatis æſtimationem, quam tamen ſi de credit, nihil vere beatitudinis habere: iſte talis non neceſſario vult ea, quæ vult propter vltimum finem in communi, niſi intelligatur iuxta ea, quę dicta ſunt in 3. conc.

55. 5. conc. Dico quinto, quod loquendo, etiã de his, quę ſunt indifferentia, & moraliter bona, non ſemper ea appetit homo actu, nec virtute propter finem vltimum in particulari. Concluſio eſt expreſſa Scoti, quę probatur eius ratione, & verbis: nam in 4. diſtin. 49. Scotus. quęſt. 10. litera N. hæc ait. *Sed deliberatiuus appetitus non eſt talis, quaſi omne quod vult, velit propter beatitudinem: poteſt enim velle aliquid; non tamen propter beatitudinem negatiue. ſcilicet, non volendo ipſum propter beatitudinem. Quod patet: quia poteſt non velle negatiue, quod eſt ad beatitudinem; quia intellectus aliud poteſt intelligere, vel cogitare, quam beatitudinem, quando voluntas illud vult: ergo tunc non vult ipſum propter beatitudinem.*

56. Nec valet ſi dicas, quod bona moralia ex intentione operis ad beatitudinem in particulari ordinantur: ergo eo ipſo, quod homo appetit illa, neceſſario illa appetit propter beatitudinem: quia contra hoc ſic arguit ipſe Scotus ibidem. *Intellectus poteſt cognoſcere rationem illam boni, non vt ad finem ordinatur: ſed vt in ſe eſt quoddã bonum: ergo voluntas poteſt ipſum velle, non in ordine ad beatitudinem.* Conſequentia patet: quia voluntas in tantum poteſt appetere bonum, in quantum ſibi poteſt oſtendi ab intellectu: ſed poteſt ſibi oſtendi ab intellectu bonum, præciſa illa referibilitate ad finem, qui eſt beatitudo in particulari: ergo poteſt voluntas ſine tali referibilitate velle illud. Conſequentia patet: quia finis in tantum finalizat, in quantum cognitus eſt.

57. Probatur præterea: quia ex oppoſito ſequeretur, omnia opera infideliũ eſſe peccata mortalia: quia referrẽtur in Deum falſum: & ſimiliter opera hominis fidelis in peccato mortali exiſtentis eſſent peccata, quia referrentur ad creaturam, cui tanquam vltimo fini adhæret. Conſequens tamen eſt falſum,

ſum, tam loquendo de fideli, quàm de
infideli, quia neuter in omnibus pec-
58. cat: ergo &c.
Dico ſexto, quod nullū opus pecca-
6. concluſ. ti mortalis poteſt referri in Deū finē
vltimum in particulari: concluſio eſt
Scotus. expreſſa Scoti, & omnium, quos pro
eius ſententia retulimus, quam pro-
bat loco proxime citato hac ratione,
& his verbis. *Contrarie etiam poteſt ali-
quis ſic velle; quia aliquis fidelis apprehen
dens finem, apprehendit certitudinaliter
eſſe beatitudinem in Deo trino, & vno: ſi
militer autem apprehendit fornicationem,
vt impoſſibilem ordinari ad finem illum:
ſed dictante intellectu, quod fornicatio non
eſt ordinabilis ad illum finem, qui eſt beati
tudo, imò eſt contraria fini: & tamen volū
tas eligit fornicationem: ergo &c.*
59. Dico vltimo, quod loquendo de
Deo vltimo fine, quatenus eſt partici
vltim. cōc. pabilis à creaturis entitatiue, nihil po
teſt homo appetere, quod non appe-
tat propter vltimum finem. Conclu-
ſio eſt certa, & ab omnibus recepta:
quia vt notauimus ſupra numer. 45.
omnis creatura eo modo imitatur di-
uinam bonitatem, quo eam in ſuo eſ-
ſe, & entitate participat.

---

§. 7.

Soluuntur argumenta pro ſen-tentia oppoſita.

AD argumenta autem pro
oppoſita ſententia in prin
60. cipio poſita, & ad primum
ex authoritatibus Sancto-
Ad arg. in oppoſitum, & ad 1. rum, & Ariſtotelis reſpondeo, quod
ſicut dictum eſt ſupra num. 54. proce
dunt de homine, qui eſt debite agens,
& ordinate vult propter finem: non
vero ex inde ſequitur, quod omnia,
quæ appetuntur, propter vltimum fi-
nem neceſſario appetantur, vt ibi pa-
tuit.
Ad ſecundum dico, quod falſum
61. Ad 2. arg. eſt, omnem actionem humanam eſſe
propter vltimum finem incommuni,
vt vidimus in conc. 2. nu. 51. Ad illud
vero, quod aſſumitur ad probationē,
dico, verum eſſe, quod omnis debite
agēs agit propter finē: quia, vt aliquis
debite agat, dū libere operatur, debet
prius finē velle; & propter illū omnia,
quæ vult, debet appetere: ſed ex inde
non ſequitur, omnes actiones huma-
nas neceſſario appeti propter finem
vltimum incommuni: quia ad ſum-
mum infertur, quod ille, qui actiones
humanas non refert in finem vltimū,
non debite agit: & hoc libenter con-
cedimus. Quæſtio autem non eſt ſolū
de debite agentibus, ſed de omni libe
re operante, ſiue debite, ſiue indebi-
te operetur, & appetat. Ad aliud ve-
ro, quod aſſumitur de humana inclina
tione tendente in centrum, concedi-
mus, humanam hominis naturalem in
clinationem, & appetitum innatum
tendere naturaliter in centrum, & fi-
nem vltimum, qui eſt Deus clare vi-
ſus: quia vt diximus ſupra num. 46. na
turalis inclinatio ſemper tēdit in ſuā
perfectionem: hoc tamen non eſt ve-
rum de appetitu libero, & elicito, à
quo actiones humanæ habent eſſe, ſed
quia tales actiones ſunt libere elicitæ
iuxta libertatis indifferentiam, non
ſemper tendunt in finem, & quando
finem reſpiciunt, non ſemper eundē:
ſed modo vltimum verum incommu
ni, modo illum in particulari, modo
apparentem, modo præſtitutum. Quā
do autem infertur in argumēto, quod
omnis actio humana, eo ipſo quod eſt
propter finem vltimum incommuni,
eſt propter finem vltimum in particu
lari, neganda eſt conſequentia: quia li
cet ratio finis vltimi incommuni re-
periatur in fine vltimo in particulari,
non tamen ea ratio finis incommuni
includit ſpecialem rationem finis in
particulari, ſed bene è contra: & ideo
bene valet, qui appetit finem in parti
culari, appetit quoque finem incom-
muni, ſed non è conuerſo.
Ad tertium negatur, quod quilibet 62.
homo omnium ſuarum actionum ha-
bet vnum finem vltimum: quia ſunt Ad 3. arg.
plures actiones humanæ, quæ non
ordinantur ad finem, vt habetur ex

1. conclu: nam licet ſit verum, quod homo habet vnum vltimum finem, ſicut cæteræ naturæ creatæ: nihilominus hoc tantam infert naturalem inclinationem hominis ad illum, ſicut quælibet natura creata ad ſuum vltimum finem naturaliter tendit. Non tamen ſequitur, quod omnes actiones humanæ tendunt ad talem finem, ſicut actiones alterius creaturæ. Cuius ratio eſt: quia cæteræ creaturæ, eo quod ſunt agentia naturalia, determinate agunt: actiones vero humanæ libere eliciuntur: & ideo indifferenter procedunt: ac propterea ad libitum appetentis poſſunt ad finem vltimum tendere, vel non tendere.

63 *Ad 4. arg.* Ad quartum reſpondeo, admittendo verum eſſe illum diſcurſum de aſsimilatione cauſæ primæ efficientis ad cauſas ſecundas, & vltimi finis ad intermedios. Vnde admitto, omnẽ agentem propter finem intermedium agere quoque propter finem vltimum, ad quem tales intermedij ordinantur: quia in intentione appetentis non debet concedi proceſſus in infinitũ: & conſequenter deueniendum eſt ad aliquẽm vltimum finem, in quo ſiſtat, & quietetur deliberata hominis appetitio. Sed hoc nõ concludit, quod iſte finis vltimus ſit verus in cõmuni, aut in particulari: aut an ſit apparens, an præſtitutus? Nam vnuſquiſque finis vltimus iſtorum habet in ſua ſerie quam plurimos alios fines intermedios: & ideo qui propter aliquem finem intermedium agit, neceſſario dicendũ eſt agere propter illum vltimum finem, ad quem ille intermedius ordinatur. Et in hoc reperitur aſsimilatio illa de ſubordinatione cauſarum efficieti um, & finalium. Ita quod, ſicut cauſa ſecunda efficiens ſubordinatur cauſæ primæ efficienti: ſic cauſa finalis intermedia ſubordinatur vltimo fini, ad quem tendit. Cæterũ, ſi quis ita libere velit, & appetat, vt nullum finem etiam intermedium ſuæ volitionis, aut appetitionis reſpiciat: vtpote ſi aliquod bonum abſolutum irreferibiliter diligat: tunc proculdubio non infertur illud bonum appetere propter vltimum finem: & ideo nihil probat argumentũ: quia nec concludit omnia opera libera, neceſſario eſſe propter aliquem finem, nec probat in operantibus propter finem, actiones neceſſario tendere in verum finem vltimum in communi, nec in particulari.

Ad vltimum eadem prorſus ſolutione reſpondetur: quia ſeruata proportione eandem ſubordinationem eſſentialem admittimus in cauſis finalibus quam habent cauſæ efficientes. In peccatore autem, dum mortaliter peccat, vltimus finis non eſt Deus, ſed creatura: & ideo creaturæ ſubordinantur omnes fines intermedij, propter quos peccator diligit opera peccaminoſa. Vnde ſicut iuſto eſt Deus finis vltimus, propter quem vult pœnitentiam, humilitatem, gratiam, charitatem &c. ſic peccatori eſt ipſemet ſibi finis vltimus, propter quem vult mæchiam, delitias, furtum diuitias &c. Ex quibus conſtat, quod etiam ſi velit peccatum propter aliquem finem vltimũ, ſcilicet, præſtitutum: non tamen poteſt illud aliquo modo velle propter verum finem vltimum, qui eſt Deus. 64 *Ad vltimũ.*

(∴)

QVÆ-

QVÆSTIO SECVNDA.

De vltimo fine, in quantum fruibile, & de ratione fruibilitatis ipſius.

SEcundo quæro, vtrum finis habeat tātum vnā rationē fruibilitatis, an in ipſo ſit aliqua diſtinctio, ſecundū quā voluntas poſsit eo frui ſecundum vnā rationē, & non ſecundū aliā? Tota quæſtio poſſet habere quadruplicē difficultatē ſecūdū quadruplcē diſtinctionē: prima eſt diſtinctio eſſētiæ à perſonis, ſecūda, diſtinctio perſonæ à perſona tertia, eſſētiæ ab attributis, quarta eſſentiæ ab ideis. De tertia, & quarta modo non dicam: quia non eſt oſtenſum, qualis ſit iſta diſtinctio: nec vtrū iſta diſtinctio pertineat ad fruitionē. tantū igitur de duabus diſtinctionibus primis nunc dicendū eſt. Et quantū ad iſtas diſtinctiones, videndum eſt de fruitione viatoris, quantū ad poſsibilitatē eius. Item de fruitione cōprehenſoris, & hoc loquendo de potentia Dei abſoluta. Item de fruitione cōprehenſoris loquēdo de potentia creaturæ. Quartò de fruitione cōprehenſoris, & viatoris, loquendo de facto. Circa hāc igitur quæſtionem quæruntur quinque.

¶ Primo. Vtrum Deus ſecundum, quod trinus, ſit formaliter obiectū fruitionis?

¶ Secundo. Vtrū viator poſsit frui eſſentia, nō fruendo perſona, ſeu frui vna perſona, nō fruēdo alia?

¶ Tertio. Vtrum de potentia abſoluta poſsit comprehenſor frui eſſētia, non fruēdo perſonis; ſeu frui vna perſona, non fruendo alijs.

¶ Quarto, Vtrum comprehenſor, loquendo de potētia creaturæ, poſſit frui eſſentia, non fruendo perſonis, ſeu frui vna perſona, non fruendo alijs?

¶ Quinto. Vtrum tam cōprehēſor, quam viator de facto fruantur eſſentia; non fruendo perſonis, ſeu vna perſona, nō fruēdo alijs?

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus, ſecundum quod trinus, ſit formaliter obiectum fruitionis?

AD primū ſic proceditur. A
Videtur, quod Deus ſecūdum quod trinus, ſit formaliter obiectum fruitionis: cū non poſsit voluntas frui Deo, ſecundum vnā rationē, & non ſecūdum aliam, Primo: quia 1. ethic. c. 7. amplius autem, quia bonum æqualiter dicitur enti &c. dicit Phyloſophus, & Commentator; quod ſicut ens, & vnum ſunt in omni genere, ita & bonū: & ſpecialiter ibi loquitur de relatione: ergo relatio habet propriam bonitatem: igitur & propriam fruibilitatem, & per cōſequens, cum ſit ipſa in Deo alia, & alia, erit in Deo alia, et alia ratio, fruibilitatis

Secundo præterea, ſicut vnū B
conuertitur cum ente, ita & bonum:

num: ergo cum transferantur ad diuina, æqualiter transferentur: ergo ſicut vnum eſt ibi eſſentiale, & perſonale, ita bonum, & bonitas. Sicut igitur in Deo ſunt tres vnitates, ſic & tres bonitates; & per conſequens propoſitum.

C Tertiò prætereà, actus non terminatur ad obiectum, in quantum numeratur, niſi obiectum, vt eſt formale obiectum, numeretur: ſed actus fruendi terminatur ad tres perſonas, in quantum tres: ergo obiectum fruitionis, in quantum obiectum formale, numeratur. Probatio minoris: credimus in Deum, in quantum trinus: igitur videmus Deum, in quantum trinus. quia viſio ſuccedit fidei ſecundum totam eius perfectionē: ergo fruemur Deo, in quantum trinus.

D Sed cōtra: quia perfectio ſuppoſiti, vt diſtinguitur contra perfectionē quidditatiuam, nec eſt formalis ratio agendi; nec eſt formalis ratio termini alicuius actionis: ergo &c.

E *Concluſio.* Reſpondeo, dicendum: quod ipſa Trinitas nō erit ratio formalis videndi, vel cauſa inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, ſcilicet, fruitionis, vel viſionis: ſed vnitas eſſentiæ: quia obiectum fruitionis oportet, quod ſit aliqua bonitas quidditatiua, & non perfectio ſuppoſiti: perfectio autem quidditatiua non eſt, niſi perfectio abſtracta à ſuppoſito, quæ de ſe reſpicit omne ſuppoſitū indifferēter: & ideo bonitas, vt terminat actum fruendi, oportet, quod ſit tantum perfectio quidditatiua: vnitas autem poteſt eſſe, & perfectio quidditatiua, & ratio ſuppoſiti: quia non dicit rationem de ſe principij actus, nec rationem formalem termini alicuius actus, Eſt igitur bonum, nō quomodocumque ſumptū; ſed bonum quidditatiue ſumptum, terminus fruitionis: quia eſt perfectio quidditatiua, quæ, ſcilicet, eſt ratio eſſentialis, & non ratio ſuppoſiti: ſed vnitas vno modo eſt eſſentialis, alio modo ratio ſuppoſiti. Secundo modo non eſt ratio formalis, nec terminus formalis actus fruitionis: *quia talis terminus debet eſſe perfectio formalis.* Tunc autem, quid quid eſt perfectio formalis, eſt ens quidditatiue, & entitas quidditatiua: nam perfectio formalis eſt, quæ in quolibet ente melius eſt eſſe, quàm non eſſe: ſed nihil eſt tale, niſi ſit entitas quidditatiua, prout abſtrahit à ſubſiſtente: ens autem ſubſiſtens, habens quidditatem, eſt habens illam perfectionem, & non eſt formaliter illa perfectio quidditatiua. F

Ad primum argumentum de 1. ethicor. dico: quod bonum vno modo conuertitur cum ente, & iſto modo bonum poteſt poni in quolibet genere: ſed bonum,

num, vt ſic, non habet rationem obiecti fruibilis: & ideo nõ oportet, quod in quocumque ſit bonum hoc modo ſumptum, quod ſit ibi proprie ratio obiecti fruibilis. Ratio enim boni fruibilis, non eſt ratio boni incommuni, ſed boni perfecti, quod eſt bonũ non habens defectum: vel ſaltem ſecundum apparentiam eſt tale, vel ſecundum præfixionem voluntatis, qualis non eſt relatio.

G Ad ſecundum, dicitur: quod illa, quæ vniformiter reſpiciunt eſſentiam, & perſonam tantum ſunt eſſentialia: ſed quæ tantum conueniunt perſonæ, ſunt præciſe perſonalia: quæ autem ſub alia ratione reſpiciũt eſſentiam, & ſub alia perſonam, ſunt eſſentialia, & perſonalia. Primo modo ſe hebet bonum: ſecundo modo ſe habet paternitas: tertio modo ſe habet vnnum: quia indiuiſio ſub vna propria ratione pertinet ad eſſentiam, & ſub alia propria ratione pertinẽt ad perſonas. Sed contra: iſtius cauſam quęrit argumẽtum: arguit enim; cum hæc duo videantur eſſe ęque conuertibilia cum ente, & ad diuina tranferri, quod æqualiter vtrumque erit eſſentialite tantum, vel vtrumque eſſentiale, & perſonale. Ideo eſt alia reſponſio, *qua dico* quod ens prima diuiſione diuiditur in ens quidditatiue, & in ens habens quidditatẽ, quod eſt ens ſubſiſtens. Nunc autem quidquid eſt perfectio formalis eſt ens quidditatiue, & entitas quidditatiua: ens autem ſub ſiſtens habens quidditatem eſt contrahens illam perfectionem, & non eſt formaliter illa perfectio quidditatiua, *vt dictum eſt*. Nunc autem eſt ita, quod vnum, quod conuertitur cum ente, eſt tam ens quidditatiue, quàm ens ſubſiſtens: & ideo eſt tam eſſentiale, quam notionale: ſed bonum (vt hic loquimur de eo) vt dicit formalem rationem terminandi actum volitionis, eſt eſſentia quidditatiua: & ideo eſt tantum eſſentiale &c.

Solut. Hērric. quodlib. 1. q. 1.

Solut. Doctor.

Ad tertiũ dico, quod ly, in quantum, poteſt ſolummodo denotare illud, quod ſequitur accipi ſecundum ſuam rationem formalem: vel vltra hoc, etiam denotare poteſt, illud eſſe formalem rationem inhærentiæ prædicati ad ſubiectum. Secundo modo ſummitur reduplicatio propriiſsimè: quia reduplicatũ, ſiue ſumatur pro toto ſe ipſo primo, ſiue pro aliquò, quod includitur in intellectu eius, accipiendo reduplicationẽ formaliter, ſemper illud, pro quo accipitur, notatur eſſe formalis ratio inhærentiæ prędicati ad ſubiectum. Ad propoſitum ergo dico: quod ſi reduplicatio illa, quantum ad vtrumque iſtorum accipiatur in maiori, ipſa eſt vera, & minor falſa: ſi vero pro primo tantum; H

Ff 3 & non

& non pro ſecundo, minor eſt vera, & maior falſa. Cum proba tur minor ſecundum primum modum accipiendi eam, dico, quod videbimus tres, in quantũ tres, hoc eſt, ratio formalis Trinitatis videbitur: ſed ipſa Trinitas non erit ratio formalis vidẽdi, ſed vnitas eſſentiæ. Cum probatur vlterius, per credere Deũ trinum, in quantum trinus, dico, quod nõ eſt ſimile: quia eſſẽtia diuina non cauſat in nobis immediate actum credendi, ſicut cauſabit immediate actum videndi, & hoc eſt propter imperfectionem intellectionis noſtræ pro ſtatu iſto: quia intelligimus perſonas diſtinctas ex creaturis, & diſtinctis actibus: & ita quãtum ad cognitionem noſtram, poteſt modo Trinitas eſſe formalis ratio cognoſcendi: tunc autem erit præciſe cognita, & non ratio formalis cognoſcendi: quia tunc videbitur per rationem eſſentiæ in ſe, vt per rationem obiecti.

Expoſitio 1. Articuli quæſtionis 2. diſtinct. 1.

1. QVIA plura, quæ Doctor in tota hac quæſtione de obiecto fruitionis pertractat, eandem prorſus difficultatem in materia de viſione beata important: ne eadem hîc, illicque repetamus, operæ pretium duxi, omnes difficultates ſpectantes ad Dei viſionem, quæ circa textualem literam excitantur, ſub hac quæſtione Scotica collocare: tum quia materia hæc non habet proprium, & ſelectum ſibi locum in libris ſententiarum Scoti: ſed partim hic, partim vero in 4. ſub diſtin. 49. & alibi obiter tãgitur: tum etiã, vt conſonet aliqualiter ordini Diui Thomę, qui illam in 1. part. quæſtion. 12. diſputat: in hoc primo libro ideo totam ſimul completam, perfecteque vnitam poſt huius quæſtionis articulorum breues Commentarios pertractare elegi.

ARTICVLI. Commentarius.

DE obiecto igitur beatifico agit Doctor in textu: & licet in titulo articuli ſolummodo fruitionis beatæ obiectum inueſtigare intẽdat, argumentaque poſita in principio de illo tantum procedant: in corpore tamen articuli concludit, obiectum, nõ ſolum fruitionis, ſed etiam viſionis beatæ eſſe, non Trinitatem diuinarum perſonarum, ſed vnitatem eſſentiæ. Ratio autem, qua probat hanc concluſionem, eſt, quia oportet, quod obiectum fruitionis ſit aliqua bonitas quidditatiua, & non perfectio ſuppoſiti: perfectio autem quidditatiua eſt abſtracta à ſuppoſito: & ideo de ſe reſpicit omnia tria ſuppoſita indifferenter. 2.

Nonnulla ergo nobis explananda ſe offerunt propter literæ claritatem. 3.
Primum eſt circa illam priorem propoſitionem probationis, qua aſſerit, quod obiectum fruitionis beatæ (de qua hic loquitur, non enim agit de fruitione in communi, aut inordinata, ſed de beata) eſt aliqua bonitas quidditatiua: & dixerat in concluſione, quod vnitas eſſentiæ eſt ratio obiecti beatifici: ex quibus videtur non minimum

mum in conueniens ſequi: quia ſecundum eundem Doctorem, paſsiones entis diſtinguũtur formaliter interſe, & ab ipſomet ente. Vnde ens nõ eo formaliter, quo eſt ens, eſt, bonũ, neque eo formaliter, quo eſt bonũ, eſt vnum, nec econtra. Si ergo includit diuina eſſentia prout eſt obiectum fruitionis, hanc triplicem rationem, ſcilicet, entitatis, quatenus eſt eſſentialis: & vnitatis, quatenus inquit, quod eſt vnitas eſſentiæ: & bonitatis, iuxta ea, quæ aſſerit, *quod oportet obiectum fruitionis eſſe aliquam bonitatem quidditatiuam*: videtur non vnicam, ſed triplicem rationem formalem prærequiri ad obiectum fruitionis; quod maximum inconueniens videtur includere: nam ratio fruibilitatis in fine vltimo debet eſſe formaliter vnica.

4 Ad huius vero dubij ſolutionem prænotare oportet, duplicem eſſe bonitatem in Deo, ſcilicet, attributalem, & quidditatiuam. Prior ſicut quodlibet aliud attributum, & proprietas, dimanat à diuina eſſentia, tanquam à fontali plenitudine, & radice omnium diuinarum perfectionum: ipſa vero diuina eſſentia ex ſe habet ſecundam bonitatẽ, ſcilicet, quidditatiuam, ita vt præciſa omni ratione attributali, diuina eſſentia eſt eſſentialiter, & quidditatiue bona: quia eſt eſſentialiter, & quidditatiue perfecta: quamuis enim à bonitate attributali ſit formaliter bona: hæc tamen formalis prædicatio, *eſſentia diuina eſt bona*, ſi à parte prædicati ponatur bonitas attributalis, non eſt prædicatio quidditatiua, nec formalis in primo modo dicendi per ſe, ſed in ſecundo modo dicendi per ſe, in quo prædicantur proprietates de ſubiecto: diuina etenim attributa, quaſi proprietates conueniunt eſſentiæ: quia ſicut proprietates, à ſubiecto, emanant, ſic etiam (ſublatis imperfectionibus) dimanant diuina attributa ab eſſentia. Vnde prouenit, quod cum ipſa diuina eſſentia ſit radix, & (vt dixi) fontalis plenitudo omnium perfectionum diuinarum) in ſe quidditatiue habet omnes perfectiones attributales: non quidem ea formalitate, qua ipſa attributa ſunt in ſe ipſis, ſed radicaliter, & eminenter tanquam radix, & quidditas, à qua attributa perfectionem accipiunt: & ideo hæc bonitas quidditatiua non eſt formaliter, nec aliquo modo diſtincta ab ipſamet eſſentia, quia eſt ſuamet quidditas, ſicut bonitas attributalis ab eſſentia formaliter diſtinguitur (vt infra ſuo loco oſtendam) quam obrem hæc eſt vera, & formalis propoſitio, & quaſi cauſalis: diuina eſſentia eo eſt formaliter bona, quo eſt eſſentia, & eo eſt formaliter eſſentia, quo eſt bona, loquendo ſemper de bonitate quidditatiua, non vero de attributali.

5 Rurſus vnitas quoque, & poteſt eſſe perfectio quidditatiua, & ratio ſuppoſiti, prout optime notauit Lychetus ſupra hanc quæſtionem §. *vltimo ſunt* prope medium: vbi notanda intelligenda eſt litera, vt Doctor excludat à ratione obiecti beatifici, non ſolum bonitatem attributalem, eo quod (vt vidimus) non pertinet ad quidditatem eſſentiæ, ſed etiam vnitatem ſuppoſiti: proptereaque inquit, quod obiectum beatificum *eſt vnitas*, non ſuppoſiti, *ſed vnitas eſſentiæ*: & ne etiam includat in tali obiecto beatifico aliquã proprietatem attributalẽ (quia vt infra in difficultate trigeſimaprima videbimus, non ſolum perſonalitates diuinæ, ſed nec etiam attributa intrant rationem obiecti beatifici) ſe ipſum declarat dicens, *quod ad rationem obiecti oportet, quod ſit aliqua bonitas quidditatiua*. Duo igitur requiruntur ad obiectum beatificum, nempe, vnitas eſſẽtiæ, & bonitas eſſentialis. Sed hæc eſt differentia, quod cum obiectum beatificum habeat rationem viſibilis, & fruibilis, non vtrumque requirit ad viſibilitatem, & fruibilitatem: quoniam ex eo ratio fruibilitatis bonitatem expoſtulat, quia eſt voluntatis obiectũ, inquantum fruibile: & ideo bonitas hæc quidditatiua, ſecundum quod concipitur, vt bonitas, formaliter pertinet ad rationem obiecti beatifici, inquantum præciſe eſt fruibile: ratio vero vnitatis, non ſolum ad fruibilita- *Lychetus.*

tem,ſed ad viſibilitatem conducit: & ideò diuina eſſentia,in quantum vna quidditatiue,& eſſentialiter talis, & eſt viſibilis,& fruibilis:at vero in quãtum quidditatiue bona, ſecundum hanc præciſam rationem bonitatis, non eſt viſibilis,ſed fruibilis.Quę quidem diſtinctio non procedit ab aliqua distincta formalitate rei,ſed à noſtro diſtincto modo formalizandi: nã à parte rei,ſi eo formaliter diuina eſſentia eſt bona,quo eſt eſſentia, & eſt vna,quo eſt bona quiditatiue: conſequenter eadem proiſus ratione, quà eſt obiectum viſionis,eſt quoque obiectum fruitionis.

6. Quæ autem ſit ratio à priori excludendi ſuppoſitum à ratione obiecti beatifici oſtendit Doctor in textu §. *ſed contra*,dicens,ſuppoſitum ideò nõ pertinere ad obiectum beatificum, *quia perfectio ſuppoſiti, vt diſtinguitur contra perfectionem quidditatiuam, nec eſt ratio formalis agendi, nec eſt formalis ratio termini alicuius actionis.* Quam rationem egregie explicant

Lychetus. Rubionis.

Lychetus, & Rubionis ibidem ſic: quia, ſcilicet, ratio formalis agendi ſemper dicit perfectionem:ratio vero ſuppoſiti nullam perfectionem importat: quia ergo obiectum beatificum debet quidditatiuam perfectionem includere: ideo, & ratio ſuppoſitalis à ratione obiecti beatifici excluditur: quia perfectionem non dicit: & ideò ratio attributalis etiam non intrat obiectum beatificum, quià licet perfectionem importet; non tamen talis perfectio quidditatiua eſt.

7. Sed inueſtiganda eſt veritas huius rationis Scoticæ, ſcilicet, quod *quia formalis ratio agendi ſemper dicit perfectionem &c.* Hoc tamen ſic egregie declarat Lychetus, quia in creaturis ratio ſuppoſiti dicit negationem duplicis dependentiæ, ſcilicet, actualis, & aptitudinalis, vt diffuſe habetur à Doctore in 3. diſtinctione prima quæſtione prima, & in quodlibetis quæſtione nona, & decimanona, & talis negatio non dicit aliquam perfectionem, nec rationem agendi: ratio verò ſup-

Scotus.

poſiti in diuinis, vel dicit illam duplicem negationem (inquit Lychetus) de qua loquitur Doctor dubitatiue infra diſtinctione vigeſimatertia, et vigeſima octaua: vel accipitur pro aliquo poſitiuo, vt aſſertiue loquitur Doctor ipſe in tertio diſtinctione prima quæſtione prima, et quomodocumque accipiatur,perſpicuum eſt, quod nullam perfectionem quidditatiuam importet.

Quod declaratur ſic, quando homo verbi gratia generat hominem, humanitas hominis generantis eſt ratio formalis quidditatiua generandi alium, ſuppoſitalitas vero eſt conditio hominis generantis: non tamen pertinet ad rationem formalem generandi: ſimiliter humanitas in homine genito eſt ratio formalis terminandi generationem,ſeu terminus formalis generationis: ſuppoſitalitas vero eſt conditio hominis geniti: humanitas ergo, et eſt formalis ratio agendi ex parte generantis, et eſt formalis ratio terminandi ex parte geniti: ſuppoſitalitas vero, nihil formale præſtat generationi, nec terminationi; ſed eſt conditio gignentis, et geniti: quia cum nemo poſsit ſe ipſum generare, neceſſario tanquam conditio interuenit diſtinctio generantis à genito, quæ eſt diſtinctio ſuppoſitalis.Cum ergo perfectio quidditatiua ſit ipſa rei quidditas: et quidditas hominis ſit humanitas, quæ et eſt ratio formalis agendi, et terminandi: ſuppoſitum vero ad quidditatem rei non pertineat; ideo ex hoc probat Doctor, rationem obiecti beatifici non includere ſuppoſitum: quia, ſcilicet, tale obiectum, eo quod eſt vltimate fruibile, debet eſſe quidditatiue bonum, ideſt ſumme, et quidditatiue perfectum: et quidditatiua perfectio eſt ipſa quidditas naturæ, et hæc quidditas naturæ eſt ratio formalis agendi, et terminandi: ſuppoſitum vero non eſt, niſi conditio agendi, et terminandi. Vnde quaſi à poſteriori probat Doctor,ſuppoſitum nõ pertine- 8.

Digitized by Google

tinere ad obiectum beatifi[illegible]m: nã omnes iſtæ ſunt vere cauſales, ideo ſuppoſitum non eſt ratio formalis agendi, & terminandi, quia non eſt quidditas naturæ; & quia non eſt quidditas naturæ, nõ eſt quidditatiua perfectio: & quia non eſt quidditatiua perfectio non eſt quidditatiua bonitas: & quia non eſt quidditatiua bonitas, non eſt obiectum vltimate fruibile, quale eſt beatificũm: ergo de primo ſ ad vltimum, illa eſt ratio formalis obiecti beatifici, quæ eſt ratio formalis agendi, & terminandi, qualis ſola eſt diuina eſſentia quidditatiue vna, & bona.

ARTICVLVS II.

Vtrum viator poſſit frui eſſentia, non fruendo perſonâ, ſeu frui vna perſona, non fruendo alia?

A AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quod non poſſit viator frui eſſentia, non fruendo perſona, nec frui vna perſona, non fruendo alia. Primo: quia in ordine eſſentiali eſt tantum vnum primum: igitur in ordine eſſentiali finium, eſt tantum vnus finis: fruitio autem eſt reſpectu finis: ergo &c.

B Secundo præterea, primo efficienti correſpondet vltimus finis: ſed eſt tantum vnum efficiens primum; & ſub vna ratione: igitur tantum vnus finis.

C Tertio præterea, confirmatur ratio: quia tanta eſt [illegible]tas efficientis, quod non [illegible]eſt efficere vna perſona, n[illegible]ficiente alia: igitur ſimi[illegible] tanta erit vnitas finis, quòd non poterit vna perſona finire; alia non finiente: & ſic ſequitur propoſitũm. Iſta etiam ſecunda ratio confirmatur per Auguſtinum quinto de Trinitate capite decimoquarto, vel trigeſimoquarto, fatendum (inquit) eſt, Patrem, & Filium, vnum eſſe principium Spiritus Sancti: ad creaturã vero Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, vnum principium, ſicut vnus Creator, & vnus Dominus.

D Quarto præterea, ſicut in Deo eſt vna maieſtas, ita eſt vna bonitas: ſed propter vnam eius maieſtatem debetur ei tantùm vna adoratio, ſecundum Damaſcenum libro primo capite nono, ita quod non conuenit adorare vnam perſonam, non adorando aliam: ergo etiam non contingit frui vna perſona, non fruendo alia, vel alijs.

E SED contra eſt: quia ſecundum Auguſtinum ſeptimo de Trininitate capite primo, vel quinto, ſi eſſentia relatiue dicitur, non eſt eſſentia: quia omnis eſſentia, quæ relatiuè dicitur, eſt aliquid excepto relatiuo. Ex quo concludit tertio capite: qua propter ſi Pater non ſit aliquid ad ſe, non erit

H ¶ Ad ſecundum dico (ſicut di- *Art. in ſi.* ctum eſt in præcedente quæſtione) quod per accidens eſt, quod in eodem concurrant ratio efficientis, & ratio finis: tamen de facto vna eſt ratio formalis ipſius finis, ſicut vna eſt ratio formalis ipſius efficientis: ſed in illa vna ratione poteſt potentia quietari, licet non quietetur in rationibus perſonalibus, quæ ſunt in illo fine.

I Ad tertium, *ſeu* ad confirmationem, cum dicitur, non poteſt vna perſona creare, niſi alia creet, dico: quod non ſequitur: ergo vna non poteſt finire actum fruitionis, niſi alia finiat: bene enim ſequitur, quod vna perſona ex natura rei non eſt finis, niſi alia perſona ſit finis, ſed non ſequitur de fine actus, vt eſt elicitus à potentia: quia finis actus, vt eliciti, eſt, ad quem potentia eliciens ordinat actum, & propter quem elicit ipſum: ſed finis ex natura rei eſt bonum, ad quod actus ex natura ſui natus eſt ordinari, non quidem in ratione obiecti, quod attingitur per actũ; ſed ſic, vt omnes naturæ creatæ in ſuo gradu ad finem vltimum ordinantur. Ad auctoritatem quinto de Trinit. patet, quod loquitur de facto, & de formali ratione eius.

K Ad quartum, & vltimum de adoratione, dico; quod vna eſt adoratio trium perſonarum: quia quicumque adorat vnam, habitualiter ſeſubijcit toti Trinitati. Sed non oportet, quod actualiter cogitet de alia perſona, quando adorat vnam perſonam: ſicut patet de orante vnam perſonam oratione, quæ non dirigitur ad aliam actualiter: ſicut patet de illo Hymno, veni Creator Spiritus &c. et de multis orationibus in Eccleſia inſtitutis. Vnde orationes Eccleſiæ frequenter diriguntur Patri, & in fine inducitur Filius, ſicut mediator: ergo dum aliquis refert actualiter intentionem ſuam ad orandum Patrem, non oportet, quod actualiter tunc cogitet de Filio, vel de Spiritu Sancto, niſi habitualiter, quouſque primo inducat Filium in cogitatione ſua, tanquam, ſcilicet, mediatorem: & ſicut eſt eadem adoratio habitualis, ita eſt eadẽ fruitio habitualis, licet non neceſſario eadem actualis.

Expoſitio 2. articuli 2. quæſtionis diſtinct. 1.

Q Værit Doctor in textu de fruitione ordinata viatoris, an, ſcilicet, poſsit frui eſſentia, non fruendo perſonis, aut frui vna perſona, nõ fruẽdo alia etiam ſua correlatiua: & quidẽ articulus iſte de viatore non tantam difficultatem continet, quãtam ſequẽs de comprehenſore: nam cum fruitio ſequatur cognitionem obiecti, ſicut fa- 1.
cilius

cilius poteſt viator cognoſcere eſſen-
tiam, perſenis non cognitis, quàm cõ-
prehenſor: ſic facilius poteſt frui eſſ:n
tia ſine perſonis, quam cõprehenſor:
quod autem facilius poſsit cognoſci
eſſentia ſine perſonis à viatore, quam
à comprehenſore, ex eo patet, quia cõ
prehenſor vnico actu videt eſſentiã, &
perſonas: & ideo videtur implicatio,
quod eodem met actu inuariato, quo
nunc de facto formaliter videt eſſen-
tiam, & perſonas, poſsit videre eſſen-
tiam ſine perſonis, vel vnã perſonã ſi-
ne alia: viator vero poteſt diſtincto
actu videre eſſẽtiã cũ perſonis, & alio
diſtincto videre eſsẽtiã ſine perſonis.
Baſſolis. Si hoc enim eſſet verum de viſione cõ
prehenſoris, ſicut Baſſolis putabat (vt
infra in diffic. 31. videbimus) minus dif
2 ficilis eſſet illius difficultatis reſolutio

Sed viatorem adhuc non poſſe con
cipere diuinã eſſentiam, ſine eo quod
concipiantur perſonæ, & ex conſeque
OKam. ti non poſſe frui eſſentia, quin fruatur
perſonis, opinatus eſt OKam in primo
diſtinctio. prima quæſt. quinta, cuius
fundamentum eſt: quia eorum, quæ
ſunt realiter idem, licet alias formali-
ter diſtinguantur, quatenus vnum nõ
eſt de conceptu formali alterius, non
poteſt vnum concipi ſine alio: quam-
uis ergo relatio non ſit de conceptu
formali eſſentiæ, non tamen propte-
rea poteſt eſſentia ſine relatione con-
cipi à viatore, eo quod relatio, & eſſen
tia ſunt realiter idem.

Hoc tamen fundamentum, quo
3 OKam ſuam ſententiam probat, & ra
tionem Doctoris infringere intendit,
ſatis futible eſt: quia ſubiectum, & pro
pria paſsio adhuc ſecundum ipſum,
ſunt realiter idem: & tamen ob diſtin-
ctionem formalem optimè poteſt vnũ
cõcipi ſine alio, quod etiã in pluribos
alijs contingit: ex quibus concluditur
ſufficere diſtionẽ formalem eſſentiæ à
perſonis ad diſtinctam cognitionem
eſſentiæ ſine perſonis.

Ratio igitur, qua in textu probat
4 Doctor poſſe viatorem frui eſſentia,
non fruendo perſonis, optimè conuin
cit intentum. Sic enim formatur, eſſen
tia diuina poteſt dittinctè concipi à
viatore, aliqua perſona non cognita:
ergo voluntas viatoris poteſt ordina-
te frui eſſentia, nõ fruendo aliqua per-
ſona: probatur conſequentia, quoniã
diuina eſſentia eſt ſummum bonum,
& perfectiſsima ratio fruibilitatis, &
poteſt concipi à viatore, ſicuti eſt: ſed
ita eſt ſummum bonum, quod eſt ſum
mum bonum abſolutum, prius quacũ
que relatione: tum quia relatio diuina
dimanat ab eſſentia, & non è contra:
tum quia, relatio non eſt de concep-
tu eſſentiæ, quia nulla relatio eſt de cõ
ceptu alicuius entitatis abſolutæ: tum
tandem, quia hoc expreſſe inquit, & *D. Augu.*
probat Diuus Auguſtinus, vt patet in
textu: ergo poteſt concipi diuina eſſẽ
tia, vt prior omni relatione. Et tunc
pro illo priori, in quo concipitur di-
ſtincte nulla perſona concepta, po-
teſt viator diſtincte cognoſcere eſſen
tiam, perſonis non cognitis, & ex con
ſequenti frui eſſentia, non fruendo
perſonis.

Admiſso tamen ſemel, quod cog 5
noſcat viator ſimul eſſentiam, & per-
ſonas, inſurgit ſubtilis dubitatio, an *Celebris dubitatio.*
poſſet frui eſſentia, non fruendo per-
ſonis? Et ratio dubitandi eſt: quia ordi
nata fruitio non poteſt non frui obie-
cto fruibili voluntati oſtenſo. Anto- *Ant. And.*
nius Andreas in hac quæſtione ſecun
da, ita tuetur indifferentiam volunta-
tis, adhuc poſita neceſsitate cognitio-
nis intellectus, vt non ſolum viatoris,
ſed etiam comprehenſoris libertatem
in fruendo cognitis deffendat. Quam
uis etenim teneat ibi §. *de 2. dico*, quod
nullo modo poteſt beatus intui-
tiue videre eſſentiam ſine perſonis,
nec vnã perſonam ſine alia: tenet ni-
hilominus ibidẽ §. *his non obſtantibus*,
quod de potentia Dei abſoluta poteſt
beatus frui eſſẽtia ſine perſona, & frui
vna perſona, non fruendo alia, quod à
fortiori debet concedere in viatore,
qui ſimul cognoſceret eſſentiam, &
perſonas.

Lychetus vero ad hanc difficultatẽ 6
reſpondet ibidem §. *ad ſecundam diffi-
cultatem*, quod non eſt inconueniens,
quod aliquis actu fruatur eſsentia di-
uina, & hoc ordinate, non fruendo
aliqua perſona, ſi tamen habituali-
ter fruatur ipſa perſona: quod pro-
bat

bet ex Doctore à ſimili: nam in aliquo inſtanti (inquit) poteſt frui eſſentia diuina, & in tempore immediato illius inſtantis poteſt poſtea frui perſona. Hæc tamen Lycheti ſolutio videtur nimis reſtricta: quia etiam, ſi illa habitualis fruitio perſonæ nõ adſit, adhuc videtur poſſe viatoris fruitionem præciſe terminari ad eſſentiam.

7 Sed contra, quia ex OKamo arguit Tatharet. Tatharetus queſt. 2. conclu. 2. (qui hãc etiam ſolutionem Lycheti amplectitur) quod quilibet obligatur ad fruendum illo, quod eſt ſumme diligendũ: ſed ſic eſt, quod quælibet perſona diuina eſt ita ſumme diligenda, ſicut diuina eſſentia: ergo quilibet tenetur diligere quamlibet perſonam, ſicut diuinam eſſentiam: ergo diligendo eſſentiam, non diligendo perſonam, male, & irrationabiliter diligit: ergo non poteſt ſtare ordinata fruitio eſſentiæ cũ non fruitione perſonæ. Hoc argumentum, inquit Tatharetus, non eſſe contra Scotum, quia Scotus dicit, quod eſt poſsibile, non tamen dicit, quod eſt licitum: & ideo reſpondet ipſe Tatharetus ad argumentum OKami ex diſtinctione illa, quam aſsignauit Lycheteus de fruitione actuali, & habituali: ſed melius quidem illam exponit, vnde ait quod duplex eſt fruitio, loquendo de fruitione ordinata: nam quædam eſt actualis, & quædam habitualis: actualis eſt, actualiter diligere: habitualis vero eſt, quando quis eſt diſpoſitus ad diligendum; ita quod ſi recordaretur obiecti; actualiter diligeret illud: & tunc ad argumentum reſpondet ſub hac diſtinctione, quod, ſcilicet, obligatur ad fruendum actualiter, vel habitualiter illo, quod eſt ſumme diligendum: vnde ad conſequentiam concedit Tatharetus, quod eſt irrationabile frui eſſentia actualiter, & non frui perſonis actualiter, vel habitualiter. Concludit ergo, quod diligendo eſſentiam, non conſiderando de perſonis, diligitur eſſentia actualiter, & diliguntur perſonæ habitualiter.

8 Profecto hæc ſolutio ſubtiliſsima eſt, ſed adhuc aliquid contra Scotum includere videtur: quia ipſe non tantum loquitur de poſsibili, ſed etiam de licito: dum inquit, quod poteſt adhuc ordinate frui eſſentia, & non perſona: ordinatata enim fruitio, non ſolum poſsibilis, ſed licita eſt. Sed re vera literæ textuali ipſius Doctoris conſonat hæc diſtinctio de actuali, & habituali dilectione, ſeu fruitione: quia ideo Doctor concedit licitam, & ordinatam fruitionem eſſentiæ ſine perſonis, quia probat poſsibilẽ cognitionem eſſentiæ ſine perſonis: & ad hoc aſſumptum omnes textuales probationes tendunt: at qui in caſu, quo eſſentiam ſimul, & perſonas cognoſceret, nequit ordinate eſſentiam, ſine perſonis diligere; quia non minus tenetur ad dilectionem perſonæ, quam eſſentiæ: & licet ſupponamus, poſſe voluntatem habere actum circa eſſentiam, & mere negatiue ſe habere circa perſonas, vel ſuſpendere actum volendi circa illas: ſi tamen tunc de illis cogitet, nõ poteſt inordinata eſſe hæc fruitio, eo quod contrariatur illi, quod facere tenetur.

Sed hæc doctrina debet intelligi iuxta ipſius Scoti literam, qui quamuis 9
hanc diſtinctionem de actuali, & habituali fruitione in ſimili, de adoratione, videlicet, tradiderit in textu ſolutione ad quartum, non de quacumque cognitione loquitur, ſed tantummodo de actuali: hæc enim ſunt verba illius: *Dico, quod vna eſt ratio trium perſonarum: quia quicumque adorat vnam, habitualiter ſe ſubiicit toti Trinitati: ſed non oportet, quod actualiter cogitet de alia perſona, quando adorat vnam perſonam.* Ex quibus verbis colligitur, aliter loquendum eſſe de cognitione habituali, & aliter de actuali, & iuxta eandem diſtinctionem intelligendam eſſe illã de fruitione actuali, & habituali: nam habitualiter poteſt fidelis cognoſcere, Deũ eſſe vnum, & trinum, & adhuc poteſt actualiter concipere deitatem, non concepta Trinitate, hoc eſt, non cogitando aliquid de perſonis: quia licet ſupponatur cognitio habitualis eſſentię, & perſonarũ: ſupponitur etiã diſtinctio formalis obiectiua eſſentiæ, & perſonarum: & poteſt habere formalem conceptum de vno, quin illum habeat actualem de altero

ad

ad hunc igitur modum intelligenda eſt fruitio ordinata: quod, ſcilicet, ſi intellectus viatoris actualiter concipiat eſſentiam diuinam, nihil actualiter cogitando de perſonis: tunc poteſt ordinate frui eſſentia actualiter, quin actualiter fruatur perſonis: quas tamen habitualiter diligit, eo quod ex habituali cognitione, qua cognoſcit Trinitatē perſonarum, conſequenter habitualiter diſpoſitus eſt perſonas diligere, toties, quoties de illis actualiter cogitet: ſi vero actualiter cogitando de illis ſimul cum eſſentia, non eas actu diligeret, nec habitu, ſpræcē] dubio inordinata eſſet hæc fruitio eſſentiæ ſine perſonis.

10 Quod autē dicitur in textu de fruitione vnius perſonæ ſine alia, non difficile eſſet, ſi loqueretur tātum de perſonis non correlatiuis, quales ſunt Pater, vt Pater, & Spiritus Sanctus: quia inter quos non eſt correlatio, non difficile erit vnum ſine alio intelligere: at qui loquendo de Patre, & Filio, ingēs eſt difficultas: quia videtur non poſſe vnum correlatiuū cognoſci ſine alio: hoc tamen optimè ſoluit Doctor in textu, dum ait: *Reſpondeo, quod etſi cognitio relatiui requirat cognitionē correlatiui, non tamen oportet cognoſci item, & frui ſem vno relatiuo cognoſcere, & frui ſuo correlatiuo*: cuius rationem reddit: *quia poſſibile eſt frui Deo, inquantū eſt creator, nō fruendo creatura, quæ terminat illam relationem*. Hæc tamen latius habentur infra in diſt. 31. vbi exponitur, qualiter non pertineat terminus ad fruim correlatiuum in recto, ſed in obliquo: ex quo prouenit poſſe cognoſci vnum ſine alio.

ARTICVLVS III.

Vtrum de potentia abſoluta poſſit comprehenſor frui eſſentia, non fruendo perſonis, & frui vna perſona, non fruendo alijs.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quod de potentia abſoluta non poſſit comprehenſor frui eſſentia, non fruendo perſonis, nec frui vna perſona, non fruendo alijs. Et hoc probatur primo de viſione, quod, ſcilicet, nō ſit poſſible abſolute aliquē intellectū videre eſſentiam, non videndo perſonā. Probatur primo ſic: cognitio cōfuſa eſt imperfecta: viſio autem illius eſſentiæ non poteſt eſſe cognitio imperfecta: igitur nō poteſt eſſe cognitio cōfuſa: ſed ſi eſſet tātū viſio eſſentiæ, & nō perſonæ, eſſet viſio cōfuſa; quia eſſet viſio alicuius cōmunis ad perſonas, & non illarum perſonarum, quod videtur inconueniens: ergo &c.

Secūdo præterea: viſio eſt exiſtētis, vt exiſtēs eſt, & vt præſens eſt videri ſecūdū exiſtentiā ſuam: & in hoc diſtinguitur viſio ab intellectione abſtractiua: quia poteſt eſſe nō exiſtentis, vel exiſtētis, nō inquantū in ſe præſens: & eſt in intellectu iſta diſtinctio inter intellectionem intuitiuā, & abſtractiuā, ſicut in parte ſenſitiua eſt diſtinctio inter actum viſus, & actum phantaſiæ: illa autem cognitio eſſentiæ diuinę erit intuitiua: ergo erit exiſtentis, vt per ſe exiſtens eſt, & in exiſtentia præſentis virtuti cognoſcentis nō exiſtit autē eſſētia, niſi in perſonis: ergo non poteſt eſſe viſio eius, niſi in perſona. B

Ter-

C Tertio præterea: nõ poteſt aliquid cognoſci cognitione intuitiua, in quo ſunt aliqua plura diſtincta ex natura rei, niſi etiã illa diſtinctè videantur. Exẽplũ: albedo non videtur diſtinctè, niſi videantur omnes partes eius, quæ ſũt in baſi Pyramidis, quæ partes diſtinguũtur ex natura rei: igitur nõ diſtinctè videtur eſſentia, niſi etiã videãtur perſonæ. Ex his arguitur ad propoſitũ, quãtũ ad ſecundã diſtinctionẽ, ſcilicet, perſonarũ interſe: quia ſi nõ poteſt videri eſſẽtia, niſi in perſona, & nõ magis videtur in vna, quã in alia: quia ęque immediate videtur ſe habere ad quãlibet perſonã: ergo non poteſt videri, niſi videatur in quãlibet perſona: & ita nõ videtur in vna perſona, niſi videatur in alia.

D Quarto præterea, etiã arguitur ad propoſitũ, quantũ ad frui: quia voluntas nõ poteſt magis abſtrahere obiectũ ſuum, quam intellectus oſtendere: igitur ſi intellectus nõ poteſt diſtincte oſtendere eſſẽtiã ſine perſona, vel vnã ſine alia: ergo nec voluntas poterit diſtincte frui. Hoc etiã cõfirmatur ſic: quia volũtas nõ poteſt habere actũ diſtinctũ circa obiectũ ex parte obiecti, niſi ponatur diſtinctio in obiecto, vel re, vel ratione: ſed ſi intellectus apprehẽdit indiſtincte eſſentiã, & perſonã, nõ erit diſtinctio ex parte obiecti, nec rei, nec rationis: ergo volũtas nõ poteſt habere ibi actũ diſtinctũ ex parte diſtinctionis in obiecto primo: quod nõ rei, patet: quod nec etiã rationis, probo: quia intellectus nõ diſtincte apprehẽdit hoc, vel illud: igitur nec diſtinguit hoc, & illud.

E Quinto præterea, ex parte fruitionis arguitur ſic: fruitio quietat fruentẽ: ſed vna perſona nõ perfecte quietat ſine alia, nec eſſentia ſine perſona: quia tũc potẽtia quietata in illa non poſſet vlterius in aliquo alio quietari: quia vltimate quietatũ non eſt vlterius quietabile: & per conſequens iſta potentia non poſſet vlterius quietari in alia perſona, nec frui ea: quod falſum eſt.

F Sexto præterea, ſi quietaretur in vna perſona ſola: & patet, quod poteſt frui alia: vel igitur fruitio illius perſonæ poteſt eſſe cũ fruitione alterius, vel erunt incõpoſſibiles, ita quod vna nõ erit cum alia. Si primo modo: ergo duo actus eiuſdẽ ſpeciei erunt in eadem potẽtia ſimul, quorũ vterq; æquatur capacitati illius potẽtiæ: quod eſt impoſsibile. Si ſecũdo modo: igitur neuter actus eſt fruitio: quia neuter actus poterit eſſe perpetuus.

G Septimo præterea: mẽs eſt imago Trinitatis: ergo nõ poteſt quietari, niſi in Trinitate: ergo nec frui aliquo ordinate, niſi Deo trino. *D. Aug.*

H Sed contra eſt: quia vt patet ex 15. de Trinit. c. 7. vel 9. quælibet

per-

perſona intelligit ſibi ipſi: igitur ita videtur, quod quælibet intelligit perfectè perſe, intelligendo eſſentiam, vt eſt in ſe formaliter: igitur perfecta intellectio, quæ eſt beatifica, non neceſſario ex ſe requirit eſſentiam, vt in tribus Probatio primæ cõſequẽtiæ, nõ minus ad intellectionẽ requiritur intelligibile, quã intellectus: igitur in perfecto intelligẽte ex ſe non minus requiritur, q̃ habeat in ſe obiectũ, vt formaliter intelligibile, quam q̃ habeat intellectũ ex ſe, vt quo intelligat.

I *Concluſio.* Reſpõdeo dicẽdũ: quod ad iſtũ articulũ de potẽtia abſoluta Dei nõ video cõtradictionem, quin poſsible ſit ex parte intellectus, & volũtatis, quod vtriuſq; actũ terminet eſſẽtia, & non perſona, vel vna perſona, & nõ alia, puta, quod intellectus videat eſſentiã, nõ perſonã, vel vnã perſonã, & nõ aliã, & quod voluntas fruatur eſſẽtia, nõ perſona, vel vna perſona, & nõ alia. Hoc perſuadetur ſic: Pater æternus prius origine, quã generet Filiũ, eſt perfectè beatus: quia nullã perfectionẽ ſibi intrinſecã habet à perſona producta: beatitudo eſt perfectio intrinſeca perſonę beatę: ſed in illo priori eſt Pater perfectè beatus: igitur in illo priori habet obiectum perfectè beatificãs: nõ videtur autẽ in illo priori habere eſſentiã cõmunicatã tribus, vt obiectũ, ſed vt eſſẽtiã abſolute, vel eſſentiã, vt eſt in vna perſona præciſe: ergo nõ eſt de ratione eſſẽtiæ, vt eſt obiectũ beatificũ, q̃ beatificet, in quãtũ cõmunicata tribus: & ita nõ videtur cõtradictio, ſiue quãtũ ad fruitionẽ, ſiue quantũ ad viſionẽ Reſpõdetur, q̃ Pater habet eſſẽtiã, vt in tribus perſonis, pro obiecto: & tamẽ primo ſecũdũ originẽ: quia ex ſe habet illã eſſentiã obiectã ſibi: & hoc eſt eſſe prius origine: non eſt enim prioritas aliqua, ſecũdũ quã obijciatur ſibi eſſẽtia, vt eſt in vna perſona, nõ vt in alia, ſicut nec ipſa in aliquo priori naturæ obijcitur vni perſonæ, & no alij, ſed tãtũ vni obijcitur ex ſe, alij nõ ex ſe. Cõtra: quęlibet perſona intelligit formaliter intellectu, vt eſt in ipſa, nõ vt eſt in alia, nec vt eſt in trib᷒ vt patet ex 15. de Tri. c. 7. vel 9. & c. *Vnde formatur ratio, quæ poſita eſt §. ſed contra,* quæ ratio cõfirmatur: quia ſi Pater intelligat beatifica viſione eſſentiã, vt in Filio: igitur aliquid quaſi reciperet à Filio, vel ab aliquo, vt in Filio. Cõſequẽtia probatur per argumentũ Phyloſophi 12. Met. quo probatur, Deũ nõ intelligere aliquid aliud à ſe: quia tunc vileſceret eius intellectus: quia perfectionẽ reciperet ab intelligibili: igitur ita hic: imò (quod eſt mai᷒ incõueniẽs) perfectionẽ ſimpliciter, puta, viſionẽ beatificã, quaſi reciperet Pater à tribus perſonis, vt obiectis, vel ab aliquo, vt in tribus, & tunc videntur ſequi duo abſurda primo, q̃ *Tex. co. 51*

non

non omnem perfectione habet Pater à ſe,& ſic nō eſſet prius origine,aliud,quòd non omnis perfectio ſimpliciter, & eſſentialis ſit aliquo modo prior proprietatib⁹,ſed aliqua quaſi poſterior ipſis perſonis, puta iſtà, quæ eſt ex obiecto,vt in tribus&c. Præterea ſi intellectus,vt nō in ſe,ſed vt in aliquo producto, eſſet principiū beatitudinis Patris,Pater nō eſſet beatus à ſe:ergo ſi eſſentia, vt in producto,eſſet per ſe obiectū beatitudinis, Pater non eſſet beatus à ſe. Cōſequētia probatur: quia obiectū,vt obiectū,non minus requiritur ad beatitudinē,quā intellectus. *Concluſio.* Reſpondeo, obiectū requiritur,vt præſens,nō vt exiſtēs:intellectus requiritur, vt inexiſtens: quia eo formaliter intelligit Pater,nō ſic obiecto. Hoc patet:quia nullus eſt beat⁹, niſi intellectu in exiſtente: eſt autē aliquis beatus, obiecto nō inexiſtēte: & eſſet naturaliter beatus,ſi naturaliter haberet obiectū præſens, licet nō inexiſtens:nō ſic autē de intellectu. Cōtra:quādocūq; aliquid eſt à ſe tale, erit tale,ſi per impoſſibile quodlibet aliud non eſſet. Itē,Pater nō recipit aliquid à Filio, vel ab aliquo,vt in Filio,ſicut ab obiecto beatitudinis ſuæ:quia quod eſt à ſe,nō requirit aliquid neceſſario ad ſui eſſe,quod nō eſt à ſe: & hoc tantā neceſsitate,quā a dependens requirit illud,à quo dependet. Hæc ratio bene concludit,ꝙ Pater,non tantū ex parte intellectus,ſed ex parte obiecti, habet à ſe,vnde ſit beatus, & per conſequens eſſentiā,vt eſſentia beatificat:nō tamē,vt in tribus: quia ita requiritur obiectū præſens à ſe,ſicut intellectus: ergo breuiter in ſumma,à ſe beatus eſt Pater vtroq;,modo,ſcilicet,intellectu,& eſſentia:quia fiat tale enthimema: à ſe beatus eſt Pater: ergo habet obiectū beatificū,vt beatificum à ſe:ergo non habet illud, vt in tribus pro obiecto:quia tunc, vt in Filio,per ſe quaſi ageret ad beatitudinē Patris Reſpōdeo,cōparādo eſſentiā, vt eſſentia eſt primū obiectū beatificū,ad Patrē.licet ſimul neceſſario beatificetur cū tribus:ita etiā neceſſario ſimul cum tribus intelligit creaturas:nō tamen ab eis,Filio,ſcilicet,& Spiritu Sācto,recipit intellectionē eārū,ſed ab eſſentia,tāquā ab obiecto,quā habet à ſe:ita cōparando eſſentiā diuinā ad intellectū creatum, poteſt eſſe obiectū primū ſine ſecundo obiecto. Modus ponendi eſt iſte: actus omnis habēs primū obiectū, à quo eſſentialiter depēdet,& obiectū ſecundū,à quo eſſentialiter non dependet, ſed tendit in illud virtute primi obiecti, licet non poſsit manere idē actus,niſi habeat habitudinē ad primum obiectū:poteſt tamē manere idem ſine habitudine ad ſecūdū obiectū:quia ab eo nō depēdet. Exēplū:idē eſt act⁹ viſionis

eſſentiæ diuinæ,& aliarũ rerũ in eſſentia:ſed eſſẽtia in ſe eſt primũ obiectũ,res viſæ ſecundariũ obiectũ: nõ poſſet autẽ manere eadẽ viſio,niſi eſſet eiuſdem eſſentiæ: poſſet autẽ manere abſque hoc, quod eſſẽt res viſæ in ea:ſicut igitur Deus abſq; cõtradictione poteſt cooperari ad actũ illũ,in quãtũ tendit in primũ obiectum, nõ cooperãdo in ipſum,in quãtũ tẽdit in ſecundũ,& tamen eſt actus idẽ:ita ſine cõtradictione poteſt cooperari ad viſionẽ eſſẽtiæ, vel fruitionẽ,quia eſsẽtia habet, quaſi rationẽ primi obiecti,nõ cooperãdo eidem actui viſionis, vel fruitionis,in quãtũ tẽdit in perſonã,& ita in vnã,quod non in aliã, quia perſonæ habent rationem obiecti,quaſi ſecundarij.

K Ad primũ argumentũ,cũ primo dicitur de viſione cõfuſa, dico;quod vniuerſale in creaturis diuiditur in ſuis ſingularib⁹, hoc autẽ,quod eſt diuidi imperfectionis eſt:ideo non cõpetit ei,quod eſt cõmune in Deo: imò eſſentia diuina,quę de ſe eſt cõmunis perſonis, eſt de ſe hæc: ideo igitur eſt cognitio alicuius vniuerſalis abſtracta à ſingularibus confuſa, & imperfecta:quia obiectum eſt cõfuſum diuiſum in illis, quæ in ipſo cõfuſe cõcipiuntur. Hæc autem cognitio eſſentiæ diuinæ diſtincta eſt:quia eſt obiecti, quod eſt de ſe hoc, & tamẽ non oportet in illo diſtincte concepto,perſonam diſtincte cõcipi:quia illud non eſt primus terminus viſionis,vel fruitionis, vt dictum eſt.

Ad ſecũdũ,cũ dicitur de eſſentia exiſtẽte &c.dico:quod neceſſariũ eſt,terminũ viſionis eſſe exiſtens,in quantũ exiſtens:non tamẽ oportet,quod ſubſiſtentia,id eſt, incommunicabilis exiſtẽtia, ſit de ratione termini viſionis: eſſentia autẽ diuina eſt de ſe hęc,& actu exiſtens,licet nõ includat de ſua ratione incõmunicabilẽ ſubſiſtentiã:& ideo ipſa,vt hæc, poteſt terminare viſionẽ abſq; hoc, quod videantur perſonæ.Exemplũ:albũ videtur intuitiue,in quãtũ exiſtens,& præſens viſui ſecũdũ exiſtentiã ſuã:non oportet tamen,albũ videri,tãquã ſubſiſtẽs, vel in quantũ habet rationẽ ſuppoſiti:quia nõ habet rationẽ ſuppoſiti,nec ſuppoſitũ, in quo eſt, videtur.Ad formã argumẽti patet,quod licet nõ ſit viſio,niſi exiſtentis,in quantũ exiſtens,& non eſt exiſtens, niſi in perſona:nõ ſequitur:igitur eſt exiſtẽs,in quãtũ in perſona eſt:ſed tantũ debet inferri,quod eſt ſubſiſtẽtis, vel exiſtentis in ſubſiſtente.

Ad tertiũ dico: quod primã propoſitio eſt falſa,niſi quãdo in illis ex natura rei diſtinctis ipſũ primũ viſum diſtinguitur: ſicut patet in exemplo tuo de vaſi pyramidis:nam albedo,&album viſum,diſtinguuntur in partes, in quibus videtur: & ideo non diſtinctè

ſtinctè videretur album, niſi illæ partes, in quibus diſtinguitur albũ viſum, diſtinctè videretur. In propoſito autẽ, & ſi perſonæ ex natura rei diſtinguantur: tamen eſſentia viſa non diſtinguitur in eis: quia eſt de ſe hęc: ideo poteſt diſtinctè videri ſine illis viſis, quę ſubſiſtunt in ea.

Ad quartum, & ad aliã deductionem vlteriorem de voluntate, & ſi non oporteat reſpõdere: quia antecedẽs eſt falſum, & iam negatum, tamen quia conſequẽtia non videtur neceſſaria, poteſt reſpõderi: cum dicitur, quod voluntas, non plus abſtrahit, quàm intellectus oſtẽdit, dico: quod intellectus poteſt oſtẽdere aliquod obiectum primum voluntati: & in iſto primo obiecto oſtendere poteſt aliquod per ſe obiectum, ſed non primum, & vocatur hoc obiectum primũ, totum illud, ad ꝙ terminatur actus: & obiectum per ſe, quod includitur per ſe vnitiue in obiecto terminante primo. Vtraque autẽ ratio ibi oſtẽſa ſufficit ad hoc, quod voluntas habeat actũ ſuum circa illud: non enim oportet, quod voluntas velit totum primum oſtenſum: ſed poteſt velle illud, quod oſtenditur in illo oſtenſo, & etiam non velle. Exemplum ponitur tale: In Epiſcopatu oſtenditur Sacerdotium: talis oſtenſio ſufficit ad hoc, quod volũtas habeat velle, vel non velle circa Sacerdotium: ita quod ex tali oſtẽſione poſſit habere velle circa Epiſcopatum, & non circa Sacerdotiũ: tamẽ nõ eſt niſi vna oſtenſio, & oſtenſio vnius obiecti primi, in quo tamẽ includitur aliquid, vt per ſe obiectum: dico, tunc, quod voluntas non abſtrahit vniuerſale à particulari, vel ſingulari; ſed voluntati oſtẽdũtur plura obiecta per intellectum, qui eſt aliquorum pluriũ incluſorũ in primo obiecto, quorũ vtrũq; vt ſic, oſtenſum poteſt voluntas velle, vel non velle. Ad confirmationẽ, cũ dicitur, obiectũ aut differrere, vel ratione: dico, quod differt ratione: & cũ probatur, quod non: quia intellectus non diſtinctè cõcipit hoc ab iſto: dico, nõ oportet ad diſtinctionẽ rationis, ꝙ intellectus habeat illa, ſicut obiecta diſtincta, ſed ſufficit, quod in primo obiecto concipiat aliquid.

Ad quintũ *ſcilicet*, ad illud de quietatione, dico: ꝙ Pater æternus quietatur in eſſẽtiã ſua, vt eſt in ſe: non ergo ſequitur: ergo nõ poteſt quietari in eſſẽtia, vt eſt in Filio, vel Spiritu Sãcto: imò quietatur in eſſẽtia ſua, vt cõmunicata eſt eis: & hoc eadẽ quietatione, qua quietatur in eſſentia, vt eſt in ſe: quod enim quietatur primo in aliquo obiecto, quietatur in illo, in quocũq; eſt, ſecũdũ illum modũ: ita hic, ſi beatus prius fruatur eſſentia. poſtea perſonã, nõ quietatur vlteriori quietatione, quã

prius quietabatur, ſed eadẽ quietatione, in quantum obiectum quietans terminat, vt in aliquo, & pri⁹ nõ terminabat vt in illo.

P Ad ſextũ per hoc, dico, quod non erunt ibi duo actus: quia quicumque actus eſt ibi fruitionis, vel viſionis, eſt obiecti primi ſub vna ratione formali: ſed iſte act⁹ vnus poteſt eſſe obiecti per ſe virtute primi obiecti, vel poteſt eſſe tantum ipſius obiecti primi: nec ergo erunt duo actus eiuſdẽ ſpeciei ſimul, nec ſucceſsiue.

Q Ad ſeptimum, & ad illud de imagine reſponſionẽ quære: poteſt dici, quod concludit de facto regulariter, & de potentia ordinara: licet oppoſitum eſſe poſſet de potentia Dei abſoluta. Vel dicatur, quod conſequentia non valet: quia licet Deo trino voluntas fruatur: nõ tamẽ, vt trino: quęre, ſupra ſoluendo tertium principale huius quæſtionis *in articulo primo*, & ſupra contra opinionẽ Auicennæ quęſt. 1. huius diſtinctionis *articulo ſecũdo*, & alibi vt ſcis ad illud motiuũ de imagine.

Expoſitio 3. articuli quaſt. 2. distinct. 1.

NON immorabor in huius articuli Commentario: quia de illo eſt nobis cum Thomiſtis celebris cõtrouerſia: & ideo in propria difficultate tractatur, quidquid ad eius reſolutionem ſpectat, & ad literæ textualis intelligentiam pertinet: habetur igitur hæc controuerſia latiſsime ventilata infra in difficultate 31.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum comprehenſor, loquendo de potentia creaturæ, poſsit frui eſſentia, non fruendo perſonis, ſeu vna perſona, non fruendo alia?

AD quartum ſic proceditur. Videtur, q̃ cõprehẽſor (loquendo de potẽtia creaturæ) poſsit frui eſſentia, non fruẽdo perſonis, ſeu frui vna perſona, non fruendo alia, *& præſertim*, de poteſtate abſoluta voluntatis, probatur primo: quia quidquid non neceſſario concomitatur actum, eſt in potentia voluntatis elicientis illum. Vel ſic: quæcumque ſeparari poſſunt, vt terminant actum voluntatis, poſſunt etiam ſeparari reſpectu potentiæ, vt elicit actum. A

Secundo præterea: quia ratio *qua hic reſpõdetur, & probatur oppoſitum*, concludit, quod non eſt in poteſtate Dei, vt actus ſit eſſentiæ, & non trium perſonarum: ergo &c. B

Sed contra eſt: quia ſicut non eſt in poteſtate voluntatis ordinate manẽtis, vt non fruatur: ita non eſt in poteſtate voluntatis, vt ordinate fruatur aliquo, & nõ fruatur, quocumque poteſt frui: ergo &c. C

Reſpondeo dicendũ quãtũ ad arti- D

articulum de potentia creaturæ, & dico, quod intellectus non pōteſt de potentia ſua naturali videre eſſentiā, non vidēdo perſonas; quia cū intellectus de ſe ſit potētia naturalis, & nō libera, agente obiecto, intellectus agit, quantū poteſt: ergo ſi obiectū ex parte ſui agit, manifeſtando tres perſonas intellectui, nō eſt in poteſtate intellectus, vt videat aliquid oſtēſum, & aliquid nō videat. Similiter non eſt in poteſtate volūtatis ordinatæ frui ſic, nō fruendo ſic: quia ſicut non eſt in poteſtate volūtatis ordinatē manētis, vt nō fruatur (ſi enim nō frueretur nō impedita, in hoc peccaret, & mereretur nō frui) ita nō eſt in poteſtate voluntatis, vt ordinate fruatur aliquo, & non fruatur, quocūq; poteſt frui: & ideo nō eſt in poteſtate volūtatis ordinate manētis ſub aliqua ratione nō frui, ſub qua poteſt frui: ſed de poteſtate abſoluta volūtatis eſt magis dubiū: tamē ibi poteſt dici, q nō eſt in poteſtate volūtatis frui ſic, & non frui ſic: quia licet in poteſtatē voluntatis ſit aliquis actus, vt ponatur in eſſe, vel nō ponatur; tamen nō eſt in poteſtate eius, vt actus poſitus in eſſe habeat illam conditionē, vel non habeat, quæ naturaliter cōpetit actui ex ratione obiecti. Exēplū: licet in poteſtate voluntatis ſit elicere actum peccati, vel nō elicere: tamē ſi actus poſitus in eſſe habeat de ordinationē ex natura ſui, nō eſt in poteſtate voluntatis, vt actus ſic poſitus in eſſe ſit, vel nō ſit de ordinatus: actus autem fruitionis, quātū eſt ex natura ſui primi obiecti, natus eſt, vt ſit trium perſonarū in eſſentia: quia nō ponendo aliquod miraculum ex parte obiecti, erit ex ſe trium: ergo nō videtur eſſe in poteſtate voluntatis, vt actus poſitus ſit eſſentiæ, vt in tribus, vt non vt in tribus.

Ad primū ex doctrina huiuſ uis exempli facilè reſpondetur. B

Ad ſecundum, dico, quod nō ſequitur: nā actus alicuius elicitus eſt in poteſtate Dei, quantū ad liquā conditionē, quæ naturaliter ſibi cōpeteret ex obiecto: & tamen non eſt in poteſtate creaturæ, quantum ad illā conditionem. Exemplū, in poteſtate Dei eſt, vt actus elicitus à voluntate peccante referatur ad Deū: quia Deus refert illum actum ad ſe, non tamen eſt in poteſtate volūtatis, quando poſitus eſt in eſſe, vt illo vtatur ad Deum: quia illo actū fruitur creatura: non poteſt autem ſimul eodem actu vti ad Deum, & frui alio à Deo. Exēplū iſtud non videtur bonū: quia actus iſte peccātis refertur ab vna potētia nō ab alia. Dimittatur exemplum illud, & teneatur ratio: quia accidens neceſſario conſequens actum poſitum poteſt non ineſſe, manente actu, & hoc ſubeſt voluntati diuinæ,

 non

non autem voluntati creatæ elicienti actum, ita dicitur de conditione, quam actus natus eſt habere reſpectu obiecti ſecundarij neceſſario, quantum eſt ex ſe: nō tamen eſſentialiter: ideo ſub eſt voluntati diuinæ, vt illa conditio non inſit.

---

1. *Expoſitio articuli 4 quæſtionis 2. diſtinct. 1:*

TRES concluſiones continet litera textualis, quarum prima pertinet ad materiam viſionis, ſecūda vero, & tertia ad quæſtiones de fruitione: duæ priores ſunt abſolute concluſiones, ex propria Doctoris mente tertia verò non eſt ita abſolute prolata: ſed inquit, quod poteſt ſuſtineri. Prima ergo concluſio textualis hæc eſt, *intellectus non poteſt de potentia ſua naturali videre eſſentiā, non videndo perſonas.* Hanc cōcluſionem probat, ſupponendo, quod duplex eſt potentia, ſcilicet, naturalis, & libera: tunc loquendo de naturali, ſic probat concluſionem, non eſt in poteſtate intellectus, cum ſit potentia naturalis ex natura ſua, videre, vel poſſe videre, niſi illud, quod ſibi repreſentatur in obiecto: ſed in obiecto beatifico de lege repreſentatur ſimul eſſentia cū perſonis: ergo non poteſt intellectus videre eſſentiam ſine perſonis: diſcurſus eſt legitimus: maior autem, & conſequentia ſunt notæ: minor verò indiget expoſitione, ad quam prænotare oportet, quod ex duplici capite prouenire poteſt aliquod obiectum cognoſci, adæquate, vel inadæquate: primo, ex eo quod inadæquate repræſentatur ex parte obiecti ipſius, & tunc, tantum poteſt cognoſci de illo, quantum ex parte ipſius repræſentatur potentiæ: ſecundo vero ex parte potentiæ, vtpote, quia potentia ex ſe, nō poteſt illud adæquate attingere, vel ex ſui indifferētia poteſt attingere hoc, vel illud, ex duobus in eodem obiecto repræſentatis. Hæc quidē exēplo manifeſta fiet, ſi v.g. repræſentaretur intellectui creato hominis ſubiectum, non repræſentata paſsione, quamuis aparteret ſubiectū, & paſsio ſint eadē res: tunc nō poſſet intellectus cognoſcere paſsionem cum ſubiecto, ſed ſubiectum tantum, quod quidē ob ſuam rationē formalem, â paſsione formaliter diſtinctam, poterit ſe ſolo formaliter terminare cognitionē intellectus. Exemplum ſecundi, vt ſi potentia viſiua cæcutiens repræſentatum ſibi obiectum includens plura non attingeret ob ſui imbecilitatem, niſi vnum illorum; vel ſi non eſſet cognitio, ſed operatio voluntatis, quia tunc ob libertatem potentiæ voluntas diligit, quodcumque voluerit in obiecto, ob ſui indifferentiam. Cū igitur in propoſito intellectus creatus cōprehenſoris lumine gloriæ illuſtratus ſit in actu primo potētia perfecte cognoſcitiua obiecti beatifici, non poteſt ex parte ſui prouenire hoc, quod eſt poſſe attingere eſſentiā, ipſamque videre, non viſis perſonis. Si ergo (vt ex articulo præcedenti conſtat) cōprehenſor poteſt videre eſſētiā ſine perſonis: hoc ſibi prouenit ex parte ipſius obiecti beatifici: quia cum voluntas diuina ſit immediata ratio motiua illius, ad nutū diuinæ voluntatis mouet Deus ad cognitionē ſui: & ex conſequenti, cū ſupponatur in Schola Doctoris diſtinctio formalis inter eſſentiam, & perſonas, poteſt diuina volūtas repræſentare intellectui cōprehenſoris eſſentiā diuinā, non repræſentatis perſonis: quā ideo videret intellectus creatus, perſonis non viſis: & ex conſequenti omnis ratio, ob quam per abſolutam Dei potētiam poteſt comprehenſor videre eſſentiam, non viſis perſonis, vt habetur ex articulo præcedenti, prouenit ex eo, quod diuina voluntas poteſt intellectui creato oſtendere eſſentiam non oſtenſis perſonis, eo quod ſecundum Diuum Auguſtinū eſt obiectum voluntarium: non verò prouenit ex parte intellectus creati ex ſe ipſo, & ex ſua naturali potentia

potentis

potentis eſſentiam ſine perſonis videre, & ſic intelligenda eſt concluſio textualis. Cuius ratio â posteriori eſt: quia intellectus eſt potentia naturalis perfecta in actu primo cum lumine gloriæ: & ideo non poteſt non videre, quidquid ſibi oſtenditur in obiecto beatifico â voluntate diuina.

2. Secunda concluſio textus eſt, *non eſt in poteſtate voluntatis ordinatæ frui ſic, non fruendo ſic*, id eſt frui eſſentiam, non fruendo perſonis: quia ordinata voluntas eſt, quę elicit actum ſecundum leges Dei ordinatas: cum ergo voluntas comprehenſoris ſit beata, non poteſt elicere actum, in quo contrarietur legi diuinæ: ſed ſecundum legem diuinam diligendus eſt Deus, vt vnus & trinus: ergo non poteſt voluntas ordinata comprehenſoris frui eſſentia, non fruendo perſonis: ſic explicat Tatharetus, hanc concluſionẽ: Ad eius tamen intelligentiam ſupponendum eſt, concluſionem hanc procedere de comprehenſore, qui videt eſſentiam ſimul, & perſonas: ſi enim eſſentiam ſine perſonis videret, nulla eſſet ratio dubitandi, quia nihil volitum, quin præcognitum. Sed adhuc ſuppoſita viſione eſſentiæ cum perſonis, quæritur, an volũtas beati pro ſui libertate poſsit eſſentiam ſine perſo. diligere? ad quod reſpondet Doctor, quod ordinata voluntas, qualis eſt voluntas cõprehenſoris, non poteſt frui eſſentia ſine perſonis.

Tatbar. q. 2. diſtin. 1. art. 3.

Tertia tandem concluſio textualis eſt, loquẽdo de poteſtate abſoluta voluntatis, *poteſt dici, quod non eſt in poteſtate voluntatis frui ſic, & nõ frui ſic, ideſt frui eſſentia, & non perſonis*. Huius tamẽ concluſiònis probatio difficilis eſt: nã vt infra videbimus in quæſtionibus de fruitione ſecundũ Scoti ſententiã, poteſt beatus adhuc Deo clare viſo iã deinceps non elicere actum voluntatis ad fruendum illo; quia poteſt ſuſpendere actum dilectionis circa Deũ clare viſum à ſe. Nunc ergo vrgere poteſt dubitatio: quia ſi adhuc Deo clare viſo poteſt ſuſpendere actum dilectionis circa totum obiectum, à fortiori poterit illum ſuſpendere circa partem obiecti, cum ſupponat in obiecto diſtinctionẽ formalẽ, ſcilicet, inter eſſentiam, & perſonas. & non teneatur ſimul diligere eſſentiã, & perſonas: quia hic non loquimur de voluntate ordinata, ſed de abſoluta: videtur ergo poſſe talem voluntatem ſecundum rationem abſolutam ſuæ libertatis frui eſſentia, quin fruatur perſonis. Reſpondet tamen Doctor ad hoc dubium in concluſione poſita, quod non poteſt frui eſſentia, non fruendo perſonis, & præfactum argumentum ſoluit, dicendo, quod quamuis volũtas poſsit elicere, vel non elicere actum: non tamen poteſt elicere illum ſic, vel ſic, quia iam poſito actu dilectionis in eſſe neceſſario, neceſsitate conſequentis debet ferri in obiectum iuxta conditionem, & rationem fruibilitatis obiecti, quod clare exemplificat Doctor in textu.

ARTICVLVS V.

Vtrùm, tam comprehenſor, quàm viator de facto fruantur eſſentia, non fruendo perſonis, ſeu vna perſona, non fruendo alijs?

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quod tam comprehenſor, quàm viator *de facto fruantur eſſentia*, non fruẽdo perſonis, ſeu vna perſona, non fruendo alia, *quod ponitur ſine argumentis*. A

Sed contra eſt: quod dicit Auguſt. 1. de Trinit. cap. 10. vel 23. in fine: quia neuter ſine altero oſtendi poteſt &c. B *1. concluſ.*

Reſpondeo dicendum, quantum ad hunc articulũ de facto, & dico: quod de facto erit vna frui- C

 tio,

tio, & vna viſio eſſentiæ in tribus perſonis: hoc dicit Auguſt. *loco citato*: quia neuter ſine altero oſtendi poteſt, & loquitur de Patre, & Filio: quod intelligendũ eſt de potentia ordinata, de qua loquutus eſt Philippus volens Patrem ſibi oſtendi, quaſi potuiſſet de facto vidiſſe Filiũ ſine Patre: & Augu. tractat. ibi de verbis Philipi, & reſponſione Chriſti: hoc etiam vult Auguſtin. 15. de Trinit. cap. 16. vel 41. Omnẽ (inquit) ſcientiam noſtram vno ſimul conſpectu forte videbimus: & quod dicit (fortè) nõ refertur ad obiectum beatificum, ſed ad alia videnda in eo. Similiter dico de viatore, quòd de facto fruitio habitualis ordinata neceſſario ſimul eſt trium perſonarum, licet aliquando non actualis.

D *2. concluſ.* Nullus enim viator, nec comprehenſor ordinatè poteſt frui vna perſona, non fruendo alia: hoc eſt, niſi habitualiter fruatur alia; hoc eſt, quod ſit in proxima diſpoſitione fruẽdi alia, ſi diſtinctè illa cõcipiatur ab illo: & ideo non ſtat fruitio vnius perſonæ cũ odio alterius perſonæ: quia ſicut dicit Saluator in Ioannẽ 15. cap. qui me odit, & Patrem meũ odit.

Expoſitio 5. art. quæſtionis 2. diſtinct. 1.

I. CONcluſio huius articuli eſt ſatis clara & ſine controuerſia: quia de facto nemo hucuſque negauit fruitionem beati, & viſionem ipſius eſſe eſſentiæ in tribus perſonis, & ideo nihil ſe offert exponẽdum, vltra quæ habentur in textu.

DIFFICVLTAS. XXII.

Vtrùm naturæ intellectuali creatæ ſit poſsibilis viſio Dei, ſicuti eſt?

§. I.

Referuntur varij errores circa difficultatem.

I. OCVLIS humanis ſenſus corporeis Deum viſibilẽ eſſe à rationali creatura, crediderũt idolatræ, vt Cyprianus refert de idolorum vanitate, & Athanaſius oratione contra idola: quod idem Hæretici quidam vocati Anthropomorphytæ, qui Deum corporeum eſſe putabant; & conſequenter aiebant, vt Author eſt Epiphanius Hierarchia 70. Arriani verò, ex eo quod Verbum diuinum Patri conſubſtantialem eſſe negabãt, facilè ipſum Verbum oculis corporeis eſſe viſsibile concedebant, viſumque de facto fuiſſe à pluribus ſanctis Patribus autumabant, vt conſtat ex diſp. Athanaſij cum Arrio. Quod patet ex Concil. Nicen. Et ex Auguſt. 3. cõtra Maximum cap. 26. & ſecundo de Trinitate cap. 8 imò ipſe Diuus Auguſtinus (quod mirum eſt) 22. de ciuit. Dei cap. 29. vt notat D. Thomas 1. part. q. 12. art. 3. ita remãſit in huius difficultatis vndis emerſus, vt illam, an, ſcilicet, Deus corporeis oculis ſit viſibilis? ancipitẽ, & dubiam reliquerit, & potius in affirmantem, quam in negantem partem inclinare videatur: in qua etiam dubitatione videtur extitiſſe Ambroſius ſuper capit. 1. Lucę de apparitione Angeli ſub

Error Anthropophormitarum. D. Cypria. D. Athan. D. Epipha. Arrius. Cõc. Nice. D. Auguſ. D. Thom. D. Ambr.

li ſub aliqua forma, ſed quidquid de
horum Patrum mente ſit, Deum ocu
lis corporeis eſſe viſibilem, ſic primo
probatur ex illo Iob cap. 19. *in carne
mea videbo Deum &c.* & cap. 42. *auditu
auris audiui te; nunc autem oculus meus vi
dit te*, ac ſi dicat, dum viator ante mor
tem extiti, tantum per fidem cogno-
ni audieu, te eſſe Deum: nunc autem
in patria (ac ſi prophetice loquatur)
oculis carnis meæ te video facie ad fa
ciem.

2. D. Auguſ. Secundo probatur teſtimonio eiuſ
dem Diui Auguſtini loco citato. Hęc
enim ſunt verba eius. *Vis itaque præ
pollentior oculorum erit illorum, ſcilicet,
glorificatorum: non vt acutius videant,
quam quidam perhibentur videre ſerpen-
tes, vel Aquilæ: quamtalibet enim acrimo
nia cernendi eadem animalia vigeant, ſed
vt videant, & corporalia: quicumque au-
tem poteſt videre corporalia, poteſt eleua-
ri ad videndum Deum*: ergo oculus glo
rificatus poſt videre Deum ſecundũ
Auguſtinum.

3. Tertio probatur ratione: quia po-
teſt Deus eleuare oculum corporeũ,
vt videat Angelum: ergo vt videat,
Deum. Patet conſequentia: quia ſi ex
ratione ſpiritus improportionata cũ
potentia corporea non repugnat,
non eſt vnde repũgnet. Antecedens
verò, in quo difficultas eſt, proba-
tur: quia poteſt Deus eleuare intel-
lectum hominis, vt videat Deum: er-
go & viſum corporeum, vt videat
Angelum. Conſequentia patet: quia
plus diſtat De⁹ ab intellectu hominis,
quã Angelus à viſu corporis, quia An
gelus, & oculus corporeus diſtant fi-
nitè; Deus verũ, & intellectus huma-
nus infinitè.

Ex alio extremo Armenorum an-
4. tiquus extitit error, teſte Armachano
Error Armenorum. libro decimo quarto quæſtionum con
tra Armenos capite primo, in quo
Armacha. etiam recentiores Græci fuerunt, vt
Græci. idem refert; & quem ſuſcitauit Abai-
Abailard. lardus. & ſecundus eſt eius diſcipulus
Caſtro. Arnaldus Briſenſis, vt teſtatur noſter
Prateolus. Alphonſus à Caſtro contra hæreſes
Albigẽſes. verbo beatitudo hæreſi prima, &
Almericus Prateolus in ſuo Elencho verbo Ar-
mata.

meni: quem tandem errorem dogma-
tizabant Albigenſes Gallijs, & Alme- Innocent.
ricus tempore Innocẽtij tertij, vt re- Turris Cre
fert idem Alphonſus à Caſtro, & Tur
ris Cremata quarto libro Summæ ca-
pite trigeſsimo quinto: aſſerebat ita-
que error iſte, Deum nullatenus poſ
ſe, non tantum ab oculo corporeo,
quinimo, nec ab aliquo intellectu
creato, ſecundum ſuam eſſentiam cla
rè videri, ſed tantum à beatis per quan
dam imaginem, aut ſimilitudinem,
ſeu fulgorem, aut lucem ab eo deriua
tam videri: illius inſtar modi, quo ami
cus amici abſentis imaginem contem
platur, nulloque alio modo Dei cla-
ram viſionem creaturæ intellectuali
poſsibilem eſſe, prædicti, & alij Hære
tici autumabant.

Alius per oppoſitum Anomeorum 5.
fuit error, qui non ſolum Deum cade Error Anomeorum.
re ſub creati intellectus viſione dice-
bant, quinimo, & hoc virtute propria
creata fieri, Deumque ab Angelis, &
hominibus, vt ſic comprehendi, hære
tizabant. Quod extremum effugere
cupientes non nulli ex Patribus in Ar
menorum forſan errorem, iuxta Vaſ- Vazquez.
quij prima parte diſputatione trigeſ- D. Chryſ.
ſima ſeptima, & aliorum ſententiam, D. Hiero.
quaſi inciderunt. Pro eo namque re- D. Iſidor.
fert verba Diui Chryſoſtomi, Diui Euthimius
Hieronymi, Diui Iſidori, Euthimij, Theodorus
Theodoreti, Theophylati, & alio- Theophyl.
rum, quos ipſe pro Armenorum ſen-
tentia citat. Reiecto tamẽ errore Ano
meorum vſque ad difficultatem ſe-
quentem, cuius hoc eſt proprior, Deũ
nullatenus à creato aliquo intellectu
poſſe clare videri, quod Armenij, &
Abailardus dixerunt: tum ſacræ Scrip
turæ locis: tũmque ſanctorũ Patrum
teſtimonijs, ac tandem rationibus ſua
detur.

Et primo Scripturæ elogijs proba-
tur: nam Ioann. capite ſexto ait Chri 6.
ſtus Dominus. *Omnis, qui audiuit à Pa-* Ioann. 6.
*tre, & didicit, venit ad me: non quia Pa-
trem vidit quiſquam, niſi is, qui eſt à Deo
hic vidit Patrem*, ac ſi diceret, ego tãtũ,
qui ſum à Deo, & à Deo exiui, vidi
Patrẽ. & ca. 1. ait, *Deũ nemo vidit vnquã
vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris,*

ipſe narrauit. Quibus verbis ſanctus A
S. Athana. thanaſius de vnica Deitate Trinitatis,
Euariſtus. Euariſtus ſuper caput tertium 1. Ca-
S. Irenens. nonice Ioannis, ſua autem Epiſt. 1. Di
D. Auguſt. uus Ireneus lib. 18. cap. 38. addunt par
ticulam, *niſi*, & legunt, *Deum nemo vi-
dit vnquam, niſi vnigenitus, qui eſt in ſinu
Patris, ipſe narrauit.* Sanctus vero Au
guſtinus loquens in eodem ſenſu tra
ctatu 3. in Ioannem addit particulam,
ſed, & legit: *Deum nemo vidit vnquam,
ſed vnigenitus &c.* Ex quibus locis Ioan
nis facile colligi videtur, Deum à nul
la creatura videri poſſe, ſed à ſolo vni
genito Chriſto: & nō quidem a Chri-
ſto ſecūdum intellectum humanum:
quia tunc idem argumentum fieri poſ
ſet de quolibet alio intellectu creato,
ſed ſecundum diuinum, quatenus Ver
bum eſt in ſinu Patris, vt prædicta ver
ba contextuant: quod idem probatur
Ad Thim. ex Diuo Paulo 1. ad Thimoteum 6. v-
bi ait Apoſtolus, loquens de Deo, *quē
nemo hominum vidit, nec videre poteſt.*

7. Secundo probatur teſtimonijs ſan
ctorum Patrum, præſertim Diui Chry
D. Chryſ. ſoſtomi hom. 14. in Ioannem ante me
dium, vbi hæc profert. *Nam id, quod
Deus eſt, non modo Prophetæ non vide-
runt, ſed neque Angeli, neque Archange-
li: ſed ſi eos percontaueris: nihil ab his de
Dei ſubſtantia audies, ſed tantum referen-
tes gloriam in excelſis Deo:* & infra ſub
dit. *Deum videre eſt impoſsibile: quia eum
nemo nouit, niſi Filius:* & obijcienti ſibi
Matthæi. illud Matthæi 18. cap. *Angeli eorum
ſemper vident faciem Patris.* Reſpondet
hanc eſſe eandem ſententiam cum il-
la ipſius Matthæi cap. 5. *Beati mūdo cor
de, quoniam ipſi Deum videbunt:* & de v-
traque ſententia Euangelij, hæc inquit
*cogitationē enim, atq; imaginationē, quam
pro viribus noſtris capimus, eam viſionem
appellat.* Et homil. 3. de incomprehen
ſibili natura Dei loquens de illis Sera-
phin, qui aſpiciētes Dei maieſtatē fa-
ciē vellabāt, Iſaiæ ca. 6. quia Dei lucē
non poterant ſuſtinere, hæc profert.
*Quamquam non ipſam meram videbant lu
cem, nec ipſam ſinceram ſubſtantiam, ſed
quæ videbant condeſcenſus erat, & indul-
gentia.* Si autem à Chryſoſtomo inqui
ramus, quid per condeſcenſum intel-
ligat? ipſe ſic exponit. *Cum Deus, non
vt eſt, ſe oſtendit, ſed quoad videri poteſt,
quia aſpectum huiuſmodi meruit: eatenus
firmitate videntis ſuam repreſentenatio
nem metitur, ac temperat condeſcendere il
lum tantiſper dicimus & huiuſmodi con-
deſcenſum nominamus, & indulgentiam.*

Tertio hoc idem probatur ex Di- 8.
uo Theodoreto in Dialogo *immutabi-* *D. Theod.*
lis, poſt fol. 3. vbi introducit, loquen-
tes Orthodoxum, & Eraniſtem, & in
quit. *Ita ergo de Angelis intelligamus au
dientes quotidie, vident faciem Patris veſ
tri. non enim vident ſubſtantiam diuinam
quæ nec circūſcribi, nec comprehendi, nec
mente percipi poteſt, & quæ vniuerſa com
prehendit: ſed quandam gloriam, quæ ho-
rum viribus correſpondeat ſitque eis mo-
derata.* Quæ verba non admittunt ex-
poſitionem de comprehenſione, ſi
quidem non tantum comprehenſio-
nem, ſed etiam intuitiuam mentis per
ceptionem excludunt.

Quarto ratione probatur, quoniam 9.
ſi poſſet creatus intellectus Deum cla
re videre, talis viſio ad vitam æternā
pertineret: eſſet enim beatitudo, quæ
vita æterna eſt: ſed vita æterna non
poſtulat claram, & intuitiuam Dei vi-
ſionem, ſed tātum eius cognitionem,
quæ abſtractiua eſſe poteſt per ſimili-
tudinem, & imaginem: imò nequit ta
lis vita cum clara Dei viſione conſer-
uari: ergo &c. Minor probatur ex illo *Ioannis.*
Ioannis cap. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt
cognoſcant te ſolum Deum verum*: quod
autem viſio Dei cum hominis vita ſal *Exodi.*
uari non poſsit, probatur ex illo Exo-
di 33. cap. vbi dixit Dominus Moyſi,
non videbit me homo, & viuet.

Tandem probatur: quia multo ma- 10.
gis proportionata eſt Angelica ſub-
ſtantia humano ſenſui corporei viſus,
quàm Dei eſſentia creato intellectui:
ſiquidem inter hæc eſt diſtantia infi-
nita, illa verò finite diſtant intra crea
turarum Spheram: ſed viſus corpo-
reus nullo dono perfici poteſt, quo
poſsit videre ſubſtantiam Angeli: er-
go multo minus poterit intellectus
creatus aliquo lumine eleuari,
vt Dei eſſentiam clare
intueatur.
(§)

§. 2.

Ponitur vera Scoti, & omnium Catholicorum ſententia, & probatur ratione poſſibilitas viſionis beatæ.

11. IN oppoſitum autem eſt noſter ſubtilis Doctor in litera textuali huius quæſt. 2. diſtinct. 1. art. 3. ad 2. vbi loquendo de intellectu creato reſpectu viſionis Dei, hæc profert. *Dico, quod neceſſarium eſt terminum viſionis eſſe exiſtens in quantum exiſtens: eſſentia autem diuina eſt de ſe hæc, & actu exiſtẽs: & ideò ipſa, vt hæc poteſt terminare viſionem.* Sẽtentia hæc eſt Catholica, & communis omnium Theologorum Catholicorum, quæ affirmat, diuinam eſſentiam in ſe ipſa poſſe terminare intellectus creati viſionem: ſic Diuus Thomas 1. p. quæſt. 12. art. 1. in corpore, vbi ſic concludit. *Vnde ſimpliciter concedendum eſt, quod beati Dei eſſentiam videant.* Hoc idem eſt indubitatum in Eccleſia apud omnes: & licet Diuus Thomas (vt Vazquez aduertit) modeſte in hoc articulo oppoſitam ſententiam qualificet: in quæſt. tamen 8. de veritate art. 1. eam hæreticam appellauit, & art. ſequenti erroneam. Communiterque cenſuerũt omnes hanc ſententiam de fide eſſe: oppoſitam vero hæreticam, ſeu ad minus erroneam: Doctor vero ita clarum, & perſpicuũ exiſtimare videtur, intellectum creatum Dei eſſentiam clare intueri poſſe, vt hoc lumine naturali demõſtratiue cognoſci affirmet in 4. diſt. 49. q. 8. ante literam B. §. *Videtur tamen mihi:* quam ſententiam tenet contra Ariſtotelem, qui ponit hominis beatitudinẽ in cognitione vniuerſalis, Doctor autem demonſtrat, quod homo ſit beatificabilis in cognitione intuitiua primi entis in ſingulari: ratio ergo Scotica hæc eſt, *primo ex parte potentiæ, & obiecti, ſic omnis potentia habens obiectum primo adæquatum, poteſt per ſe in quodlibet contentum ſub illo obiecto: ſed primum obiectum intellectus humani eſt ens: igitur & quodlibet, in quo ſaluatur ratio entis, eſt obiectum per ſe eius: ſed impoſſibile eſt, quod quietetur in aliquo, niſi in ſummo totius analogiæ immediate, ſicut nec viſus quietatur, niſi in pulcherrimo viſibili: ſed hoc non poteſt eſſe in cognitione entis vniuerſali, vt dicebat Ariſtoteles: quia cognitio entis in vniuerſali non eſt illius, vt in ſe: ergo erit entis, vt ſecundum ſe in particulari: ergo vt ſic erit capax beatitudinis.* Secundo idem probat ex parte actus: *quia quod eſt ſimpliciter perfectionis in aliquo genere, ſi competit inferiori in illo genere, competit & ſuperiori: ſed cognitio intuitiua competit ſenſui: ergo multo magis intellectui: ergo non tantum ipſius quidditatis materialis, nec abſtractæ ab ea,* (vt dicebat Ariſtoteles) *eſt tantum cognitio beatifica.*

D. Thom. — *Vazquez.* — *Ariſtoteles* — *Sco. probat ratione poſſibilitatẽ viſionis beatæ*

Diuus Thomas hoc idem ſentire videtur 1. 2. quæſt. 3. art. 7. & quæſt. 5. art. 1. & præſertim 1. part. quæſt. 12. art. 1. in corpore dum ex naturali appetitu rationalis naturæ poſſibilitatem claræ Dei viſionis ſic probat. *Ineſt enim homini naturale deſiderium cognoſcendi cauſam, cum intuetur effectum: ſi igitur intellectus rationalis creaturæ pertingere non poſſit ad primam cauſam rerum, remanebit inane deſiderium naturæ. Vnde ſimpliciter concedendum, quod Beati Dei eſſentiam vident.* 12.

Probat D. Th ratione poſſibilitatẽ viſionis beatæ

Has duas vias naturaliter probandi poſſibilitatem claræ Dei viſionis infirmat Suarius 1. p. lib. 2. de attributis cap. 7. ſed eius impugnationes, earũq; veritates infra examinabimus: nũc autẽ prænotare oportet, triplicẽ diſtinctã difficultatem in hac ſub titulo difficultatis præſentis inueſtigari, prima eſt principalis, an ſcilicet, intellectus creatus ſit capax viſionis beatæ, ſitque talis viſio ei poſſibilis? Secunda, an hæc viſionis poſſibilitas poſſit ratione naturali oſtendi? Tertia, verum ſicut viſio eſt poſſibilis intellectui, ſit etiam poſſibilis ſenſui humani viſui corporei? quæ triplex difficultas ſub hac quæſtione commode poteſt reſolui: licet a Doctoribus diſputetur vnaquæq; ſeorſũ. 13.

Suarez.

§. 3.

§.3.

Expenduntur fundamenta huius difficultatis.

14 PRimo igitur obſeruandū eſt, quod vt cognitio ex obiecto,& potentia producatur, requiritur proportio inter obiectum,& potētiam: qualis autem proportio inter creaturam,& Deum eſſe poſsit, inueſtigari oportet ex proportionum differentia: proportio enim triplex eſt, vt tradit Scotus in 3.diſtin. 1.q.1. litera L.& D.Thomas 1. part. quæſt. 12.arti.1.ad quartum. Prima eſt proportio quantitatiua, qualis dicitur dupli ad dimidium, ſecunda eſt effectus ad cauſam, tertia eſt potētiæ ad actū, ſeu actus ad potentiam: licet D.Thomas poſteriores pro vna reputet. Inter creaturam ergo,& Deum prima proportio eſſe non poteſt: quia creatura finita,& limitata eſt, Deus vero infinitus: inter infinitum autem,& finitum nulla proportio quantitatiua eſſe poteſt: ſed bene proportionātur creaturæ,& Deus duplici poſteriori proportione, ſiquidē creatura eſt Dei effectus,& Deus cadit ſub ratione obiecti potentiæ creatæ: potentia autem creata eſt duplex, alia corporea,& ſenſitiua, alia verò ſpiritualis: hæc in omni natura intellectuali reperitur: illa verò (loquendo de intellectualibus) tātum in homine eſt, vt de oculo corporeo patet: quamuis etenim de Deo dicat paſsim Scriptura oculos habere iuxta illud Pſalmi, *Oculi eius in pauperem reſpiciunt*, hoc proculdubio de oculis intellectus, quo omnia videt, intelligendum eſt. Vt igitur Deus ab intellectu creato,& oculo corporeo videri poſsit, neceſſario ſub ratione obiecti vtriuſque cadere debet,& quidem eſſe obiectum intellectus etiam creati, planum eſt: quia cum eius obiectum adæquatum ſit ens in tota ſua latitudine, Deus quoque, qui formalem rationem veri entis includit, obiectum intellectus creati eſt: quia verò oculus corporeus non niſi ad ſenſibilia fertur, ſiquidem ſenſitiua potētia eſt, vt puta ad corpus coloratum, quod eſt eius formale obiectum,& Deus purus Spiritus eſt, conſequēter non cadere ſub ratione obiecti corporei oculi, perſpicue conſtat. Cum ergo per nullam potentiam etiam abſolutā, non poſsit potentia vltra ſuū formale obiectum tendere,& operari, planè infertur, non poſſe oculū corporeum Deum videre, quin vel Deus, vt corporeus repræſentetur illi, vel viſiuam potentiam oculorum aliqualiter ſpiritualem reddat:

Pſalmus.

Duplici ergo modo excogitari poſ- 15
ſet, Deum oculis corporeis viſibilem eſſe, primo ex parte obiecti quatenus obiectum proportionatum viſui fiat,& aliqualiter corporeum, ita vt licet excellētiſsimū ſit in illo genere viſibilium, tamē ſub adæquata ratione obiecti viſibilis,& ſenſibilis ſit, ſeu in quā repræſentatur corporeū,& viſibile, ſicut ſplendor corporis glorioſi, qui quamuis ob ſui excellentiam fortaſſe naturaliter ab oculo corporeo videri non poſsit: abſolute tamen de ſe eſt ſenſibilis,& viſibilis oculo corporeo: ſecundo poteſt excogitari poſsibilitas huiuſmodi viſionis reſpectu corporei oculi ex parte potētiæ: hoc eſt, quod licet Deus in ſe ſit obiectū omnino ſpirituale,& purus ſpiritus; tamen potentiam viſiuā corporei oculi ita eleuet,& aliquo lumine ita illā exacuere poſsit; vt ſpiritualiter videat, ac proinde videt ipſum Deum, per receptionem viſionis ſpiritualis ſibi impreſſa.

Primo modo eſt Deus prorſus in- 16.
uiſibilis: nam quamuis non nunquā Prophetis,& Sanctis ſenſibiliter viſibilis apparuerit, ſicut quando in colūna nubis loquebatur ad eos & in rubo ardēti apparuit Moyſi; per has tamē,& ſimiles apparitiones, nō videbatur in propria ſubſtantia Deus, quod inueſtigat quæſtio, ſed aliquid loco Dei: Deus autem ipſe in ſe nullatenus rationem aliquam ſenſibilitatis, quau-

quantumuis perfectam, ac excellentem poteſt induere, cum purus ſpiritus omnem penitus materialitatem excludat. Nec ſecundo modo eſſe poteſt viſibilis oculo corporeo, quia eleuatio, aut illuminatio potentiæ, non extrahit potentiam à ſua ratione formali: ſicut nec illam extrahere poteſt, vt extra ſuum formale obiectum operetur. Quamuis enim excutiens oculus ab aliquo accidentali lumine cōforteтur, vt obiectū, quod ex ſe videre non poterat, videat: hoc tamen ideo eſt, quia potentia debilitata erat reſpectu obiecti, quod ſub ratione ſui obiecti formalis & adæquati includebatur. Habebat tamen in ſe talis debilitata potentia principium intrinſecū operatiuum in ordine ad tale obiectū & ſic quamuis intellectus non poſsit naturaliter pertingere ſupernaturale obiectū, propterea que egeat ad eius cognitionem, ſupernaturali lumine illuſtrari: non tamē ob hoc extrahitur à ſua ratione formali, quæ eſt facultas cognoſcitiua reſpectu cuiuslibet obiecti ſub ſuo adæquato obiecto incluſi: cum igitur oculus corporeus ex intrinſeca ratione facultas, & potentia ſenſitiua ſit, à qua per nullā potentiā extrahi poteſt: per nullam quoque potentiam ita poteſt eleuari & illuminari, vt obiectum inſenſibile videat, nec conſequenter Deum.

17. Secundo præterea obſeruare oportet, obiectum noſtri intellectus dupliciter conſiderari poſſe, iuxta duplicem ipſius intellectus ſtatum. Intellectus etenim, vel conſideratur prout intra corporis ergaſtulum naturaliter reſidet, & ab ipſius corporis ſenſibus ſpecies ſui obiecti mendicare conatur: qui ſtatus naturalis dicitur. Aliter vero conſiderandus eſt ſtatus intellectus ex natura ipſius potentiæ: obiectum ergo intellectus pro hoc naturali ſtatu eſt illud, quod eſt naturaliter attingibile ab intellectu, quod quidem ſenſibile eſt, vel ſaltem inſenſibili eſſentialiter, ſeu virtualiter continetur. Cognitio enim naturalis illa eſt (vt docuit Doctor ſupra in quæſtione prima prologi articulo primo & nos ibidem in Commentario expoſuimus) quæ virtute intellectus agentis & phantaſmatis haberi poteſt: *Ariſtotel.* quia ſecundum Phyloſophum tertio de anima textu Commēto vigeſsimo pro ſtatu iſto intellectus poſsibilis natus eſt moueri ad cognitionem obiecti ab intellectu agente, & phantaſmate: ac ſi dicat, ſolum, ea quæ ſenſibilia ſunt, vel in ſenſibilibus continentur, hæc quidem percipiuntur à ſenſu, & ſunt in phantaſmate, â quo intellectus agens abſtrahit ſpeciem intelligibilem, qua intellectus poſsibilis informatus, verbum producit, quo quidem verbo formaliter intelligit: ex quo prouenit dixiſſe Phyloſophum, quod quidditas rei materialis, vel ſenſibilis eſt obiectum primum noſtri intellectus. Hoc tamen intelligendum eſt eſſe verum, loquendo de intellectu pro hoc ſtatu. Cæterum loquendo de altero ſtatu, nempè de intellectu ex natura potentiæ idemmet obiectum primum habet, quod eſt obiectum primum, reſpectu intellectus Angelici: quia quidquid poteſt intelligi ab vno, poteſt intelligi ab alio, vt habetur in ſectione octaua Scoticarum ſpeculationum *verbo* obiectum §. *obiectum naturale*: quibus ſuperaddo etiam obiectum intellectus diuini cadere ſub obiecto primo intellectus noſtri, ſiquidem obiectum diuini intellectus eſt ipſe Deus, ad quem etiam fertur, tendit, & attingit intellectus noſter.

Obiectum autem primum (vt ſubtiliter tradit Doctor in quodlibetis quæſtione quinta litera K) eſt triplex iuxta triplicem primitatem: alia eſt enim primitas adæquationis, quando, ſcilicet, potentia nō excedit obiectū, nec exceditur ab illo: ſic coloratum, vel lucidum dicitur eſſe obiectum primum potentię viſiuæ, id eſt adæquatum: alia eſt primitas virtutis, quæ reperitur in obiecto, cuius virtute omne aliud cognoſcitur à potentia; ſic lux, ſeu color eſt primum obiectum viſus: alia tandem eſt primitas perfectionis, qua 18.

obiectum

obiectum continet eminenti modo,
tãquam in ſummo, perfectionem om
nium obiectorum, & virtutem perfi-
ciendi potentiam. Sic inter omnia co
lorata, aut lucida, quod pulcherrimū
fuerit cæterorum, erit obiectum pri-
mum viſus: & aduertenter loquor dis
iunctiuę de colorato, vel lucido, ſeu
luminoſo, vt vtar verbis Scoti, qui ſic
loquitur iuxta varias opinantium ſen
tentias: quidam enim tenent, lucem
eſſe rationem formalem *ſub qua* reſpe
ctu viſionis: quam opinionem pleri-
que impugnant, tenentes, colorem eſ
ſe rationem formalem ſub qua; lucem
vero conditionem *ſine qua non*, quam
ſententiam, vt probabiliorem teneo.
Suppoſito ergo, quod intellectus hu-
mani, & Angelici idem eſt obiectum,
loquendo ex natura potentiæ, ſecun-
dum hanc triplicem primitatem phy
loſophandum eſt de obiecto vtriuſ-
que, & de obiecto etiam diuini intelle
ctus: obiectum ergo primum primita-
te adæquationis intellectus creati,
quatenus humanum, & Angelicum cõ
prehendit, eſt ens in tota ſua latitudi-
ne, in quo differt intellectus creatus
ab increato: quia intellectus diuinus
non habet obiectum adæquatum com
mune per abſtractionem ab omnibus
obiectis, ſicut intellectus creatus: ſed
commune, communitate virtu-
tis, ad omnia per ſe obiecta, vt nota-
uit Doctor in citata quæſt. quodlib.
liter. L. aliàs enim vileſceret intellec-
tus diuinus, eo quod poſſet immutari
ab obiecto finito: idem ergo obiectū
eſt ſibi primū primitate virtutis, quod
eſt ſibi primū primitate adæquationis,
& primitate perfectionis.

Primum autem obiectū diuini in-
tellectus primitate virtutis eſt illud,
19. quod eſt ſibi ratio motiua ad intel-
ligendum, & virtute cuius om-
nia intelligit: ratio autem motiua di-
uinæ intellectionis, nihil aliud eſſe po
teſt, quàm ipſa diuina eſſentia ſecun-
dum ſuum eſſe infinitū: ergo cū infini
tum contineat in ſe eminenter omné
entitaté creatã, formaliter auté ſuã en
titatem increatam: cõſequenter forma
liter cõtinet ſuam cognoſcibilitatem:
eminẽter auté omné cognoſcibilitaté
entitatis creatæ, vt optimè inſert Do-
ctor; & hinc ipſa met infinita eſſentia
eſt diuino intellectui obiectū primū
primitate adæquationis, & virtutis. Ex
quo etiam patet, tertiam primitatem
in ipſamet infinita eſſentia eſſe: quia
eſſentia eſt obiectū perfectiſsimū, &
ſumme continens omnem perfectio
nem omniū obiectorum: & ideo in eo
ſumme quietatur, & perficitur diui-
nus intellectus, & beatificatur. Ex qui
bus concludit Doctor reſpectu diui-
ni intellectus, idẽ obiectum primum
eſſe primitate adæquationis, virtutis,
& perfectionis.

At qui reſpectu intellectus creati
loquendo ex natura potentię, hæc tria 20.
obiecta diſtincta ſunt: nam obiectum
primum primitate adæquationis eſt
quid commune abſtractum ab omni-
bus obiectis illius: & ſic ens in tota ſua
latitudine eſt eius primum obiectum:
obiectū autẽ primū primitate virtutis
eſt veritas, quæ habet rationem forma
lis obiecti intellectus, *ſub qua* omnia
obiecta intelligit. Et ſi loquamur ſpe-
cialius de ratione, virtute, cuius om-
nia intelligit intellectus, dico, ꝙ eſt
ſpecies intelligibilis: quia eſſentia ex
eo eſt obiectum primū primitate vir-
tutis reſpectu diuini intellectus quia
eſt ſibi ratio motiua ad intelligendum
(ſecundum Doctorem:) ergo cū ſpe-
cies intelligibilis ſit etiam ratio moti-
ua intellectui creato ad intellectio-
nem, erit ſibi obiectum primū primi-
tate virtutis. Obiectum tandé primū
primitate perfectionis reſpectu intel
lectus creati eſt Deus clare viſibilis,
& vt eſt obiectum beatificum, in quo
ſumme perficitur, & quietatur, & ſa-
tiatur intellectus.

Sed ſi dicas, non videtur à Bea-
tis media ſpecie intelligibili, ſi qui- 21.
dem ſpecies intelligibilis repræſen-
tans diuinam eſſentiam, non eſt
dabilis: ergo ſpecies intelligibilis
non eſt virtute cuius omnia intel-
liguntur ab intellectu: nec con-
ſequenter eſt obiectum primum pri-
mitate virtutis. Reſpondeo, ſecun-
dum Scotum, dabilem eſſe ſpeciem in
telligi-

telligibilem repræſentãtem diuinam eſſentiam, de quo erit peculiaris difficultas infra: ſed dato, nec dari, nec dabilem eſſe, ſecundum oppoſitam ſententiam, & quod tunc Deus vniatur immediate intellectui beatorum in ratione obiecti: dicẽdum eſt, Deum habere rationem obiecti motiui: & ideo videtur, cætera obiecta creata habere tantam rationem obiecti terminatiui: diuina ergo eſſentia (dato quod nõ poſsit repræſentari in aliqua ſpecie) habet ex ſe rationem vtriuſque obiecti: & ſic quatenus mouet, gerit vicem ſpeciei intelligibilis: quatenus vero terminat, eſt obiectum primum primitate perfectionis.

22. Hæc tamẽ ſolutio veritatẽ haud cõtinet in doctrina Scoti: quia ſi diuina eſſentia immediate vniretur intellectui creato in ratione obiecti motiui, quo etiã modo vnitur intellectui diuino, moueret naturaliter, & ſecundum vltimum de potentia: & conſequẽter moueret ad cognitionem totius cognoſcibilitatis, quam in ſe continet: ſicut etiam mouet diuinum intellectũ, quod impugnat Doctor, & nos infra in proprio loco de eius mente. aliter ergo ſoluenda eſt difficultas, aduertendo ex ipſo in quodlibetis q. 14. lit. Y. quod diuina eſſentia tantum habet rationem obiecti motiui reſpectu diuini intellectus: at vero reſpectu intellectus creati minimè, ſed diuinam volũtatem mouere intellectum creatum ad ipſius diuinæ eſſentiæ cognitionẽ: nam ſecundum D. Auguſtinum diuina eſſentia eſt ſpeculum voluntariũ, quod, ſcilicet, repræſentat ſuum eſſe libere ad nutum diuinę voluntatis ſingulis, prout vult: voluntas igitur diuina eſt, virtute cuius diuina eſſentia videtur à beatis. Vnde ipſa eſſentia habet rationem obiecti terminatiui: diuina verò voluntas habet rationem obiecti motiui: & conſequẽter habet eandem cauſalitatem reſpectu viſionis beatæ in intellectu creato, quã habet quælibet ſpecies intelligibilis reſpectu obiecti creati, quod repræſentat eidẽ intellectui, & ex conſequenti diuina voluntas habet rationẽ obiecti primi primitate virtutis reſpectu intellectionis, qua intellectus creatus videt Deum: quia vt ſic gerit vicem ſpeciei intelligibilis in hoc, quod eſt repræſentare eſſentiam, & ſic repræſentando, mouere intellectum creatum, & cauſare in illo viſionẽ diuinæ eſſentiæ, quæ ſunt munera ſpeciei intelligibilis: ac ex conſequenti verum erit in vniuerſum, ſpeciem intelligibilem eſſe obiectum primum primitate virtutis reſpectu intellectus creati.

---

§. 4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis, & oſtenditur Deum videri non poſſe oculis corporeis.

23. 1. concluſ.

HIS ergo præhabitis difficultatẽ concludendo, dico primo, quod per nullam potẽtiam, etiam abſolutam, poteſt Deus videri oculis corporeis. Cõcluſio hæc eſt communis, & probatur primo ex locis Sacrę Scripturæ: nam Deuteron. 4. dicit Moyſes ad populũ: *vocem verborum eius audiſtis, & formam penitus non vidiſtis*: & ad Hebræos, dixit Paulus de Moyſe: *inuiſibilem tanquam videns ſuſtinuit*: & ad Coloceſes cap. 1. *qui eſt imago Dei inuiſibilis*, 1. ad Thimot. cap. 1. dicitur, *Deus Rex immortalis, & inuiſibilis* & cap. 6. dicitur, *Rex Regum, Dominus Dominantiũ, qui lucem habitat inaceſsibilem, quem nullus hominũ vidit, nec videre poteſt*, & 1. Chorint. cap. 2. inquit, *quod nec oculus vidit &c.* & alia ſimilia loca Sacræ Scripturę, quę ſancti Patres fere omnes, atque Doctores explicant de viſione oculi corporei.

Deuteron. Ad Hæbr. Ad Coloce. 1. ad Thi. 1. Chorint.

24. Secundò probatur teſtimonijs ſanctorũ Patrum: nam D. Athanaſius ad Liberium vocat *Deum inuiſibilem, & intactibilem* Diuus Irenéos lib. 4. cap. 17. D. Auguſtinus epiſt. 6. cõſtanter probãt Deum inuiſibilem eſſe corporeis oculis, ſic D. Ambroſ. ſerm. 8. in Pſalmũ 118. Euſebius Cæſarienſis lib. 8. de præparatione Euangelica cap. 2. ait, *Deum eſſe ſubſtantiam penitus inuiſibilem*;

D. Athan. D. Ireneus D. Auguſ. D. Ambr. Euſe. Ceſ.

bil:m, & plerique Patres id ſentiunt, quorum verba ob prolixitatem vitandam non refero.

Iam tertio ratione probatur: quia non poteſt aliqua potentia ferri extra
25. ſuum obiectum adæquatũ: ſed Deus eſt extra obiectum corporei viſus: ergo &c. Maior probatur: quia potentia ſumit ſpeciem ex obiecto primo primitate adæquationis: ergo non poteſt extra illud ferri. Minor patet: quia de fide eſt contra Hæreticos Anthropormophitas, Deum eſſe incorporeũ: ergo ex fide infertur, Deũ nõ cõtineri ſub obiecto adæquato corporei viſus: ergo talis viſus non poteſt ferri in Deum. Confirmatur ratio; quia dupliciter poteſt intelligi viſum corporeum Deũ pertingere: vel primo, quia Deus aliquo modo corporeus ſit; vel quia potentia viſiua ſpiritualizetur ad tendendum in obiectum ſpirituale: ſed hic duplex modus impro
26. batus eſt ſupra: ergo &c.

Quarto probatur efficacius, ſuppoſito Deum incorporeum eſſe, nec per ipſius Dei potentiam abſolutam ab oculis corporeis videri poſſe: quoniam, aut talis viſio corporalis ita eſt ipſius videntis, vt ab ipſo eſſentialiter pendeat, tanquam à cauſa productiua, ita vt nullatenus poſſit a ſolo Deo produci: aut etiam poteſt produci à ſolo Deo, & recipi in potentia viſiua, tanquam forma informans, qua tamẽ informata potentia videat: ſed vtroque modo implicat, Deum videri poſſe: ergo &c. De primo probatur: quia tunc neceſſario ineſſet corporeo viſui virtus aliqua effectrix circa obiectum, quod videre intendit, nempe circa Deum, etiam ſi egeat peculiariſſimo Dei concurſu ad ipſum videndum, ſicut eget intellectus creatus ad viſionem beatam: quia quamuis in tali caſu Deus eleuaret potentiam per talem concurſum ad cognoſcendum ſe, niſi certe ipſe Deus eſſet intra latitudinem ſui obiecti, & oculus haberet innatam virtutem, & facultatem producendi notitiã circa illud: proculdubio talẽ notitiã aut viſionẽ non poſſet producere, cum eleuatio, vt dictum eſt, non poſſit extrahere potentiam à ſua productiua virtute: ſicut non poteſt eleuari auditus ad videndum lapidem album: & tanto minus, quanto eſt minor proportio inter potentiam ſenſitiuam, & obiectum inſenſibile, quàm inter vnam potentiam ſenſitiuam, & obiectum ſenſibile alterius potentiæ ſenſitiuæ: ſed ab illo corporeo nõ eſt aliqua talis virtus effectrix, reſpectu notitiæ ſpiritualis, ſiquidem potentia ſenſitiua eſt ſecundum omnem ſuam actiuitatem, & vitalitatem, vt conſtat: ergo &c.

27. De ſecundo probatur: quia eſto in via Scoti, quod Deus poſſet producere ſe ſolo viſionem illam ſpiritualem ſui ipſius (de quo infra) non propterea poſſet talis viſio infundi in oculo corporeo, ſicut nec viſio coloris poſſit poni in lapide, quia non eſt ſubiectum capax illius. Imò & dato etiã, quod illã ponere poſſet in oculo corporeo, nõ illũ informare poſſet, (ꝙ dico ſecũdũ opinionẽ eorũ, qui dicũt poſſe poni quãlibet formã in ſubiecto nõ capaci, quodquidẽ nõ informat) repugnat etenim viſionẽ imprimi, niſi in potẽtia receptiua illius. Imo dato per impoſſibile, quod etiã poſſet talis viſio, ſecũdũ quod quædã qualitas eſt informare oculũ corporeũ: nõ ideo informaret, quatenus repræſentatiua obiecti eſt: quia nullũ repræſentãs informare poteſt, niſi illud ſubiectũ, cui notũ eſſe poteſt obiectũ repræſentatũ in eo. Et tandẽ eſto, quod etiam per impoſſibile informare poſſit oculũ corporeũ viſio illa, vt repræſentat Deũ: non adhuc talis oculus videre poſſet Deũ repræſentatũ in ea: qoia hoc tale videre nõ cõſiſtit formaliter in præciſa receptione viſionis formalis: ſed eo, quod potẽtia percipiat obiectũ repræſentatum in illa: quod percipere eſt vitaliter operari, & hoc vitaliter operari eſt formaliter intelligere, ſeu videre. Cũ igitur potẽtia ſenſitiua nõ habeat facultatẽ vitaliter operãdi extra obiectũ ſenſibile: nõ poſſet tunc percipere obiectũ ſpirituale inſenſibile, nẽpe Deũ in tali viſione repræſen-
tatũ, nec conſequenter ipſum videre. 28.

Dico ſecũdo, ꝙ poſſibilis eſt intellectui creato, Angelico, ſcilicet, & humano *2. cui eiuſ.*

Digitized by Google

ma no viſio intuitiua Dei, ſicuti eſt, &
in propria ſubſtantia. Concluſio hæc
eſt de fide diffinita in Cõcil. Florent.
in decreto vnionis, vbi *dicitur beatas
animas clare intueri Deum trinum, & v-
num*. Et in cap. Damnamus, de ſumma
Trinit. & fide Cath. & in extrauagãti
benedictus à Benedicto Secũdo, quã re
fert ſupplementum Gabrielis in 4. di-
ſtin. 49. q. 2. art. 3. dub. 3. item Concil.
Frãcoford. in epiſt. ad Epiſcopos Hiſ
paniæ his verbis, *prædicemus eum Deũ
verum, & viuum, & vere Filium Dei, vt
ad eius beatiſsimam viſionem peruenire
mereamur, in qua eſt æterna beatitudo, &
beata æternitas*.

29. Probatur cõcluſio primo omnibus
locis ſacræ Scripturæ, quibus dicitur
Matthæus Deũ videri, vt Matth. 5. ca. *Beati mundo
Ioannes. corde quoniam ipſi Deũ videbunt*; & Ioã-
1. ad Cho. 3 nis 14. cap. vbi ait Chriſtus Dominus,
*qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego
manifeſtabo ei me ipſum*; & 1. ad Chori.
cap. 3. ait Apoſtolus: *tunc autem facie
ad faciem*. Hæc tamen loca, & ſimilia,
vt aduertit Suarez, non nullam ambi
guitatem videtur habere, ex eo quod
ſimilia verba reperiuntur in alijs, quæ
ſi in rogore veræ viſionis intelligen-
da eſſent, veritatẽ cõtinere haud poſ-
Geneſis. ſent: nam Geneſis cap. 41. dixit Iacob,
*vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua fa
cta eſt anima mea*. Vbi de vera viſione
ſalutiferã, qualis eſt viſio beata, vide-
tur loqui: cum tamen reuera Deum
non vidiſſe tunc, nec Dei faciem, imò
nec Angeli, ſed ſolum Deum, vel An-
gelũm ſibi in corpore aſſumpto appa
ruiſſe, teneat communis Theologorũ
conſenſus: videtur ergo à ſimili non
ſufficienter probari hanc concluſio-
nem ex prædictis ſacræ Scripturæ te-
ſtimonijs, ſiquidem exponi poſſent
ſicut iſtud Iacobi.

30. Hanc tamen æquiuocationem be-
ne ſoluit ipſe Suarez, ex eo quod Ec-
cleſia quædam teſtimonia in vno ſen
ſu, alia in alio, intellexit: ac etiã ex ip
ſorum teſtimoniorum circunſtantijs
diuerſitas eorum colligitur. Hæc ete-
nim differentia aperte conſtat ex illa,
1. Chorin. quam ponit Diuus Paulus 1. ad Chor.
cap. 13. nam comparat viſionem bea-
torum per fidem, quam enigmaticam
vocat, dũ inquit *enigmatice, & per ſpe-
culum, & cognitionis ex parte*, ad claram
Dei viſionem beatorum, dum ait, *tunc
autem facie ad faciem*: quæ quidem re-
gula in cæteris locis Scripturæ obſer-
uari debet: omnia ergo, quæ affirmãt
Deum inuiſibilem eſſe: hoc reſpectu
oculi corporei deberi intelligi, expli-
cant ſancti Patres: quæ vero Deum eſ
ſe viſibilem teſtantur: hoc proculdu-
bio reſpectu intellectus creati intelli
gunt.

Probatur ergo ſecundo concluſio 31.
prædicta ex eiſdem Patribus: nam D.
Hilarius cap. 4. in Matthæũ intelligit
expreſſe locum illum Matthæi cap. 5.
ipſi Deum, videbunt de viſione beatorũ
per intellectum: & Diuus Auguſtinus
epiſt. 112. cap. 4. non ſolum hoc aſſe-
rit, imò ex hoc loco (vt aduertit Vaz-
quez) videtur deducere concluſionẽ
iſtam eſſe de fide, dum ait, *ſcimus poſſe
Deum videri, quoniam ſcriptum eſt, beati
mundo corde, quoniam ipſi Deum videbũt
&c. an forte dicere non debuit. ſcimus, ſed
credimus: quia ſcriptum eſt in Scriptura,
cui credimus*? & reſpondet ſtatim e pri-
mè poſſe dici, ſcimus: quia vtrumque
habetur in Scriptura, ibi enim dicitur,
*ſcimus, quia cum apparuerit, ſimiles ei eri-
mus: quia videbimus eũ, ſicuti eſt*. Vbi ſan
ctus Doctor expreſſe tenet concluſio
nem, vt ſcitam, & creditam. Ex quo de
ducitur, tam eſſe de fide cõcluſionem
iſtam, quàm etiam naturaliter ſcitam:
imò etiã videtur colligi ex ſacra Scrip
tura eſſe ſcitam: ſed de hoc infra: idẽ
ſentit Naziancenus orat. 25. in fine, &
eſt communis omnium fere Patrum.

Tertio probatur ratione ſuprapoſi
ta Scoti, quæ ratio, licet non eſſet de- 32.
monſtratio naturalis, adhuc tamen ef
ficaciſsima eſt: & etiam eſt efficax ra-
tio Diui Thomæ ibi poſita, ſed non ita
efficax, ſicut ratio Scoti: quia tria ſup-
ponit probanda: fundatur enim præ-
dicta ratio D. Tho. in alia, quã ſic for- *ratio Diui*
mat in eodem articulo. *Vltima hominis* *Thomæ.*
*beatitudo in altiſsima eius operatione con
ſiſtit, quæ eſt operatio intellectus: in ip-
ſo enim eſt altiſsima perfectio rationalis
creaturæ, quod eſt ei principium eſſen-
di: ſed ſi nunquam eſſentiam Dei vide-
re poteſt intellectus creatus, vel nun-*

quam beatitudinem obtinebit, vel in alio eius beatitudo cõſiſtet, quàm in Deo, quod eſt alienum à fide ergo &c. & infra ſubdit: *in ſi enim homini naturale deſideriũ cognoſcendi cauſam, cum intuetur effectum.* Quatuor ergo in hac ratione habentur, quorum tria ſupponuntur, vt vera, & aliud infertur ex illis: quod igitur infertur, eſt intentum quæſtionis, nempè intellectum creatum poſſe Deum intuitiuè videre, quod quidem (vt diximus) de fide eſt verum: quæ autem ſupponuntur, vt vera, vnum eſt, homini ineſſe naturalem appetitum, ſeu deſiderium ad beatitudinem in particulari: & hoc ſub opinione eſt, & licet Scotus partem affirmãtem tueatur, plures tamen ipſius Diui Thomæ diſcipuli negantem amplectuntur, prout viſum eſt ſupra in difficultate ſexta. Secundum, ſcilicet, in Deo noſtram beatitudinem conſiſtere, vt viſum eſt ſupra, aduerſatur ſententiæ Ariſtotelis, qui hominis beatitudinem in contemplatione entis in vniuerſali conſtituebat. Tertium tandem eſt, quod apponit beatitudinem, ad quam naturale deſiderium eſt, conſiſtere in Deo, nõ vt cumque, ſed quatenus intellectus creatus intuetur illum: cuius oppoſitum expreſſè tenet, & probat Scotus, qui beatitudinem principaliter non in viſione intellectus, ſed in fruitione voluntatis conſtituit: ex his igitur principijs probabilibus infert D. Thomas concluſionem prædictam, quæ ex eo minus efficax redditur, ex quo principia, quæ ſupponit, magis egent probatione.

33. Suarez vero aliter illam infirmat, ex eo, ſcilicet, quod (vt ipſe putat) D. Thomas non loquitur ibi de appetitu innato, ſed de libero, & elicito: appetitus autem elicitus, non ſolum de re poſſibili, ſed interdum ad impoſſibilia fertur: Vazquez vero in expoſitione articuli primi quæſtionis duodecimæ primæ partis, tenendo probabiliter cum aliorum ſententia, Diuum Thomam loqui ibi de appetitu innato, qui ad impoſſibile ferri non poteſt, iuxta illud Diui Auguſtini lib. 4. contra Iulianum cap. 3. vbi ait: *neque omnes homines naturali inſtinctu immortales & beati eſſe vellemus, niſi eſſe poſſemus*: concludit, rectè Diuum Thomã ex deſiderio naturali videndi Deum inferre illud eſſe poſſibile: & profectò de vtroque appetitu tàm elicito, quàm innato videtur defendere Diui Thomæ rationis efficaciam dicens, vim habere maiorem, ſi cõſideramus appetitum naturalem beatitudinis, & videndi Deum, eſſe innatum, & ineſſe omnibus. Vbi videtur non excludere efficaciam dictæ rationis, etiã ſi de appetitu elicito procedat. Sed contra vtrumque probari poteſt inefficatia rationis Diui Thomæ: nam id: appetitu elicito patet, quia ad impoſſibile fertur, vt probat Suarez: de naturali verò & innato probatur ab Scoto in quarto diſtinctione 49. quæſt. 1. litera H. vbi quærens, an in damnatis ſit appetitus ad beatitudinem? ſic reſpondet: *reſpondeo, quod in eis eſt appetitus naturalis reſpectu beatitudinis, quia appetitus naturalis non addit aliquam perfectionem ſupernaturalem abſolutam, ſed ſolum inclinationem ipſius naturæ ad ſuã perfectionem: & ideo manente natura, manet iſte appetitus.* Ex quibus argumentor ſic, damnatis eſt impoſſibilis beatitudo. ſed adhuc ad ipſam habent appetitum innatum, & naturalem: ergo ex appetitu naturali innato non efficaciter probatur poſſibilitas reſpectu illius, ad quod eſt appetitus: concluditur ergo, rationem Diui Thomæ, etiã ſi de appetitu innato, & naturali procedat, perſuaſionem eſſe probabilem, non verò demonſtrationem.

Suarez. *Vazquez.* *D. Auguſ.* *Scotus.*

Dic tertio, quod per rationem naturalem poteſt probari; quod natura humana ſit capax viſionis beatę & beatitudinis, ſublata imperfectione ſtatus iſtius, quoad cognitionem. Concluſio hæc eſt proprijs verbis ad literam expreſſa ab Scoto in 4. diſt. 49. q. 8. ante literã B. §. *videtur tamẽ mihi.* Eſt cõtra ſupplemẽtũ Gabrielis in 4. diſt. 49. q. 1. art. 3. dubio 2. & contra omnes fere Thomiſtas, quam ibi probat Doctor rationibus ſupra poſitis, tam ex parte potentiæ & obiecti, quàm ex parte actus. Sed Suarius, relinquens illam rationem, quam poſuit Doctor 34. *3. concluſ.*

Suarez. ctor ex parte potentiæ, & obiecti: quæ euidés eſt, eam, quę eſt ex parte actus, infirmare laborat, dicens: quod eſt aliqua ſuaſio, quæ manuducit intellectū: ſed quod abſolute non probat intentū: primo: quia non eſt neceſſe, vt omnis perfectio, quæ conuenit naturę inferiori, cõueniat ſuperiori extra Deum: nam eſſe incorruptibile eſt perfectio ſimpliciter, vel illam indicat, quæ conuenit quibuſdam ſubſtantijs minus perfectis, quã ſint alię, quibus illa proprietas non ineſt: itẽ claritas eſt perfectio ſimpliciter ſcientię, non tamen fidei, cum tamen fides ſit ſimpliciter perfectior: ergo ex vi illius rationis (inquit Suarez) non ſequitur, ſi viſus corporeus eſt capax intuitiuæ viſionis, etiam intellectum eſſe capacem illius. Secundo præcipue (inquit ipſe) deficit illa ratio, nam licet concedamus intellectum eſſe capacem viſionis intuitiuæ, non ſequitur eſſe capacem viſionis intuitiuæ Dei: quia hoc obiectum eſt eleuatiſsimum, & poteſt ſuperare vires intellectus. Et confirmatur: quia eadem ratione poſſet concludi intellectum noſtrum poſſe per vires naturales eſſe capacem viſionis intuitiuæ Dei: quia potentia inferior per vires naturales eſt capax viſionis intuitiuæ: ergo & ſuperior. Hæc Suarez.

35. Impugnatur. Suarez. Verum enim verò ſi aliter non infirmat ſapientiſsimus iſte Doctor rationem Scoti: proculdubio firmiſsima adhuc manet: quoniam Scotus nõ loquitur de perfectione naturæ in eſſe entis, ſed in eſſe potentiæ: & in illo genere, in quo vna potentia eſt inferior altera: vtpote in ratione cognoſcitiuæ, ſecundum quam rationem ſubordinatur illi: & ideo dicitur in axiomate phyloſophico, quod *quidquid poteſt potentia inferior, poteſt & ſuperior, cui eſſentialiter ſubordinatur*; in illo ergo genere cognitionis, quidquid poteſt quilibet ſenſus exterior, poteſt ſenſus communis, & quidquid poteſt ſenſus communis, poteſt & intellectus: ergo ſicut poteſt ſenſus exterior intuitiue cognoſcere obiectum (quod quidem ſimpliciter eſt perfectio in illo) poterit conſequenter de primo ad vltimum intellectus, eſſe autem corruptibile, vel incorruptibile, hoc nõ cõuenit naturæ in ratione potẽtiæ, ſed in ratione entitatis: at ſubordinatio, de qua loquitur Doctor, eſt in ratione potentiæ in tali genere cognoſcendi: quod autem adducit in exemplum de claritate ſcientię, hoc nihil obſtat: eſt enim, quod in ratione certitudinis fides eſſet perfectior, quam ſcientia: hoc quidẽ eſt ex parte obiecti formalis ex ſe, ꝙ eſt prima veritas Deus, qui nec poteſt fallere, nec falli: at vero in ratione habitus conuincẽtis intellectū, multo perfectior eſt ſcientia, quàm fides, ſiquidẽ hæc captiuat intellectum, iuxta illud Apoſtoli 2. corinth. 10. *captiuantes intellectũ in obſequium Christi*: illa verò intellectum clare, & euidenter concludit. Vnde iam in diuerſo genere vnus habitus eſt perfectior altero, & è cõtra, & nullus ſubordinatur alteri: quare exemplorum machina ruit. 2. corinth.

Quod ſecundo ait Scoti rationem deficere, quia dato, quod concederetur intellectui capacitas intuitiuæ viſionis, non ob hoc conceditur, hanc poſſe eſſe viſionem intuitiuam Dei: non quidem deficit Scotica ratio; ſed deficit ratio, & diſcurſus Scoticus confutationi Suarij: ſi ille etenim primam rationem Scoticam ſupra poſitam perpendiſſet, intelligeret differẽtiam triplicis primitatis obiecti ſupra commemoratam: & ſupponendo obiectum adæquatum intellectus creati eſſe ens, vt ens, etiam Deum comprehendit: ſic cum Scoto diſcurreret, non quieſcit potentia, niſi in obiecto ſumme perfecto, quod eſt ſub tota latitudine ſui adæquati obiecti: ſed ſub tota latitudine entis ſummum, & perfectiſsimum obiectum eſt primum ens, ſcilicet, Deus: ergo in ſolo Deo quieſcit intellectus creatus. Quod autem tandem infert Suarez eadem Scotica ratione probari, intellectum viribus ſuis poſſe Deum attingere, ſiquidem potentia inferior, & minus perfecta hoc poteſt: ſatis confutatum eſt per id, quod ſupra notauimus, videlicet, nonnulla obiecta corporea, et ſen 36.

ſed videmus, quibus relatis, hæc ſubdit: ex quo patet, quod hoc modo intelligit oculos glorificatos Deum viſuros, ſicut nunc oculi noſtri vident alicuius vitam: vita autem non videtur oculo corporali, ſicut per ſe viſibile, ſed ſicut ſenſibile per accidens, quod quidem à viſu non cognoſcitur: ſed ſtatim cum ſenſu ab aliqua alia virtute cognoſcitiua. Quod autem ſtatim viſis corporibus diuina preſentia in eius cognoſcatur per intellectum, ex duobus contingit, ſcilicet, ex perſpicuitate intellectus, & ex refulgentia diuinæ claritatis in corporibus innouatis. Quę Diui Thomę expoſitio optima eſt, præterquam idem Auguſtinus epiſtol. 111. & 112. vbi clare docet, Deum videri à beatis oculis mentis, licet non clare neget ab oculis etiam corporis videri poſſe: in oppoſitum tamen aperte inclinat: imò vt vidimus eſt ſupra in epiſtola ſexta, manifeſte docet, Deum oculis corporeis inuiſibilem eſſe. *D. Auguſ.*

40. *Ad 3 argu.* Ad tertium abſolute negatur poſſe oculum corporeum in tantum eleuari à Deo, vt videat Angelum: quamuis etenim intellectus ita eleuari poſſit, vt videat Deum, non inde ſequitur poſſe ſenſum ad viſionem Angeli eleuari: quia quamuis plus diſtet in genere entis Deus ab intellectu creato, quàm Angelus à ſenſu corporeo, eo quod iſta finite diſtent, illa verò infinite: non tamen propterea ſic diſtant in ratione obiecti, & potentiæ Deus, & intellectus creatus, ſicut Angelus, & viſus corporeus: quoniam Deus eſt ſub latitudine obiecti adæquati intellectus creati: Angelus autem omnem rationē obiecti ſenſibilis exuperat, & ob id à nullo ſenſu percipi poteſt.

41. *Ad argumenta pro 2. ſententia & ad 1.* Ad argumenta pro ſecunda ſententia, & ad primum reſpondeo teſtimonia illa Ioannis, & Pauli, & quęuis ſimilia, poſſe primo intelligi de viſu corporei oculi, reſpectu cuius eſt Deus penitus inuiſibilis, vel etiam de viſu intellectus: & tunc particulam, *nemo* vel *quiſquam* poteſt referri tantum ad homines: ac ſi dicat, nemo hominum vnquam vidit Deum, ſecundum quod illā refert D. Auguſtinus in illa epiſt. 112. & tunc reddit hunc ſenſum; nemo hominum vnquam etiam oculis mentis, vidit hucuſque Deum præter Chriſtum Dominum ipſius Dei Filium, qui non ſolum per intellectum diuinum, ſed etiā per humanum, & quatenus homo, Deum intuitiue vidit ab inſtanti ſuę cōceptionis, à quo fuit perfecte, & eſſentialiter beatus: & hęc videtur legitima mens Diui Ioannis. Poſtquam enim altiſsima æternitatis arcana narrauerat, dicens *in principio erat Verbum, &c.* vt oſtenderet à nullo puro homine accepiſſe, quæ dixerat, ait, *nullus hominum vidit vnquam Deū*, qui me docere poſſet generationē ęternā, quā introduxi vobis: ſed ſolus ille, *qui eſt vnigenitus Dei*: cuius *gloriam vidi, quaſi vnigeniti à Patre*, ipſe vidit Dei arcana, & narrauit mihi. Aliter etiam Ianſenius in ſua cōcordia Euāngelicā cap. 15. ly *nemo* ad homines, & Angelos refert: & tūc exponit neminem Angelorum tempore Ioannis vidiſſe Deum comprehēſiue: quæ expoſitio etiam ſuſtineri poteſt: ſed ſi inferatur ex illa, quod poſt Chriſti aduentum Angeli, aut homines potuerunt Deum comprehenſiue videre, admitti nō debet: & ideo prior expoſitio eſt magis legitima, & germana. Ad locum autē D. Pauli reſpōdetur ibi loqui de homine in carne mortali exiſtēte, ac ſi diceret, neminē exiſtentem in carne mortali Deum vidiſſe, nec de lege ordinaria poſſe ipſum videre, iuxta illud Exodi *non videbit me homo, & viuet.* *Ianſenius.*

42. *Ad 2. & 3.* Ad ſecundum, & tertium, omiſsis alijs ſolutionibus, quæ adduci ſolent de viſione oculi corporei; de quo (vt aiunt) procedunt teſtimonia Chryſoſtomi, & Theodoreti: quæ quidē ſolutiones, nō ſunt ad rē, ſiquidē expreſſe loquūtur dicti Patres de Angelis, qui corpore, & corporeis oculis carēt: reſpondet Diuus Thomas in citata quæſtion. 12. art. 1. ad primum, debere intelligi authoritates Chryſoſtomi, & aliam ſimilem D. Dionyſij de viſione comprehēſiua, ſecundū quam impoſſibile eſt, Deum videri: quod contextuatur ex alijs verbis ſubſequētibus eiuſdem Chryſoſtomi ſuper illum locū

Digitized by Google

Ioannis, *Deum nemo vidit vnquam*, vbi
ſubdit: *viſionem hic dicit* (ſanctus Ioannes)
certiſsimam patris conſiderationem,
& comprehenſionem tantã, quam tã Pater
habet de Filio: ſecundum quam expoſitionem
poterat tunc locus iſte interpretari,
ac ſi Euangeliſta diceret: *Deũ*
nemo vidit vnquam, ſicut Filius, qui per
intellectum diuinum Patrem compre
henſiuè videt. Secundum quam Diui
D. Thom. Thomæ expoſitionem, Diuum Chry
S. Ceněſis. ſoſtomum à calumnia ſibi impoſita li
Durand. berant Sixtus Senenſis lib. 6. Bibliothecæ
ſanctæ annotatione 182. & Du
randus in quarto diſtin. 49. quæſtion.
ſecunda ad quartum, & plures alij Do
ctores.

43. Vazquez autem hanc expoſitionẽ
Vazquez. impugnat, & pro viribus labefactare
S. Theodo. præſumit, quod verba Chryſoſtomi,
non ſolum de comprehenſiua, ſed de
qualibet intuitiua viſione procedũt:
quod clarius ex verbis Theodoreti
confirmat, dum ait, *Dei ſubſtantiam,*
nec ab hominibus, nec ab Angelis non tan-
tum circunſcribi, aut comprehẽdi: imo nec
percipi poſſe: quibus verbis oppreſſus
Vazquez in condemnatione iſtorum,
& aliorum ſanctorum Patrum, tan-
quam ſi eſſent de errore manifeſto
conuicti, ſummopere ſe fatigat, ac ſi
eius victoria inconuincendis tot, & tã
tis Patribus de errore, cõſiſteret. Sed
non poſſumus non damnare immani
tatem, & nimium cenſuræ zelum Vaſ
quij erga ſanctiſsimos Eccleſiæ Magi
ſtros, eis videlicet, tam craſſum er-
rorem, tamquã ſacrę Scripturæ teſti-
monijs diſſonum imponentis: lauda-
bilis etenim Eccleſiæ conſuetudo ſem
per extuit exponendi Patrum autho-
ritates in bonum, & Catholicum ſen
D. Auguſ. ſum: ſic Diuus Auguſtinus circa ean-
D. Ambr. dem materiam ſimilia verba D. Am-
broſij expoſuit incitata epiſt, 112. ca.
7. in fine dicens *non quia Dei plenitudi-*
nem quiſquam, non ſolum oculis corporeis,
ſed vel ipſa mente aliquando comprehen-
dit: qua occaſione ſubdit in cap. octa
uo, *aliud eſt enim videre, aliud totum vi-*
dendo comprehendere. Et libro quarto,
Geneſis ad literam capite octauo di-
xit, *licet haberemus corda mundiſsima,*
etiamſi eſſemus Angelis æquales, non eſſet
nobis nota diuina ſubſtantia, ſicut ipſi ſi-
bi: optima igitur, & legitima eſt hæc
Diui Thomæ, & Diui Auguſtini ex-
poſitio. Nec obſtat Chryſoſtomum,
& Theodoretum, ita perſpicue vide
ri quamlibet intuitiuam Dei cogni-
tionem negare, vt Vazquez redar-
guit: quia mos fuit apud Patres, quan
do extremum vnius erroris confu-
tare conabantur, ita efficaciter lo
qui, vt in oppoſitum viderentur in-
cidere: & ideo (vt optimè aduer-
tit piiſsimus, & doctiſsimus Suarez
cum ſua ſolita loquendi modeſtia)
intelligendi ſunt Patres iuxta exi-
gentiam errorum, quos impugnant:
cum ergo Diuus Chryſoſtomus Ano
meorum errorem, qui dicebant com-
prehẽſiue ab intellectu creato Deum
videri, confutaret; in aliud extre-
mum, ita vt negaret intuitiuam vi-
ſionem, videretur incidere, indicatus
eſt ab aliquibus, quare verba Diui
Theodoreti, nempè, *nec percipi poſſe*
Dei ſubſtantiam, intelligenda ſunt iux
ta expoſitionem Diui Auguſtini: id
eſt *ſicut ipſa diuina ſubſtantia nota eſt ſi-*
bi ipſi.

Ad quartum reſpondeo, vitam 44.
æternam, quæ beatitudo eſt, vt argu- ad 4. argu.
mentum, intendit, importare Dei
cognitionem, non quamcumque ab-
ſtractiuam, ſed claram, & intuitiuam:
de qua intelligendus eſt Diuus Ioan-
nes: & quando dicitur hanc incom-
poſsibilem eſſe cum vita, exponẽdus
eſt locus Exodi de corporeis oculis,
vt dictum eſt.

Ad quintum patet ſolutio ex ſo- 45.
lutione tertij argumenti pro prima ad 5. argu.
ſententia: non enim ſumenda eſt ma-
ior proportio ex minori diſtantia
entitatum, ſed ex ratione ob-
iectiua, & facultatę
potentiæ.
(?¿?)

DI-

Digitized by Google

DIFFICVLTAS XXIII.

Vtrùm intellectus creatus viribus ſuis poſsit Deum intuitiue videre?

§. I.

Proponitur error Anomeorum, & inſimul ſententia Durandi.

D.Chriſoſ. D.Baſil. D.Epiphã. Error Anomeorum. Begardor. & Beguin.

1\. EVnomius Anomeorũ Princeps, vt Diuus Chryſoſtomus in hom. . de incomprehenſibili Dei natura, & Diuus Baſilius cõtra Eunomium lib. r poſt medium, referunt, non ſolum putabat, intellectum creatum comprehenſiue Deum attingere, ſed hoc naturæ viribus fieri credebat: licet Anomeorum ducem fuiſſe Aetiũ, dictaſque eſſe Anomeos, ſeu Anomos non ab Eunomio, ſed eo quod ſine regula ſu repelletur Epiphanius Hereſi 76. quem errorem circa ſecundum punctum poſt modum dogmatizarunt Begardi, & Beguinæ in Germaniæ partibus, vt refertur in Clementina *ad noſtrum de Hæreticis*: illius autẽ erroris nullũ fundamẽtum reperitur apud eius Authores, ſed illum argumentis, ſic poſſumus ſuadere: quoniam omni paſsiuæ potentiæ naturali correſpondet aliquod actiuũ naturale: alioquin enim videretur potentia paſsiua eſſe fruſtra, ſi per nihil in natura poſſet reduci ad actum: ſed intellectus creatus eſt potentia paſsiua, & naturalis reſpectu omnium intelligibilium: ergo quæcumque cognitio, aut viſio actuans ipſam, eſt ſibi naturalis: ergo cognitio Dei intuitiua ſibi naturalis eſt: ſed quacumque cognitionem ſibi naturalem poteſt intellectus viribus ſuis elicere: ergo viribus naturæ poterit intellectus creatus Deum intuitiue videre. Prima minor probatur, quia intellectus creatus naturaliter appetit cognitionem perfectam, qualis eſt intuitiua cuiuslibet obiecti cognoſcibilis, & per eam perficitur: & multo magis per cognitionẽ Dei, tanquam per cognitionem ſui perfectiſsimi obiecti, in qua quietatur, vt habetur ex difficultate præcedente.

Secundo, quoniam potens naturaliter intelligere principium, poteſt naturaliter intelligere concluſiones incluſas in principio: ſed intellectus creatus naturaliter intelligit principia, in quibus virtualiter includitur Deus clare viſibilis: ergo naturaliter poteſt Deum clare intelligere, & videre. Maior probatur, quia ſcientia cognitionum, non generatur, niſi ex intellectu principij, & ex deductione concluſionum ex principijs, ſicut patet ex diffinitione *ſcire* primo poſteriorum: ſed deductio eſt ex ſe manifeſta, vt patet ex diffinitione ſyllogiſmi perfecti primo Priorum: quia nullius eſt indigens, vt appareat euidẽter neceſſarius: ergo ſi principia intelligũtur, & deductio manifeſta eſt, habẽtur omnia ad ſcientiam cõcluſionis Probatur minor, quia hæc ſunt principia, quæ naturaliter intelligit intellectus creatus: potentia naturaliter potens cognoſcere obiectum commune, poteſt cognoſcere obiectum particulare incluſum ſub illo: & rurſus omne clauſum ſub ratione entis cadit ſub obiecto adæquato intellectus creati: ſi quidem naturaliter cognoſcit, ens in communi eſſe eius obiectum adequatum ſecũdum Auicenan primo Metaphyſicæ capit. 5. & 4. Metaphyſicæ textu Commento 4. & Deum etiam cognoſcit includi ſub ratione entis, vt clare viſibilem: quæ probatio etiã confirmatur, quia termini primorum principiorum ſunt communiſsimi: ergo quando diſtribuuntur, pro omnibus conceptibus inferioribus diſtribuũtur: ſed tales termini accipiuntur vniuerſaliter in primis principijs: ergo extẽdũt ſe ad omnes cõceptus particulares, & per cõſequens ad Deum, vt clare viſibilem.

Ariſtot.

Auicena.

Tertio: nã cui naliter eſt cognoſcibilis potentia aliqua, ſibi naturaliter 3.

eſt cognoſcibile,quid ſit eius obiectũ primum,& in quo ſaluatur ratio talis obiecti,& in quo perfectiſsimè ſaluatur. Tale autẽ(vt diximus difficultate præcedẽte)eſt Deus clarè viſus: mens autem nota eſt ſibi ſecũdum Diuum

D. Augu. Auguſtinum 14. de Trinitate ca.4. vel 15. igitur notum eſt ſibi quid ſit eius primum obiectum, & nouit Deum non excedere rationem illius primi obiecti: quia aliàs nullo modo eſſet ab ipſa mente intelligibilis: ergo nouit intellectus naturaliter Deum eſſe optimum,in quo ſaluatur ratio ſupri mi obiecti: ergo ſicut hoc naturaliter nouit,poterit quoque naturaliter ipſum obiectum intuitiue attingere: cõſequẽtia patet, quia vt probatum eſt, nouit non excedere rationem primi obiecti,quod naturaliter poteſt attingere.

4. Durãdus vero in quarto diſtinctione 49. quæſt. 2. num. 24. licet contra Anomeos,& Begardos Catholice ſentiat, Deum ab intellectu noſtro, viribus naturæ non videri intuitiue: ait tamen hoc ideo eſſe,quia naturali iure præfixũ eſt intellectui hominum, vt nihil, niſi mendicatum à ſenſibus percipiat: quod quidem impedimentum extrinſecum vocat. Vnde hoc ſublato,& repræſentata Dei eſſentia; ſicuti eſt in ratione obiecti creato intellectui,ſine aliqua eiuſdem intellectus ſupernaturali eleuatione, poterit virtuteq́ propria Dei viſionem elicere, ipſumque intuitiue viribus ſuis videre.

5. *2.ſent. Durandi.* Potiſsimum huius ſententiæ fundamentũ eſt,quia omnis facultas cognoſcitiua, cuius virtus aliquo modo circa aliquod obiectum verſatur,ablato extrinſeco impedimento, & obiecto illo manifeſte ſibi repræſentato, & præſente,ſtatim clare ipſum virtute propria cognoſcit: vt patet de viſu reſpectu cuiuslibet colorati: ſed intellectus noſter verſatur circa diuinam eſſentiam, tanquam circa obiectum contentum intra latitudinem ſui adæquati obiecti, quam quidem de facto in patria intuitiue videt: ergo ablato impedimento extrinſeco prohibente videre diuinam eſſentiam, ipſam tamen ſibi præſentem, ſicuti eſt viderel poterit. Tunc ſic; ſed hoc extrinſecum impedimentum nullum aliud eſt, niſi quod ſecundum ſtatutũ ordinẽ naturæ ſenſuum miniſterio Deũ ex creaturis cognoſcamus: quod quidem impedimentum Deus poteſt auferre, vniendo ſe ipſum immediate intellectui in ratione obiecti præſentis: ergo ſi Deus ſic ſe intellectui vniat,ſine aliqua ipſius intellectus eleuatione de nouo ſibi addita, poterit intellectus virtute propria & innata illum clare intueri.

6. Conſequenter ad hanc ſententiã tenetur concedere Durandus, Angelum poſſe viribus naturæ, quatenus eſt ex ſe, Deum intuitiue videre, ſi ſemel Deus illi ſuam eſſentiam præſentem proponat: quia illa corporea organorũ repagula, quæ ſunt inter ſenſus,& intellectum, ratione quorum intellectus indiget ſenſu, omnino deficiunt in Angelo, quinimo,& Scoto hoc idem; ſeu quaſi idem, cum alijs imponit Suarez 1.p.l.b.2.de attributis negatiuis cap.8. dicens, Doctorẽ ſubtilem docere in 2.diſtin.3 quæſt.9 per virtutem naturalem poſſe Angelum quidditatiuè, & prout in ſe eſt, Deum videre per ſpeciem ſibi naturalem: & licet fateatur Suarez, ibi non loqui Doctorẽ de viſione intuitiua,ſed de abſtractiua(quod verũ eſt) intendit tamen,ex eo quod admittatur abſtractiua,intuitiuam inferre: vnde tãquam de mente Scoti infert,poſſe Angelum viribus naturæ Deum clare intuitiue videre: hoc autem probat Suarez, primo, ex eo quod in viſione clara eſſentiæ diuinæ,prout in ſe eſt(inquit ipſe) diſtinguit Scotus viſionem intuitiuã ab abſtractiua: ſecũdo quia gratis,nullaque reddita ratione, concedit Scotus, poſſe Angelos habere ſpeciem naturalem, qua Deum,ſicut eſt,abſtractiue cognoſcant: & negat poſſe habere ſpeciem,quæ ſit viſionis intuitiuæ principium: quia nõ eſt minus poſsibilis hæc,quam illa: quod videtur admittere ipſe Scotus (inquit Suarez)in 4.diſt.49.quæſt.11. quod ſi vtraque eſt poſsibilis (infert) non eſt cur magis vna dicatur naturalis Angelo,

Suarẽ calumnia cõtra Scotũ de viſione, naturali. Angeli.

gelo, quàm alia: cum vtriuſque ſit capax capacitate paſsiua, & neutrā habere poſsit niſi à ſolo Deo: imò eſt impoſſibilis ſpecies repræſentās Deū, prout in ſe eſt, quin repræſentet illum intuitiue.

7. Præterea Vazquez 1. part. diſp. 41. cap. 2. refert aliorum ſententiam exiſtimantium, Doctorem ſubtilem conſentire Durando, dum in 3. diſt. 14. q. 2. §. *in prima quæſtione* circa finem, videtur dicere intellectum ſine eleuatione ſupernaturali, vtpote luminis gloriæ, poſſe Deum videre, ſemel admiſſo, viſionem ab intellectu produci: cuius ratio eſt, quia loco citato iuxta ſententiam, quæ ait viſionem Dei produci ab intellectu, dubitat, an fieri poſsit ſine habitu luminis gloriæ? & reſpondet eodem modo dicendum eſſe, quo ipſe de dilectione docuerat in diſtin. 13. eiuſdem 4 quæſt. 4. §. *ad tertiam*, & §. *ad quartam quæſtionem*, de amore autem, ſeu fruitione dixerat voluntatem noſtram ſine habitu charitatis poſſe Deum diligere: ex quibus omnibus videtur Scotum extitiſſe in ſententia Durandi in hoc, quod eſt intellectum creatum, ſemel ſibi præſente obiecto beatifico, poſſe viribus ſuis viſionem producere.

Vaſquij & aliorum calumnia cōtra Scotū imponētiū illi ſententiā Durandi.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, quæ etiam eſt Diui Thomæ, & communis, cuius fundamenta explanantur.

8. IN oppoſitum autem eſt ſubtilis Doctor in Quodlibetis quæſt. 14. litera N. §. *de ſecundo principali*: vbi hæc profert. *Anima non poteſt attingere ad notitiam propriam, & immediatam ex perfectione ſua naturali, etiam pro quocumque ſtatu naturæ, concurrentibus etiam quibuſcumque cauſis naturaliter motiuis ipſius animæ ad cognoſcendum: & idem diceretur de Angelo.* Quod exponit per duas concluſiones in 4. diſtin. 49. quæſt. 11. litera E. vbi loquendo de intellectu humano ſub duplici concluſione ad quæſtionem, ſic reſpondet. *Reſpondeo ergo ad quæſtionem, duas concluſiones declarando, prima eſt, quod natura humana ex puris naturalibus eſt immediatum ſuſceptiuum beatitudinis: ſecunda eſt quod natura humana non eſt ſufficienter actiua ex puris naturalibus ad videndum Deum viſione beata.* Et loquendo de intellectu Angeli in ſecūdo diſtin. 3. quæſt. 9. litera H. Reſpondens quæſtioni, in qua quæſierat, an Angelus habeat notitiam naturalem diſtinctam eſſentiæ diuinæ? Hæc ait: *nulla repugnantia occurrit, quod intellectus creatus habeat talem cognitionem per ſpeciem diſtincte repræſentantem diuinam eſſentiam, dumtamen, non intuitiue.* Hanc ſententiam, quatenus attinet ad intellectum Angelicum, videtur tenere Diuus Thomas prima parte quæſtione 56. articulo tertio, quatenus docet, Angelum naturaliter habere cognitionem de Deo, nō (inquā) claram Dei viſionē, ſed quatenus ait, eſſe cognitionem nobiliorem, quam habet homo de Deo, & mediam inter beatificam & illam, quæ habetur ex creaturis: homo autem naturaliter habet de Deo ex creaturis notitiam abſtractiuam confuſam: ergo Angelus habebit illam abſtractiuam diſtinctā: differt tamen hæc ſententia Diui Thomæ ab Scoto in hoc, quod Doctor ponit hanc cognitionem abſtractiuam diſtinctam eſſe, per ſpeciem: Diuus autem Thomas ponit ipſam eſſe per eiuſdem Angeli eſſentiam. Ad cuius intelligētiam notat, quod aliquid poteſt tripliciter cognoſci, vel immediate per propriā eſſentiā obiecti, quæ ſit præſens potentiæ: ſic lux cognoſcitur a potentia viſiua, & Angelus ſe ipſum cognoſcit, & etiam beati vident Deum: ſecundo per ſpeciem repræſentantem obiectum, ſic lapis videtur ab oculo: tertio per ſimilitudinem, quæ reſultat ex cognitione alicuius cogniti: ſic cognitis creaturis reperitur in illis ſimilitudo, per quam

D. Thom.

venimus in Dei cognitionem: ait ergo Diuus Thomas, quod prima cognitio à nullo intellectu creato poteſt naturaliter haberi. Tertia habetur naturaliter ab homine iuxta illud Pauli ad Rom.1.cap. *inuiſibilia Dei &c.* Secũda habetur naturaliter ab Angelo: nõ quidem per ſpeciem, quæ ſit accidens acceptam à Deo ipſum repræſentantem; ſed per ſuam met eſſentiam Angelicam, quæ eſt imago Dei ab ipſomet Deo immediatè producta. Hanc ſententiam probat Diuus Thomas: & eam elegãter reijcit Doctor loco citato, quoad hoc, quod eſt ponere hanc cognitionem per eſſentiam, & non per ſpeciem: nunc autem vtriuſque Doctoris probationes, & confutationes omittuntur; quia non ſunt propriæ huius loci: ſententiam vero Doctoris ſequuntur omnes Scotiſtæ, & in puncto præſentis difficultatis, videlicet, non poſſe intellectum viribus naturæ Deum intuitiue videre, eſt cõmunis omnium Catholicorum conſenſus.

9. Vt autem difficultas hæc commodius poſsit reſolui: primo obſeruare oportet, cognitionem intellectus duplicem eſſe: alia eſt enim confuſa, quę eſt cognitio cauſæ per effectus, ſicut cognitio Dei per creaturas: alia vero diſtincta, quæ eſt effectus per cauſas, ſeu rei per ſuam quidditatem. Hæc autem iterum duplex eſt: alia etenim eſt intuitiua: alia vero abſtractiua, vt notauis Doctor loco proxime citato: hęc ſecunda eſt cognitio quidditatis obiecti, prout abſtrahit ab exiſtentia actuali, & non exiſtentia; quæ, videlicet terminatur ad eſſentiam obiecti: ſiue exiſtat, ſiue non: vel etiam, ſiue ſit præſens, ſiue non: intuitiua autem eſt cognitio obiecti exiſtentis, & præſentis, vt exiſtens, & præſens eſt in propria exiſtentia ipſi virtuti, & potentiæ cognoſcenti: & vtraque hæc cognitio eſt euidens: nam abſtractiuam euidentem eſſe, ex eo probatur: quia ſcientia eſt abſtractiua cognitio habitualis obiecti; ſcientia autem euidens eſt. Eſſe vero ſcientiam cognitionem abſtactiuam, ex eo conſtat: quia, ſcilicet, ſcientia eſt de obiecto neceſſario, ideſt de perpetuis, & nullatenus de contingentibus, & ſingularibus: exiſtentiæ vero, & ſingularia non ſunt neceſſaria, & perpetua, ſed contingentia, & caduca: ergo notitia abſtractiua cognitio euidens eſt. De intuitiua vero ſatis patet ex potentia ſenſitiua: de viſu enim conſtat, quod euidenter intuetur obiectum ſibi præſens in debita proportione: quod autem competit potentiæ inferiori, eminentius cõpetere debet potentiæ ſuperiori in eodem homine: ſed intellectus in genere cognitionis eſt eminentior ſenſu: ergo.

10 Dato igitur, quod vtraque cognitio euidens eſt; hæc tamen eſt differentia inter vtramque, quod abſtactiua non poteſt fieri, niſi per ſpeciem, ſiquidem eſt obiecti non præſentis; & conſequenter debet intellectui eſſe præſens in aliquo repræſentante, vtpote in ſpecie: intuitiua verô duplici modo fieri poteſt, vel immediate, vt patet in exemplo ſupra poſito de luce reſpectu oculi, vel mediante ſpecie, vt in cognitione lapidis contingit.

11. Ex dictis conſtat, cognitionem mediam, quam ponit Diuus Thomas in Angelo reſpectu Dei, non poſſe eſſe cognitionem diſtinctam, ſed confuſam, quamuis in eodem genere cognitionis confuſæ poſsit eſſe nobilior, quàm cognitio confuſa hominum: nã cognitio illa non eſt intuitiua, vt Diuus Thomas ſupponit, nec abſtractiua diſtincta: quia non eſt per quidditatem, aut ſpeciem repræſentãtem diuinam eſſentiam: quia ſecundum eius ſententiam, vt ipſe ait ibidem, nulla creata ſimilitudo ſufficiens eſſe poteſt ad repręſentandam diuinam eſſentiã: cognitio tamen diſtincta neceſſario eſſe debet per aliquid repręſentans quidditatẽ obiecti: eſt igitur hęc cognitio nobilior inter confuſas: quia cũ Angelus ſit perfectior homine, habet ex ſuamet eſſentia, vnde formet nobiliorem, & perfectiorem conceptum de Deo, quàm homo, & in hoc ſenſu docet Seraphicus P.N. Diuus Bonauentura in 2.diſt.3.part.2.art.2.quæſtion.2.ſolut.primi argumenti, & Ricardus diſt.4.art.2.quæſt.1.& 2. Angelum

D.Bonau. Ricardus.

gelum naturaliter per ſuam eſſentiã Deum cognoſcere: quinimo ſecundo contra Diuum Thomam infertur, nobiliorem poſſe fieri cognitionem confuſam Dei ex cæteris rebus creatis, quàm ex Angeli eſſentia. Ad quod ſuppono cognitionem hìc non eſſe ſumendam ex perſpicatiori facultate potentiæ, ſed ex maiori ſimilitudine obiecti. Cum igitur in cæteris rebus creatis plures perfectiones reluceant, quàm in ſola Angeli eſſentia, ſiquidẽ totus modus eſt ſimul perfectior, quã ſolus Angelus. hinc eſt, quod per illas poteſt eſſe nobilior Dei cognitio, quã per eſſentiam Angeli; & dato, quod hæc maior nobilitas ſumatur ex maiore nobilitate potentiæ, ad minus fatẽdum erit, ipſum Angelum habere perfectiorem cognitionem Dei ex cunctis rebus creatis, quàm ex ſola eſſentia ſua: hoc tamen intelligi debet de quæſtione, quid eſt: nam de quæſtione an eſt? æqualis ex quacumque creatura habetur iudicium.

12. Secundo eſt maxime obſeruandum notitiam intuitiuam, & abſtractiuam in hoc differre, quod hæc poteſt eſſe actualis, & habitualis: ſiquidem ſpecies illa, quæ potentiæ cognoſcenti repræſentat obiectum abſens, poteſt non ſolum mouere potentiam ad actualem ipſius obiecti cognitionem, ſed etiam ipſa ſpecies ſeruata per modum habitus poteſt ineſſe permanenti potentiæ inhærere, ita vt in eius poteſtate ſit elicere actum cognitionis ex tali ſpecie, toties, quoties: quod patet per exemplum; nam ex eo quod in intellectu eſt ſpecies intelligibilis habitualis de hac concluſione, *homo eſt riſibilis*, eſt in poteſtate intellectus elicere actualem notitiam eiuſdem concluſionis hìc, & nunc, & toties quoties, ſibi viſum fuerit. Cuius ratio à priori eſt: quia cum obiectum reluceat in ſpecie ſecundum quidditatem abſtrahentem ab exiſtentia, & præſentia: hinc eſt, quod non indiget ipſius obiecti exiſtentia, aut præſentia, ad hoc, quod eius abſtractiuam actualem notitiam terminet; quia illam ſufficiẽter terminat obiectum, vt ſic abſtrahens ab exiſtentia, & præſentia, reluceat in ſpecie: notitia vero intuitiua nequit eſſe habitualis, ſed ſemper neceſſario eſt actualis quia pendet ab actuali exiſtentia, & præſentia obiecti, quod vt ſic præſens conſiderat, & ad quod ſecundum talem præſentiam terminatur. Vnde licet notitia intuitiua perpetua ſit; non ideò habitualis, ſed actualis eſt: quia hæc perpetuitas infert indefectibilem, & continuam actualem obiecti conſiderationem; quamuis lato modo poſſet dici habitualis, quatenus, ſcilicet, permanentiam importat, non tamen poteſt vnquam dici habitualis, prout ab actuali diſtinguitur. Vnde eſt, quod beati intuitiue videntes Deum, ita continuò in eius actuali viſione perſeuerent, vt in æternum ab hac viſione actuali ceſſaturi non ſint. Ex quibus prouenit, quod cum vnica potentia limitata nõ poſsit ſimul plures actus habere (vt optime de Angelo notauit Doctor, quæſtione citata litera H.) conſequenter intellectus videns aliquod obiectum intuitiue, non poteſt alios actus cognitionis intuitiuæ ſimul elicere: quam obrem beati, qui in cõtinua Dei viſione ſint, non poſſunt ad aliorum obiectorum viſionem ſe diuertere, niſi prout talia obiecta ſecundario in ipſa Dei eſſentia relucent.

Ex dictis plenè infertur contra Suarium, longe diſparem eſſe rationem notitiæ abſtractiuæ diſtinctæ Dei in 13.
Angelo à notitia intuitiua illius, & vnam poſſe haberi ſine alia: nam ſi Angelus per ſupradictam ſpeciem, qua abſtractiue diſtincte Deum poteſt videre, etiam ipſum Deum videret intuitiue: tunc non poſſet diuerti ad alicuius alterius obiecti cognitionem, vel oporteret, quod Deus talem ſpeciem in illo cauſaret de nouo, vt de intellectione infert Scotus ibidem §. *reſponſio*: quia Angelus non poteſt ſimul habere plures intellectiones actuales: vel igitur illa cognitio elicita ab ſpecie quam Deus cauſaret in illo, eſſet actualis, vel habitualis: ſi actualis, non poſſet intelligere aliud obiectum, quin ipſa intellectio ceſſaret, vel ſi ad aliud obiectum ſe diuerteret, indigeret, quod Deus de nouo produceret

ceret ſpeciem, à qua Angelus nouam intellectionem eliceret: hęc autem ſibi naturalis eſſe non poſſet: quia ex Dei gratuita liberalitate penderet, toties, quoties illam habere vellet: quod eſt contra rationem naturalitatis: nō enim negat Scotus poſſe Angelū per ſpeciem repręſentantem Deum, illū intuitiue videre: hoc enim ſi conceditur homini (vt infra in difficultate ſequenti patebit) cur Angelo denegandum erat? Sed quidem hanc intuitiuam viſionem Angelo naturalem eſſe poſſe negat: quia tunc ſibi naturalis eſſet beatitudo, quæ in ſe ſupernaturalis eſt. Melius ergo ponitur (vt cōcludit Doctor) ſpecies cauſata, quę ſit habitus, & cognitio: et ſic poteſt potē etiam informatam habituali ſpecie ad actum videndi, quādo placet, habere. Vt igitur actus non neceſſario perpetuus ſit in poteſtate operantis, ponitur ſpecies, per quā poſsit perpetuo diſtincte cognoſcere Deum, non tamen continuo, ſed quando placet ſibi actum cognitionis elicere: quę fere omnia ſunt verba Scoti litera H. et litera O. circa finem.

14. Hoc igitur ſaltem admiſſo, Angelū, ſcilicet, non poſſe naturaliter Dei viſionem intuitiuam habere, bene tamē abſtractiuam diſtinctam per ſpeciē, qua poſsit iuxta ſui intellect⁹ poteſtatem, Deū cognoſcęre vno, vel altero actu, diuertendoſe etiam ad cęterorū obiectorum cognitionem: reſtat nūc vrgēs difficultas, an, ſcilicet, talis ſpecies repræſentans Deum ſit ab ipſomet Deo cauſata in Angelo, an vero ab eodem Angelo producta? et dato quod cauſetur à Deo, vnde prouenit, cognitionē ab intellectu Angelico, & à tali ſpecie elicitam, eſſe naturalem.

15. Hoc plane reſoluit Doctor dicens, quod Angelus non poſsit viribus naturæ talem ſpeciem habere: niſi ſupernaturaliter cauſatam à Deo: ſiquidem ſpecies illa ordinis ſupernaturalis eſt, & Dei quidditatem diſtinctam repræſentat (vt ex difficultate ſequenti ſuppono) at vero poſſet Deus ab inſtanti creationis Angeli infundere in eius intellectum talem ſpeciem à ſe creatā repræſentantem diſtincte diuinam eſſentiam, ſicuti ſecūdum Theologos, infunditur in illū ſpecies rerum creatarum, quæ res ipſas creatas repræſentēt diſtinctè. Tūc Angelus virtute huius ſpeciei poſſet diſtincte Deum cognoſcere, eodē prorſus modo, quo poteſt diſtincte cognoſcere quodcumque aliud obiectum in talibus ſpeciebus repræſentatum, cuius propriam ſpeciem habet. Hæc autem cognitio Dei dici poſſet naturalis reſpectu Angeli: non quidem, quia ſit viribus naturæ habita ab ipſo Angelo, aut ab aliquo agente naturali producta, aut infuſa: cū cōſtet à ſolo Deo poſſe produci, & infundi. Nihilominus tamen, ſicut perfectiones datæ Angelo in ſua prima creatione dicuntur Angelo naturales, licet non neceſſario conſequantur ad Angelicam naturā, prout naturale diſtinguitur contra merum ſupernaturale, quale eſt gratia, & gloria: ſic prædicta ſpecies diceretur naturalis Angelo, quia, ſcilicet, à ſuę creationis principio illi indita fuiſſet, ſicut cætera dona naturalia: et ſic cognitio elicita ab Angelo, mediante iſta ſpecie, hoc modo naturalis diceretur, licet in rigore ſupernaturalis ſit: vt ex dictis patet.

16. Sed ſi exinde inferas, hanc eandem ſpeciem diſtinctam poſſe poni in intellectu humano, quia non eſt minus capax eius, quā Angelicus in ratione accipiendi, & ſemel recepta, poterit, ſicut Angelus, Deum abſtractiue diſtincte cognoſcere. Reſpondeo iuxta literam citatam Scoti, quod *nulla repugnantia occurrit, quòd intellectus creatus habeat talem cognitionem per ſpeciem diſtincte repræſentātem diuinam eſſentiā.* Vbi non loquitur reſtricte de intellectu Angelico, ſed de omni intellectu creato, vt patet ex contextu: & conſequenter hoc etiam intellectui humano denegari non poteſt; licet nō pro hoc ſtatu: in quo (vt aduertit Doctor) tantam imperfectionem experimur in intellectu noſtro, quantā non poſſumus attribuere Angelo: ſed illa nō repugnantia intelligenda eſt ſublatis imperfectionibus, quæ talem cognitionem impedire poſſunt.

17. Eſt præterea obſeruandum tertio, in-

intellectum noſtrum (imo & quemlibet intellectum creatum quadrifariam conſiderari poſſe reſpectu viſionis beatæ; vel reſpectu recipiendæ ſpeciei impreſſæ repræſentantis diuinā eſſentiam, vel reſpectu eliciendæ viſionis beatæ, vel reſpectu recipiendæ ipſius viſionis beatæ à ſe, aut à Deo adæquate productæ in ipſo intellectu (quam dabilem eſſe per Dei potentiā ſuppono cum Doctore loco citato, & ex infra dicendis) vel tandem quatenus viſione beata à ſe, vel à Deo producta informatus, operatur vitaliter, percipiendo diuinam eſſentiam repræſentatam in illa. Primo, & tertiò modo eſt intellectus mera potentia paſsiua, & merum principium receptiuum: ſecundo autem modo, eſt intellectus potentia vere actiua: ſed denique quarto modo eſt tantum potentia operatiua. Aliter igitur loquendū eſt de intellectu, quatenus potentia actiua eſt, & aliter, prout eſt potentia paſsiua, & aliter in quantum operatiua. Loquendo de primo, & tertio modo, docuit Scotus in litera non indigere intellectum aliqua forma ſupernaturali præuia, quæ ſit lumen gloriæ, vel alia quælibet. Et ratio à priori eſt: quia ſi illa talis forma requireretur, eo quod ipſa ſpecies, ſeu viſio ſupernaturalis nō poſſet recipi, niſi media forma ſupernaturali: conſequenter idem argumentum fieri poſſet de illa forma ſupernaturali præuia: & ſic procederetur in infinitum. Vnde concluditur ex ſuis puris naturalibus, intellectum creatum ſuſceptiuum eſſe cuiuslibet formæ ſupernaturalis, qualis eſt ſpecies impreſſa repræſentans diuinam eſſentiam, aut etiam ſpecies expreſſa, quæ eſt formaliter Verbum, ſeu ipſa formalis Dei viſio.

18. Si autem loquamur de intellectu, vt eſt potentia actiua: ſic diſtinctione etiam loquendum eſt: vel enim habet ſpeciem impreſſam, qua informetur, vel habet ipſam diuinam eſſentiam ſibi intime vnitam media diuina voluntate (vt in quæſtione præcedente diximus) & vtroque modo diſtinguendū eſt ex parte obiecti, & ex parte pōtentiæ. Ex parte obiecti, iam ſupponimus eſſe vtroque modo ſufficienter præſens intellectui: ex parte vero potentiæ, adhuc requiritur de facto, quod illuſtretur lumine gloriæ, vt eliciat viſionem beatam. Quid autem de poſſibili ſit dicendum? infra loco proprio, nempe, in difficultate ſequenti videbitur: at verò loquendo de intellectu, quatenus eſt potentia operatiua, dicendum eſt non indigere lumine gloriæ, neque aliqua alia ſupernaturali eleuatione quia ſemel informatus viſione beata à ſe elicita, vel à Deo producta, ad cuius elicitionē requirebatur eleuatio per lumen gloriæ, poteſt intellectus ſine illo diuinā eſſentiam in tali viſione repræſentatam, vitaliter operando, percipere.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

HIS præhabitis difficultatem concludendo, dico primo, quod nullus intellectus creatus poteſt viribus ſuis naturaliter Deum intuitiue videre. Concluſio eſt de fide diffinita in Concilio Vienenſi, vbi damnatur error Anomeorum, & Begardorum, & refertur in Clementina, *ad noſtrum de Hæreticis*. Contra quem errorem latiſsime, & egregie ſcripſit. D. Chryſoſtomus in Homilijs *de incomprehenſibili Dei natura*: & ex recentioribus noſter Alfonſus à Caſtro hæreſi 3. & 4. 19.

1. Concl.
Conc. Vien.
Clem. ad noſtram.
D. Chryſoſt.
Caſtro.

Probatur concluſio primo ex ſacra Scriptura, & præſertim omnibus illis locis, quibus probatum eſt in præcedenti difficultate, Deum videri nō poſſe ab intellectu creato: quæ exponi poſſunt etiam, vt intelligantur de viribus naturæ, quibus Deus à nulla creatura poteſt videri. Sic Patres exponunt illud 1. ad Thimoth. cap. 6. *Lucem habitat inacceſsibilem, quam nullus hominum vidit, nec videre poteſt*, id eſt naturaliter viribus ſuis: probaturque ex illo ad Rom. cap. 6. *Gratia Dei vita æterna*, 20.

Ad Thim.
Ad Rom.

Matth. *æterna* eſt Matthæi cap. 11. *nemo vidit*
Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius
reuelare. Quæ reuelatio viribus natu-
turæ nequit haberi: probaturque alijs
innumeris ſacræ Scripturæ elogijs.

Secundo probatur eadem conclu-
21. ſio ſanctorum Patrum teſtimonijs:
Nam D. Auguſtinus lib. 12. de ciuita-
te Dei cap. 9. ait: *quæ in ſacra Scriptura*
D. Augu. *dicuntur de charitate, gratia & gloria,*
D. Ambr. *quod ſint ſupernaturalia dona Dei, non mi*
D. Baſil. *nus de Angelis vera eſſe, quàm de homini-*
D. Nicen. *bus &c.* & libro 11. de ciuitate Dei ca.
9. inquit, *lumen verum, quod illuminat*
omnem hominem venientem in hunc mun-
dum, illuminat etiam omnem Angelum, vt
ſit lux, non in ſe ipſo, ſed in Deo: idem te-
ſtantur D. Ambroſius lib. 1. in Lucam
cap. de apparitione Angeli. Diuus Ba
ſilius lib. 1. contra Eunomium D. Gre
gorius Nazianzenus lib. 2. art. 42. &
plerique Patres, tam latini, quàm
Græci.

Tertio probatur quoquè ratione:
22. quoniam non poteſt intellectus crea
tus naturaliter intueri obiectũ, quod
non poteſt viribus naturę ſibi præſens
habere: ſed non poteſt viribus naturæ
habere ſibi præſentem diuinam eſſen
tiã in ratione obiecti: ergo non pote-
rit viribus naturæ Deũ intueri. Proba
tur hęc minor: nam hoc, quod eſt diuinã
eſſentiam fieri præſentem intellectui
creato proculdubio pertinet ad ge-
nus gratiæ, ſiquidem nullatenus natu
rę debitũ eſſe poteſt, vt de ſe patet, &
ex ſæpè dictis facilime conuinci-
tur.

Dico ſecundo, quod etiam ſi diui-
23. na eſſentia in ratione obiecti, ſublato
2. concluſ. omni impedimento extrinſeco, eſſet
præſens intellectui noſtro, adhuc nõ
poſſet noſter intellectus viribus ſuis
ſine eleuatione ſupernaturali eius vi-
ſionem intuitiuam attingere: conclu
ſio eſt expreſſa contra Durandum, cu
ius ſententiam non carere erroris no
ta, & id circo damnatam eſſe in citato
Concilio Vienenſi, arbitrantur non
pauci, eo quod videtur coincidere
cum errore Begardorum. Sed quid-
quid de eius cenſura tenẽdum ſit, alij
iudicent, noſtra enim non intereſt vi
rum doctiſsimum ſine vrgentiſsima
cauſa, talis cenſuræ gladio iugulare.
Cõcluſio autẽ hæc probatur primo ra
tione: quia actus fidei, vtpote aſſenſus
alicuius articuli, vt fides ſupernatu-
turalis ſit, non ſolum requirit ex par-
te dicti, exteriorem articuli fidei pro
poſitionem, ſed etiam ex parte poten
tiæ requiritur illuſtratio luminis ſu-
pernalis per habitum fidei, & gratiæ
adiutorium: vt Doctores communi-
ter tenent: ergo multo magis indige-
bit intellectus ſupernaturaliter illu-
ſtrari ad viſionem beatam, etiam ſi ſi-
bi proponatur diuina eſſentia in ratio
ne obiecti, vt ipſam intueri poſsit.

Confirmatur præterea concluſio: 24.
nam ex ſententia Durandi ſequitur,
Deum æqualiter videri ab omnibus
beatis: quod quidem abſurdum eſt in
Theologia, & fidei diſſonum. Ad quã
ſequelam ſuppono iuxta ſententiam
Durandi, non valere ſolutionem ſuũ
datam in maiori, vel minori manife-
ſtatione eſſentiæ: quia (ſecundũ eius
viam) Dei eſſentia non mouet intelle
ctum creatum mediãte voluntate di-
uina, & ad liberum nutum ipſius: ſed
immediate per ſe ipſam: quo ſuppoſi
to ſequela demonſtratur: quia ſi vir-
tus intellectiua æqualis eſt ex ratione
ſua, ſublatis impedimentis extrinſe-
cis: ergo propoſito eodẽ obiecto duo
bus æqualibus intellectibus, omni ex-
trinſeco impedimento ſublato, æqua
lis erit vtriuſque viſio: igitur Chri-
ſtus Dominus, & ſanctiſsima Virgo
Deipara, & quilibet beatus æqualiter
vident diuinam eſſentiam, quod eſt
contra Diuum Ioannem cap. 1. *vide-*
bimus gloriam eius, quaſi vnigeniti à Pa-
tre: vbi licet de gloria corporis oſten-
ſæ in transfiguratione loqueretur: ad
huc tamen, quia eadem gloria corpo-
ris deriuata eſt à gloria eſſentiali ani-
mæ, ideo maior gloria corporis ar-
guit maiorem gloriam animæ.

Hoc argumento, & alijs conui-
ctus Durandus, non timet concedere 25.
ſequelam: eo quod admitit, quod 1. ſolut
intellectus humanus, ſemotis impedi Durand.
mentis extrinſecis, æqualis eſt in om-
nibus beatis, æqualiterque ſibi oſten-
ſa eſt diuina eſſentia: & id circo Dei
viſionem ſecundum prædicata eſſen
tialia,

Digitized by Google

tialia concedit eſſe æqualem in omnibus beatis: diſparem tamen accidentaliter, nempe in manifeſtatione aliarum rerum, & myſteriorum, quæ intuentur in eſſentia. Quæ manifeſtatio nullatenus ad eſſentialem gloriam, ſed ad accidentalem, ſpectat.

26. *Impugnatio vniuerſalis.* Sed profectò hæc ſolutio maiora aſſumit abſurda. Abſurdiſsimũ eſt enim, & à fide auerſum (vt ſuo loco videbimus) inæqualitatẽ præmij correſpõdẽtem meritis inæqualibus non aſsignãdam eſſe in beatitudine eſſentiali: & rurſus aliud ſequitur abſurdum, nempe Angelum quantumuis inferioris perfectionis eſſentialiter habere maiorem beatitudinem, quàm animam ſacratiſsimam Chriſti Domini: quia facultas intellectus Angelici, quamtumuis inferioris, longe perfectior, & perſpicatior eſt, quã virtus intellectiua naturalis cuiuslibet intellectus humani, quantumuis perfecti.

27. *2. ſolutio Durand.* Hanc obrem, hac ſolutione reiectâ reſpondet aliter Durandus, fatendoq; diuinam eſſentiam inæqualiter à beatis, etiam quo ad eſſentialia videri: hoc tamen prouenire ex defectu maioris, vel minoris luminis, aut ex inæqualitate facultatis potentiæ intellectiuæ: cum omnes æquales eſſe ſupponat; neque ex maiori, vel minori oſtẽſione obiecti beatifici, ſed ex maiori, vel minori motione ipſius obiecti: poteſt enim Deus magis mouere vnum intellectum, quàm alium, ex qua maiori motione perfectius videbit obiectum.

28. *Cõfutat. dictæ ſolut.* Fateor equidem hac reſponſione, non ita improbabiliter ſuſtineri poſſe inæqualitatem gloriæ eſſentialis beatorum: cum Dei motio, & cooperatio efficacior poſſet ducere intellectum ad perfectiorem viſionem eliciendam. At qui ſolutio hæc non poteſt bene cohærere ſententiæ ipſius Durandi: aſſerit enim intellectum ſolummodo per ablationem extrinſeci impedimenti, quo gratia Dei tollitur, virtute propria naturali Deum videre: illa autem maior, vel minor motio, iam non ad virtutem propriam, ſed ad ſupernaturalem Dei gratiam reducenda eſſet: redderet enim illa maior motio intellectum efficaciorẽ ad actum: & tunc illa maior motio recepta in intellectu proculdubio haberet ſe ex parte intellectus potentis dicere viſionem perfectiorem, quàm ſine tali motione maiori dicere non poterat: & tunc neceſſariò pertineret ad genus auxilij ſupernaturalis, quo quidem iam eleuaretur intellectus ad operationem ſupernaturalem; quod eſt contra Durãdũ, qui intendit nihil omnino ſuperaddi intellectui: ſed tantum impedimenta remoueri: quibus præciſe ſemotis, intellectum naturaliter ex viribus mere naturalibus ſuis Deum videre. Vnde cum omnem actionem refundat in ipſam naturalẽ actiuitatem intellectus, neceſſariò debet fateri, poſita æqualitate intellectiuũ Deum videre, cohibere viſũ, vt non videat æqualiter diuinam eſſentiam, ſicut alter videt: quod inter cætera abſurda ex dicta opinione illata refutari poteſt.

Dico tertio: quod licet Angelus nõ poſsit naturaliter Deum intuitiue videre, poteſt tamen naturaliter illum diſtincte cognoſcere abſtractiue per ſpeciem ſibi à Deo impreſſam. 29. *3. cõcluſio.* Concluſionem hanc tenet Scotus in 2. diſtinct. 3. quæſt. 9. quem ſequuntur omnes eius diſcipuli cõtra cunctam Thomiſtarum Scholam: eius tamen expoſitio late ſupra habetur num. 9. vſque ad num. 10.

30. Nunc autem probatur concluſio vnica præcipua ex rationibus Scoti: nam per hoc, quod aliquis in raptu vidit tranſitorie diuinam eſſentiam, ceſſante actu viſionis actualis, poteſt habere memoriam obiecti, & hoc ſub ratione diſtincta, ſub qua erat obiectũ viſionis prædictæ, licet non ſub ratione præſentis actualiter, quia (vt docet Doctor, & nos tale ſupra de eius mente) præſentia non poteſt manere poſt actum in ratione cognoſcibilis: igitur per aliam rationem perficientem intellectum talem, poteſt obiectum iſtud diſtincte repræſentari intellectui: & ita non eſt contra rationem eſſentiæ, quod ſpecies illius ſit in aliquo intellectu diſtincte repræſentans eam: igitur nec videtur talis ſpe-

ties

Digitized by Google

cies deneganda intellectui perfectiſſimo creato, nihil enim videtur negandū intellectui ſummo ex creatis, quod non repugnat creato. Aſſumptum probatur per raptum Diui Pauli: quoniam trāſeunte iſto raptu, recordabatur illorum viſorum, iuxta ea, quæ ipſe ſcripſit 2. Corinth. cap. 12. dicens *ſcio hominem in Christo ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit, raptū huiuſmodi vſque ad tertium cælum, & ſcio huiuſmodi hominē: quoniam raptus eſt in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Quod autem poſt raptum poſſet manere diſtinctè ſpecies obiecti, facile conſtat: quia hoc eſt perfectionis in intellectu, quod poteſt conſeruare ſpeciem obiecti, ceſſante ipſius obiecti præſentia.

2. ad Corinth.

30. Verum enim vero argues contra dicta: quoniam ex hac etiam ratione videtur probari, per tale ſpeciem poſſe Angelum habere notitiam intuitiuam Dei, & conſequenter naturaliter Deū videre modo expoſito ſupra à num. 9. vſque ad n. 16. quod quidē aduerſatur primæ parti huius concluſionis: hoc tamen probatur: quia ſi intellectus poteſt ſeruare ſpeciem obiecti ceſſante obiecti præſentia: igitur etiam poterit ſeruare ſpeciem repræſentantē obiectum, vt præſens eſt: ſed hoc ſolū requiritur, vt cognitio illa ſit intuitiua, & beatifica: ergo &c. Reſpondeo ſpeciem, quæ relinquitur ex cognitione poſſe repreſentare obiectum ſecundum triplicem rationem. Primò, ſcilicet, ſecūdum quidditatem ipſius: ſecundo iuxta eius exiſtentiam: & tertio ſecundum præſentiam: & conſequenter talis ſpecies dicit relationem ad obiectum ſecundum hanc triplicē rationem terminandi, eo quod obiectum poteſt terminare cognitionem, ſeu ſpeciem, & ſecundum eſſe, quod habet, & quatenus exiſtit in vna natura, & prout potentiæ cognoſcenti eſt præſens. Dico modo, quod notitia abſtractiua primo modo eſt diſtincta, & quidditatiua reſpectu cuiuſcumque obiecti: quia eius eſſentiam, & quidditatem reſpicit: ſecundo verò modo aliter loquendum eſt reſpectu creaturæ cognitæ, & aliter reſpectu Dei. Si reſpectu creaturæ cōſideretur, tunc cum exiſtentia ſit primum prædicatum accidentale cuiuslibet eſſentiæ creatę, accidit quoq; notitię abſtractiuę quidditatiuę in ratione talis, quod eius relatio ſit terminata ad exiſtentiam obiecti: quod patet, quia notitia abſtractiua, quam nunc habeo de Rege exiſtente, & viuo, remanet adhuc, ipſo mortuo, & non exiſtente. At vero loquendo reſpectu Dei aliter dicendum eſt: quia cum exiſtentia Dei ſit de eſſentia eſſentiæ, & quidditatis illius, hinc eſt, quod nequit haberi cognitio quidditatiua diuinæ eſſentiæ, quin etiam ſit cognitio exiſtentię: & ideo notitia quidditatiua, diſtincta ab abſtractiua Dei nō minus terminatur ad eius exiſtentiam, quàm ad ipſius eſſentiā. Cæterū præſētia obiecti, tā in creatura, quā in Deo, accidit omni obiecto in ratione cognoſcibilis, vt ſic: & ideo accidit etiam cognitioni diſtinctę, vt ſic: quia vero terminatio ſpeciei, ſeu cognitionis ad obiectum, in tantum præſens eſt ratio cōſtitutiua notitiæ diſtinctæ, in quantum intuitiuæ, & condiſtinctiua à notitia diſtincta, in quantum abſtractiua eſt; ideo manente illa notitia ineſſe abſtratiuæ, non refertur, nec poteſt referri ad præſentiam obiecti: ſicut ratio conſtitutiua vnius ſpeciei non poteſt conuenire alteri: & ſic in propoſito manet ſpecies illa relata ad diuinam eſſentiam, & eius exiſtentiam: non vero ad eius præſentiam, cum a parte rei ſupponatur obiectum eſſe non præſens: & deficiente termino, deficit quoque relatio, & ordo ad ipſum: & deficiente relatione ad obiectum pręſens, deficit neceſſariò ratio notitiæ intuitiuæ.

Doctrina notabilis.

Sed contra vrget amplius argumentum, & replica: nam ordo, ſeu relatio ſpeciei, aut cognitionis, eſt tranſcendentalis: ergo realiter eſt idem cum ſuo fundamento: quia in hoc diſtinguitur relatio tranſcendentalis à prædicamentali, quod hæc identificatur realiter cum ſuo fundamento, non tamen illa: ergo inuariata ſpecie, quæ repręſentabat obiectum pręſen, rema- 31.

nec relatio ipſius ad obiectum vt præſens. Rurſus relatio tranſcendentalis ob id quod eſt idẽ realiter cum fundamento, non pendet quoadſui eſſentiã, aut exiſtẽtiã à termino: & ideo deſtructo obiecto, manet eius cognitio: igitur licet a parte rei non adſit obiectũ in quantũ preſens, remanet tamẽ in ſpecie repræſentatio eius, vt præſẽtis, ſiquidẽ cõgenita fuit talis ſpecies ab ipſo obiecto, in quãtum preſente.

32. *Solutio.* Reſpondeo, quod relatio tranſcendẽtalis eſt eadẽ realiter ſuo fundamẽto, quatenus dicit ordinẽ ad terminũ ſecundũ eſſentialia, & intrinſeca prædicata ipſius termini: non verò ſecundũ modũ eius extrinſecũ: & ideo ſecũdũ eã rationẽ, qua identificatur realiter cũ fundamento, non pẽdet ab eſſe termini: at vero ſecundũ aliã rationẽ, qua reſpicit modũ termini, non identificatur cum fundamẽto: & ideo ita pendet à termino, vt tali modo termino deficiente, deficiat quoq; ipſa relatio pro ea parte, qua reſpicit modum talẽ extrinſecũ termini. Sic in propoſito dici poteſt, ꝙ ordo ſpeciei ad eſſentiã, & exiſtentiã Dei identificatur cum ipſa ſpecie: ordo verò ſpeciei ad modũ præſentialitatis obiecti, & eſt ſeparabilis ab ea, & tãdiu durat, quãdiu eius obiectũ eſt præſens: quia non terminatur ad talem præſentiã, prout in ſpecie relucet, ſed prout in ſe eſt præſens ipſum obiectum.

33. *Preſtãtior ſolutio.* Vel aliter reſpondeo, quod ſicut ſecundũ probabilem ſententiã eorum, qui dicunt relationẽ etiã prædicamentalem nõ diſtingui a fundamento, vna relatio refertur ad plures terminos, quorũ vno deficiẽte, non ideo deficit relatio, ſed tantũ deficit vna terminatio ex pluribus, quas per plures terminos habebat; & ſecundũ doctrinã Scoti eadẽ inuariata viſio, quę nũc de facto terminatur ad Deũ, vt vnum & trinum, maneret in caſu, quo per Dei potentiã videretur eſſentia, perſonis non viſis, licet ei viſioni deficeret terminatio perſonarum: ſic in propoſito eadem inuariata relatio ſpeciei ad Deum eſt, quæ reſpiciebat illum vt præſentem, & quæ abſtrahit à præſentia: licet huic relationi deficeret terminatio præſentiæ, quæ eſt ad Deum, non prout relucet in ſpecie præſens, ſed prout in ſe præſens eſt.

Et ex hoc patet ad illud, quod aſſumitur in obiectione, quod, ſcilicet, relatio tranſcẽdentalis manet deſtructo termino: nam cum ſaluetur realitas eadem ſpeciei, & relationis, quæ identificatur realiter cum ſpecie ſine tali terminatione, nõ inconuenit, hanc ſpeciem conſeruari, etiam cum relatione ſecum realiter identificata, quamuis deficiat terminatio illa, quæ talem relationem antea terminabat: nam quãdo dicitur, quod relatio deſtructo termino, deſtruitur, intelligendum eſt de prædicamentali: nam tranſcendentalis manere poteſt, etiã ſi terminatio deficiat, dũmodo tamen fundamentum conſeruetur, vt ex dictis patet. 34

§. 4.

Soluuntur argumenta Anomeorum, & fundamentũ Durandi.

35. *Ad argumẽta & ad 1. pro Anomeis.* AD argumenta pro errore Anomeorum machinata, & ad primum, relictis alijs ſolutionibus, quas tradit Doctor in prima quæſtione prologi articulo primo, reſpondetur tandem ſecundum ipſum, illam maiorem intelligendã eſſe de potẽtia paſſiua naturali, vt paſſiua comparatur ad actiuam: non autem vt paſſiua comparatur ad actum, quem poteſt recipere. Intellectus autem creatus non eſt potentia paſſiua naturalis reſpectu agentis ſupernaturalis, nempè Dei: quia, vt ſic in ordine ad tale agens eſt potẽtia paſſiua obedientialis, & non naturalis, prout docet Doctor in eadẽ quæſtione: at vero reſpectu actus ſupernaturalis, quẽ reſpicit potẽtia, naturalis eſt: quia eſt naturaliter perfectibilis quacũq; forma ſupernaturali, quã poteſt recipere, & ea naturaliter perficitur: & eodem modo cõcedẽdum eſt, viſionem beatam ſibi naturalem eſſe, ſicut

concedimus, Deum clare viſum eſſe eius naturalem finem. Sed quando dicitur, quamcumque cognitionem naturalem poſſe ab intellectu naturaliter elici, negatur abſolute hæc propoſitio: quia (Doctor docet ibidem) non eſt mirum, quod ad maiorẽ perfectionem ſit capacitas paſſiua in aliqua natura, quàm eius cauſalitas actiua ſe extendat: & in hoc magis (inquit) dignificatur natura.

Scotus 1. q. prologi art. 2.

36 *Ad 2. arg.* Ad ſecundũ reſpõdeo, quod poteſt intelligi, cõcluſiones includi in principijs dupliciter: vel, ſcilicet, ſecundum eam rationem cõmunẽ, qua principia cõmunia intelliguntur prædicari de illis, vel ſecundũ rationem peculiarem, qua quælibet res, quæ in principio communi includitur, differt ab alijs in eodem principio incluſis: v.g. ex hoc principio, *animal eſt viuens ſenſibile*, infertur hæc concluſio, *homo eſt viuens ſenſibile*, licet in homine non ſolum ſit illa ratio cõmunis viuentis ſenſibilis, ſed etiam ratio peculiaris rationalitatis, qua differt ab omnibus alijs ſpeciebus contentis ſub illo principio cõmuni. Vnde cognito illo principio cõmuni naturaliter, tãtum cognoſcitur ex vi cognitionis principij, præciſa concluſio, quæ ſecundũ illam rationem communem continebatur in illo. Ex quibus Doctor concludit, quod virtute principiorũ communiſſimorum nõ ſciuntur de inferioribus, niſi prędicata cõmuniſſima: ſic in pręſenti, tametſi Deus clare viſibilis claudatur ſub conceptu entis cõmuniter ſumpti: non ideo infertur, quod cognito naturaliter ente in cõmuni, poſſit quoque cognoſci Deus, vt clare viſibilis: ſed tantum infertur, naturaliter cognoſci Deum ſecundum præciſam rationem entis: & quando ais, quod omne clauſum ſub ratione entis cadit ſub eius obiecto adæquato: hoc tibi fateor, quo ad potentiã cognoſcitiuã, minimè vero quo ad modũ cognoſcendi: & idcirco licet intellectus creatus poſſit Deũ clarè cognoſcere: hoc tamẽ nõ naturaliter, ſed ſupernaturaliter poteſt.

37 *Ad 3. arg.* Ad tertium, dico maiorem illã eſſe falſam: nam quãuis cognita relatione debeat cognoſci eius terminus, hoc debet intelligi in obliquo, non tamẽ in recto: quia relatio non includit terminum in recto, ſed in obliquo: eſt enim ordo ad illum: nã alias, eo quod cognoſco relationẽ creaturę ad Deũ, deberẽ cognoſcere quidditatiue, & diſtinctè ipſum Deũ, & ſic nullus viator hanc relationẽ creaturę ad Deũ cognoſceret: quod eſt aperte falſum: ſufficit enim cognitio confuſa Dei, vt cognoſcatur relatio creaturę ad ipſũ, iuxta illũ citatũ locũ Pauli: *inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, à creatura mundi intellecta conſpiciuntur*. Rurſus dico, potentiam (eſto quod neceſſario requireretur diſtincta cognitio terminorum ad cognitionem relationis) ſeu mẽtẽ, non eſſe ſibi notã diſtincte, hoc eſt, cũ ordine ad omnia obiecta cognoſcibilia: vnde dictũ D. Auguſtini explicat Doctor, vt debeat intelligi de actu primo ſufficiente ex ſe ad actũ ſecundũ, niſi impediretur ex ignorantia obiectorum, ad quæ talis mens eſt in potentia.

Ad fundamẽtũ ſententiæ Durandi facilis eſt ſolutio ex dictis: quamuis enim ad receptionẽ cognitionis beatæ nõ egeat intellectus eleuari: tamen ad productionẽ ipſius non ſufficit, quod obiectũ ſit præſens: ſed requiritur, ꝙ potentia illuſtretur, & eleuetur lumine ſupernaturali: quod quidẽ ex exẽplo de viſu, quod ipſe adducit, cõpertũ eſt: non enim ſufficit potentiã viſiuã, & obiectum coloratũ eſſe in debita diſtantia: ſed adhuc indiget potẽtia illuſtrari luce naturali, qua tale obiectũ poſſit attingere, ſine qua illud non videbit: ſic in præſenti dicendum eſt de lumine ſupernaturali. Hæc tamẽ eſt differẽtia inter vtrũque lumẽ, quod lux naturalis nõ eſt concauſa viſionis corporis colorati, ſed tãtũ conditio ſine qua nõ: at verò lumẽ gloriæ habet ſe ex parte potentiæ per modũ cauſæ, & eſt vere concauſa reſpectu viſionis beatæ. 38

Ad fundamentũ Durandi.

Ad Suarũ, & Vaſquũ, ſatis ex notatis, & ex cõcluſione ſecunda, & tertia patet, ipſos nihil cõtra Scotũ concludere: ex ſequenti autẽ difficultate ſpeciei impreſſæ poſſibilitas pateſiet. 39

D1-

DIFFICVLTAS XXIIII.

Vtrûm ſit dabilis ſpecies creata repræſentans diuinam eſſentiam, ſicuti eſt, per quam poſſit intuitiue videri.

§. I.

Proponitur prima ſententia D. Thom. & aliorum.

1. IN hac celebri cõtrouerſia D. Tho. 1. p. q. 12. art. 2. in corpore aperte docet, nullã ſpeciẽ creari poſſe, quæ Dei eſſentiã repræſentet: licet à quibuſdam in oppoſito ſenſu eius verba interpretentur, quę ſunt hæc: *non autem per aliquam ſimilitudinem creatã Dei eſſentia videri poteſt, quæ ipſam rei eſſentiam repræſentet, vt in ſe eſt.* In hoc ſenſu ſequuntur Doctorem Angelicum Cayetanus, & omnes fere Thomiſtæ ſupercitatum articulũ: item Capreolus in 4. diſt. 49. quæſt. 5. art. 1. Durandus eadem diſtinctione quæſt. 2. n. 13. Sotus quæſt. 2. art. 3. Thomas de Argẽtina ibidem art. 2. Paludanus q. 1. art. 2. concluſione tertia; Marſilius in tertio quæſt. 10. art. 20. Ægidius in caſtigatorio art. 1. & in opuſculo de diuina influentia in beatos cap. 1. eandem ſententiam docet Henrricus quodlibeto tertiò quæſt. 1. & quodlib. 4. quæſtio 7. & in Sũma art. 51. quæſt. 2. Hi omnes, & plures alij aiunt: per nullam potentiã poſſe produci talẽ ſpeciem.

Caietanus. Capreol. Durand. Sotus. Argentina Palluda. Marſilius. Ægidius. Henricus

2. Probatur hæc ſententia non nullis argumentis: ſed præcipuè tribus rationibus D. Thomæ, quæ habẽtur in articulo citato. Et primo quidem: quia ſicut dicit D. Dionyſius cap. 1. *de diuinis nominibus* per ſimilitudines inferioris ordinis nullo modo ſuperiora poſſũt cognoſci: ſicut per ſpeciem corporis nõ poteſt cognoſci eſſentia rei incorporeæ: multo igitur minus per ſpeciẽ creatã quamcũq; poteſt eſſentia Dei videri.

3. Secũdo: nam eſſentia Dei eſt ipſum eſſe eius, quod nulli formæ creatæ cõpetere poteſt: nõ poteſt igitur aliqua forma creata eſſe ſimilitudo repręſentans videnti diuinam eſſentiam.

Tertio, quoniam diuina eſſentia eſt aliquod incircunſcriptum continens in ſe ſupereminẽter, quidquid poteſt ſignificari, vel intelligi ab intellectu creato: & hoc nullo modo per aliquã ſpeciem creatã repræſentari poteſt: quia omnis forma creata eſt determinata ſecundũ aliquã rationem, vel ſapiẽtiæ, vel virtutis, vel ipſius eſſe, vel alicuius huiuſmodi. Vnde dicere Deũ per ſimilitudinẽ videri, eſt dicere diuinã eſſentiã non videri: quod eſt erroneũ. His tribus rationibus, vt iacent, probat D. Thom. ſuam ſententiam. 4.

Porrò aliorũ argumẽtis hæc eadem ſentẽtia ſolet probari: vnde quarto in ordine ſic arguitur: Deus eſt formaliter infinitus, & illimitatus: ſed ſpecies creabilis à Deo neceſſario debet eſſe finita, & limitata: finitum autẽ, & limitatũ nõ poteſt eſſe ſimilitudo infiniti, & illimitati, quia repręſentans, et repræſentatum debent proportionari: ergo &c. 5.

Quinto, quia ſpecies eſt naturalis imago, et ſimilitudo obiecti, & tantũ de ipſo repręſentat, quantũ in ipſo eſt repræſentabile: ſed nequit dari naturalis imago, et ſimilitudo Dei ſecundũ ſuum eſſe: ergo &c. Minor probatur: nam naturalis ſimilitudo alicuius obiecti debet adæquare rationẽ ipſius obiecti: ſed nulla res creata poteſt adæquare infinitam Dei eſſentiam: ergo nulla res creata poteſt eſſe naturalis imago, et ſimilitudo illius. 6.

Sexto tandẽ probatur: quoniã ſpecies intelligibilis, et obiectum ſunt eiuſdem rationis, ſaltẽ in eſſe repræſentatiuo: quia propter hãc præciſam rationem poteſt ſpecies gignere cognitionem obiecti, eo quod in eſſe repreſentatiuo continet obiectum in ſe: ſed nulla res creata poteſt ſub aliqua ratione, etiam in eſſe repręſentatiuo, eſſe eiuſdẽ rationis cum Deo: ergo &c. Probatur minor: quia talis ſpecies creata adhuc in eſſe repræſentatiuo eſt quid creatum: nihil autem creatum poteſt eſſe eiuſdem rationis cum Deo: alias enim etiã eſſet Deus: omnes ergo, qui ſpeciẽ impreſſam per Dei potentiã fieri nõ poſſe affirmant, à fortiori de facto nullatenus fieri tuẽtur. 7.

Alij verò tametſi per Dei potētiā, tale ſpeciem à Deo creari poſſe admittant; per illā tamen de facto Deū videri à beatis, pro viribus negant, tenēdo Deū proximè vid. ri per ſuā ſubſtātiā, videlicet diuina eſſētia immediatè cocurrēte in ratione obiecti: ſic Alex. Alēſis 1. p. q. 7. mem. 2. & 2. p. q. 24. mem. 1 & ex Scotiſtis plures: ex Ieſuitis autem Suarez 1. p. lib. 2. *de attributis negatiuis* ca. 12. Quæ opinio cōmunior eſt in Scholis, cuius ſententiæ fundamentū tradit Suarez, q; ſcilicet, non oportet multiplicare principia, quæ non ſunt neceſſaria iuxta naturas rerū: ſed conſtat, Deū poſſe ſine tali ſpecie impreſſa à beatis videri, concurrente ipſo per ſe tanquā obiecto actu intelligibili: ergo &c. Itē hoc idē probari poteſt, eo q ſpecies ponitur ad ſupplēdā vicē obiecti in abſētia eius, vel eius impotētiā: ſed cū Deus poſsit cōcurrere ad cognitionē, & fieri præſens intellectui in ratione obiecti per ſe ipſum immediate, nō eſt quid ſpecies ſupleat: ergo &c.

§. 2.

Ponitur vera ſententia Scoti, circa poſsibilitatem ſpeciei, & eius fundamenta explanantur.

9. IN oppoſitum autem quoad quæſtionem de poſsibili, eſt Doctor ſubtilis in ſecundo diſt. 3. q. 9. lit. K. vbi hęc profert: *dico, quod comparando ad intellectū creatū, aliquo modo poteſt habere ſpeciem, quæ, ſcilicet, ita perfectè eſſentiam diuinā repræſentet, ſicut actus talis intellectus attingit, quod ſicut actus finitus poteſt habere obiectū ex parte ſui infinitum: & tamen actus immediatius attingit obiectum, quā ſpecies, ita ſpecies poteſt repræſentare obiectum infinitum ſub ratione infinita: non tamen ipſa eſt adæquata in eſſendo, nec in cognoſcendo ſimpliciter: quia ipſa non eſt principiū cōprehendendi.* Hoc idem docet in quodlibetis q. 14. lit. HH. & in 4. diſt. 49. q. 11. lit. H. ſequuntur Doctorē Aureolus apud Capreolū 1. p. q. 12. art. 2. Lychetus ſupra hanc lit. Scoti & alibi ſæpè P. Rada 1. p. contro. 0. art. 1. pater Herrera in 1. diſp. 7. 0. 9. & omnes Scotiſtæ, dēpto ſolūmodo Balloleo in 3. diſt. 14. q. 1. ar. 1. §. *dico igitur*: ex Ieſuitis autē Suar. 1. p. lib. 2. *de attributis negatiuis* cap. 13. Mol. 1. p. q. 12. ar. 2. diſp. 1. concl. 4. Vazquez 1. p. diſp. 38. cap. 2, & ſequentibus Gregorius de Valēcia 1. p. q. 11. *de modo, quo Deus cognoſcitur,* puncto 2. Hurtado lib. de anima diſp. 12. ſect. 2. & per ſequētes: ex veteribus autē tenent Alexāder Alēſis 2. p. q. 24. memb. 1. Ricardus in 3. diſt. 14. art. 1. q. 3. atque plures alij.

Aureolus. Lychetus. Rada. Herrera. Balloleus. Suarez. Molina. Vazquez. Valentia. Hurtado. Alensis. Ricardus.

10 Quo ad quæſtionē vero de facto eſt idē Doctor ſubtilis in 4. diſt. 49. q. 11. ante lit. D. cuius hæc ſunt verba: *nec rationes, per quas alibi oſtendit, quod ſpeciet nō requiritur in intellectu beati ad videndū Deum, concludunt, vt patebit alibi, quidquid ſit de cōcluſione*: quibus verbis Doctor expreſſe tenet, nō vt certum, ſed vt probabile, beatos de facto videre Deū per ſpeciē, quatenus indicat rationes in oppoſitū factas non cōcludere &c. In hoc autē ſequuntur illum Aureolus loco citato, et debent ſequi omnes Scotiſtæ, tenet expreſſe Ricardus vbi ſupra, et in 4. diſt. 49. ar. 3. q. 1.

11. Vt autem, quo ad vtrūque pūctum ſententia hæc intelligatur, et quæſtio poſsit diſſolui, obſeruare oportet 1. ex Doctore in citata q. lib. 2. litera O. quod mediū cognoſcendi duplex eſſe poteſt: aliud eſt enim mediū cognoſcendi cognitū: aliud vero mediū cognoſcēdi non cognitū: quæ duo predia vocantur, *in quo*, et *quo*. Primū cognoſcendi mediū ideo dicitur, *in quo*: quia pri⁹ debet cognoſci ipſum mediū, et in cognitione ipſius relucet principiū ad cognoſcendū obiectum repræſentatum ex illo. Sic imago Regis eſt mediū cognoſcēdi Regē: pri⁹ tamē cognoſcitur ipſa imago, quæ iam cognita ducit nos in cognitionē Regis, qui in ea relucet. ipſa tamen imago non eſt ratio cognoſcendi Regem nō enim vnitur intellectui per modum obiecti conſtituendo intellectum in actu primo ad producendā notitiam Regis; quam ob rem non dicitur medium cognoſcendi, *quo*, ſed in ipſa eſt quædam artificialis ſimilitudo obiecti: & ideo dicitur medium *in quo*: quia adhuc ipſa poſita ſine alio medio cognoſcendi

noſcendi, nõ cognoſcetur obiectum. Secundum vero cognoſcendi mediũ, iden dicitur non cognitum: quia non indiget prius cognoſci in ſe, vt cognoſcatur obiectum, quod repræſentat: & ideo dicitur *quo*: quia ipſum immediate vnitur potentiæ cognoſcitiuæ, & conſtituit illam in actu primo ad producendam notitiã obie 31: propterea que eſt ipſa ratio cognoſcendi. Rurſus illud primum medium, ſcilicet, *in quo*, eſt extrinſecum cognoſcenti, ſecundum verò, nempè medium *quo*, eſt ei intrinſecum: item primum dicitur mediatum: quia prius terminatur cognitio ad illud, quàm ad obiectum, vtpote ad imaginem, quàm ad Regem: ſecundum verò immediatũ: quia cognitio, eo ipſo quod eſt, terminatur ad obiectum: non verò ad ſpeciem.

12. Creari igitur poſſe aliquam imaginem deita 1s, per quam tãquã per ſimilitudinem Deus videri poſsit, quæ tamen ipſa in ſe ſit prius res cognita, & ad ipſam prima terminetur viſio, negat Scotus ibidem, & præſertim lit. N. & §. *ad aliud pro opinione ſecunda*: & poteſt facilime probari: quia tunc ſi in quãtũ cognita in ſe Deũ repræſentaret; conſequenter in ſe haberet eſſe infinitũ eiuſdẽ rationis cũ Deo, quod repugnat. Conſequẽtia autẽ patet; quia ſi ex cognitione ſui eſſe duceret beatũ in cognitionem Dei infiniti, deberet continere in ſua entitate, & cognoſcibilitate ipſum eſſe infinitũ: & in hoc ſenſu credo loquutum fuiſſe D. Tho. quando negauit poſsibilitatẽ ſimilitudinis repræſentantis Deũ, ſi Franc. à Victoria, & Vazquio fidem habemus: ipſi enim D. Thom. in noſtrã ſententiã adducere, hac interpretatione freti intendunt. Et profecto in hoc ſenſu videntur tantũ concludere eius argumẽta. Sed quidquid ſit de mente D. Tho. ſpeculetur Thomi ll ę: hoc tamẽ vnum certũ habemus in noſtra Schola, ſcilicet, de imagine aliqua, aut ſimilitudine per modũ imaginis, præſentem controuerſiam non procedere: ſed tãtum de ſpecie impreſſa, quæ eſt ratio cognoſcendi non cognita.

13. Species igitur intelligibilis impreſſa, ideo dicitur medium cognoſcendi non cognitum, quia in ſua entitate, & cognoſcibilitate non continet obiectũ, quod repræſentat: & ideo poteſt eſſe multu inferioris ordinis reſpectu illius entitatis, quam repręſentat, imò ſemper deficit ab illa entitate obiecti: Et ratio eſt: quoniam iſtud mediũ primo & per ſe eſt ratio cognoſcendi aliud à ſe, & ſic ſolũ habet ex munere repræſentare naturã eius, à quo cauſatur. Vnde, ex eo quod cauſatur ab obiecto, & eſt effectus illius, & non per vniuocationem in natura, ſicut filius eſt effectus patris: ſed tantum per vniuocationem in eſſe intelligibili, & intentionali: ideo hinc arguitur in ipſa ſpecie minoritas entitatis: qua propter ſubſtantia corporea perfectiſsima optime repræſentatur naturaliter in ſpecie, cuius entitas eſt formaliter accidẽs: nõ ergo ex hac parte repugnat, creaturam aliquam eſſe ſpeciẽ repræſentatiuam diuinæ eſſentiæ.

Tota igitur repugnantia, quæ ab aduerſarijs reperiri poteſt, nequit intelligi ob limitationem entitatis ſpeciei, nec quo ad eſſe ipſius ſpeciei in eſſe entitatiuo, ſed in eſſe repræſentatiuo. 14.

Exponitur repugnãtia quam Thomiſtæ inueniunt in cõſtituenda ſpecie.

Si autẽ ab illis interroges, qualiter hãc repugnantiã intelligant: reſpõdent in hoc cõſiſtere, ꝙ ſi Deus produceret illã ſpeciẽ, neceſſario produceret eam naturaliter repręſentantẽ ſe, ſiquidẽ ſpecies eſt naturalis ſimilitudo obiecti: rurſus ſi naturaliter repræſentaret Deũ, repræſentaret illũ ſecundũ vltimũ de potẽtia: & conſequẽter repræſentaret infinitũ, infinito modo: hoc tamẽ creaturę repugnat, vt patet. Nec valet; ſi dicamus illã ſpeciẽ à Deo fieri libere, & conſequẽter finitam fieri poſſe: quia eſto ꝙ Deus omnia ad extra libere, & contingẽter cauſet, nõ tamẽ ideo poteſt rerũ naturas immutare: ſicut cauſans hominẽ nõ poteſt non ipſum rationale cauſare, ſic ſi illam ſpeciem cauſaret libere, neceſſario cauſaret illam naturalẽ ſimilitudinẽ ſui: et cõſequẽter adæquatã ſibi: hoc tamẽ infert neceſſario infinitatẽ in illa: et ex cõſequẽti repugnantiã ad hoc, vt fiat.

Ad huius tamẽ ſolutionẽ obſeruare oportet ſecũdo ex D. in citata q. 9. d. 3 5.

lib. 2. quod adæquatio triplex intelligi poteſt: prima eſt entitatis ad entitatem, ſecunda repræſentantis ad repræſentatum abſolute in ordine ad obiectũ: tertia vero repræſentãtis ad repræſẽtatũ abſolute in ordine ad actũ, quẽ in potentia de tali obiecto poteſt elicere. Prima adæquatio eſt inter duas entitates eiuſdem ordinis, & rationis: ſic implicat, diuinam eſſentiam adæquari à creatura, ob ſui infinitatem, & cuiuslibet entitatis creatæ finitatem. Secunda eſt adæquatio inter repræſentans ad repræſentatum, quando obiectum repræſentatum relucet in repræſentante ſecundum omne id, quod eſt repræſentabile in ipſo obiecto: quæ adæquatio reperitur inter ſpeciem creatam, & obiectum creatum. Cum autem eſſentia diuina ſit repræſentabilis in infinitum, & nulla res creata poſsit illam adequare in infinitum: hinc eſt, quod inter diuinam eſſentiam, & creaturam, non poteſt talis adæquatio reperiri: neque propterea poterit Deus creare ſpeciem, quæ ſic adæquate repræſentet eius eſſentiam: ſed tantum diuina cognitio, & diuinum Verbum diuinam adæquat eſſentiam. Tertia autem adæquatio explicatur per ordinẽ ad cognitionem, quam intellectus poteſt habere de obiecto. Vnde cum intellectus beati videat de facto diuinam eſſentiam, ſicut eſt: non tamen in infinitum: ſicut illa eſt in infinitum viſibilis, ſed modo finito ſuæ facultati accõmodato, ſibique poſsibili: ſic in ordine ad talem cognitionẽ, & viſionem poteſt dari ſpecies creata, quæ Deum repræſentet: ita quod, licet repræſentet infinitum, non tamen illud in infinitum (hoc eſt, modo infinito) repræſentat: ſed in tantum Deum repræſentat intellectui creato, in quantum Deus eſt ab oculo creato viſibilis.

15 Hoc exemplificat Doctor in ſpecie albi perfectiſsimi in ordine ad oculum cæcucientem, reſpectu cuius licet ſpecies non ſit ita perfecte repræſentãs, ſicut ipſum album repræſentabile eſt, tamen perfecte repræſentat illud per comparationem ad actum, quem potentia elicere poteſt; quia ita perfecte repræſentat, ſicut requiritur ad habendum talem actum circa obiectum.

Sed obſtabis, ſpeciem illam albi perfectiſsimi ex ſe repræſentare album illud, quantum ipſum eſt repræſentabile: eo quod eſt naturaliter emiſſa ab obiecto, & eius naturalis ſimilitudo, licet potentia cæcutiens non illud, quatenus repræſentatum eſt in ſpecie, poſsit videre ob ſui debilitatem: alias enim diceremus in eiuſdem obiecti poteſtate eſſe inæquales ſui ſpecies cauſare, quod admitti non poteſt: non ergo ſe habet ex parte obiecti, nec ex parte ſpeciei, ſed ex parte potentię inęqualitas viſionis illius in cæcutiente, & bene vidente. Ad propoſitum ergo planè videtur peccare exemplum Scoti: quia licet à beato non videatur diuina eſſentia in infinitum, hoc abſolute prouenit ex limitatione potentiæ; nullatenus verò ex parte obiecti: ſiquidem illa ſpecies repreſentaret eſſentiam in infinitum, ſicut ipſa ſecundum ſe eſt in infinitum viſibilis. 16

Reſpondeo, quod cum receptum habeat ſe admodum recipientis, & ſpecies illa ab obiecto emiſſa recipiatur in oculo cæcutiẽte, hinc eſt, quod commenſuratur capacitati potentiæ: & in tantum repræſentat illi obiectũ, in quantum ipſa potentia poteſt elicere viſionẽ circa illud. Vnde reijciẽdi ſunt illi, qui tenent, ſpeciem ſuperioris Angeli exiſtentẽ in Angelo inferiori de ſe eſſe comprehenſiuam totius Angeli ſuperioris, quem repræſentat: at verò quia Angelus inferior non eſt comprehenſiuus ſuperioris, eoquod eſt minus perfectus, ideo nõ vtitur illa ſpecie ſecundum totam ſui repræſentationẽ, ſed iuxta minorem capicitatem ſui intellectus. Non inquam ſic opinantes audiendi ſunt: quia hoc ſine omni proſus fundamento cõfingunt: nã ſpecies datur commẽſurata virtuti intelligẽdi, & actui, ad quẽ ordinatur: alias enim ſuperflueret natura, tribuẽdo excellẽti* mediũ, 17

quam

quam poteſt eſſe finis, ad quem intrinſece ordinatur: non igitur eſt, cur admittatur in Angelo ſpecies ſufficiens ad actum ſibi impoſsibilem, nec ſimiliter in oculo cæcuciente admittenda eſt ſpecies validior, quam actus, qui poteſt elici à tali potentia. Vnde exẽplum Doctoris veriſsimum eſt, quo etiam vtitur Lychetus in ſecundo diſtin. 3. quæſtio. 9. §. *ad has ergo rationes.*

18. Eſto tamen, quod album emitteret ſpeciem comprehenſiuam ſui, & tũc tota inæqualitas ſpecierum ſe haberet ex parte potentiæ, non vero ex parte obiecti, ſiquidem æqualem mitteret ſpeciem reſpectu omnium potentiarum, quatenus eſt ex ſe: tunc etiam adhuc exemplum teneret: nam etiam prout ſic dicitur ſpecies dupliciter repræſentare, vel primo in ordine ad obiectum abſolute: & vt ſic, quidquid repreſentabile eſt in illo, repreſentat. Vel ſecundo in ordine ad potentiam, in qua recipitur: & vt ſic, tantum illi potentię cæcucienti repræſentat, quã tum ipſa poteſt videre de obiecto. Quo quidem gratis admiſſo etiam in hoc ſenſu ſaluatur veritas exẽpli Scoti, vt de ſe patet.

19. Sed contra: quia tunc ſimiliter erit in ſpecie illa diuinæ eſſentiæ: quæ licet in ordine ad potentiam creatam repreſentet diuinam eſſentiam modo finito, tamen in ſe ipſa in ordine ad obiectũ repræſentaret illam infinite. Et ſic ſemper habetur intentum, quod, ſcilicet, illa res creata, quæ eſſet ſpecies, eo quod infinitum infinito modo repræſentaret, infinita eſſet, & ideo impoſsibilis.

20. Soluitur facilimè hæc obiectio, diſtinguendo in ſpecie illa obiecti creati, vtpote albi, duplicem rationem naturalitatis; vnam, videlicet, quæ pertinet ad genus cauſæ efficientis: alteram vero, quæ pertinet ad genus cauſæ formalis: nam ſpecies illa, & naturaliter cauſatur ab obiecto, quod eſt eius cauſa efficiens, & eſt naturalis ſimilitudo obiecti, quod pertinet ad formalitatem ſpeciei, in quantum ſpecies eſt: Quã ob rem ſecundum hanc duplicem cauſalitatem dicit ſpecies duplicẽ reſpectum ad obiectum: primus eſt prædicamentalis, & ſeparabilis ab ſpecie: quia poterat hæc eadem numero ſpecies à Deo immediate produci, ſicut quæcũque alia entitas creata: ſecundus vero reſpectus eſt tranſcendentalis, & ex conſequenti inſeparabilis ab ſpecie: nam vt docet Doctor in 3. diſtin. 15. quæſtione vnica litera V. prope medium, reſpectus ſciẽtiæ ad ſcibile, eſt conſubſtantialis ſcientię: quod patet: quia ſpeciei, quatenus ſpeciei conuenit repræſentare obiectum: in obiecto autem, & reperitur ipſum eſſe quidditatiuũ obiecti, vtpotè albũ vt albũ; & reperiũtur grad⁹ albedinis, verbi gratia, vt octo. Quando ergo ſpecies eſt naturaliter producta ab ipſo obiecto, naturaliter repræſentat, non tantum ipſum eſſe quidditatiuum obiecti, ſed etiam omnes gradus intenſionis illius: quia eſt agens naturale, & conſequenter cauſat ſecundum vltimum de potentia. At vero, vt bène aduertit pater Herrera in primo diſputatione prima quæſt. 9. poſſet Deus producere (eo quod liberè agit ad extra) ſpeciem ipſius albi repræſentantem album illud ſecundum eſſe eſſentiale albi, abſque eo quod repreſentaret illud cum octo gradibus intenſionis, quos habet, ſed ſolum cũ quatuor gradibus. Tunc ſpecies illa non eſſet naturaliter cauſata: eſſet tamen naturalis ſimilitudo obiecti: quia licet non adæquaret totam intenſionem obiecti, naturaliter tamen repræſentaret eſſentiam obiecti ſaltim remiſsius: intenſius etenim, aut remiſſius repreſentare non variant naturalitatem repræſentationis, cum ibi ſaluetur ordo ad eſſe quidditatiuum obiecti.

In propoſito ergo eſt dicendum, 21.
quod ſpecies impreſſa repræſentans diuinam eſſentiam non eſſet naturaliter ab ipſa eſſentia, tanquam ab obiecto effectiue cauſata, cum nihil ad extra (vt dictum eſt) Deus naturaliter agat, ſed libere, & contingenter. Vnde iam in hoc conſtat in primis diſparitas rationis ſpeciei illi⁹ obiecti creati, & ſpeciei diuinæ eſſentiæ. Quare licet reſpectu obiecti creati ſpecierum

inæqualitas (prout ab ipſis obiectis
cauſantur) ſolum ſe habent in ordine
ad potentiam, non verò ex parte ob-
iecti: tamen inęqualitas ſpeciei repræ
ſentantis diuinam eſſentiam, non ſo-
lum ſe habet in ordine ad potentiam,
ſed etiam ex parte obiecti, quatenus
effectiue cauſantis: quia poteſt Deus
cauſare ſpeciem repræſentãtem ſe in
vno inęqualem illi, quàm cauſat in al
tero: quæ nihilominus ſpecies in vtro
que repręſentabunt eandem diuinã
eſſentiam infinitã primario ſecundũ
eſſe quidditatiuum, & ſecundario
ſecundum eſſe attributale & perſo-
nale: ſed tamen finito modo: quia quã
uis illa eſſentia ex ſe ſit viſibilis in in-
finitum: hãc infinitatem modi poteſt
limitare diuina voluntas cauſans effe
ctiuè ſpeciem illam ſuplendo efficiẽ-
tiam obiecti. Rurſus, licet huic ſpeciei
deficiat iſte reſpectus cauſæ efficien-
tis ad obiectum: quia non cauſatur im
mediatè ab eſſentia tanquam ab obie-
cto effectiue cauſante, ſed à diuina vo
luntate: non tamen ſibi deficit reſpe-
ctꝰ cauſalitatis formalis, vtpotè ad ob
iectum, quod repræſentat nempè, ad
ipſam diuinam eſſentiam: quia ergo
hic reſpectus formaliter cõſtituit ſpe
ciem in ratione ſpeciei: & ratio forma
lis ſpeciei eſt naturaliter repræſenta-
re obiectum, ideo hæc ſpecies creata
naturaliter repræſentaret diuinam eſ-
ſentiam, eſſetque naturalis ſimilitudo
illius.

Species creata eſſet naturalis ſimilitudo Dei.

22. Porrò hac ſpecie poſita, nõ propte
rea excuſaretur diuinæ eſſentiæ præ
ſentia: quamuis enim ipſa eſſentia,
etiam prout pręſens in ſpecie reluce-
ret, & vt ſic moueret intellectum, non
tamen vt ſic relucens in ſpecie termi
naret eius viſionem: ſed ipſa eſſentia
prout in ſe eſt, requirebatur vt præ-
ſens ad terminãdam illam: & ideo hęc
ſpecies in ſe non eſſet ſufficiens prin
cipium ad beandum hominem: quia
adhuc ipſa poſita, deficeret termina-
tio ipſius Dei, qui per ſe, & in ſe ipſo
ſolus eſt potens animam beare. Hæc
patent ex Doctore in tertio quæſtio-
ne, & loco iam citato, vbi inquit, quod
reſpectus cognitionis intuitiuæ ad ob
iectum dupliciter conſiderari poteſt,
vel, ſcilicet, in ratione mouentis, vel
in ratione terminantis. Reſpectus ad
obiectum in ratione mouentis eſt ac-
cidentalis tali cognitioni: quia huiuſ-
modi motio poteſt ſupleri a Deo, cũ
pertineat ad genus cauſæ efficientis:
atqui reſpectus ad obiectum, vt in ſe
eſt exiſtens, & præſens in ratione ter-
minantis, eſt ſubſtantialis, & eſſentia
lis ipſi notitiæ, ſeu cognitioni, ſine
quo nec per Dei potentiam talis cog-
nitio eſſe poteſt.

Ex hoc tamen inferri videbi-
tur forſan, ſpeciem illam ſuper-
fluere, eſto, quod poſsibilis eſſet, ac
ideo nullatenus eſt, cur illam de fa-
cto, nec etiam probabiliter admitta-
mus: nam ſi etiam ipſa poſita, neceſſa-
ria eſt ipſius diuinæ eſſentiæ præ-
ſentia, vt terminet viſionem: ad quid
(quęſo) deſeruire poteſt ſpecies, cum
diuina eſſentia ſe ſola poſsit per ſe ip
ſam immediate, vel mediante volun-
tate, intellectum creatum mouere: &
aliàs ipſa ſpecies ſe ſola ſine eſſentia
non ſit ſufficiens ad viſionem bea-
tam? ſpecies enim ſolum ideo poni-
tur, vt ſuppleat vicem obiecti, prout
expreſſe tradit Doctor in quarto di-
ſtinctione 49. quæſt. vndecima litera
G. his verbis. *Si obiectum in ſe præſens
ſufficit ad actionem viſionis quantum ad
illud, quod requiritur ex parte obiecti, tũ o* 23.
non requiritur ſpecies.

Dico, quod ſecũdũ eũdẽ Scotũ in
ſecũdo diſtinctione tertia quæſtione
nona ſub litera O. in fine, non tantum
propter hoc, vt obiectum ſit præſens
animæ, & ſpecies in anima: ſed etiam
vt actus ſit in poteſtate operantis.
Quod ad propoſitum applicãdo, ſic
ego intelligo, vt ſit ſenſus: non ſolum
ſpecies ponitur, vt ſuppleat vicẽ ob-
iecti, cum etiam poſsit obiectum
fieri per ſe ipſum præſens potentiæ;
ſed vt conſtituat potentiam intrinſe
ce in actu primo potentem elicere a-
ctum ſecundum: nam licet obiectum
poſsit per ſe vniri potẽtię, hoc erit ex
trinſecè per intimam ſui pręſentiam:
non tamen ob id potentia erit intrin-
ſecè conſtituta in actu primo in ratio
ne potentiæ: ſed tantum extrinſecè.
Modus autem connaturalis operan-
di

di potentiæ eſt per vnionem intrinſecam ſpeciei. Sicut ergo quamuis poſsit Deus per extrinſecum ſuæ gratiæ auxilium ſupplere vicem charitatis, hoc eſt per ſe ipſum intimè aſsiſtẽtem, & auxiliantem ad actum charitatis eliciendum: quia tamen connaturalis modus eliciendi actum charitatis, eſt per habitum charitatis intrinſece conſtituentem voluntatem in ratione potentiæ operatiuæ reſpectu actus charitatis eliciendi: ideo ponimus habitum charitatis in voluntate: ſic licet diuina eſſentia poſsit per ſuam intimam pręſentiam ſine ſpecie reddere intellectum potentem ad eliciendum actum viſionis beatæ: quia tamen connaturalis modus viſionis intellectus eſt per ſpeciem, per quam intrinſece conſtituitur potens in actu primo ad viſionem eliciendam: ideo probabiliter ponimus in intellectu beati ſpeciem, per quam de facto Deum intuetur. Vnde ad locum Scoti ex quarto reſpondeo, loquutum fuiſſe de illo, quod præciſe requiritur ad viſionem, non verò de modo connaturali videndi iuxta expoſitionem prædictam.

25. Tandem obſeruare oportet, inmaterialitatem ſpeciei intelligibilis non eſſe ſummendam ex immaterialitate obiecti, quod repræſentat, ſed ex proportione ad intellectũ, cui vnitur: repręſentatio enim non participat entitatem repræſentantis: quia inter ſpeciem, & obiectum non eſt relatio ſimilitudinis, aut conuenientiæ fundata in vnitate ſpecifica eiuſdem naturæ, & formæ, ſicut ſimilitudo duarum albedinum: ſed eſt ſimilitudo repræſentationis, quæ pertinet ad relationem menſurati, & menſuræ. Vnde ad hoc, quod eſt repræſentare obiectum, accidit ſpeciei, quod ſit materialis, vel non: & hoc planè conſtat in Phyloſophia: quia ſpecies ſenſibilis lapidis eſt materialis: ſpecies verò intelligibilis eiuſdẽ lapidis eſt immaterialis cum tamen vtraque idem prorſus obiectum repræſentet. Tota igitur immaterialitas ſpeciei ſumitur ex proportione ad potẽtiam, quã informat.

26. Ex his prouenit, quod cum obiecta intelligibilia quædam in proportionãtur intellectui per exceſſum materialitatis, vt puta ſubſtantię corporeæ, aliæ verò per receſſum, vt ſunt entia rationis: intellectus autem ſit medius, qui eſt immaterialior primis, materialior vero ſecũdis: vtraque debent fieri proportionata per ſpeciẽ. & ſic priora obiecta fiunt immaterialia in ſpecie intelligibili: poſteriora vero fiunt magis materialia in ſpecie entis realis, per quam, & non per propriam, cognoſcuntur. Cum igitur diuina eſſentia ſit actus purus ſpiritualiſsimus, ad hoc vt proportionetur intellectui creato, debet repræſentari in ſpecie materialiori ſe, quæ ſpeciei materialitas nullatenus pugnat cum repręſentatione ipſius: cũ vniuocatio, & ſimilitudo ſpeciei ad obiectum (vt dictũ eſt) non fundetur in vnitate naturæ. Ex quibus ſatis conſtat, perperam Thomiſtas quoſdã velle ſpeciẽ in vniuerſum debere eſſe immaterialiorem obiecto: ex quo deducebant, ſpeciem diuinæ eſſentiæ debere eſſe immaterialiorem ipſa diuina eſſentia. Ex dictis quoque contare poteſt, quod ſpecies illa Angeli ſuperioris (de qua ſuper loquebamur) recepta in inferiori commenſuratur ei in ſubtilitate, & immaterialitate: quia quod recipitur, admodum recipientis recipitur, & proprietas eſt accomodata naturæ, cui ineſt: Angelus vero inferior non eſt immaterialior, imò eſt minus perfectus ſuperiore: ergo &c.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

DIS præhabitis difficultatẽ concludendo, dico primo, quod repugnat poſſe creari à Deo aliquam ſpeciem, quæ eius eſſentiam adęquatè repræſentet. Cõcluſio hęc eſt expreſſa Doctoris, & D. Thomæ, cõmuniſq; apud omnes. Quę probatur: quia repugnat infinitum creari, ſicut repugnat, Deũ 27. 1. concluſ.

non eſſe vnum: ſed ſi talis ſpecies crearetur, eſſet infinita: quia eſſet cõprehenſiua Dei: ergo &c.

28. *2. concluſ.* Dico ſecundo, quod eſt dabilis ſpecies creata impreſſa adæquatè repræſentans diuinam eſſentiam adæquatione deſumpta ex ordine ad actum, quem potentia poteſt dicere. Concluſio hæc eſt expreſſa Doctoris, & omnium, quos pro eius ſententia retulimus. Probatur primo efficaciſsime: nã in clara Dei viſione beati producunt ſpeciem expreſſam, quæ eſt naturalis ſimilitudo Dei, & ipſum Deum repræſentat, ſicuti eſt: ergo non repugnat in intellectu beati produci ſpeciem impreſſam, quæ ſit naturalis ſimilitudo illius, & ipſum repræſentet, ſicuti eſt.

29. *Cayetanus Ferrara. Henricus.* Hæc ratio ita opprimit aduerſarios, vt ipſos, & ſi in concluſione vnanimes reperiat, in varias tamen ſolutiones faciat eſſe diuiſos. Cayetanus etenim, Ferrarienſis 3. contra gent. cap. 49. et plures alij Thomiſtæ ſequentes Henricum non inuenientes ſolutionem conſequentiæ: antecedens illud abſolutè negant, dicentes, viſionẽ claram beatorum non eſſe ſimilitudinem Dei, nec ipſius ſpeciem expreſſam, ſeu verbum repræſentatiuum Dei producere. Et profecto inter aduerſarios Scoti iſti ſolummodo (vt arbitror) conſequenter reſpondent: cõcedere enim ſpeciem expreſſam, & negare poſsibilitatem impreſſæ, eſt ab omni prorſus Phyloſophia alienum: & ideò iſti hac neceſsitate oppreſſi concedendi conſequentiam, antecedens negarunt: at qui antecedens illud, vltra quod eſt ex multorũ ſanctorum Patrum teſtimonijs roboratum, rationibus poterit demonſtrari. Sed quia de hac re agit ſequens difficultas, huius ſententiæ impugnationem illuc differre neceſſum eſt.

30. *Solutio Capreoli.* Capreolus vero in 1. diſt. 27. quæſtion. 2. art. 7. ad 8. & Sotus in 4. diſtin. 49. quæſt. 2. art. 3. & alij admittentes illud antecedens eſſe verum, conſequẽtiam negant, inueſtigantes varia differentiarũ genera inter ſpeciem impreſſam, & expreſſam: immò & Ferrarienſis primo contra gent. cap. 53. a prima declinauit ſententia, & hanc ſequitur. Sotus igitur (inquit) quod cũ ſpecies impreſſa ſubſtituatur loco obiecti, tanquam cognitionis principium, debet eſſe ipſo obiecto purior, & ſpiritualior: at cum ſpecies expreſſa non ſubrogetur in locum obiecti, cum ſe habeat ex parte potentiæ, non oportet: quod ſit purior obiecto: cũ igitur nulla creatura poſsit eſſe purior, & ſpiritualior Deo, nulla poteſt eſſe ſpecies impreſſa illius: licet benè ſpecies expreſſa à beatis producta ſit eius naturalis ſimilitudo.

31. *Impugnatio ſolutionis.* Sed mehercle hoc diſcrimen non euacuat vim argumenti cum ex nuper dictis num. 26. habeamus ſpeciem non debere eſſe ſemper puriorem, aut immaterialiorem ſuo obiecto: & ideo licet loco obiecti ſubrogetur nõ propterea ſpiritualior debet eſſe illo: quod ſatis ibi oſtẽditur: & eſto quod ſpecies deberet eſſe immaterialior obiecto in vniuerſum: hoc nulla alia ratione neceſſarium eſſet, niſi vt obiectum alias materiale proportionaretur mediā ſpecie intellectui, qui eſt potentia ſpiritualis. Sed tunc cur magis requirebatur ſpiritualitas, & immaterialitas ſpeciei impreſſæ, quàm expreſſæ, cum vtraque ſpecies recipiatur in eodem intellectu, qui reſpectu vtriuſque eſt æque potentia ſpiritualis? Profecto hæc differentia eſt omnino arbitraria, & ſine fundamento: nam vel prouenit ex ordine ad obiectũ, quod reſpicit vtraque ſpecies: & ex hoc nequit prouenire: quoniam idem prorſus obiectum relucet, tam in ſpecie impreſſa, quam expreſſa. Nec per ordinem ad potentiã: quia tunc ſi vna eſſet ſpiritualior altera, proculdubio expreſſa eſſet ſpiritualior, quàm impreſſa: quia hæc tantum eſt ſpiritualis: quia eſt receptibilis in potentia ſpirituali: illa verò, & recipitur in potentia ſpirituali, ſicut quæcumque alia operatio intellectus, & eſt producta à potentia ſpirituali, ſpiritualiſsimo modo producendi.

32. *Alia ſolutio Ferrarienſis.* Aliud non minus friuolum diſcrimen conſtituit Ferrara dicens, quod & ſi poſsit dari ſpecies creata expreſſe, quæ ſit ſimilitudo formalis Dei: tamen

Digitized by Google

men neceſſarium eſt, quod huiuſmodi ſimilitudo immediatè procedat ab ipſa Dei eſſentia: quia nulla res creata poteſt conferre propriam ſimilitudinem Dei tali ſpeciei expreſſæ, niſi Deus ipſe: & ideo dari poteſt ſpecies expreſſa repræſentãs Deum immediate manans ab ipſa Dei eſſentia vnita per modum ſpeciei: nõ vero ſi manaret ab aliqua ſpecie impreſſa creata. Et ſi redarguamus contra ipſum: ergo ſicut poteſt dari ſpecies expreſſa, immediate manans à Dei eſſentia vnita in ratione obiecti, etiam poteſt dari ſpecies impreſſa, quæ immediatè dimanet ab ipſa Dei eſſentia: reſpondet negando conſequentiam: Cuius ratio eſt: quia illa poſita, ſequeretur ſpeciem expreſſam non eſſe immediatè à Deo, ſed ab hac ſpecie impreſſa creata, & obid, & non ob aliud repugnat impreſſam fieri, & non expreſſam.

33 *Impugnatio prædictæ ſolutionis.* Verùm enim vero effugium Ferrarienſis eſt ſolum petitio principij, quia in eo, quod aſſumitur vt impoſſibile, non oſtendi poteſt aliqua ratio repugnantiæ, quia hæc repugnantia vel oritur ex ratione formali repræſentandi, vel ex efficientia huius ſpeciei. Ex primo non repugnat perſe, in quo aduerſaris Diuo Thomæ, qui totam repugnantiam conſtituit in hoc, quod eſt non poſſe dari vnam qualitatem creatam, quæ ſit propria Dei ſimilitudo, & tu iam fateris, qualitatem illam expreſſam eſſe propriam ſimilitudinem Dei. Quod autem ex ſecundo repugnare non poſſit, euidenter conſtat: quia ſi ſimilitudo expreſſa poteſt immediate manare à Deo, à fortiori poterit impreſſa: cum hæc ſit habitualis, illa vero actualis: habitualis autem minus perfectè repræſentat obiectũ, quàm actualis. Reſpondet tamen Ferrara, hanc repugnantiam prouenire, non ex vnaquaque ratione ſeorſum, ſed ex coniunctione vtriuſque: quia, ſcilicet, ex illa duplici ſpecie nõ ſtaretur vna perfectiſsima ratio repræſentandi, quæ ideo impoſsibilis eſt. Sed hæc reſponſio eſt manifeſtè inanis: quoniam illæ ſpecies non componerent vnam formam, ſicut nec modo in creatis cõtingit, ſpeciẽ impreſſam, & expreſſam vnam formã componere: ſunt etenim diuerſarum rationũ, cum prima ſit habitualis, & in actu primo: ſecunda vero actualis, & in actu ſecundo. Et præterea: quia prius non pendet à poſteriori: igitur non repugnat, Deum creare ſpeciem impreſſam ex hoc præciſe, quia alia expreſſa ſimul cum illa perfectior eſſet, quàm ſi ne illa: iam enim adminus concedere debet impreſſam fieri poſſe, ſi ad illã non ſequeretur expreſſa. Cum ergo accidat ſpeciei impreſſæ, expreſſam manare ab illa, ſicut effectus accidit ſuæ cauſæ (præſertim quando realiter diſtinguuntur) poteſt Deus producere ſpeciem impreſſam, & per modum non concurrere ad productionem expreſſæ: ergo ſi tota repugnantia conſiſtit in hoc, quod ſimul cum expreſſa perfectior eſſet: ſicut nõ repugnat, cauſam eſſe ſine effectu, ſic non repugnat, Deum creare ſpeciẽ impreſſam, quin concurrat ad productionem expreſſæ: ergo abſolute non repugnat ſpeciem impreſſam creari.

Bartholomeus verò à Torres Canarienſis Epiſcopus tractatu de Trinit. quæſt.27. diſp.5. dubio 4. aliud aſsignat diſcrimen dicens, ſpeciem expreſſam beare hominẽ formaliter; impreſſam vero effectiue: ſicut igitur non repugnat, habitũ gratiæ ſanctificare formaliter hominem, repugnat tamen ſanctificare illũ effectiue, quia hoc eſt ſolius Dei: ita non repugnat, ſpeciem expreſſam formaliter hominem beatificare: repugnat tamen creaturam aliquam eſſe, quæ hominem effectiue poſsit beare. 34. *Solutio Canarienſis.*

35. *Confutatio prædictæ ſolutionis.* Verùm hæc ſolutio merito ab alijs Thomiſtis reijcitur: quia, vt omnes Theologi vnanimiter concedunt, lumen gloriæ ſimul, & intellectus creatus conſtituunt vnum tale principiũ effectiuum viſionis beatæ, & non ob id tollitur, quod beatificatio ſit effectiue à Deo. Vnde ad ſimile de iuſtificatione facilis eſt ſolutio: quia repugnat, creaturam aliquam per propriam virtutem poſſe effectiuè aliquam iuſtificare: non verò repugnat id poſſe virtute à Deo participata: nam actus

cha

charitatis, quia volũtate creata, & habitu charitatis creatæ elicitiuè procedit, etiã ſuo modo effectiue ſactificat.

36. *Aliorum ſolutio.* Aliud diſcrimen eſt recentiorum quorundam, quod, ſcilicet, ſpecies impreſſa cum ſit naturalis ſimilitudo obiecti, debet à Deo naturaliter emanare: & ideò Deum infinitè repræſentaret, & ob id eſſe infinita in eſſendo: quia ſolum res infinita in eſſendo poteſt Deum infinitũ infinito modo repræſentare: at vero ſpecies expreſſa licet Deum repræſentet, non tamen ipſum repræſẽtat infinito modo, quia Deus libere, & non naturaliter cooperatur illi: & ideo voluntas diuina limitat viſionem beatam.

37. *Impugnatio.* Hoc tamen diſcrimen ſatis impugnatum eſt ſupra n. 21. vbi oſtẽdimus, Deum non naturaliter, ſed liberè concurrere ad productionem ſpeciei impreſſæ, ſicut ad expreſſam: & ideo ſicut per voluntatẽ diuinã liberè operantẽ ad extra limitatur ſpecies expreſſa, ſic etiam poteſt limitari impreſſa.

38. *Recẽtiorũ ſolutio.* Alij tandem nouiſsimè cõſtituunt differentiã inter vtramq; ſpeciẽ, ex hoc ꝙ ſi daretur ſpecies impreſſa, fieret à ſolo Deo: & cũ eſſet repræſentatiua ſui, non haberet, vnde limitaretur, & ideo infinita, & interminata maneret: at verò ſpecies expreſſa, cum non fiat à ſolo Deo, ſed à Deo cooperante intellectui creato, qui finitus, & limitatꝰ eſt: & Deꝰ cooperetur potẽtijs creatura ũ, iuxta earum limitatas facultates: hinc eſt, ꝙ ab ipſo intellectu creato habet ſpecies impreſſa, ꝙ terminetur, & limitetur fine. Hæc eſt hodie ſolutio plauſibilior in Scholis pro Thomiſtarum ſententia.

39 Poterat quidẽ hæc Thomiſtarũ reſpõſio confutari, ſicut præcedens, ex libertate Dei libere operantis in productione ſpeciei impreſſæ, quę Dei libertas illã limitat, ſicut expreſſã, itẽ poterat impugnari ex poſsibilitate productionis ſpeciei expreſſæ immediatè à ſolo Deo: quia tamẽ hoc eſſet petitio principij: nã tunc aſſumptũ reſtaret probandũ, ideo hoc remittitur vſq; ad difficul. 16. vbi latè oſtenditur, Deum ſe ſolo immediatè poſſe producere ſpeciẽ expreſſam, quæ eſt formaliter ipſa viſio beata, vel tãquã, ipſa forma actus videndi beatifici. Ex cuius probatione euidenter deſtruitur aſsignata diſparitas, ſiquidem in caſu, quo Deus produceret dictã ſpeciẽ expreſſam, nõ haberet tũc intellectũ creatũ ſui effectiuũ, à quo limitaretur, igitur, vel eſſet infinita talis ſpecies (quod abſurdũ eſt) vel limitaretur tantũ à libertate diuinæ voluntatis illam adæquatè producentis. Cũ ergo nõ ſufficeret eadẽ libertas ad limitãdam ſpeciẽ impreſſam: profectò ſufficiẽtiſsimẽ manebat prædicta ſolutio cõfutata. Sed illã vlterius ſic impugno: nã tota ratio repugnantiæ prædicti diſcriminis ſolũ ponitur ex parte cauſæ limitantis, nõ vero ex parte repræſentationis vtriuſque ſpeciei. Ex quibus duabus rationibus prima eſt extrinſeca effectiui, ſecunda vero formalis, & intrinſeca: ſi ergo nõ repugnat, hanc ſpeciẽ expreſſam repreſentare infinitũ, licet ſit ab intellectu creato limitata: cur non poterit etiã ſpecies impreſſa repræſentare idẽ infinitum, poſita eadẽ prorſus limitatione à volũtate Dei liberè limitante, cũ ſit certũ axioma inter Theologos, quodquid poteſt Deus facere cũ cauſa ſecũda poteſt facere ſe ſolo? Si enim aliqua implicatio ibi eſſet, profectò haberet ſe ex parte repræſentationis (quæ vt dixi) pertinet ad formalitatem ſpeciei: at vero ex parte cauſæ efficientis nulla adeſt ratio limitandi ex parte intellectus creati, quã Deus ſuplere nõ poſsit. Ad cuius euidẽtiã retorqueo argumentum contra Thomiſtas: nam vt viſum eſt ſupra numerꝰ 14. ponunt, quod & ſi Deus poſſit creare hominem libere, ſicut quilibet homo poteſt aliũ hominẽ generare, nõ tamẽ poterit Deus creare hominẽ, quin ſit animal rationale, ſicut eſt homo genitus ab alio homine: quia variatio cauſæ efficientis nõ tollit rationẽ intrinſecæ formalitatis: ergo ſicut concurrens Deus cũ intellectu creato ad productionẽ ſpeciei expreſſę, illã producit ſimul cũ intellectu creato finitã, etiã ſi repræſentet ſui eſſentiã. ſic etiã poterit eãdẽ ſpeciẽ ſe ſolo creare cũ eadẽ limitata repræſentatione ſuæ eſſentiæ: ſiquidẽ dicta repræſentatio pertinet ad formalitatẽ ſpeciei: variatio verò cauſalitatis effectiuæ eſt illi extrin-

extrinſeca: quod ſi poteſt expreſſā ſic limitatā creare: ergo multo magis ex inde infertur poſſe creare impreſſam, quàm expreſſam: quia hæc aliquid vitalitatis videtur includere, non tamē illa. Relinquitur ergo diſcrimē ſupra aſsignatū à Thomiſtis nullatenus vim argumēti ſupra poſiti euacuare.

40. Iam ergo ſecundo demonſtratur concluſio per illam rationem 3. concluſ. difficultatis præcedentis de raptu B. Pauli, quæ ponitur num. 29. Sed illi fortiſsimo argumento reſpondet Caietanus 1. part. q. 56. art. 3. prope finem, non potuiſſe in Paulo remanere ſpecies diuinæ eſſentiæ: ſed ſolum rerum viſarum in eſſentia. Vnde Paulus non meminit poſt raptum diuinæ eſſentiæ: niſi inconfuſo: ſed rerum viſarum meminit, quia earum remanſerūt ſpecies in intellectu ipſius.

41. Sed cōtra: quia aut diſtinctè recordabatur Paulus illius actus, quo viderat diuinam eſſentiam, aut non. Si ſecundum dicas, tunc non fuiſſet certus de illa viſione, quod plane falſum eſt: quia iam non potuiſſet affirmare ſe illam vidiſſe, dicens. *Et ſcio huiuſmodi hominem quoniam raptus eſt ad Paradiſum, & audiuit arcana Dei &c.* Quæ viſio arcanorum non poteſt tribui rebus creatis viſis in eſſentia: de illis etenim plane licebit homini loqui: ergo primum neceſſario eſt dicendum: ergo diſtinctè recordabatur diuinæ eſſentiæ viſæ. Conſequentia patet: quia nō poteſt eſſe clara, & diſtincta recordatio alicuius actus ſuę notitiæ, niſi fiet recordatio obiecti eius: quod patet ex Scoto in 4. diſt. 45. q. 3. lit. C. vbi docet, quod actus memoriæ recordantis terminatur ad duplex obiectum. Primo, ſcilicet, ad ipſum actum præteritum, ſupra quem reflectitur, & actus ille præteritus dicitur obiectum primū recordationis illius: quia ad ipſum immediatè terminatur illa recordatio. Secundo autē terminatur ad obiectū ipſius actus præteriti: & hoc tale obiectum dicitur obiectum remotum talis recordationis. Tunc argumē tum vrget ſic. Habuit D. Paulus diſtinctam notitiam illius viſionis in raptu, vt ex citatis verbis ipſius conſtat: ſed diſtincta notitia illius viſionis neque

Nota ex Scoto, quid ſit obiectū memoriæ recordanti.

eſſe ſine diſtincta notitia obiecti talis viſionis: alias enim viſio non cognoſceretur diſtincte per recordationem: quia diſtincta cognitio cognitionis, includit diſtinctam cognitionem obiecti ipſius, cum obiectum ſit formale ſpecificatiuum eius: ergo cum diuina eſſentia fuerit obiectū viſionis illius recordatus eſt Paulus diuinæ eſſentiæ diſtincte: ſed non eſt, nec poteſt eſſe talis recordatio diſtincta, niſi per ſpeciem: ergo &c.

Dico tertio, probabile eſſe diuinam eſſentiam de facto vniri per ſe immediatè intellectui creato in ratione obiecti intelligibilis ad viſionem beatā. Cōcluſio hęc communior eſt in Scholis: & qui eam tenuerit, non contradicit Scoto: quoniam non eſt locus expreſſus ipſius, in quo oppoſitā abſolute teneat, ſed tantum ait (vt viſum eſt in litera) *non conuincere ad id rationes factas*: imo credo hanc eſſe mentem Scoti: expreſſè enim hanc concluſionem docet in 4. diſt. 49. quæſt. 11. lit. G. his verbis. *Si autem obiectum in ſe præſens ſufficit ad actionem viſionis cauſandæ, quantum ad illud, quod requiritur ex parte obiecti: tunc non requiritur ſpecies.* Quibus verbis euidenter ſupponit Doctor, tāquam probabile, poſſe diuinam eſſentiam immediate vniri intellectui beati in ratione obiecti, abſque eo quod interſit ſpecies impreſſa. Probatur hæc concluſio ratione deſumpta ex D. Thoma: quia, ſcilicet, diuina ſubſtantia eſt obiectum maxime intelligibile in actu: ergo poteſt per ſe ipſam vniri intellectui: ſed data hac poſsibilitate, non eſt cur multiplicentur principia ſine neceſsitate: ergo ſine ſpecie videtur de facto diuina eſſētia à beatis 42. 3. concluſ.

Dico quarto probabilius eſſe diuinam eſſentiam de facto videri à beatis per ſpeciem intelligibilē impreſſam creatam. Concluſio hæc eſt conformior verbis Scoti, vt patet in litera, quam tenet Aureolus, vt viſum eſt ſupra, & eſt plurium Scotiſtarum: habeturque expreſſè à Doctore loco proxime citato, vbi loquendo de formis ſupernaturalibus præcedentibus viſionem, inquit. *Vna correſpondens obiecto, ſcilicet ſpecies intelligibilis in memoria*: tenet Vazquez inter alios 1. p. 43. 4. concluſ.

d.ſp.

diſp.43.ca.7.& 8.quæ concluſio probatur ex ſuppoſitione cõcluſionis ſecũdæ,quod,ſcilicet,poſsibile eſt Deũ videri per talẽ ſpeciem,ex quo ſic.Videri obiectum per ſpeciem eſt videri modo connaturali intellectui creato: ſed probabilius eſt Deum videri ab intellectu creato,modo ſibi connaturali,quàm modo nõ accommodato nec connaturali ipſi intellectui,ſiquidem Deus non extrahit intellectum à modo connaturali operandi, quando id fieri nõ repugnat:ergo probabilius eſt Deum videri de facto per ſpeciem.

§.4.

Soluuntur argumenta primæ ſententiæ.

44. *Ad argumenta pro prima ſententia & ad primum.* AD argumenta ergo pro prima ſententia reſpondeo, & ad primũ D.Thomæ,facilis eſt ſolutio aduertendo,D.Dyoniſium ibi tantum negaſſe naturas rerũ inferiorum poſſe repræſentare res ſuperiores,vt pote, hominem cognoſci per Leonem,ſeu Angelum per hominem,aut Deum per naturam Angeli:quia ens perfectius nõ quit cognoſci per id,quod minus perfectum eſt:non enim habet ſpecificã vniuocationem cum illo in ſua entitate: & eſto,quod loqueretur ibi,non de rebus ipſis, ſed de ſimilitudinibus rerum, id etiam ſentit; videlicet non poſſe per ſpeciem repræſentantẽ equum cognoſci hominem, & conſequenter per ſpeciem repræſentantẽ rem creatam repræſentari, & cognoſci Deum:quod nos libenter fatemur: atqui ſpeciem, quę eſt in ſe entitatiue res creata,poſſe eſſe primo, & per ſe repræſentatiuam Dei:hoc non negauit D.Dyoniſius,nec ex eius propoſitione infertur.

45. *Ad 2.arg.* Ad ſecundum eadem ſolutione pater reſponſio : quia & ſi nulla forma creata ſit ſuum eſſe,ſicut diuina eſſentia eſt ſuum eſſe:non ob id repugnat, quod aliqua forma creata poſsit repręſentare obiectum,quod eſt ſuum eſſe: ſi enim requireretur entitatiua æqualitas inter ſpeciem, & obiectum,non daretur ſpecies hominis,cum talis ſpecies ſit accidens:homo vero ſubſtãtia: Vnde argumentum procedit de cognitione Dei per cognitionem entitatis creatæ,vt dictum eſt ſupra.

Ad tertium poterat reſponderi,ſicut ad primum:eſt enim potius declaratio ſolutionis illius,quàm nouũ argumentum.Sed adhuc cõcedo,quod eſſentia eſt aliquod incircunſcriptũ: omnis autem forma creata eſt determinata ſecundum aliquam rationem determinatam : ſed hoc intelligi debet in eſſendo,non tamẽ in repræſentando.Et ſi dicas, quod eſſe ſpecificũ entitatiuum ſpeciei,eſt repræſentare: ergo ſi in eſſendo eſt determinata talis ſpecies,etiam in repræſentando determinata erit, hoc eſt,repræſentabię rem finitam,non vero infinitam. Reſpondeo, quod eſſe repræſentatiuum ſpeciei,poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet,pro reſpectu ipſo repræſentationis,qui eſt ordo quidam ad obiectum: vel ſecundo terminatiuè, hoc eſt pro ipſomet termino, & obiecto,quod reſpicit.Primo modo eſt limitatum illud eſſe repræſentatiuum; quia eſt idẽ realiter cum ipſa entitate ſpeciei:& ideò habet determinato, & finito modo repræſentare Deum.Secundo modo eſt ipſemet Deus, quem reſpicit ſpecies: ſed hoc eſſe,eſt extrinſecum ſpeciei, & non infert infinitatem in ipſa. 46. *Ad 3.arg.*

Ad quartum reſpondetur, quod inter ſpeciem,& Deum eſt proportio ſimilitudinis obiectiua,de qua ſatis dictum eſt ſupra in difficultate 22. 47. *Ad 4.arg.*

Ad quintũ reſpõdetur per id,quod dictũ eſt ſupra ſub nu. 14.dari,ſcilicet, ibi adæquationẽ,nõ abſolutã,ſed in ordine ad actũ,quẽ potẽtia poteſt elicere.Quę optime ſaluatur cũ hoc,ꝙ ſpecies illa ſit naturalis imago, & ſimilitudo Dei modo expoſito, abſq; eo ꝙ ſit comprehenſiua illius. 48. *Ad 5.arg.*

Ad ſextum reſpondeo,ꝙ ſpecies intelligibilis,& obiectũ ſunt eiuſdem rationis in eſſe repręſentatiuo:qui ſicut ſpecies lapidis eſt lapis in eſſe intelligibili, & repræſentatiuo: ſic etiã ſpecies Dei eſt Deus in tali eſſe. Quod quidẽ eſſe nõ infert infinitatem in ipſa entitate ſpeciei:quia licet eſſe ſpecificũ ſpeciei (vt dictum eſt) ſit repræſentare:tamẽ exinde nõ infertur, ꝙ in illa entitatiuè cõtineatur ipſe Deus, ſed 49. *Ad 6.arg.*

ſed tātū ſimilitudo Dei: & hæc ſimilitudo Dei eſt, quæ reſpicit Deum tanquā terminum, & ſicut vnum ſimile reſpicit alterum in ea ratione, in qua aſsimilantur. Ex eo autem, quod reſpicit Deū non infertur in ſpecie aliqua infinitas intrinſeca, ſed tātum extrinſeca, & obiectiua: & ad ſummū poteſt inferri, q́ ſicut eſt ſimilitudo creata obiecti, q́ eſt Deus, ſit ſimilitudo finita infiniti, vt optime reſpōdet Vazquez: & tūc cōtinet infinitū in obliquo, quia eſt ſimilitudo infiniti, & reſpicit infinitum: non tamē ipſum infinitum in recto cōtinetur in illa: ſicut etiam ſimilitudo ſubſtantiæ continet ſubſtātiam in obliquo, ſubſtātia vero in recto non continetur in ſpecie, quæ eſt accidens, quia alias accidēs formaliter, vel entitatiuè eſſet ſubſtantia, quod implicat. Nec valet ſi dicas, quod ibi in recto relucet obiectū: quia relucere in ſpecie ex dicto modo reſpicit repræſentari ab illa.

50. *Obiectio Henrrici.* Reſtat tunc argumentis ſolutis, vt hec difficultas diſſoluatur exacte, ac Henrrici inſtantiam pro prima ſententia machinatā ſoluamus. Arguit enim in Summa art. 33. q. 2. ad 3. arg. quod Angelus poſſet tunc cognoſcere diſtinctè illam ſpeciem viribus ſuis, ſiquidē creatura eſſet: & conſequēter cū ſit ſecūdū ſuā entitatem ſpecificata ab obiecto, cuius cognitio requiritur ad cognitionē diſtinctā talis ſpeciei, vt ſimili cōcludimus cōtra Cayetanū ſupra nu. 14. ergo Angelus, cognita naturaliter tali ſpeciē cognoſceret quoque viribus ſuis, & naturaliter Deum, & ſic proprijs viribus beatificaretur.

51. *Solutio argum. Gādauenſis.* Hæc ratio Henrrici, licet videatur acuta, peccat ex quadruplici capite: in primis enim falſum ſupponit, quam libet, ſcilicet, creaturām naturaliter cognoſci ab Angelo: quæ etenim ſupernaturales ſunt, nequeunt ab intellectu etiā Angelico naturæ viribus intelligi: vt cōpertū eſt de habitibus ſupernaturalibus: hanc autem ſpeciē neceſſariò eſſe ſupernaturalis ordinis, tanquā indubitatum ſupponitur ab his, qui illā conſtituunt, aut inueſtigant. Secūdo peccat argumentū quoniā adhuc admiſſo, q́ naturaliter cognoſceretur ab Angelo, nō idcirco eius cognitione bearetur, ſiquidē (vt ſupra notatum eſt) abſq; terminatione cognitionis ad ipſam eſſentiā, prout in ſe ipſa eſt præſens, & non prout in ſpecie relucet, nequit dari notitia intuitiua Dei, nec conſequēter viſio beata Tertio, peccat argumētū: quia & ſi per illā ſpeciem poſſet beari, ex eo quod talem ſpeciē cognoſceret neceſſariū erat tamē, vt prius terminaretur cognitio Angeli ad ſpeciem, adhoc, vt ipſa cognita, cognoſceret eſſentiam (de hac enim cognitione procedit argumētū Henrrici) ſed vt ex cognitione illius veniret in cognitionē eſſentiæ, neceſſariò illa ſpecies eſſet medium cognoſcēdi cognitū: & ex conſequenti (vt ſupra ex Doctore notauimus) deberet talis ſpecies eſſe infinita: quia non poteſt aliquid eſſe cognitum, vt medium cognoſcendi aliud quidditatiuè, ſicuti eſt, niſi in ſe contineat totam rationem illius. Contradictio ergo eſt in adiecto, ſpeciē illā eſſe creaturā, vt ſupponit argumentum Henrrici, & eſſe ſimul medium cognoſcendi cognitum, quo Angelus bearetur. Tandē peccat prædictū argumentum: quia (vt optime docet Doctor in quodlibetis, q. 14. lit. li.) ratio repræſentandi obiectum ſub ea ratione, qua obiectum eſt, repræſentat illud intellectui, cui ineſt, non vero alteri intuenti: *& ſic ſpecies intelligibilis* (inquit Doctor) *in vno intellectu, alij intellectui videnti eam non ſufficeret ad perfecte cognoſcendum obiectum, cuius eſt*: licet ergo Angelus poſſet intueri dictam ſpeciem inhærentē alteri intellectui, vtpote, alicuius beati: non propterea talis ſpecies repræſentaret Angelo idem obiectū. & eodem modo, ſicut repræſentat intellectui, cui inhæret. Præterea aliter, & optime confutatur prædicta ratio Henrrici à Vaſquio 1. p. diſput. 28. ca. 4. nu. 21. per ſimile de ſpecie in ſpeculo refracta, vbi benè vtitur quadam celebri doctrina Scoti, quā ad propriorem l cum nunc differo. *Optima doctrina Scoti*

52. *Ad fund. 2. ſent.* Ad fundamētū iam 2. ſent. qui 4. concl. tennerint, facile ex dictis reſpondere poſſunt cū Doctore ibi, nō multiplicari principia cognitionis, cū ſpecies impreſſa nō tantum ponatur ad ſupplēdam vicem obiecti, ſed etiā ad cōſtituēdum intellectum intrinſecè in actu primo in ratione potentiæ, vt patet in exēplo poſito ſupra nu. 24. de habitibus ſupernaturalibus.

Hoc

Digitized by Google

53. *Impugnatio Suarij.* Hoc tamen exẽplũ intendit infirmare Suarez, dicẽs procedere loquẽdo de principio operandi, q tenet ſe ex parte operantis: non verò de obiecto ipſo: atque ita in præſenti beatus, quatenus efficit viſionẽ, habet principiũ agẽdi ſibi inhærẽs, ſcilicet intellectũ, & lumẽ obiectũ vero non eſt propria ratio agẽdi, â qua ipſe beatus denominetur agẽs, ſed eſt veluti principium efficiens, & coadiuuans: & ideo neceſſe non eſt, vt vniatur intellectui.

54. *confutatio eius.* Profectò hæc ſolutio arbitraria eſt, & nullatenus ſoluit difficultatẽ argumenti: quia etiã quæcũq; alia ſpecies obiecti creati habet ſe ex parte obiecti, & nihilominus, nõ ſolũ habet gerere vicẽ obiecti, ſed etiã intrinſece fœcundare intellectũ in ratione memoriæ: quia cum hæc principia partialia cauſent, producendo vnã viſionẽ indiuiſibilẽ, prius debent vniri inter ſe, vt totaliter ad eius productionẽ prorrũpãt: quãuis ergo diuina eſsẽtia vnũ ex iſtis præſtare poſsit, nẽpè vnire ſe extrinſece in ratione obiecti, & ad hoc nõ egeat ſpecie, quæ eius vicẽ ſuppleat: eget nihilominus illa, vt intellectus intrinſece fœcundetur in ratione memoriæ. Quod ergo aſſumit iſte Author, videlicet obiectũ non eſſe propriã rationẽ agendi, â qua ipſe intellectus beati denominatur agens, & quod eſt principiũ coadiuuans: vtrũque falſum plane eſt. De primo patet: quia illa eſt propria ratio agendi beati intellectui, qua conſtituitur adęquate in actu primo ad agendũ: ſed per vnionẽ obiecti conſtituitur intellectus in actu primo ad producendã notitiã, ita vt ſine illo nullatenus poſset in actu primo conſtitui, nec agere: ergo obiectũ eſt illi propria ratio agẽdi. Secũdũ quoq; falſum eſſe monſtrabo: quia principiũ coadiuuans non poteſt dici niſi in eodẽ genere cauſæ cũ illo; quod adiuuat: nõ enim dicitur cauſa finalis adiuuans efficiẽtẽ, nec formalis adiuuans materialẽ: ſed in eodẽ genere cauſæ fit adiutoriũ vnius cauſæ ad alterã, ſic auxiliũ ſupernaturale in genere cauſæ efficiẽtis adiuuat voluntatẽ, & de duobus trabẽ portantibus idẽ dicitur. Tũc ſic, vel ergo obiectum habet verã, & propriã efficientiã, vel non. Si ſecũdũ, vt tu fateris: ergo nõ poteſt dici cauſa, ſeu principiũ coadiuuãs reſpectu intellectus: quia nõ eſt eiuſdẽ rationis cauſalitatis. Si verò primũ dicas: ergo nõ benè dicebatur prius, obiectũ nõ eſſe propriã rationẽ agẽdi, â quã ipſe beat⁹ denominatur agens: nullã ergo differentiã conſtituere poteſt inter vnionẽ intrinſecã per ſpeciem, & per alios habitus ſupernaturales: ergo ſicut de habitibus fateris connaturali modo vniri intellectui, & volũtati, ſic de ſpecie debes concedere connaturaliter intrinſece fœcundare intellectum.

DIFFICVLTAS XXV.

Vtrùm beati videntes Deum, producãt ſpeciem expreſſam, quæ ſit verbum?

§.i.

Proponitur prima ſententia Cayetani & aliorum.

I. *1. ſent Cayetani. Ferrar. Henric.* Cayetanus Ferrara, & cæteri Thomiſtæ, quos in præcedente difficultate ſub probatione cõcluſionis 2. nu. 29. retulimus cũ Henrico de Gandauo quodlibeto 3. q. 1. & quodlibeto 4. q. 8. negant (vt viſum eſt ibi) Deum videri à beatis per aliquam ſpeciem expreſſam, aut per verbum ab ipſis productum: quam ſententiã aiunt eſſe beati Thomæ 1. part. quæſt. 12. art. 2. quia eadem ratione, qua D. Thom. probauit, Deum per nullam ſimilitudinem creatam poſſe videri (vt patuit de eius mente in difficultate præcedente num. 2.) multo magis id videtur dicere de expreſſa, quã de impreſſa, ſiquidem illa perfectius repræſentat, quã iſta: quæ ſententia probatur omnibus argumentis, quæ pro hac parte pugnat contra ſpeciem impreſſam.

Specialius tamen probatur hæc ſententia 1. ex ratione beatitudinis, quæ in actuali operatione conſiſtit vt Scotus docet in 4. diſt. 49. quæſt. 1. & D. Tho. 1.2. q. 3. artic. 2. & Phyloſophus diffiniuit. 1. Ethicor. cap. 8. & 9. dicens, quod

Digitized by Google

quod fælicitas eſt operatio optima: & idem 10. ethicor. cap. 2. ſpecificat hoc, inqua operatione conſiſtat, & 2. Meta. cap. 6. textu Com. 51. & c. 4. tex. Com. 39. & 9. Met. cap. 7. tex. Com. 14. & 15. & 16. & 2. de cœl. & mundo tex. Com. 17. quod idem docet Diuus Auguſt. 1. de doctrina Chriſtiana capit. 6. & eſt commune apud omnes, beatitudinem, ſcilicet, in operatione conſiſtere: ſed operatio, quæ talis beatitudo eſt, non eſt alia niſi ipſum intelligere intellectus, vt ipſe Phyloſophus inſinuat citato loco 12. Met. Ergo in illo intelligere beatitudo conſiſtit: ſed intelligere beati, eſt immediate coniunctum verbo diuino: ergo non poteſt eſſe interuentu alicuius verbi creati, aut creatæ ſpeciei, nec eſt dabilis ſpecies creata etiam expreſſa, quæ poſſet Deum repræſentare, cum ſit formaliter actus intellectus ipſum intelligere: ſpecies autẽ expreſſa debeat eſſe formaliter qualitas.

Scotus. D. Thom. Ariſtoteles. D. Augu.

3 Secundo, quoniam vbi verbum producitur, intellectio immediatè terminatur ad verbum, & per verbum ad rem cognitam: ergo ſi beati, Deũ videntes, producũt aliquod verbũ creatũ, intellectio eorum non immediatè terminatur ad Deum, prout in ſe eſt, ſed ad creaturam, & per illam ad Deum: hoc autem dici non poteſt: quia tunc non videret immediatè Deum in ſe, ſed in aliqua ſimilitudine, ſicut dicebant Armenij: ergo &c.

4 Tertiò, quòd in creatis tantum ponitur verbum, vt ſuppleat vicem obiecti non ſatis actu intelligibilis per ſe: ſed in viſione Dei eſt Deus perfectiſsimè actu intelligibilis per ſe: ergo nõ eſt neceſſarium ponere verbum in beatis.

5 Quarto tandem probatur ex Scotò in quodlib. q. 14. vbi ait, quod eſſentia Dei tantum eſt vnicum verbum, & hoc in iſto intellectu increato, in quo ſolo poteſt eſſe notitia ipſius obiecti naturaliter genita: ergo ſecundum ipſum beati videntes Deum non producũt verbum, ſeu aliquam ſpeciem expreſſam diuinæ eſſentiæ.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in quolib. q. 14. liter. BB. vbi hæc profert. *Beatus non habet verbum de Deo: quia etſi illa viſio ſit imago diuinæ eſſentiæ, ipſam naturaliter repræſentans: nõ tamen eſt imago naturalis, naturaliter ab ipſa procedens*: idem docet ibidẽ q. 15. lite. X. quæ litera Doctoris triplicem habet partem. Prima difinit, beatos videre Deum, media viſione beata, quæ eſt expreſſa ſpecies, imago, & ſimilitudo naturalis diuinæ eſſentiæ, hoc eſt naturaliter illam repræſentans, inqua parte cõueniunt omnes Scotiſtæ, dempto nemine, & omnes Thomiſtæ, præter eos, quos pro prima ſententia retulimus, ac etiam cuncti Ieſuitæ. Secunda pars literæ Doctoris confuſè loquitur de illa formali viſione, an ſit à Deo adæquate producta, & in intellectu beati tantum recepta: an vero ſit à voluntate diuina per modum obiecti concurrente, & ſimul ab intellectu creato actiue producẽte? Inquo primo ſenſu intellexit Franciſcus de Maronis in 1. diſt. 27. viſionẽ beatã adæquate fieri à Deo de facto: quã ſententiam alij Scotiſtæ ſequũtur: in ſecundo vero ſenſu plerique intelligunt. In tertia parte ait Doctor, viſionẽ illam, vtcumque conſideretur, nõ eſſe propriè verbum, ſiquidem non eſt imago naturaliter procedens ab eſſentia: in hoc ergo tertio puncto eſt punctus difficultatis. Maximè etenim circa eius reſolutionem diuiſi ſunt Scotiſtæ: nam Guillelmus de Rubione vetuſtiſsimus Scoti diſcipulus in primo diſtinct. 27. q. 2. §. *ex dictis apparet*, ſub concluſione 3. aſſerit, viſionem illã dicendã eſſe verbũ, etſi à Deo immediatè, & adæquatè ſine intellectu creato producatur: Bargius autẽ ibidem per oppoſitũ ſentit, quod etſi ab intellectu actiue concurrente ſit: non propterea erit verbũ: quia habet ſe intellectus ibi minus principaliter, & ideo à diuina voluntate magis principaliter concurrente ſit libere, propteraque verbum non eſt: 6

Maironis. Rubionis. Bargius. Boſſolis. Ant. And. Herrera. Vignerius.

Baſſolis tamẽ eadem diſt. q.2.articu.
2.medius eſt inter eos: inquit etenim,
quod ſi à Deo, & ab intellectu actiue ſi
mul producatur, eſt vere verbum: ſed
etiam Antonius Andræas eadem diſti.
quæſt.vnica & P. Herrera in 1.diſput.
10.quæſt.4.item Ioannes Viguerius in
1.diſtin.27.§.*ibi contra iſtam opinionem*,
in qua ſententia ſunt omnes fere oppo
ſitæ claſsis, qui viſionem eſſe ſpeciem,
& ſimilitudinẽ tenent, ac etiã Ieſuitæ.
Quæ ſententia probatur pri-
mo: nam in omni opinione intellectus
beati eſt cauſa actiua ſuæ viſionis: ergo
7 viſio eſt aliquid productum actiue ab
intellectu, tanquã à ſua cauſa: ergo per
aliquam actionem realem: et per con-
ſequens illius actionis realis aſsignan-
dus eſt terminus realis productus: ſed
omnis terminus realis productus ab in
tellectu eſt verbum: ergo &c.
Secundo, quoniam ſi aliqua ratione
illa viſio non eſſet verbũ, maximè, quia
8 eſt quid productũ liberè à volũtate di-
uina: ſed hoc minime poteſt obſtare:
quia voluntas diuina libere producẽs,
non tollit rationẽ geniti in reproducta,
dũmodo alia ab alio naturali principio
procedat: natura etenim humana Chri
ſti Domini fuit libere producta â volũ
tate diuina, & ſanctiſsima Virgine Dei
para: ſed non ex hoc tollitur à Chriſto
Domino eſſe vere genitũ, & Filiũ beatiſ
ſimæ Virginis; ergo nec ab illa viſione
producta, ex eo quod ſit à Deo libere
producente, non tollitur ratio verbi.
Hæc ſunt potiſsima argumenta, qui-
9 bus P.Herrera prædictam intendit ro-
borare ſententiã. Quibus non obſtanti-
bus aſſerunt plerię alij Scotiſtę, viſio-
nẽ beatam vere eſſe qualitatem realem
productã, & ſpeciẽ expreſſã ab intelle-
ctu creato actiue cõcurrente: nullaten
tamen hãc ſpeciẽ eſſe verbũ, nec poſſe
verbi rationẽ habere: ſic ſentiunt Bar-
gius, vt viſum eſt Lychetus in quodlibe
tis q.14.& 15.ſub ar.2.principali, §.*hæc*
litera eſt ponderanda, & in ſequentibus
ſapientiſsimus Magiſter meus Domi-
nus Rada 1.p.contro.1.art.2.et recen
tiores plures: quæ eſt expreſſa ſentẽtia
Doctoris, vt in eius litera viſum eſt.
Pro huius ſententiæ, & difficultatis
10 intelligẽtia primo obſeruare oportet,

Vera ſentẽtia circa intelligentiã literæ Scoti
Bargius.
Lychetus.
Rada.

verbũ creatũ eſſe genitũ à duplici prin
cipio, nẽpe ab intellectu, & obiecto: in
tellectus etenim prægnatur ſpecie im-
preſſa repræſentante obiectũ: quę ſpe-
ciès eſt veluti ſemẽ in generatione pro
lis: intellectus igitur ſic prægnatus ſpe
cie, vel fœcundus etiã obiecto ipſo im-
mediate (eſto quod ſine ſpecię vni-
tus, vt in viſione beata probabiliter fieri
in difficultate præcedente conſtat) dici
tur memoria fœcunda, quæ vt ſic eſt in
actu primo ad prorrumpendum in
actũ ſecũdũ: ſic ergo fœcũda memoria,
per actum dicendi, qui non eſt actus
intelligendi, ſed ab eo realiter diſtinc-
tus (cum poſsit dari iſte ſine illo) produ
cit ſpeciem expreſſam, quæ eſt ſimilitu
do eiuſdẽ obiecti, quod repræſentaba-
tur in impreſſa: & hęc eſt formalis vi-
ſio, ſeu forma actus videndi, & noutia
genita, & conceptus, & eſt vera proles
memoriæ, & verbum mentis. Plures er-
go reſpectus in iſto verbo conſiderare
debemus, ſcilicet, ad intellectum, vt ad
principiũ effectiuum: quia ab intellectu
per actũ dicendi producitur: & ad ipſũ
intellectũ, & ad principiũ receptiuum;
quia in intellectu recipitur ipſa viſio.
Rurſus dicit reſpectũ ad obiectũ, veluti
ad principiũ naturaliter effectiuũ: q obiectũ
(vt patuit in difficultate præcede
te) principiũ naturaliter efficiẽs eſt, eo
q ab ipſo effectiue naturaliter dimanat
ſpecies impreſſa, quæ expreſſã effectiue
naturaliter cõproducit. Et inſuper alio
reſpectu reſpicit obiectũ, relatione, ſci
licet repræſentantis ad repræſentatum
ſicut imago naturaliter reſpicit ſuum
prothotipum: omnis igitur iſti reſpe-
ctus requiruntur ad rationem propriã
verbi: ita vt quocumque deficiente, lo-
quendo de verbo creato (vt dixi) verbũ
non eſt: & notanter dixi in verbo crea
to, quia verbum increatum, cum ſit ſub
ſiſtens, non habet reſpectum ad princi
pium receptiuum: nec propterea ver-
bum creatum, eo quod præciſe verbũ
eſt, talem reſpectum dicit, ſed ex eo q
accidens eſt. Ratio igitur ob quam ta-
les reſpectus requiruntur in verbo à
priori eſt: quia cum verbũ ſit proles me
moriæ debet naturaliter, & per modũ
naturæ produci, ſicut filius per modũ
naturæ procedit à patre.

Ex

11. Ex his ergo omnibus reſpectibus, ille ſolum, qui eſt obiectum tamquam repræſentantis ad repræſentatum, eſt eſſentialis viſioni beatæ: cæteri autem minime; quia per aliquam potentiam poſſunt ſuppleri: nã reſpectus ad intellectũ, vt ad cauſam effectiuam, poteſt à Deo ſuppleri, ſi Deus adæquate illam produceret. Ille etiam reſpectus, qui eſt ad obiectum tanquam ad principium naturaliter effectiuũ, poteſt ſuppleri à Deo, quando produceret ſpeciem impreſſam alicuius obiecti in intellectu. Quod patet in viſione beata, ad cuius productionem, eſto quod ab intellectu fit, producit Deus, vel poteſt producere libere per ſuam voluntatem prius ſpeciem impreſſam diuinæ eſſentiæ in intellectu beati, vel etiam quia ipſa eſſentia non immediate, ſed mediate voluntate diuina, libere vnitur intellectui in ratione obiecti: tunc enim non naturaliter, ſed liberè obiectum comproducit viſionẽ: vel inquam viſio procedit ab alio comprincipio ſupplente vicem obiecti.

12. Hęc omnia in ſimili de generatione, vel productione hominis ſatis conſtat: nam inter Adamum, & Caimum fuit conuenientia eſſentialis in eadem natura ſpecifica, quia vterque erat animal rationale. Fuit nihilominus diuerſitas vtriuſque in relatione ad cauſas effectiuas: nam Adam fuit liberè à Deo adæquate productus, & creatus de limo terræ: Caim vero fuit ab Adamo & Eua naturaliter genitus: vnde eo quod Adã reſpicit cauſam liberam, nempe Deum creantem, nõ dicitur genitus, ſed creatus. Quia vero Caim duplici reſpectu reſpiciebat Patrem, & Matrem, à quibus naturaliter, & per modum naturæ proceſſerat, dicetur vere genitus, & vere filius. Sic pari paſſu viſio beata, & quæcumque alia intellectio creata habent hanc eſſentialem conuenientiam in hoc eſſe ſpecifico, quod, ſcilicet, quæcumque neceſſario reſpicit obiectum, quod naturaliter repræſentat: diuerſificatur tamẽ in reſpectibus ad cauſas efficientes: quia viſio beata, licet reſpiciat intellectum naturaliter effectiuũ ſui, reſpicit tamen Dei voluntatem libere, & contingenter, vice obiecti, illã comproducẽtem: & ideo non eſt genita, nec verbum. Intellectio autem quæcumque alia obiecti creati duo comprincipia naturalia naturaliter producentia reſpicit, nempe obiectum, & intellectum, & ideo propriſsime eſt vere genita, & vere verbum.

Quæres tamen, quare ſaltim partialiter non dicitur illa viſio beata verbũ, ad minus pro ea parte, qua ab intellectu procedit? quidem hæc proceſſio proculdubio naturalis eſt? Hæc difficultas, quæ mihi videri vrgentior eſt omnibus huius quæſtionis, ſoluetur infra in ſolutione ſecundi argumenti pro ſecunda ſententia. 13

Porrò eſt iterum obſeruandũ, quod licet in creatis omne verbũ ſit formalis viſio, hoc exinde prouenit, quia cum intellectus creatus non ſit ex ſe actu intelligens, indiget viſione, tanquam forma actualiter intelligendi. Ex quo ſequitur, verbum diuinum non eſſe viſionem formalem, quia, vt ait D. Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 16. non eſt intellectui diuino forma, aut ratio intelligendi, ob duo; primũ ex parte ſui, quia ſubſiſtens eſt, & conſequenter incommunicabile, vt *quo*. de ratione autem formæ intelligendi, ſicut cuiuſcũque alterius formæ, eſt, quod ſit cõmunicabilis vt *quo*. Secundum ex parte intellectus diuini: quia cum ſit ex ſe ipſo actualiter intelligens, non eget forma intelligendi: & ideo intelligerẽ diuinam eſſentiam nullatenus pendent à verbo. Si etenim eſſet per verbum, eſſet quidem notionale, prout latiſsimè infra in quæſtionibus de Trinitate patefiet. Dicitur tamen à Diuo Auguſtino notitia, & viſio de viſione, ac ſi dicatur notitia genita, ſeu conceptus Patris, ex quibus deducitur, alium vlterius eſſe reſpectum in verbo creato, qui nullatenus reperitur in verbo diuino, videlicet, quod quia eſt forma intelligendi, dicit reſpectum ad actum intelligendi, ſicut quæcumque forma ad ſuũ effectũ formalẽ: cũ autẽ reſpectus cauſæ ad effectũ non ſit illi eſſentialis, ſed accidentalis, accidit conſequenter talis reſpectus verbo creato: hic tamẽ reſpectus, 14 D. Aug.

non conueniat verbo, eo præciſe quod verbum eſt, ſed quatenus eſt viſio, & forma videndi; conſequenter etiam viſioni beatę debet competere, etiam ſi alias viſio verbum non ſit.

---

§3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

15\.
1\. concluſ. QVIBVS præhabitis difficultatē concludendo, dico primo, quod viſio beata eſt ſpecies expreſſa, & naturalis ſimilitudo diuinæ eſſentiæ. Concluſio hæc eſt Doctoris, vt vidimus, quam expreſſe tenet Diuus Thomas, licet ſub nomine verbi, non ſolum loquens generaliter, dicens, quod eo ipſo, quod intelligit intellectus, eſt verbum, vt tenet 1. part. quæſt. 27. art. 1. & quæſt. 9. de potentia art. 4. & 4. contra gentes cap. 11. & 12 ſed etiam ſpecialiter loquendo de viſione præſenti, hæc inquit in quarto de veritate art. 2. *Verbū intellectus noſtri eſt id, ad quod operatio* D. Thom. *intellectus terminatur.* Et paucis interpoſitis verbis hæc ſubdit: *Et hoc vniuerſaliter verum eſt de eo, quod à nobis intelligitur, ſiue per eſſentiam videntur, ſiue per* Ioan. 1. cap. *ſimilitudinem.*

16 Nunc probatur concluſio primo ex locis ſacræ Scripturæ: nam Ioannis prima canonica cap. 3. dicitur: *Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt:* quæ verba D. Augu. Ioannis exponit D. Auguſtinus quintodecimo de Trinit. cap. 16. de viſione beata, in qua eſt ſimilitudo Dei, cuius hæc ſunt verba: *Quam obrem cum tanta ſit nunc in iſto ænigmate diſſimilitudo Dei, & verbi Dei, quia tamen nonnulla ſimilitudo reperta eſt, illud quoque fatendū eſt, quod etiam ſimiles erimus, quando videbimus eum, ſicuti eſt: tunc quidem verbū noſtrum non erit falſum, quia neque mentiemur, neque fallemur.*

17\. Probatur ſecundo concluſio ſanctorum Patrum teſtimonijs: nam idem Auguſtinus 9. de Trinitate cap. 10. prope finē ait: *Habere animā nonnullam ſpeciei notæ ſimilitudinem, & ommem notitiam eſſe ſimilitudinem:* vnde & concludit, *in quantum Deum nouimus, ſimiles ſumus, ſed nō ad æqualitatem ſimiles: quia non tantum ipſum nouimus, quantum ipſe eſt*, ſed Clarius in cap. 7. eiuſdem lib. hæc profert, *in illa æterna veritate viſum mentis conſpicimus, atque inde conceptam rerum veracem notitiam, tanquam verbum apud nos habemus, & dicendo intus gignimus.* Generaliter vero intellectum intelligere per expreſſā D. Auguſt ſimilitudinem tenet Diuus Anſelmus in D. Anſel. Monologio cap. 31. dicens: *Nulla ratione negari poteſt, cum mens rationalis ſe ipſam intelligit, imaginem ipſius naſci in ſua cogitatione: imò ipſam cogitationem ſui eſſe imaginem ad ſui ſimilitudinem, tanquam ex eius expreſſione formatam.*

Ratione autem tertio probatur: quia viſio beatifica eſt qualitas quædam ab 18 intellectu, & obiecto, nempe diuina eſſentia mediatè, vel immediate producta, vt per eam conſtituatur intellectus formaliter intelligens: ſed non poteſt per eam formaliter fieri intelligēs, niſi repræſentet eſſentiam diuinam, quam per ipſam viſionem intelligit: ergo &c. Aliqui Thomiſtæ reſpondent, intellectionem non eſſe qualitatem, ſed puram actionem intelligendi. Re autem vera decepti ſunt, prout ab alijs etiam ſuæ claſſis domeſticis confutantur. Capreolus etenim in ſecundo diſtinctione prima quæſtione Capreol. ſecunda articulo tertio ad ſecūdū, Du- Durand. randus in primo diſtinct. 27. quæſt. 2. Cayeta. Ferrara ſecundo contra gentes cap. 9. & Cayeta. 1. part. quæſt. 79. artic. 2. ac plures alij tenent cum Doctore intellectionē, & cæteras operationes, ſeu immanentes actiones non eſſe formaliter actiones de genere actionis, ſed qualitates. Quod iam ratione probatur: quoniā productio viſionis actio realis eſt: ergo ad aliquem terminum realem productum terminatur: at qui talis terminus non poteſt eſſe actio: tunc etenim de illius actionis termino idem prorſus fieret argumentum, ac proinde viſque in infinitum eſſet proceſſus: ergo talis terminus procul dubio qualitas eſſe debet.

Dico

18 *2. Concluſ.* Dico ſecundo, quod viſio beata quomodolibet producta eſt ſimilitudo diuinæ eſſentiæ. Cõcluſio manifeſta eſt: nam vt manet oſtenſum, reſpectus ad obiectum, vt pote repræſentantis ad repræſentatum, eſt eſſentialis viſioni: ergo &c.

19 *3. Concluſ.* Dico tertio, quod ſi viſio beata producitur adæquatè à Deo in intellectu creato, ipſomet intellectu nihil agente, viſio illa non eſſet verbum. Concluſio eſt manifeſta, & cõtra Rubionẽ demonſtrari poteſt: nam verbum dicit intrinſecum ordinem ad memoriam fœcundam, tanquam ad cauſam effectiuam naturaliter producentem: ſed in caſu concluſionis, talis viſio non produceretur à memoria fœcunda, vt de ſe patet, & ſupponitur: ergo non eſſet verbum.

20 *4. Concluſ.* Dico quarto, quod viſio beata producta ab intellectu creato, & diuina voluntate gerente vicem obiecti, non eſt verbum. Concluſio hæc eſt expreſſa Doctoris: & præter quam ſatis confirmatur ex ſupra notatis num. 10. & 11. vlterius probari poteſt ex D. Auguſtino, qui ſæpe ait, verbum eſſe prolem memoriæ: ſed ad rationem prolis requiritur, quod ſit ab agente per modum naturæ: ergo cum viſio beata non procedit à diuina eſſentia per modum naturæ: quia vt ſæpiſsime docet Scotus, viſio beata procedit à diuina eſſentia mediante voluntate libere producente illam, non erit verbum mentis. Hoc idem confirmatur verbis Doctoris in illa citata quæſtione 14. quodlibetali, vbi inquit: *Scotus.* *Non igitur quæcumque actualis notitia obiecti eſt verbum: ſed illa ſola, quæ de ipſo naſcitur tanquam proles: hoc eſt, non tantum eſt naturalis ſimilitudo eius: ſed naturaliter gignitur ab ipſo naſcendo.*

21. Nec valet ſolutio Patris Herreræ exponentis ibi loquutum fuiſſe Doctorem de viſione totaliter producta à voluntate diuina. Hic etenim nullatenus credo, expoſitionem hanc poſſe habere locum: quoniam ex contextu aperte conſtat, loqui Scotum de viſione beata producta ab intellectu creato, & voluntate diuina loco eſſentiæ producente. Ait namque ibi interdũ, voluntatem diuinam mouere intellectũ creatũ: motio autẽ obiecti reſpectu potentiæ non eſt, niſi vt potentia ſic mota producat eius viſionem: motio enim nõ eſt totaliter cauſare: quia ad merã receptionem viſionis nõ indigebat intellectus moueri. Rurſus, hoc aperte habetur ex Doctore ibidem ante literam Y. vbi ait, voluntatem diuinam loco eſſentiæ mouere intellectũ creatum. Hæc namque ait: *Non igitur ſe habet eſſentia, & voluntas vt mouens ſuperius, & inferius proprie loquendo, ſic intelligendo, quod vtrumque attingat ipſum motum: ſed tantum voluntas diuina attingit intellectum creatum, tamen ſupponit motionem intellectus diuini ab ipſa eſſentia, ſine qua ipſa voluntas non haberet illud velle, quo mouet.* Quibus verbis manifeſtat Doctor, non omnem viſionem beatã eſſe adæquate à Deo: & inſuper illa, quæ eſt à Deo. Et intellectu creato, nõ eſſe verbum, eo quod à Deo non per modũ naturę, ſed liberè procedit, ratione cuius talis viſio verbum eſſe nõ poteſt, ex nuper citatis ipſius Scoti verbis ſatis compertum eſt.

§ 4.

Soluuntur argumenta prioris ſententiæ.

AD argumenta autem pro prima ſententia, & ad primum reſpondeo, verum eſſe beatitudinem in operatione conſiſtere. An autem conſiſtat formalius in operatione intellectus: an vero voluntatis? non eſt huius loci diffinire. Sed nunc admiſſo, quod in operatione intellectus conſiſteret propter gratis cõcedendam maiorem efficaciam argumenti: non exinde ſequitur, quod intelligere ſit actio: & dato, quod actio eſſet, aliquem terminũ naturalẽ deberet habere, vt oſtenſum eſt; & hic talis terminus, eſſet illa qualitas, quæ eſt ſpecies expreſſa. Verum enim vero, nec intelligere eſt actio, nec propterea habet aliquem terminum realẽ 22 *Ad argumẽta pro 1. opinione & ad 1.*

inæqualitas (prout ab ipſis obiectis cauſantur) ſolum ſe habent in ordine ad potentiam, non verò ex parte obiecti: tamen inęqualitas ſpeciei repræſentantis diuinam eſſentiam, non ſolum ſe habet in ordine ad potentiam, ſed etiam ex parte obiecti, quatenus effectiue cauſantis: quia poteſt Deus cauſare ſpeciem repræſentātem ſe in vno inęqualem illi, quàm cauſat in altero: quæ nihilominus ſpecies in vtroque repræſentabunt eandem diuinā eſſentiam infinitā primario ſecundū eſſe quidditatiuum, & ſecundario ſecundum eſſe attributale & perſonale: ſed tamen finito modo: quia quāuis illa eſſentia ex ſe ſit viſibilis in infinitum: hāc infinitatem modi poteſt limitare diuina voluntas cauſans effectiuè ſpeciem illam ſuplendo efficientiam obiecti. Rurſus, licet huic ſpeciei deficiat iſte reſpectus cauſæ efficientis ad obiectum: quia non cauſatur immediatè ab eſſentia tanquam ab obiecto effectiue cauſante, ſed à diuina voluntate: non tamen ſibi deficit reſpectus cauſalitatis formalis, vtpotè ad obiectum, quod repræſentat nempè, ad ipſam diuinam eſſentiam: quia ergo hic reſpectus formaliter cōſtituit ſpeciem in ratione ſpeciei: & ratio formalis ſpeciei eſt naturaliter repræſentare obiectum, ideo hæc ſpecies creata naturaliter repræſentaret diuinam eſſentiam, eſſetque naturalis ſimilitudo illius.

Species creata eſſet naturalis ſimilitudo Dei.

22. Porrò hac ſpecie poſita, nō propterea excuſaretur diuinæ eſſentiæ præſentia: quamuis enim ipſa eſſentia, etiam prout pręſens in ſpecie reluceret, & vt ſic moueret intellectum, non tamen vt ſic relucens in ſpecie terminaret eius viſionem: ſed ipſa eſſentia prout in ſe eſt, requirebatur vt præſens ad terminādam illam: & ideo hęc ſpecies in ſe non eſſet ſufficiens principium ad beandum hominem: quia adhuc ipſa poſita, deficeret terminatio ipſius Dei, qui per ſe, & in ſe ipſo ſolus eſt potens animam beare. Hæc patent ex Doctore in tertio quæſtione, & loco iam citato, vbi inquit, quod reſpectus cognitionis intuitiuæ ad obiectum dupliciter conſiderari poteſt, vel, ſcilicet, in ratione mouentis, vel in ratione terminantis. Reſpectus ad obiectum in ratione mouentis eſt accidentalis tali cognitioni: quia huiuſmodi motio poteſt ſuppleri a Deo, cū pertineat ad genus cauſæ efficientis: atqui reſpectus ad obiectum, vt in ſe eſt exiſtens, & præſens in ratione terminantis, eſt ſubſtantialis, & eſſentialis ipſi notitiæ, ſeu cognitioni, ſine quo nec per Dei potentiam talis cognitio eſſe poteſt.

Ex hoc tamen inferri videbitur forſan, ſpeciem illam ſuperfluere, eſto, quod poſsibilis eſſet, ac ideo nullatenus eſt, cur illam de facto, nec etiam probabiliter admittamus: nam ſi etiam ipſa poſita, neceſſaria eſt ipſius diuinæ eſſentiæ præſentia, vt terminet viſionem: ad quid (quęſo) deſeruire poteſt ſpecies, cum diuina eſſentia ſe ſola poſsit per ſe ipſam immediatè, vel mediante voluntate, intellectum creatum mouere: & aliàs ipſa ſpecies ſe ſola ſine eſſentia non ſit ſufficiens ad viſionem beatam? ſpecies enim ſolum ideo ponitur, vt ſuppleat vicem obiecti, prout expreſſe tradit Doctor in quarto diſtinctione 49. quæſt. vndecima litera G. his verbis. *Si obiectum in ſe præſens ſufficit ad actionem viſionis quantum ad illud, quod requiritur ex parte obiecti, tūc non requiritur ſpecies.* 23.

Dico, quod ſecūdū eūdē Scotū in ſecūdo diſtinctione tertia quæſtione nona ſub litera O. in fine, non tantum propter hoc, vt obiectum ſit præſens animæ, & ſpecies in anima: ſed etiam vt actus ſit in poteſtate operantis. Quod ad propoſitum applicādo, ſic ego intelligo, vt ſit ſenſus: non ſolum ſpecies ponitur, vt ſuppleat vicē obiecti; cum etiam poſsit obiectum fieri per ſe ipſum præſens potentiæ, ſed vt conſtituat potentiam intrinſecè in actu primo potentem elicere actum ſecundum: nam licet obiectum poſsit per ſe vniri potētię, hoc erit extrinſecè per intimam ſui pręſentiam: non tamen ob id potentia erit intrinſecè conſtituta in actu primo in ratione potentiæ: ſed tantum extrinſecè. Modus autem connaturalis operandi

di potentiæ eſt per vnionem intrinſecam ſpeciei. Sicut ergo quamuis poſsit Deus per extrinſecum ſuæ gratiæ auxilium ſupplere vicem charitatis, hoc eſt per ſe ipſum intimè aſsiſtẽtem, & auxiliantem ad actum charitatis eliciendum: quia tamen connaturalis modus eliciendi actum charitatis, eſt per habitum charitatis intrinſece conſtituentem voluntatem in ratione potentiæ operatiuæ reſpectu actus charitatis eliciendi: ideo ponimus habitum charitatis in voluntate: ſic licet diuina eſſentia poſsit per ſuam intimam præſentiam ſine ſpecie reddere intellectum potentem ad eliciendum actum viſionis beatæ: quia tamen connaturalis modus viſionis intellectus eſt per ſpeciem, per quam intrinſece conſtituitur potens in actu primo ad viſionem eliciendam: ideo probabiliter ponimus in intellectu beati ſpeciem, per quam de facto Deum intuetur. Vnde ad locum Scoti ex quarto reſpondeo, loquutum fuiſſe de illo, quod præciſe requiritur ad viſionem, non verò de modo connaturali videndi iuxta expoſitionem prædictam.

25. Tandem obſeruare oportet, inmaterialitatem ſpeciei intelligibilis non eſſe ſummendam ex immaterialitate obiecti, quod repræſentat, ſed ex proportione ad intellectũ, cui vnitur: repræſentatio enim non participat entitatem repræſentantis: quia inter ſpeciem, & obiectum non eſt relatio ſimilitudinis, aut conuenientiæ fundata in vnitate ſpecifica eiuſdem naturæ, & formæ, ſicut ſimilitudo duarum albedinum: ſed eſt ſimilitudo repræſentationis, quæ pertinet ad relationem menſurati, & menſuræ. Vnde ad hoc, quod eſt repræſentare obiectum, accidit ſpeciei, quod ſit materialis, vel non: & hoc planè conſtat in Philoſophia: quia ſpecies ſenſibilis lapidis eſt materialis: ſpecies verò intelligibilis eiuſdẽ lapidis eſt immaterialis cum tamen vtraque idem prorſus obiectum repræſentet. Tota igitur immaterialitas ſpeciei ſumitur ex proportione ad potẽtiam, quã informat.

26. Ex his prouenit, quod cum obiecta intelligibilia quædam in proportionãtur intellectui per exceſſum materialitatis, vt puta ſubſtantię corporeæ, aliæ verò per receſſum, vt ſunt entia rationis: intellectus autem ſit medius, qui eſt immaterialior primis, materialior vero ſecũdis: vtraque debent fieri proportionata per ſpeciẽ. & ſic priora obiecta fiunt immaterialia in ſpecie intelligibili: poſteriora vero fiunt magis materialia in ſpecie entis realis, per quam, & non per propriam, cognoſcuntur. Cum igitur diuina eſſentia ſit actus purus ſpiritualiſsimus, ad hoc vt proportionetur intellectui creato, debet repræſentari in ſpecie materialiori ſe, quæ ſpeciei materialitas nullatenus pugnat cum repræſentatione ipſius: cũ vniuocatio, & ſimilitudo ſpeciei ad obiectum (vt dictũ eſt) non fundetur in vnitate naturæ. Ex quibus ſatis conſtat, perperam Thomiſtas quoſdã velle ſpeciẽ in vniuerſum debere eſſe immaterialiorem obiecto: ex quo deducebant, ſpeciem diuinæ eſſentiæ debere eſſe immaterialiorem ipſa diuina eſſentia. Ex dictis quoque contare poteſt, quod ſpecies illa Angeli ſuperioris (de qua ſuper loquebamur) recepta in inferiori commenſuratur ei in ſubtilitate, & immaterialitate: quia quod recipitur, admodum recipientis recipitur, & proprietas eſt accomodata naturæ, cui ineſt: Angelus vero inferior non eſt immaterialior, imò eſt minus perfectus ſuperiore: ergo &c.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

HIS præhabitis difficultatẽ concludendo, dico primo, quod repugnat poſſe creari à Deo aliquam ſpeciem, quæ eius eſſentiam adęquate repræſentet. Cõcluſio hęc eſt expreſſa Doctoris, & D. Thomæ, cõmuniſq; apud omnes. Quę probatur: quia repugnat infinitum creari, ſicut repugnat, Deũ 27. 1. concluſ.

non eſſe vnum: ſed ſi talis ſpecies crearetur, eſſet infinita: quia eſſet cōprehenſiua Dei: ergo &c.

28. *2. concluſ.* Dico ſecundo, quod eſt dabilis ſpecies creata impreſſa adæquate repræſentans diuinam eſſentiam adæquatione deſumpta ex ordine ad actum, quem potentia poteſt elicere. Concluſio hæc eſt expreſſa Doctoris, & omnium, quos pro eius ſententia retulimus. Probatur primo efficaciſſime: nã in clara Dei viſione beati producunt ſpeciem expreſſam, quæ eſt naturalis ſimilitudo Dei, & ipſum Deum repræſentat, ſicuti eſt: ergo non repugnat in intellectu beati produci ſpeciem impreſſam, quæ ſit naturalis ſimilitudo illius, & ipſum repræſentet, ſicuti eſt.

29. *Cayetanus Ferrara. Henricus.* Hæc ratio ita opprimit aduerſarios, vt ipſos, & ſi in concluſione vnanimes reperiat, in varias tamen ſolutiones faciat eſſe diuiſos. Cayetanus etenim, Ferrarienſis 3. contra gent. cap. 49. et plures alij Thomiſtæ ſequentes Henricum non inuenientes ſolutionem conſequentiæ: antecedens illud abſolute negant, dicentes, viſionē claram beatorum non eſſe ſimilitudinem Dei, nec ipſius ſpeciem expreſſam, ſeu verbum repræſentatiuum Dei producere. Et profecto inter aduerſarios Scoti iſti ſolummodo (vt arbitror) conſequenter reſpondent: cōcedere enim ſpeciem expreſſam, & negare poſſibilitatem impreſſæ, eſt ab omni prorſus Phyloſophia alienum: & ideò iſti hac neceſſitate oppreſſi concedendi conſequentiam, antecedens negarunt: at qui antecedens illud, vt itaquod eſt ex multorū ſanctorum Patrum teſtimonijs roboratum, rationibus poterit demonſtrari. Sed quia de hac re agit ſequens difficultas, huius ſententiæ impugnationem illuc differre neceſſum eſt.

30. *Solutio Capreoli.* Capreolus vero in 1. diſt. 27. quæſtion. 2. art. 7. ad 8. & Sotus in 4. diſtin. 49. quæſt. 2. art. 3. & alij admittentes illud antecedens eſſe verum, conſequētiam negant, inueſtigantes varia differentiarū genera inter ſpeciem impreſſam, & expreſſam: immò & Ferrarienſis primo contra gent. cap. 53. a prima declinauit ſententia, & hanc ſequitur. Sotus igitur (inquit) quod cū ſpecies impreſſa ſubſtituatur loco obiecti, tanquam cognitionis principium, debet eſſe ipſo obiecto purior, & ſpiritualior: at cum ſpecies expreſſa non ſubrogetur in locum obiecti, cum ſe habeat ex parte potentiæ, non oportet quod ſit purior obiecto: cū igitur nulla creatura poſſit eſſe purior, & ſpiritualior Deo, nulla poteſt eſſe ſpecies impreſſa illius: licet bene ſpecies expreſſa à beatis producta ſit eius naturalis ſimilitudo.

Sed mehercle hoc diſcrimen non euacuat vim argumenti cum ex nuper dictis num. 26. habeamus ſpeciem non debere eſſe ſemper puriorem, aut immaterialiorem ſuo obiecto: & ideo licet loco obiecti ſubrogetur nō propterea ſpiritualior debet eſſe illo: quod ſatis ibi oſtēditur: & eſto quod ſpecies deberet eſſe immaterialior obiecto in vniuerſum: hoc nulla alia ratione neceſſarium eſſet, niſi vt obiectum aliàs materiale proportionaretur media ſpecie intellectui, qui eſt potentia ſpiritualis. Sed tunc cur magis requirebatur ſpiritualitas, & immaterialitas ſpeciei impreſſæ, quàm expreſſæ, cum vtraque ſpecies recipiatur in eodem intellectu, qui reſpectu vtriuſque eſt æque potentia ſpiritualis? Profecto hæc differentia eſt omnino arbitraria, & ſine fundamento: nam vel prouenit ex ordine ad obiectū, quod reſpicit vtraque ſpecies: & ex hoc nequit prouenire: quoniam idem prorſus obiectum relucet, tam in ſpecie impreſſa, quam expreſſa. Nec per ordinem ad potentiā: quia tunc ſi vna eſſet ſpiritualior altera, proculdubio expreſſa eſſet ſpiritualior, quàm impreſſa: quia hæc tantum eſt ſpiritualis: quia eſt receptibilis in potentia ſpirituali: illa verò, & recipitur in potentia ſpirituali, ſicut quæcumque alia operatio intellectus, & eſt producta à potentia ſpirituali, ſpiritualiſſimo modo producendi. 31. *Impugnatio ſolutionis.*

Aliud non minus friuolum diſcrimen conſtituit Ferrara dicens, quod & ſi poſſit dari ſpecies creata expreſſe, quæ ſit ſimilitudo formalis Dei: tamen 32. *Alia ſolutio Ferrarienſis.*

men neceſſarium eſt, quod huiuſmodi ſimilitudo immediatè procedat ab ipſa Dei eſſentia: quia nulla res creata poteſt conferre propriam ſimilitudinem Dei tali ſpeciei expreſſæ, niſi Deus ipſe: & ideo dari poteſt ſpecies expreſſa repræſentās Deum immediate manans ab ipſa Dei eſſentia vnita per modum ſpeciei: nō vero ſi manaret ab aliqua ſpecie impreſſa creata. Et ſi redarguamus contra ipſum: ergo ſicut poteſt dari ſpecies expreſſa, immediate manans à Dei eſſentia vnita in ratione obiecti, etiam poteſt dari ſpecies impreſſa, quæ immediatè dimanet ab ipſa Dei eſſentia: reſpondet negando conſequentiam: Cuius ratio eſt: quia illa poſita, ſequeretur ſpeciem expreſſam non eſſe immediatè à Deo, ſed ab hac ſpecie impreſſa creata, & obid, & non ob aliud repugnat impreſſam fieri, & non expreſſam.

33 *Impugnatio prædictæ ſolutionis.* Verum enim vero effugium Ferrarienſis eſt ſolum petitio principij, quia in eo, quod aſſumitur vt impoſſibile, non oſtendi poteſt aliqua ratio repugnantiæ, quia hæc repugnantia, vel oritur ex ratione formali repræſentandi, vel ex efficientia huius ſpeciei. Ex primo non repugnat per te, in quo aduerſaris Diuo Thomæ, qui totam repugnantiam conſtituit in hoc, quod eſt non poſſe dari vnam qualitatem creatam, quæ ſit propria Dei ſimilitudo, & tu tam fateris, qualitatem illam expreſſam eſſe propriam ſimilitudinem Dei. Quod autem ex ſecundo repugnat, non poſſit, euidenter conſtat: quia ſi ſimilitudo expreſſa poteſt immediate manare à Deo; à fortiori poterit impreſſa: cum hæc ſit habitualis, illa vero actualis: habitualis autem minus perfectè repræſentat obiectū, quàm actualis. Reſpondet tamen Ferrara, hanc repugnantiam prouenire, non ex vnaquaque ratione ſeorſum, ſed ex coniunctione vtriuſque: quia, ſcilicet, ex illa duplici ſpecie cō ſtaretur vna perfectiſsima ratio repræſentandi, quæ ideo impoſsibilis eſt. Sed hæc reſponſio eſt manifeſtè inanis: quoniam illæ ſpecies non componerent vnam formam; ſicut nec modo in creatis cōtingit, ſpeciē impreſſam, & expreſſam vnam formā componere: ſunt etenim diuerſarum rationū, cum prima ſit habitualis, & in actu primo: ſecunda vero actualis, & in actu ſecundo. Et præterea: quia prius non pendet à poſteriori: igitur non repugnat, Deum creare ſpeciem impreſſam ex hoc præciſe, quia alia expreſſa ſimul cum illa perfectior eſſet, quàm ſine illa: iam enim adminus concedere debet impreſſam fieri poſſe, ſi ad illā non ſequeretur expreſſa. Cum ergo accidat ſpeciei impreſſæ, expreſſam manare ab illa, ſicut effectus accidit ſuæ cauſæ (præſertim quando realiter diſtinguuntur) poteſt Deus producere ſpeciem impreſſam, & per modum non concurreret ad productionem expreſſæ: ergo ſi tota repugnantia conſiſtit in hoc, quod ſimul cum expreſſa perfectior eſſet: ſicut nō repugnat, cauſam eſſe ſine effectu, ſic non repugnat, Deum creare ſpeciē impreſſam, quin concurrat ad productionem expreſſæ: ergo abſolute non repugnat ſpeciem impreſſam creari.

Bartholomeus verò à Torres Canarienſis Epiſcopus tractatu de Trinit. 34. *Solutio Canarienſis.*
quæſt. 27. diſp. 5. dubio 4. aliud aſsignat diſcrimen dicens, ſpeciem expreſſam beare hominē formaliter; impreſſam vero effectiue: ſicut igitur non repugnat, habitū gratiæ ſanctificare formaliter hominem, repugnat tamen ſanctificare illū effectiue, quia hoc eſt ſolius Dei: ita non repugnat, ſpeciem expreſſam formaliter hominem beatificare: repugnat tamen creaturam aliquam eſſe, quæ hominem effectiuè poſsit beare.

Verum hæc ſolutio merito ab alijs Thomiſtis reijcitur; quia, vt omnes 35. *Confutatio prædictæ ſolutionis.*
Theologi vnanimiter concedunt, lumen gloriæ ſimul, & intellectus creatus conſtituunt vnum tale principiū effectiuum viſionis beatæ, & non ob id tollitur, quod beatificatio ſit effectiue à Deo. Vnde ad ſimile de iuſtificatione facilis eſt ſolutio: quia repugnat, creaturam aliquam per propriam virtutem poſſe effectiuè aliquam iuſtificare: non verò repugnat id poſſe virtute à Deo participata; nam actus

cha

charitatis,quia volũtate creata,& habitu charitatis creatæ elicitiuè procedit,etiã ſuo modo effectiue ſãctificat.

36. *Aliorum ſolutio.* Alind diſcrimen eſt recentiorum quorundam,quod,ſcilicet,ſpecies impreſſa cum ſit naturalis ſimilitudo obiecti,debet à Deo naturaliter emanare:& ideò Deum infinitè repræſentaret, & ob id eſſe infinita in eſſendo: quia ſolum res infinita in eſſendo poteſt Deum infinitũ infinito modo repræſentare: at vero ſpecies expreſſa licet Deum repræſentet, non tamen ipſum repræſẽtat infinito modo,quia Deus liberè,& non naturaliter coopetatur illi:& ideo voluntas diuina limitat viſionem beatam.

37. *Impugnatio.* Hoc tamen diſcrimen ſatis impugnatum eſt ſupra n. 21. vbi oſtẽdimus, Deum non naturaliter,ſed liberè concurrere ad productionem ſpeciei impreſſę,ſicut ad expreſſam:& ideo ſicut per voluntatẽ diuinã liberè operantẽ ad extra limitatur ſpecies expreſſa, ſic etiam poteſt limitari impreſſa.

38. *Recẽtiorũ ſolutio.* Alij tandem nouiſſimè cõſtituunt differẽtiã inter vtramq; ſpeciẽ, ex hoc ꝙ ſi daretur ſpecies impreſſa, fieret à ſolo Deo: & cũ eſſet repræſentatiua ſui,non haberet, vnde limitaretur, & ideo infinita,& interminata maneret: at verò ſpecies expreſſa,cum non fiat à ſolo Deo,ſed à Deo cooperante intellectu creato, qui finitus,& limitatꝰ eſt:& Deꝰ cooperetur potẽtijs creatura ũ,iuxta earum limitatas facultates:hinc eſt, ꝙ ab ipſo intellectu creato habet ſpecies impreſſa, ꝙ terminetur,& limitetur finite. Hæc eſt hodie ſolutio plauſibilior in Scholis pro Thomiſtarum ſententia.

39 Poterat quidẽ hæc Thomiſtarũ reſpõſio confutari,ſicut præcedens,ex libertate Dei liberè operantis in productione ſpeciei impreſſæ,quę Dei libertas illã limitat,ſicut expreſſã: Itẽ poterat impugnari ex poſsibilitate productionis ſpeciei expreſſæ immediatè à ſolo Deo:quia tamẽ hoc eſſet petitio principij: nã tunc aſſumptũ reſtaret probandũ,ideo hoc remittitur vſq; ad diſſicul.26. vbi late oſtenditur, Deum ſe ſolo immediatè poſſe producere ſpeciẽ expreſſam, quæ formaliter ipſa viſio beata, vel tãquã, ipſa forma actus videndi beatifici. Ex cuius probatione euidenter deſtruitur aſsignata diſparitas, ſiquidem in caſu, quo Deus producerẽt dictã ſpeciẽ expreſſam, nõ haberet tũc intellectũ creatũ ſui effectiuũ, à quo limitaretur. igitur, vel eſſet infinita talis ſpecies(quod abſurdũ eſt) vel limitaretur tantũ à libertate diuinæ voluntatis illam adæquatè producentis. Cũ ergo nõ ſufficeret eadẽ libertas ad limitãdam ſpeciẽ impreſſam: profecto ſufficiẽtiſsimè manebat prædicta ſolutio cõfutata. Sed illã vlterius ſic impugno: nã tota ratio repugnantiæ prædicti diſcriminis ſolũ ponitur ex parte cauſæ limitantis, nõ vero ex parte repræſentationis vtriuſque ſpeciei. Ex quibus duabus rationibus prima eſt extrinſeca effectiui; ſecunda vero formalis, & intrinſeca: ſi ergo nõ repugnat, hanc ſpeciẽ expreſſam repreſentare infinitũ,licet ſic ab intellectu creato limitatur non poterit etiã ſpecies impreſſa repręſentare idẽ infinitum,poſita eadẽ prorſus limitatione à volũtate Dei liberè limitante, cũ ſit certũ axioma inter Theologos, quodquid poteſt Deus facere cũ cauſa ſecũda poteſt facere ſe ſolo? Si enim aliqua implicatio ibi eſſet,profecto haberet ſe ex parte repræſentationis(quæ vt dixi) pertinet ad formalitatem ſpeciei: at vero ex parte cauſæ efficientis,nulla adeſt ratio limitandi ex parte intellectus creati, quã Deus ſupplere nõ poſsit. Ad cuius euidẽtiã retorqueo argumentum contra Thomiſtas: nam vt viſum eſt ſupra numerꝰ14.ponunt,quod & ſi Deus poſſit creare hominem liberè,ſicut quilibet homo poteſt aliũ hominẽ generare,nõ tamẽ poterit Deus creare hominẽ,quin ſit animal rationale, ſicut eſt homo genitus ab alio homine: quia variatio cauſæ efficientis nõ tollit rationẽ intrinſecæ formalitatis: ergo ſicut concurrens Deus cũ intellectu creato ad productionẽ ſpeciei expreſſę, illã producit ſimul cũ intellectu creato finitã,etiã ſi repręſentet ſui eſſentiã.ſic etiã poterit eadẽ ſpeciẽ ſe ſolo creare cũ eadẽ limitata repræſentatione ſuæ eſſentiæ: ſiquidẽ dicta repræſentatio pertinet ad formalitatẽ ſpeciei: variatio verò cauſalitatis effectiuæ eſt illi extrin-

extrinſeca: quod ſi poteſt expreſſã ſic limitatã creare: ergo multo magis ex inde infertur poſſe creare impreſſam, quam expreſſam: quia hæc aliquid vitalitatis videtur includere, non tamẽ illa. Relinquitur ergo diſcrimẽ ſupra aſsignatũ à Thomiſtis nullatenus vim argumẽti ſupra poſiti euacuare.

40. Iam ergo ſecũdo demonſtratur concluſio per illam rationem 3. concluſ. difficultatis præcedentis de raptu B. Pauli, quæ ponitur num. 29. Sed illi fortiſsimo argumento reſpondet Cayetanus 1. part. q. 56. art. 3. prope finem, non potuiſſe in Paulo remanere ſpecies diuinæ eſſentiæ: ſed ſolum rerum viſarum in eſſentia. Vnde Paulus non meminit poſt raptum diuinæ eſſentiæ: niſi inconfuſo: ſed rerum viſarum meminit, quia earum remanſerũt ſpecies in intellectu ipſius.

41. Sed cõtra: quia aut diſtinctè recordabatur Paulus illius actus, quo viderat diuinam eſſentiam, aut non. Si ſecundum dicas, tunc non fuiſſet certus de illa viſione, quod planè falſum eſt: quia iam non potuiſſet affirmare ſe illam vidiſſe, dicens. *Et ſcio huiuſmodi hominem quoniam raptus eſt ad Paradiſum, & audiuit arcana Dei &c.* Quæ viſio arcanorum non poteſt tribui rebus creatis viſis in eſſentia: de illis etenim planè licebit homini loqui: ergo primum neceſſario eſt dicendum: ergo diſtinctè recordabatur diuinæ eſſentiæ viſæ. Conſequentia patet: quia nõ poteſt eſſe clara, & diſtincta recordatio alicuius actus ſuę notitiæ, niſi ſit recordatio obiecti eius: quod patet ex Scoto in 4. diſt. 45. q. 3. lit. C. vbi docet, quod actus memoriæ recordantis terminatur ad duplex obiectum. Primo, ſcilicet, ad ipſum actum præteritum, ſupra quem reflectitur, & actus ille præteritus dicitur obiectum primũ recordationis illius: quia ad ipſum immediatè terminatur illa recordatio. Secundo autẽ terminatur ad obiectũ ipſius actus præteriti: & hoc tale obiectum dicitur obiectum remotum talis recordationis. Tunc argumẽtum vrget ſic. Habuit D. Paulus diſtinctam notitiam illius viſionis in raptu, vt ex citatis verbis ipſius conſtat: ſed diuina ea notitia illius viſionis neque eſſe ſine diſtincta notitia obiecti talis viſionis: alias enim viſio non cognoſceretur diſtinctè per recordationem: quia diſtincta cognitio cognitionis, includit diſtinctam cognitionem obiecti ipſius, cum obiectum ſit formale ſpecificatiuum eius: ergo cum diuina eſſentia fuerit obiectũ viſionis illius recordatus eſt Paulus diuinæ eſſentiæ diſtinctè: ſed non eſt, nec poteſt eſſe talis recordatio diſtincta, niſi per ſpeciem: ergo &c.

Nota ex Scoto, quid ſit obiectũ memoriæ recordantis.

Dico tertio, probabile eſſe diuinam eſſentiam de facto vniri per ſe immediatè intellectui creato in ratione obiecti intelligibilis ad viſionem beatã. 42. *3. concluſ.* Cõcluſio hęc communior eſt in Scholis: & qui eam tenuerit, non contradicit Scoto: quoniam non eſt locus expreſſus ipſius, in quo oppoſitã abſolute teneat, ſed tantum ait (vt viſum eſt in litera) *non conuincere ad id rationes factas*: imo credo hanc eſſe mentem Scoti: expreſſè enim hanc concluſionem docet in 4. diſt. 49. quæſt. 11. lit. G. his verbis. *Si autem obiectum in ſe præſens ſufficit ad actionem viſionis cauſandæ, quantum ad illud, quod requiritur ex parte obiecti: tunc non requiritur ſpecies.* Quibus verbis euidenter ſupponit Doctor, tãquam probabile, poſſe diuinam eſſentiam immediate vniri intellectui beati in ratione obiecti, abſque eo quod interſit ſpecies impreſſa. Probatur hæc concluſio ratione deſumpta ex D. Thoma: quia, ſcilicet, diuina ſubſtantia eſt obiectum maxime intelligibile in actu: ergo poteſt per ſe ipſam vniri intellectui: ſed data hac poſsibilitate, non eſt cur multiplicentur principia ſine neceſsitate: ergo ſine ſpecie videtur de facto diuina eſſẽtia à beatis

43. *4. concluſ.* Dico quarto probabilius eſſe diuinam eſſentiam de facto videri à beatis per ſpeciem intelligibilẽ impreſſam creatam. Concluſio hæc eſt conformior verbis Scoti, vt patet in litera, quam tenet Aureolus, vt viſum eſt ſupra, & eſt plurium Scotiſtarum: habeturque expreſſè à Doctore loco proxime citato, vbi loquendo de formis ſupernaturalibus præcedentibus viſionem, inquit. *Vna correſpondens obiecto, ſcilicet ſpecies intelligibilis in memoria*: tenet Vazquez inter alios 1. p.

d. ſp.

diſp.43.ca.7.& 8.quæ concluſio probatur ex ſuppoſitione cōcluſionis ſecūdæ, quod, ſcilicet, poſsibile eſt Deū videri per talē ſpeciem, ex quo ſic. Videri obiectum per ſpeciem eſt videri modo connaturali intellectui creato: ſed probabilius eſt Deum videri ab intellectu creato, modo ſibi connaturali, quàm modo nō accommodato nec connaturali ipſi intellectui, ſiquidem Deus non extrahit intellectum à modo connaturali operandi, quando id fieri nō repugnat: ergo probabilius eſt Deum videri de facto per ſpeciem.

§.4.

Soluuntur argumenta primæ ſententiæ.

44. *Ad argumenta pro prima ſententia & ad primum.* AD argumenta ergo pro primā ſententia reſpondeo, & ad primū D.Thomæ, facilis eſt ſolutio aduertendo, D.Dyoniſium ibi tantum negaſſe naturas rerū inferiorum poſſe repræſentare res ſuperiores, vt pote, hominem cognoſci per Leonem, ſeu Angelum per hominem, aut Deum per naturam Angeli: quia ens perfectius nō queat cognoſci per id, quod minus perfectum eſt: non enim habet ſpecificā vniuocationem cum illo in ſua entitate: & eſto, quod loqueretur ibi, non de rebus ipſis, ſed de ſimilitudinibus rerum, id etiam ſentit; videlicet non poſſe per ſpeciem repræſentantē equum cognoſci hominem, & conſequenter per ſpeciem repræſentantē rem creatam repræſentari, & cognoſci Deum: quod nos libenter fatemur: atqui ſpeciem, quę eſt in ſe entitatiue res creata, poſſe eſſe primò, & per ſe repræſentatiuam Dei: hoc non negauit D.Dyoniſius, nec ex eius propoſitione infertur.

45. *Ad 2. arg.* Ad ſecundum eadem ſolutione pariter reſponſio: quia & ſi nulla forma creata ſit ſuum eſſe, ſicut diuina eſſentia eſt ſuum eſſe: non ob id repugnat, quod aliqua forma creata poſsit repręſentare obiectum, quod eſt ſuum eſſe: ſi enim requireretur entitatiua æqualitas inter ſpeciem, & obiectum, nunquam daretur ſpecies hominis, cum talis ſpecies ſit accidens: homo vero ſubſtātia: Vnde argumentum procedit de cognitione Dei per cognitionem entitatis creatæ, vt dictum eſt ſupra.

46. *Ad 3. arg.* Ad tertium poterat reſponderi, ſicut ad primum: eſt enim potius declaratio ſolutionis illius, quàm nouū argumentum. Sed adhuc cōcedo, quod eſſentia eſt aliquod incircunſcriptū: omnis autem forma creata eſt determinata ſecundum aliquam rationem determinatam: ſed hoc intelligi debet in eſſendo, non tamē in repræſentando. Et ſi dicas, quod eſſe ſpecificū entitatiuum ſpeciei, eſt repræſentare: ergo ſi in eſſendo eſt determinata talis ſpecies, etiam in repræſentando determinata erit, hoc eſt, repræſentabit rem finitam, non vero infinitam. Reſpondeo, quod eſſe repræſentatiuum ſpeciei, poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet, pro reſpectu ipſo repræſentationis, qui eſt ordo quidam ad obiectum: vel ſecundo terminatiuè, hoc eſt pro ipſomet termino, & obiecto, quod reſpicit. Primo modo eſt limitatum illud eſſe repræſentatiuum; quia eſt idē realiter cum ipſa entitate ſpeciei: & ideò habet determinato, & finito modo repræſentare Deum. Secundo modo eſt ipſemet Deus, quem reſpicit ſpecies: ſed hoc eſſe, eſt extrinſecum ſpeciei, & non infert infinitatem in ipſa.

47. *Ad 4. arg.* Ad quartum reſpondetur, quod inter ſpeciem, & Deum eſt proportio ſimilitudinis obiectiua, de qua ſatis dictum eſt ſupra in difficultate 22.

48. *Ad 5. arg.* Ad quintū reſpōdetur per id, quod dictū eſt ſupra ſub nu. 14. dari, ſcilicet, ibi adæquationē, nō abſolutā, ſed in ordine ad actū, quē potētia poteſt elicere. Quę optime ſaluatur cū hoc, ꝙ ſpecies illa ſit naturalis imago, & ſimilitudo Dei modo expoſito, abſq; eo ꝙ ſit comprehenſiua illius.

49. *Ad 6. arg.* Ad ſextum reſpondeo, ꝙ ſpecies intelligibilis, & obiectū ſunt eiuſdem rationis in eſſe repręſētatiuo: qui ſicut ſpecies lapidis eſt lapis in eſſe intelligibili, & repræſentatiuo: ſic etiā ſpecies Dei eſt Deus in tali eſſe. Quod quidē eſſe nō infert infinitatem in ipſa entitate ſpeciei: quia licet eſſe ſpecificū ſpeciei (vt dictum eſt) ſit repræſentare: tamē exinde nō infertur, ꝙ in illa entitatiuè cōtineatur ipſe Deus,

ſed

Digitized by Google

ſed tãtũ ſimilitudo Dei: & hæc ſimilitudo Dei eſt, quæ reſpicit Deum tanquã terminum, & ſicut vnum ſimile reſpicit alterum in ea ratione, in qua aſſimilantur. Ex eo autem, quod reſpicit Deũ non infertur in ſpecie aliqua infinitas intrinſeca, ſed tãtum extrinſeca, & obiectiua: & ad ſummũ poteſt inferri, ꝙ ſicut eſt ſimilitudo creata obiecti, ꝙ eſt Deus, ſit ſimilitudo finita infiniti, vt optime reſpõdet Vazquez: & tũc cõtinet infinitũ in obliquo, quia eſt ſimilitudo infiniti, & reſpicit infinitum: non tamẽ ipſum infinitum in recto cõtinetur in illa: ſicut etiam ſimilitudo ſubſtantiæ continet ſubſtãtiam in obliquo, ſubſtãtia vero in recto non continetur in ſpecie, quæ eſt accidens, quia alias accidẽs formaliter, vel entitatiuè eſſet ſubſtantia, quod implicat. Nec valet ſi dicas, quod ibi in recto relucet obiectũ: quia relucere in ſpecie ex dicto modo reſpicit repræſentari ab illa.

50. *Obiectio Henrrici.* Reſtat tunc argumentis ſolutis, vt hec difficultas diſſoluatur exacte, ac Henrrici inſtantiam pro prima ſententia machinatã ſoluamus. Arguit enim in Summa art. 33. q. 2. ad 3. arg. quod Angelus poſſet tunc cognoſcere diſtinctè illam ſpeciem viribus ſuis, ſiquidẽ creatura eſſet: & conſequẽter cũ ſit ſecũdũ ſuã entitatem ſpecificata ab obiecto, cuius cognitio requiritur ad cognitionẽ diſtinctã talis ſpeciei, vt ſimili cõcludimus cõtra Caietanũ ſupra nu. 14. ergo Angelus, cognita naturaliter tali ſpecie cognoſceret quoque viribus ſuis, & naturaliter Deum, & ſic proprijs viribus beatificaretur.

51. *Solutio argum. Gãdauenſis.* Hæc ratio Henrrici, licet videatur acuta, peccat ex quadruplici capite: inprimis enim falſum ſupponit, quamlibet, ſcilicet, creaturam naturaliter cognoſci ab Angelo: quæ etenim ſupernaturales ſunt, nequeunt ab intellectu etiã Angelico naturæ viribus intelligi: vt cõpertũ eſt de habitibus ſupernaturalibus: hanc autem ſpeciẽ neceſſariò eſſe ſupernaturalis ordinis, tanquã indubitatum ſupponitur ab his, qui illã conſtituunt, aut inueſtigant. Secũdo peccat argumentũ quoniã adhuc admiſſo, ꝙ naturaliter cognoſceretur ab Angelo, nõ ideò in eius cognitione bearetur, ſiquidẽ (vt ſupra notatum eſt) abſq; terminatione cognitionis ad ipſam eſſentiã, prout in ſe ipſa eſt præſens, & non prout in ſpecie relucet, nequit dari notitia intuitiua Dei, nec conſequẽter viſio beata. Tertio, peccat argumẽtũ: quia & ſi per illã ſpeciem poſſet beari, ex eo quod talem ſpeciẽ cognoſceret, neceſſariũ erat tamẽ, vt prius terminaretur cognitio Angeli ad ſpeciem, adhoc, vt ipſa cognita, cognoſceret eſſentiam (de hac enim cognitione procedit argumẽtũ Henrrici) ſed vt ex cognitione illius veniret in cognitionẽ eſſentiæ, neceſſariò illa ſpecies eſſet medium cognoſcẽdi cognitũ: & ex conſequenti (vt ſupra ex Doctore notauimus) deberet talis ſpecies eſſe infinita: quia non poteſt aliquid eſſe cognitum, vt mediũ cognoſcendi aliud quidditatiuè, ſicuti eſt, niſi in ſe contineat totam rationem illius. Contradictio ergo eſt in adiecto, ſpeciẽ illã eſſe creaturã, vt ſupponit argumentum Henrrici, & eſſe ſimul medium cognoſcendi cognitum, quo Angelus bearetur. Tandẽ peccat prædictũ argumentum: quia (vt optime docet Doctor in quodlibetis, q. 14. lit. li.) ratio repræſentandi obiectum ſub ea ratione, qua obiectum eſt, repræſentat illud intellectui, cui ineſt, non vero alteri intuenti: *& ſic ſpecies intelligibilis* (inquit Doctor) *in vno intellectu, alij intellectui videnti eam non ſufficeret ad perfecte cognoſcendum obiectum, cuius eſt*: licet ergo Angelus poſſet intueri dictam ſpeciem inhærentẽ alteri intellectui, vtpote, alicuius beati: non propterea talis ſpecies repræſentaret Angelo idem obiectũ, & eodem modo, ſicut repræſentat intellectui, cui inhæret. Præterea aliter, & optime confutatur prædicta ratio Henrrici à Vaſquio 1. p. diſput. 28. ca. 4. nu. 21. per ſimile de ſpecie in ſpeculo refracta, vbi benè vtitur quadam celebri doctrina Scoti, quã ad propriorem locum nunc differo. *Optima doctrina Scoti.*

52. *Ad fund. 2. ſent.* Ad fundamẽtũ iam 2. ſent. qui 4. cõcl. tenuerint, facile ex dictis reſpondere poſſunt cũ Doctore ibi, nõ multiplicari principia cognitionis, cũ ſpecies impreſſa nõ tantum ponatur ad ſupplẽdam vicem obiecti, ſed etiã ad cõſtituẽdum intellectum intrinſecè in actu primo in ratione potentiæ, vt patet in exẽplo poſito ſupra nu. 24. de habitibus ſupernaturalibus.

Hoc

53. *Impugnatio Suarij.* Hoc tamen exẽplũ intendit infirma
re Suarez,dicẽs procedere loquẽdo de
principio operandi,ꝙ tenet ſe ex par-
te operantis:non verò de obiecto ipſo:
atque ita in præſenti beatus, quatenus
efficit viſionẽ,habet principiũ agẽdi ſi
bi inhærẽs, ſcilicet intellectũ, & lumẽ
obiectũ vero non eſt propria ratio agẽ
di,à qua ipſe beatus denominetur agẽs,
ſed eſt veluti principium efficiens, &
coadiuuans: & ideo neceſſe non eſt, vt
vniatur intellectui.

54. *confutatio eius.* Profecto hęc ſolutio arbitraria eſt,&
nullatenus ſoluit difficultatẽ argumen
ti:quia etiã quæcũq;alia ſpecies obiecti
creati habet ſe ex parte obiecti,& nihi-
lominus,nõ ſolũ habet gerere vicẽ ob-
iecti,ſed etiã intrinſece fæcundare in-
tellectũ in ratione memorię:quia cum
hæc principia partialia cauſent, produ
cendo vnã viſionẽ indiuiſibilẽ,prius de
bent vniri inter ſe, vt totaliter ad eius
productionẽ prorrũpãt: quãuis ergo di
uina eſsẽtia vnũ ex iſtis præſtare poſſet,
nẽpè vnire ſe extrinſece in ratione ob-
iecti,& ad hoc nõ egeat ſpecie, quæ ei⁹
vicẽ ſuppleat:eget nihilominus illa,vt
intellectus intrinſece fæcundetur in ra
tione memorię.Quod ergo aſſumit iſte
Author,videlicet obiectũ non eſſe pro
priã rationẽ agendi,à qua ipſe intelle-
ctus beati denominatur agens,& quod
eſt principiũ coadiuuans: vtrũque fal-
ſum plane eſt.De primo patet:quia il-
la eſt propria ratio agendi beati intelle
ctui,qua conſtituitur adęquate in actu
primo ad agendũ :ſed per vnionẽ obie
cti conſtituitur intellectus in actu pri-
mo ad producendã notitiã, ita vt ſine il
lo nullatenus poſſet in actu primo con
ſtitui,nec agere:ergo obiectũ eſt illi pro
pria ratio agẽdi.Secũdũ quoq; falſum
eſſe monſtrabo:quia principiũ coadiu
uans non poteſt dici niſi in eodẽ gene-
re cauſæ cũ illo,quod adiuuat:nõ enim
dicitur cauſa finalis adiuuans efficiẽtẽ,
nec formalis adiuuans materialẽ:ſed in
eodẽ genere cauſæ fit adiutoriũ vnius
cauſæ ad alterã,ſic auxiliũ ſupernatura
le in genere cauſæ efficiẽtis adiuuat vo
luntatẽ,& de duobus trabẽ portantibus
idẽ dicitur. Tũc ſic, vel ergo obiectum
habet verã,& propriã efficientiã, vel
non.Si ſecũdũ, vt tu fateris:ergo nõ po
teſt dici cauſa,ſeu principiũ coadiuuãs
reſpectu intellectus: quia nõ eſt eiuſdẽ
rationis cauſalitatis. Si verò primũ di-
cas:ergo nõ bene dicebatur prius, obie
ctũ nõ eſſe propriã rationẽ agẽdi,à qua
ipſe beat⁹ denominatur agens:nullã er
go differentiã conſtituere poteſt inter
vnionẽ intrinſecã per ſpeciem, & per
alios habitus ſupernaturales:ergo ſicut
de habitibus fateris connaturali modo
vniri intellectui,& volũtati,ſic de ſpe-
cie debes concedere connaturaliter in
trinſece fæcundare intellectum.

DIFFICVLTAS XXV.

Vtrùm beati videntes Deum,producãt ſpeciem expreſſam,quæ ſit verbum?

§.1.

Proponitur prima ſententia Cayetani & aliorum.

CAyetanus Ferrara, & cæteri
Thomiſtæ,quos in præcedente . I.
difficultate ſub probatione cõ- 1.ſent.Ca-
cluſionis 2. nu. 29. retulimus cũ Henr yetani.
rico de Gandauo quodlibeto 3.q.1. & Ferrarâ.
quodlibeto 4.q.8.negant (vt viſum eſt Henric.
ibi) Deum videri à beatis per aliquam
ſpeciem expreſſam,aut per verbum ab
ipſis productum:quam ſententiã aiunt
eſſe beati Thomæ 1.part.quæſt.12.art.
2.quia eadem ratione, qua D. Thom.
probauit,Deum per nullam ſimilitu-
dinem creatam poſſe videri (vt patuit
de eius mente in difficultate præce-
dente num.2.)multo magis id videtur
dicere de expreſſa,quã de impreſſa, ſi-
quidem illa perfectius repræſentat,quã
iſta: quæ ſententia probatur omnibus
argumentis,quæ pro hac parte pugnat
contra ſpeciem impreſſam.
Specialius tamen probatur hæc ſen-
tentia 1.ex ratione beatitudinis,quæ in
actuali operatione conſiſtit vt Scotus
docet in 4.diſt.49.quæſt.1. & D. Tho.
1.2.q.3.artic.2. & Phyloſophus diffi-
niuit 1.Ethicor.cap.8.& 9. dicens,
quod

Scotus. *D. Thom.* *Ariſtoteles* *D. Augu.*

quod fælicitas eſt operatio optima: & idem
10.ethicor.cap.2.ſpecificat hoc,inqua
operatione conſiſtat,& 2.Meta. cap.6.
textu Com.51. & c.4.tex.Com.39.&9.
Met.cap.7.tex.Com.14.& 15. & 16. &
2.de cœl.& mundo tex.Com. 17.quod
idem docet Diuus Auguſt.1.de doctri-
na Chriſtiana capit.6.& eſt communẽ
apud omnes,beatitudinem, ſcilicet, in
operatione conſiſtere: ſed operatio,
quæ talis beatitudo eſt,non eſt alia niſi
ipſum intelligere intellectus, vt ipſe
Phyloſophus inſinuat citato loco 12.
Met.Ergo in illo intelligere beatitudo
conſiſtit:ſed intelligere beati, eſt im-
mediate coniunctum verbo diuino: er
go non poteſt eſſe interuentu alicuius
verbi creati,aut creatæ ſpeciei,nec eſt
dabilis ſpecies creata etiam expreſſa,
quæ poſſet Deum repræſentare, cum
ſit formaliter actus intellectus ipſum in
telligere:ſpecies autẽ expreſſa debeat
eſſe formaliter qualitas.

Secundò,quoniam vbi verbum pro
3 ducitur,intellectio immediatè termina
tur ad verbum, & per verbum ad rem
cognitam:ergo ſi beati, Deũ videntes,
producũt aliquod verbũ creatũ,intelle
ctio eorum non immediatè terminatur
ad Deum,prout in ſe eſt,ſed ad creatu-
ram,& per illam ad Deum:hoc autem
dici non poteſt:quia tunc non viderẽt
immediatè Deum in ſe,ſed in aliqua ſi-
militudine,ſicut dicebant Armenij: er
go &c.

4 Tertio,quòd in creatis tantum poni
tur verbum,vt ſuppleat vicem obiecti
non ſatis actu intelligibilis per ſe:ſed in
viſione Dei eſt Deus perfectiſsimè
actu intelligibilis per ſe:ergo nõ eſt ne
ceſſarium ponere verbum in beatis.

Quarto tandem probatur ex Scoto
5 in quodlib.q.14.vbi ait, quod eſſentia
Dei tantum eſt vnicum verbum,& hoc
in iſto intellectu increato,in quo ſolo
poteſt eſſe notitia ipſius obiecti natura
liter genita:ergo ſecundum ipſum bea
ti videntes Deum non producũt
verbum,ſeu aliquam ſpe-
ciem expreſſam diuinæ
eſſentiæ.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia,& eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitum autem eſt Doctor 6
ſubtilis in quolib.q.14.liter.BB.vbi
hæc profert.*Beatus non habet verbum
de Deo:quia etſi illa viſio ſit imago diuinæ
eſſentiæ,ipſam naturaliter repræſentans: nõ
tamen eſt imago naturalis,naturaliter ab ip
ſa procedens:*idem docet ibidẽ q.15. lite.
X.quæ litera Doctoris triplicem habet
partem. Prima diffinit,beatos viderè
Deum,media viſione beata,quæ eſt ex
preſſa ſpecies,imago,& ſimilitudo na-
turalis diuinæ eſſentiæ,hoc eſt naturali
ter illam repræſentans,inqua parte cõ-
ueniunt omnes Scotiſtæ,dempto nemi
ne,& omnes Thomiſtæ, præter eos,
quos pro prima ſententia retulimus,
ac etiam cuncti Ieſuitæ.Secunda pars li
teræ Doctoris confusè loquitur de illa
formali viſione,an ſit à Deo adæquate
producta,& in intellectu beati tantum
recepta:an vero ſit à voluntate diuina
per modum obiecti concurrente, & ſi-
mul ab intellectu creato actiue produ-
cẽte? Inquo primo ſenſu intellexit Fran
ciſcus de Maronis in 1.diſt.27.viſionẽ
beatã adæquate fieri à Deo de facto:quã
ſententiam alij Scotiſtæ ſequũtur: in
ſecundo vero ſenſu plerique intelli-
gunt. In tertia parte ait Doctor,viſionẽ
illam,vt cumque conſideretur, nõ eſſe
proprie verbum,ſiquidem non eſt ima
go naturaliter procedens ab eſſentia:
in hoc ergo tertio puncto eſt punctus
difficultatis. Maximè etenim circa eius
reſolutionem diuiſi ſunt Scotiſtæ:nam
Guillelmus de Rubione vetuſtiſsi-
mus Scoti diſcipulus in primo diſtinct. *Maronis.*
27.q.2.§.*ex dictis apparet*,ſub concluſio
ne 3.aſſerit,viſionem illã dicendã eſſe
verbũ,etſi à Deo immediatè,& adæqua
te ſine intellectu creato producatur:
Bargius autẽ ibidem per oppoſitũ ſen-
tit,quod etſi ab intellectu actiue con- *Rubionis.*
currente ſit: non propterea erit ver- *Bargius.*
bũ:quia habet ſe intellectus ibi minus *Boſſolis.*
principaliter,& ideo à diuina volunta *Ant. And.*
te magis principaliter concurrente ſit *Herrera.*
libere,propteraque verbum non eſt: *Vignerius.*

Baſſolis tamē eadem diſt. q.2.articu.
2.medius eſt inter eos: inquit etenim,
quod ſi à Deo, & ab intellectu actiue ſi
mul producatur, eſt vere verbum: ſed
etiam Antonius Andræas eadem diſti.
quæſt.vnica & P. Herrera in 1.diſput.
10.quæſt.4.item Ioannes Viguerius in
1.diſtin.27.§.*ibi contra iſtam opinionem*,
in qua ſententia ſunt omnes fere oppo
ſitæ claſsis, qui viſionem eſſe ſpeciem,
& ſimilitudinē tenent, ac etiā Ieſuitæ.

Quæ ſententia probatur pri-
mo: nam in omni opinione intellectus
beati eſt cauſa actiua ſuæ viſionis: ergo
7 viſio eſt aliquid productum actiue ab
intellectu, tanquā à ſua cauſa: ergo per
aliquam actionem realem: et per con-
ſequens illius actionis realis aſsignan-
dus eſt terminus realis productus: ſed
omnis terminus realis productus ab in
tellectu eſt verbum: ergo &c.

Secundo, quoniam ſi aliqua ratione
illa viſio non eſſet verbū, maximè, quia
8 eſt quid productū liberè à volūtate di-
uina: ſed hoc minime poteſt obſtare:
quia voluntas diuina libere producēs,
non tollit rationē geniti in re producta,
dūmodo alia ab alio naturali principio
procedat: natura etenim humana Chri
ſti Domini fuit libere producta à volū
tate diuina, & ſanctiſsima Virgine Dei
para: ſed non ex hoc tollitur à Chriſto
Domino eſſe vere genitū, & Filiū beatiſ
ſimæ Virginis: ergo nec ab illa viſione
producta, ex eo quod ſit à Deo libere
producente, non tollitur ratio verbi.

Hæc ſunt potiſsima argumenta, qui-
9 bus P.Herrera prædictam intendit ro-
borare ſententiā. Quibus non obſtanti-
bus aſſerunt plerīq; alij Scotiſtę, viſio-
nē beatam vere eſſe qualitatem realem
productā, & ſpeciē expreſſā ab intelle-
ctu creato actiue cōcurrente: nullaten°
tamen hāc ſpeciē eſſe verbū, nec poſſe
verbi rationē habere: ſic ſentiunt Bar-
gius, vt viſum eſt Lychetus in quodlibe
tis q.14.& 15.ſub ar.2.principali, §.*hæc
litera eſt ponderanda*, & in ſequentibus
ſapientiſsimus Magiſter meus Domi-
nus Rada 1.p.controu.1.art.2. et recen
tiores plures: quæ eſt expreſſa ſentētia
Doctoris, vt in eius litera viſum eſt.

Vera ſentētia circa intelligentiā literæ Scoti Bargius. Lychetus. Rada.

Pro huius ſententiæ, & difficultatis
10 intelligētia primo obſeruare oportet,
verbū creatū eſſe genitū à duplici prin
cipio, nēpe ab intellectu, & obiecto: in
tellectus etenim prægnatur ſpecie im-
preſſa repræſentante obiectū: quę ſpe-
ciès eſt veluti ſemē in generatione pro
lis: intellectus igitur ſic prægnatus ſpe
cie, vel fœcundus etiā obiecto ipſo im-
mediate (eſto quod ſine ſpecie vni-
tus, vt in viſione beata probabiliter fieri
in difficultate præcedente conſtat) dici
tur memoria fœcunda, quæ vt ſic eſt in
actu primo ad prorrumpendum in
actū ſecūdū: ſic ergo fœcūda memoria,
per actum dicendi, qui non eſt actus
intelligendi, ſed ab eo realiter diſtinc-
tus (cum poſsit dari iſte ſine illo) produ
cit ſpeciem expreſſam, quæ eſt ſimilitu
do eiuſdē obiecti, quod repræſentaba-
tur in impreſſa: & hęc eſt formalis vi-
ſio, ſeu forma actus videndi, & notitia
genita, & conceptus, & eſt vera proles
memoriæ, & verbum mentis. Plures er-
go reſpectus in iſto verbo conſiderare
debemus, ſcilicet, ad intellectum, vt ad
principiū effectiuum: quia ab intellectu
per actū dicendi producitur: & ad ipſū
intellectū, & ad principiū receptiuum;
quia in intellectu recipitur ipſa viſio.
Rurſus dicit reſpectū ad obiectū, veluti
ad principiū naturaliter effectiuū: quia ob
iectū (vt patuit in difficultate præcedē
te) principiū naturaliter efficiens eſt, eo
quod ab ipſo effectiue naturaliter dimanat
ſpecies impreſſa, quæ expreſſā effectiue
naturaliter cōproducit. Et inſuper alio
reſpectu reſpicit obiectū, relatione ſci
licet repræſentantis ad repræſentatum
ſicut imago naturaliter reſpicit ſuum
prothotipum: omnis igitur iſti reſpe-
ctus requiruntur ad rationem propriā
verbi: ita vt quocumque deficiente, lo-
quendo de verbo creato (vt dixi) verbū
non eſt: & notanter dixi in verbo crea
to, quia verbum increatum, cum ſit ſub
ſiſtens, non habet reſpectum ad princi
pium receptiuum: nec propterea ver-
bum creatum, eo quod præciſe verbū
eſt, talem reſpectum dicit, ſed ex eo quod
accidens eſt. Ratio igitur ob quam ta-
les reſpectus requiruntur in verbo à
priori eſt: quia cum verbū ſit proles me
moriæ debet naturaliter, & per modū
naturæ produci, ſicut filius per modū
naturæ procedit à patre.

Digitized by Google

11 Ex his ergo omnibus reſpectibus, ille ſolum, qui eſt obiectum tanquam repræſentantis ad repræſentatum, eſt eſſentialis viſioni beatæ: cæteri autem minime; quia potentiam potentiam poſſit ſuppleri: nã reſpectus ad intellectũ, vt ad cauſam effectiuam, poteſt à Deo ſuppleri, ſi Deus adæquate illam produceret. Ille etiam reſpectus, qui eſt ad obiectum tanquam ad principium naturaliter effectiuũ, poteſt ſuppleri à Deo, quando produceret ſpeciem impreſſã alicuius obiecti in intellectu. Quod patet in viſione beata, ad cuius productionem, eſto quod ab intellectu fit, producit Deus, vel poteſt producere libere per ſuam voluntatem prius ſpeciem impreſſam diuinæ eſſentiæ in intellectu beati, vel etiam quia ipſa eſſentia non immediate, ſed mediate voluntate diuina, libere vnitur intellectui in ratione obiecti: tunc enim non naturaliter, ſed liberè obiectum comproducit viſionẽ: vel inquam viſio procedit ab alio comprincipio ſupplente vicem obiecti.

12 Hęc omnia in ſimili de generatione, vel productione hominis ſatis conſtat: nam inter Adamum, & Caimum fuit conuenientia eſſentialis in eadem natura ſpecifica, quia vterque erat animal rationale. Fuit nihilominus diuerſitas vtriuſque in relatione ad cauſas effectiuas: nam Adam fuit liberè à Deo adæquate productus, & creatus de limo terrę: Caim vero fuit ab Adamo & Eua naturaliter genitus: vnde eo quod Adã reſpicit cauſam liberam, nempe Deum creantem, nõ dicitur genitus, ſed creatus. Quia vero Caim duplici reſpectu reſpiciebat Patrem, & Matrem, à quibus naturaliter, & per modum naturæ proceſſerat, dicetur vere genitus, & vere filius. Sic pari paſſu viſio beata, & quæcumque alia intellectio creata habent hanc eſſentialem conuenientiam in hoc eſſe ſpecifico, quod, ſcilicet, quæcumque neceſſario reſpicit obiectum, quod naturaliter repręſentat: diuerſificatur tamẽ in reſpectibus ad cauſas efficientes: quia viſio beata, licet reſpiciat intellectum naturaliter effectiuũ ſui, reſpicit tamen Dei voluntatem libere, & contingenter, vice obiecti, illã comproducẽtem: & ideo non eſt genita, nec verbum. Intellectio autem quæcumque alia obiecti creati duo comprincipia naturalia naturaliter producentia reſpicit, nempe obiectum, & intellectum, & ideo propriſsime eſt vere genita, & vere verbum.

Quæres tamen, quare ſaltim partialiter non dicitur illa viſio beata verbũ, ad minus pro ea parte, qua ab intellectu procedit, quandoquidem hæc proceſſio proculdubio naturalis eſt? Hæc difficultas, quæ mihi videri vrgentior eſt omnibus huius quæſtionis, ſoluetur infra in ſolutione ſecundi argumenti pro ſecunda ſententia. 13

Porrò eſt iterum obſeruandũ, quod licet increatis omne verbũ ſit formalis viſio, hoc exinde prouenit, quia cum intellectus creatus non ſit ex ſe actu intelligens, indiget viſione, tanquam forma actualiter intelligendi. Ex quo ſequitur, verbum diuinum non eſſe viſionem formalem, quia, vt ait D. Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 16. non eſt intellectui diuino forma, aut ratio intelligendi, ob duo: primũ ex parte ſui, quia ſubſiſtens eſt, & conſequenter incommunicabile, vt *quo*. de ratione autem formæ intelligendi, ſicut cuiuſcumque alterius formæ, eſt, quod ſit communicabilis vt *quo*. Secundum ex parte intellectus diuini: quia cum ſit ex ſe ipſo actualiter intelligens, non eget forma intelligendi: & ideo intelligerè diuinam eſſentiam nullatenus pendent à verbo. Si etenim eſſet per verbum, eſſet quidem notionale, prout latiſsimè infra in quæſtionibus de Trinitate patefiet. Dicitur tamen à Diuo Auguſtino notitia, & viſio de viſione; ac ſi dicatur notitia genita, ſeu conceptus Patris, ex quibus deducitur, alium vlterius eſſe reſpectum in verbo creato, qui nullatenus reperitur in verbo diuino, videlicet, quod quia eſt forma intelligendi, dicit reſpectum ad actum intelligendi, ſicut quæcumque forma ad ſuũ effectũ formalẽ: cũ autẽ reſpectus cauſæ ad effectũ non ſit illi eſſentialis, ſed accidentalis, accidit conſequenter talis reſpectus verbo creato: hic tamẽ reſpect⁹, cũ 14 D. Aug.

non conueniat verbo, eo præciſe quod verbum eſt, ſed quatenus eſt viſio, & forma videndi; conſequenter etiam viſioni beatę debet competere, etiam ſi alias viſio verbum non ſit.

---

§ 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

15\.

1. concluſ. QVIBVS præhabitis difficultatē concludendo, dico primo, quod viſio beata eſt ſpecies expreſſa, & naturalis ſimilitudo diuinæ eſſentiæ. Concluſio hæc eſt Doctoris, vt vidimus, quam expreſſe tenet Diuus Thomas, licet ſub nomine verbi, non ſolum loquens generaliter, dicens, quod eo ipſo, quod intelligit intellectus, eſt verbum, vt tenet 1. part. quæſt. 27. art. 1. & quęſt. 9. de potentia art. 4. & 4. contra gentes cap. 11. & 12. ſed etiam ſpecialiter loquendo de viſione præſenti, hæc inquit in quarto de veritate art. 2. *Verbū intellectus noſtri eſt id, ad quod operatio intellectus terminatur.* Et paucis interpoſitis verbis hæc ſubdit: *Et hoc vniuerſaliter verum eſt de eo, quod à nobis intelligitur, ſiue per eſſentiam videatur, ſiue per ſimilitudinem.* *D. Thom.*

Ioan. 1. can.

16 Nunc probatur concluſio primo ex locis ſacræ Scripturæ: nam Ioannis prima canonica cap. 3. dicitur: *Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt:* quæ verba Ioannis exponit D. Auguſtinus quintodecimo de Trinit. cap. 16. de viſione beata, in qua eſt ſimilitudo Dei, cuius hæc ſunt verba: *Quam obrem cum tanta ſit nunc in iſto enigmate diſſimilitudo Dei, & verbi Dei, quia tamen nonnulla ſimilitudo reperta eſt, illud quoque fatendū eſt, quod etiam ſimiles erimus, quando videbimus eum, ſicuti eſt: tunc quidem verbū noſtrum non erit falſum, quia neque mentiemur, neque fallemur.* *D. Augu.*

17\. Probatur ſecundo concluſio ſanctorum Patrum teſtimonijs: nam idem Auguſtinus 9. de Trinitate cap. 10. prope finē ait: *Habet enim animā nonnullam ſpeciei notæ ſimilitudinem, & ... ſimilitudinem: vnde ... concludit, in quantum Deum nouimus, ſimiles ſumus, ſed non ad æqualitatem ſimiles: quia non tantum nouimus, quantum ipſe eſt,* ſed & Clarius in cap. 7. eiuſdem lib. hæc profert, *in illa æterna veritate viſum mentis conſpicimus, atque inde conceptam veram rerum notitiam, tanquam verbum apud nos habemus, & dicendo intus gignimus.* Generaliter vero intellectum intelligere per expreſſā ſimilitudinem tenet Diuus Anſelmus in Monologio cap. 32. dicens: *Nulla ratione negari poteſt, cum mens rationalis ſe ipſam intelligit, imaginem ipſius naſci in ſua cogitatione: imo ipſam cogitationem ſui eſſe imaginem ad ſui ſimilitudinem, tanquam ex eius expreſſione formatam.* *D. Auguſt* *D. Anſel,*

Ratione autem tertio probatur: quia viſio beatifica eſt qualitas quædam ab intellectu, & obiecto, nempe diuina eſſentia mediatè, vel immediate producta, vt per eam conſtituatur intellectus formaliter intelligens: ſed non poteſt per eam formaliter fieri intelligēs, niſi repræſentet eſſentiam diuinam, quam per ipſam viſionem intelligit: ergo &c. Aliqui Thomiſtæ reſpondent, intellectionem non eſſe qualitatem, ſed puram actionem intelligendi. Re autem vera decepti ſunt, prout ab alijs etiam ſuæ claſsis domeſticis confutantur. Capreolus etenim in ſecundo diſtinctione prima quæſtione ſecunda articulo tertio ad ſecūdū, Durandus in primo diſtinct. 27. quæſt. 2. Ferrara ſecundo contra gentes cap. ... & Cayeta. 1. part. quæſt. 27. artic. 1. ac plures alij tenent cum Doctore intellectionē, & cæteras operationes ... immanentes actiones non eſſe formaliter actiones de genere actionis, ſed qualitates. Quod iam ratione probatur: quoniam productio viſionis actio realis eſt, ergo ad aliquem terminum realem productum terminatur ... qui talis terminus non poteſt eſſe actio ... illius actionis terminus, idem proſus fieret argumentum, ac pro ... vſque in infinitum eſſet proceſſus; ergo talis terminus procul dubio qualitas eſſe debet. 18 *Capreol.* *Durand.* *Cayeta.*

Dico

18 *2. Concluſ.* Dico ſecundo, quod viſio beata quomodolibet producta eſt ſimilitudo diuinæ eſſentiæ. Cõcluſio manifeſta eſt: nam vt manet oſtenſum, reſpectus ad obiectum, vt pote repræſentantis ad repræſentatum, eſt eſſentialis viſioni: ergo &c.

19 *3. Concluſ.* Dico tertio, quod ſi viſio beata produceretur adæquatè à Deo in intellectu creato, ipſomet intellectu nihil agente, viſio illa non eſſet verbum. Concluſio eſt manifeſta, & cõtra Rubionẽ demonſtrari poteſt: nam verbum dicit intrinſecum ordinem ad memoriam fœcundam, tanquam ad cauſam effectiuam naturaliter producentem: ſed in caſu concluſionis, talis viſio non produceretur à memoria fœcunda, vt de ſe patet, & ſupponitur: ergo non eſſet verbum.

20 *4. Concluſ.* Dico quarto, quod viſio beata producta ab intellectu creato, & diuina voluntate gerente vicem obiecti, non eſt verbum. Concluſio hæc eſt expreſſa Doctoris: & præter quam ſatis confirmatur ex ſupra notatis num. 10. & 11. vlterius probari poteſt ex D. Auguſtino, qui ſæpe ait, verbum eſſe prolem memoriæ: ſed ad rationem prolis requiritur, quod ſit ab agente per modum naturæ: ergo cum viſio beata non procedit à diuina eſſentia per modum naturæ: quia vt ſæpiſsime docet Scotus, viſio beata procedit à diuina eſſentia mediante voluntate libere producente illam, non erit verbum mentis. Hoc idem confirmatur verbis Doctoris in illa citata quæſtion. 14. quodlibetali, vbi inquit: *Non igitur quæcumque actualis notitia obiecti eſt verbum, ſed illa ſola, quæ de ipſo naſcitur tanquam proles: hoc eſt, non tantum eſt naturalis ſimilitudo eius: ſed naturaliter gignitur ab ipſo naſcendo.* *Scotus.*

21. Nec valet ſolutio Patris Herreræ exponentis ibi loquutum fuiſſe Doctorem de viſione totaliter producta à voluntate diuina. Hic etenim nullatenus credo, expoſitionem hanc poſſe habere locum: quoniam ex contextu apertè conſtat, loqui Scotum de viſione beata producta ab intellectu creato, & voluntate diuina loco eſſentiæ producente. Ait namque ibi interdũ, voluntatem diuinam mouere intellectũ creatũ: motio autẽ obiecti reſpectu potentiæ non eſt, niſi vt potentia ſic mota producat eius viſionem: motio enim nõ eſt totaliter cauſare: quia ad merã receptionem viſionis nõ indigebat intellectus moueri. Rurſus, hoc aperte habetur ex Doctore ibidem ante litteram Y. vbi ait, voluntatem diuinam loco eſſentiæ mouere intellectũ creatum. Hęc namque ait: *Non igitur ſe habet eſſentia, & voluntas vt mouens ſuperius, & inferius propriè loquendo, ſic intelligendo, quod vtrumque attingat ipſum motum: ſed tantum voluntas diuina attingit intellectum creatum, tamen ſupponit motionem intellectus diuini ab ipſa eſſentia, ſine qua ipſa voluntas non haberet illud velle, quo mouet.* Quibus verbis manifeſtat Doctor, non omnem viſionem beatã eſſe adæquate à Deo: & inſuper illa, quæ eſt à Deo. Et intellectu creato, nõ eſſe verbum, eo quod à Deo non per modũ naturę, ſed liberè procedit, ratione cuius talis viſio verbum eſſe nõ poteſt, ex nuper citatis ipſius Scoti verbis ſatis compertum eſt.

§ 4.

Soluuntur argumenta prioris ſententiæ.

22 *Ad argumẽta pro 1. opinione & ad 1.* AD argumenta autem pro prima ſententia, & ad primum reſpondeo, verum eſſe beatitudinem in operatione conſiſtere. An autem conſiſtat formalius in operatione intellectus: an vero voluntatis? non eſt huius loci diffinire. Sed nunc admiſſo, quod in operatione intellectus conſiſteret propter gratis cõcedendam maiorem efficaciam argumenti: non ex inde ſequitur, quod intelligere ſit actio: & dato, quod actio eſſet, aliquem terminũ naturalẽ deberet habere, vt oſtenſum eſt; & hic talis terminus, eſſet illa qualitas, quæ eſt ſpecies expreſſa. Verum enim vero, nec intelligere eſt actio, nec propterea habet aliquem terminum realẽ

à ſe productum: ſed actus dicendi ipſius intellectus eſt vera actio, & productio realis: & per hanc producitur ſpecies expreſſa, quæ eſt imago, & ſimilitudo naturalis, & ipſa viſio formalis diuinę eſſentiæ: & hæc forma eſt ratio formalis intelligendi, & ipſum intelligere eſt operatio vitalis, quæ eſt effectus formalis ipſius viſionis. Vnde intelligere, & intellectio, ſeu videre, & viſio, habent ſe, ſicut forma, & eius effectus formalis.

23 *Ad 2. arg.* Ad ſecūdū dico, quod illa maior eſt falſa: quia intellectio formalis idē eſt, quod viſio: ſi vero accipias intellectionem non pro forma intelligendi, ſed pro ipſo intelligere: tunc (vt dictū eſt) non eſt proprie viſio, ſed effectus formalis viſionis, & nō terminatur ad verbū, ſed ipſum verbū ſupponit tanquā formā, à qua eſſentialiter depēdet: nec prius intelligitur verbū, quā obiectū: quia verbū eſt ratio cognoſcendi non cognita: & ideo viſio beata primo & perſe terminatur ad Deū: quia videre Deū medio verbo, ſeu viſione, eſt videre illū media ratione formali actus videndi, non tamē medio aliquo prius viſo, aut cognito.

24 *Ad 3. arg.* Ad tertium dico, argumentū procedere de ſpecie impreſſa, non vero de expreſſa: illa etenim reddit obiectū actu intelligibile: iſta vero reddit ipſum actu intellectū: quia eſt ratio actualiter intelligendi illud. Et ſicut per nullam potentiam poteſt dari effectus formalis ſine forma: ſic neque intelligere ſine verbo, aut formali intellectione.

25 *Ad 4. arg.* Ad quartum dico, Doctorē ibi negaſſe illi viſioni rationē verbi, vt ex conc. 4, conſtat: non vero rationem ſimilitudinis, quam expreſſe ponit in litera.

26 *Ad argumenta pro opinione Scotiſtarū & ad primum.* Iam argumenta pro parte illorū Scotiſtarum ſoluendo, dico ad primū non probare viſionē eſſe verbū, ſed ſolum eſſe expreſſam Dei ſimilitudinē, & qualitatem realē: ſupponit enim, omnem qualitatem realem, quæ eſt ſimilitudo expreſſa obiecti, eſſe verbum: nos autē de expreſſa mente Scoti iam ſatis oſtēdimus ad propriam rationē verbi præ requiri, quod procedat ab intellectu, & obiecto per modum naturæ, tanquā proles memoriæ.

27 *Ad 2. ar. ſolutio* Ad ſecundum (quod ſatis arduū eſt) reſpondeo in forma concedēdo maiorē, & negando minorē: ad eius tamen probationem negatur antecedens. Ad probationē vero de Chriſti Domini filiatione, poterat reſpōderi, Chriſtum Dominū eſſe vere genitū, & Filiū Virginis ſecundū generationē tēporalem per filiationē verā, & verā generationē: attamē ſecundū eſſe, quod habet quatenus homo, non eſt genitus, & Filius Dei: quoniā cū, vt argumētū ſupponit eius humanitas cauſata ſit liberè à voluntate diuina, nō potuit ita reperiri rigoroſa ratio generationis, ſicut ſecūdū quod Deus eſt, vere, & rigoroſe Filius Patris per generationē æternā: tametſi etenim etiā, ſecundū quod homo, dicatur Filius Dei naturalis, iuxta illud Pauli ad Rom. 1. c. *Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei &c.* *Ad Rom. 1* Hæc filiatio dicitur à Theologis naturalis propter naturale ius hæreditandi, iuxta illud eiuſdē Pauli ad Rom. 8, c. *Si Filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* *Ad Rom. 8* Vbi filiationē in ordine ad hæreditatē conſtituit Apoſtolus: in qua ſumus cohæredes Chriſti, & filij Dei: nō tamē ſicut ipſe eſt Filius Dei, nos ſumus filij eius: nos etenim ſumus filij per adoptionem: Chriſtus vero per naturā: hoc eſt, nobis donatur hæreditas ex mera gratia, qua adoptamur in filios, cum extranei eſſemus: Chriſtus autem, etiam ſecundum quod homo, habet ius hæreditandi ex vnione hypoſtatica, qua eſt Filius Dei, per vnionem humanitatis ad Verbum æterni Patris Filium: de qua difficultate videndus eſt Scotus in tertio diſtin. 10. q. vnica.

28 Hac quidem ſolutione reſpondendum erat, quod ſicut Chriſtus Dominus eſt genitus à Virgine, & eius Filius: non tamen eſt genitus à voluntate diuina: ſic etiā viſio beata eſt verbum reſpectu intellectus naturaliter producētis, non vero reſpectu obiecti: & ſic erat inadæquate verbum.

29 *2. ſolutio præſtātior, & nimis acuta.* Verum enimuero ſolutio hæc eſt ſatis diminuta, & expreſſa contra Scotū, qui fere totam rationem verbi conſtituit in ordine ad obiectum, vt ex eius citata litera ſatis conſtat. Quamobrem aliter reſpondeo, conſtituendo

diffi-

differentiam inter matrem, & intellectum (quæ longiſsima eſt) nam intellectus, & obiectum ſunt duo principia adequate generantia uerbum: intellectus autem ſeorſum cōſideratus, & exſe eſt principium æquiuocum, ita quod ex ſua ratione nude ſumptus, eſt tanquam tabula raſa (vt dicebat Phyloſophus) inqua nihil eſt de pictū: & ideo vt ſic non eſt aſsimilatiuus in natura ſpecifica: quia exſe nō magis productiuus eſt verbi lapidis, quàm verbi hominis, ſeu leonis: obiectum vero eſt principium vniuocum, & habet ex ſua ratione eſſe aſsimilatiuum, ita quod illud, quod generat, neceſſario eſt ſibi ſimile in ſpecie, non quidem ſecundū eſſe entitatiuum, ſed ſecundum eſſe intelligibile: notitia etenim, quā producit obiectum, eſt natura, imago, & ſimilitudo ipſius obiecti: cum igitur generatio ſit terminata ad effectum ſimilē generāli (loquor in creatis) quem naturaliter, & per modum naturæ generat: hinc eſt, quod deficiente illo principio naturaliter generante, quod eſt aſsimilatiuum ipſius geniti, nō poteſt dari generatio: & ideo, licet ſpecies expreſſa naturaliter procedat ab intellectu, dummodo tamen non procedat naturaliter ab obiecto: nec etiam partialiter verbum eſſe poteſt: quia non habet, cui ex vi generationis aſsimiletur.

30 At vero mater non minus aſsimilat ſibi filium in vnitate naturæ, quàm pater, quia vtrumque principium, etiam ſi varietur, ſexus eſt vniuocum, & eiuſdem ſpecificę naturæ: & ideo licet in Chriſto Domino pro ea parte, qua pater debebat influere, ſit cauſata eius humanitas libere à diuina voluntate: nō ideo tollitur ab eo vera filiatio, & generatio reſpectu Virginis Deiparæ; quia ipſa, vt mater, fuit naturaliter aſsimilatiua illius, ita vt Filius eſſet in eadem ſpecifica natura matris: ex quibus euidenter colligitur differentia principiorum generantium, & ex ea manifeſta fallacia argumenti.

31 Sed contra: quoniam intellectus in hoc dinſtinguitur à voluntate, quia ille eſt principium aſsimilatiuum, non tamen illa; & ideo dicimus, Spiritum Sanctū nō eſſe genitū, quia quāuis procedat ab eodem obiecto, à quo procedit Filius, nempe à diuina eſſentia in ratione obiecti: eo tamen, quod non procedit per intellectum, qui eſt principium aſsimilatiuum per modum naturæ, ſed per voluntatem, non eſt genitus, nec filius: igitur principalius requiritur naturalitas principij, nēpe potentiæ, quâm obiecti: & ideo ſufficit viſionem beatam produci naturaliter ab intellectu, licet non procedat naturaliter ab obiecto, vt ſit vere verbum.

Reſpondeo, quod intellectus non aſsimilat ſibi productum, ſed obiecto in ipſo intellectu exiſtenti, vel in ſpecie, vel per intimam præſentiam. Vnde nullum verbum eſt ſimile intellectui nude ſumpto, ſed obiecto: ipſe ergo intellectus eſt potentia naturalis aſsimilatiua illius, quod producit, illi obiecto, quod naturaliter ſecum concurrit. Cum autem ibi obiectum naturaliter non concurrat (vt ſupponimus) ſed libere: non poteſt intellectus aſsimilare productum tali obiecto, tanquam naturaliter generanti: & ideo tale productū non poteſt eſſe verbum. Quod autem dicitur de productione Spiritus ſancti verum eſt: ſed ideo illa productio non eſt generatio, ſicut productio Filij: quia ad generationem duo requiruntur, & ſcilicet, quod procedat ab obiecto naturaliter concurrente, & à principio naturali, quod ex ratione formali ſuæ productionis habeat aſsimilare productū illi obiecto: in productione autē Spiritus Sancti reperitur vna ex rationibus iſtis, non tamen vtraque ſimul: & ideo non eſt Filius: at qui in productione Verbi vtraque concurrit, & ideo Filius eſt: in viſione autem beata deficit principalior ratio, ſcilicet, naturalis concurſus obiecti, & ideo Verbum eſſe non poteſt. 32

DIFFICVLTAS XXVI.

Vtrum viſio beata poſsit à Deo totaliter ſine aliqua actione intellectus creati, in ipſo intellectu creato produci?

§. 1.

Proponitur prima ſententia Diui Thomæ, & aliorum, cum ſecunda Suarij.

1 *1. ſententia D. Thomas Cayetanus Ferrara. Capreolus.* Diuus Thomas 1. part. quæſt. 2. art. 5. Cayetan. ibidē, Ferrara 3. contra gentes cap. 54. Capreolus in 4. diſt. 49. & cæteri Thomiſtæ, ac omnes, qui aiunt ſimpliciter, & omnino neceſſarium eſſe lumen gloriæ ad viſionem beatam, tenēt hoc ideo eſſe, quia per nullam potentiam poteſt viſio Dei à Deo totaliter produci, & immediate infundi in intellectu creato: quod ita verum eſſe ſupponunt, vt ex hac hypoteſi, quod, ſcilicet, intellectus creatus neceſſario debeat actiue cōcurrere ad talem viſionem, & ex viribus ſuis talem actiuitatem habere nequeat, indiget ſupernaturali lumine gloriæ, *adhuc, quod eleuetur in tantam ſublimitatem* (vt inquit Diuus Thomas) *vt Dei eſſentiam videre poſsit.* Fatentur tamen, viſionem ipſam ſub ratione cuiuſdam qualitatis poſſe à Deo produci ſine lumine: per ipſam tamen viſionem intellectum non poſſe obiectum videre: quia tunc non operaretur vitaliter. Sententia igitur illa prout ad præſens attinet (omiſſa pro nunc luminis gloriæ neceſsitate) nonnullis argumētis fulciri poteſt.

2 Primo, quoniam viſio beata eſt quædam actio vitalis intellectus creati: ſed actio vitalis neceſſario effectiue procedit à principio intrinſeco vitali: ergo viſio beata per nullam potentiam poteſt non effectiue procedere ab intellectu, ſiquidem eſt eius vitale principium.

Secundo, quia intellectus non poteſt dici principium vitale per meram receptionem viſionis à Deo productæ: quia merum recipere pertinet ad genus cauſæ materialis: vitalitas autē neceſſariam efficientiam importat, vt patet ex Concilio Tridentino ſeſſ. 6. can. 4. vbi diffinit hominem in actibus ſupernaturalibus per ſuas potētias nō concurrere tantū recipiendo, ſed agēdo: quia non ſe habet vt innanime quoddā nihilomnino agens: ergo ſi ab intellectu tanquā à principio vitali viſio beata procedit, neceſſario ab illo in ratione veræ efficientiæ debet procedere. Verba autem Concilij hæc ſunt, *ſiquis dixerit liberum hominis arbitrium &c. ſed veluti innanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſsiue ſe habere, anathema ſit.* 3 *Conc. Tri.*

Tertio, nam ſi aliqua ratione, iſta vitalitas actiuitatis à Deo ſuppleri poſſet ea eſſet, quia omnem cauſalitatem cauſæ efficientis Deus poteſt ſupplere, & hæc vitalitatis cauſalitas effectiua eſt: ſed hæc vitalitas ſimul cum efficientia includit cauſalitatem formalem, nempe tendentiam propriæ virtutis intellectiuæ ad obiectum, quam Deus ſupplere non poteſt: ergo nec prædicta actiua vitalitas poteſt ſuppleri à Deo. 4

Quarto, quoniam ſecundum Scotū actio formaliter eſt in agente, & non in paſſo: ergo cum viſio beata ſit quędam actio, ſi à Deo totaliter eſt, in ipſo neceſſario erit: ergo Deum beatum denominaret, & non intellectum creatū: quia intellectus, ſicut quodlibet aliud agens non poteſt denominari intrinſece tale per actionem alterius agentis: ergo nec poteſt denominari formaliter videns per viſionem à Deo productam: ergo nec poterit eſſe beatus illa viſione. 5

Quinto probatur: quia ſi poſſet beatus viſione à Deo producta, Deum videre, etiam poſſet fruitione à Deo producta Deo frui: ergo per meram receptionem talium viſionis, & fruitionis Deum videret, & frueretur ipſo: ergo 6

non

non indigeret eleuari ad viſionem,& fruitionem per lumen gloriæ: eleuatio etenim tantum ponitur ad præſtandum vires potentiæ debili ad agendũ: ſed non indigere intellectum, & volũtatem creatam eleuatione ad Deum videndum,& fruendum,eſt Hæreſis dãnata in Concilio Vienenſi,vt habetur in Clementina *ad noſtrum*, vbi inter Hæreſes Begardorum, & mulierum Begguinarum,quas damnat,erat quinta in ordine,*quod anima non indiget lumine gloriæ ipſam eleuãte ad Deum videndũ & Deo beate fruendum*: ergo cum hęc Hæreſis admittenda non ſit, admitti quoque non poteſt,intellectum creatum per viſionem à Deo adæquate productam, perſe ipſum Deum videre.

7 Suarez vero ſuper 3.part.tom. diſput.31.ſect.6.in ſolutione 4.argum.§. *atque hæc quidem*,poſtquam quinque refert opiniones,quas reijcit, ſextam cõſtituit ſibi propriam,qua tuetur, non ſolum de poſsibili, ſed de facto Deum eſſe cauſam principalem effectiuam viſionis beatæ,& ſimiliter omniũ actuũ ſupernaturaliũ intellectus,& volũtatis creatæ: ipſas vero creatas potẽtias reſpectu taliũ operationũ eſſe cauſas inſtrumentales,ſeu inſtrumenta tantum modo: quod idẽ tenet in ſecundo tomo ſuæ Metaphyſicæ diſp.30.ſect.11. num.47.vbi ait,quod quantum ad actiuitatem vitalitatis ſufficit,quod ad illã concurrat intellectus creatus, vt inſtrumentum: tenet tandem 1. part. lib.2.*de attributis negatiuis*,cap.15.

2.opinio Suarij.

8 Fundamentum vero huius ſingularis ſententiæ eſt: quia illis potẽtijs creatis nullomodo conuenire poteſt ratio principalis agentis reſpectu actuũ ſupernaturaliũ quoad ſubſtantiã actus,eo quod ad illos concurrunt,non ſecundum ſuam naturalem virtutem, ſed ſecundum virtutem obedientialem: quã obrem indigent eleuari,& ideo agunt vt inſtrumẽta eleuata ab illo, in cuius virtute principaliter nituntur ad operandum,quæ eſt propria diffinitio (inquit Suarez) cauſæ inſtrumẽtalis. Hãc ſententiam primo ſic probat Suarez: quia huiuſmodi potentiæ in talibus actionibus,non habent limitatum terminum, ſed vltra omnem gradũ in infinitum poſſunt magis ac magis præfatos actus elicere, vel ſecundum ſpeciem,vel ſecundum intenſionem: ergo ſignum eſt non agere,vt principales virtutes,neque integras,neque partiales: quia in omni virtute ſua principali limitatæ ſunt,ſicut & in eſſentia, & perfectione.

Secundo probat: quoniam ad Dei omnipotentiam ſpectat hoc, quod eſt poſſe vti vnaquaque creatura, vt inſtrumento, dummodo tamen ſit modo illi accommodato; id eſt rebus vita carentibus, vt inanimatis inſtrumentis: anima vero,& eius potentijs, vt vitalibus inſtrumentis: ergo omnem efficientiam principalem ſupernaturaliũ hominis operationum Deo debemus tribuere,& tantum actiuitatem inſtrumentalem ipſius hominis potentijs. 9

Tandem: quia ſi intellectus creatus aliquam principalem actiuitatem circa tales operationes haberet, hoc proculdubio ideo eſſet: quia cum non poſsit in illis non vitaliter operari,nõ poſſet ſe actiuè non habere reſpectu illarum: ſed non repugnant hæc duo,ſcilicet agere vitaliter, & agere inſtrumentaliter: ergo ſtante quod inſtrumentaliter tantum agat, poteſt ſaluari,quòd vitaliter operetur. Conſequentia eſt nota, minor probatur: quia ratio actus vitalis (inquit ipſe) in hoc ſolũ conſiſtit,vt procedat à proximo principio radicali vitæ,taliter vt ipſummet principium informare poſſit,& in vltimo actu inſtituere: ſed hoc totum ſtare poteſt cum hoc,quod ipſummet radicale, & proximum principium vitæ influat in actum per ſuam entitatem,non autem connaturali modo: quæ ſunt propriè vitaliter, & inſtrumentaliter agere: ergo &c. 10

(.·.)

generat in nobis notitiam ſui: ab vtroque enim paritur notitia, ſcilicet, à cognoſcente & cognito: ex quibus ſic concludit Scotus in fine literæ G. *Verum quidem eſt, quod vtrumque iſtorum aliquo modo eſt actiuum ad intellectionem: ſed actiuum partiale: ambo autem integrant vnum actiuum totale.* Quæ autem iſtarum duarum cauſarum partialium principalior ſit, inquit ibidem ſub lit. H. quod non oportet diſcutere: at vero in 1. diſtin. 3. quæſtione 8. art. 1. ad hanc interrogationẽ reſpondet his verbis: *Reſpondeo, quod pars intellectiua habet principaliorem cauſalitatem reſpectu cognitionum modo nobis naturaliter conuenientium:* attamen reſpectu cognitionis obiecti beatifici hæc ſubdit: *Tamen aliquando obiectum excedens multum facultatem partis intellectiuæ, puta obiectum beatificum, vt clare viſum, poſſet poni habere totam cauſalitatem reſpectu viſionis, aut principaliorem, quam pars intellectiua: & hoc propter excellentiam talis obiecti, & propter defectũ partis intellectiuæ.* Quibus verbis præclare inſinuat Doctor: Primum eſt aliter ſe habere intellectum creatum in ordine ad cognitionem naturalem; quam in ordine ad cognitionem beatam, quatenus excellentia obiecti excedit actiuitatem potentiæ: de quo ſatis dictum eſt ſupra in difficultate 23. Secundum eſt poſſe totã actiuitatẽ, & efficientiam viſionis beatæ eſſe à Deo. Tertium tandem eſt viſionem beatam etiam poſſe effectiue eſſe ab intellectu creato, licet tanquam à cauſa minus principali: quia ab eo tantum eſt vitalis actiuitas, à Deo autem, & eſt efficiẽtia obiecti, & efficientia potentiæ, quatenus ipſi intellectui præſtat lumen gloriæ, ſine quo eius vitalis actiuitas circa tale obiectum exerceri non poteſt.

14 Quod vero non ſolum reſpectu viſionis beatæ, ſed etiam cuiuslibet naturalis cognitionis poſsit Deus eſſe cauſa totalis actiua, tenet Doctor expreſſe in quodlibetis q. 15. lit. L. & ſæpiſsimẽ in alijs ſuæ doctrinæ locis, quẽ ſequuntur omnes Scotiſtæ veteres, & recentiores, inter quos eſt Pater Herrera in 1. diſpu. 7. quæſt. 9. ſub concluſione 2.

Herrera

§. 3.

Explanantur fundamenta ſententiæ Scoti.

Difficultas ergo eſt, non ſolum de viſione beata, ſed etiam de qualibet naturali intellectus cognitione: quinimo, & de quacumque vitalis potentiæ operatione (de qualibet etenim, quoad hoc, eadẽ prorſus ratio eſt) verum, ſcilicet, Deus poſsit totaliter producere intellectionem formalem, hoc eſt verbũ mẽtis in intellectu creato: ita quod talis intellectus eo informatus intelligat? Hæc etenim eſt principalis ratio difficultatis: quoniã videlicet, hoc ſemel admiſſo, non difficile erit hoc idem de viſione beata aſſerere; & quid cõgruentius de facto tenendum ſit, ſtatuere. Tota ergo ratio dubitandi oritur ex inueſtigando, in quo vitalitas potentiæ conſiſtat? Videtur namque in illa actione, & efficientia, qua intellectus, verbi gratia, verbũ mentis producit, conſiſtere. Verum enimuero oppoſitũ expreſsit Doctor in loco proxime citato, dum inquit: *Nunc autem, licet intellectus actiue cauſet intellectionem, non tamen dicitur intelligere, inquantum cauſat, quia ſi Deus cauſaret illam eandem intellectionem: non tamen diceretur intelligere illam intellectionem, ſed intellectus ille, in quo cauſatur intellectio: igitur & modo intellectus dicitur intelligere, non quia cauſat, ſed quia recipit intellectionem.* Ex quibus verbis doctiſsimi quidam Scotiſtæ inferunt in ipſa mera receptione, & informatione intellectionis conſiſtere vitalem operationem intellectus: eo quod intelligere eſt vitalis eius operatio: intelligere autem eſt quoddam pati, vt ponit Ariſtoteles 2. & 3. de anima, & ex hac Scoti auctoritate habetur. 15 Ariſto.

16 Re tamen oculatius inſpecta, vitalis operatio, tametſi eſſentialiter præſupponat receptionem, & informationem intellectionis, ſeu verbi, tanquam eſſe-

effectus formalis ſuam cauſam formalem (in quo differt ab actiuitate intellectus ſine qua verbum, & formale intelligere dari poteſt) non tamē præciſe in ipſa mera receptione cōſiſtit; ſed in eo, quod intellectus ſit informatus intellectione, ſeu verbo, percipit obiectum repræſentatū in illo. Quod quidem percipere, eſt vitaliter operari: & hoc vitaliter operari eſt formaliter intelligere, vt optime notauit P. Herrera loco citato, & diſp. 10. quęſt. 3. ad 2.

17. *Quid ſit vitaliter operari.* Eſt ergo obſeruandum ſecundo, quod vt ex dictis conſtat, aliud eſt vitaliter agere, aliud vero vitaliter operari: vitaliter etenim agere, eſt potentiam vitalem, ſcilicet, vitam habentē producere aliquid à ſe diſtinctū, iuxta ſuæ naturæ indigentiam: vtpote, intellectum inſimul cum obiecto producere notitiam talis obiecti. Vnde productio verbi in creatis eſt vere vitalis actio, & vitalis productio: in diuinis verò eſt vitalis productio, non tamen actio, quia cum ad intra nulla ſit cauſatio, nec conſequenter actio eſſe poteſt, vt infra latius ſuo loco oſtēdam: vitaliter vero operari, eſt ſuppoſita receptione talis verbi, ſeu notitiæ (quæ eſt vera ſpecies expreſſa, & ſimilitudo obiecti) obiectum in ipſa repræſentatum percipere: quod percipere, nihil aliud eſt, quàm quoddam tendere, & reſpicere tranſcendentale ad obiectum repræſentatum in verbo: quod conſequitur in intellectu ex præciſa poſitione verbi in illo: quod quidem reſpicere non eſt in poteſtate intellectus prolibito, ſed naturaliter, & neceſſario ſequitur ad poſitionem verbi, tanquam effectus formalis ad poſitionem cauſæ formalis: dummodo tamen ſupponatur intellectus vitaliter operatiuus: quia ſi fuerit in dormiēte, intellectus nō ſupponitur eſſe operatiuus. Quam obrem ſi Deus produceret in intellectu creato aliquod verbum alicuius obiecti: per nullam impotentiam poſſet intellectus non percipere obiectum in tali verbo repræſentatum: quia licet potuerit tale verbum à Deo non produci, non tamen poſt eius productionem, & receptionem in intellectu, poteſt ipſius intellectus, tēdentia, perceptio, ſeu reſpectus ad obiectum repræſentatum in illo, etiam per Dei abſolutam potentiam, auferri: ſicut ſemel recepta albedine, non poteſt non ſequi album, quod eſt eius effectus formalis. Vitalis igitur operatio, vt ſic, abſtrahit ab omni actione, & ſufficientia notitiæ, ſeu verbi: nō tamen abſtrahit à receptione illius, ſed illam eſſentialiter præſupponit, & includit, tanquam effectus formalis ſuam cauſam formalē: ex quibus apparet perſpicua differētia inter actionem vitalem, & operationem vitalem.

Porrò ſupra hanc differentiam, aliā ſubtiliter inuenit Doctor inter actionem vitalem, & operationem vitalem, in quodlibetis quæſt. 14. liter. Q. 18.
quam etiam notauit Lychetus ibidē: differentia eſt, quod actio vitalis, licet immanens ſit, nō tamē eſt immanens quantum ad terminum: operatio autem vitalis omnino immanet. *Lychetus.* Quod explicat Lychetus, quia, ſcilicet, actio habet terminum, non vero operatio. Ad intelligentiam tamen huius propoſitionis Scoticæ prænotare oportet, actionem immanentem, & tranſeuntem, ſi formaliter pro actionibus ſumantur, neceſſario in via Scoti debere conuenire in hoc, quod eſt non trāſire ipſas actiones in externam materiam: quia cum actio, ſecundum ipſum, ſit formaliter in agente: hinc eſt, quod quęcunque actio, tam immanēs, quàm tranſiens, dummodo ſit vera actio, remanet in agente. Dicitur ergo vna tranſiens: quia terminatur ad rem productam extra ipſum agens: altera vero immanēs, quia eius terminus in eodem met agente remanet: vt patet de verbo producto ab intellectu, & de amore producto à voluntate. Quā uis igitur actio vitalis dicatur immanens reſpectu actionis tranſeuntis: non tamen eſt immanens reſpectu operationis vitalis: et ita talis actio nō eſt immanens quantum ad terminū, hoc eſt, non eſt coniuncta termino: quia ipſa actione tranſacta, manet terminus productus per eam, à quo talis actio realiter eſt diſtincta: & ita manen-

Digitized by Google

nente termino, non manet actio, eò quod raptim tranſit; quia actio eſt: operatio autem vitalis eſt omnino immanens: quia cum non habeat terminum à ſe productum, & à ſe diſtinctum, ſed ſolum terminetur ad obiectum, quod reſpicit: tamdiu manet, quamdiu illud percipiendo reſpicit: & obiectum tamdiu eſt cognitum, quamdiu ab intellectu ſic vitaliter operante reſpicitur.

19 Hoc probo per exemplum intellectus beati: dato etenim, quod beatus actiue ad viſionem beatam concurrat, ſupponamus ipſum à primo ſuæ beatitudinis inſtanti produxiſſe verbum, ſeu viſionem beatam, quia informatus intellectus operando vitaliter diuinam intuetur eſſentiam: quæro modo, an actio illa vitalis qua verbum, ſeu viſionem produxit, maneat, quamdiu verbum manet? non nec? procul dubio actio illa raptim tranſijt. Quod euidenter probo: quia ſi actio illa adhuc nunc eſſet, nondum eſſet verbum productum, & ex conſequenti nondum intueretur Deum: quoniam cum verbum ſit terminus actionis illius, quando terminus eſt, finitur actio: alias enim non eſt terminus actionis, vel ad ipſum actio terminata non eſſet: quia inquantum, & quandiu actio vt actio perſeuerat, aliquid neceſſario produceret, quod eſt de ratione actionis realis vere productiuæ. Tunc ſic: vel ergo producit aliquid diſtinctum à verbo præexiſtente, vel idem verbum perpetuo, & continuo producit. Primum dici non poteſt: quia tunc multiplicaretur in intellectu beati plura verba vſque in infinitum, quod dicere eſt apertum abſurdum. Si vero ſecundum dicas; aliud non minus abſurdum ſequitur, quod, ſcilicet, verbum primo productum, nunquam eſſet realiter perfectum verbũ, imò nec quidditatiue verbum; quia ſemper ſibi reſtaret aliquid producendum per talem continuam actionem; quod quidem ad eius quidditatem pertineret. Non etenim dices, actionem illam productiuam intenſiuam eſſe verbi præexiſtentis, cum actio productiua terminetur ad quidditatem termini producti: non vero ad eius intenſionem. Hoc ergo iam ſatis oſtenſo, facilis eſt aſſumpta probatio per exemplum; nam tranſacta actione productiua verbi, verbum in intellectu beati remanet in æternum: quia tamdiu manet, quamdiu manet & operatio videndi, hæc autem cum beatifica ſit, in beato permanet ſine fine: non igitur actio vitalis eſt operatio vitalis, cum hæc ſit omnino immanens, non tamen illa, & actione deſtructa, maneat operatio.

Ex quibus tandem alia ſubſequitur differentia inter actionem vitalem, & 20
operationem vitalem: quod, ſcilicet, actio vitalis eſt mera actio; & efficientia nihil prorſus formalitatis includens: quamuis etenim vitalem potentiã ſupponat, & ipſam vitam quandoque potentia vitalis ſuo termino communicet, vt patet in generatione viuentiũ, hoc eſt cum dependentia ſolummodo in fieri; quæ reperitur in quocumque effectu reſpectu ſuæ cauſæ efficientis: non vero in facto eſſe, ſicut contingit in effectu formali reſpectu ſuæ cauſæ formalis, à qua quoad fieri, & quoad ſuũ eſſe dependet. Ex quo prouenit, quod licet equus vitaliter equum producat efficienter ei communicando vitam: poteſt nihil hominus idẽ numero equus; qui ab equo eſt genitus, & productus, adeo immediate & totaliter efficienter produci; non tamen ſine ratione formali equi: quia à ratione formali pendet quoad ſui eſſe: ab efficientia vero equi generantis pendet tantum quoad ſuum fieri: & tunc cauſalitas efficientis ſit extrinſeca effectui: formalis vero intrinſeca: hinc eſt, quod hanc nequit Deus ſupplere, benè tamen illam.

Eodem ergo modo phyloſophandũ eſt de Intellectu creato, & obiecto pro- 21
ducentibus verbum, ſeu notitiam: hæc etenim productio meram efficientiam importat, quantumuis à potentia vitali ſit, eò quod tantummodo actio vitalis eſt. At vero operatio vitalis nihil prorſus efficientiæ includit, cum omne producibile iam ſupponat productum, & in ſua potentia receptũ: ſed includit rationem formalẽ, quæ verbi [illegible] tia conſiſtit in tendentia ipſius intellectus intelligentis ad obiectum repræſentatum in verbo, ſeu formali [illegible] ipſe intellectus eſt informatus. Quan-

do igitur Scotus in ſupra citatis verbis loquit intellectum intelligere:quia recipit intellectionem, iuxta traditum ſenſum intelligendus eſt,ac ſi dicat,receptionem intellectionis eſſe receptionem cauſæ formalis intelligendi. Et ſic illa cauſalis Scotica eſt vera:*ideo intellectus intelligit,quia recipit intellectionem*:& ideo licet Deus poſsit hanc eãdem notitiam efficienter ſe ſolo producere:non tamen poterit hanc tendentiam intellectus ad obiectum ſupplere:quia tunc Deus & eſſet,& denominaretur intelligens per illam notitiam,non tamen intellectus creatus, quem ſupponimus recepiſſe tale verbum à Deo productum: ex quibus denique concluditur actionem vitalem ſuppleri poſſe à Deo,non verò operationem vitalem.Quod ſi hos terminos aduerſarij confundant,& actioné pro operatione accipiant,non dicetur tũc productio verbi actio vitalis, ſed mera efficientia : & iam facile conſtabit poſſe à Deo ſuppleri:erit tamẽ intelligere vitalis operatio, ſeu actio, prout actio idem eſt,quod actus ſecũdus potentiæ actu intelligẽtis: & ideo à Deo ſuppleri nequit.

§4

Impugnatur ſententia Suarij ponens intellectum eſſe inſtrumentum viſionis beata.

22. OBSERVANDUM eſt 3.facilius poſſe defendi,intellectum creatum mere paſsiue ſe habere reſpectu viſionis beatæ, & totã actiuitatem eſſe à Deo: quam Deum eſſe cauſam principalem illius,intellectum vero creatũ cauſam inſtrumẽtalé actiuã præſertim in via Scoti: quoniam ſecũdum ipſum in 4.diſt.1.q.5.lit.F. inſtrumenta non habent propriam actiuitaté,ſed agunt actione principalis agentis.Quod debet intelligi de inſtrumento in rigore ſumpto:nam vt ibi notat Doctor, inſtrumentum communiſsime acceptũ extenditur quandoque ad cauſam ſecundam,quæ poteſt dici inſtrumentũ cauſæ primæ:ſed proprie accipitur,vt diſtinguitur à cauſa ſecunda: & vt ſic tripliciter ſumitur. Primo pro parte,per quam totum ſuppoſitum agit: Ariſtotel.
et ſic ſumitur à Phyloſopho ſecundo de anima tex.Com.16.vbi organa ſenſuum vocat inſtrumenta,per quæ operatur homo.Secundo modo dicitur inſtrumentum quælibet cauſa actiua, quæ eſt ad præuiam diſpoſitioné,vt ſiccare verbi gratia,quod eſt præuia diſpoſitio ad introductionem formæ ignis in ligno 3. accipitur inſtrumentũ pro artificiali re deſeruiens ad artis miniſterium,vt cythara in Muſica, & malleus in arte fabrili : & hoc tertio modo dicitur inſtrumẽtum in rigore, de quo determinat Doctor propriam actiuitatem non habere:ſed tantum eſſe talia inſtrumenta receptiua cuiuſdam effectus prioris ordinati ad effectum vltimum : quo quidem modo ait Sacramenta eſſe inſtrumenta gratiæ (quod etiam diffinit Concilium Trid. ſeſſ.6.cap.7.loquendo de Baptiſmo)licet non habeant actiuitatem propriã reſpectu illius, ſed ſint quidã effectus priores ordinati ad gratiã: cuius oppoſitũ tenet D.Thom.in 4. diſt.1.q.2.in 2.parte illius quæſtionis tenens, quod in Sacramentis eſt aliqua virtus ſupernaturalis,quæ non tantum eſt ordo ad effectum,ſed principium agendi.

Quo ſuppoſito,ſi Suarez teneret intellectum creatum de facto eſſe inſtru- 23.
mentum late ſumptum, prout inſtrumentum,etiam cauſam ſecundam cõprehendit,poneret quidem ipſum eſſe cauſã ſecũdã,& cõſequẽter cauſam principalem:& tunc ſentiret nobiſcũ. Sed profecto intellectum à cauſa ſecũda expreſſe condiſtinguit, dum aſſerit nullatenus cauſam principalem eſſe: & cum etiam non ſumatur ibi inſtrumentum, primo modo, ideſt pro parte, per quam ſuppoſitum operatur:quia vt ſic principia formalia ſunt inſtrumenta, & intellectus erit

instru

inſtrumentum reſpectu hominis. Nec
ſecundo modo: quoniam non eſt cauſa
præuiæ diſpoſitionis: diſpoſitio ete-
nim, ſi quæ requireretur ad viſionē
beatam, ſupernaturalis deberet eſſe:
quia diſpoſitio, & forma ſunt in eodem
genere, intellectus autem ex ſe non eſt
ſupernaturaliter productiuus talis diſ-
poſitionis. Reſtat igitur, quod ſit tertio
modo inſtrumētum viſionis beatæ: vt
ſic autem nullam actiuitatem propriā
habet: ergo implicat hoc modo inſtru-
mentum eſſe, & propriam actiuitatem
habere reſpectu viſionis beatæ. Vel igi-
tur fateri debet Suarez, intellectū crea-
tū actiuū non eſſe reſpectu viſionis bea
tæ, vel ſi actiuus eſt, inſtrumentum non
eſſe, ſed cauſam principalem ſecundā:
inſtrumentum vero ſic in rigore ſump-
tum non habere propriam actiuitatē,
ſubtiliter probat Doctor loco citato:
quam probationem, quia non eſt pro-
pria huius loci, illuc remitto.

Sed contra hæc videtur vigere argu
24 mentum: quia Chriſti Domini huma-
nitas fuit vere inſtrumentum miracu-
lorum, quæ principaliter operabatur di
uinitas, & ſimiliter fuit Auctor gratiæ
Ioan. 1. Dominus ipſe iuxta illd Ioa. 1. cap. *Gra-
tia, & veritas per Ieſum Chriſtum* Et tamē
in illa humanitate, ſeu in Chriſto, qua-
tenus erat homo, fuit virtus actiua cō-
ferendi gratiam, & faciendi miracula
iuxta illud Lucæ ca. 6. *Virtus de illo exi-*
Luc. 6. *bat, & ſanabat omnes*: ergo inſtrumētum
reſpectu ſupernaturalium habet virtu
tem actiuam: & ex conſequenti ſtat, in
tellectum creatum eſſe inſtrumentum
viſionis beatæ, & propriam actiuitatem
habere reſpectu illius.

Solutio huius argumenti dependet
25 ex reſolutione controuerſiæ illius, an
virtus ſupernaturalis actiua conferri
potuerit Chriſto Domino, quatenus ho
mini, ad miracula facienda, & gratiam
conferendam? de qua agunt Doctores
in 3. & in 4. Circa quam plures dicunt,
Chriſtum Dominum, non ſolum mora
liter, ſed phyſice iuſtificaſſe impios, eis
gratiam conferendo, & actiue operatū
D. Thom. fuiſſe miracula. Huius ſentētiæ Auctor
eſt Diuus Thomas 3. part. quæſt. 13. art.
1. & 2. & quæſt. 48. art. 6. & quæſtio. 52.
art. 1. & 2. & quæſt. 56. art. 5. & quæſt. 62.
art. 1. & 1. 2. quæſt. 112. art. 1. ad 2. & in
3. diſtin. 14. quæſt. vnica art. 4. & quæſt.
6. de potentia art. 3. Quin ſententiam *Cayet.*
omnes fere Thomiſtæ ſequuntur: ſic Ca *Capreol.*
ietanus fere ibidem, Paludanus in 4. *Palud.*
diſtin. 1. quæſt. 1. num. 32. Capreolus *Soto.*
quæſt. 1. art. 1. Soto q. 3. articu. 5. & cæ-
teri. Si vero à Thomiſtis quæramus,
quando, & qualiter fuerit hæc virtus
data humanitati Chriſti? Reſpondent,
quod fuit ei data in actū primo ab inſtā
ti Incarnationis, & quod hęc fuit pro-
prietas conſequens vnionem hypoſta
ticam.

26 Oppoſitam tamen ſententiam tenet
Scotus in quarto diſtinctione 1. quæſt. *Scotus.*
1. à litera LL. vſque ad finem quæſtio-
nis, & quæſtione 4. & 5. per totas, vbi
late probat, non potuiſſe hanc virtu-
tem actiuam communicari alicui crea-
turæ, nec conſequenter humanitati *D. Bona.*
Chriſti Domini: tenet idem Seraphi- *Ricard.*
cus P. N. D. Bonauentura ibidem, & in *Alexander*
3. diſtinctione 13. articu. 2. quæſtion. 3. *Altiſiodo.*
Ricardus ibidem, Alexander Alenſis 3. *Gabr.*
parte quęſtione 13. membro. 3. artic. 3. *Durand.*
Altiſiodorenſis 3. parte ſummæ tracta-
tu 1. Gabr. in 3. diſtinct. 13. quęſt. 3. du-
bio 3. Durando diſti. 14. quæſt. 5. & in
4. diſtin. 1. quæſt. 4. & omnes Scotiſtæ,
dempto nemine: quæ ſententia proba-
tur pluribus ſanctorum Patrum teſti-
monijs, & preſertim illo ſancti Leonis *S. Leo.*
Papæ in epiſtola 10. cap. 4. vbi inquit
*agit vtraque forma cum alterius communio
ne, quod proprium eſt verbo, ſcilicet, ope-
rante, quod verbi eſt, & carne exſequente,
quod carnis eſt. Vnum eorum corruſcat mi-
raculis, aliud ſuccumbit iniurijs*, & So-
phorinus in epiſtola Synodica, quæ ha *Sopho.*
betur in ſexta Synodo actione 11. *vnus* *D. Dama.*
(inquit) *duarum naturarum ſecundum aliā* *D. Augu.*
diuina ſigna operabatur, ſecundum aliam *D. Dyoni.*
humilia recipiebat. Hoc idem fauent D.
Damaſcenus in lib. *quomodo ad imaginē
Dei facti ſumus*, circa finem, Diuus Au-
guſtinus 22. de ciuitate Dei cap. 9. Di-
uus Dyoniſius de diuinis nominibus
cap. 2. & plerique Patres. Rationibus
autem in locis citatis ſatis probat Sco-
tus, quibus nunc cōſulto ſuperſedeo,
ne omnia in omnibus conculcentur.

Oppo-

27. Oppoſitæ vero ſententiæ probationes facilè ſolui poſſunt, dicēdo ad primā Ioannis, quod gratia eſt per Chriſtum moraliter, & meritoriè: fuit etenim cauſa meritoria noſtræ gratiæ, non vero phyſica efficiens: & ad ſecundam Pauli, quod virtus diuinitatis, quæ erat in Chriſto, de illo exibat, & ſanabat omnes, quorum ſanitatis fuit inſtrumentum humanitas; ſecundum, quod expoſuit Diuus Athanaſius ſermone 4. contra Arrianos vbi ait, *humana voce manum extendit: diuinitas autem morbum compeſcuit*: ex quibus ad obiectionem eſt ſatis perſpicua ſolutio, dicendo Chriſti Domini humanitatem, neque ad conferendam gratiam, neque ad operandum miracula actiuè phyſicè concurriſſe: ſed tantum, vt merum inſtrumentū diuinitatis nullam phyſicam actiuitatem importans.

D. Athan.

§ 5.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

28. 1. concluſ. HIS ergo præhabitis difficultatem concludendo, dico primo, quod quamuis de facto Deus, vt cauſa prima, præſtantiori influxu concurrat ad viſionem beatam, quā ad alios actus etiam ſupernaturales: non tamē ob hoc eſt intellectus creatus cauſa inſtrumentalis illius: ſed eſt vere cauſa ſecunda principalis actiua: eſto attamen, quod reſpectu viſionis inſtrumentum tantummodo eſſet, nullam prorſus reſpectu illius actiuitatem haberet. Concluſio hæc, quæ multiplicē habet partem, ſtatuitur contra Suarū; & eſt expreſſa Doctoris, vt ex eius citatis verbis, & locis perſpicuè patet. Et quo ad primam ſunt illa verba citata, *propter excellentiam talis obiecti, & propter defectum partis intellectiuæ &c.* Ad quem defectum ſuppleàdum præſtat Deus potentiæ lumen gloriæ: & ſatis probatum eſt ſupra difficulta te 24. ex eo quod non poteſt intellectus creatus viribus ſuis, neque etiam ſibi oſtenſo obiecto beatifico, illud intuitiue attingere; neceſſariò indigere ſupernaturaliter eleuari per lumē gloriæ: quodquidem ad cæteros actus, etiā ſupernaturales, vt ſunt fidei, ſpei, & charitatis, non requiritur. Secunda vero pars, ſcilicet, intellectum non eſſe inſtrumentum illius, ſed verè cauſam ſecundam principalem actiuam, probatur primo auctoritate D. Thomę (quod efficax argumentum erit cōtra Suarium, qui Doctorem Angelicū ſuę opinionis principem conſtituit) nam 1. part. quęſt. 12. art. 2. ad primū, loquendo de efficacitate intellectus creati per lumen gloriæ reſpectu viſionis beatę, hęc aſſerit. *Dicendum, quod lumen creatum eſt neceſſarium ad videndum Dei eſſentiam, non quod per hoc lumē Dei eſſentia intelligibilis fiat, quæ ſecundum ſe intelligibilis eſt: ſed ad hoc, quod intellectus fiat potens ad intelligendum, per modum, quo potentia fit potentior ad operandum per habitum*: Potētia autem, quę per habitum fit potentior ad operandum, non eo quod recipit talēm habitum, fit inſtrumentum alterius cauſę infundentis ſibi illum habitum, ſed adhuc illo poſito, & in ſe recepto, eſt vere cauſa ſecunda principalis ad operandum: ergo ſecūdum expreſſam mentē D. Thomę intellectus creatus, eo quòd tale lumine indiget; non erit inſtrumentum Dei infundentis illud, ſed cauſa ſecunda principalis viſionis ipſius. D. Thom.

Probatur ſecundo eadem pars concluſionis ratione efficaci contra Suarium: & ſuppono cum ipſo, non ſolum intellectum eſſe inſtrumentum Dei in viſione beata, ſed etiam voluntatem in fruitione, & in alijs actibus ſupernaturalibus viatoris, vt in actus charitatis &c. Hoc enim ipſe Suarez fatetur, & ſecundum eam eadem procedit de his potentijs ratio, vt videre eſt in 3. parte tom. 1. diſput. & ſectione citatis, §. *nihil ergo dicendum.* Et arguo ſic de actu charitatis viatoris: voluntas creata elicit actum charitatis, non vt cauſa principalis, ſed tanquam inſtrumentum Dei, qui eſt cauſa 29.

cauſa principalis illius: ergo volun
tas creata in eliciendo actum chari
tatis non libere, ſed neceſſariò ope
ratur. Conſequens actũ admitti nõ
poteſt inter Catholicos: quia tunc
nec per talem actũ mereretur &c.
Antecedens eſt Suarij: conſequen-
tiã vero probo, ſupponendò cum
ipſo, voluntatem, etiam vt inſtru-
mentum, habere actiuitatem pro-
priam: quoniam actiua cauſatio cau
ſæ principalis præcedit prioritate,
ſaltim naturæ, actiuã cauſationem
inſtrumenti: ergo actiua cauſatio
Dei prioritate naturæ præcedit acti
uam cauſationẽ volũtatis: ergo acti
ua cauſatio Dei phyſice prædeter-
minat actiuã cauſationem volunta-
tis: ſed phyſica prædeterminatio, ſe
cundum ipſum Suarium, tollit om-
nino libertatem à voluntate: ergo ſi
voluntas in elicitione charitatis eſt
inſtrumentum Dei, non libere, ſed
neceſſario elicit actum charitatis.

Diſcurſus legitimus eſt, ſed re-
ſtat nobis probandum, cauſationẽ
30 cauſę principalis prioritate ſaltim
naturæ præcedere cauſationem cau
ſæ inſtrumentalis. Hoc tamen pro-
batur ex differentia cauſæ ſecundæ,
& inſtrumenti, quã ponit Scotus in
4. diſt. 1. q. 1. li. SS. quæ omnia ſequẽ
tia ſunt eius verba: *Ex hoc patet, quod
cauſæ primæ in ſecundam propriè dictã,
quando ſimul agunt, nõ eſt influentia no
ua, quæ ſit creatio alicuius inhærentis
cauſæ ſecundæ: ſed influentia ibi eſt de-
terminatus ordo iſtarum cauſarum in
agendo effectum communem: inſtrumen-
tum autem quando agit, recipit influen-
tiam propriè ab eo, cuius eſt inſtrumen-
tum: quia motionem actualem, & in mo-
tione, per quam agit in ſuo ordine.* Præ-
mouetur ergo phyſice inſtrumen-
tum à cauſa principali: quia aliâs
non eſſet differentia inter cauſam
principalem ſecundam & inſtru-
mentum: quod planè falſum eſt: &
ne calumnietur differentia hęc, eo
quod fuerit à ſubtili Doctore aſſig-
nata, ad hominem ex verbis eiuſdẽ
Suarij hoc idem probo.

Quoniam (per te) in hoc differt
31 inſtrumentum à cauſa principali,
quod principalis agit virtute natu-
rali, inſtrumentum autẽ virtute po
tentiæ obedientialis: & in tantum
agit, inquantum ab alio eſt eleuatũ
ad agendum: ſed eleuatio iſta eſt ve
ra motio phyſica ante actionem ip
ſius potentiæ eleuatæ: ergo &c. Sed
dices forſan, hanc eleuationem eſſe,
non actualem, ſed habitualem, hoc
eſt, quod à Deo ponitur in volun-
tate in actu primo virtus ſuperna-
turalis eleuans voluntatem, quæ ta-
men non eſt actio Dei, ſed habitus
dans voluntati poſſe operari, non
vero ipſum actualiter operari: & nõ
ideo prædeterminat voluntatem, ſi
cut etiam habitus gratiæ dans volun
tati poſſe ſupernaturaliter operari,
eleuat voluntatem, non tamen præ
determinat eam ad operandum.

Contra: quia voluntas, quan-
do elicit actum charitatis, eſt vere 32
inſtrumentum per te: vel ergo eſt
inſtrumentum illius habitus eleuã-
tis; & ita ipſe habitus erit cauſa
principalis: vel eſt inſtrumentum
reſpectũ ipſius Dei actualiter ope-
rãtis ad talem actum. Primum dicã
nõ poteſt: quia actiò habitus ſuper
naturalis eſt vna indiuiſibiliter cũ
actione voluntatis: quia à volũtate
& ſimul ab habitu ſupernaturali eli
citur vnus indiuiſibilis actus chari-
tatis vtrique conprincipio correſ-
pondens, prout probabilior, &
communior ſententia docet: actio
autem cauſæ principalis diſtingui-
tur ab actione cauſæ inſtrumenta-
talis, vt conſtat: & tunc habetur in
tentum, quod voluntas operatur,
vt cauſa principalis, nón vero vt in
ſtrumentum luminis gloriæ. Si
ſecundum dicas: ergo in tantum
voluntas operatur vt inſtrumen-
tum, in quantum iuxta ſuam obe-
dientialem potentiam ſupernatu-
raliter eleuatur actualiter per influ
xum phyſicum principalis agen-
tis, qui eſt Deus: ſed actio eleuans
phyſice eſt prior actione eleuata:
Quibus adde, quod ipſe Suarez 1. to.
ſuæ Met. diſp. 17. ſec. 2. n. 27. fatetur,
vim, & actionem inſtrumẽti dirigi,
& moueri à cauſa principali, quod

conuenire inſtrumento rigoroſe
ſumpto: ergo pro illo priori, quo
Dei actio phyſice mouet voluntatẽ
creatam, phyſice prædeterminat
actionem illius: & ex conſequenti
(iuxta tuam ſententiam) eo quod
phyſice prædeterminata eſt volun
tas, non libere, ſed neceſſario eli-
cit omnes actus ſupernaturales.

33 Tertia tandem pars concluſionis
probatur. quia inſtrumentum artifi
ciale non habet propriã actiuitatẽ:
ergo nec intellectus, quatenus in-
ſtrumẽtũ, illã habebit reſpectu viſio
nis beatæ. Conſequentia eſt certa
in via illorũ: quia ponũt eandẽ acti
uitatẽ in Sacramentis, quæ cõſtat in
ſtrumẽta artificialia eſſe, hoc eſt, nõ
naturalia. Antecedẽs vero probat Do
ctor in 4. diſtin. 1. q. 4. lit. F. hoc mo-
do. Serra, quæ eſt inſtrumentum ar
tificiale, nõ habet in ſe niſi quantita
tẽ, figuram, & motum localem, de
quibus omnibus conſtat, non eſſe
formas actiuas: ergo &c. Probatur
minor: quia aliàs Mathematicus cõ
ſiderando quantum figuratum non
abſtraheret à motu. Si autem pona-
tur, quod durities ſit qualitas acti-
ua hoc nihil eſt (inquit Doctor) quia
ſi Deus de potẽtia abſoluta aliquod
quantum molle cõſeruaret in eadẽ
quãtitate, & figura, mouendo ipſum
localiter, æque diuideret corpus quã
tum, ſicut modo inſtrumẽtum durũ
diuidit: ergo durities, quæ eſt quali
tas, non eſt formale principiũ agen-
di: quæ pars concluſionis latiſsime
probatur aliter à Doctore ibidem,
qui ideo, proprijs argumentis con-
uictus tenet, Sacramenta, quæ vere
inſtrumenta gratiæ ſunt, propriam
actiuitatem non habere.

34 Dico ſecundo, quod defacto non
producit Deus totaliter viſionem
beatam, ſed etiam effectiue illã pro
2. Concluſ. ducit intellectus creatus. Conclu-
ſio hæc eſt Doctoris ſub citato Pro-
blemate, & ſtatuitur contra Rubio-
nem, quo dempto, & pauciſsimis a-
lijs, communis eſt. Et probatur pri
mo ex Concilio Tridentino ſeſſ. 6.
canon. 4. vbi diffinit hominem in
actibus ſupernaturalibus per intel
lectum, & voluntatem non concur
rere tãtum recipiendo, ſed agẽdo.

Ratione autem probatur ſecun-
do ex eo, ſcilicet, quod Deus, qui
ſuauiter omnia diſponit, accommo 35
dat ſe naturis rerum in ſimul cum
cauſis ſecundis operando, ſuum in-
fluxũ tanquam cauſa prima impræ
bendo: dummodo ipſæ cauſæ ſe-
cundæ virtutẽ actiuam efficiciendi
habeant ex ſe: ſed intellectus crea-
tos ex ſe habet virtutem actiuam in
telligendi, & ſimul cum lumine glo
riæ eſt ſufficientiſsimum princi-
pium productiuum viſionis beatæ:
ergo Deus non totaliter illam pro-
ducit, ſed ſimul cum intellectu tan
quam cum cauſa ſecunda. Eſſe au-
tem intellectum principium pro-
ductiuum viſionis beatæ, fatentur
omnes. Sed ideo Rubionis id de fa- *Rubionis,*
cto contingere negat: quia ſolius
Dei eſt promeritis præmiare; bea-
tificando, nõ tantum obiectiue, ſed
etiam effective: ſicut & ipſe ſolus
habet pro demeritis condemnare.

In hoc tamen parcat Author iſte 36
aliàs doctiſsimus. Hoc namque fun
damentum ſatis futile eſt: tum quia
Deus ſufficienter pręmiat effectiue
per modum obiecti mouẽdo, & per
modum principij, & potentiæ, elar
giendo intellectui lumẽ glorię, quo
potens ſit effectiue ad id, quod ſine
ipſo non poterat. Tũ etiam, quia cõ
demnatio diuina non punit effecti-
ue phyſice (ſi de punitione ſenſus lo
quamur) ſed effectiue moraliter im
perãdo Dæmonibus, vt phyſice cru
cient damnatos, quã pœnã ipſi miſe
ri patiuntur. Si vero de pœna dãni
ſit ſermo proculdubio à Deo effe-
ctiue habere eſſe nõ poteſt: quia cũ
ſempiterna priuatio viſionis beatæ
ſit, à nullo effici poteſt: ad priuatio
nem etenim nõ eſt per ſe actio: imo
hanc dãni pœnã ipſi dãnati per cog
nitionẽ à ſe productã apprehẽdũt,
& eius cõſiderationem maxime cruciã
tur: conſtat igitur, quod etiam ſi ſit
contrariorũ eadem ratio, non bene
infertur ex damnatione reprobarũ
beatitudinem non effectiue produ-
ci ab intellectibus beatorum.

Dico

37 3. Concluſ. Dico tertio, quod nõ obſtantẽ, quod præcedens concluſio pro certa haberi debeat: probabilis tamen eſt oppoſita; videlicet, Deum de facto totaliter viſionem beatam in intellectu creato producere. Concluſio eſt expreſſa Doctoris in citato Problemate, quæ probari poteſt ratione Scotica de ſumpta ex excelẽtia obiecti beatifici: quia, ſcilicet, propter exceſſum eius, & receſſum intellectus creati, ſiue ex defectu ipſius, poteſt poni Deum totaliter viſionẽ de facto producere in intellectu mere paſsiue ſe habente.

38 4. Concluſ. Dico quarto, nullam implicationem eſſe in hoc, quod eſt, poſſe Deũ ſe ſolo totaliter, & adæquate producere viſionem beatam in intellectu creato mere paſsiue ſe habente, qua ipſo creatus intellectus informatus Deum intuitiue videret. Concluſio hæc eſt Doctoris expreſſa, vt patuit in litera contra primã, & ſecundam ſententiam, quę eodẽ modo procedit de quacunque vitali operatione. Probatur vnica dumtaxat ratione Doctoris (ſatis etenim per difficultatis diſcurſum remanet roborata) quoniam quidquid Deus poteſt facere cum cauſa ſecunda effectiua, poteſt facere ſe ſolo: ſed intellectus (vt ex probatis habetur) eſt cauſa ſecunda effectiua viſionis beatæ: ergo ſi cum illo poteſt Deus viſionem beatam producere, nulla eſt implicatio ad hoc, vt ſe ſolo illam producat. Maior continet certiſsimum, & indubitabile axioma. Minor etiam ab aduerſarijs conceditur: omnes namque, intellectũ cauſam efficientem, eſſe affirmãt: ſed in ſimul vitalem cauſam eſſe aiunt, & ex eo quod vitalis eſt, formalitatem includere, quam Deus nequit ſupplere, intendunt. Hæc tamen ſolutio eſt manifeſta confuſio terminorum: aliud eſt enim vitaliter operari, & aliud vitaliter agere. Primum proculdubio cauſalitatem formalẽ importat, non ſecundum, prout viſum eſt ſupra nu. 17. vbi per exemplum, & rationem patet huius concluſionis perſpicua confirmatio.

§. 6.

Soluuntur argumenta primæ, & ſecundæ ſententiæ.

SOluẽdo ergo argumenta in oppoſitum pro prima ſententia fabricata, ad primum dico, viſionem beatam non eſſe actionem vitalẽm, ſed terminum actionis vitalis: actio vero vitalis, per quam effectiue habet eſſe, cum nihil cauſalitatis formalis includat, ſed meram efficientiã, poteſt aliquo extrinſeco agentẽ ſuppleri: ad operationem vero vitalẽ neceſſario requiritur principiũ intrinſecum vitaliter operatiuum quale eſt intellectus creatus, ſine quo actualis viſio eſſe nequit, licet bene viſio formalis poſsit eſſe in ipſo ſine ipſo. 39 *Ad argumenta pro prima ſentẽtia & ad primum.*

Ad ſecundum dico, intellectum non eſſe principiũ vitaliter operatiuum per præciſam receptionẽ viſionis, quatenus præciſum recipere dicit merã rationẽ ſubiecti: ſed quatenus ipſum ſubiectũ recipiens eſt ſimul principiũ perceptiuũ obiecti repræſentati in viſione, quã recipit: eo enim, quod forma recepta, nẽpe viſio, repręſentat obiectũ, & ſubiectũ recipiens, ſcilicet, intellectus, eſt perceptiuum talis obiecti repręſentati, cõſequutiue ſequitur, intellectũ ideo intelligere, quia recipit viſionẽ: vt Doctor in illis verbis citatis num. 13. docuit: acſi diceret quia hæc perceptiua potẽtia recipit formã repræſentantẽ obiectũ, ideo ipſum formaliter percipit, & hoc percipere, eſt vitaliter operari, & hoc vitaliter operari eſt actualiter intelligere. Vnde poteſt Deus formam illam, quæ eſt viſio, ſe ſolo producere, & in intellectu creato infundere: qui quidem intellectus ideo intelligit per illam formã, quia talis forma in ſe recepta eſt repræſentans obiectum beatificum: & ipſe intellectus, qui illam recipit, eſt perceptiuus illius: imò non poteſt illud non percipere, & reſpice 40

re (ſi aliunde non impediatur) ſicut poſito fundamento, & termino, non poteſt non conſurgere reſpectus, quo ſubiectum, in quo eſt fundamentum, reſpiciat terminũ. Nec Concilium docet oppoſitum: loquitur enim de facto, vt pro ſecunda concluſione cõfirmanda, cuius verba adduximus. Vel etiam ſi tertia concluſio teneatur, exponenda ſunt dicta verba de actu deliberato voluntatis, qui quidem, vt meritorius ſit, debet actiuè elici à voluntate; non vero determinat Concilium aliquid de viſione beata. Vel tandem dicendum eſt loqui ibi de actibus ſupernaturalibus viatoris, vt ſunt actus fidei, ſpei, & charitatis, de quibus actibus ſupernaturalibus nemo dubitauit vnquam electiue de facto eſſe ab intellectu, & voluntate: non vero loquitur de actibus ſupernaturalibus comprehenſoris, qualis eſt viſio, ſeu fruitio, de quibus prædicta concluſio procedit.

41 *Ad 3. arg.* Ad tertium ſatis patet ex dictis, efficientiam illam viſionis, nihil cauſalitatis formalis includere: vitalitas enim cauſæ effectiuæ mere effectiua eſt: vitalitas vero principij operatiui (vt dixi) cauſalitatẽ cauſæ formalis importat.

42 *Ad 4. arg.* Ad quartum fateor cum Doctore, actionem quamcumque, dum tamen vera actio ſit, eſſe formaliter in agente, prout de eius mente tradidimus ſupra num. 18. conſtituendo differentiam inter actionem immanentem, & operationem immanentem: nego tamen, viſionem ipſam formalem eſſe actionem: nã vt ſæpe notatum eſt, non eſt actio, ſed terminus actionis: quamuis etenim dici ſolet actus intellectus, hoc ideo eſt: quia quælibet forma, eo quod actuat potentiam, poteſt dici actus illius, ſicut dicimus, quod anima eſt actus corporis phyſici organici &c. Et frequentius formas potentiarum vitalium, actus earum, ſeu actiones (impropriè tamen) vocamus: & ideo ſtat, Deũ hanc formã quæ eſt viſio producere, & tamen non ea denominari videntem: quia forma denominat ſubiectum tale, cui ineſt: hæc autem forma non Deo, ſed intellectui creato inhæret, ac propterea intellectum creatum formaliter videntem denominat.

Ad quintum reſpondeo, Clementinam illam damnare eos, qui autumabant animam viribus ſuis per intellectũ Deum videre poſſe, & per voluntatem ipſo frui, contra quos ſtatuit, intellectum indigere lumine gloriæ ad videndum Deum. An autẽ hoc intelligi debeat de facto, an vero de poſſibili, noſtrã pro nũc nõ intereſt ventilare, remittitur tamen ad ſequentem difficultatem, in qua mentem citatæ Clementinæ apperiemus. 43 *Ad 5. arg.*

Ad argumenta ſecundæ ſententiæ, & ad primum reſpondeo, quod dupliciter poſſumus loqui de actione potentiæ vitalis: vel, ſcilicet, iuxta ordinatam potentiam, vel iuxta abſolutam. Priori modo illæ potentiæ non habent terminum limitatum: quoniam quantumuis illum ſub perfectiori gradu eliciãt, adhuc vlteriorem habere poſſunt: & hoc quidem non ſolum in ſupernaturalibus, imò etiam in naturalibus contingit. Quam obrem non magis ex hoc argumento inferri videtur, intellectũ eſſe inſtrumentum reſpectu ſupernaturalium, quam etiã reſpectu naturalium; quod quàm abſurdum eſſet, omnes videt: & hoc tam quoad gradus, quã etiã quoad ſpecies. De gradibus etenim certo conſtat intellectum creatum indies magis, ac magis in vnius veritatis ſpeculatione ſe acuere, eiuſque notitiam perfectius conſequi: & voluntatem in vnius obiecti amorem intenſius ferri, ipſumq; amorẽ per gradus intendere: quod quidem ita ſine limite fit, vt de iſto amore ſincathegorematice dicatur, ſicut de actu charitatis (ſeruata proportione) nõ tãtus, quin maior: quod nõ ſolũ verificari debet de qualitate ſupernaturali, ſed etiã de naturali: quæ doctrina ita communiter recepta eſt, vt non ſolum de ordinatã potentia, 44 *Ad argumenta pro 2. ſententia & ad 1.*

tia, verum & de potentia abſoluta arbitrentur Thomiſtæ, non poſſe Deum vnam qualitatem creatam in ſummo gradu intenſionis producere: vnde & gratiam Chriſti Domini, nec ſummã eſſe, nec ſummam eſſe poſſe affirmant; quod idẽ de ipſius beatiſſimæ animæ viſione, & fruitione beata opinantur. Quoad ſpeciem vero etiam hoc pro comperto habetur: quia tot notitias ſpecie diſtinctas poteſt habere naturaliter intellectus, quot ſunt obiecta naturaliter ſcibilia: & moraliter loquendo non tot poteſt cognoſcere naturaliter, quò naturaliter cognoſcibilia ſunt: & ideo verificatur illud ſincathegorema, quod nõ tot obiecta cognoſcit naturaliter, quin plura naturaliter cognoſcibilia poſſit cognoſcere. Loquendo tamen de potentia abſoluta tenet expreſſe Doctor in tertio diſtinctione 13. quæſt. 2. 3. & 4. eſſe dabilem terminum operationis, & qualitatis intenſibilis, imò de facto animam Chriſti Domini habuiſſe, & habere ſummam gratiam, ſummam viſionem, & ſummam fruitionem: non igitur ex argumento Suarij infertur, intellectum creatum eſſe inſtrumentum reſpectu ſupernaturalium, cum ex dictis cõſtet etiam reſpectu naturalium non habere terminum, & reſpectu ſupernaturalium illum habere poſſe.

45 *Ad 2. arg.* Ad ſecundum dico, res omnes creatas Dei omnipotẽtiæ ſubiacere. Quod verò Deus vtatur eis vt inſtrumentis, ſtat dupliciter: vel primo iuxta ipſarum rerum actiuam facultatem, vel vltra earum virtutem. Priori modo poteſt dici vti eis tanquam inſtrumentis, quatenus inſtrumentum (prout ſupra ſumitur de mente Doctoris oſtendimus) communiſſimè capitur, & etiam ad cauſas ſecundas extenditur: ſic igne deuorauit Deus Sodomam, & Gomoram: poſteriori vero modo vtitur rebus tãquam veris, & rigoroſis inſtrumentis: ſic ſputo dedit oculos cæco à natiuitate, & aqua baptiſmalis lauat animam per iuſtificationem: ad beatitudinem vero vtitur intellectu creato vt inſtrumento, quatenus inſtrumentum, etiam latiſsimè de cauſa principali ſecunda verificari poteſt: non vero loquendo de inſtrumento in rigore quatenus à cauſa principali conditum guitur, de quo intendit Suarez ſuam confirmare ſententiam.

Ad tertium dico, non ideo negari intellectum eſſe inſtrumentum: quia hæc duo non cohæreant, ſcilicet, vitaliter agere; & ſimul inſtrumentaliter: ſed quia actiuitas intellectus ex ſe ſufficiens eſt ad cauſalitatem cauſæ principalis viſionis beatæ, & ex alio capite inſtrumentum in rigore ſumptum actiuitatem propriam habere non poteſt: ex hoc tamen, quod non poteſt talem actiuitatem habere, optimè negatur ei poſſe habere actionem vitalem. 46 *Ad 3. arg.*

DIFFICVLTAS XXVII.

Vtrum poſsit intellectus creatus Deum videre ſine lumine gloriæ?

§. 1.

Proponitur prima ſententia Thomiſtarum, & ſecunda Ricardi, & aliorum.

DIVVS Thomas prima parte quæſtione 12. articulo 5. tenet, intellectum creatum egere lumine gloriæ, ad hoc vt Deum videre poſsit: quod ita affirmaſſe intelligunt plèrique eius diſcipuli, vt credant dixiſſe, nec per Dei potentiam ſine lumine glorię diuinã eſſentiam videre poſſe: in quam ſententiã incidiſſe videtur Cayetanus ibidem ad tertium Scoti; & ad ſecundum Durandi: tenet Ferrara tertio cõtra gent. cap. 54. §. ad quartũ dicitur Capreolus in 4. diſtinctione 49. quęſt. 4. ad tertium ad dubia adducta ex Scoto quarto loco contra ſecundam concluſionem, Soto eadem diſtinct. quæſt. 2. *D. Thom.* *Cayet.* *Capreol.* *Ferrar.* *Sotus.*

articulo 4. atque omnes fere recentiores Thomiſtæ. Probantque hanc ſententiam primo ex illo Pſal. 35. *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*, & ex illo Appocalypſis capit. 21. *Ciuitas illa non eget Sole, & Luna: ſed claritas Dei illuminabit illam.* Ex quibus locis concludi videtur, ſimpliciter neceſſariom eſſe lumen gloriæ ad viſionem beatam.

Pſal. 35. Apoca. Clem. ad noſtrum.

2 Secundo probatur ex illa Clementina *ad noſtram de Hæreticis*, vbi diffinitur, errorẽ eſſe aſſerere, *quod anima non indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum*: qua quidem proter uiunt Soto, Capreolus, Cayetanus, & alij, diffinitam eſſe ſententiam Diui Thomæ, tanquam de fide, ac propterea oppoſitam cenſuræ ſubiacere exiſtimant.

3 Tertio probatur ratione: quoniam ita eſt de ratione vitalis operationis ab intrinſeco principio produci, vt nullatenus à Deo poſsit ſuppleri, ac ideo ſi ſuppleat, iam ille non erit actus vitalis: ſed lumen gloriæ eſt principium intrinſecum ſimul cum intellectu reſpectu productionis viſionis beatæ: ergo eius efficacitas per nullam potentiam poteſt à Deo ſuppleri.

4 Quarto: quia ſi Deus poſſet ſupplere luminis gloriæ efficaciam, Deus diceretur cauſa principalis viſionis, intellectus vero tantummodo rationem inſtrumenti haberet, eo quod intellectus non ageret tunc, ſed Deus luminis efficacitatem ſupplendo, totum efficeret, & totaliter viſionem produceret, & ſic intellectus nihil agendo, tantummodo patiendo ſe, veluti inſtrumentum, haberet: ſed hoc dicendum non eſt: quia tunc nec intellectos vidẽs denominari poſſet per talem viſionem: ergo &c.

5 Quinto, omnis viſio requirit lumen proportionale prius natura ipſa viſione: ergo ſicut viſio naturalis neceſſario requirit lumen naturale aliud à ſe, & prius ipſa: ita viſio ſupernaturalis requirit lumen ſupernaturale aliud a ſe, & prius ipſa, & ita non poteſt viſio ſupernaturalis eſſe ſine tali lumine.

Sexto: quia actus ſupernaturalis non poteſt elici ſine habitu ſupernaturali: in hoc enim differunt habitus ſupernaturales à naturalibus, quod illi dantur ad ſimpliciter operandum, iſti vero ad operandum perfectius: ergo habitus luminis gloriæ ſimpliciter neceſſarius eſt ad viſionem beatam. 6

Ricardus vero in tertio diſtinctione 14. articulo primo quæſtione 3. & in quarto diſtinctione 49. articulo 3. queſtione 2. cum teneat, viſionem beatam à ſolo Deo poſſe produci, vt ſupra in præcedenti difficultate viſum eſt: & teneat nihilominus, lumen gloriæ neceſſarium eſſe intellectui creato ad Deum videndum: conſequenter ſentire videtur tale lumen non neceſſarium eſſe ad viſionis productionem, ſed ad receptionem illius: vt ſcilicet, intellectus per hoc lumen ſe diſponat ad viſionem à ſe, vel à Deo productam recipiendam. In eadem ſententia ſteterunt nonnulli, vt ſunt Gabriel in quarto diſtincti. 49. queſtione prima articulo tertio dubio primo, Marſilius in tertio quæſtione 10. articulo 2. prima parte concluſione 1. Ioannes Maior in tertio diſtinctione 14. queſtione 2. dubio. 2. & in quarto diſtinctione 40. quæſtione 4. qui omnes ad receptionem viſionis luminis gloriæ neceſſitatem excogitant, quamuis de eius productione non vnanimiter ſentiant: poteſtque hæc ſententia non immerito tribui Diuo Thomæ vbi ſupra, quatenus in corpore articuli inquit: *Omne, quod excedit ſuam naturam, oportet, quod diſponatur aliqua diſpoſitione, quæ ſit ſupra ipſam naturam: ſicut ſi aer debeat accipere formam ignis, oportet, quod diſponatur aliqua diſpoſitione ad talem formam*: quæ verba D. Thomæ manifeſtè concludunt ad receptionem viſionis beatæ indigere intellectum lumine gloriæ. 7

2. Sentent. Riccardus. Gabr. Marſil. Maior.

D. Thom.

Probatur hæc ſententia duplici ratione: prima, quia vt ſubiectum aliquam formam recipiat, adhuc in naturalibus, neceſſum eſt prius diſponi, ſi ex ſe naturaliter non eſt diſpoſitum: vt patet de introductione ignis 8

in

in ligno, quod prius per calorem diſponit: ſed intellectus creatus eſſe multo minus diſpoſitus eſt ad receptioné viſionis beatæ, quàm lignum ad receptionem formæ ignis: ſiquidem inter naturale, & ſupernaturale eſt minor proportio, quàm inter duo naturalia habentia ſe per modum ſubiecti, & formæ: ergo neceſſario indiget intellectus diſponi per lumen gloriæ ad recipiendam viſionem beatam in ſe.

9 Præterea probari poteſt prædicta ſententia: quia ad receptionem gratiæ iuſtificãtis requiritur in anima diſpoſitio ſupernaturalis, vt omnes Theologi fatentur, & ipſe Scotus tenet, Angelos ſe diſpoſuiſſe ad receptionem gratiæ. Sed tanto minus idoneus eſt intellectus ad receptionem viſionis beatæ, quàm anima ad receptionem gratiæ: quanto excellentior eſt viſio beata quàm gratia: ergo multo magis indiget intellectus diſponi lumine gloriæ ad receptionem viſionis beatæ, quàm anima ad gratię receptionem: ergo cum ad gratiæ infuſionem diſpoſitio ſupernaturalis neceſſario requiratur: à fortiori requiritur neceſſario lumen gloriæ, vt diſpoſitio ad receptionem viſionis beatæ.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & contra calumniam aduerſariorum mens eius oſtenditur.

10 IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in tertio diſtinctione 14. quæſtione prima litera B. cuius hæc ſunt verba. *Intellectus animæ Chriſti poteſt paſsiue recipere viſionem verbi primo, & immediate, & hoc ita quod non perficiatur prius aliquo lumine, tanquam forma abſoluta ali... ne*, & immediate ante liter. D. hæc profert, *quantũ ad receptionem, de qua eſt quæſtio modo propoſita, non videtur ſimpliciter neceſſarium concedere. A. ſi eſt lumen gloriæ prius perficere intellectum, quam viſionem: ſed ſi intellectus poteſt recipere duas perfectiones ordinatas, ſcilicet. A. vt actum primum, & viſioné beatam ſecundum: congruum eſt, vt illis perfectionibus ordinate perficiatur: ſed vtraque abſolute poſsit inesse ſine altera*, & deinde litera C. inquit. *Si autem quæratur, vtrum ſine tali habitu, vel lumine, quod dicatur. A. poſsit intellectus creatus, non tantum paſsiue ſe habere ad talem viſionem ſed etiam actiue ad eliciendum tantam viſionem, & hoc æque perfectã ſicut cũ. A? hic ſupponendo &c. tunc poteſt dici, ſicut ad quartam quæſtionem diſtinctionis præcedentis dictum eſt*: in citata autem quæ eſt, quęſtion. 4. diſtinction. decimæ tertiæ liter. Q. hæc inquit Doctor: *Dicendum eſt, quod Deus poteſt ſupplere actionem ſummæ gratię, vt voluntas ſine illa poſſit ſecundum cauſalitatem ſuam agere ad ſummam fruitionem, Deo ſupplente actionem gratiæ, vt cauſæ ſecundæ, tamen de potentia ordinata non poſſet &c.* Quæ Doctoris verba tria continent, quæ omnia in hac difficultate controuerti neceſſum eſt. Primum videlicet, quod quoad receptionem viſionis beatæ non eſt ſimpliciter neceſſarium in intellectu creato præſupponi lumen gloriæ: eſt tamen congruũ illud ponere. Secundum eſt, quod loquendo de intellectu creato quoad productionem viſionis, de potentia ordinata neceſſum eſt in ipſo præſupponi lumen gloriæ, quo informatus poſsit viſionem producere. Tertium tandem eſt, ſupponendo, quod de facto, & de lege ordinaria intellectus viſioné beatam actiue ſimul cũ lumine glorię producat, poteſt Deus hanc cauſalitatem luminis glorię de potẽtia ſua ſupplere: & ita intellectus Deo ſupplente vicem luminis illius, poterit actiue elicere tantam, & tam perfectam viſionem, quantam cum lumine gloriæ elicere poterat.

Scotus. Bargius Lychetus. Baſſolis Rubionis. Paludanus Argentina Maior. D. Thom. Durandus Molina. Suarez. Vazquez. Valencia.

11 Hæc Scoti ſententia celebris eſt ob tres iſtas difficultates, quarum extremæ ſunt magnopere controverſæ. Tenet tamen Doctor eam in quarto diſtinctione 49. quæſtione 11. liter. E. quem ſequuntur Bargius, & Lychetus ſuper ipſum locis citatis in tertio, Baſſolis ibi articu. 1. §. *dico igitur*, Rubionis ibidem, §. *quantum ad tertium*, & omnes Scotiſtæ tam veteres, quã recentiores: item ex alienis Paludanus in quarto diſtinctione 49. quæſtione 1. articu. 3. Thomas de Argentina quæſtione 2. Ioannes Maior quæſtione 4. & Thomiſtæ nonũlli ex modernis: eſſeque ſententiam Divi Thomæ expreſſam probant Durandus, & alij, quatenus D. Thomas in quarto diſtinctione 49. quæſt. 2. articu. 1. affirmat, viſionem beatam, poſſe divinitus communicari homini carenti lumine gloriæ, & permanenti in ſolis diſpoſitionibus viæ. Quod idem aſſerit de veritate quæſtione 10. artic. 11. tenent hanc ſententiam graviores Ieſuitarum Doctores, vt Molina 1. parte quæſtione 12. articu. 5. diſputatione 1. §. *contraria tamen ſententia*. Suarez lib. 2. de attributis negativis capite 15. & 16. Gabriel Vazquez 1. parte diſputatione 43. per totam, & præſertim cap. 5. & 6. Gregorius de Valencia 1. parte diſputatione 1. quæſtione 12. puncto tertio, §. *nec tamen eſt negandum*.

12 Hanc Scoti ſententiam, tam ab adverſariorum morſibus agitatam, vt erroris labe infectam pro viribus quidam labe factare præſumſerit, veram, Catholicam, præclaram, & ſubtiliſsimam eſſe, contra ipſos facilimoq; negocio patefaciam: ſed vt quam perperam Doctori ſubtili tot falſa imponant, prius oſtendam, mea refert ex verbis eius citatis illa tria dubia ordinate peragere, & vt ad quæſtionẽ de facto (quæ eſt vnum ex dictis dubijs) perveniamus, primo obſervare oportet, difficultatem hanc aliter procedere de potentia, & aliter de facto: & quidem de facto, aliter reſpectu activæ cauſalitatis intellectus in ordine ad viſionem beatam, & aliter reſpectu capacitatis illius, quatenus eſt ſubiectum receptivũ talis viſionis: & vtroque modo ait Doctor in verbis citatis de facto, & de ordinata potẽtia, neceſſarium eſſe lumen gloriæ, ad hoc vt intellectus creatus, & producat viſionem beatam, & illam à ſe, vel à Deo, productam recipiat quamvis non ſit eadem vtriuſque ratio neceſsitatis: nam quoad productionem recurrit ad ordinatam Dei potentiam; ſecundum quam, inquit, non poſſe intellectum elicere viſionem beatam ſine lumine gloriæ: quia ordinatum eſt, vt cauſa prima, quę nata eſt habere aliquam cauſam ſecundam ſibi ſubordinatam in agendo, non agat in effectum communem ſibi, & tali cauſę ſecundæ, ſine ipſius cauſę ſecundę actione. Cum igitur lumen gloriæ ſit cauſa ſecunda viſionis beatæ, illius inſtar modi, quo habitus operativus eſt cauſa ſecunda ſui actus: hinc eſt, quod iuxta ordinatam Dei potentiam non poteſt produci viſio beata ſine lumine glorię: quæ doctrina habetur à Doctore implicita in illis verbis diſtinctionis quartæ decimæ; quibus ſe remiſit ad quęſtionem quartam diſtinctionis 13. in qua habetur doctrina iſta explicita; & expreſſa, loquendo de ſumma gratia Chriſti Domini reſpectu ſummæ fruitionis illius: ex quibus concluditur ſecundum Doctorem, iuxta legem Dei ſtatutam, & ordinatam (ſuppoſito quod intellectus ad viſionem active concurrat) intellectum neceſſario indigere lumine gloriæ, ad hoc vt viſionem beatam producat: cuius oppoſitum falſo adverſarij imponebant Scoto.

13 At qui loquendo de capacitate paſſiva intellectus quo ad receptionem viſionis beatæ; non ſe remitit Doctor ad illam, aut ad aliam quęſtionem: ſed in ipſa prima quæſtione diſtinction 14. determinat, hec etiam de potentia ordinata neceſſarium eſſe lumen gloriæ ad receptionem

nem, ſed de congruentia quadam, quatenus hoc congruum eſt, vt intellectus prius diſponatur per lumen gloriæ, quàm viſionem recipiat: id tamen de lege non conſtare certum eſt.

14. Sed video contra me inſurgentem ſtudioſum Scotiſtam, & arguentem ex verbis Doctoris, eo quod vtrumque de Chriſti Domini ſumma gratia dixerit in illa queſt. ſcilicet, requiri de ordinata potentia, tã ad eliciẽdã fruitionẽ ſummam, quàm ad recipiendam ipſam. Cur ergo prolibito ſecamus doctrinam Scoticam, luminis gloriæ neceſsitatem conſtituẽdo de ordinata potentia ad agere, nõ vero ad recipere?

15 Reſpondeo, quod Doctor in quæſtione præſenti, ſcilicet in primo diſtinct. 14. vbi in terminis de lumine gloriæ agit, remitit ſe ad illam quæſtionem quartam diſtinct. 13. quoad neceſsitatem luminis ad actionem, non vero ad receptionem: agendo enim de actione, & receptione, & remittendo ſe quoad actionem: ibi expreſſe determinat, ſine remiſsione aliqua, quid de receptione ſit dicendum: ſi tamen Doctoris mentis rationem, ſeu cauſam ad hanc differentiam conſtituendam inquiras? Reſpondeo, quod gratia duo habet, nempe, & eſſe formaliter habitum iuſtificantem, & gratificantem, & in ſimul eſſe habitum operatiuum, ac eliciti uũ actus charitatis. Cum igitur fruitio Dei (in qua beatitudo conſiſtit, & perfecta charitas eſt) debeat elici à voluntate, & in ipſa recipi: & requirit habitum gratiæ, ſeu charitatis elicitiuum, tanquam ſui principium, & effectiuam cauſam, ac etiam requirit habitum gratificantem, vt in ſubiecto formaliter grato, & ſancto recipiatur: & ideo ad agere, & recipere, habitus ille ſummæ gratiæ, de lege neceſſarius fuit Chriſto Domino ad eliciendam ſummam fruitionem, & ipſam recipiendam: at verò lumẽ gloriæ, licet ſit habitus operatiuus, propterea que ad viſionem eliciendam requiratur: non tamen eſt habitus gratificans intellectũ, nec ſanctificãs animam: & ideo non de eadem potentia ordinata requiritur ad diſponendum ſubiectũ, ſicut habitus gratiæ: congruum tamen erit, vt tanquam perfectio prius requiſita ad productionem viſionis, præſupponatur etiam in eadem potentia ad recipiendam viſionem ipſam.

Concluditur ergo contra falſam calumniam aduerſariorum, Doctorem ſubtilem conſtituiſſe neceſsitatem luminis gloriæ, & quoad actionem, & quoad receptionem viſionis beatæ: ita quod (ſecundum ipſum) nõ poteſt intellectus creatus de ordinata Dei potentia viſionem beatam producere ſine lumine gloriæ: nec congruenter illam ſine tali lumine poteſt recipere. 16

Oſtenſo igitur, quid de facto circa luminis gloriæ neceſsitatem docuerit Scotus: modo videndum eſt, qualiter de potentia ſecundũ ipſum requiratur ad viſionis beatæ receptionem: an ſcilicet, neceſſarium ſit intellectum diſponi per lumen gloriæ, aut aliquem habitum ſupernaturalẽ ad recipiendam viſionem beatam? Pro quo obſeruare oportet, quod hęc difficultas procedit in caſu, quod Deus viſionem ſe ſolo produceret: & tunc ſi intellectus indigeret lumine gloriæ ad receptionem viſionis: hoc eſſet vna ex tribus rationibus vel; ſcilicet, primo: quia viſio ipſa ſine tali lumine ſibi eſſet obſcura, & ſine lumine non poſſet videre diuinam eſſentiam, quæ eſt terminus viſionis beatæ: ſicut ſine lumine naturali non poteſt obiectum naturale videre, vel ſecundo, quia cum viſio ſit forma ſupernaturalis, nequit in ſubiecto recipi ſine ſupernaturali diſpoſitione, qualis eſt lumen gloriæ: vel tertio, quia cum ex receptione viſionis ſequatur operatio vitalis, nempe videre, quod eſt actus ſecundus: neceſſario debet præſupponi antecedenter in ipſa potentia habitũ tanquam actus primus, ad quem talis actus ſecundus ſequatur.

18. Nulla autem ex his tribus rationibus, eſſe neceſſarium lumen gloriæ ad receptionem viſionis, ſic oſtendo. Et de prima patet: quoniam viſio beata eſt ipſum lumen perfectum, vt præclare notauit Doctor in citata quæſtione prima liter. B. & ſcilicet per receptionem ipſius viſionis illuſtratur intellectus. Hoc per exemplum in naturalibus comperrum eſt: ſi etenim Deus produceret in oculis corporeis viſionem lapidis, verbi gratia, tempore tenebrarum: ad viſionis illius receptionem, non ſequeretur vi talis operatio videndi: quia deficit ibi lux, quæ eſt conditio ſine qua non operari poteſt viſiua potentia: ſi tamen ipſius lucis ſpeciem produceret, & lux ipſa naturalis ſui intuitionem terminaret ibi, proculdubio potentia viſiua quantumuis obſcuriſſima in nocte exiſteret viſionem talem ſic productam à Deo in ſe recipiens, videret obiectum terminatiuum illius, nempe ipſam lucem: cuius rationem reddit Doctor: quia lumen præcedens viſionem requiritur propter imperfectionem obiecti, & quodcumque obiectum naturale, dempta luce, reſpectu oculi corporei imperfectum eſt, quatenus, ſine luce non eſt actu viſibile. Eodem igitur modo phyloſophandum eſt de intellectu reſpectu viſionis beatæ: quod, ſcilicet, viſio ipſa eſt lux, quatenus intuitiue terminatur ad diuinam eſſentiam, quæ eſt lux vera: et cum ipſa viſio ſit lux, de hoc debet intelligi illud carmem Dauidicum *in lumine tuo videbimus lumen*. Hoc eſt in viſione, quæ eſt lumen, videbimus eſſentiam, quæ eſt lumen indeficiens: & ideò conſtat, non propter primam rationem requiri lumen gloriæ in intellectu creato, quoad receptionem viſionis beatæ.

§. 3.

Vbi oſtenditur non requiri diſpoſitionem ſupernaturalem in ſubiecto ad receptionem formæ ſupernaturalis.

QVOD nec etiam propter ſecundam rationem aſsignatam oſtendi poteſt: quia vt inquit Doctor ibidem, & optime de eius mente probant Vazquez capite primo, & Suarèz capite decimo quinto, vt ſubiectum aliquod naturale formam ſupernaturalem recipiat, non indiget diſponi per aliam formam: alioquin proceſſus eſſet in infinitum: nam aut forma illa, qua indiget ad diſpoſitione, naturalis eſt, aut ſupernaturalis. Primum dici non poteſt: quia per naturalem formam non poteſt intellectus magis aptari ad ſupernaturalem formam recipiendam, quàm antea de ſe aptus, & idoneus erat: ſi vero ſupernaturalis, cur magis ad vnam indigeret diſponi ſupernaturaliter, quàm ad alteram, cum forma receptibilis, eo quod ſupernaturalis eſt, ſubiectum ſupernaturaliter diſpoſitum requirat? & tunc de illa forma diſponente idem fit argumentum: ex quo ſequitur proceſſus in infinitum. 19.

20. Ad q argumẽtũ Caietanus reſpõdet in articulo quinto §. *Ad primum Caietaniſtarum*, hoc axioma nempe, *quod recipit*

cipit formam ſupernaturalem, diſponi debet per aliam formam ſupernaturalem, ſolum eſſe verum, quando forma ſupernaturalis recepta eſt terminus generationis: non tamen ſi tantum eſt via ad terminum. Exemplificatur hæc diſtinctio in gratia habituali, quæ, quia eſt terminus generationis, ſubiectum ſupernaturaliter diſpopoſitum poſtulat. Ipſæ vero diſpoſitiones ſupernaturales, vt contritio &c. eo quod ſunt viæ ad gratiam, non amplius alias diſpoſitiones ſupernaturales requirunt: & ideo proceſſus in infinitum non eſt. Cum igitur lumen gloriæ ſit via ad viſionem beatam, quæ eſt terminus generationis, licet ipſum, vt diſponat intellectum ad viſionis receptionem, requiratur: non tamen idem lumen aliam ſupernaturalem diſpoſitionem ad ſui receptionem prærequirit.

21. *Cai. impugnatio.* Hæc quidem ſolutio Caietani, ſi vera eſſet, inferret in paruulis, nullatenus gratiam habitualem infundi: ſiquidem in ipſis ſupernaturalis diſpoſitio non eſt, eo quod ſibi exercitium, & vſus rationis, & libertatis deficiant, ſine quibus tales diſpoſitiones eſſe non poſſunt: & tamen in illis non minus eſt gratia habitualis terminus creationis, ſeu generationis (vt volunt Thomiſtæ) quàm in nobis. Sequela attamen in fide ſuſtineri non poteſt: ac ideò ſolutio illa arbitraria eſt, & ſine fundamento conficta. Gratiæ etenim diſpoſitio non requiritur in ſubiecto ex ipſius ſubiecti natura: ſed ex diuina ordinatione ſuauiter diſponente, vt homo adultus, ſiquidem per liberos voluntatis conſenſus peccauit, & gratiam perdidit, per liberos etiam voluntatis conſenſus, ex Dei auxilio quam tum eſt ex ſe conterat de peccatis, & hoc pacto contritus, ſic quodammodo ſatisfaciens diuinæ offenſæ Dei clementiam prouocet, vt ſibi gratiam deperditam largiatur; & hæc eſt diſpoſitio ad gratiam: at qui ad receptionem viſionis beatæ non eſt hic ordo, nec reperitur hæc, aut ſimilis ratio diſponendi, ſed tantum ad id ponitur, ad quod eſt neceſſarium: eſt tamen neceſſarium ad productionem viſionis, eo quod (vt diximus) tantum habitus operatiuus eſt. Cum igitur in caſu, quo Deus viſionem ſe ſolo produceret, non requiratur habitus operatiuus: & intellectus ad viſionis receptionem non egeat ſupernaturaliter diſponi: ſuperuacaneum eſt lumen gloriæ ad talem receptionem in ratione diſpoſitionis conſtituere.

De tertiâ tandem ratione ſubtiliter probat Scotus, quod ad recipiendam viſionem beatam non indiget intellectus creatus aliquo habitu, qui ſit prior ipſa viſione: quoniam habitus non diſponit potentiam ad receptionem actus: imò è conuerſo actus natus eſt prius recipi, quàm habitus. Et huius rationem reddit: quia potentiam in actu primo, & permanente conſtitui talem, eſt ſibi perfectio: & ideo actus naturales ſunt adquiſitiui alicuius habitus, quo permanenter perficiatur potentia, eo quod ipſis actibus non permanenter perficitur. Si enim ſemel ſupponatur habere habitum, tranſeunte actu, adhuc remanet potentia in actu primo perfecta per talem habitum: & ſic intellectus, qui non poteſt habere ſimul perfectam notitiam actualem plurium obiectorum, habeat ſaltem habitualem notitiam permanentem eorum, ſicut poteſt: & ad hoc ponitur habitus cognoſcendi. 22.

Ex quibus concluditur, quod actus ex ſe natus eſt prius recipi in potentia, quàm eius habitus: qui quidem etiam ſi ipſis actibus ſit adquiſitus, eſt etiam operatiuus actuum ſimilium. Vnde ſtat eſſe cauſatum ab actibus, & eſſe ipſorum actuum cauſam. 23.

Nec obſtat; ſi dicas, habitum

fidei,& cæteros habitus infuſos, inter quos eſt lumen gloriæ ſimpliciter præſupponi ad actum: nam hoc ex eo prouenit: quia tales habitus adquiri non poſſunt noſtris actibus, eo quod noſtra virtute actus ſupernaturales elicere non valemus. In hoc tamen æquiparantur habitus infuſi, & adquiſiti, quod eſt habitualiter perficere potentiam, & illam permanenter in actu primo conſtituere in eſſe talis. Sed ſi aliquis actus (inquit Doctor) eſſet ex natura, ita permanens in actu, ſicuti eſt, & eſſe poteſt permanens habitus, qui ponitur reſpectu illius: proculdubio non oporteret poni tales habitus: quia actus talis haberet omnem perfectionem actus primi, & ſecundi: & ideo multo magis perficeret, quàm habitus. Haberet quidem perfectionem actus primi: quia permanenter perficeret; & non raptim tranſiret, ſicut cæteri actus. Secundi verò: quia non ſolum permanenter perficeret, ſed etiam perficeret tanquam operatio actualis, quæ perfectiſsimè potentiam actuat. Ex quibus tunc ſic: viſio beata ex natura ſua eſt forma, ita permanens in intellectu, ſicut ſi eſſet habitus luminis gloriæ, qui de facto ponitur prior in intellectu, quàm ipſa viſio. Vterque etenim, nempe habitus luminis glorię, & viſio de facto æque permanente in intellectu beati ex præſentia obiecti beatifici: ergo intellectus (loquendo de potentia) non indiget lumine gloriæ ad recipiẽdam viſionẽ beatam, quam Deus in illo produceret, ad hoc vt ipſam præcederet, ſicut habitus præcedit actum.

§.4.

Explanatur, quomodo poſsit Deus ſupplere cauſalitatem partialem luminis gloriæ.

PORRO hoc ſuppoſito de duobus prioribus dubijs huius difficultatis pro tertio, & vltimo eſt tandem obſeruandum, in eo præſupponi intelle- 25
ctum actiue partialiter producentem viſionem eadem prorius actiuitate, quam nunc de facto (tanquam probabilius) ſupponimus ad viſionem beatã concurrere: & tunc in dubium vertitur, an poſsit Deus ſupplere cauſalitatem partialem luminis gloriæ: ita quod ſine lumine poſsit à Deo, & in ſimul intellectum produci eadem viſio, quæ ab intellectu, & lumine gloriæ produceretur, ſi lumen gloriæ adeſſet? Quod diuinum ſupplementum dupliciter poteſt intelligi, ſcilicet, intrinſecè, & extrinſecè. Intrinſice quidem; vt ſi Deus infunderet in intellectu aliquem habitum ſpecie diſtinctum ab habitu luminis gloriæ; qui tamen informaret intellectum, ſicut de facto lumen gloriæ informat, & eſſet productiuus eiuſdem viſionis beatæ, cuius eſt productiuus habitus luminis gloriæ: extrinſece vero, vt ſi poſſet Deus ipſe intimè intellectui beato aſsiſtens ſimul cum ipſo viſionem produceret. In qua difficultate recurrendum eſt ad generalem illam, in qua quæritur, vtrum Deus poſsit ſupplere efficientiam habituum ſupernaturalium per auxilium exterinſecum, vel interinſecum? Et quia in hoc puncto non ſe offeret peculiaris difficultas de habitu luminis gloriæ (quia vt expreſſe probat Doctor æquiparando ſupplementum neceſsitatis luminis gloriæ ad ſupplementum

mentum neceſsitatis habitus charitatis, vt viſum eſt in litera, de omnibus eadem eſt ratio) ne hic in generalibus immoremur, eodem prorſus modo reſpondendum exiſtimo, ſicut de habitu charitatis, & cæteris ſupernaturalibus habitibus, quatenus attinet ad hoc, quod eſt poſſe à Deo eorum efficientiam, vno, vel altero modo ſuppleri. Quamobrem ſecundum probabiliorem, & communiorem ſententiam eſt hæc difficultas affirmatiue reſoluenda.

26. *Vazq. ponit lumen gloriæ eſſe ſpeciem intelligibilē.* Quod autem ſupereſt ventilandum, eſt, circa intelligentiam huius ſupplementi, penes verba Scoti, quę (vt credo) abſque omni prorſus fundamento in cuiuſdam peculiaris ſententiæ confirmationem Vazquez retorquet: exiſtimat etenim, Deum ita ſupplere efficientiam luminis gloriæ, vt pro hac parte, qua eam ſupplet, habeat quoque rationem obiecti per modum ſpeciei intelligibilis: quia putat capite 6. nunc de facto eſſentiam diuinam non coniungi intellectui loco ſpeciei intelligibilis, ſed generali quadam ratione, ſicut primum mouens ad viſionem cum intellectu concurrere: ipſum vero intellectum habitum luminis gloriæ inſtructum eſſe ſufficiens, & integrū principium viſionis beatæ: & ita, eſto quod Deus ſuppleat efficientiā luminis glorię: per id præciſe ſupplere neceſſum eſt vicem ſpeciei intelligibilis. Pro qua ſententia citat Doctorem locis in hac difficultate allegatis, & præſertim in quarto diſtinctione 4. quæſtione 11. vbi dixiſſe ait, lumen gloriæ ſine ſpecie ſufficere ad elicendam viſionem beatam. Fundamentum Vazquij id ſolum eſt, quia lumen ipſum gerit vicem ſpeciei intelligibilis: & ideo capite ſeptimo inquit, ſe nō dubitare appellare ipſum lumen gloriæ ſpeciem impreſſam diuinæ eſſentiæ.

27. *Impugnatur opinio Vazq.* Hanc tamen ſententiam cum opinione Durandi ab ipſo Vazquio, & à nobis iam ſupra in difficultate 23. numer. 19. improbatā coincidere facile oſtendimus: nam ſi lumen gloriæ eſt ſpecies impreſſa diuinę eſſentiæ, tunc habet ſe præciſſe ex parte obiecti: & cum nihil aliud ſupernaturale præter hoc lumen intercedit ex parte intellectus, quod illum ſupernaturaliter eleuet ad productionem viſionis beatæ: iam intellectus naturalibus viribus ſuis, & tantum repræſentata ſibi diuina eſſentia in ſpecie, quæ eſt lumen ipſum, poteſt ferri in illam, & eius viſionem producere: quod aiebat Durandus. Ex hoc contra Vazquium inferuntur abſurda, quæ ipſe, & alij, contra Durandum merito inferre non dubitant.

Sed reſpondebit forſan aliquis pro Vazquio, hoc lumen duo ſortiri munera, videlicet, & diuinam eſſentiam, tanquam ſpecies repræſentare, & intellectum tanquam habitus eleuare ad viſionem producendam: quæ reſponſio confirmari poterat ex his, quæ diximus ſupra de mente Doctoris: quod ſi lux ipſa ſit obiectum, non indiget alio lumine, vt videatur. 28

Hæc quidem ſolutio veritatem non continet, nec vim difficultatis euacuat: tum, quia ratio Doctoris militat de receptione viſionis beatæ: non vero de eius productione: tum etiam, quia lucidum habet ſe in naturalibus ex parte obiecti: nam ſecundum probabilem ſententiam eſt ratio formalis, ſub qua obiectū videtur. Vnde, licet ad perceptionē talis obiecti neceſſario requiratur lux illa: non tamen ſufficit ad tribuendam virtutem actiuam potentiæ viſiuæ, alias non potenti producere viſionem: ſed ipſam potentiam actiuè potentem ſupponit: & vltra hoc debet obiectum eſſe proximè viſibile per lucem tanquam per rationem formalem ſub qua, vel ad minus tanquam per conditionem, ſine qua proximè viſibile eſſe non poteſt. Vnde ſi ex parte 29

potentiæ

potentiæ nõ ſupponatur actiuitas, quantũcũque lux ipſa per modum obiecti repræſentetur potentiæ, non poterit potentia eius viſionem producere. Cum igitur lumen gloriæ (ſecundùm Vazquium) ſit ipſa impreſſa ſpecies diuinæ eſſentiæ, & ſit lux ipſa: neceſſario debet Vazquez ponere in intellectu creato alium habitum ſupernaturalẽ diſtinctum à lumine gloriæ; per quem eleuetur intellectus; & fiat actiue potens producere viſionem obiecti repræſentati in lumine gloriæ, ſi quidem lux actiuitatem potentiæ præbere non poteſt: ſed ſecundum ipſum, & omnes Theologos, non ponitur in intellectu aliquis alius habitus à lumine gloriæ diſtinctus: ergo intellectus, quatenus eſt ex ſe, & in ratione potentiæ, viribus naturæ producit viſionem diuinæ eſſentiæ ſibi oſtenſæ in ſpecie, quæ eſt lumẽ: quæ erat opinio Durandi, vt loco ſupra citato viſum eſt.

30. *Oſtenditur falſo citari Scotum à Vazquio.* Porrò autem, Scotum non docuiſſe oppoſitum, conſtat ex quæſtione nuper à Vazquio in ſui fauorem allegata: ibi enim ſub liter. G. hæc profert Doctor, *ſi tamen aliquid ſupernaturaliter ponitur in beato prius operationibus, hoc non erit propter receptionem: ſed propter actionem, vt eliciatur operatio in beato, quæ attingit Deum:* & infra ſubdit: *& tunc vlterius, aut requiritur propter obiectũ, aut propter potentiam: & cum duplex potentia concurrat in operatione in beato, ſcilicet, intellectus, & voluntas, propter vtramque poteſt talis forma poni: ſi autem ponantur propter hæc tria, formæ ſupernaturales præcedentes operationes, ponerentur tres formæ ſupernaturales præcedentes: vna correſpondens obiecto, ſcilicet, ſpecies intelligibilis in memoria. Secunda ex parte intellectus, quæ dicitur lumen gloriæ. Tertia ex parte voluntatis, quæ dicitur charitas:* quæ verba Doctoris exprimunt pro nobis, quam falſum ſit contra Vazquium, lumen gloriæ eſſe ſpeciem: quinimo comparatiue loquendo de ſpecie, & lumine gloriæ, infra liter. H. hæc ſubdit Doctor. *Vnde minus videtur mihi neceſſe ponere lumen, quàm ſpeciem:* cuius rationem reddit; quia, ſcilicet, ſine lumine gloriæ poteſt recipi viſio in intellectu: at vero quando ponitur ſpecies, hoc fit, vt memoria ſit perfecta ex parte intellectus: ſed concludit vtrumque excuſari poſſe, lumen quidem, vtpote, ſi à Deo immediate viſio eſſet producta: quia tunc ad recipiendam illam non egeret intellectus lumine gloriæ, eo quod eſſet mere paſſiuus: ſpecies vero, quia ſi intellectus actiue concurrat, & eſſentia immediate vniatur illi; non indiget tunc ſpecie impreſſa, eo quod obiectum ipſum in ſe præſens, nempè eſſentia, ſufficit ad cauſandam viſionem beatam, quantum ad illud, quod requiritur ex parte obiecti.

Quia tamen ipſe Doctor tenet (vt conformius) de facto dari ſpeciem propter perfectionem memoriæ, prout de eius mente ſupra oſtenſum eſt, & probabiliter teneat de facto non concurrere intellectum actiue ad viſionem beatam: hic conſequenter vtriuſque neceſſitatem comparans, aſſerit minus neceſſarium eſſe lumen gloriæ, quàm ſpeciem. 31.

Ex quibus omnibus fideliter contextuatis cõſtat cõtra Vazquium nuſquam, & præſertim in citata quæſtione, docuiſſe Scotum, lumen gloriæ ſine ſpecie ſufficere ad productionem viſionis beatæ: quinimo, ſemel admiſſo, quod intellectus concurrat actiue ad huiuſmodi productionem; etiam diuina eſſentia vnitur intellectui, non ſolum in ratione generali mouendi, ſed & in ratione ſpeciali motiua obiecti; & hoc, vel per ſe ipſam, mediante diuina voluntate, vel per ſpeciem impreſſam à Deo creatam: & ideò perperam Vazquez laborat 32.

berat contra Capreolum, probando capite 3. & 4. lumen gloriæ ſuperfluere, ſi diuina eſſentia vniatur intellectui in ratione ſpeciei intelligibilis: cuius argumenta facili me ſolui poſſunt ex eis, quæ dicta ſunt hic, & in ſequentibus de munere luminis gloriæ oſtendentur.

§. 5.

Statuuntur conclusiones huius difficultatis.

33 1. Concluſ. HIS præhabitis difficultatem concludendo, dico primo, quod non indiget intellectus creatus lumine gloriæ, quo ad receptionem viſionis beatæ. Concluſio eſt expreſſa Doctoris, quæ præter quã ꝙ ſatis probata eſt ſupra num 12. & ſequentibus, vlterius eam ſic probat Doctor ipſe: quoniam per lumen gloriæ non eſſet obiectum beatificum aliter præſens intellectui, quã ſine illo: ſed obiecto eodem modo præſente intellectui poteſt intellectus eodem modo recipere eius viſionem: ergo ad receptionem viſionis beatæ non indiget intellectus lumine gloriæ. Maior probatur: quia lumine gloriæ poſito in intellectu, non eſt obiectum beatificum intellectui præſens, niſi abſolute loquendo voluntarie ſe repræſentet illi: illa etenim forma luminis non poteſt eſſe neceſſaria ratio, qua obiectum ſit neceſſario præſens intellectui, vt viſum: quia ſicut eſſentia videtur ab intellectu, ſi vero non vult, non videtur: & etiam non poſito lumine gloriæ, poteſt diuina eſſentia voluntarie cauſando viſionem ſui, voluntarie ſe repræſentare intellectui: ergo per lumen gloriæ non eſt obiectum beatificum aliter præſens intellectui, quã ſine illo.

34 Secundo probatur ab eodem Doctore ex triplici inconuenienti ſequuto ex oppoſito. Primo: quia tunc intellectus beatificaretur non viſione beata, ſed lumine gloriæ: hoc tamen dici non poteſt, nec inter Catholicos admitti: ergo &c. Sequela probatur: quia receptiuum multarum formarum immediatè quietatur per immediatam receptionem formæ perfectiſſimæ, cuius eſt capax: ergo ſi lumen neceſſario immediate recipitur in intellectu antecedenter ad receptionem viſionis beatæ, quietatur in prius, & immediatius recepto; quod eſt lumen: ergo beatificatur lumine.

35 Præterea ſecundo, quia abſolutum, quod eſt ratio recipiendi aliquam formam, ſi per ſe eſt, per ſe poteſt recipere formam illam: ſicut ſuperficies per ſe exiſtens, per ſe poteſt recipere colorem, vt patet in Euchariſtia: ergo ſi lumen gloriæ eſt abſoluta forma, & diſtincta à viſione beata, & ratio recipiendi viſionem, ſi per ſe eſſet, per ſe poſſet recipere viſionem: & ita lumen gloriæ per ſe exiſtens, poſſet beatificari viſione: & per conſequens etiam modo immediatè beatificaretur, ſicut modo ſuperficies immediatè recipit colorem.

36 Tertio, quia etiam ſequitur, quod intellectus non beatificatur modo niſi per accidens, ſicut ſubſtantia corporea quietatur in colore ſibi poſsibili per accidens, hoc eſt medio accidente, quod eſt ſuperficies. Si autẽ dicatur, quod hoc totum, nempe intellectus, vt informatus lumine beatificatur viſione. Contra: quia vnius actus per ſe, vna eſt per ſe potentia, & vnum per ſe receptiuum: ergo viſionis beatæ, quæ eſt vnus actus per ſe, nõ eſt vna potentia per accidens: ſed intellectus informatus lumine eſt vnum totum compoſitum per accidens: ergo vnum ex componentibus neceſſario debet eſſe immediatè

tè receptiuum: & ita ſequitur, vel quod lumen gloriæ eſt per ſe receptiuum viſionis beatæ, vel quod intellectus non eget lumine gloriæ ad viſionem beatam recipiendam.

37. *2. Concluſ.* Dico ſecundo, quod de ordinata Dei potentia non poteſt intellectus creatus ſine lumine gloriæ actiue producere viſionem beatam. Concluſio eſt Doctoris, & ſatis probata ab eo, vt ſupra numero duodezimo viſum eſt, & eſt communis.

38. *3. Concluſ.* Dico tertio, quod non eſt certum de fide, intellectum de facto indigere lumine gloriæ ad videndum Deum. Concluſio hæc colligitur expreſſe ex doctrina, & verbis Scoti, & eam ſtatuo contra Thomiſtas, qui credunt non ſolum ponendum eſſe lumen gloriæ in beato, ſed etiam hoc eſſe certum de fide. Probatur tamen concluſio: quoniam probabile eſt beatum de facto non concurrere actiue ad productionem viſionis beatæ, vt patuit ex notatis in difficultate præcedente, vbi oſtenſum eſt probabiliter Deum immediate, & adæquate viſionem producere in intellectu beati mere paſsiue illam recipiente: ſed intellectus ad meram receptionem viſionis beatæ non eget lumine gloriæ, vt ex nuper dictis num. 33. pro comperto habemus: ergo non eſt certum de fide, intellectum beati de facto indigere lumine gloriæ ad videndum Deum.

39. *Obiectio ex Clemētina ad noſtrū.* Obſtabis tamen, quod oppoſitum huius concluſionis expreſſe diffinitum eſt in Concilio Vienenſi, & habetur in ſupra citata Clementina *ad noſtrum de Hæreticis*: & ad ſummum quantumuis gloſſari poſsit dicta Clementina, non poteſt non intelligi ſaltim de facto, eſto quod de poſsibili aliter gloſſari queat: alias enim nihil diffiniretur in ea, quo ad neceſsitatem luminis gloriæ: quod repugnare videtur menti, & verbis illius.

40. *Solutio ex intelligentia Clementinæ.* Reſpondeo, dictam Clementinā nihil de fide diffiniſſe contra præfatam concluſionem, vt optime probat Vazquez diſputat. 42. cap. 2. ſed ſolum damnauit errorem illorum, contra quos fuit tale Cōcilium congregatum: error autem fuerat Begardorum, & Beguinarum, qui credebant, intellectum creatum viribus ſuis poſſe Deum videre: & ideo hunc tantum errorem damnauit Concilium: & eius oppoſitum, vt verum diffiniuit de fide: quamuis ergo ſub nomine luminis gloriæ huiuſmodi errorem damnauerit: nihilominus diffiniuit ſolummodo oppoſitum prædicti erroris, quod eſt non poſſe intellectum virtute ſua Deum videre, ſed neceſſario indigere aliquo ſupernaturali dono, quo eleuetur ad videndum Deum: hoc autem donum, an ſit ipſe habitus, quem vocamus lumen gloriæ, an vero aliud diuinum donum, ſeu auxilium? non diffiniuit: nam neceſsitatem quidem ſupernaturalis eleuationis tantum fides determinat, relinquendo ſpeculationi Scholaſticæ, per quidnam talis eleuatio fiat? & ideo Scotus conſulto loquendo de lumine gloriæ, modo vocat illud formā, modo lumē gloriæ, modo habitū ſupernaturalē, modo. A. & ſolū intendit eſſe aliquod principium ſupernaturale intellectum corroborans, & eleuans ad producendam viſionem beatam iuxta mentem dicti Concilij, nihil tamen curando de entitate, aut nomine talis luminis.

41. *Gloſſa Clemētinæ ad noſtrum.* Veritas huius ſolutionis profecto euidens eſt ex Gloſſa eiuſdem Clementinæ, vbi hæc habentur: *Non indiget &c. quaſi hoc poſsit ſua naturali virtute: hoc expreſſe eſt hæreticum, & reprobatum.* Patet quoque de conſecratione diſtinctione quarta cap. vltimo, quod ſatis cōfirmat ratio eiuſdē Gloſſæ, quæ ſic habetur ibidem: *quia illud,*

quod

quod eſt proprium ſuperioris naturæ, non poteſt natura inferior aſſequi, niſi per actionem ſuperioris naturæ, cuius illud eſt proprium: ſicut nec aqua poteſt fieri calida, niſi per actionem ignis: videre autem Deum per eſſentiam, ſoli Deo eſt proprium: nulla igitur natura intellectualis poteſt Deum per eſſentiam videre, niſi Deo hoc faciente: quibus verbis perſpicue oſtendit Gloſſa, dictam Clementinam tantum deffiniſſe ibi non poſſe intellectum creatum, ſine Dei auxilio, viribus ſuis ipſum Deum videre.

42. Dico quarto, quod loquendo de potentia abſoluta, poteſt intellectus creatus in lumine gloriæ producere viſionem beatam. Concluſio eſt Doctoris expreſſa in litera: & probatur primo: quia lumen gloriæ ſolum requiritur, vt ſuppleat efficientiam, quæ deficit intellectus: ſed hanc efficientiam poteſt Deus per ſe ipſum ſupplere: nam, eſto quod efficientia vitalis ſuppleri nõ poſſet (de quo videnda ſunt, quæ diximus in præcedente difficultate) efficientia tamen, quæ deficit intellectui, & repletur à lumine gloriæ, non eſt vitalis: ergo &c. Quod autẽ talis efficientia vitalis nõ ſit, manifeſtum eſt: quoniam omnis vitalitas actus ſupernaturalis prouenit ſibi ab intellectu ipſo: minimè verò ab habitu ſupernaturali exiſtente in intellectu: ſi igitur efficientia luminis gloriæ vitalis non eſt, ſine omni prorſus fundamento diuinæ potentiæ denegari poteſt.

43. Secundo efficacius probatur concluſio: quoniam actus ſupernaturales, vtpote charitatis, interdum fiunt ex ſolo Dei auxilio ſine alicuius habitus ſupernaturalis efficientia: ergo & viſio beata poterit produci ab intellectu cum ſolo Dei auxilio ſine luminis gloriæ efficientia. Conſequentia eſt nota: quia vtrobique eadem ratio eſt, ſiquidem non minus pendet voluntas ab habitu charitatis ad eliciẽdum actũ amoris Dei, quàm intellectus ab habitu luminis gloriæ ad producendam viſionem beatam. Aſſumptum vero probatur: nam actus perfectæ contritionis, quo homo diſponitur ad gratiam: nondum ab habitu gratiæ, & charitatis elicitiue procedit; ſed à ſupernaturali Dei auxilio: diſpoſitio etenim præſupponitur ad formã: non ergo ab ipſa forma poteſt procedere effectiue: actus autem contritionis includit actum charitatis, ſaltim in obliquo, cum ſit ſolum de peccatis propter Deum ſumme dilectum: ergo actus charitatis à ſolo Dei auxilio ſine alicuius alterius habitus ſupernaturalis efficientia habet eſſe.

44. *Solutio Soti, & eius impugnatio.*

Hac ratione conuictus Soto, affirmat citato loco, actum charitatis, ac etiam actum fidei, quo ad ſubſtantiam ſupernaturalem non eſſe: actum vero viſionis beatæ eſſe quo ad ſubſtantiam ſupernaturalem. Reſponſio tamen hæc eſt profecto à veritate aliena: quia actus charitatis, quando ab habitu charitatis procedit, non minus efficitur ab eo, quàm viſus à lumine gloriæ: & habitus charitatis non minus ſupernaturalis eſt, quàm lumen gloriæ. Cur igitur negandum eſt illi habitui non ſupernaturaliter influere in actum ſuum, ſicut conceditur iſti? eſt ergo ſolutio hæc irrationabilis, & contra omnes fere Doctores, vt in proprio loco oſtenditur.

45. *Solutio quorundã Thomiſtarum, & eius impugnatio.*

Alij autem Thomiſtæ aliud excogitarunt effugium, dicentes diſpoſitiones illas effectiue procedere ab eodem habitu gratiæ introducendo: ſicut diſpoſitio ligni procedit ab eodem igne, qui introducendus eſt in ligno; ſed hæc reſponſio (meo videri) minus continet veritatis, quàm præcedens: cauſa enim, vt efficiat, prius debet præſupponi, in ſuo eſſe, tam in genere entis, quàm in genere cauſæ: ſed gratia non eſt tunc in rerum natura pro illo priori, in quo diſponitur ſubiectum ad illam: quod quidem

ui denter oſtendi poteſt contra Thomiſtas, ſecundum quos gratia educitur de potentia animæ, & non creatur: igitur ſi alicubi habet eſſe, nullibi profectò, niſi in ipſamet anima: ſed ibi nõ exiſtit, vt ſupponimus: alias enim eſſet contradictio in adiecto, ſubiectum diſponi ad recipiendam formam, quam iam præſuponitur habere. Quod autem de exemplo ignis adducitur, eſt falſum in omni Phyloſophia: nam ignis, qui introducitur in ligno, educitur de potentia materiæ, & ex conſequenti producitur ab igne generante, & producente: non enim poteſt educi forma aliqua de alicuius ſubiecti potentia, niſi à producente: atqui inter producens, & productum neceſſario mediat realis diſtinctio: vnde ignis generans numero diſtinguitur ab igne genito: & ex conſequenti ignis diſponens lignum, eſto quod ſit idem igni generanti, nullatenus tamen eſſe poteſt idem met igni introducendus, vt in exemplo prædicto ſupponebatur.

---

§.6.

Soluuntur argumenta prima, & ſecundæ ſententiæ.

46. *Ad 1. arg. pro 1. ſent.* A argumenta proprio ri ſententia, & ad primum ex locis ſacræ Scripturæ fabricatum, facilis eſt ſolutio: tum, quia, de facto procedunt, non verò de poſſibili: rum quoque, quia vt ſupra expoſitum eſt, viſio ipſa etiam eſt lumen, quo diuina eſſentia, quæ eſt lumen indeficiens, formaliter videtur: & hoc pacto etiam intelligendus eſt locus ille Appocalypſis.

47. *Ad 2. arg.* Ad ſecundum ſatis patet reſponſio ex numero quadrageſimo, & quadrageſimo primo, vbi latè ex po ſuimus Clementinam *ad noſtrum*, iuxta quam expoſitionem (quæ fideliſsima eſt) ſoluenda ſunt argumenta, quæ militant contra noſtras concluſiones ex dicta Clementina.

48. *Ad 3. arg.* Ad tertium libenter concedimus, non ſuppleri à Deo vitalem operationem, quæ neceſſario intellectui competere debet, non tamen lumen gloriæ: quamuis etenim de facto viſio ab vtroque comprincipio effectiue procedat: operatio tamen vitalis, non à lumine, ſed ab intellectu tantum reſpiciente obiectum eſt: & ideo principium intrinſecum, à quo operatio vitalis, vt præciſe vitalis eſt, non eſt lumen, ſed intellectus: huius vitalitatem operatiuam Deus nullatenus ſupplere poteſt: quod verò Deus poteſt ſupplere, eſt efficientia, tam intellectus, vt viſum eſt in difficultate præcedente, quàm luminis gloriæ, vt hic concluditur: & hæc efficientia, vt ſepè oſtẽdimus, non eſt vitalis operatio.

49. *Ad 4. arg.* Ad quartum reſpondeo, iam concluſum eſſe in difficultate præcedente contra Suarium, non poſſe intellectum reſpectu Dei in cauſatione viſionis beatæ dici inſtrumentum, ſed eſſe veram cauſam ſecundam principalem: quia licet Deus poſſet ſe ſolo totam viſionem producere: tunc intellectus adhuc non eſſet inſtrumentum, ſed potentia receptiua, & verè operatiua, vt dictum eſt ibi. Tamen hic vlterius dico, poſſe Deum ſupplere efficiẽtiã luminis, & ſimul loco luminis cum intellectu concurrere ad productionem viſionis beatæ: & tunc, tam Deus, quàm intellẽctus principaliter, & neuter inſtrumentaliter efficeret.

50. *Ad 5. arg.* Ad quintum ſatis ex dictis patet ſolutio, quod, ſcilicet, ipſa diuina eſſentia tunc eſſet lux, & nõ indigeret tali luce.

Ad

51 *Ad 6. arg.* Ad ſextum dico, habitus ſupernaturales dari ad ſimpliciter operandum: non tamen tolli exinde: quin Deus poſsit ſuo auxilio ſpeciali eorum efficientiam ſupplere.

52 Ad argumenta vero pro ſecunda ſententia, & ad primum dico: ideo in naturalibus præ requiri diſpoſitiones ad introductionem formarum: quia præſupponuntur in eis qualitates naturaliter contrariæ formis introducendis, vt patet de humiditate ligni reſpectu ignis: at verò intellectus naturaliter ſumptus non eſt affectus aliqua qualitate contraria viſioni beatæ: imo nec ipſa voluntas in peccato exiſtens habet naturalem contrarietatem ad recipiendam gratiam habitualem: ac ideo ſecundum Scotum non mutuo phyſice ſe ab eadem voluntate expellunt peccatum, & gratia: ſed tantum moraliter demeritorie. Huius ratio eſt: quia inter naturale, & ſupernaturale non eſt naturalis, aut phyſica oppoſitio: quod enim ſupra aliud eſt, non contrariatur illi ex natura rei, ſed tantum ex quadam morali tate.

53 Ad ſecundum iam dixi, gratiam non requirere ſupernaturalem diſpoſitionem in ſubiecto ex natura rei, ſed ex diuina ordinatione, & conuenientia, quæ non tollit à Deo poſſe oppoſitum ſtatuere, cum omnia ad extra contingenter agat. Quod clarius patet: nam ſi diſpoſitio ad gratiam eſt aliquis actus ſupernaturalis, quo adultus ſe præparat: illius inſtar modi, quo Angeli (ſecundum Scotum) ſe diſpoſuerunt: quid de gratia paruulorum, quam in Baptiſmo recipiunt, dici poteſt? an ne hæc eis cum diſpoſitione infunditur? minime quidem: quia talem actum habere nequeunt. Si igitur gratia paruulorum, quia eſt vniuoce eadem gratiæ adultorum, ſine diſpoſitione infunditur, profectò talis gratia, non ex natura rei, ſed ex lege, & ordinatione diuina, iuxta congruentiorem medium omnia diſponendi ſuauiter, præuiam diſpoſitionem ex poſtulat. Qui ergo de neceſsitate luminis gloriæ, iuxta Dei potentiã per tractunt, non conſuetum diuinæ diſpoſitionis ordinem peruertunt: ſed huius luminis præciſam neceſsitatem inueſtigant.

DIFFICVLTAS XXVIII.

Vtrum lumen gloriæ ſit habitus ſupernaturalis habens ſe ex parte potentiæ in ordine ad viſionem beatam?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum quatuor ſententijs varijs circa illam.

DARI de facto lumen gloriæ, amplectuntur omnes Catholici, ducti, vel ſaltim conuicti illa Clementina *ad noſtram de Hæreticis*, vt viſum eſt in præcedente difficultate: quid tamen ſit lumen gloriæ? non vnanimiter ſentiunt omnes: quinimo prolibito quiſque de luminis gloriæ entitate ſingulare ſibi adſcribit ſententiam: nam Gabriel in primo diſtinctione prima quæſtione prima in ſolutione dictæ Clementinæ, poſtquam concedit, intellectum creatum indigere lumine gloriæ ad videndum Deũ, ſubiungit, non oportere, quod lumen gloriæ ſit aliud ab habitu gratiæ gratum facientis, vel charitatis, ac proinde tenet, lumen gloriæ eſſe ipſum habitum charitatis, & gratiæ, & nihil aliud ſuperadditum: in qua opinione extiterat Frã- I *1. Sententia* *Gabriel.*

ciſcus de Zabarel. in præfactæ Clementinæ reſponſione, prout citat, & ſequitur idem Gabriel, quam opinionem non alio fundamento confirmat, niſi quia hoc ſonat totus apparatus gloſſæ textus ibidẽ: gloſſa, quid per lumen gloriæ intelligendum ſit videtur loqui de gratia habituali, dum citat locum

Ad Rom. 6 Apoſtoli ad Romanos ſexto, *gratia Dei vita æterna*, & de charita-

Ioan. 14. te, dum citat locum Ioannis capite decimoquarto: *Qui diligit me diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum*: & confirmat Gabriel ſententiam

Pſalm. 35. ſuam ex illo *Pſalmi* trigeſimiquinto, *In lumine tuo videbimus lumen*, id eſt in gratia, & charitate tua videbimus te.

2 Profecto opinio iſta merito aboleri debet: tum quia confundit actiones potentiarum: charitas etenim eſt habitus voluntatem intrinſece eleuans ad diligendum Deum in via, & fruendum in patria: & cum idem habitus nequeat inhærere, non poteſt habitus voluntatis inhærerere intellectui, vt ipſum intrinſece eleuet ad viſionem beatam: quam obrem ſubtiliter ſignauit Doctor (prout viſum eſt in difficultate præcedente) duplicem habitum in duplici potentia, videlicet in intellectu lumen gloriæ ad videndum, & in voluntate charitatis habitum ad fruendum: tum etiam, quia tunc neceſſario cuilibet viatori exiſtenti in gratia lumen gloriæ inhærere concedendum eſſet: ſiquidem gratia viæ, & patriæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Ex quo manifeſta inconuenientia ſequerentur, nempe ea fere, quæ inferebantur contra ſententiam Durandi ſupra in difficultate vigeſimaſecunda citatam, & improbatam: cum ea etenim coincidere facile conſtat: quia ſecundum hanc ſententiam Gabrielis iuſtus morte præocupatus ſublatus tantum intrinſecis impedimentis, cum habitu ſolius gloriæ præexiſtentis, & ſine nouo alio habitu ſupperaddito, poteſt intellectus viribus ſuis obiectum beatificum ſibi oſtenſum intueri. Nec obſtat, quod Gabriel videatur addere ſupra opinionem Durandi, intellectum debere eſſe gratia munitum: hoc namque etiã Durandus ſupponit: quia Catholicè ſentit; neminem ſine gratiæ iuſtificatione beari: & adhuc (vt viſum eſt) eius opinio ſuſtineri nõ poteſt. Concluditur ergo lumen gloriæ neceſſario debere eſſe aliquid diſtinctum ab habitu gratiæ, & charitatis.

Arbitrati ſunt alij inſuper 3

lumen gloriæ eſſe viſionem ipſam *2. Sent.*

beatam, & nihil præuium ante ipſam in intellectu ſupponi, quod lumen gloriæ dici poſsit: huius ſen-

tentiæ extitiſſe apparet OKam in *OKam.*

primo diſtinctione prima quæſtione ſecunda, & in quarto quæſtione decimatertia articulo quinto: dum enim tenet, viſionem beatam de facto à ſolo Deo produci in intellectu beato, & præterea lumen gloriæ non requiri ad receptionem viſionis, & his non obſtantibus lumen gloriæ dari in beatis admittere videatur: conſequenter lumen gloriæ eſſe ipſam viſionem beatam debet aſſerere: ſequuntur eum in hoc nonnulli, præſertim ex Nominalibus. Sententia tamẽ iſta irrationabilis prorſus eſt: tunc etenim quæſtio de neceſsitate luminis gloriæ ad viſionem beatam impertinens, & ſtulta penitus eſſet, ſiquidem ſtultum eſt inquirere neceſsitatẽ eiuſdem ad ſe ipſum. Admiſſa ergo neceſsitate luminis gloriæ ad viſionẽ beatam: conſequenter admitti debet lumen gloriæ eſſe quid præuiũ ad viſionẽ beatam: proptereaque ſententia iſta maiori iure, quàm præcedens reijtur.

Nonnulli igitur concedentes, 4

lumẽ gloriæ eſſe aliquid diſtinctum ab habitu gratiæ, & quid præ- *3. Sentent.*

uium

uium ad viſionem beatam, conati ſunt aſſerere lumen gloriæ eſſe quid extrinſecum intellectui, videlicet ipſum peculiarem diuinum concurſum, quo Deus cum beatis ad productionem viſionis concurrit. Hic tamen modus dicendi, tametſi quibuſdam peregrinus eſſe videatur: nihilominus duobus præcedentibus longe rationabilior eſt, quatenus eius oppoſitus non poteſt ratione euidenti concludi: quia quod depoſſibili ex Scoto probauimus in difficultate præcedente: hoc idem de facto aſſerere non repugnat: niſi oppoſitum aliquid de fide diffinitum premat. Et poteſt ſuaderi ratione non debili: nam Gloſſa illius Clementinæ *ad noſtrum de Hæreticis*, quæ neceſſitatem luminis gloriæ diffinit, gloſſans, quid ſit lumen gloriæ, quo indiget intellectus beati, videtur perſpicue innuere non eſſe aliud, quàm diuinam actionem, & concurſum: dum in hæc verba prorrumpit: *& ratio huius eſt: quia illud, quod eſt proprium ſuperioris naturæ non poteſt natura inferior aſſequi, niſi per actionem ſuperioris naturæ, cuius illud eſt proprium ſicut neque aqua poteſt fieri calida, niſi per actionem ignis: videre autem Deum per eſſentiam ſoli Deo eſt proprium. Nulla igitur natura intellectualis poteſt Deum per eſſentiam videre, niſi Deo hoc faciente.* Quæ verba prædictæ Gloſſæ in diuina actione, & non in alio, videtur luminis gloriæ entitatem conſtituere, ſiquidem ex neceſſitate diuinæ actionis neceſſitatem luminis gloriæ, iuxta mentem Clementinæ, concludit. Vazquez autem admittens cum communiori Theologorum ſentētia eſſe aliquid intrinſece inhærens intellectui beati, tenet nihilominus prima parte diſputatione quadrageſima tertia capite ſeptimo, vt viſum eſt ſupra in difficultate precedente numero vigeſſimoſexto, eſſe ipſam ſpeciem impreſſam diuinæ eſſentiæ: quamuis ſententiam ſatis ſupra improbauimus: ſed quia nunc eſt proprior huius loci, eius fundamentum proponere, neceſſum erit. Probat igitur Vazquius, & teſtimonijs Diui Thomæ prima parte quæſtione duodecima articulo ſecundo, ac tertio contragentes capite decimoquarto, atque etiam ex Scoto, & omnibus, qui tenent, diuinam eſſentiam videri per ſpeciem: qui quidem (ait ille) diſtinctionem nullam conſtituunt inter lumen gloriæ, & ſpeciem. Sed quidquid ſit de mente Diui Thomæ, Thomiſtæ propugnent: nos autem mentem Doctoris diſtinguentis lumen gloriæ ab ſpecie ſatis oſtendimus ſupra in difficultate præcedente numero tertio: ex quo à parte colligitur, Vazquium de hoc non vidiſſe Scotum.

Gloſſa ad Clem. ad noſtrum.

4. ſentent. Vazquez.

D. Thom.

6. Fundamentum verò huius ſententiæ, eſt: quia ſupponit Vazquez, intellectum cum lumine gloriæ, ſine aliquo addito, eſſe completum, & adæquatum principium viſionis beatæ: cum ergo principium completum includat, & potentiam, & ſpeciem repræſentantem obiectum: & intellectui competat eſſe vere potentiam, competit conſequenter lumini ipſi eſſe vere ſpeciem: ac propterea eadem aſſertione, qua concludit, Deum videri de facto medio lumine gloriæ, concludit quoque, Deum de facto videri per ſpeciem impreſſam: & ex hoc probat, lumen gloriæ eſſe ipſam impreſſam ſpeciem: eſſe verò intellectum cum ſolo lumine gloriæ completum principio viſionis beatæ, hoc probat capite tertio, & alibi, ſed præſertim capite quarto, hac (ſuo videri) indiſſolubili ratione: lumen gloriæ nō ponitur in intellectu beati, vt ei tribuat efficacitatē ad videndam diuinam eſſentiam: ergo ponitur ibi tāquam ſpecies, vt repræſentet diuinā eſſentiam: ſed intellectus

cum ſpecie eſt adæquatum principium videndi: ergo intellectus cum lumine gloriæ erit completum principium videndi. Antecedens (in quo difficultas conſiſtit) ſic probat: nam quamuis in facultate cognoſcente neceſſaria ſit virtus, & efficacitas ex genere ſuo circa aliquod obiectum, vt illius ſpeciem poſsit recipere, propter quod viſus ſpeciem coloris, & ſenſus ſpeciem intelligibilem recipere non poteſt: ad hoc tamen ſatis eſt, ſi facultas ipſa virtutem habeat ex ſe circa illud obiectum non determinatam in ſpecie, ſed in genere circa obiectum in vniuerſum: veluti ſenſus, viſus antequam recipiat ſpeciem albedinis, habet efficacitatem ex ſe: non quidem completam, & determinatam circa albedinem, vt ipſam videre poſsit, ſed in genere circa colorem in vniuerſum, ita vt compleri debeat hac, vel illa ſpecie, vt hoc, vel illud obiectum videri poſsit: igitur vt intellectus beati recipiat ſpeciem eſſentiæ Dei, non opus eſt ex ſe habere virtutem effectricem determinatam, & completam circa ipſum Deum, vt Deum videre poſsit: ſed ſatis eſt, quod in genere habeat virtutem videndi quodcumque intelligibile, ita tamen, quod eius efficacitas peculiari Dei ſpecie compleatur: ergo lumen gloriæ non tribuit intellectui efficacitatem, ſed illum in ratione integri principij viſionis conſtituit.

7. Hoc idem ſecundo probat, confirmando prædictam rationem: quoniam ſi lumen gloriæ non eſſet ſpecies impreſſa, ſed aliquid tribuens intellectui vires, & efficacitatem ad Deum videndum: conſequenter poſset quæcumque alia potentia ſenſitiua Deum videre: qui etiam poſſet talis potentia à lumine gloriæ efficacitatem accipere, ſicut intellectus ſupponitur, illam à lumine gloriæ accipere: quod ſi potentia ſenſitiua per nullum lumen eleuari poteſt, vt Deum videat: hoc ideo eſt, quod talis potentia non ſupponitur habere virtutem actiuam, etiam in genere circa obiectum, ſub quo obiectum beatificum contineatur: ergo per oppoſitum ideo intellectus cum lumine gloriæ id poteſt: quia ad lumen gloriæ præſupponitur in intellectu ſufficiens actiuitas, ſaltim in genere ad videndum quodcumque intelligibile: & ex conſequenti Deum conteinptum ſub eo: ergo lumen gloriæ non præſtat intellectui actiuitatem habendo ſe ex parte potentiæ: ſed eius efficacitatem determinat, veluti ſpecies habendo ſe ex parte obiecti.

Tertio idem probat, ex eo quod ſi eſſentia diuina loco ſpeciei ſimul cum intellectu beati cauſaret viſionem beatam: lumen gloriæ ſuperuacaneum eſſet: ergo ideo lumen glorię ſuperuacaneum non eſſet, ſed neceſſarium, quia eſt ſpecies diuinam eſſentiam repręſentãs. 8.
Probatur antecedens à Vaſquio capite quinto ſic: ad eundem effectum plures cauſæ proximæ, & propriæ, etiam inuicem ordinatæ, concurrere nequeunt, niſi in effectu vnicuique cauſæ ratio aliqua peculiaris correſpondeat. In hoc etenim diſtinguitur cauſalitas cauſæ propriæ, & ſecundæ à cauſalitate cauſæ primæ, & vniuerſalis, quod hæc cum ad omnem effectum particularem concurrat, ex omni effectu habet rationem particularem ſibi correſpõdentem: illa verò cum concurrat tantum ad effectum proprium, habet quod ſibi ex proprio, & particulari effectu peculiaris ratio correſpondeat: diuina autem eſſentia non ſolum concurrit ad viſionem beatam generali illa ratione, qua eſt cauſa prima, ſed ſpeciali cauſalitate obiecti. Tunc ſic: ſed omnis ratio, quæ reperitur in viſione beata, correſpondet tantum intellectui, & eſſentiæ in ratione ſpeciei: nulla verò eſt ibi, quæ poſsit correſpondere lumini gloriæ:

riæ: ergo ſi diuina eſſentia concurreret loco ſpeciei ad viſionem beatam, procul dubio lumen gloriæ ſuperflueret.

9. Aſſumptum in minori probat: quoniam in viſione beata, tantum tres rationes reperiuntur. Prima eſt, quod ſit cognitio, ſeu intellectio. Secunda quod ſit tales obiecti, nempè eſſentiæ Dei. Tertia eſt, quod ſit clara, ratione cuius eam intuitiuam vocamus: iſtarum autem rationum ſufficienter aſſignantur prędictæ duæ cauſæ, ſcilicet, intellectus, & diuina eſſentia in ratione ſpeciei: quia prima ratio eſt ab intellectu, vt intellectus eſt: ſecunda autem eſt ab eſſentia loco ſpeciei: tertia eadem eſt ab ipſa eſſentia, quæ poſita loco ſpeciei propriæ, & quidditatiuè faceret videre Deũ intuitiue, & clare ſicuti eſt: ergo non reperitur in viſione beata aliqua ratio, quæ lumini gloriæ correſpondeat, ſi diuina eſſentia loco ſpeciei ad viſionem concurrit: & ideo hac admiſſa hypoteſi, lumen glorię ſuperflueret.

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

10. IN oppoſitum autem (aliis relictis ſententiis) eſt Doctor ſubtilis in 4. diſtin. 49. quæſtion. 11. litera G. vbi hæc profert. *Si autem ponantur propter hæc tria formæ ſupernaturales præcedentes operationem: ponerentur tres formæ ſupernaturales præcedentes, vna correſpondens obiecto, ſcilicet, ſpecies intelligibilis in memoria, ſecunda ex parte intellectus, quæ dicitur lumen gloriæ, tertia ex parte voluntatis, quæ dicitur charitas*: quibus verbis perſpicue oſtendit Scotus contra omnes prealligatas ſententias, & lumen glorię eſſe aliquid diſtinctum à charitate, ſeu gratia, cõtra primam: & non eſſe ipſam viſionem beatam, ſed illam præcedere, contra ſecundam: & eſſe aliquam formam intrinſece inhęrentem intellectui, contra tertiam: & tandem eſſe formam diſtinctã ab ſpecie intelligibili, contra quartã: ſed quid ſit hæc forma intrinſece inhærens, an, ſcilicet, ſit habitus nec ne? licet nõ expreſſę determinet, quatenus in 3. diſt. 14. quæſtio. 1. litera E. inquit *lumẽ præcedens, ſiue dicatur lumẽ, ſiue habitus? non euro: & ideo, ſcitura*: licet hoc lumẽ paſsim habitũ appellet, vt videre eſt ibidem litera B. quando ait, *ſimiliter ad recipiendum ipſam viſionem non requiritur habitus*: & infra, *ita detur intellectui ſuper naturaliter aliquis habitus*, & alibi: frequentius tamen diſiunctiue loquitur, dicẽdo, *hic habitus, vel lumen*, vt ibidem conſtat: quæ profecto eſt expreſſa ſententia Diui Thomę 1. part. quæſt. 12. artic. 5. ſolutione ad primum, vbi hæc ait, *lumen creatum eſt neceſſarium ad videndum Dei eſſentiam, non quod per hoc lumen Dei eſſentia intelligibilis fiat, quæ ſecundum ſe intelligibilis eſt. Sed ad hoc quod intellectus fiat potens ad intelligendum per modum, quo potentia ſit potentior ad operandum per habitum*. Et ſolutione ad ſecundum inquit, *lumen iſtud non requiritur ad videndum Dei eſſentiam, quaſi ſimilitudo, in qua Deus videatur: ſed quaſi perfectio quædam intellectus confortans ipſum ad videndum Deum*. Tenet Seraphicus pater D. Bonauentura in 3. diſtin. 14. artic. 1. quæſt. 3. ad vltimum, & artic. 2. quæſt. 1. ad tertium. Ricardus art. 2. q. 3. & in 4. diſtin. 49. art. 3. quæſtion. 2. Henricus de Gandabo quodlibeto 3. quæſtion. 1. ſequuntur Scotum Guillelmus Rubionis in 3. diſtin. 14. quæſtin. 1. §. *quantum ad tertium*. Lychetus, Bargius, Tatharetus ibidem, & cæteri omnes Scotiſtæ, dempto vno Baſſole, qui in eodem loco articul. 1. §. *dico igitur*, negat etiam de facto lumen gloriæ, quoad productionẽ viſionis, ad ipſam viſionẽ præſupponi; propterea que eius entitatem prorſus negat: item Thomiſtæ fere omnes Diuum Thomam ſequentes hanc amplectuntur ſententiam, vt ſunt Capreolus in 4. diſti. 49. quæſt.

Scotus. *D. Thom.* *D. Bonau.* *Ricard.* *Henricus* *Rubionis.* *Lychet.* *Bargius.* *Tathar.* *Baſſolis.* *Capreolus*

Ferrara 4.art.10. concluſ.2. Ferrara, quarto contragent.cap.54 Sotus in 4.diſtin.
Sotus. ctione 49.quæſt.1.artic.4. Thomas de
Cayetan. Argentina ibidem art.1. Cayetanus,
Bañez. Bañez, & denique D. Thomæ diſci-
Argentin. puli ſupra ipſum in Cõmentarijs ad
Maior. citatum locum: præterea ex Nominalibus
Marſilius. Ioannes Maior in 3.diſt.14. q.2.
Molina. Marſilius quæſt.12.art.2.1.part.art.
Suarez. 1.concluſ.2. ex Ieſuitis vero Molina
Valencia. 1.part.quæſtion.12.artic.8.diſput.1. concluſione 2. Suarez 1.part. lib.2. de attributis cap.15. Gregorius de Valencia 1.part.quęſt.12. diſputatione 1.puncto tertio, & fere omnes Scholaſtici hanc veram ſententiam profitentur.

11. Iuxta literam Scoti quatuor certa eſſe concludimus, vt viſum eſt, & verum aliud, videlicet, quod eſt præcipuum quæſitum huius difficultatis, an lumen gloriæ ſit habitus, nobis ſub dubio relinquitur: habemus igitur ex litera Scotica, lumen gloriæ eſſe quid diſtinctum à charitate, & eſſe quid præuium ad viſionem, & eſſe formam intrinſece inhærentem intellectui: & tandem hanc formam diſtinctam eſſe ab ſpecie intelligibili: ſupereſt ergo nobis, hanc formam oſtendere, eſſe habitum. Pro cuius reſolutione primo obſeruare oportet, formam inhærentem ſubiecto eſſe in duplici differentia. Alia eſt enim forma habitualis, quę permanet in eſſe quieto, vt ſūt omnes habitus: alia verò eſt, quæ in ipſo fieri conſiſtit, vtpote actio, aut operatio, quæ quidem inhæret potentiæ, à qua elicitur, ipſamque intrinſece denominat talem, eo quod qualitas realis eſt: non tamen permanenter quieſcit in illa, ſed raptim tranſit.

12. Vtroque igitur modo intelligi poteſt lumen gloriæ eſſe formam intrinſece inhærentem potentię intellectiuę: vel, ſcilicet, quod ſit habitus quidam à Deo productus in intellectu, vt ipſum eleuet ad vidēdum, illius in ſtar modi, quo creat in voluntate habitum charitatis ad diligendum: & ſicut habitualiter eſt charitas in voluntate ante actum dilectionis, ita ſit lumen gloriæ habitualiter in intellectu ante actum viſionis: vel etiam, quod ſit actio Dei, non quidem extrinſeca intellectui, vt dicebat tertia opinio; ſed intrinſece recepta in ipſo intellectu beati, qua antecedenter ad actum viſionis informetur intellectus, & fiat effectiuus viſionis beatæ: eo modo quo in materia de auxilijs dicitur (ſecundum quoſdam Doctores) Deum prædeterminare liberam hominis voluntatem per ſpecialem concurſum phyſicum receptum in ipſa voluntate antecedenter ad elicitionem actus: quo quidem concurſu conſtituitur voluntas intrinſece in actu primo, ſupernaturaliter potens ſupernaturalem operationem elicere: licet tamen hæc prædeterminatio phyſica à pluribus non immerito pro inconuenienti maximo habeatur, eo quod pugnet cum arbitrij libertate, non tamen proinde in intellectu hoc inconueniens reperitur, cum potentia naturalis ſit.

Ad hunc ergo modum intelligi poteſt, lumen gloriæ eſſe ipſum ſpecialem Dei concurſum, & actionem, prout receptam in intellectu antecedenter ad productionem viſionis beatæ: in qua conſideratione optime ſaluatur, lumen gloriæ eſſe formam ſupernaturalem, vt habetur in litera Doctoris: nam de gratia iuſtificante diffiniuit Concilium Tridentinum, ſeſſione 6. Can. 11. eſſe intrinſece animæ inhęrentem: & tamen non deſunt, qui pro viribus tueantur non eſſe de fide, talem gratiam eſſe habitum: ſiquidem etiam actus eſt forma intrinſece inhærens: & quidem ſi aliunde non probaretur iuxta fidem, habitum eſſe, præfacta diffinitio Concilij ad confitendum, gratiam eſſe habitum, proculdubio non vrgeret. 13 *ConcTrid*

Video tamen Molinam 1. part. quæſtione decimaquarta articulo decimo tertio diſputatione octaua, ac omnes eius ſequaces non ſolū in cauſis liberis, verum etiam in naturalibus, vt patet de igne, hunc Dei concurſum 14 *Molina.*

curſum, ſeu influxum pro aliquo priori nullatenus inhærere cauſis ipſis antecedenter ad effectum: ſed ad ipſum effectum ſimul cum cauſis ſecundis concurrere, incunctanter tueri: quod varijs rationibus, & authoritatibus probant: ſed quia hæc omnia pertinent ad quæſtiones de auxilijs diuinæ gratiæ, & maximam illius materiæ difficultatem inuoluunt, ſuperſedendum eſt illis vſque ad proprium locum. Modo vero, prout ad præſens attinet, ſat eſt nobis ſecundum probabilem ſententiam admittere poſſe hunc ſpecialem Dei concurſum, influxum, ſeu motum per modum actus præcedere in intellectu, in ipſoque recipi aliquo priori ſaltem naturę (de qua prioritate nunc non diſputo) ad hoc, vt ſaluetur poſſe concedi probabiliter, lumen glorię eſſe formam inhærentem intellectui beato, non habitualem, ſed actualem, ſeu per modum actus, vel qualitatis non permanentis in eſſe quieto habituali, ſed in actuali influxu conſiſtentis. Eſſe etenim formam, & conſequenter qualitatem inhærentem, ſupponimus ex lit. Scoti, eſſeque pręuiam ad viſionem, eadem litera docet, & ratio conuincit. An vero hæc qualitas habitualis ſit, aut actualis? non inuenio efficacem rationem, quæ ad vnum, ſeu ad alterum euidenter conuincat: quamuis benè communior conuenientia, & perfectior modus operandi (vt infra patebit) habitum eſſe perſuadeat.

15. Secundo obſeruare oportet, quod non ex eo, quod lumen gloriæ ſit habitus: vel actualis Dei concurſus, poteſt concludi, quod ſe teneat ex parte obiecti nec ne: quia vtroque modo poterit eſſe forma ſe tenens ex parte obiecti? ſi obiecti gereret vicem. De primo patet: quia ſi eſſet ſpecies ipſa impreſſa, vt Vazquez aiebat: habitum eſſe non inconuenit: imò magis conſonum eſſet, vt conſtat. De ſecundo vero facile oſtendo: quia diuina eſſentia non immediatè, ſed mediante diuina voluntate vnitur intellectui in ratione obiecti (prout de mente Scoti ſæpè tradidimus) & ipſa diuina voluntas non aliter, quàm per influxum & actionem ad extra poteſt intellectui diuinam vnire eſſentiam: ergo ſi lumen gloriæ ſe teneret ex parte obiecti, optime in ſpeciali Dei influxu poſſet conſiſtere.

Hoc quidem ipſe Vazquez tenetur concedere, quatenus diſputatione quadrageſimatertia capite ſecundo numero ſeptimo fatetur munus luminis gloriæ poſſe per ſolum Dei auxilium ſuppleri: cum tamen teneat hoc munus habere ſe ex parte obiecti: non igitur ex hoc quod ſit actus, vel habitus, arguitur non ſe habere poſſe ex parte obiecti, vt quidam exiſtimant: ſed ex duplici ratione præſertim conſtat, non ſe poſſe habere ex parte obiecti. 16.
Prima eſt à priori, videlicet, quià ipſum lumen gloriæ non eſt ſimilitudo eſſentiæ diuinæ, vt optime Diuus Thomas in litera relata docet: cauſa vero viſionis tenens ſe ex parte obiecti, ipſum repræſentare debet tanquam ſimilitudo illius, qualis eſt ſpecies: quia nihil aliud poteſt eſſe cauſa viſionis tenens ſe ex parte obiecti, niſi obiectum ipſum; aut eius ſimilitudo formalis, vt ſpecies, vel virtualis, vt Dei voluntas cauſatiua eiuſdem entitatis in viſione, quam debebat cauſare eſſentia ipſa, aut eius ſpecies: quod tamen lumen gloriæ talis ſimilitudo eſſe non poſſit, ex ſupra dictis facile conſtat: & ex infra dicendis patebit.

Secūda ratio eſt à poſteriori: quia, ſcilicet, non ſupponitur intellectus beati ſufficienter elicitiuus viſionis beatæ: & non ponitur à Vaſquio, neq; ab aliquo alio Theologo aliquid aliud præbens intellectui efficacitatem ſufficientem ad eliciendam actiue viſio- 17.

fidei, & cæteros habitus infuſos, inter quos eſt lumen gloriæ ſimpliciter præſupponi ad actum: nam hoc ex eo prouenit: quia tales habitus adquiri non poſſunt noſtris actibus, eo quod noſtra virtute actus ſupernaturales elicere non valemus. In hoc tamen æquiparantur habitus infuſi, & adquiſiti, quod eſt habitualiter perficere potentiam, & illam permanenter in actu primo conſtituere in eſſe talis. Sed ſi aliquis actus (inquit Doctor) eſſet ex natura, ita permanens in actu, ſicuti eſt, & eſſe poteſt permanens habitus, qui ponitur reſpectu illius: proculdubio non oporteret poni tales habitus: quia actus talis haberet omnem perfectionem actus primi, & ſecundi: & ideo multo magis perficeret, quàm habitus. Haberet quidem perfectionem actus primi: quia permanenter perficeret, & non raptim tranſiret, ſicut cæteri actus. Secundi verò: quia non ſolum permanenter perficeret, ſed etiam perficeret tanquam operatio actualis, quæ perfectiſsimè potentiam actuat. Ex quibus tunc ſic: viſio beata ex natura ſua eſt forma, ita permanens in intellectu, ſicut ſi eſſet habitus luminis gloriæ, qui de facto ponitur prior in intellectu, quàm ipſa viſio. Vterque etenim, nempe habitus luminis gloriæ, & viſio de facto æque permanent in intellectu beati ex præſentia obiecti beatifici: ergo intellectus (loquendo de potentia) non indiget lumine gloriæ ad recipiẽdam viſionẽ beatam, quam Deus in illo produceret, ad hoc vt ipſam præcederet, ſicut habitus præcedit actum.

§. 4.

Explanatur, quomodo poſsit Deus ſupplere cauſalitatem partialem luminis gloriæ.

PORRO hoc ſuppo- 25
ſito de duobus prioribus dubijs huius difficultatis pro tertio, & vltimo eſt tandem obſeruandum, in eo præſupponi intellectum actiue partialiter producentem viſionem eadem prorſus actiuitate, quam nunc de facto (tanquam probabilius) ſupponimus ad viſionem beatã concurrere: & tunc in dubium vertitur, an poſsit Deus ſupplere cauſalitatem partialem luminis gloriæ: ita quod ſine lumine poſsit à Deo, & in ſimul intellectum produci eadem viſio, quæ ab intellectu, & lumine gloriæ produceretur, ſi lumen gloriæ adeſſet? Quod diuinum ſupplementum dupliciter poteſt intelligi, ſcilicet, intrinſecè, & extrinſecè. Intrinſice quidem, vt ſi Deus infunderet in intellectu aliquem habitum ſpecie diſtinctum ab habitu luminis gloriæ; qui tamen informaret intellectum, ſicut de facto lumen gloriæ informat, & eſſet productiuus eiuſdem viſionis beatæ, cuius eſt productiuus habitus luminis gloriæ: extrinſece vero, vt ſi poſſet Deus ipſe intimè intellectui beato aſsiſtens ſimul cum ipſo viſionem produceret. In qua difficultate recurrendum eſt ad generalem illam, in qua quæritur, verum Deus poſsit ſupplere efficientiam habituum ſupernaturalium per auxilium extrinſecum, vel intrinſecum? Et quia in hoc puncto non ſe offert peculiaris difficultas de habitu luminis gloriæ (quia vt expreſſe probat Doctor æquiparando ſupplementum neceſsitatis luminis gloriæ ad ſupplementum

mentum neceſsitatis habitus charitatis, vt viſum eſt in litera, de omnibus eadem eſt ratio) ne hic in generalibus immoremur, eodem prorſus modo reſpondendum exiſtimo, ſicut de habitu charitatis, & cæteris ſupernaturalibus habitibus, quatenus attinet ad hoc, quod eſt poſſe à Deo eorum efficientiam, vno, vel altero modo ſuppleri. Quam ob rem ſecundum probabiliorem, & communiorem ſententiam eſt hæc difficultas affirmatiue reſoluenda.

26. Quod autem ſupereſt ventilandum, eſt, circa intelligentiam huius ſupplementi, penes verba Scoti, quę (vt credo) abſque omni prorſus fundamento in cuiuſdam peculiaris ſententiæ confirmationem Vazquez retorquet: exiſtimat etenim, Deum ita ſupplere efficientiam luminis gloriæ, vt pro hac parte, qua eam ſupplet, habeat quoque rationem obiecti per modum ſpeciei intelligibilis: quia putat capite 6. nunc de facto eſſentiam diuinam non contingere intellectui loco ſpeciei intelligibilis, ſed generali quadam ratione, ſicut primum mouens ad viſionem cum intellectu concurrere: ipſum vero intellectum habitum luminis gloriæ inſtructum eſſe ſufficiens, & integrũ principium viſionis beatæ: & ita, eſto quod Deus ſuppleat efficientiã luminis gloriæ, per id præciſe ſupplere neceſſum eſt vicem ſpeciei intelligibilis. Pro qua ſententia citat Doctorem locis in hac difficultate allegatis, & præſentim in quarto diſtinctione 4. quæſtione 11. vbi dixiſſe ait, lumen gloriæ ſine ſpeciẽ ſufficere ad elicendam viſionem beatam. Fundamentum Vazquij id ſolum eſt, quia lumen ipſum gerit vicem ſpeciei intelligibilis: & ideo capite ſeptimo inquit, ſe non dubitare appellare ipſum lumen

27 gloriæ ſpeciem impreſſam diuinæ eſſentiæ.

Vazq. ponit lumen gloriæ eſſe ſpeciem intelligibilẽ.

Impugnatur opinio Vazq.

Hanc tamen ſententiam cum opinione Durandi ab ipſo Vazquio, & à nobis iam ſupra in difficultate 23. numer. 19. improbata coincidere facile oſtendimus: nam ſi lumen gloriæ eſt ſpecies impreſſa diuinę eſſentiæ, tunc habet ſe præciſſe ex parte obiecti: & cum nihil aliud ſupernaturale præter hoc lumen intercedat ex parte intellectus, quod illum ſupernaturaliter eleuet ad productionem viſionis beatæ: iam intellectus naturalibus viribus ſuis, & tantum repræſentata ſibi diuina eſſentia in ſpecie, quæ eſt lumen ipſum, poteſt ferri in illam, & eius viſionem producere: quod aiebat Durandus. Ex hoc contra Vazquium inferuntur abſurda, quæ ipſe, & alij, contra Durandum merito inferre non dubi-

tant. 28

Sed reſpondebit forſan aliquis pro Vazquio, hoc lumen duo ſortiri munera, videlicet, & diuinam eſſentiam, tanquam ſpecies repræſentare, & intellectum tanquam habitus eleuare ad viſionem producendam: quæ reſponſio confirmari poterat ex his, quæ diximus ſupra de mente Doctoris: quod ſi lux ipſa ſit obiectum, non indiget alio lumine, vt videatur.

Hæc quidem ſolutio veritatem

non continet, nec vim difficulta- 29

tis euacuat: tum, quia ratio Doctoris militat de receptione viſionis beatæ: non vero de eius productione: tum etiam, quia lucidum habet ſe in naturalibus ex parte obiecti: nam ſecundum probabilem ſententiam eſt ratio formalis, ſub qua obiectũ videtur. Vnde, licet ad perceptioné talis obiecti neceſſario requiratur lux illa: non tamen ſufficit ad tribuendam virtutem actiuam potentiæ viſiuæ, alias non potenti producere viſionem: ſed ipſam potentiam actiue potentem ſupponit: & vltra hoc debet obiectum eſſe proximé viſibile per lucem tanquam per rationem formalem ſub qua, vel ſaltem tanquam per conditionem, ſine qua proximé viſibile eſſe non poteſt. Vnde ſi ex parte

potentiæ

Digitized by Google

potentiæ nõ ſupponatur actiuitas, quantũcũque lux ipſa per modum obiecti repræſentetur potentiæ, non poterit potentia eius viſionem producere. Cum igitur lumen gloriæ (ſecundum Vazquium) ſit ipſa impreſſa ſpecies diuinæ eſſentiæ, & ſit lux ipſa: neceſſario debet Vazquez ponere in intellectu creato alium habitum ſupernaturalē diſtinctum à lumine gloriæ; per quem eleuetur intellectus, & fiat actiue potens producere viſionem obiecti repræſentati in lumine gloriæ, ſi quidem lux actiuitatem potentiæ præbere non poteſt: ſed ſecundum ipſum, & omnes Theologos, non ponitur in intellectu aliquis alius habitus à lumine gloriæ diſtinctus: ergo intellectus, quatenus eſt ex ſe, & in ratione potentiæ, viribus naturæ producit viſionem diuinæ eſſentiæ ſibi oſtenſæ in ſpecie, quæ eſt lumẽ: quæ erat opinio Durandi, vt loco ſupra citato viſum eſt.

30. *Oſtenditur falſo citari Scotum à Vazquio.* Porrò autem, Scotum non docuiſſe oppoſitum, conſtat ex quæſtione nuper à Vazquio in ſui fauorem allegata: ibi enim ſub liter. G. hæc profert Doctor, *ſi tamen aliquid ſupernaturaliter ponitur in beato prius operationibus, hoc non erit propter receptionem: ſed propter actionem, vt eliciatur operatio in beato, qua attingit Deum:* & infra ſubdit: *& tunc vlterius, aut requiritur propter obiectũ, aut propter potentiam: & cum duplex potentia concurrat in operatione in beato, ſcilicet, intellectus, & voluntas, propter vtramque poteſt talis forma poni: ſi autem ponantur propter hæc tria, formæ ſupernaturales præcedentes operationes, ponerentur tres formæ ſupernaturales præcedentes: vna correſpondens obiecto, ſcilicet, ſpecies intelligibilis in memoria. Secunda ex parte intellectus, quæ dicitur lumen gloriæ. Tertia ex parte voluntatis, quæ dicitur charitas:* quæ verba Doctoris exprimunt pro nobis, quam falſum ſit contra Vazquium, lumen gloriæ eſſe ſpeciem: quinimo comparatiuè loquendo de ſpecie, & lumine gloriæ, infra liter. H. hæc ſubdit Doctor. *Vnde minus videtur mihi neceſſe ponere lumen, quàm ſpeciem:* cuius rationem reddit; quia, ſcilicet, ſine lumine gloriæ poteſt recipi viſio in intellectu: at vero quando ponitur ſpecies, hoc fit, vt memoria ſit perfecta ex parte intellectus: ſed concludit vtrumque excuſari poſſe: lumen quidem, vtpote, ſi à Deo immediate viſio eſſet producta: quia tunc ad recipiendam illam non egeret intellectus lumine gloriæ, eo quod eſſet mere paſsiuus: ſpecies vero, quia ſi intellectus actiue concurrat, & eſſentia immediate vniatur illi; non indiget tunc ſpecie impreſſa, eo quod obiectum ipſum in ſe præſens, nempè eſſentia, ſufficit ad cauſandam viſionem beatam, quantum ad illud, quod requiritur ex parte obiecti.

Quia tamen ipſe Doctor tenet (vt conformius) de facto dari ſpeciem propter perfectionem memoriæ, prout de eius mente ſupra oſtenſum eſt, & probabiliter teneat de facto non concurrere intellectum actiue ad viſionem beatam: hìc conſequenter vtriuſque neceſsitatem comparans, aſſerit minus neceſſarium eſſe lumen gloriæ, quàm ſpeciem. 31.

Ex quibus omnibus fideliter contextuatis cõſtat cõtra Vazquium nuſquam, & præſertim in citata quæſtione, docuiſſe Scotum, lumen gloriæ ſine ſpecie ſufficere ad productionem viſionis beatæ: quinimo, ſemel admiſſo, quod intellectus concurrat actiue ad huiuſmodi productionem: etiam diuina eſſentia vnitur intellectui, non ſolum in ratione generali mouendi, ſed & in ratione ſpeciali motiua obiecti: & hoc, vel per ſe ipſam, mediante diuina voluntate, vel per ſpeciem impreſſam à Deo creatam: & ideò perperam Vazquez laborat 32.

berat contra Capreolum, probando capite 3. & 4. lumen gloriæ ſuperfluere, ſi diuina eſſentia vniatur intellectui in ratione ſpeciei intelligibilis: cuius argumenta faciliме ſolui poſſunt ex eis, quæ dicta ſunt hic, & in ſequentibus de munere luminis gloriæ oſtendentur.

---

§. 5.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

33 1. Concluſ. HIS præhabitis difficultatem concludendo, dico primo, quod non indiget intellectus creatus lumine gloriæ, quo ad receptionem viſionis beatæ. Concluſio eſt expreſſa Doctoris, quæ præter quã quod ſatis probata eſt ſupra num. 12. & ſequentibus, vlterius eam ſic probat Doctor ipſe: quoniam per lumen gloriæ non eſſet obiectum beatificum aliter præſens intellectui, quã ſine illo: ſed obiecto eodem modo præſente intellectui poteſt intellectus eodem modo recipere eius viſionem: ergo ad receptionem viſionis beatæ non indiget intellectus lumine gloriæ. Maior probatur: quia lumine gloriæ poſito in intellectu, non eſt obiectum beatificum intellectui præſens, niſi abſolute loquendo voluntarie ſe repræſentet illi: illa etenim forma luminis non poteſt eſſe neceſſaria ratio, qua obiectum ſit neceſſario præſens intellectui, vt viſum: quia ſicut eſſentia videtur ab intellectu, ſi vero non vult, non videtur: & etiam non poſito lumine gloriæ, poteſt diuina eſſentia voluntarie cauſando viſionem ſui, voluntarie ſe repræſentare intellectui: ergo per lumen gloriæ non eſt obiectum beatificum aliter præſens intellectui, quàm ſine illo.

Secundo probatur ab eodem Doctore ex triplici inconuenienti ſequuto ex oppoſito. Primo: quia tunc intellectus beatificaretur non viſione beata, ſed lumine gloriæ: hoc tamen dici non poteſt, nec inter Catholicos admitti: ergo &c. Sequela probatur: quia receptiuum multarum formarum immediate quietatur per immediatam receptionem formæ perfectiſsimæ, cuius eſt capax: ergo ſi lumen neceſſario immediate recipitur in intellectu antecedenter ad receptionem viſionis beatæ, quietatur in prius, & immediatius recepto, quod eſt lumen: ergo beatificatur lumine. 34

Præterea ſecundo, quia abſolutum, quod eſt ratio recipiendi aliquam formam, ſi per ſe eſt, per ſe poteſt recipere formam illam: ſicut ſuperficies per ſe exiſtens, per ſe poteſt recipere colorem, vt patet in Euchariſtia: ergo ſi lumen gloriæ eſt abſoluta forma, & diſtincta à viſione beata, & ratio recipiendi viſionem, ſi per ſe eſſet, per ſe poſſet recipere viſionem: & ita lumen gloriæ per ſe exiſtens, poſſet beatificari viſione: & per conſequens etiam modo immediate beatificaretur, ſicut modo ſuperficies immediate recipit colorem. 35

Tertio, quia etiam ſequitur, quod intellectus non beatificatur modo niſi per accidens, ſicut ſubſtantia corporea quietatur in colore ſibi poſsibili per accidens, hoc eſt medio accidente, quod eſt ſuperficies. Si autẽ dicatur, quod hoc totum, nempe intellectus, vt informatus lumine beatificatur viſione. Contra: quia vnius actus per ſe, vna eſt per ſe potentia, & vnum per ſe receptiuum: ergo viſionis beatæ, quæ eſt vnus actus per ſe, nõ eſt vna potentia per accidens: ſed intellectus informatus lumine eſt vnum totum compoſitum per accidens: ergo vnum ex componentibus neceſſario debet eſſe immedia- 36

te

tè receptiuum: & itaſequitur, vel quod lumen gloriæ eſt perſe receptiuum viſionis beatæ, vel quod intellectus non eget lumine gloriæ ad viſionem beatam recipiendam.

37. 2. Concluſ. Dico ſecundo, quod de ordinata Dei potentia non poteſt intellectus creatus ſine lumine gloriæ actiue producere viſionem beatam. Concluſio eſt Doctoris, & ſatis probata ab eo, vt ſupra numero duodecimo viſum eſt, & eſt communis.

38. 3. Concluſ. Dico tertio, quod non eſt certum de fide, intellectum de facto indigere lumine gloriæ ad videndum Deum. Concluſio hæc colligitur expreſſe ex doctrina, & verbis Scoti, & eam ſtatuo contra Thomiſtas, qui credunt non ſolum ponendum eſſe lumen gloriæ in beato, ſed etiam hoc eſſe certum de fide. Probatur tamen concluſio: quoniam probabile eſt beatum de facto non concurrere actiue ad productionem viſionis beatæ, vt patuit ex notatis in difficultate præcedente, vbi oſtenſum eſt probabiliter Deum immediate, & adæquate viſionem producere in intellectu beati mere paſsiue illam recipiente: ſed intellectus ad meram receptionem viſionis beatæ non eget lumine gloriæ; vt ex nuper dictis num. 33. pro comperto habemus: ergo non eſt certum de fide, intellectum beati de facto indigere lumine gloriæ ad videndum Deum.

39. Obiectio ex Clemētina ad noſtrū. Obſtabis tamen, quod oppoſitum huius concluſionis expreſſe diffinitum eſt in Concilio Vienenſi, & habetur in ſupra citata Clementina *ad noſtrum de Hæreticis*: & ad ſummum quantumuis gloſſari poſsit dicta Clementina, non poteſt non intelligi ſaltim de facto, eſto quod de poſsibili aliter gloſſari queat: alias enim nihil difiniretur in ea, quo ad neceſsitatem luminis gloriæ: quod repugnare videtur menti, & verbis illius.

40. Solutio & intelligentia Clementinæ. Reſpondeo, dictam Clementinā nihil de fide diffiniſſe contra prælactam concluſionem, vt optime probat Vazquez diſputat. 42. cap. 2. ſed ſolum damnauit errorem illorum, contra quos fuit tale Cōcilium congregatum: error autem fuerat Begardorum, & Beguinarum, qui credebant, intellectum creatum viribus ſuis poſſe Deum videre: & ideo hunc tantum errorem damnauit Concilium: & eius oppoſitum, vt verum diffiniuit de fide: quamuis ergo ſub nomine luminis gloriæ huiuſmodi errorem damnauerit: nihilominus diffiniuit ſolummodo oppoſitum prædicti erroris, quod eſt non poſſe intellectum virtute ſua Deum videre, ſed neceſſario indigere aliquo ſupernaturali dono, quo eleuetur ad videndum Deum: hoc autem donum, an ſit ipſe habitus, quem vocamus lumen gloriæ, an vero aliud diuinum donum, ſeu auxilium? non diffiniuit: nam neceſsitatem quidem ſupernaturalis eleuationis tantum fides determinat, relinquendo ſpeculationi Scholaſticæ, per quidnam talis eleuatio fiat? & ideo Scotus conſulto loquendo de lumine gloriæ, modo vocat illud formā, modo lumē gloriæ, modo habitū ſupernaturalē, modo. A. & ſolū intendit eſſe aliquod principium ſupernaturale intellectum corroborans, & eleuans ad producendam viſionem beatam iuxta mentem dicti Concilij, nihil tamen curando de entitate, aut nomine talis luminis.

Veritas huius ſolutionis profecto euidens eſt ex Gloſſa eiuſdem Clementinæ, vbi hæc habentur: *Non indiget &c. quaſi hoc poſsit ſua naturali virtute: hoc expreſſe eſt hæreticum, & reprobatum.* Patet quoque de conſecratione diſtinctione quarta cap. vltimo, q̄ ſatis cōfirmat ratio eiuſdē Gloſſæ, quæ ſic habetur ibidem; *quia illud,* 41. Gloſſa Clemētinæ ad noſtrum.
[illegible] *quod*

quod eſt proprium ſuperioris naturæ, non poteſt natura inferior aſſequi, niſi per actionem ſuperioris naturæ, cuius illud eſt proprium: ſicut nec aqua poteſt fieri calida, niſi per actionem ignis: videre autem Deum per eſſentiam, ſoli Deo eſt proprium: nulla igitur natura intellectualis poteſt Deum per eſſentiam videre, niſi Deo hoc faciente: quibus verbis perſpicue oſtendit Gloſſa, dictam Clementinam tantum deffiniſſe ibi non poſſe intellectum creatum, ſine Dei auxilio, viribus ſuis ipſum Deum videre.

42. Dico quarto, quod loquendo de potentia abſoluta, poteſt intellectus creatus in lumine gloriæ producere viſionem beatam. Concluſio eſt Doctoris expreſſa in litera: & probatur primo: quia lumen gloriæ ſolum requiritur, vt ſuppleat efficientiam, quæ deficit intellectus: ſed hanc efficientiam poteſt Deus per ſe ipſum ſupplere: nam, eſto quod efficientia vitalis ſuppleri nõ poſſet (de quo videnda ſunt, quæ diximus in præcedente difficultate) efficientia tamen, quæ deficit intellectui, & repletur à lumine gloriæ, non eſt vitalis: ergo &c. Quod autẽ talis efficientia vitalis nõ ſit, manifeſtum eſt: quoniam omnis vitalitas actus ſupernaturalis prouenit ſibi ab intellectu ipſo: minimè verò ab habitu ſupernaturali exiſtente in intellectu: ſi igitur efficientia luminis gloriæ vitalis non eſt, ſine omni prorſus fundamento diuinæ potentiæ denegari poteſt.

43. Secundo efficaciùs probatur concluſio: quoniam actus ſupernaturales, vtpote charitatis, interdum fiunt ex ſolo Dei auxilio ſine alicuius habitus ſupernaturalis efficientia: ergo & viſio beata poterit produci ab intellectu cum ſolo Dei auxilio ſine luminis gloriæ efficientia. Conſequentia eſt nota: quia vtrobique eadem ratio eſt, ſiquidem non minus pendet voluntas ab habitu charitatis ad eliciẽdum actũ amoris Dei, quàm intellectus ab habitu luminis gloriæ ad producendam viſionem beatam. Aſſumptum vero probatur: nam actus perfectæ contritionis, quo homo diſponitur ad gratiam: nondum ab habitu gratiæ, & charitatis elicitiue procedit, ſed à ſupernaturali Dei auxilio: diſpoſitio etenim præſupponitur ad formã: non ergo ab ipſa forma poteſt procedere effectiue: actus autem contritionis includit actum charitatis, ſaltim in obliquo, cum ſit ſolum de peccatis propter Deum ſumme dilectum: ergo actus charitatis à ſolo Dei auxilio ſine alicuius alterius habitus ſupernaturalis efficientia habet eſſe.

44. *Solutio Soti, & eius impugnatio.* Hac ratione conuictus Soto, affirmat citato loco, actum charitatis, ac etiam actum fidei, quo ad ſubſtantiam ſupernaturalem non eſſe: actum vero viſionis beatæ eſſe quo ad ſubſtantiam ſupernaturalem. Reſponſio tamen hæc eſt profectò à veritate aliena: quia actus charitatis, quando ab habitu charitatis procedit, non minus efficitur ab eo, quàm viſus à lumine gloriæ: & habitus charitatis non minus ſupernaturalis eſt, quàm lumen gloriæ. Cur igitur negandum eſt illi habitui non ſupernaturaliter influere in actum ſuum, ſicut conceditur iſti? eſt ergo ſolutio hæc irrationabilis, & contra omnes fere Doctores, vt in proprio loco oſtendetur.

45. *Solutio quorundã Thomiſtarum, & eius impugnatio.* Alij autem Thomiſtæ aliud excogitarunt effugium, dicentes diſpoſitiones illas effectiue procedere ab eodem habitu gratiæ introducendo: ſicut diſpoſitio ligni procedit ab eodem igne, qui introducendus eſt in ligno: ſed hæc reſponſio (meo videri) minus continet veritatis, quàm præcedens: cauſa enim, vt efficiat, prius debet præſupponi, in ſuo eſſe, tam in genere entis, quàm in genere cauſæ: ſed gratia non eſt tunc in rerum natura pro illo priori, in quo diſponitur ſubiectum ad illam: quod quidem

ui denter oſtendi poteſt contra Thomiſtas, ſecundum quos gratia educitur de potentia animæ, & non creatur: igitur ſi alicubi habet eſſe, nullibi profectò, niſi in ipſamet anima: ſed ibi nõ exiſtit, vt ſupponimus: alias enim eſſet contradictio in adiecto, ſubiectum diſponi ad recipiendam formam, quam iam præſuponitur habere. Quod autem de exemplo ignis adducitur, eſt falſum in omni Phyloſophia: nam ignis, qui introducitur in ligno, educitur de potentia materiæ, & ex conſequenti producitur ab igne generante, & producente: non enim poteſt educi forma aliqua de alicuius ſubiecti potentia, niſi à producente: atqui inter producens, & productum neceſſario mediat realis diſtinctio: vnde ignis generans numero diſtinguitur ab igne genito: & exconſequenti ignis diſponens lignum, eſto quod ſit idem ignis generans; nullatenus tamen eſſe poteſt idemmet ignis introducendus, vt in exemplo prædicto ſupponebatur.

---

§. 6.

Soluuntur argumenta prima, & ſecunda ſententia.

46. *Ad 1. arg. pro 1. ſent.* Ad argumenta propriori ſententia, & ad primum ex locis ſacræ Scripturæ fabricatum, facilis eſt ſolutio: tum; quia, de facto procedunt, non verò de poſſibili: tum quoque, quia vt ſupra expoſitum eſt, viſio ipſa etiam eſt lumen, quo diuina eſſentia, quæ eſt lumen indeficiens, formaliter videtur: & hoc pacto etiam intelligendus eſt locus ille Appocalypſis.

Ad ſecundum ſatis patet reſponſio ex numero quadrageſimo, & quadrageſimo primo, vbi latè ex poſuimus Clemẽtinam *ad noſtram*, iuxta quam expoſitionem (quæ fideliſsima eſt) ſoluenda ſunt argumenta, quæ militant contra noſtras concluſiones ex dicta Clementina. 47. *Ad 2. arg.*

Ad tertium libenter concedimus, non ſuppleri à Deo vitalem operationem, quæ neceſſario intellectui competere debet, non tamen lumen gloriæ: quamuis etenim de facto viſio ab vtroque comprincipio effectiuo procedat: operatio tamen vitalis, non à lumine, ſed ab intellectu tantùm reſpiciente obiectum eſt: & ideo principium intrinſecum, à quo operatio vitalis, vt præciſe vitalis eſt, non eſt lumen, ſed intellectus: huius vitalitatem operatiuam Deus nullatenus ſupplere poteſt: quod verè Deus poteſt ſupplere, eſt efficientia, tam intellectus, vt viſum eſt in difficultate præcedente, quàm luminis gloriæ, vt hic concluditur: & hæc efficientia, vt ſepè oſtẽdimus, non eſt vitalis operatio. 48. *Ad 3. arg.*

Ad quartum reſpondeo, iam concluſum eſſe in difficultate præcedente contra Suarium, non poſſe intellectum reſpectu Dei in cauſatione viſionis beatæ dici inſtrumentum, ſed eſſe veram cauſam ſecundam principalem: quia licet Deus poſſet ſe ſolo totam viſionem producere: tunc intellectus adhuc non eſſet inſtrumentum, ſed potentia receptiua, & vere operatiua, vt dictum eſt ibi. Tamen hic vlterius dico, poſſe Deum ſupplere efficiẽtiã luminis, & ſimul loco luminis cum intellectu concurrere ad productionem viſionis beatæ: & tunc, tam Deus, quàm intellectus principaliter, & neuter inſtrumentaliter efficeret. 49. *Ad 4. arg.*

Ad quintum ſatis ex dictis patet ſolutio, quod, ſcilicet, ipſa diuina eſſentia tunc eſſet lux, & nõ indigeret tali luce. 50. *Ad 5. arg.*

51 Ad ſextum dico, habitus ſupernaturales dari ad ſimpliciter operandum: non tamen tolli exinde: *Ad 6. argu* quin Deus poſsit ſuo auxilio ſpeciali eorum efficientiam ſupplere.

52 Ad argumenta vero pro ſecunda ſententia, & ad primum dico: ideo in naturalibus prærequiri diſpoſitiones ad introductionem formarum: quia præſupponuntur in eis qualitates naturaliter contrariæ formis introducendis, vt patet de humiditate ligni reſpectu ignis: at verò intellectus naturaliter ſumptus non eſt affectus aliqua qualitate contraria viſioni beatæ: imo nec ipſa voluntas in peccato exiſtens habet naturalem contrarietatem ad recipiendam gratiam habitualem: ac ideo ſecundum Scotum non mutuo phyſice ſe ab eadem voluntate expellunt peccatum, & gratia: ſed tantum moraliter demeritorie. Huius ratio eſt: quia inter naturale, & ſupernaturale non eſt naturalis, aut phyſica oppoſitio: quod enim ſupra aliud eſt, non contrariatur illi ex natura rei, ſed tantum ex quadam moralitate.

53 Ad ſecundum iam dixi, gratiam non requirere ſupernaturalem diſpoſitionem in ſubiecto ex natura rei, ſed ex diuina ordinatione, & conuenientia, quæ non tollit à Deo poſſe oppoſitum ſtatuere, cum omnia ad extra contingenter agat. Quod clarius patet: nam ſi diſpoſitio ad gratiam eſt aliquis actus ſupernaturalis, quo adultus ſe præparat: illius inſtar modi, quo Angeli (ſecundum Scotum) ſe diſpoſuerunt: quid de gratia paruulorum, quam in Baptiſmo recipiunt, dici poteſt? an ne hæc eis cum diſpoſitione infunditur? minime quidem: quia talem actum habere nequeunt. Si igitur gratia paruulorum, quia eſt vniuoce eadem gratiæ adultorum, ſine diſpoſitione infunditur, profecto talis gratia, non ex natura rei, ſed ex lege, & ordinatione diuina, iuxta congruentiorem medium omnia diſponẽdi ſuauiter, præuiam diſpoſitionem expoſtulat. Qui ergo de neceſsitate luminis gloriæ, iuxta *D*ei potentiã pertractunt, non conſuetum diuinæ diſpoſitionis ordinem peruertunt: ſed huius luminis præciſam neceſsitatem inueſtigant.

DIFFICVLTAS XXVIII.

Vtrum lumen gloriæ ſit habitus ſupernaturalis habens ſe ex parte potentiæ in ordine ad viſionem beatam?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum quatuor ſententijs varijs circa illam.

DARI de facto lumen gloriæ, amplectuntur omnes Catholici, ducti, vel ſaltim conuicti illa Clementina *ad noſtram de Hæreticis*, vt viſum eſt in præcedente difficultate: quid tamen ſit lumen gloriæ? non vnanimiter ſentiunt omnes: quinimo prohibito quiſque de luminis gloriæ entitate ſingulare ſibi adſcribit ſententiam: nam Gabriel in primo diſtinctione prima quæſtione prima in ſolutione dictæ Clementinæ, poſtquam concedit, intellectum creatum indigere lumine gloriæ ad videndum Deũ, ſubiungit, non oportere, quod lumen gloriæ ſit aliud ab habitu gratiæ gratum faciẽtis, vel charitatis, ac proinde tenet, lumen gloriæ eſſe ipſum habitum charitatis, & gratiæ, & nihil aliud ſuperadditum: in qua opinione extiterat Frã- 1 *1. Sententia* *Gabriel.*

ciſcus de Zibarel. in præfatæ Clementinæ reſponſione, prout citat, & ſequitur idem Gabriel, quam opinionem non alio fundamento confirmat, niſi quia hoc ſonat totus apparatus gloſſæ textus ibidē: gloſſa, quid per lumen gloriæ intelligendum ſit videtur loqui de gratia habituali, dum citat locum Apoſtoli ad Romanos ſexto, *gratia Dei vita æterna*, & de charitate, dum citat locum Ioannis capite decimoquarto: *Qui diligit me diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum*: & confirmat Gabriel ſententiam ſuam ex illo Pſalmi trigeſimiquinto, *In lumine tuo videbimus lumen*, id eſt in gratia, & charitate tua videbimus te.

Ad Rom. 6 *Ioan. 14.* *Pſalm. 35.*

2 Profecto opinio iſta merito aboleri debet: tum quia confundit actiones potentiarum: charitas etenim eſt habitus voluntatem intrinſece eleuans ad diligendum Deum in via, & fruendum in patria: & cum idem habitus nequeat inhærere, non poteſt habitus voluntatis inhærerere intellectui, vt ipſum intrinſece eleuet ad viſionem beatam: quam obrem ſubtiliter ſignauit Doctor (prout viſum eſt in difficultate præcedente) duplicem habitum in duplici potentia, videlicet in intellectu lumen gloriæ ad videndum, & in voluntate charitatis habitum ad fruendum: tum etiam, quia tunc neceſſario cuilibet viatori exiſtenti in gratia lumen gloriæ inhærere concedendum eſſet: ſiquidem gratia vitæ, & patriæ ſunt eiuſdem ſpeciei. Ex quo manifeſta inconuenientia ſequerentur, nempe ea fere, quæ inferebantur contra ſententiam Durandi ſupra in difficultate vigeſimaſecunda citatam, & improbatam: cum ea etenim coincidere facile conſtat: quia ſecundum hanc ſententiam Gabrielis iuſtus morte præoccupatus ſublatus tantum intrinſecis impedimentis, cum habitu ſolius gloriæ præexiſtentis, & ſine nouo alio habitu ſupperaddito, poteſt intellectus viribus ſuis obiectum beatificum ſibi oſtenſum intueri. Nec obſtat, quod Gabriel videatur addere ſupra opinionem Durandi, intellectum debere eſſe gratia munitum: hoc namque etiā Durandus ſupponit: quia Catholicè ſentit, neminem ſine gratiæ iuſtificatione beari: & adhuc (vt viſum eſt) eius opinio ſuſtineri nō poteſt. Concluditur ergo lumen gloriæ neceſſario debere eſſe aliquid diſtinctum ab habitu gratiæ, & charitatis.

3 Arbitrari ſunt alij inſuper lumen gloriæ eſſe viſionem ipſam beatam, & nihil præuium ante ipſam in intellectu ſupponi, quod lumen gloriæ dici poſſit: huius ſententiæ extitiſſe apparet OKam in primo diſtinctione prima quæſtione ſecunda, & in quarto quæſtione decimatertia articulo quinto: dum enim tenet, viſionem beatam de facto à ſolo Deo produci in intellectu beato, & præterea lumen gloriæ non requiri ad receptionem viſionis, & his non obſtantibus lumen gloriæ dari in beatis admittere videatur: conſequenter lumen gloriæ eſſe ipſam viſionem beatam debet aſſerere: ſequuntur eum in hoc nonnulli, præſertim ex Nominalibus. Sententia tamē iſta irrationabilis prorſus eſt: tunc etenim quæſtio de neceſsitate luminis gloriæ ad viſionem beatam impertinens, & ſtulta penitus eſſet, ſiquidem ſtultum eſt inquirere neceſsitatē eiuſdem ad ſe ipſum. Admiſſa ergo neceſsitate luminis gloriæ ad viſionē beatam: conſequenter admitti debet lumen gloriæ eſſe quid præuiū ad viſionē beatam: propterea que ſententia iſta maiori iure, quàm præcedens reijtur.

2. Sentent. *OKam.*

4 Nonnulli igitur concedentes, lumē gloriæ eſſe aliquid diſtinctum ab habitu gratiæ, & quid præuium

3. Sentent.

uium ad viſionem beatam, conati ſunt aſſerere lumen gloriæ eſſe quid extrinſecum intellectui, videlicet ipſum peculiarem diuinum concurſum, quo Deus cum beatis ad productionem viſionis concurrit. Hic tamen modus dicendi, tametſi quibuſdam peregrinus eſſe videatur: nihilominus duobus præcedentibus longe rationabilior eſt, quatenus eius oppoſitus non poteſt ratione euidenti concludi: quia quod de poſſibili ex Scoto probauimus in difficultate præcedente: hoc idem de facto aſſerere non repugnat: niſi oppoſitum aliquid de fide diffinitum premat. Et poteſt ſuaderi ratione non debili: nam Gloſſa illius Clementinæ *ad noſtrum de Hæreticis*, quæ neceſsitatem luminis gloriæ diffinit, gloſſans, quid ſit lumen gloriæ, quo indiget intellectus beati, videtur perſpicue innuere non eſſe aliud, quàm diuinam actionem, & concurſum: dum in hæc verba prorrumpit: *& ratio huius eſt: quia illud, quod eſt proprium ſuperioris naturæ, non poteſt natura inferior aſſequi, niſi per actionem ſuperioris naturæ, cuius illud eſt proprium: ſicut neque aqua poteſt fieri calida, niſi per actionem ignis: videre autem Deum per eſſentiam ſoli Deo eſt proprium. Nulla igitur natura intellectualis poteſt Deum per eſſentiam videre, niſi Deo hoc faciente.* Quæ verba prædictæ Gloſſæ in diuina actione, & non in alio, videtur luminis gloriæ entitatem conſtituere, ſiquidem ex neceſsitate diuinæ actionis neceſsitatem luminis gloriæ, iuxta mentem Clementinæ, concludit. Vazquez autem admittens cum communiori Theologorum ſententia eſſe aliquid intrinſece inhærens intellectui beati, tenet nihilominus prima parte diſputatione quadrageſima tertia capite ſeptimo, vt viſum eſt ſupra in difficultate præcedente numero vigeſsimoſexto, eſſe ipſam ſpeciem impreſſam diuinæ eſſentiæ: quamuis ſententiam ſatis ſupra improbauimus: ſed quia nunc eſt proprior huius loci, eius fundamentum proponere, neceſſum erit. Probat igitur Vazquius, & teſtimonijs Diui Thomæ prima parte quæſtione duodecima articulo ſecundo, ac tertio contragentes capite decimoquarto, atque etiam ex Scoto, & omnibus, qui tenent, diuinam eſſentiam videri per ſpeciem: qui quidem (ait ille) diſtinctionem nullam conſtituunt inter lumen gloriæ, & ſpeciem. Sed quidquid ſit de mente Diui Thomæ, Thomiſtæ propugnent: nos autem mentem Doctoris diſtinguentis lumen gloriæ ab ſpecie ſatis oſtendimus ſupra in difficultate præcedente numero tertio: ex quo à parte colligitur, Vazquium de hoc non vidiſſe Scotum.

Gloſſa ad Clem. ad noſtrum.

D. Thom.

6. Fundamentum verò huius ſententiæ, eſt: quia ſupponit Vazquez, intellectum cum lumine gloriæ, ſine aliquo addito, eſſe completum, & adæquatum principium viſionis beatæ: cum ergo principium completum includat; & potentiam, & ſpeciem repræſentantem obiectum: & intellectui competat eſſe vere potentiam, competit conſequenter lumini ipſi eſſe vere ſpeciem: ac propterea eadem aſſertione, qua concludit, Deum videri de facto medio lumine gloriæ, concludit quoque, Deum de facto videri per ſpeciem impreſſam: & ex hoc probat, lumen gloriæ eſſe ipſam impreſſam ſpeciem: eſſe verò intellectum cum ſolo lumine gloriæ completum principio viſionis beatæ, hoc probat capite tertio, & alibi, ſed præſertim capite quarto, hac (ſuo videri) indiſſolubili ratione; lumen gloriæ nō ponitur in intellectu beati, vt ei tribuat efficacitatē ad videndam diuinam eſſentiam: ergo ponitur ibi tāquam ſpecies, vt repræſentet diuinā eſſentiam: ſed intellectus

4. ſent. Vazquez.

 cum

cum ſpecie eſt adæquatum principium videndi: ergo intellectus cum lumine gloriæ erit completum principium videndi. Antecedens (in quo difficultas conſiſtit) ſic probat: nam quamuis in facultate cognoſcente neceſſaria ſit virtus, & efficacitas ex genere ſuo circa aliquod obiectum, vt illius ſpeciem poſsit recipere, propter quod viſus ſpeciem coloris, & ſenſus ſpeciem intelligibilem recipere non poteſt: ad hoc tamen ſatis eſt, ſi facultas ipſa virtutem habeat ex ſe circa illud obiectum non determinatam in ſpecie, ſed in genere circa obiectum in vniuerſum: veluti ſenſus, viſus antequam recipiat ſpeciem albedinis, habet efficacitatem ex ſe: non quidem completam, & determinatam circa albedinem, vt ipſam videre poſsit, ſed in genere circa colorem in vniuerſum, ita vt compleri debeat hac, vel illa ſpecie, vt hoc, vel illud obiectum videri poſsit: igitur vt intellectus beati recipiat ſpeciem eſſentiæ Dei, non opus eſt ex ſe habere virtutem effectricem determinatam, & completam circa ipſum Deum, vt Deum videre poſsit: ſed ſatis eſt, quod in genere habeat virtutem videndi quodcumque intelligibile, ita tamen, quod eius efficacitas peculiari Dei ſpecie completatur: ergo lumen gloriæ non tribuit intellectui efficacitatem, ſed illum in ratione integri principij viſionis conſtituit.

7. Hoc idem ſecundo probat, confirmando prædictam rationem: quoniam ſi lumen gloriæ non eſſet ſpecies impreſſa, ſed aliquid tribuens intellectui vires, & efficacitatem ad Deum videndum: conſequenter poſset quæcumque alia potentia ſenſitiua Deum videre: qui etiam poſſet talis potentia â lumine gloriæ efficacitatem accipere, ſicut intellectus ſupponitur, illam â lumine gloriæ accipere: quod ſi potentia ſenſitiua per nullum lumen eleuari poteſt, vt Deum videat: hoc ideo eſt, quod talis potentia non ſupponitur habere virtutem actiuam, etiam in genere circa obiectum, ſub quo obiectum beatificum contineatur: ergo per oppoſitum ideo intellectus cum lumine gloriæ id poteſt: quia ad lumen gloriæ præſupponitur in intellectu ſufficiens actiuitas, ſaltim in genere ad videndum quodcumque intelligibile: & ex conſequenti Deum contemptum ſub eo: ergo lumen gloriæ non præſtat intellectui actiuitatem habendo ſe ex parte potentiæ: ſed eius efficacitatem determinat, veluti ſpecies habendo ſe ex parte obiecti.

Tertio idem probat, ex eo quod ſi eſſentia diuina loco ſpeciei ſimul cum intellectu beati cauſaret viſionem beatam: lumen gloriæ ſuperuacaneum eſſet: ergo ideo lumen gloriæ ſuperuacaneum non eſſet, ſed neceſſarium, quia eſt ſpecies diuinam eſſentiam repreſentãs. 8.
Probatur antecedens â Vaſquio capite quinto ſic: ad eundem effectum plures cauſæ proximæ, & propriæ, etiam inuicem ordinatæ concurrere nequeunt, niſi in effectu vnicuique cauſæ ratio aliqua peculiaris correſpondeat. In hoc etenim diſtinguitur cauſalitas cauſæ propriæ, & ſecundæ â cauſalitate cauſæ primæ, & vniuerſalis, quod hæc cum ad omnem effectum particularem concurrat, ex omni effectu habet rationem particularem ſibi correſpõdentem: illa verò cum concurrat tantum ad effectum proprium, habet quod ſibi ex proprio, & particulari effectu peculiaris ratio correſpondeat: diuina autem eſſentia non ſolum concurrit ad viſionem beatam generali illa ratione, qua eſt cauſa prima, ſed ſpeciali cauſalitate obiecti. Tunc ſic: ſed omnis ratio, quæ reperitur in viſione beata, correſpondet tantum intellectui, & eſſentiæ in ratione ſpeciei: nulla verò eſt ibi, quæ poſsit correſpondere lumini gloriæ:

Digitized by Google

ri æ: ergo ſi diuina eſſentia concurreret loco ſpeciei ad viſionem beatam, proculdubio lumen gloriæ ſuperflueret.

9. Aſſumptum in minori probat: quoniam in viſione beata, tantum tres rationes reperiuntur. Prima eſt, quod ſit cognitio, ſeu intellectio. Secunda quod ſit tales obiecti, nempè eſſentiæ Dei. Tertia eſt, quod ſit clara, ratione cuius eam intuitiuam vocamus: iſtarum autem rationum ſufficienter aſſignantur prędictæ duæ cauſæ, ſcilicet, intellectus, & diuina eſſentia in ratione ſpeciei: quia prima ratio eſt ab intellectu, vt intellectus eſt: ſecunda autem eſt ab eſſentia loco ſpeciei: tertia tãdem eſt ab ipſa eſſentia, quæ poſita loco ſpeciei proprie, & quidditatiuè faceret videre Deũ intuitiue, & clare ſicuti eſt: ergo non reperitur in viſione beata aliqua ratio, quæ lumini gloriæ correſpondeat, ſi diuina eſſentia loco ſpeciei ad viſionem concurrit: & ideo hac admiſſa hypoteſi, lumen glorię ſuperflueret.

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

10. IN oppoſitum autem (alijs relictis ſententijs) eſt Doctor ſubtilis in 4. diſtin. 49. quæſtion. 11. litera G. vbi hæc profert. *Si autem ponantur propter hæc tria formæ ſupernaturales præcedentes operationem: ponerentur tres formæ ſupernaturales præcedentes, vna correſpondens obiecto, ſcilicet, ſpecies intelligibilis in memoria, ſecunda ex parte intellectus, quæ dicitur lumen gloriæ, tertia ex parte voluntatis, quæ dicitur charitas*: quibus verbis perſpicue oſtendit Scotus cõtra omnes prȩallegatas ſententias, & lumen glorię eſſe aliquid diſtinctum à charitate, ſeu gratia, cõtra primam: & non eſſe ipſam viſionem beatam, ſed illam præcedere, contra ſecundam: & eſſe aliquam formam intrinſece inherentem intellectui, contra tertiam: & tandem eſſe formam diſtinctã ab ſpecie intelligibili, contra quartã: ſed quid ſit hæc forma intrinſece inhærens, an, ſcilicet, ſit habitus nec ne? licet nõ expreſſȩ determinet, quatenus in 3. diſt. 14. quæſtio. 1. litera E. inquit *lumẽ præcedens, ſiue dicatur lumẽ, ſiue habitus? non curo: & ideo, littura*: licet hoc lumẽ paſſim habitũ appellet, vt videre eſt ibidem litera B. quando ait, *ſimiliter ad recipiendum ipſam viſionem non requiritur habitus*: & infra, *ita detur intellectui ſuper naturaliter aliquis habitus*, & alibi: frequentius tamen diſiunctiue loquitur, dicẽdo, *hic habitus, vel lumen*, vt ibidem conſtat: quæ profecto eſt expreſſa ſententia Diui Thomę 1. part. quæſt. 12. artic. 5. ſolutione ad primum, vbi hæc ait, *lumen creatum eſt neceſſarium ad videndum Dei eſſentiam, non quod per hoc lumen Dei eſſentia intelligibilis fiat, quæ ſecundum ſe intelligibilis eſt. Sed ad hoc quod intellectus fiat potens ad intelligendum per modum, quo potentia fit potentior ad operandum per habitum.* Et ſolutione ad ſecundum inquit, *lumen iſtud non requiritur ad videndum Dei eſſentiam, quaſi ſimilitudo, in qua Deus videatur: ſed quaſi perfectio quædam intellectus confortans ipſum ad videndum Deum.* Tenet Seraphicus pater D. Bonauentura in 3. diſtin. 14. artic. 10. quæſt. 3. ad vltimum, & artic. 2. quæſt. 1. ad tertium. Ricardus art. 2. q. 3. & in 4. diſtin. 49 art. 3. quæſtio. 2. Henricus de Gandabo quodlibeto 3. quæſtion. 1. ſequuntur Scotum Guillelmus Rubionis in 3. diſtin. 14. quæſtin. 1. §. *quantum ad tertium*. Lychetus, Bargius, Tatharetus ibidem, & cæteri omnes Scotiſtæ, dempto vno Baſſole, qui in eodem loco articul. 1. §. *dico igitur*, negãt etiam de facto lumen gloriæ, quoad productionẽ viſionis, ad ipſam viſionẽ prȩſupponi; propterea que eius entitatem prorſus negat: item Thomiſtæ ferè omnes Diuum Thomam ſequentes hanc amplectuntur ſententiam, vt ſunt Capreolus in 4. diſt. 49. quæſt. 4. ar-

Scotus. D. Thom. D. Bonau. Ricard. Henricus Rubion it. Lychet. Bargius. Tathar. Baſſolis. Capreolus

4.art.10. concluſ.2. Ferrara, quatro
Ferrara contragent.cap.54 Sotus in 4.diſtin-
Sotus. ctione 49.quæſt.1.artic.4. Thomas de
Cayetan. Argentina ibidem art.1. Cayetanus,
Bañez. Bañez, & [illegible]erique D. Thomæ diſci-
Argentin. puli ſupra ipſum in Cōmentarijs ad
Maior. citatum locum: præterea ex Nomina
Marſilius. libus Ioannes Maior in 3.diſt.14. q.2.
Molina. Marſilius quæſt.12.art.2.1.part.art.
Suarez. 1. concluſ.2. ex Ieſuitis vero Molina
Valencia. 1.part.quæſtion.12.artic.8.diſput. 1.
concluſione 2. Suarez 1.part. lib.2.
de attributis cap.15. Gregorius de Va
lencia 1.part.quæſt.12.diſputatione
2.puncto tertio, & fere omnes Schola
ſtici hanc veram ſententiam profi-
tentur.

11. Iuxta literam Scoti quatuor certa eſſe concludimus, vt viſum eſt, & verum aliud, videlicet, quod eſt præcipuum quæſitum huius difficultatis, an lumen gloriæ ſit habitus, nobis ſub dubio relinquitur: habemus igitur ex litera Scotica, lumen gloriæ eſſe quid diſtinctum à charitate, & eſſe quid præuium ad viſionem, & eſſe formam intrinſece inhærentem intellectui: & tandem hanc formam diſtinctam eſſe ab ſpecie intelligibili: ſupereſt ergo nobis, hanc formam oſtendere, eſſe habitum. Pro cuius reſolutione primo obſeruare oportet, formam inhærentem ſubiecto eſſe in duplici differentia. Alia eſt enim forma habitualis, quę permanet in eſſe quieto, vt ſūt omnes habitus: alia verò eſt, quæ in ipſo fieri conſiſtit, vtpote actio, aut operatio; quæ quidem inhæret potentiæ, à qua elicitur, ipſamque intrinſece denominat talem, eo quod qualitas realis eſt: non tamen permanenter quieſcit in illa, ſed raptim tranſit.

12. Vtroque igitur modo intelligi poteſt lumen gloriæ eſſe formam intrinſece inhærentem potentię intellectiuę: vel, ſcilicet, quod ſit habitus quidam à Deo productus in intellectu, vt ipſum eleuet ad vidēdum, illius inſtar modi, quo creat in voluntate habitum charitatis ad diligendum: & ſicut habitualiter eſt charitas in voluntate ante actum dilectionis, ita ſit lumen gloriæ habitualiter in intellectu ante actum viſionis: vel etiam, quod ſit actio Dei, non quidem extrinſeca intellectui, vt dicebat regia opinio; ſed intrinſece recepta in ipſo intellectu beati, qua antecedenter ad actum viſionis informetur intellectus, & fiat effectiuus viſionis beatæ: eo modo quo in materia de auxilijs dicitur (ſecundum quoſdam Doctores) Deum prædeterminare liberam hominis voluntatem per ſpecialem concurſum phyſicum receptum in ipſa voluntate antecedenter ad elicitionem actus: quo quidem concurſu conſtituitur voluntas intrinſece in actu primo, ſupernaturaliter potens ſupernaturalem operationem elicere: licet tamen hæc prædeterminatio phyſica à pluribus non immerito pro inconuenienti maximo habeatur, eo quod pugnet cum arbitrij libertate, non tamen proinde in intellectu hoc inconueniens reperitur, cum potentia naturalis ſit.

Ad hunc ergo modum intelligi poteſt, lumen gloriæ eſſe ipſum ſpecialem Dei concurſum, & actionem, prout receptam in intellectu antecedenter ad productionem viſionis beatæ: in qua conſideratione optime ſaluatur, lumen gloriæ eſſe formam ſupernaturalem, vt habetur in litera 13.
Doctoris: nam de gratia iuſtificante *Conc.Trid.*
diffiniuit Concilium Tridentinum, ſeſsione 6. Can. 11. eſſe intrinſece animæ inhęrentem: & tamen non deſunt, qui pro viribus tueantur non eſſe de fide, talem gratiam eſſe habitum: ſiquidem etiam actus eſt forma intrinſece inhærens: & quidem ſi aliunde non probaretur iuxta fidem, habitum eſſe, præfacta diffinitio Concilij ad confitendum, gratiam eſſe habitum, proculdubio non vrgeret.

Video tamen Molinam 1. part. quæſtione decimaquarta articulo de- 14
cimo tertio diſputatione octaua, ac *Molina.*
omnes eius ſequaces non ſolū in cauſis liberis, verum etiam in naturalibus, vt patet de igne, hunc Dei concurſum

curſum, ſeu influxum pro aliquo priori nullatenus inhærere cauſis ipſis antecedenter ad effectum:, ſed ad ipſum effectum ſimul cum cauſis ſecundis concurrere, incunctanter tueri: quod varijs rationibus, & authoritatibus probant: ſed quia hæc omnia pertinent ad quęſtiones de auxilijs diuinæ gratiæ, & maximam illius materiæ difficultatem inuoluunt, ſuperſedendum eſt illis vſque ad proprium locum. Modo vero, prout ad præſens attinet, ſat eſt nobis ſecundum probabilem ſententiam admittere poſſe hunc ſpecialem Dei concurſum, influxum, ſeu motum per modum actus præcedere in intellectu, in ipſoque recipi aliquo priori ſaltim naturę (de qua prioritate nunc non diſputo) ad hoc, vt ſaluetur poſſe concedi probabiliter, lumen glorię eſſe formam inhærentem intellectui beato, non habitualem, ſed actualem, ſeu per modum actus, vel qualitatis non permanentis in eſſe quieto habituali, ſed in actuali influxu conſiſtentis. Eſſe etenim formam, & conſequenter qualitatem inhærentem, ſupponimus ex lit. Scoti, eſſeque præuiam ad viſionem, eadem litera docet, & ratio conuincit. An vero hæc qualitas habitualis ſit, aut actualis? non inuenio efficacem rationem, quæ ad vnum, ſeu ad alterum euidenter conuincat: quamuis benè communior conuenientia, & perfectior modus operandi (vt infra patebit) habitum eſſe perſuadeat.

15. Secundo obſeruare oportet, quod non ex eo, quod lumen gloriæ ſit habitus: vel actualis Dei concurſus, poteſt concludi, quod ſe teneat ex parte obiecti nec ne: quia vtroque modo poterat eſſe forma ſe tenens ex parte obiecti? ſi obiecti gereret vicem. De primo patet: quia ſi eſſet ſpecies ipſa impreſſa, vt Vazquez aiebat: habitum eſſe non inconuenit: imò magis conſonum eſſet, vt conſtat. De ſecundo vero facile oſtendo: quia diuina eſſentia non immediatè, ſed mediante diuina voluntate vnitur intellectui in ratione obiecti (prout de mente Scoti ſæpè tradidimus) & ipſa diuina voluntas non aliter, quàm per influxum & actionem ad extra poteſt intellectui diuinam vnire eſſentiam: ergo ſi lumen gloriæ ſe teneret ex parte obiecti, optime in ſpeciali Dei influxu poſſet conſiſtere.

16. Hoc quidem ipſe Vazquez tenetur concedere, quatenus diſputatione quadrageſimatertia capite ſecundo numero ſeptimo fatetur munus luminis gloriæ poſſe per ſolum Dei auxilium ſuppleri: cum tamen teneat hoc munus habere ſe ex parte obiecti: non igitur ex hoc quod ſit actus, vel habitus, arguitur non ſe habere poſſe ex parte obiecti, vt quidam exiſtimant: ſed ex duplici ratione præſertim conſtat, non ſe poſſe habere ex parte obiecti. Prima eſt à priori, videlicet, quià ipſum lumen gloriæ non eſt ſimilitudo eſſentiæ diuinæ, vt optime Diuus Thomas in litera relata docet: cauſa vero viſionis tenens ſe ex parte obiecti, ipſum repræſentare debet tanquam ſimilitudo illius, qualis eſt ſpecies: quia nihil aliud poteſt eſſe cauſa viſionis tenens ſe ex parte obiecti, niſi obiectum ipſum; aut eius ſimilitudo formalis, vt ſpecies, vel virtualis, vt Dei voluntas cauſatiua eiuſdem entitatis in viſione, quam debebat cauſare eſſentia ipſa, aut eius ſpecies: quod tamen lumen gloriæ talis ſimilitudo eſſe non poſsit, ex ſupradictis facile conſtat: & ex infra dicendis patebit.

17. Secũda ratio eſt à poſteriori: quia, ſcilicet, non ſupponitur intellectus beati ſufficienter elicitiuus viſionis beatæ: & non ponitur à Vaſquio, neq; ab aliquo alio Theologo aliquid aliud præbens intellectui efficacitatem ſufficientem ad eliciendam actiue viſio-

Mm 5 nem

nem: nam ſi lumen gloriæ habet ſe
ex parte obiecti, vel intellectus nude
ſumptus ex ſe ipſo eſt ſufficiens
principium ſecundum omnem ſuffi-
cientiam, quæ requiritur ex parte po-
tentiæ ad eliciẽdam actiue viſionem,
aut non. Si primum dicas coincidis
cum Durando à nobis, & à te ipſo
(Vazquez) confutato, vt viſum eſt,
ſupra. Imò ineptius loqueris quàm
Durandus: ipſe enim ponebat eſ-
ſentiam diuinam, ſemel oſtenſam in-
tellectui nude ſumpto, ſemotis tamẽ
extrinſecis impedimentis ab intelle-
ctu, ab eo intuitiue videri. Tu verò, ni-
hil curando de hac impedimentorũ
ſemotione affirmas, intellectum vi-
ribus ſuis, quatenus ſe habet ex parte
potentiæ, eſſe ſufficiens principium
elicitiuum viſionis beatæ, ſiquidem
omnem cauſalitatem luminis gloriæ,
ex parte obiecti ſe habere defendis, &
nihil aliud eleuans ſupernaturaliter
intellectum conſtituis. Si verò ſecun-
dum admittis, neceſſariò debes pone-
rẽ in intellectu aliquid, quod ipſum
cõſtituat ſufficiens principium in ra-
tione potentiæ ad eliciendam viſio-
nem: ergo cum nihil aliud ponas in il-
lo, quam lumen gloriæ, à poſteriori
infertur, lumen gloriæ non habere ſe
ex parte obiecti, ſed ex parte poten-
tiæ.

Ex his autem duabus rationibus, po-
ſterior efficacior eſt: prior etenim
nititur fundamento nõ euidenti, ſed
probabili, ſcilicet, lumen gloriæ non
eſſe ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ:
quod poteſt Vazquez negare inquirẽs
18. à Diuo Thoma, vnde ſibi conſtet lu-
men gloriæ non eſſe ſimilitudinem
diuinæ eſſentiæ? ad quod tamen reſ-
pondet Diuus Thomas ibidem ſolu-
tione ad ſecundum, quod idem lumẽ
gloriæ non eſt ſimilitudo diuinæ eſ-
ſentiæ: quia non per illud fit eſſentia
intelligibilis: & ideo per illud non fit
intelligibilis; quia ipſa ſecundum ſe
intelligibilis eſt: & quaſi ex hoc eodẽ
capite probauit Scotus in 3. diſt. 14.
quæſt. 1. & in 4. diſt. 49. quæſt. 11. vt vi-
ſum eſt ſupra in difficultate præcedẽ-
te, lumen gloriæ non eſſe neceſſariũ
ad receptionem viſionis beatæ: quia
diuina eſſentia eſt lux ipſa intelligi-
bilis: quod argumentum Scoticum li-
benter concedit Caietan. 1. part. quæ-
ſtion. 12. art. 5. ad primum Scoti dicens
totum eſſe verum, eo quod indigen-
tia luminis non ſe tenet ex parte obie-
cti, ſed ex parte intellectus creati.

Tametſi ergo illa prima ratio effi-
cax ſit in Schola D. Thomæ, vbi nega-
tur poſsibilitas ſpeciei intelligibilis
impreſſæ, propterea que optime infe-
ratur, per nihil aliud, quam per ſe ip-
ſam fieri poſſe diuinam eſſentiam in-
telligibilem, ac ideò lumen gloriæ ſi- 19.
militudinem eſſe non poſſe: non tamẽ D. Thom.
conuincit ratio hæc in Schola Scoti,
vbi diuinæ eſſentiæ veram ſpeciem
impreſſam, & ſimilitudinem ſtatui-
mus: & ideo ſpecies hac ſemel admiſ-
ſa non nobis efficax reſtat probatio
illius propoſitionis: quod, ſcilicet, lu-
men gloriæ non eſt ſimilitudo diui- Scotus.
næ eſſentiæ. Sed licet ratio euidens
non ſit, optime tamen concluditur,
ex ſecunda ratione, qua oſtenſum eſt
habere ſe ex parte potentiæ, & non
ex parte obiecti: ſimilitudo etenim è
conuerſo ex parte obiecti, & non po-
tentiæ ſe habet. Caietan.

---

§. 3.

Vbi oſtenditur contra Vazquium ex proprijs ipſius verbis lumen gloriæ non eſſe ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ.

SEcunda igitur ratio effica-
cior eſt (& meo videri) e-
uidens, ex impotentia, vi-
delicet efficacitatis intelle-
ctus creati: ex qua totalis indigẽtia lu-
minis gloriæ prouenit, vt ſatis oſten-
di ſupra in difficultate præcedente 20.
contra Vazquium, contra quem ite-
rum ad idem ex proprijs ipſius ver-
bis inſurgo, quod erit illum proprio
gladio iugulare. Meminerit quidem
Vaz-

Vazquez rigidorum armorum,quibus Durandum inuaſerit, eius ſententiam erroris nota qualificans diſp. 41.cap.2.his verbis. *Non eſt igitur ſolum error aſserere naturaliter Deum videri poſſe,ſed etiam negare neceſſarium eſſe lumen,vel aliquod,quo intellectus roboretur, & efficax reddatur ad videndum Deum:id verò planè negat Durandus.* Cẽſura autem iſta cadit ſupra probationem ſententię Durãdi:quam ipſe Vazquez his verbis retulerat ſupra in eodem capite. *Probat vero: quoniam omnis facultas cognoſcens,eius virtus circa aliquod obiectum aliquo modo verſatur,ablato extrinſeco impedimento,obiectum illud manifeſte propoſitum ſtatim clare cognoſcit. Hoc autem impedimentum, quod ſi ſit miniſterio ſenſuum; Deus auferre poßet, ſi faceret ſe ipſum intellectui noſtro proxime præſentem:* hæc ſunt verba Vazquij fideliter citata,in quibus, & continetur ratio ſententiæ Durandi, quam erroris nota intingit, & ipſa Vazquij cenſura circa talem ſententiam habetur. Ex vtroque autem contra ipſum Vazquium fit euidens argumentum;

25 Non alia ratione ſecundum Vazquium,ſuper fluit lumen glorię,ſi eſſentia diuina gerat vicem ſpeciei,niſi quia lumen gloriæ non aliud præſtat; quam eſſe ſpeciem diuinæ eſſentiæ,& hoc dupliciter probat in diſput.43.capit.5. Primo: quia non eſt neceſſariũ tale lumen intellectui,vt recipiat eſſentiam diuinam, tanquam ſpeciem. Nec ſecundo eſt neceſſarium, vt tanquam principium efficiens in intellectu ad viſionem cõcurrat: quia vt ibi, & ſequentibus capitibus probat, nullam efficacitatem tribuit lumen gloriæ intellectui, ſed illum ſufficienter, & efficacem ſupponit,& tãtum habet ſe mere ex parte obiecti: quod manifeſte aſſerit in his capitibus, ſed præſertim in cap.4.ſub num.10. vbi hæc ait. *Deinde neceſſarius non eſt habitus luminis, vt efficacitatem tribuat intellectui.* Et hoc non tantum quoad receptionem diuinæ eſſentiæ, ſed etiã quo ad efficacitatem actiuam viſionis probat ibi,& ſequentibus capitibus, ſed præſertim capit. 8. quibus omnibus probare intendit,lumen gloriæ ſuperfluere, ſi diuina eſſentia loco ſpeciei ſubſtituatur: diuinam verò eſſentiam loco ſpeciei ſubſtitui, nihil aliud eſt, quàm obiectum beatificum (hoc eſt ſe ipſam) intellectui proxime præſentem facere: quia in hoc differt ipſum obiectum ab ſpecie, quod ſpecies,cũ ſit diſtincta ab obiecto, repræſentat obiectum, tanquam aliud à ſe diſtinctum: at verò ſi obiectum ipſum loco ſpeciei concurrat, non aliud à ſe repręſentat,ſed ſe ipſum proxime præſens facit potentiæ: ſi ergo intellectus in caſu, quo diuina eſſentia locum ſpeciei ſubſtituat, non indiget lumine glorię: quia ex ſe ipſo,& ex ſua propria efficacitate eſſentiam, ſic ſibi manifeſtatam videt ſecundum Vazquiũ: conſequenter eadem prorſus rigida cenſura, qua Vazquius damnauit Durandum,ſe ipſum damnauit: ſiquidem eadem penitus ſunt verba Durandi damnata à Vaſquio; quæ etiam Vazquez in ſuæ ſententiæ defenſionem aſſumit: vt patet ex vtriuſque verbis fideliter iam citatis: nihil enim aliud dixit Durandus, quàm quod ſi intellectui fieret proxime præſens eſſentia diuina,nõ egeret intellectus ex parte ſui aliquo bono, quo efficax redderetur ad hanc videndam eſſentiam: & hoc profecto aperte defendit Vazquez,aſſerens,quod ſi eſſentia ſic ſe oſtendat,lumen gloriæ omnino ſuperfluit,& quodcumque aliud donum ſupernaturale.

22 Nec valet pro Vazquio effugium: ex eo quod ait cap.8. Durandum non admiſſus ſpeciem impreſſam: ac ſi ex hoc poſſit à Durãdo differre, per hoc quod iſte non ponit hanc ſpeciem impreſſam: ille autem eam conſtituit: nã hoc defendit Vazquez de efficacitate intellectus, etiam ſi ſpecies nõ ad ſit, ſed ex ſuppoſitione, ꝙ eſſentia eius loco ſubſtituatur,quatenus ſe proxime facit intellectui præſentem: quam ob rem in hoc nec linceus oculus aliquã poterit inter iſtas duas ſententias differentiam penetrare: vel ergo Vazquius eidem cenſuræ Durandi proculdubio ſubiacebit, vel fateri debet lumen gloriæ habere ſe ex parte intellectus eius naturalem efficacitatem

ſupra

ſupernaturaliter eleuans ad eliciendam viſionem beatam.

---

§. 4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

23. 1. concluſ. Qvibus præhabitis difficultatem concludẽdo: dico primo, quod lumen glorię eſt donum Dei eleuans intellectum beati ad eliciendam viſionem beatam, diſtinctum ab ipſa viſione, & ab habitu gratiæ, & charitatis. Concluſio hęc eſt Doctoris, vt patuit in litera: & ſatis confirmatur ſupra ex confutatione primæ, & ſecundæ ſententiæ: & ideo non eſt immorandum in illa.

24. 2. concluſ. Dico ſecundo, quod lumen gloriæ eſt forma realis intrinſece inhęrens intellectui beati. Concluſio hæc etiã eſt expreſſa Doctoris, & Diui Thomę, & cõmunis apud omnes fere Doctores: ſtatuitur contra tertiam ſentẽtiam: quoniam lumen gloriæ corroborat, & ſupernaturaliter eleuat intellectum, ei efficacitatẽ præbendo, per quam poſsit operari, quod ſine illo non poterat: ſed hoc fieri non poteſt, niſi intrinſece inhæreat intellectui: ergo &c. Maior ſupponitur certiſsima apud omnes, vno dempto Vaſquio, contra quem actum eſt ſatis, & agetur amplius infra in ſequenti concluſione. Minor verò probatur: quia noua efficacitas intellectus, ſeu efficacitatis corroboratio, quæ habetur per lumẽ gloriæ, eſt realis, qua realiter ſe habet intellectus aliter nunc, quàm prius: nõ autem aliter ſe poteſt habere realiter nunc, quàm prius ſine intrinſeca inhærentia nouę realitatis: ſi etenim extrinſice tantum concurreret cauſalitas luminis gloriæ ad viſionem, tunc non præberet intellectui ipſi efficacitatem, ſed ad eius effectũ ſimul cõcurreret: ſicut ex duobus portantibus trabem nõ dicitur vnus fortiorem reddere alterum, ſed tantum alteri cooperari in ordine ad eundem effectum: lumen autem gloriæ non ſolum in effectum influit, ſed etiam ipſam cauſam, nempe intellectum creatum, ſupernaturaliter eleuat, & potẽtem ad ſupernaturalem operationẽ reddit, vt tuetur communis Theologorum conſenſus.

Dico tertio, quod lumen gloriæ nõ eſt ipſa ſpecies intelligibilis, habens 25. 3. concluſ.
ſe ex parte obiecti, ſed præciſe ſe habet ex parte intellectus, cui ſupernaturalem efficacitatem ad viſionẽ beatam præbet. Concluſio hæc eſt expreſſa Doctoris, vt patuit in litera, quæ intelligenda eſt iuxta hæc, quæ diximus ſupra in difficult. 26. nu. 28. & 29. vbi contra Suarium probauimus, intellectum non eſſe cauſam inſtrumentalẽ viſionis beatæ; ſed vere eſſe cauſam principalem: ex quo ſuppono actiuitatem, & efficacitatem innatam & naturalem habere. Quo præſupoſito aſſerit hæc concluſio, intellectum reſpectu operationum ſupernaturaliũ, inter quas excellẽtiſsima eſt viſio beata, non eſſe ſufficienter actiuum: ideoque indigere eleuari aliquo ſupernaturali dono, quo ſufficienter reddatur efficax viſionis beatæ: ſic ergo intellecta hæc concluſio probata eſt contra Vaſquium ab inconueniente, quatenus oppoſitum eius conuincitur eſſe expreſſam ſententiam Durandi ab ipſo Vaſquio erroris nota damnatã: nunc verò concluſionis veritas reſtat probanda.

Sic igitur primo eam probo: quo- 26.
niam ad viſionem beatam duo perfecta principia requiruntur, ſcilicet, potentia, & obiectum: obiectum quidẽ ſatis perfectũ eſt ex ſe, ad hoc vt vniatur potentiæ: eſt etenim diuina eſſentia, quę poteſt ſine ſpecie vniri potentiæ: & hoc quidem verũ eſt apud omnes, & etiam apud ipſum Vaſquium: licet ergo vniatur per ſe, aut per ſpeciẽ intellectui: proculdubio eſt perfectũ principiũ ex parte obiecti: quæro modo, an ex parte potẽtiæ intellectus ſecũdũ præciſam naturalẽ efficacitatẽ ſit etiam perfectum principiũ ſecundum omnem perfectionem efficacitatis, quæ requiritur ad eliciendam viſionem

ſionem beatam? ſi etenim illam non
habet: profecto ad id ponitur lumen
gloriæ, vt efficacitatem ſupernatura-
liter habeat: & ex conſequẽti non eſt
ipſa ſpecies habens ſe ex parte obie-
cti; quod eſt intentum: ſi vero intelle-
ctus creatus hominis, vel Angeli ha-
bet totam perfectionem efficacitatis
neceſſariam ex parte potentiæ ad vi-
ſionem beatam eliciendam: euiden-
ter ſequitur eandem actiuitatem, quã
habet intellectus creatus ad vidẽdum
intuitiue Angelum, habere ad viden-
dum Deum: ſed intellectus creatus
poteſt naturæ viribus, quatenus eſt ex
ſe, Angelum videre: ergo & Deum;
quod Catholice nemo concedet. Se-
quela vero euidenter probatur: quia
ſi intellectui Angelico vniatur ſpe-
cies ſui, ſeu alterius Angeli, ſua natu-
rali virtute, & actiuitate illum clare
videbit: & ſi nõ vniatur talis ſpecies,
nullo modo videbit illum: ſed ſimili-
ter ſi vniatur intellectui creato ſpe-
cies diuinæ eſſentiæ, per te ſua natura
li virtute, & actiuitate illam clare vi-
debit: ergo eãdẽ actiuitatẽ, & virtutẽ
habet intellectus creatus ad videndũ
Deũ, quam habet ad vidẽdũ Angelũ.
Reſpondebis forſan pro Vaſquio,
27. latam eſſe differẽtiam inter ſpeciem,
& ſpeciem: quia ſpecies Angeli con-
naturalis eſt Angelo; ſpecies verò di-
uinæ eſſentiæ ſemper ſupernaturalis
eſt, & hæc differentia ſufficit, vt dica-
tur naturaliter Angelum videre; Deũ
vero ſupernaturaliter. Sed contra:
quia hoc diſcrimen totum ſe habet ex
parte ſpeciei; non vero ex parte po-
tentiæ: ergo ſemper erit verum, quod
præciſe loquendo ex parte potentiæ,
eadem ineſt intellectui creato actiui-
tas ad viſionem Dei, & Angeli.
28. Secundo probatur, & vrget am-
plius argumentum in actibus fidei, &
charitatis: quia tunc propoſito obie-
cto fidei, poterit intellectus ſua natu-
rali virtute illi aſſentiri, abſque eo ꝙ
aliquo habitu fidei indigeat: & ſimili-
ter propoſito voluntati Deo diligen-
do, poterit voluntas per actum chari-
tatis Deum diligere, ſine habitu chari
tatis præuio, vel aliquo alio dono ſu-
pernaturali eius vicem ſupplente: &
etiam poterit beatus frui Deo cla-
re viſo ſine habitu aliquo ſupernatu-
rali exiſtente in voluntate. His, & a-
lijs efficaciſsimis rationibus confutat
Suarez ſententiam Vazquij, & noſtrã
concluſionem confirmat.
Tertio, quoniam ſecundum fidem 29.
non ſufficit gratia excitans, ſed neceſ
ſaria eſt gratia adiuuans ex parte po-
tentiæ ad aſſentiendum per intelle-
ctum, & bene operandum per volun
tatem: ad quod Deus influit: influxus
autem ille habet ſe ex parte potentię:
ergo à fortiori in viſione beata nõ ſuf
ficit præſentia obiecti in ſe, vel in ſpe
cie, abſque eo quod ex parte potentię
ſuperaddatur ſupernaturalis virtus
actiua.
Dico quarto, quod probabiliter ſub 30.
ſtineri poteſt, lumen gloriæ eſſe ipſũ *4. concluſ.*
Dei influxum, ſeu motum in intelle-
ctu receptum, habentem ſe ex parte
potentiæ. Concluſio hæc ſatis expoſi
ta, & probata eſt ſupra nu. 12. & ideo
non eſt immorandum in illa.
Dico quinto, longe probabilius eſ- 31.
ſe lumen gloriæ eſſe habitum intelle *5. concluſ.*
ctui inhærentem. Concluſio hæc eſt
communis inter vtramque Scholam,
& apud fere omnes, quæ ex eo proba
tur: quoniam connaturalius operatur
potentia per habitum, quo conſtitua
tur perfectè in actu primo, ad ſuper-
naturaliter operandum. Et præterea,
quia ſicut ad cæteros actus ſupernatu
rales, vtpote fidei, ſpei, & charitatis,
iuxta ſtatutam legem requiruntur ha-
bitus ſupernaturales deſuper infuſi,
vt potentiæ reddantur effectrices, &
operatrices talium actuum ſuperna-
turaliũ: ſic ad perfectiſsimum ſuper-
naturalẽ actum viſionis beatæ, debet
præſupponi aliquis habitus infuſus,
quo poſsit intellectus Deum clare vi
dere: ſed nihil aliud ſupernaturale
ponitur in intellectu ad huiuſmodi vi
ſionem, niſi lumen gloriæ, ergo &c.

§. 5.

Soluuntur argumenta in oppoſitum.

32. *Ad fundamentũ pro prima ſententiã.*

RESTAT nunc argumenta pro contra
rijs ſententijs fabricata ſoluere: &
ideo

ideo ad fundamentum primæ dico, illum Gloſſæ apparatum iuxta mẽtem Clementinæ citatæ, intendere tantũ lumen gloriç eſſe donum Dei, quod gratia dicitur. De quolibet etenim ſupernaturali dono eſt verum dicere, quod eſt gratia: nõ quidem quatenus gratia iuſtificãs eſt: ſed quatenus à natura differt: & hanc gratiam eſſe effectum diuinæ charitatis, qua Deus diligit nos, certiſsimum eſt: non tamẽ ex inde inferri poteſt, ipſum habitum gratiæ iuſtificantis, ſeu charitatis eſſe lumen gloriæ, vt probatum eſt: vnde illud Pſalmi, *in lumine tuo &c.* debet gloſſari, non de dono gratiæ, & charitatis: ſed de dono, quod eſt habitus luminis gloriæ à gratia, & charitate diſtinctus.

33. *Ad fundamẽtũ 2. ſententiæ.* Ad ſecundę ſententiæ fundamentum ſatis ex dictis conſtat, lumen gloriæ non requiri ad receptionem viſionis beatæ, ſed ad eius productionem, vt viſum eſt latè in difficultate præcedente: vnde ſemel admiſſo, Deum viſionem beatam ſe ſolo producere, nõ eſt lumen gloriç admittendum tanquam quid neceſſarium: nec oppoſitum huius excogitauit OKam: nec ob id eius ſententia præfactæ Clementinæ, *ad noſtrum*, opponitur: prout in citata difficultate latè expoſitũ, & probatum eſt, vt intuenti patebit.

34. *Ad fundamentũ 3. ſententiæ.* Ad fundamentum tertiæ ſentẽtiæ, & ad rationem ſumptam ex Gloſſa, reſpondeo quod licet non repugnet lumen gloriæ eſſe extrinſecum Dei concurſum, pro ea parte, qua in difficultate præcedente probatum eſt, poſſe Deum luminis gloriæ efficientiam ſupplere: non tamen obid dici poteſt, iſtud lumẽ gloriæ, quod de facto Deus elargitur beatis (de quo citata Clemẽtina loquitur) eſſe extrinſecum Dei motum, prout probatum eſt ſupra n. 24. Nec ratio Gloſſæ probat oppoſitũ: quia ibi loquitur de lumine gloriç cauſatiue, non verò formaliter: ſicut etiã dicimur, non poſſe iuſtificari, niſi Deo faciente: ſed nõ ob id diuina actio formaliter nos iuſtificat, ſed habitus gratiæ. Quia tamẽ diuina actio gratiæ habitum producit, ideo dicimur diuina actione, cauſatiue (hoc eſt) effectiue iuſtificari, formaliter autẽ non diuina actione, ſed gratia habituali: ad hunc igitur ſenſum loquitur Gloſſa, vt oſtẽderet, non poſſe intellectum creatum à ſe, aut ex ſe ipſo beari, & ad hoc indicat, non poſſe beari ſine lumine gloriæ, quod quidem cauſatiue eſt à Deo, & ideo lumen gloriæ effectiue eſt diuina actio, formaliter vero eſt habitus intrinſece intellectui inhærens.

35. *Ad argu. 4. ſententiæ & ad 1.* His ergo iam peractis ad argumenta pro quarta ſententia, & primo, ad eius fundamentum reſpondeo, ſatis probatum eſſe, quam falſum ſit dicere quod intellectus lumine gloriæ dumtaxat eſt completum principium viſionis beatæ: cum perſpicue ſit oſtenſum, totam rationẽm luminis habere ſe ex parte potentiæ: ac ideo etiam poſito lumine, indigere intellectum ſpecie, vel eſſentia loco illius ex parte obiecti: vnde ad primam rationem, quã Vazquez demonſtrare credit huiuſmodi lumen habere ſe ex parte obiecti, non verò ex parte potentiæ, negatur abſolute ad producendam viſionem beatam, non poni lumen gloriæ in intellectu beati, vt ei tribuat efficacitatem: quamuis etenim ſupponatur intellectus habens efficacitatem innatam ad intelligendum quodcumque intelligibile (vt quidã dicũt inchoatiue) non verò hanc efficacitatem habet completiue.

36. *2. ſolutio iuxta doctrinam Scoti.* Hęc profectò ſolutio ſufficiẽs erat, ſed acutius & melius, ſecundum Scoticam doctrinam à nobis traditam dico, quod intellectus habet ex ſe efficacitatem, hoc eſt, virtutem operatiuã: non verò productiuam: id eſt habet virtutem intelligendi quodcumque intelligibile, & etiam ipſum met Deũ: non tamen habet virtutem productiuam viſionis Dei. Quod ſic expono, videlicet: quia ad producendam viſionem beatam, quæ eſt qualitas vitalis ſupernaturalis, requiritur principiũ vitale ſupernaturaliter productiuũ, quale eſt intellectus ſimul cum lumine gloriç: quia ab intellectu accipit viſio vitalitatem, & à lumine ſupernaturalitatem: quam ob rem licet intellectus ex ſe ſit principiũ vitaliter productiuum: non tamen eſt ex ſe ſupernatura-

naturaliter productiuum, hoc enim ſi bi prouenit à lumine gloriæ: eſt nihilominus intellectus ex ſe ſupernaturaliter operatiuus, eo quod ad intelligendum obiectum repræſentatum in illa viſione, alias iam producta, & in ſe recepta, habet intellectus ex ſe ipſo naturaliter ſufficientem virtutem: quia cum intelligere ſit formaliter quoddam percipere tale obiectũ, hoc quidem percipere habet intellectus ex ſe naturaliter, ita quod ſemel recepta, non poſsit non naturaliter ſeq ● a obiectum in illa repræſentatum percipere, & intelligere: & ideo ſi Deus hanc viſionem ſe ſolo in intellectu produceret, proculdubio non egeret intellectus lumine gloriæ, nec dono alio ſupernaturali ad intelligendum obiectum repræſentatum in ea, ſed naturaliter illud videret. Doctrina hæc eſt expreſſa Doctoris in 3. diſtinct. 14. quæſt. 1. liter. C. vbi hæc profert. *Dico, quod non ſequitur, niſi quod intellectus animæ Chriſti poſſet naturaliter in viſionẽ: ſed non ſequitur quod viſio poßet ſibi ineſſe ex naturalibus ſuis, vel quod poſſet ſibi in eße, ex aliqua cauſa naturali.* Quæ verba (vt credo) nequeunt, niſi iuxta ſenſum prædictum intelligi. Axioma igitur illud, quod intellectus eſt potens ex ſe intelligere quodcumque intelligibile, iuxta hanc expoſitionem, loquendo præciſe de formali intelligere, eſt in vniuerſum ſine limitatione aliqua verum: atqui ſi intelligatur de virtute actiua producẽdi intellectionem, vniuerſaliter loquendo, eſt falſum: quia cum cauſa non poſsit influere in effectum vltra ſuam effectiuam virtutem, & effectus, vtpote, viſio beata ſupernaturalis ſit: intellectus vero naturalis: hinc eſt, quod ex ſe non habet virtutem innatam ad talem productionem, ſed ſolummodo ad illam quæ intra naturæ ambitum continetur.

37. Quod autem aſſumitur de determinatione ſpecifica reſpectu facultatis genericæ, ſolum poteſt habere veritatem in illis potentijs, quæ ex ſe ipſis completè ſunt productiuæ cognitionis: vt patet in exemplo de auditu, & viſu. Aliud eſt enim potentiam, verbi gratia viſiuam, determinari per ſpeciem albedinis, & aliud compleri in ratione potentiæ per talem ſpeciem: nam primum, eſt verum, ſecundum autem falſum: quælibet enim ex prædictis potentijs ex ſe ſola eſt ſufficienter potens ad productionem cognitionis in genere: quia tamẽ nõ poteſt exerceri talis virtus productiua, niſi in determinata aliqua ſpecie, & cum viſio cuiuslibet coloris, v.g. ſit ſub virtute naturali effectiua potentiæ viſiuæ, eo quod quilibet color eſt ſub Sphera ſui naturalis obiecti: ideo facultas actiua in genere determinatur in qualibet ſpecie talis generis: et ſic etiam facultas actiua intellectus exercetur in productione cognitionis cuiuſcumque intelligibilis in ſpecie, qua determinatur: dummodo tamen talis cognitio producenda naturalis ſit. Saluatur ergo ſemper, quod potentia ad hoc, quod determinetur in aliqua ſpecie per obiectum, debet præſupponi ipſa potentia completiue potens ex ſe eius cognitionem producere.

Si vero daretur aliqua ſpecies coloris ſupernaturalis non poſset potẽ- 38.
tia viſiua ſua naturali virtute eius ſupernaturalem viſionem producere, quia ad id non ſupponitur completa potentia: ſic nec intellectus poteſt ſua naturali efficacitate viſionem diuinæ eſſentiæ producere: quia ſupernaturalis eſt: & ideo indiget ſupernaturali dono, ſcilicet, lumine gloriæ, vt compleatur eius efficacitas in ratione potentiæ, qui ſic completus per lumen in ratione potentiæ, determinatur per ſpeciem diuinæ eſſentiæ: & ex intellectu, lumine, & ſpecie vnum totale, & adæquatum principium viſionis beatæ efficitur.

Ad ſecundum patet, vere ſequelam 39.
illam abſurdum eſſe, vt argumentum Ad 2. arg.
fatetur. Ad cuius probationem dico, quod potentia non poteſt à Deo eleuari extra ſuum adæquatum obiectũ: quia eleuatio diuina ſupponit in potentia actiuitatem innatam reſpectu illius, ad quod eleuatur: quia ergo ſenſitiuæ potentiæ nulla actiua virtus ex

trà

tra ſenſibilia tēdit;& Dei eſſentia omnino inſenſibilis eſt, ideo per locum intrinſecum repugnat ſenſitiuam potentiam ad Dei viſionem eleuari:non tamen ex hoc ſequitur hæc repugnantia,aut alia reſpectu eleuationis intellectus,cum ſupponatur habere virtutem intellectiuam:nam inter nullum, & omne datur medium,nēpè aliquod: ſic in ſenſitiua potentia nulla eſt actiuitas reſpectu viſionis beatæ:in intellectu verò nude ſumpto non eſt omnis virtus,quæ requiritur ad talem viſionem eliciendam:& ideo ſe ſolo illam non poteſt elicere adhuc ex parte potentiæ:eſt tamen in intellectu nude ſumpto aliqua virtus actiua, nempè vitalis, quæ adiuta à lumine gloriæ ſit cōpleta : & ideo ſimul cum lumine habet actiuam virtutē, & efficacitatē quæ requiritur ex parte potentiæ ad productionem viſionis beatæ,non tamen ſine illo. Habetur hæc ſolutio ab Scoto in 4.diſt.in 49.quæſt.11.liter.K his verbis.*Senſus non eſt capax omnis alicuius,niſi ſenſibilis:non tamen omnis intellectus eſt capax omnis intelligibilis.*

40. *Ad 3.arg. reſpondens Suarez.* Ad tertium reſpondeo,antecedens eſſe falſum. Ad cuius probationē reſpondet Suarez illud axioma, *vbi concurrunt duæ cauſæ proximæ & ſubordinatæ,neceſſarium eſt,vt in effectu correſpondeat vnicuique cauſæ,vel principio aliqua ratio,quia alias ſuperflua eſſent tot principia*,ad ſummum eſſe verum de ratione aliqua,ſub qua fiat effectus:non verò de ratione,quæ in effectu fiat : ad rationem enim entis (inquit) non oportet,quod in effectu ad ſint diſtinctæ rationes correſpondentes diſtinctis cauſis.Quam quidem ſolutionem exemplificat in aliquibus effectibus,& tandem in actu charitatis,cuius tota entitas ad adæquat habitum charitatis, & è conuerſo , cum tamen voluntas ſit principium intrinſecum illius actus.

41. *Impugnatio ſolutionis prædictæ.* Hæc tamen Suarij ſolutio licet ſatis acuta videatur.eſt nihilominus ab omni Phyloſophia aliena. Quia nullus effectus poteſt realiter referri ad cauſam efficientem(de qua hic eſt ſermo)niſi per aliquid reale, quod in ſe recipit à tali cauſa:quo quidem deſtructo,talem relationē deſtrui neceſſum eſt,eo quòd ad deſtructionem fundamenti, relatio neceſſario deſtruitur, eſſe verò relationem realem in effectu reſpectu ſuarum proximarum cauſarum,non poteſt dubio ſubiacere. Interrogo igitur à Suario de quocumque effectu reſpectu cuiuslibet ſuæ proximæ cauſæ,per quid reſpicit effectus illam ſuam cauſam? Dicēs quod per relationem ad ipſam.Rurſus interrogo,in quo fundatur talis relatio : vel enim fundamentum illius eſt aliqua entitas,quam in ſe entitatiue habet effectus:aut verò eſt aliqua ratio,ſub qua factus fuit effectus, modo verò non ad eſt,quia talis ratio facta non fuit in effectu? Hoc ſecundum dici non poteſt:quia tunc ſolum in fieri,& non in facto eſſe referretur effectus ad talem cauſam proximam,quia tandiu refertur: quādiu permanet fundamētum, ſed fundamentum, ſcilicet, illa ratio correſpondens cauſæ proximæ fuit ſolum, ſub qua factus fuit effectus,nō verò fuit facta in effectu (vt tu dicis) ergo non permanet talis ratio in effectu:ergo neque relatio fundata in illa: ergo exiſtentibus talibus effectus & cauſa in facto eſſe , eſt falſum dicere: iſte effectus eſt effectus iſtius cauſæ, quod nemo concedit : ſequela tamē probatur : quia contradictio in adiecto eſt eſſe effectum talis cauſæ, & illā realiter non reſpicere.

Neceſſario igitur primum fateri debet Suarez,quod,ſcilicet, ratio illā correſpondens cauſæ proximæ , facta fuit in effectu , & eſt entitas quædam, quam effectus à tali cauſa proxima recepit. Hoc præterea in exemplo poſito de actu charitatis eſt ſatis perſpicuum:quia non ſolum talis actus reſpicit habitum, ſed etiam voluntatem, tanquam ſui cauſam, & principium: & non tantum habet formalitatē correſpondentem habitui charitatis: ſed etiam voluntati:& ideo non adæquate ſe habent actus, & habitus : quia in ſeipſo actus eſt formaliter operatio vitalis: habitus verò nihil vitalitatis concludit:ac proinde licet actus charitatis indiuiſibilis ſit,eſt tamen ex duplici formalitate compoſitus: in eadē etenim indiuiſibili re multiplicem 42. *cōcluditur oppoſitum ſolutionis Suarij.*

forma

formalitatem poſſe concurrere certo conſtat: quatenus ergo actus charitatis vitalis eſt, voluntati reſpondet: quatenus verò ſupernaturalis Dei dilectio, habitui charitatis: & ſic ſemper axioma illud à Vazquio in ſuæ ſententiæ cõfirmationem allegatum, prout ſibi exponit, verum eſſe exiſtimo.

3. *Solutio. authoris.* Cæterum tali admiſſo axiomate, nihil in propoſito contra noſtram concluſionem: quia tunc falſum aſſumit, nihil, ſcilicet, eſſe in viſione beata, quod lumini gloriæ correſpondeat: quoniam illis tribus enumeratis rationibus in viſione inuentis, adhuc alia deficit, cuius oblitus eſt Vazquez: nempè quod ſit forma ſupernaturalis quoad ſubſtantiam actus: ſecundum ergo ſupernaturalitatem entitatis reſpicit lumen gloriæ tanquam cauſã. Nec valet ſi quis pro Vaſquio reſpondeat hanc ſupernaturalitatem ſibi præbere obiectum ipſum: quia ſupernaturalitas habens ſe ex parte obiecti, dummodo ex parte potentiæ, & principij deficiat, actum ſupernaturalẽ nõ reddit. Quod plane cõpertũ eſt in actibus fidei, & charitatis, ſi quis etenim naturali aſſenſu, & fide humana, ſine habitu fidei infuſæ credat Deum eſſe trinum, & vnum: quantumuis obiectum ſupernaturale ſit, eo tamen, quia ex parte potentiæ ſupernaturalis habitus nõ ſupponitur, propterea actus ille fidei ſupernaturalis non eſt: quod idem de actu charitatis, ſeu inquam amoris Dei ab habitu charitatis non elicito proportionabiliter patet. Aliæ inſuper rationes à pluribus ſunt inuentæ, quæ in viſione beata relucent, & lumini gloriæ correſpondent: ſed quia patiuntur inſtantias, & hæc ſupernaturalitatis ratio ſufficienter diluit Vaſquij argumentum meo videri, merito omittuntur.

(...)

DIFFICVLTAS XIX.

Vtrùm intellectui lumine gloriæ informato connaturalis ſit viſio beata?

§. 1.

Proponitur prima ſententia quorundam, & ponitur vera ſententia Scoti.

VIſionem beatam non ſolum ſupernaturalem eſſe in ſe, ſed etiam reſpectu intellectus creati, eſt abſque controuerſia certum: eſſe autem ſimiliter ſupernaturalem reſpectu intellectus creati prout informati lumine gloriæ, defendit Sotus in 4. diſtinctione 49. quæſtione 2. articul. 4. §. *dubitatur hic*, quam tenet Molina 1. part. quæſtion. 12. articul. 5 diſp. 1. ad tertium Scoti, item Ioannes Maior eadem diſtinctione quæſtione 4. Gregorius de Valentia 1. parte diſputatione 1. quæſtione 12. puncto tertio, vbi licet non neget connaturalitatẽ viſionis, ſed ipſius luminis gloriæ, ratione tamen, qua probat lumen connaturale non eſſe intellectui, id quoque de intellectu lumine informato reſpectu viſionis beatæ videtur concludere: quam ſententiam ait Sotus eſſe Diui Thomæ: imo pro illa citatur Durandus in tertio diſtinctione 14. quæſtione 1. & (quod mirum eſt) ipſe Scotus ibidem: ſed quidquid ſit de mente Doctoris oſtendetur infra in litera. Hanc tamen ſententiam vnico fundamento probat Sotus: quia, ſcilicet, nunquam actus naturalis eſt potentiæ, niſi quando potentia eſt naturalis

1. opinio.

Sotus.
Molina.
Maior.
Valentia.

Durand.

turalis, ſeu operatur per formam naturalem: quia ergo non eſt naturale intellectui creato lumen habere, ideo non eſt ſibi naturalis, ſed ſupernaturalis viſio beata, etiam prout lumine gloriæ informato.

2. Secundò probari poteſt, quoniam lumen gloriæ non extrahit intellectum à ſua naturali virtute: quia quamuis forma accidentalis ſubiectum afficiat, non tamen immutat eius ſubſtantialem naturam: igitur quantumuis informatus ſit intellectus lumine gloriæ, cum tamen ex ſua naturali virtute ſit ſubſtantialiter naturalis, adhuc viſio beata, poſito lumine, ſibi ſupernaturalis erit.

3. *Vera Scoti ſententia.* In oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in tertio diſtinctione 14. quæſtione 1. litera B. vbi reſpondendo ad quodam argumentum, quod ſibi obiicit, inferendo intellectum naturaliter Deum videre, ſi lumen gloriæ requireret ad receptionem viſionis beatæ, hæc inquit. *Reſpondeo, & dico, quod concluſio videtur aliquomodo ſequi, ponendo lumen, vel habitum præcedentem viſionem, ita quod ſit neceſſarius, vel ſufficiens reſpectu viſionis: ſi enim cæcus miraculoſe illuminatur, tamen illuminatus naturaliter videt: quia habet formam creatam, qua naturaliter poteſt vti ad operationem illam: ita ſi detur intellectui ſupernaturaliter aliquis habitus, quo dato, tanquam per formam ſufficientem intellectus poteſt videre Deum.* Sequitur Doctorem Lycherus ibidem §. *dicit Doctor*: ex alijs verò Scotiſtis pauciſsimi ſunt, qui hanc difficultatem pertractent: ex Thomiſtis verò illam tuentur Cayetanus prima parte quæſtione 12. articul. 5. Ferrara tertio contra gentes cap. 54. & ex Ieſuitis Suarez 1. part. lib. 2. de attributis negatiuis capit. 17 Vazquez 1. part. diſput. 45. capit. 2.

Lychetus. Cayetanus Ferrara. Suarez. Vazquez.

(2)

§. 2.

Explanantur fundamenta ſententiæ Scoti.

PRO Scoticæ literæ intelligentia primò obſeruare oportet, hæc duo nempè conſequens, & conſequentiam bona Dialectica eſſe longè diuerſa: contingit etenim ſæpiſſime conſequens eſſe verum, & conſequentiam bonam non eſſe. Veritas enim conſequentis ex vera connexione prædicati cum ſubiecto dependet: bonitas autem cõſequentiæ ex ratiocinatione per diſcurſũ, & legitima illatione cauſatur: ex quo fit, quod etiam contingit, conſequẽs eſſe falſum, & conſequentiã bonã: quia poteſt ſub opinione cadere aliqua præmiſſarum, quæ tamen admittitur, ac ſi vera eſſet, cum aparte rei ſupponatur eſſe falſa: qua tamen diſputandi gratia admiſſa, conſequẽtia legitimè illata ex ea, procul dubio bona eſt: conſequens verò erit falſum, quia à præmiſſa ex ſe falſa, admiſſa tamen vt vera, infertur: quæ per exemplum patent in hoc diſcurſu: ea, quæ diſtinguũtur realiter tãquã res à re poſſunt ad inuicem ſeparari: ſed propria paſsio, & ſubiectum ſic diſtinguũtur: ergo &c. Si in hoc diſcurſu admittatur vt vera opinio D. Thomæ, minor erit vera, & conſequentia legitimè illata: & ideo bona. Si tamen aparte rei illa opinio eſt falſa, cõſequẽter aparte rei cõſequẽs erit falſum. 4.

Ad hunc igitur modum dupliciter poſſumus Doctoris literã intelligere: vel, inquã, loquẽdo de conſequentia, quã infert, vel de conſequẽte, ꝙ infertur: loquẽdo de cõſequẽtia, procul dubio bona eſt, quia illã legitime infert Doctor ex ſuppoſitione, quòd ſit vere illa præmiſſa, ꝙ ſcilicet, in intellectu ante viſionẽ ſupponatur lumẽ gloriæ ad ipſam viſionẽ eliciendã: cuius ſuppoſitionis affirmationẽ nunc impugnat, eo ꝙ hic teneat probabiliter, vt viſum fuit ſupra in diffi. 26. n. 11. viſionẽ beatã immediatè & totaliter in intellectu creato à Deo produci: in quo caſu lumen 5.

Digitized by Google

lumen gloriæ ſuperfluere eſt ſatis oſtenſum:ad cuius probationem infert pro inconuenienti, quod tunc viſio beata eſſet naturalis intellectui creato informato lumine gloriæ. Et licet hanc conſequentiam pro inconuenienti inferat ad hanc probandam ſententiã: illã tamen legitimè infert ex præmiſſa, ꝙ lumen gloriæ ſupponeretur intellectui in eſſe:& ideo cõſequentia eſt bona, eo quod legitime eſt illata:quod ſi præmiſſa illa eſſet vera, profecto etiam conſequens huius conſequẽtię verum eſſet, quia ex præmiſſa vera inferreretur. Tũc ſic,ſed vt patuit ex difficultate vigeſimaſeptima numero duodecimo, iuxta Scoti literam expreſſam, conſtat ponendum eſſe lumen gloriæ in intellectu creato antecedenter ad eliciendam viſionem beatam: ergo & ex vi Scotici diſcurſus, & ipſius ſententia, conſequentia illa bona eſt,& conſequens verum: & iuxta eius mentem viſio beata cõnaturalis eſt intellectui creato, informato lumine gloriæ, cuius oppoſitum perperã Suarez & alij imponebant Scoto.

6. Secundo obſeruandum eſt, quod prout ex cõtextu,literæ citatæ cõſtat, non debet poni prædicta connaturalitas viſionis reſpectu intellectus,quatenus eſt potentia receptiua illius. Cum etenim ad viſionem recipiendam nulla ſit neceſſitas luminis gloriæ,atque ideo ſi ad id poneretur, nihil condeceret ad viſionem tanquam diſpoſitio neceſſaria, ſed veluti ad congruenter decorãdum ſubiectum, ſuperabundanter poneretur, vt dictum eſt ſupra in difficultate 27. nu. 13.& optime notauit Baſſolis in diſt. 14.quæſtione 1.§.*ſed quantum ad iſtum articulum*,& Guillelmus Rubionis ibidem articulo 3.§.*& ſi quæras ad quid lumen*:hinc eſt,quod reſpectu huius receptiuæ potentiæ prout lumine gloriæ informatæ, nulla poteſt aſignari connaturalitas in forma recepta: imò dico, quod potius poterat hæc connaturalitas reſpectu receptiuæ potentiæ aſignari in viſione beata reſpectu intellectus nude ſumpti, quam informati lumine gloriæ: quia vt docet Scotus ſupra in quæſtione prima prologi artic. 8. *potentia receptiua comparatur ad actum, quem recipit. In hac autem comparatione nulla eſt ſupernaturalitas.* Cuius ratio eſt de ſumpra,ex eo quod intellectus ſecundum ſuam innatam capacitatem receptiuam naturaliter inclinatur ad formas ſupernaturales tanquam ad ſui perfectiuum, & præſertim ad Deum clare viſum tanquam ad ſuum vltimum,& naturalem finem,prout expreſsit Doctor in quarto diſtinctione 49.quæſt. 10. litera B. his verbis: *natura non poteſt remanere natura, quin inclinetur ad ſuam perfectionem.quia ſi tollis illam inclinationem tollis naturam. Sed appetitus naturalis non eſt, niſi inclinatio talis: ergo vt ſic neceſſario appetit beatitudinẽ,quia illa eſt maxima perfectio.* Ex quibus ſequitur, quod Deus clare viſus eſt intellectui finis naturalis, prout idem Doctor expreſſit ſupra in quæſtione 1. prologi artic. 3. ſolutione ad ſecundum his verbis:*concedo Deum eſſe finem naturalem hominis,licet non naturaliter adipiſcendum.* De quo videnda ſunt plura,quę diximus ſupra in difficultate 6.

7. His Scoticis aſſertionibus conſentiunt plures propoſitiones Diui Thomæ,præſertim 1.2.quæſt. 113.artic. 10.& 1.part.quæſt. 12.articul. 1. & 3.contra gentes,cap. 50.& 49.in fine, ex quibus præſupoſitis ſatis conſtat viſionem beatam eſſe naturalem intellectui nude ſumpto, quatenus eſt potentia receptiua,nõ vero quatenus eſt lumine gloriæ informatus: quia vt ſic formalitas illa lumin.s gloriæ reduplicat rationẽ,obquã intellectui naturalis eſt viſio:& tũc falſa eſt propoſitio:quia intellectui, prout natura eſt, & nõ prout ſupernaturali lumine affecto,id competere ex notatis & præſuppoſitis conſtat. Et præterea: quia hoc ſupernaturale lumen nullatenus ad receptionem viſionis conducit; ſed ad illam mere materialiter, ſeu ad ſummum congruenter ſe habet: & ideo nõ poteſt eſſe ratio, ob quam intellectui naturaliter conueniat viſionem recipere.

Baſſolis. Rubionis. Scotus. D. Thom.

Digitized by Google

8. Verumenimverò loquendo de potentia actiua intellectus per oppoſitam dicendum eſt, intellectui nude ſumpto non poſſe viſionem beatam eſſe connaturalē: bene tamen ei cōnaturalē eſſe, prout lumine gloriæ informato. Prima propoſitio ex ſupra relatis verbis Scoti ſatis patet, quatenus dicit finem naturalem hominis (hoc eſt) viſionem beatam, non naturaliter eſſe ab intellectu adipiſcēdū: quia, vt ex præcedente difficultate conſtat, non habet ſufficientem efficacitatem naturalem ad producendā viſionem: ac propterea illi connaturalis eſſe nō poteſt. Secūda vero propoſitio patet ex litera Scoti, vbi eam probat, ex eo quod habet formam creatam, qua poteſt naturaliter vti ad operationem illam.

9. Hoc ſic declaratur ponatur v.g. intellectus in ratione perfectæ potentiæ, & vniatur ſpeciei alicuius obiecti creati: poterit tūc nō producere notitiā illius obiecti? minime quidē, quia naturaliter, & neceſſario poſitis, & vnitis obiecto & potētia, ſequitur productio notitiæ: & ex eo, quod naturaliter producitur talis notitia, eſt ſuis principijs productiuis connaturalis. Hoc igitur prorſus modo, conſideranda eſt productio viſionis beatæ, reſpectu cuius eſt integrum & ſufficiens principium ex parte potentiæ intellectus cum lumine gloriæ, ſpecies autem diuinæ eſſentiæ, ſeu ipſa eſſentia, ex parte obiecti: vniatur igitur dicta ſpecies intellectui illuminato, non poteſt non ſequi productio viſionis beatæ, ex natura taliū principiorum: ſed ratio formalis, ob quam intellect⁹ ex natura principij producit viſionem beatam, eſt lumen gloriæ: ergo reduplicatiue prout lumine informatus, illam naturaliter producit: & ſecundum hanc reduplicationem viſio eſt intellectui connaturalis.

10. Exemplum Doctoris de cæco hoc indicat: quoniam & ſi ſupernaturaliter ei reſtituatur viſus: ipſo tamen ſemel accepto, naturaliter videt: ergo ſimiliter, tametſi lumen gloriæ ſupernaturaliter infundatur in intellectu beati: ipſo tamen ſemel recepto, naturaliter viſionem producit.

11. *Solutio Ferrarienſis & Soti.*

Non me latet intendiſſe pro viribus Ferrarienſem, & Sotum hanc rationem Scoti à ſimili infirmare, conſtituendo diſſimilitudinem inter viſum, & intellectum: quoniam, ſcilicet, in reſtitutione viſus eſt vna dumtaxat ſupernaturalitas, videlicet, quoad modum, non verò quoad ſubſtantiam: quamuis enim Deus miraculoſe viſum cæco reſtituat: viſus tamen reſtitutus quoad ſubſtantiam forma naturalis eſt ex ſe, & connaturalis potentiæ: & ideo nulla eſt ſibi ſupernaturalitas, niſi in modo ponendi talem viſum: atqui lumen gloriæ, non ſolum ſupernaturaliter infunditur intellectui: ſed ipſum in ſe eſt forma quædam, quoad ſubſtantiam ſupernaturalis. Ex qua differentia prouenit, quod ideo cæcus naturaliter videt per viſum ſupernaturaliter acceptum, quia illo ſemel accepto, iam per formam naturalem operatur: intellectus verò non ſolum operatur per lumen ſupernaturaliter acceptum, ſed per ipſum quatenus eſt ſubſtantialiter ſupernaturalis forma: ac ideo ſemper ſupernaturaliter operatur.

12. Non poſſum non fateri, hanc Soti diſparitatem continere veritatem in ſe: ſed adhuc ex illa minime infirmatur Scoti aſſimilatio, nec vis argumenti: aſſimilatio etenim illa in hoc tantum conſiſtit, quod eſt, habere intellectum in ſe formam creatam, qua ſemel habita, eliciat viſionem connaturalem tali formæ, ſeu ſibi prout tali forma informato: ſicut enim ſe habet viſio naturalis ad formam naturalem, ſic viſio ſupernaturalis ad formam ſupernaturalem: & non minus eſt naturalis viſio ſupernaturalis ſupernaturali formæ, quàm viſio naturalis formę naturali: alias enim diuina attributa, eo quod ſupernaturales entitates ſunt in ſe, non eſſent Deo naturalia. Hic igitur non eſt dubium de entitate viſionis in ſe, ſed de comparatione illius ad ſuum principiū, à quo elicitur

viſio

Digitized by Google

viſio ergo beata, licet in ſe ſit forma ſupernaturalis, reſpectu tamen intellectus lumine gloriæ informati eſt naturalis: ſupernaturale enim dicitur illud reſpectu alterius, ſupra cuius naturæ Spheram eſt: viſio autem beata nō eſt ſupra naturā intellectus prout illuſtrati lumine gloriæ: vt ſic etenim intellectus ſupernaturalis eſt, ſicut homo, prout ſubeſt albedini, eſt formaliter albus: vel ergo comparat Ferrara viſionem ad intellectum nude ſumptum, vel ad ipſum prout reduplicatiue informatus eſt lumine gloriæ: de priori modo tenet diſparitas aſsignata ab illo, iuxta quem ſenſum non procedit aſsimilatio Scoti: de ſecundo vero & Scoti exemplū verificatur, & nullā diſparitatem inter cæcum, & intellectum illuminatū poterit linceus oculus reperire.

13. Rurſus poterat ſententia Scoti, & eius exemplum intelligi de naturali, prout cum neceſſario conuertitur (prout quidā dixerunt) & tunc in hoc ſit aſsimilatio, quod ſicut miraculoſe, & libere à Deo ponitur in cæco viſus, quo tamen recepto, & poſita obiecti ſpecie, non poteſt non ſequi naturalis viſionis productio: ſic etiam poſito libere à Deo lumine gloriæ in intellectu, & ſibi vnita ſpecie diuinæ eſſentiæ non poteſt non ſequi productio viſionis beatæ. Sic video Doctores grauiſsimos, hanc connaturalitatem interpretaſſe: prior attamen connaturalitatis modus tanquam longe verior, & literæ Scoti conformior magis placet.

§. 3.

Statuuntur concluſiones, & ſoluuntur argumenta.

14. *1. concluſ.* HIS ergo præhabitis difficultatem hanc concludendo, dico primo: intellectui creato etiam operanti per formam ſupernaturalem, vtpote lumen gloriæ, non eſſe connaturalem viſionem beatam. Cōcluſio ex prænotatis conſtat, vt ſic etenim ſumitur intellectus ſpecificatiue illuminatus: & taliter ei conuenit viſio, qualiter ei conuenit forma, per quam viſionem producit: ſed forma, per quam viſionem producit, nempè lumen gloriæ, eſt illi ſupernaturalis: ergo & viſio beata etiam erit ei ſupernaturalis: probant inſuper hanc concluſionem argumenta pro prima ſententia fabricata.

15. *2. concluſ.* Dico ſecundo, intellectui creato prout informato lumine gloriæ reduplicatiue loquendo, eſſe viſionem beatam connaturalem. Concluſio eſt conformis literæ Scoticæ: & in hoc ſenſu ab omnibus fere Doctoribus ſupra citatis defenditur, quæ vnica ratione probatur: quoniam lumen gloriæ eſt forma conſtituens intellectum, eleuatum ſupra naturæ ordinem, & collocans eum in eſſe entis, & principij formaliter ſupernaturalis (ſaltim denominatiue) ſed omni principio ſupernaturali agendi connaturaliter debetur ſupernaturalis actio, ſeu productio, & ex conſequenti ſupernaturalis terminus talis productionis: igitur intellectui, prout lumine gloriæ reduplicatiue illuminato, connaturaliter debetur productio viſionis beatæ, & ex conſequenti ipſa viſio: ac proinde eſt ei connaturalis. Minor eſt certa, quia ſicut ſupernaturale non eſt debitum illi principio, cuius vires, & efficacitatem naturalem excedit: ita per oppoſitum debetur illi, cuius efficacitatem non excedit.

16. *Ad argumenta pro 1. ſente. & ad 1.* Ad argumenta igitur pro prima ſententia, & ad primum, dico: tantum concludere de intellectu ſpecificatiue illuminato: non verò prout reduplicatiue illuminatus eſt lumine gloriæ. Quod enim ait, quod nunquā actus eſt naturalis potentiæ, niſi quādo potentia eſt naturalis, aut per formam naturalem operatur, intelligendum eſt comparatiue, non verò abſolute, & quoad ſubſtantiam:

quoniam Pater Æternus producit Filium per potentiam, & formam ſibi naturalem: talis tamen potentia, & forma, quibus producit in ſe abſolute, & quoad ſubſtantiam, ſupernaturales ſunt: quamuis ergo viſio beata in ſe ſit ſupernaturalis quoad ſubſtantiam comparata: nihilominus intellectui, prout informato lumine gloriæ, non ſupernaturalis, ſed naturalis eſt illi.

17. *Ad 2.* Ad ſecundum dico: quod formæ ſupernaturales non extrahunt potentias naturales à ſua naturali virtute, ita vt poſita ſupernaturalitate, virtus naturalis amittatur: quinimo ipſam naturalem virtutem ſic perficiunt, & ſupernaturaliter eleuant, vt ſub nouo genere ſupernaturalitatis conſtituãt: gratia etenim perficit naturam, & nõ illam deſtruit: ita tamen perficit, vt quatenus potentia naturalis ſubeſt ſupernaturali formæ operatiuæ, operetur iam vt potentia ſupernaturalis, & nõ vt naturalis: connotatiuum enim de principali dicit formam, & de connotato ſubiectũ, & ideo homo albus, in quãtũ albus de formali dicit albedinem, & de materiali hominem. Sic intellectus in quantũ illuminatus de formali, & principaliter dicit lumen gloriæ: de connotato autem dicit intellectum: & non dicit de connotato ſeu materiali ipſum intellectũ, vtcũque: quia eius actiuitas formaliter conducit ad viſionem: ſed connotat connaturalitatem intellectus: quia quod intellectus ſit naturalis, vel non naturalis, mere materialiter ſe habet ad viſionem beatam, dum modo tamen ſupernaturalis potentia fiat per lumen gloriæ.

DIFFICVLTAS XXX.

Vtrùm viſio beata ſit quidditatiua, & intuitiua cognitio, ac perfectiſsima ſcientia de Deo?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum prima ſententia quorundam.

IN hac vnica difficultate plures includi, ex ipſius titulo conſtat. Aliud eſt enim viſionem, eſſe quidditatiuam, & aliud eſt eſſe intuitiuam, & aliud eſſe ſcientiam: & tertiũ aliud hanc ſcientiam eſſe ſpeculatiuã, aut practicam: circa quæ omnia diuerſę ſunt opiniones: ſed quia quaslibet horum referre, & in proprijs difficultatibus confutare, nimis prolixum eſſet: hæc omnia ſub hac vnica quæſtione commode explanabo: eſſe ergo viſionem beatã, ſimul quidditatiuam, & intuitiuam, eſt de fide: quod autem hic maxime ſub controuerſia militat, eſt, an eo ipſo, quod viſio ſit quidditatiua Dei, ſit etiã intuitiua? Durãdus ergo in q. 3. prolog. Capreolus in 2. diſt. 3. q. 2. ad argumenta contra ſextam concluſionem, quos ſequuti ſũt Suarez 1. p. lib. 2. de attributis negatiuus cap. 18. & Vazquez 1. p. diſp. 134. cap. 3. tenent non poſſe dari quidditatiuam cognitionẽ Dei, quin ſimul etiam ſit intuitiua: quinimo rationẽ præciſſam quidditatiue cognoſcendi Deum, eſſe rationem intuitiue videndi ipſum. 1. *1. ſentent.* *Durandus* *Capreolus.* *Suarez.* *Vazquez.*

Sentẽtia hæc à Suario ſuadetur, primo: quoniam non poteſt quidditatiue cognoſci Deus, quin cognoſcatur exiſtẽs: quia de eſſentia Dei eſt exiſtere: ſed cognitio intuitiua non aliud requirit, quã terminari ad rẽ exiſtẽtem ſub omnibus cõditionibus exiſtentiæ: ergo &c. 2.

Secun-

Digitized by Google

3. Secundo, quia ſi aliqua ratione nõ inferretur ex cognitione quidditatiua Dei eius intuitiua viſio, eſſet, quia ad viſionem intuitiuam, non ſufficit cognitio Dei, vt exiſtentis, ſed vt præſentis, vt vult Scotus: ſed hæc ratio non obſtat: ergo &c. Minor probatur, quia licet per cauſã, vel effectũ poſsit cognoſci res, vt exiſtens, & ſi abſens ſit, & in ſe non videatur: tamen, quod exiſtentia rei euidenter cognoſcatur in ſe ipſa abſque alio modo cognito intelligendi, fieri nõ poteſt abſque præſentia rei: maxime ſi talis cognitio ſit propria ipſius rei, prout in ſe eſt.

4. Tertio, quia ſi tantum deficit quidditatiuæ cognitioni præſentia obiecti, ad hoc, vt ſit intuitiua; in quiro quid nomine præſentiæ intelligatur? nã ſi huiuſmodi præſentia eſt localis indiſtãtia, hæc nõ eſt neceſſaria ad intuitiuã viſionẽ, vt in intellectu Angelico patet: quia videre poteſt intuitiue res, etiam ſi loco diſtent: & hoc quidem in Deo à fortiori patet non habere eãdem rationem, quia locum nõ habet, cum ſit immẽſus & ideo nõ videri nõ poteſt ratione indiſtantiæ localis: nec ratio talis diſtantiæ officit intuitiuæ viſioni reſpectu Dei. Vel illa præſentia eſt obiectiua, & hæc non poteſt abeſſe reſpectu actus, qui fit per ipſammet viſionem: ergo non poteſt eſſe viſio rei exiſtentis in ſe ipſa, & prout in ſe eſt, quin illa res ſit obiectiue præſens intellectui per ipſam viſionem.

5. Quarto, quoniam ſi dicatur hanc præſentiam in hoc conſiſtere, quod obiectum per ſe ipſum adſit potentiæ, & coniungatur illi ad efficiendam intuitionem ſui. Cõtra: quia hoc etiam reperitur in cognitione Dei: & præterea falſum eſt hoc per ſe requiri ad viſionem intuitiuam, vt ſic: nam fieri poteſt viſio intuitiua, per ſpeciem obiecti, etiam ſi obiectum ipſum per ſe non ſit intra ipſam potentiam, vt patet in viſu corporeo, & cognitione intuitiua Angeli, quam vnus habet de alio: poſſe autem talem viſionem fieri per ſpeciem, clare conſtat: quia cognitio non habet, quod ſit intuitiua formaliter ex principio efficiente: ſed ex modo, quo terminatur immediate ad obiectũ in ſe, & prout in ſe exiſtit: & hoc habere poteſt, ſiue fiat per ſpeciem, ſiue alio modo: ergo viſio Dei quidditatiua neceſſario etiã intuitiua eſt. Hæc ſunt argumenta, quibus Suarez ſuam ſententiam munire laborat.

---

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

6. IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in 2. diſtin. 3. quæſt. 9. litera H. vbi hæc profert. *Nulla repugnantia occurrit, quod intellectus creatus habeat talem cognitionem per ſpeciem diſtincte repræſentantem diuinam eſſentiam, dum tamen non intuitiue*: cognitio autem de qua hic loquitur eſt quidditatiua, quia eſt diſtincta, vt patet ex contextu ibidem litera D. vbi ait. *Bene quidem poſſibile eſt habere cognitionem diſtinctam, licet abſtractiuam*, ſequuntur Doctorem Lychetus, Bargius, & Tataretus, ibidem Guillelmus Rubionis in 2. quæſtione prologi & in 2. diſtin. 4. quæſtione 1. Baſſolis 1. quæſt. prologi, & in 2. diſtin. 3. quæſt. 3. artic. 2. Petrus Alliacenſis quæſt. 1. prologi artic. 2. Dominus Rada 3. part. controu. 8. artic. 2. concluſione 7. pater Herrera in 2. diſput. 9. quæſt. 5. concluſ. 4. & nouiſsime Phylippus Faber in 2. diſt. 3. diſput. 25. cap. 3. & 4. atque omnes Scotiſtæ tam veteres, quam recentiores, nullo dempto: ex Nominalibus autem OKam quæſt. 1. prologi artic. 5. Gabriel ibidem artic. 3. concluſ. 2. 3. & 4. Ioannes Maior in 2. diſtin. 3. q. 9. concl. 5. & quæſt. 3. prologi.

Lychetus. Bargius. Tataret. Baſſolis. Rubionis. Alliacen. Rada. Herrera. Faber. OKam. Gabriel. Maior.

7. Propter literam Scoticam intelligendam, & vniuerſam difficultatem explanandam, primo obſeruare oportet, non eſſe confundendam quæſtio-

nem de qualitate cognitionis, ſeu ſciẽtiæ cũ illa de poſsibilitate ſpeciei impreſſæ, de qua late diximus ſupra in difficultate vigeſima quarta: ibi enim oſtenſum fuit poſſe creari à Deo ſpeciem repræſentantem diuinam eſſentiam, ſicuti eſt: hoc eſt, etiam exiſtentem, & præſentem. Vnde tota ratio difficultatis ibi exorta fuit ex parte repræſentantis, quatenus Authores quidam eius poſsibilitatem negantes, creaturam aliquam Dei eſſentiam repræſentare, eo quod infinita eſt, repugnare arbitrati ſunt: in iſta verò non ſolum hæc ratio vrget, ſed etiam ex parte obiecti repræſentati alia maior repugnantia reperiri videtur: nam repræſentari diuinam eſſentiam in ſua propria exiſtentia, præſentem que intellectui, eſt repræſentari ſicuti eſt: repræſentari autem abſtrahendo ab exiſtentia, & per hanc ſpeciem quidditatiue eſſentiã videri, videtur eſſe, diuinam eſſentiam repræſentari ſicuti in ſe non eſt: quia diuinum exiſtere proculdubio eſt de eſſentia ipſius eſſentiæ Dei. Suppoſito ergo ex citata difficultate creabilem eſſe ſpeciem repræſentantem infinitam Dei eſſentiam: controuertitur in præſenti: an ſit creabilis ſpecies, quæ repræſentet quiditatiue diuinam eſſentiam & diſtincte, quin repræſentet eam in propria exiſtentia præſentem, & ex conſequenti dabilis ſit Dei quidditatiua cognitio, quin ſit intuitiua viſio?

8\. Quo ſuppoſito, ad exponẽdam Scoti ſententiam adducunt fere omnes Scotiſtæ ſimilitudinem ſpeciei abſtractiuæ, quam Deus poteſt in intellectu creato producere. Et ab hoc ſimili maxime laborat Lychetus, & alij in oſtendendo poſſe etiam Deum abſtractiuam ſpeciem, diſtinctam tamen, & quidditatiuam ſuæ eſſentiæ in intellectu creare: qua quidem intellectus cognitionem etiam abſtractiuam diſtinctã, & quidditatiuam diuinæ eſſentiæ eliciat. Sic pater Herrera notabili quarto intendit, cognitionem hanc quidditatiuam diuinæ eſſentiæ ab actuali exiſtentia abſtrahere, ex dicta ſimilitudine ad creatam. Argumentum attamen iſtud à ſimili parum, aut nihil valet ob perſpicuam diſparitatem rationis, quam in argumento primo inſinuat Herrera: quoniam increatis exiſtentia accidit eſſentiæ, ita quod ſit eius primum prædicatum accidentale, à qua ex conſequenti optimè poteſt abſtrahi eſſentia, & ſic abſtracta cognoſci: in Deo autem repugnat per locum intrinſecum concipere eſſentiam abſtractam ab exiſtentia, ſicut repugnat concipere aliquid ſine eo, quod eſt de eius ratione formali: exiſtentia etenim intrat conceptum formalem, & quidditatiuum diuinæ eſſentiæ: ergo nec per Dei potentiam poteſt dari ſpecies repræſentans diſtincte, & quidditatiue diuinam eſſentiam, abſque eo quod etiam exiſtentiam repræſentet: vnde ſi notitia abſtractiua, & intuitiua diſtinguerentur penes abſtrahere, vel non abſtrahere ab exiſtentia: mehercle non video, vnde poſsit ſolui prædictum argumentum, aut Scoti ſententia defendi: quia cum cognitio diſtincta ſit à diffinitione ad diffinitum: ſicut non poſſum hominem diſtincte, etiam abſtractiue cognoſcere, quin illum cognoſcam animal rationale: ſic nec poteſt quilibet intellectus creatus, imò nec increatus, diuinam eſſentiam diſtincte quidditatiue etiam abſtractiue cognoſcere, quin illam exiſtentem cognoſcat.

Eſt igitur ſecũdo obſeruandum ad ſolutionem iſtius difficultatis, & literæ interpretationem, Doctorem ſubtilem in citata quæſtione conſtituiſſe differentiam inter notitiam abſtractiuam in communi, & intuitiuam, & dixiſſe differẽtiam notitiæ abſtractiuæ eſſe abſtrahere ab actuali exiſtentia: differentiam vero intuitiuæ eſſe terminari ad rem in propria exiſtentia præſentẽ. Ex quibus colligendũ eſt, quod tanquam vltima ratio conſtitutiua notitiæ intuitiuæ, vt intuitiua eſt, non eſt exiſtentia vt cumque, ſed præſentia obiecti in illa. Quod ibi declarat litera C. his verbis. *Voco abſtra-* 9.

ſtractiuam, quæ eſt ipſius quidditatis, ſecundum quod abſtrahitur ab exiſtentia actuali, & non exiſtentia: ſecunda, ſcilicet, quæ eſt quidditatis rei ſecundum eius exiſtentiam actualem, vel quæ eſt rei præſentis ſecundum talem exiſtentiam, voco cognitionem intuitiuam. In quibus verbis maxime aduertendum eſt ibi Scotum intelligere per exiſtentiam actualem nō ſolum modum illum realitatis, quo res habet eſſe extra cauſas, ſeu quo habet formaliter eſſe reale in rerum natura: ad hoc enim non ſæpe repeteret *actualem*: dicendo enim *exiſtentiam*, illum prædictum modum realitatis, quo res eſt extra ſuas cauſas, ſufficienter exprimebat: quando ergo addit *actualem*, idem eſt, ac ſi diceret exiſtentiam præſentem: actualitas enim exiſtentiæ obiecti eſt præſentia reſpectu notitiæ.

10. Porrò hoc declarant verba illa, *ſecundum eius exiſtentiam actualem, vel quæ eſt rei præſentis ſecundum talem exiſtentiam.* Quæ verba poſteriora ſunt declaratiua præcedentium: quod cōfirmatur ex pluribus ſuæ doctrinæ locis, vbi has notitias diſtinguit penes præſentiam, & abſentiam. Vnde notitia intuitiua eſt rei præſentis, vt præſens eſt: abſtractiua vero rei abſentis, vt abſens eſt, quod fatetur ipſe Herrera citata diſputatione. quæſt. 2. notab. 4. præſentia igitur obiecti eſt ratio differentialis notitiæ intuitiuæ: abſentia verò obiecti eſt propria ratio conſtitutiua notitiæ abſtractiuæ: quia ergo abſtractiua cognitio abſtrahit à præſentia obiecti: & exiſtentia obiecti euidenter non poteſt cognoſci abſente obiecto: (quia ſi ipſum obiectum nunc intuitiue euidenter cognoſcitur, quia eſt præſens ſignifico quando abeſt, poteſt deficere eius exiſtentia, & ideo eius exiſtentia probari euidenter non poteſt, obiecto abſente) ideo ait Doctor, abſtractiuam notitiam, eo quod eſt rei abſentis, abſtrahere etiā ab exiſtentia actuali: & hæc eſt (meo videri) genuina littera Scoticæ interpretatio: atqui ſi daretur aliquod obiectum, cuius exiſtentia euidenter poſſet cognoſci, etiam abſente eodem obiecto: profectò reſpectu talis obiecti dari poſſet cognitio euidens quidditatiua abſtractiua, quin abſtraheret ab exiſtentia obiecti: ad quam quidem, ad hoc, vt formaliter abſtractiua eſſet, ſufficeret abſtractio à præſentia: ergo in hac præciſa abſtractione à præſentia, & non in abſtractione ab exiſtentia, vt conditione præſentia, interest conſiſtere ratio abſtractiuæ cognitionis.

Dari autem obiectum, cuius exiſtentia in eius abſentia poſſit euidenter cognoſci, hoc tantum reperiri poterit in illo obiecto, cuius exiſtentia per locum intrinſecum repugnat deficere: quæ tamen repugnantia ex nullo alio capite prouenire poteſt, niſi quia illius obiecti eſſentiæ eſſentiale eſt exiſtere: cognita ergo euidenter eſſentia talis obiecti, cognoſcitur quoque euidenter eius exiſtentia: ergo non indiget intellectus præſentia talis obiecti, ad hoc vt eius exiſtentiam euidenter cognoſcat: ergo dabilis eſt euidens cognitio alicuius obiecti, vt exiſtentis, abſque eo quod detur illius, vt præſentis, quod Suarez repugnare credebat: tale autem obiectum non eſt ſola diuina eſſentia: ergo de primo ad vltimum poteſt dari cognitio euidens quidditatiua diuinæ eſſentiæ, vt exiſtentis, quin detur ipſius, vt præſentis. 11.

Demum, hanc exiſtentiæ euidentiam non inferre intuitiuam cognitionem planè conſtat, ex eo quod euidens cognitio ſinè intuitione in omni ſcientia reperitur: quoniam cum ſcientia ſit habitus euidens, euidentia demonſtratiue acquiſita, & tamen ſcientia intuitionem obiecti non includat, eo quod abſtractiua notitia eſt, & ad obiecti tātummodo quidditatem terminatur: hinc conſequenter cōſtat, ſine intuitione euidentem notitiā reperiri: eui- 12.

dens: ergo notitia idem eſt, quod diſtincta, & diſtincta idem eſt, quodquidditatiua, & quidditatiua, abſtractiua optime eſſe poteſt, prout expreſsit Doctor litera D. inquiens: *Nam abſtractiua diſtinguitur incõfuſam, & diſtinctiam penes rationem aliam, & aliam cognoſcendi.*

13. Suppoſito igitur poſſe dari cognitionem abſtractiuam euidentẽ de diuina eſſentia, vt exiſtente, & quod tãtum ei deficeret præſentia eſſentiæ, adhoc, vt hæc notitia etiam intuitiua eſſet: prout docet Doctor ſub liter. C. his verbis, *quod autem poſt raptum poſſet ſpecies obiecti diſtincte manere, videtur: quia hoc eſt perfectionis in intellectu quod poteſt conſeruare ſpeciem obiecti, ceſſante præſentia obiecti:* hinc cõſtat præſentiam obiecti eſſe rationem præciſam differentialem cognitionis intuitiuæ: quo admiſſo, intelligat Suarez, quid ſit hæc præſentia, an, videlicet, ſit indiſtantia localis: an vero præſentia obiectiua? ad quod reſpondeo non eſſe indiſtantiam localem: quia licet reſpectu cognitionis ſenſitiuę hæc indiſtantia poſsit eſſe ratio intuitionis: tamen reſpectu intellectualis cognitionis in ordine ad obiectum, quod nec circunſcribitur, nec diffinitur loco nullatenus in indiſtantia locali poterit hæc obiectiua præſentia conſiſtere. Nec eſt præciſa præſentia obiectiua, prout expreſsit Doctor ibidem hæc dicens. *Ceſſante iſto actu videndi, poteſt haberi memoria obiecti, & hoc ſub ratione diſtincta, ſub qua erat obiectum viſionis, licet non ſub ratione præſentiæ actualis: quia talis præſentia non manet poſt actum in ratione cognoſcibili: igitur per aliam rationem perficientem intellectum talem, poteſt obiectum iſtud iſto modo obiectiue eſſe præſens.*

14. Profecto his verbis aperte oſtendit Doctor dari etiam præſentiam obiectiuám in illa cognitione abſtractiua diſtincta. Cuius ratio eſt: quia vt obiectum aliquod quomodolibet cognoſcatur, debet fieri præſens potentiæ, vel in ſeipſo, vel in ſpecie repræſentante ſe: & ideo hic duplicem præſentiã diſtinguit Scotus, & ſcilicet, præſentiam obiectiuám, quæ preciſe ad cognitionem neceſſaria eſt, & poteſt dari in ſpecie: & hanc requiri ad cognitionem abſtractiuam aperte docet: ex quo ſequitur, hanc obiectiuam præſentiam non eſſe rationem differentialem notitiæ intuitiuæ. Secũda ergo præſentia ab Scoto aſsignata eſt præſentia actualis obiecti in ſe ipſo, qua obiectum fit præſens intellectui, non in aliquo repræſentante, ſed immediate in ſe: & hoc eſſe præſens actualiter in ſe, idem eſt, quod eſſe pręſens in ſua propria exiſtentia: & ideo ſtatuit Doctor rationem differẽtialẽ notitię intuitiuę includẽdo in illa exiſtẽtiã obiecti, nõ quidẽ pro formali, ſed pro connotato. Hoc eſt, quia præſentia obiecti in ſe, cõnotat exiſtẽtiã obiecti, quod præſens eſt: & ideo formaliter in hoc conſiſtit præſentia, quæ eſt ratio differentialis cognitionis intuitiuæ, ſcilicet, in hoc, quod eſt obiectum ipſum, prout in ſe exiſtens, eſſe præſens potentiæ: quia tamen obiectum duplex ſortitur munus, & ſcilicet mouere potentiam, & eius notitiam terminare: non ad primum requiritur hæc obiecti præſentia: hoc enim ſufficienter præſtat ſpecies: ſed ad ſecundum, nempe ad terminare: quia notitia terminata ad hoc obiectum, prout in ſe ipſo eſt potentiæ præſens, eſt formaliter intuitiua, & non aliter.

Eſt inſuper tertio obſeruandum 15.
ex Doctore in prologo quæſt. 4. art. 1. (quod latiſsime diſputatur vbi in noſtra difficultate 12. & reſoluitur ibi num. 40. & 54.) ex quatuor conditionibus, quæ requiruntur ad rationem veræ ſcientię, eſſe vnam principalem, quod ſit de obiecto neceſſario, per quam conditionem excluditur à ratione veræ ſcientiæ quælibet cognitio contingentium: quia cum contingens poſsit deficere, daretur tunc, quod maneret ſcientia deficiente obiecto, & tunc eſſet ſcientia de obiecto non ſupponente: in Deo autẽ ſunt quædam neceſſaria, quæ, ſcilicet, pertinent ad ipſum Deum ad intra: & hæc quidem ideo neceſſaria ſunt; quia cum naturalia ſint ipſi Deo per

locum

locum intrinſecum, repugnat deficere, & quamuis in creatis omne neceſſarium, de quo datur ſcientia, ſit vniuerſale: & ideo de ſingularibus nulla datur ſcientia, quia contingentia ſunt: & ideò contingentia ſunt, quia omnis exiſtentia creata contingens eſt, & ſingularia creata contingenter exiſtunt: at verò, quia ſingulare diuinum eſſentialiter exiſtit, eius exiſtentia neceſſaria eſt, & ipſum ſingulare neceſſarium: & ideo de illo poteſt dari perfectiſsima ſcientia.

16. De Deo etiam dicuntur aliqua cõtingẽtia, quæ licet Deo conueniant, non tamen ſunt intra Deum, ſed extra ipſum, vt ſunt plura obiecta theologica, nẽpe Incarnationis myſteriũ, iuſtificatio impij, inſtitutio Sacramẽtorum, & ſimilia. quæ licet ad obiectum beatificum non pertineant, perfectiſsime tamẽ a beatis videntur in patria: loquendo ergo reſpectu contingentium, quæ beati intuentur in Deo, quamuis detur perfectiſsima intuitio, non tamen poteſt intuitio illa eſſe ſcientia in rigore, de qua hic inquiritur: reſpectu vero neceſſariorũ, quæ vident in Deo, eſt perfectiſsima ſcientia, vt Doctor in citato loco cõcludit, dicens. *Hoc poteſt concedi, videlicet, quod beatus verè poteſt habere ſciẽtiam theologicam, quantum ad omnes conditiones: quia omnes conditiones ſcientiæ vere concurrunt in cognitione beatorum.* Quod patet, diſcurrẽdo per quatuor conditiones ſcientiæ ſtrictè ſumptæ ita à Doctore aſsignatas: quarum prima eſt, quod ſit notitia certa beatorum: ſecunda, quod ſit de obiecto neceſſario: tertia, quod ſit cauſata à cauſa euidente: quarta, quod ſit applicata ad cognitionem per diſcurſum ſyllogiſticum. De prima namque patet: quia cognitio beatorum eſt ſine deceptione: item de ſecunda, ſupponitur enim neceſsitas exiſtentiæ Dei, & eorum, quæ ſibi naturalia ſunt, & à beatis videntur: tertia conſtat: quia eſt à principio per ſe noto: viſio enim beata cognitio euidens eſt primorum principiorum, ſcilicet, diuinæ eſſentiæ, & eorum, quæ ſunt illi naturalia: et ex hoc euidenti principio, beatus videt Deũ quo infert cõcluſiones ſcientificas: quarta tandem manifeſta eſt: non enim ſolum in beatis, verùm, & in Angelis hunc diſcurſum reperiri docuit Scotus: quia licet vnico intuitu cognoſcat concluſiones, & præmiſſas, ſatis eſt concluſionem ordine naturæ inferri ex præmiſsis, vt ſit vere diſcurſus.

Ex quibus concluditur, Theologiam beatorum rigoroſam ſcientiam eſſe, ipſam verò viſionem beatam formaliter in ſe non eſſe ſcientiam: quã uis enim ſit euidens: eſt tamen incomplexa cognitio diuinæ eſſentiæ: ſcientia vero eſt de complexis: eſt ergo viſio beata cognitio quædam admodũ habitus intellectus, qui eſt habitus primorum principiorum, eo quod eſt cognitio euidens principij omnis ſcientiſitæ Theologiæ beatorum.

An verò viſio beata ſit cognitio, ſpeculatiuã, an practica? facile conſtare poteſt ex doctrina, quam latiſsime tuetur Doctor in quæſt.5. prologi: vbi eam reſoluit eſſe practicam, quæ eſt directiua voluntatis ad dilectionem finis. intellectum enim fieri practicum, nihil aliud eſt quam extẽdi ad directionem voluntatis, ex qua directione notitia illa eſt practica: cũ ergo viſio beata ſit directiua voluntatis ad frui fore quæ eſt dilectio Dei clare viſi, ex conſequenti erit cognitio practica. Vide hanc rationem praxis ſupra in quæſt.5. prologi textualis art.11. & in expoſitione articuli num.2.3.& 4. 18.

§.3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

HIS ergo præhabitis difficultatem concludendo, dico primò, quod non implicat dari quidditatiuam, & diſtinctam cognitionem diuinæ eſſen- 19.
1. conclu.

næ eſſentiæ, abſque eo quod ſit intuitiua. Concluſio hæc eſt expreſſa Doctoris, vt patuit in litera ipſius, quæ pluſquam ſatis probata eſt à num. 7 vſque ad 10. probatur amplius à Doctore loco citato argumento efficaciſsimo de raptu D. Pauli poſito ſupra in difficultate 23. num. 29. Et præterea: quoniam de facto habuerũt Angeli hanc cognitionem, antequam eſſent beati: ergo &c. Antecedẽs probatur ex D. Auguſt. 4. ſuper Geneſ. cap. 23. vbi ait, quod Angeli habuerunt cognitionem matutinam in verbo, in quo cognouerunt creaturas fiendas: ergo ante viſionem beatam habuerũt diſtinctam cognitionem de Deo. *D. Auguſ.*

20\. Quod confirmatur, ſupponendo cum eodem ſanctiſsimo Doctore ibidem, quod ſex illi dies, in quibus rerũ creatio aſsignatur, non fuerunt ſucceſſione temporis, ita vt verus dies temporaneus diei ſuccederet: ſed in cognitione Angelica reſpectu creaturũ rerum habentium ordinem inter ſe. *Ita quod prius naturaliter cognouit Angelus creaturam in verbo, ſecundo in genere proprio, & non ſtando ibi, rediit in verbum laudans ipſum ex opere ſuo, & in illo iterum vidit rationem ſequentis creaturæ naturaliter: ita quod quando Deus dixit, fiat lux: vidit Angelus ſe in Verbo æterno, cum facta eſt lux: & cum factum eſt vſpere, vidit ſe in genere proprio: & cum factũ eſt veſpere, & mane dies vnus, ex ſe reſurrexit in laudem Dei, in quo vidit ſecundã creaturam: ita quod iſta viſio erat terminus præcedentis diei, in quantum ex cognitione creaturæ primæ in verbo ſurrexit in cognitionẽ Verbi, imò requies omnium creaturarum in primo Artifice & Opifice. Ita diſtinguit Auguſtinus* (inquit Scotus) *ſingulos dies vſque ad diem ſeptimũ, cui erat mane vltimæ creaturæ in verbo, & non ſequebatur veſpere, & erat principium ſequentis diei, in quantum vidit illam creaturam in genere proprio, & licet ipſe illã cognitionem rerum in verbo poſuerit beatificam, ſicut apparet ibi in principio cap. 22. poteſt tamen probari ex dictis eius, quod hæc cognitio, quæ vocatur cõmuniſſime cognitio matutina, ſit naturalis, & præciſe beatifica: quia ſecundum eum iſte ordo erat in cognitione Angelica creaturæ poſt creaturam: quod prius naturaliter præceſſit cognitio Angelica creaturarum in verbo cognitionem earum in genere proprio: factis autem creaturis in genere proprio, ſtatim potuit Angelus cognitionem earum habere in genere proprio: igitur omnes iſtæ cognitiones in verbo præceſſerunt naturaliter cognitionem creaturarum in genere proprio: omnes igitur ſecundum eũ erant ſimul productæ: igitur cognitio iſta in verbo naturaliter præceſſit productionem earum in genere proprio: ſed tunc erãt Angeli in ſtatu innocentiæ, & non beati: quia aliqua morula fuit inter creationem, & lapſum eius. erat igitur aliqua cognitio Angelorum matutina, ſcilicet, creaturarũ in verbo exiſtentium in naturalibus, aut ſaltem non beatorum: & ita videtur, quod oporteat dari diſtinctam cognitionem Angelis ſtantis in cognitione naturali, vel in gratia: quia aliàs in ipſa cauſa præciſſe cognita non poſſet prius cognoſcere creaturas, & effectus ordinatos, quam in genere proprio: nam ratio cognoſcendi rem confuſe, non eſt ratio cognoſcendi eam diſtincte, & effectus ordinatos.*

Profecto diſcurſus iſte Scoticus ſubtilitatem ſui Authoris excellit: in eo etenim quædam ſupponit Doctor (cuius ſunt omnia recitata verba) quędam verò ex ſuppoſitis ſubtiliter infert, quo cõcluſionem manifeſte probat: ſupponit namque ex D. Auguſtino, Angelos prius cognouiſſe creaturas in Verbo, quã in genere proprio, quæ cognitio à D. Auguſtino vocata eſt matutina, & ſupponit, hanc cognitionem fuiſſe diſtinctam, videlicet creaturarum ordinem habentium inter ſe, vtpote vnius præcedentis, & alterius ſubſequentis: oſtendit autẽ iuxta ipſum D. Auguſtinum, cognitionẽ hanc fuiſſe Angelorum ante beatitudinem) quæ ſolummodò in viſione intuitiua habetur.) & probat non haberi poſſe cognitionem diſtinctam effectuum in cauſa, niſi ipſa cauſa ſit diſtinctè præcognita: ex quibus concluſionem ſic infert, ſyllogiſtico diſcurſu formato: Angeli antequam eſſent beati, cognouerunt diſtinctè creaturas in Verbo: ſed non poterat dari diſtincta cognitio creaturarum in Verbo, niſi præſuppoſita diſtincta cognitione 21

Digitized by Google

tione ipſius Verbi: ergo ante quam eſſent beati habuerũt diſtinctam cognitionem Verbi: hæc autem cognitio non erat beatifica, vt ſupponitur ex maiori: ergo nec erat intuitiua: ſiquidem ſupponimus ex late probatis, viſionem beatam formaliter intuitiuam eſſe: ergo fuit abſtractiua; quia non eſt dare medium: ergo de facto habuerũt Angeli cognitionem abſtractiuam diſtinctam de Deo: ſed cognitio diſtincta eſt quidditatiua: ergo dabilis eſt cognitio abſtractiua diſtincta, & quidditatiua diuinæ eſſentiæ, abſque eo quod ſit intuitiua.

23. *2. concluſ. 1. Corinth. 1. Ioannis.* Dico ſecundo, quod viſio beata eſt vere quidditatiua, & intuitiua. Concluſio hæc eſt catholice vera, probatur ex prima Corinth. cap. 13. *Tunc cognoſcam ſicut cognitus ſum, & videbimus facie ad faciem*: item 1. Ioannis cap. 3. *Videbimus eum ſicuti eſt*: & ratione probatur: quia viſio beata, & cognoſcit euidenter eſſentiam, & exiſtentiã, & ad ipſam, prout in propria exiſtentia præſentẽ terminatur: ſed hæc ſufficiunt, vt ſimul ſit viſio quidditatiua, & intuitiua: ergo &c. Probatio minoris ſatis patet ex hic notatis. Maior vero probatur: quia illa cognitio non innititur principio aliquo obſcuro, neque authoritate dicentis, neque aliqua ratione probabili: ergo fundatur in ipſa euidentia obiectiua in ſe. Conſequẽtia probatur: quia quidquid cognoſcitur in ſe, & ſine medio, aperte, & clare videtur.

24. *3. concluſ. Suarez.* Dico tertio, viſionem beatam non eſſe ſcientiam proprie dictam. Concluſio eſt contra Suarium, & probatur: quoniam ad ſcientiam in rigore ſumptam requiruntur illæ quatuor conditiones ſupra poſitæ numer. 16. quas Scotus ſumpſit ex Ariſtotele: ſed viſioni beatæ deficiunt duæ poſteriores conditiones: quia non eſt cognitio cauſata à cognitione principij per ſe notiſſimo ipſa eſt cognitio talis principij, vt notatum eſt. Nec etiam eſt habita per diſcurſum: diſcurſus etenim eſt tertia operatio intellectus: viſio autem beata eſt prima trium intellectus operationum: quia eſt ſimplex diuinæ eſſentiæ apprehenſio: ergo eſt ante intellectus compoſitionem, ſeu diuiſionem, & ratiocinationem, per quã ſcientia generatur: ergo non eſt propriæ ſcientia.

Dico quarto, quod viſio beata eſt cognitio perfectiſsima, omnem ſcientiam longe ſuperans. 25. *4. concluſ.* Cõcluſio eſt certa: & probatur verbis Scoti in quæſt. 4. prologi art. 1. vbi hæc ait: *eſt perfectiſsima cognitio: quia determinate veridica eſt viſio: quia de veritate eſt viſio veridica, quæ non manet, obiecto non præſente in ſe, ſicut ſcientia noſtra.*

§. 4.

Soluuntur argumenta pro priori ſententia.

AD argumenta ergo, & ad primum reſpondeo, verum eſſe non poſſe 26. *Ad arg. pro 1. ſent. & ad 1.* cognoſci Deum quidditatiue, quin eius exiſtentia cognoſcatur, eoque quod eſt de eſſẽtia eſſentiæ, vt argumentum intendit: falſum eſt tamen, non aliud requiri ad cognitionem intuitiuam, quã terminari ad rem exiſtentem: nam differentialis ratio intuitiuæ notitiæ eſt ad rem, prout præſentem in propria exiſtentia terminari.

Ad ſecundum conceditur, præſentiam obiecti in ſe eſſentialiter præ- 27. *Ad 2.* requiri ad notitiam intuitiuam. Ad huius tamen reſponſionis impugnationem reſpõdeo, quod licet non poſsit euidenter cognoſci exiſtentia rei creatæ, ſine eius præſentia, bene tamẽ poteſt euidenter cognoſci exiſtentia Dei, ſine ſui præſentia: cuius ratio à priori probata eſt ſupra num. 10. & ſequentibus: quia ſcilicet, quæcunque creata exiſtentia eſt contingens, & ad ſui euidentem cognitionem debet fieri præſens potentiæ; eo quod ſi præſens non ſit, dubitat potentia, an defecerit nec ne? Siquidem contingens eſt, & deficere poteſt: & ideo non poteſt, ſine præſentia euidenter cognoſ-

Digitized by Google

cognoſci: quia vero diuina exiſtentia non eſt minus neceſſaria, quàm eſſentia, ideo eadem euidentia poteſt cognoſci qua cognoſcitur eſſentia: cum autem eſſentia quælibet, etiam ſi abſens ſit, cognoſcatur euidenter, conſequenter diuina exiſtentia nō indiget præſentia, vt euidenter cognoſcatur.

28. *Ad 3.* Ad tertium iam patet ex notatis, præſentiam iſtam eſſe obiecti præſentis, prout in ſe ipſo, & in propria exiſtentia eſt præſens: quando autem dicis, quod hęc præſentia non poteſt ab eſſe reſpectu actus, qui ſit per ipſam viſionem, hoc tibi libenter concedo: quia ſi viſio eſſet, & conſequenter intuitiua, eſſet contradictio in adiecto non terminari ad præſentiam: poteſt tamen abeſſe reſpectu actus, qui fit per cognitionem quidditatiuam abſtractiuam: hæc etenim terminatur ad obiectum, nō prout in ſe eſt in exiſtentia præſens, ſed prout in ſpecie repræſentatum relucet: & ideo ab hac cognitione poteſt abeſſe præſentia obiecti, quatenus præſentia dicit, quod ſit in ſe ipſo, & in propria exiſtentia præſens.

29. *Ad 4.* Ad quartū dico, quod & ſi intuitio fiat media ſpecie repræſentante obiectum, ita vt ipſa ſit intra potentiam per informationem: non verò obiectū ipſum neceſſum ſit eſſe intra potentiam: eſt tāmen neceſſarium, quod ipſum obiectum ſit realiter præſens in ſe ipſo tali potentiæ, licet non intra potentiam: eſſe autem præſens in ſe ipſo tali potentiæ eſt quædam vnio extrinſeca, qua obiectum ſe ipſum intellectui manifeſtat, eius perceptionem, & tendentiam terminando. Aliter etenim terminat obiectum reſpectum viſionis, & intuitionis, & aliter terminat reſpectum abſtractiuę cognitionis: nam abſtractiua cognitio terminatur ad obiectum, prout in ſpecie relucet: quia cum obiectum ſit abſens, eius præſentiā ſupplet repræſentatio illius ſpeciei: at vero intuitio terminatur ad obiectum ipſum in ſe: quia cum præſit, non poteſt ſpecies illa eius vicē ſupplere quoad terminationem: nunquam enim repræſentans gerit vicem repræſentati, niſi quādo loco eius abſentis ſubſtituitur: non autem ſubſtituitur, præſente obiecto, ni ſi ad mouendum per intrinſecam informationem, quod obiectum ſæpè præſtare non poteſt: cum ergo obiectum ipſum, vt pręſens, poſsit viſionē terminare, non reſtat ſpeciei aliquid terminandum.

DIFFICVLTAS XXXI.

Vtrùm Trinitas perſonarum, aut attributa diuina intrent rationē formalē obiecti beatifici: & an diuina eſſentia, non viſis perſonis, aut attributis, poſsit intuitiue videri?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum ſententia Thomiſtarum plurium argumentis roborata.

NON vnica, ſed plures difficultates clauduntur ſub iſta: quamuis etenim ſtando in æqualitate Scoticæ diſtinctionis eſſentiæ, videlicet ab attributis, & relationibus, à qua diſtinctione ſumenda eſt ratio ſpecificatiua, & terminatiua vnius obiecti, prout non includentis aliud: propterea que de viſione eſſentiæ abſq; viſione perſonarum, attributorumve, idem prorſus dicendum fore cenſeatur: longe tamē diſpar eſt ratio de attributis, quàm de relationibus in ordine ad viſionem beatam, in quantum beata eſt, vt notauit Baſſolis in primo diſtinctio ne prima quæſt. 1. artic. 3. §. *ſed non video*: quoniam cum relationes, ſecundum 1.

ſcundum Doctorem, nullam formalem perfectionem ſuperaddant diuinæ eſſentiæ: non officit carentia viſionis earum perfectiſsimæ beatitudini viſionis eſſentiæ: & ideo admiſſo ſemel: quod ſine relationibus eſſentia poſsit videri, adhuc talis viſio perfectiſsime beata erit, eo quod nihil ſibi formaliter infinitum ex parte obiecti deficiat: attributa vero proculdubio perfectiones formaliter infinitas in ſuis conceptibus formalibus includere certum eſt. Et ex hoc nouo oritur difficultas: quoniam etiam ſi ob diſtinctionem formalem ex natura rei concedamus, eſſentiam non minus videri poſſe, ſine attributis, quàm ſine perſonis: nõ tamen ob id admittendum videtur, viſionem illam eſſentiæ, ſine attributis, ſimiliter ad æquare eſſe beatam: quià non terminatur ad perfectiones attributorum: & ex conſequenti deficiũt ſibi plures rationes formaliter infinitæ ex parte obiecti, quæ quidem requiruntur ad rationem viſionis beatæ. In duplici ergo ſenſu ventilari poteſt controuerſia iſta: prius etenim poteſt inquiri, an videri poſsit diuina eſſentia, abſque eo quod videantur perſonæ, aut attributa? in poſteriori vero ſenſu, an talis viſio eſſet beata? & rurſus, an viſio eſſentiæ, attributis non viſis, ſit beata, ſicut ſi nõ viderentur

2. perſonæ?

Huius tamen difficultatis reſolutio pendet ex hoc, an, ſcilicet, eadem ſit ratio obiecti beatifici in eſſentia, attributis præciſis, ſicut ſi relationes perſonales præſcinderentur: ſed quia in priori ſenſu eſt nobis cum aduerſarijs potiſsima colluctatio: ideo ab ea exordietur controuerſia præſens, & ſecundo ſenſui deinceps per difficultatis diſcurſum ſatisfaciam.

3. Diuus Thomas prima parte quæſtione duodecima, articulo ſeptimo ad ſecundum & tertium argumentum, loquens de ſ ctis, aſſerit beatos videntes Deum videre quidquid in eo eſt: non tamen propterea Deũ comprehendere, quia perfecte non vident. Hic autem, nihil in ordine ad abſolutam Dei potentiam determinat, quamuis citetur ibi à Patre Herrera, & ab alijs pro parte negante. Id tamen expreſſe affirmare videtur tertia parte quæſtione tertia articulo tertio, vbi ait, cognoſcentem Deum, ſicuti eſt, non poſſe circunſcribere aliquid à Deo: ſed clarius ſecunda ſecundæ quæſtione ſecunda, articulo quarto ad tertium hoc ſenſit, nempe, diuinam eſſentiam non poſſe videri, ſine perſonis, dum hæc profert. *Summa bonitas Dei ſecundum modum, quo nunc intelligitur per effectus, poteſt intelligi abſque Trinitate perſonarum: ſed ſecundum, quod intelligitur in ſe ipſo, prout videtur à beatis, non poteſt intelligi ſine Trinitate perſonarum: & iterum ipſa viſio perſonarum diuinarum perducit nos in beatitudinem*: quod etiam de abſoluta Dei potentia intelligi debet, vt exponit, & ſequitur Cayetanus ibidem. In illis autem verbis duo affirmare videtur Diuus Thomas, & ſcilicet, non poſſe videri eſſentia ſine perſonis, & ipſarum perſonarum viſionem intrare rationem obiecti beatifici, dum inquit, *& iterum ipſa viſio perſonarum perducit nos in beatitudinem.* Sequuntur Diuum Thomam omnes Thomiſtæ, quoad vtrumque, tam reſpectu perſonarum, quàm etiam attributorum: item Henricus quodlib. 2. quæſtione ſeptima, & quodlib. 3. quæſtione prima, tenet Ricardus in tertio, diſtinctione vigeſimaquarta, articulo ſecundo, quæſtione octaua: item Durandus, quæſtione ſecunda, numero vigeſimo octauo, Capreolus, Maior, Paludan. & Sotus ibidẽ, Gabriel in primo diſtinctione prima, quæſtione quinta: ex recentioribus autem Suarez prima parte libro ſecundo de attributis negatiuis capite vigeſimo ſecundo, & vigeſimo tertio, Vazquez 1. part. diſput. 48. cap. 2. & ſequentibus, ac plures alij, qui omnes cenſent, per nullã potentiam poſſe diuinam eſſentiam clare, & intuitiue videri, abſque eo quod videantur diuinæ perſonæ, & attributa, nec vnam perſonam ſine alia, aut vnum attributũ ſine alio: Trinitatemque perſonarum, ac attributa eſſentialiter claudi in conceptu forma-

D. Thom.

Caietanus. Henricus. Ricardus. Durandus. Capreolus. Maior. Palud. Sotus. Gabriel. Suarez. Vazquez.

formali obiecti beatifici.

4. Sententiã hanc vulgaribus quidem argumentis olim veteres probare intẽdebant, quorũ vrgentiora, ſunt tria ſequentia: arguebant igitur primo, quoniã cognitio intuitiua, & clara diuinæ eſſentię eſt cognitio Dei, ſicuti eſt: ſed diuina eſſentia in ſe formaliter eſt idẽ cũ tribus perſonis, & attributis: ergo qui videt diuinã eſſentiã clare, & intuitiue, non poterit nõ videre perſonas, & attributa. Quod argumetũ cõfirmatur, ex eo quod cognitio intuitiua eſt rei exiſtentis, vt exiſtens eſt, & proue in ſe exiſtit: ergo clara, & intuitiua viſio eſſentiæ terminatur ad eſſentiam, prout in ſe exiſtit: in ſe autem formaliter exiſtens eſt in tribus perſonis: ergo &c.

5. Secundo quoniã non eſt minus eadẽ ſuis ſuppoſitis diuina eſſentia, quã natura creata eſt eadẽ ſuppoſito ſuo vtpote natura mea mihi: ſed repugnat intuitiue videri naturã ſine ſuppoſito, quia eſſet contradictio in adiecto videre me ſine me: ergo non minus repugnat, videre intuitiue diuinã eſſentiã, perſonis nõ viſis. Cõfirmatur hæc ratio: quia ſi Deus exiſteret in vno tãtum ſuppoſito, ſicut natura creata, nõ poſſet videri ſine illo alias enim nõ videretur, vt exiſtens: ergo cũ pluralitas ſuppoſitorũ non minuat exiſtentiam diuinæ eſſentiæ in illis: non repugnat minus, eſſentiam ſine pluribus ſuppoſitis videri, quam ſine vno.

6. Tertio, quia tantũ neceſſario videt intellectus beati in Deo, quantũ obiectũ, nempè eſſentia diuina, naturaliter repræſentat: ſed diuina eſſentia naturaliter repræſentat ſe, & ex conſequẽti naturaliter repræſentat perſonas, in quibus naturaliter exiſtit, & attributa, quæ ſunt formaliter in illa: ergo intellectus beati neceſſario videt perſonas, & attributa, videndo eſſentiam.

7. His argumentis, & alijs ſimilis farinæ, ſuam corroborabant opinionem Thomiſtæ priſcis tẽporibus: quibus tamen prætermiſſis, vnica ſola, non noua, ſed noviter roborata ratione comprobat Gabriel Vazquez, qua (ſuo iudicio) euidenter demoſtrare affirmat, & quidem hac, hoc ſolummodo fundamento nititur etiam (ſuo videri) non minus euidenti, tum ex principijs fidei, tum etiam ex naturali Phyloſophia: illud vero eſt, in Deo propter eius ſummã ſimplicitatẽ idẽ omnino eſſe eſſentiam cum perſonis, & attributis, & ipſa etiã attributa interſe, ita vt ex natura rei nulla, nec minima ſit diuerſitas, vel diſtinctio: quare ex natura rei (inquit Vazquez) nec ſunt in Deo plures perfectiones, quas attributa nominamus: nec idẽ attributũ latitudinẽ aliquã habet intenſionis: ſed hæc omnia, quæ à nobis in via obiectũ cognitionis diſtinguũtur in Deo, ſunt inſtar puncti omnino indiuiſi: quo ſuppoſito fundamento prædictã ſententiã, ſic probat: nam viſio, qua beati Deum intuentur, ita eſt ipſius Dei, ſicuti eſt vt ipſe formaliter appareat in mente beati, quam ſit in ſe ipſo: ſed in ſe ipſo eſt omnino ſimplex: ergo neceſſe eſt, vt cætera, quæ à nobis hic, vt plura nominantur, ibi omnino indiuiſa appareant: quod ſi intellectus beati viſione ipſa vnum videret ſine alio, certe intra ſinum illius, non repræſentaretur clare id, quod in Deo eſt: qui enim diſtinguit, non cõcipit rẽ proprio quidditatiuo, & intuitiuo conceptu. Hæc Vazquius, vbi tota machina præmiſſæ, euidẽtię, & demõſtrationis finitur.

Suarez vero licet minori ſtrepitu demonſtrandi longe acutius eandem confirmat ſententiam: diſcurſus etenim, quo ad id vtitur, eſt Scoticus in penultimo argumẽto 3. art. huius quęſtionis, quem idem Doctor ſibimetipſi redarguit: & ex eo videri vrgentior eſt omnibus, qui pro hac ſententia poterunt machinari: ſic igitur eam probat citato cap. 23 nu. 20. Si videri poteſt eſſẽtia ſine relationibus, aut illud eſſet per eandem viſionẽ, quam beati nunc habent, faciente Deo, vt repræſentet eſſentiam, & non perſonas, vel per aliam viſionem diſtinctam ab ea, quæ nunc eſt: neutrum autẽ dici poteſt, vt patet: nã de priori apparet plane impoſſibile, quod illa viſio ſit, quin formaliter faciat videre omnia, quæ nũc repræſentat. In illa enim nihil aliud eſt repræſentare, quàm eſſe quandam formam, & actum vltimum, qui 8. *Argumentũ Suarij.*

for-

Vazquez.

Digitized by Google

formaliter facit rē cognoſcere, prout in ſe eſt: ergo ſi illa viſio ex natura ſua habet conferre hunc effectum formalem, qui eſt repræſentare eſſentiam, & perſonas: impoſsibile eſt, quod illa viſio maneat in intellectu, & informet illum, quin ei conferat hunc formalem effectum: quia impoſsibile eſt impediri effectum formalē formæ actu inhærentis, & informantis: ſicut impoſsibile eſſet eandem formam informare intellectum, & per illam nihil videre.

9. Si autem alteram partem eligas, vt pote, quod tunc per aliam viſionē ab ea, qua nūc de facto beati vident Deū, videretur eſſentia, non viſis perſonis, hoc non minus impoſsibile eſſe oſtenditur: quoniā aut hæc diuerſitas viſionis eſt ſpecifica, aut numerica. Primum non dices: quia ſpecifica diuerſitas viſionis ſumitur ex diuerſitate ſpecifica obiecti primarij, ad quod primario terminatur: & ſecundū Scotum diuina eſſentia eſt obiectum primarium terminans viſionem beatam: & in caſu quæſtionis eadem met eſſentia, quæ nunc terminat viſionem beatorum, terminaret viſionem ſuſtentam ſi nō videretur perſonæ. Neque ſecūdum dicere poteris: quia numerica diſtinctio non infert diſtinctionem, ex parte obiecti, ſed in ſubiecto, in quo eſt: tot enim ſunt viſiones numericè diſtinctæ, quot fuerint beati Deum videntes: quod tamen vnus videat perſonas, & nō alter, hoc quidem nequit à diſtinctione viſionis tantummodò numerica prouenire.

10. Cayetanus 1.2 loco iam citato ex ratione obiecti beatifici probat repugnantiam ad videndum intuitiue eſſentiam ſine perſonis, ſupponendo quod viſio intuitiua Dei neceſſario debet eſſe beata: argumentum autem eius (vltra ea, quæ cum alijs Thomiſtis arguit) ex eo fuit fundamento, quod, ſcilicet, diuina eſſentia, perſonis præciſis, non faciat hominis appetitum ſundatur in viſione, qua Deus ſe ipſum videt: ſicut enim Scotus (vt infra patebit) ex viſione beata, quia Pater æternus intuetur eſſentiam, infert obiectum noſtræ beatitudinis non includere Trinitatem perſonarum: ſic quā

Argumētū Cayetani.

ſi retorquendo argumentū Scoti, per oppoſitū probat ex viſione, qua Deus intuetur eſſentiam, obiectum beatitudinis noſtræ neceſſario Trinitatē perſonarū includere. Hæc enim ait Cayetanus: Scotus in hoc potiſsimū ſe fundat, quod eſſentia, vt diſtincta à perſonalibus ſit obiectum beatificum, non ſolum reſpectu creaturæ, ſed etiam ipſius Dei: id circo primo ab ipſo Deo in choandoad creaturas, proportionabilitate ſeruata, deſcēdemus ſic. Commune eſt beatitudini diuinæ, & creatæ, quod conſiſtat in viſione; ſicuti eſt; ſed ad beatitudinem diuinam plus requiri, quam ad beatitudinem cuiuſcūque creaturæ, ex eo patet, quod beatitudo creata menſuram patitur, propter quod vnus altero beatior eſt: beatitudo autem diuina exigit non quantumque cognitionem deitatis, ſed cōprehenſiuam: non enim quieſceret appetitus Dei potentis comprehendere deitatem, ſi illam non comprehenderet: ergo actus beatificus, quo Deus formaliter eſt beatus: eſt comprehenſio ſuæ deitatis: ergo eſt comprehenſio deitatis, non ſolum vt deitas, ſed vt & vna & trina eſt: ſiat tunc iſte proſyllogiſmus, & vrget argumentum Cayetani: ſed ſecundum Scotum, eadē eſt ratio obiecti beatifici reſpectu intellectus diuini, & creati: ergo in ratione obiecti beatifici, prout eſt tale obiectum commune viſioni beatæ Dei, & cuiuſcumque creaturæ intellectualis, includitur Trinitas perſonarum.

11. Hæc ſunt potiſsima argumenta quibus propoſita ſententia robnratur: quæ ſimiliter procedunt de obiecto beatæ fruitionis: quia voluntas non abſtrahit, ſed rem ab intellectu abſtractam diligit: ex quo ſic argumentum: intellectus in intuitione diuinæ eſſentiæ non poteſt abſtrahere eſſentiam à perſonis: ergo nec voluntas poteſt diligere eſſentiā, quin diligat perſonas: ſed frutio beata formaliter eſt dilectio, vt patet ex Scoto in quæſtione ſequenti articulo 1. & 2. ergo non poteſt voluntas beati frui eſſentia, quin fruatur perſonis.

Oo Poni-

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia.

12. IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in litera textuali huius 1. diſtin. & quæſtione 1. articul. 1. in corpore, vbi hæc profert. *Ipſa Trinitas non erit ratio formalis videndi, vel cauſa inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, ſcilicet, fruitionis, vel viſionis, ſed vnitas eſſentiæ.* cuius rationem reddiderat ſupra, quia, ſcilicet, *oportet, quod obiectum fruitionis ſit aliqua bonitas quidditatiua, & non perfectio ſuppoſiti. quia perfectio ſuppoſiti. vt diſtinguitur contra perfectionem quidditatiuam, nec eſt formalis ratio agendi, nec eſt formalis ratio terminandi alicuius actionis*: & in terminis quæſtionem ſoluendo, inquit in articul. 3. in corpore, *quantum ad iſtum articulum de potentia abſoluta Dei, non video contradictionem, quin poſsibile ſit ex parte intellectus, & voluntatis, quod vtriuſque actum terminet eſſentia, & non perſona: vel vna perſona, & non alia, puta, quod intellectus videat eſſentiam, non perſonam, vel vnã, & non aliam, & voluntas fruatur eſſentia, non perſona: vel vna perſona, & non alia.* Hæc Scotus loquendo de relationibus, aut perſonis: qui quidem tametſi in hac quæſtione §. *iſta quæſtio.* in præambulis ad articulos dicat, ſe hic non determinare de attributis, eo quod nondum eſſet oſtenſum, qualis ſit iſta diſtinctio, videlicet inter eſſentiam, & attributa: ex vi tamen diſtinctionis formalis ex natura rei, quam conſtituit infra in diſtinctione 8. quæſtione 4. & alibi ſæpè inter eſſentiam, & attributa, ſicut inter eſſentiã, & relationes: conſequenter idem concludit de viſione eſſentiæ ſine attributis, quod de viſione eſſentiæ ſine perſonis.

13. Sequuntur Doctorem Baſſolis in 1. diſtinctione 1. quæſtione 1. artic. 3. §. *ſed non video*: Rubionis quæſtione 6. Lychetus quæſtione 2. Antonius Andræas quæſtione ſecunda, qui quamuis videatur conſentire Scoto, prout attinet ad frutionem, non vero quoad viſionem: quia tamen ſoluit poſtea rationes, quas pro concluſione negatiua viſionis poſuerat, conſtat, tam circa viſionem, quâm frutionem in Scoti ſententia extitiſſe: item pater Rada prima parte controuer. 6. pater Herrera in primo diſputatione decima quæſtione decima, Faber in primo diſtinctione prima quæſtione ſecunda diſputatione vndecima capite tertio, & omnes Scotiſtæ, tam veteres, quâm recentiores: citari ſolent etiam ab aduerſariis pro hac ſententia ſanctus Doctor Bonauentura in tertio diſtinctione 14. artic. 1. quæſtione 2. & Ricardus quæſtione 4. eo quod dicant, aliquid de diuinæ eſſentiæ profunditate, quatenus infinita eſt, de facto latere omnem intellectum creatum: ex quo inferunt contra ipſos, cenſere quidem beatum non omnia attributa de facto videre in Deò: ſed reuera nec iſti Patres aliquid pro noſtrã ſententia determinant: nec negant de facto, beatum videre omnia attributa in Deo, ſed aiunt aliquid profunditatis diuinæ eſſentiæ, prout infinita eſt, latere intellectum creatum, non ex parte obiecti diuini latentis: ſed ex modo limitato attingendi illud ex parte intellectus creati.

Baſſolis. Rubionis. Lychetus. Ant. And. Rada. Herrera. Faber. D. Bonau. Ricardus.

Ferrarienſis verò primo contra gentes capit. 53. & Capreolus in primo diſtinctione 17. quæſtione ſecunda artic. 3. ad octauũ Durandi: imo & Caietanus prima parte quæſtione vigeſima ſeptima articulo primo dubio tertio, & plures alij Thomiſtæ, tametſi expreſſe in locis citatis Scoti ſententiæ contradicunt, ipſam tamen, ſi conſequenter loquantur, à fortiori fateri coguntur, ſiquidem dicunt, beatum formare non quidem tantum vnicum verbum, ſed plura verba, quæ vocat Capreolus inadæquata: ita quod per vnum verbum concipit beatus eſſentiam, & per aliud ſapientiam, 14.

Ferrara. Capreolus. Caietanus.

tiam, & per aliud ſapientiam, & per aliud iuſtitiam, & ſic de cæteris attributis: inſinuatque Capreolus per huiuſmodi verba non minus clare, & perfecte videri ſingula attributa, quàm ſi videretur per vnum adæquatum verbum, ſeu viſionem diuinæ eſſentiæ: qui ergo hæc plura verba de facto in viſione beata conſtituunt, & concedunt vnumquodque verbum terminari ad ſingulum attributum, à fortiori tenentur concedere per abſolutam Dei potentiam poſſe beatum habere vnum verbum terminatum ad eſſentiam, quin terminetur ad attributa, vel terminatum ad vnum attributum, quin terminetur ad aliud: & ex conſequenti, quod poteſt dari vnum verbum ſine alio: nam cum (ſecundum ipſos) ſupponatur talia verba eſſe diſtincta, poſſet Deus concurrere ad productionem vnius, quin concurrat ad productionem alterius. Vnde cenſeo, eſſe manifeſtam contradictionem in adiecto, talia verba diſtincta admittere, & poſsibilitatem viſionis eſſentiæ ſine attributis, aut vnius ſine altero contradicere.

§. 3.

Explanantur fundamenta ſententiæ Scoti.

15. IAM ergo opere pretium erit ſententiam Scoti exponere. Ad cuius intelligentiam primo obſeruare oportet, quod obiectum noſtræ beatitudinis, & beatitudinis Dei, vt ex Doctore habemus, & infra patebit, eſſe vnum, & idem ſecundum rationem formalem beandi: quoniam beare conuenit obiecto, quatenus perfectiſſime terminat viſionem, & fruitionem: ita quod intellectus in videndo, & voluntas in fruendo quietentur perfectiſsime: & cum tam videre, quam frui competat Deo, & intellectuali creaturæ; ideo illud erit obiectum beatificum reſpectu Dei, & creaturæ, quod tam Dei, quam creaturæ intellectum, & voluntatem ſatiet, & perfectiſsime quietet: ita vt nihil ſibi amplius reſtet appetendum: hac igitur de cauſa in eodem obiecto beatitudinis duplicem rationem formalem reſpectu duplicis actus, viſionis, ſcilicet, & fruitionis inueſtigare debemus, vt exinde ſatiatiua ratio beatitudinis oſtendatur. Hanc duplicem rationem tradit Doctor in hoc primo diſtinctione prima quæſtione prima articulo tertio, hæc dicens. *Teneo igitur, quod fruitio ordinata habet tantum vltimum finem pro obiecto: quia ſicut tantum aſſentiendum eſt per intellectum primo vero propter ſe: ita tantum aſſentiendum eſt primo bono per voluntatem propter ſe*: & ibi per ly, *primum* intelligit ſummum: ſic enim ſæpè vocat Deum primum ens, ac ſi dicat ſummum ens: vnde ſummum verum eſt obiectum viſionis beatæ: & ſumum bonum eſt obiectum beatæ fruitionis: ſummum autem verum, & ſummum bonum, non eſt aliud niſi Deus, qui quatenus ſummum verum ſumme quietat intellectum: & quatenus ſummum bonum ſumme quietat voluntatem: & ſecundum hanc duplicem rationem ſatiat appetitum intellectualem creatum: & increatum. 16.

16. In Deo autem plures reperiuntur formalitates, & rationes, ſub quibus eſt conceptibilis aliter, & aliter: vtpote eſſentia, attributa, potentiæ, relationes, & cætera, quorum diſtinctionem formalem ex natura rei hîc non probo: ſed ſuppono ex infra dicendis in diſtinctione octaua quæſtione quarta huius primi: ex his autem quædam prout ſunt ab eſſentia diſtincta, in ſuo conceptu formali nullam dicunt perfectionem: ſed omnis perfectio quam habent, ſibi prouenit ab eſſentia, prout identificantur cum illa, non verò in ſe: huiuſmodi ſunt relationes diuinæ, prout infra in quæſtionibus de Trinitate dicemus: quædam verò, etiam prout formaliter ex natura rei ab eſſentia diſtinguuntur, dicunt formalem perfectionem infinitam in ſe, ſed non à ſe, ideſt non quiditatiuam, & primariam, ſed bene quaſi ſecundariam, hoc eſt, non à ſe, ſed ab eſſentia manatam: vt habetur ex Doctore in citata quæſtione quarta, octauæ diſtinctionis: eſſentia verò quiditatiue, & primario eſt infinite perfecta in ſe, & à ſe: ac propterea eſt quidditatiue infinite vera, & quidditatiue infinite bona: nam etiam præciſis bonitate, & veritate tranſcendentalibus, adhuc eſſentia ipſa quidditatiue eſt vera, & bona: quamuis enim in creatis hæc tranſcendentia tribuant enti formaliter primam bonitatem, & veritatem; attamen diuina eſſentia, cum ſic fontalis plenitudo omnium perfectionum diuinarum, in ſe, & à ſe eſt quidditatiuè vera, & bona.

17. Quamuis ergo realiter in Deo eadem res ſit eſſentia, relationes, potentiæ, & attributa: diſtinguendæ tamen rationes formales cuiuſcumque: non poteſt competere ratio formalis beandi relationibus; ſiquidem perfectionem in ſuo conceptu formali non includunt, prout optimè notauit Baſſolis vbi ſupra: ac ideo relatio non poteſt beare: attributa verò, eo quod ſecundario, & non quidditatiuè, infinitam perfectionem in conceptibus formalibus ſuis includant, non poſſunt beare, eo quod non poſſunt intellectum quietare in ratione ſummi veri, nec voluntatem in ratione ſummi boni. Nec etiam: quia ſunt infinita in genere peculiari beare poſſunt: miſericordia etenim, non eſt infinita in ratione iuſtitiæ, nec è conuerſo iuſtitia in ratione miſericordię: ſed vnum quodque attributum eſt in proprio genere infinitum: de ratione autem obiecti beatifici eſt, quod infinite ſatiet, & quietet appetitum: quod minime competere poteſt attributis: quoniam videntes ſapientiam Dei, adhuc reſtat videnda bonitas, & iuſtitia &c. ſola ergo diuina eſſentia; etiam ſecundum præciſam rationem eſſentiæ, habet hoc modo intellectum & voluntatem ſatiando, & quietando beare: quia primario, & quidditatiue in ſe, & à ſe eſt ſummum verum, & ſummum bonum, non in aliquo peculiari genere, ſed in omni fontali plenitudine omnis infinitę perfectionis: quam ob rem ipſa ſola eſt finis vltimus intellectualis naturæ, et obiectum beatitudinis, ita quod ſi per impoſsibile à diuina eſſentia non emanarent attributa, & relationes, adhuc tamen ipſa præciſe conſiderata, ita eſſet perfectiſsimum beatitudinis obiectum, ſicuti modò eſt, etiam vt exiſtens in perſonis, & prout perfectiones attributales includit: nam, vt inquit Diuus Damaſcenus allegatus ab Scoto infra in citata quæſtione quarta, *inter omnia nomina de Deo dicta propriſsimum eſt, quod eſt, quia eſſe dicit quodam pelagus*

Digitized by Google

gus infinitæ ſubſtantiæ, cætera autem, ſunt quæ circunſtant naturam.

18. Ex quibus infero, quod nunc de facto beati videntes Deum, vt trinum in perſonis, & cum omnibus attributis, ea ſola ratione; quia vident diuinam eſſentiam, & fruuntur illa, ſunt formaliter beati. Vnde vt bene notauit Lychetus vbi ſupra §. *dico breuiter*: ita diuina eſſentia ſe ſola eſt tota ratio quietandi appetitum beatorum, quod non minus quietaret, prout ex ſe ſola, quàm prout in perſonis: & ideo tres perſonæ non ſunt tria obiecta per ſe fruibilia, & beatificatiua: ſed bene ſunt tria ſuppoſita habentia vnam, & eandem rationem obiecti fruibilis, & beatificatiui, quatenus habent eandem eſſentiam: & ſic in præciſa ratione beati non minus beatus erit, qui viderit perſonam Patris tantum, quàm qui viderit omnes tres perſonas ſimul, quàm etiam, qui viderit eſſentiam ſine perſonis: quia eadem prorſus eſt ratio formalis obiecti beatificatiui in vna perſona, quæ eſt in tribus, & quæ in eſſentia, præciſis perſonis: eſt enim eadem eſſentia omnino inuariata: quia tamen diuina eſſentia dicit formalem rationem intrantem conſtitutionem perſonarum: ideò nequit concipi perſona ſine eſſentia, ſicut non poteſt concipi homo ſine animali: ſed dato per impoſsibile (quod impoſsibile eſt per locum intrinſecum) quod perſona diuina poſset concipi ſine eſſentia: tunc non haberet rationem aliquam obiecti beatifici: quia vt ſic ab eſſentia abſtracta, non eſſet perſona, ſed relatio perſonalis: & relatio, vt ab eſſentia diſtincta, nullam rationem obiecti beatifici importat, vt dictum eſt: atque ideo (vt docet Scotus) licet poſſit videri eſſentia ſine perſonis, & vna perſona ſine alia; non tamen poteſt videri perſona ſine eſſentia: quia tunc non videretur diuina perſona, eo quod diuina perſona quidditatiuè includit eſſentiam.

Porrò eſt iterum obſeruandum, quod ſicut quæcumque actio, vel operatio requirit duo principia ex parte agentis, aut operantis, vtpote, principium *quod*, & *quo*, vt verbi gratia ad volendum ex parte volentis, aut operantis cuiuſcumque, requiritur principium *quod*, nempè ſuppoſitum videns, & principium *quo*, ſcilicet, voluntas, quæ eſt principium volendi: & hoc principium *quo* eſt principium formale volendi: ſic etiam requiruntur ex parte obiecti duo termini, ſcilicet, terminus *qui*, & terminus *quo* vnde Petrus dilectus eſt terminus *qui*: nam ipſe terminat amorem Pauli diligentis: bonitas autem, ob quam diligitur eſt terminus *quo*, & ratio formalis terminatiua dilectionis: plurificatio autem operationis, aut actionis, non debet ſumi penes pluralitatem principij *quod*, ſed à principio *quo*. Vnde etiam ſi ex parte agentis ſit multiplex principium *quod*, dummodo tamen principium formale *quo* ſit vnicum tantum: proculdubio vnica tantum, & non multiplex erit actio, ſeu operatio. Hoc compertum eſt inſpiratione actiua, quæ eſt vnica; & vnica productio: licet ſint duo ſpirantes, vt *quod* nempè Pater, & Filius, qui ſunt duo ſuppoſita ſpirantia: quia vterque tamen eodem principio *quo*, ſcilicet, eadem voluntate, & eadem ratione formali 19.

male ſpirandi producit. Similiter phyloſophandum eſt ex parte obiecti, quod licet in obiecto ſit multiplex terminus, *qui*, dummodo tamen in eo ſit vnicus terminus *quo*, & vnica ratio formalis terminandi, non multiplex, ſed vnica erit operatio: cum ergo in Deo ſit tantum vnicus terminus, *quo*, ſcilicet, diuina eſſentia, & vnica ratio formalis terminandi viſionem beatam, prout beata eſt, & fruitionem, vtpote quidditatiua veritas reſpectu viſionis, & quidditatiua bonitas reſpectu fruitionis: Ideo licet beatus videat plura (quia de facto videt eſſentiam, & ſuppoſita, quæ inter ſe ſunt realiter diſtincta, ab eſſentia autem ſaltim formaliter ex natura rei, ſicut & attributa) non tamen ob id viſio illa beata erit multiplex operatio, ſed vnica tantum: quia tantum vnicus eſt terminus *quo* & vnica ratio formalis terminandi viſionem beatam (quod idem de fruitione dicendum eſt) & ideo ab eſſentia præciſe dependet, tam viſio, quàm frutio.

§. 4.

Oſtenditur eadem inuariata viſione, qua videtur eſſentia, ſimul cum perſonis, & attributis, videndam fore eſſentiam ſine illis.

EX quibus infero (& eſt maxime aduertendum) quod ſicut 20.
nunc de facto eadem viſio, qua beatus videt eſſentiam, perſonas, & attributa, non eo formaliter eſt beata, quia per eam videt perſonas, & attributa: ſed quia præciſe videt eſſentiam: ſic etiam ſi nō videret perſonas, & attributa, ſed ſolam eſſentiam: illa viſio eſſet æque beata, ſicut nunc eſt de facto: & quia â termino formali accipit viſio ſuam vnitatem, vel multiplicitatem, & terminus formalis viſionis beatæ, etiam quando per eam videntur perſonæ, & attributa, eſt vnicus, nempè diuina eſſentia ſub ratione quidditatiuæ veritatis (vt dictum eſt) ideo vnica, & indiuiſibilis eſt viſio, qua beatus videt eſſentiam, perſonas, & attributa: ac propterea eadem inuariata, viſione, qua nunc de facto videt eſſentiam, perſonas, & attributa, videret tunc in caſu quæſtionis eſſentiam ſine perſonis, aut attributis: vel è contra eadem prorſus viſione, qua tunc videret eſſentiam ſine perſonis, aut attributis, poſſet de inceps, Deo volente, videre eſſentiam in ſimul cum perſonis, & attributis.

Profecto doctrina hæc plana eſt, quo ad vnum, quòd, 21.
ſcilicet, eadem eſſet viſio beata, in quantum beata, eſſentiæ cum perſonis, & attributis, aut ſine illis: hoc etenim ex nuper iactis fundamentis non erit difficile percipere: ſiquidem ſupponitur totalem rationem beandi ſolummodo eſſentiæ præciſe ſumptæ competere: ſed numquid abſtrahendo à beatitudine viſionis, vnde ex hoc concluditur, hanc inuariatam viſionem

viſionem ſufficere ad videnda plura obiecta ab eſſentia; ſaltim formaliter ex natura rei diſtincta?

OKam arguit cōtra hanc doctrinam.

Hac difficultate conuictus OKam in 1. diſtinctio. 1. quæſt. 1. contra Scotum, & ſentit circa principalē concluſionem, & inſurgit ſic: quia non eſt tranſitus de contradictorio in contradictoriū ſine mutatione: ſi ergo idem actus viſionis prius nō terminabatur ad perſonam, nunc autem terminatur ad ipſam, erit aliqua mutatio, vel in perſona, vel in actu viſionis, non in perſona, quia eſt immutabilis: ergo in ipſo actu viſionis.

22

Baſſol. conuincitur argumento OKam;

Argumentum hoc, & illud, quod pro Suario propoſuimus, ita vrget Baſſolē, vt in hæc verba prorumperit vbi ſupra: *Non video niſi, quod hoc eſt impoſſibile aliquo actu eiuſdem rationis, quem poteſt Deus facere præciſe circa eſſentiam, non circa alia. Nec eſt impoſſibile, quod circa idem obiectum primarium eodem modo præſentatum, poſſent eſſe actus alterius rationis in eadem potentia*, & concluſione quarta, inquit: *Si tamen eſt dare aliquem actum vnum viſiuum, qui ſit vnius, & indiſtinctus omnium iſtorum, ſicut eſt actus ille, quem habent beati modo de facto: dico, quod impoſſibile eſt, ipſo manente, quod per illum actum videatur eſſentia, & non relatio, vel perſona, vel attributum: quia manente eodem actu, idem, vel eadem intelliguntur per ipſum.* Hæc Baſſolis: imô, &

Rubionis ſimiliter ſicut Baſſolis, conuincitur.

Guillelmus Rubionis fideliſsimus Scoti interpres (quod mirum eſt) loco citato; in hoc puncto perperā Scotizauit, ſicut Baſſolis, nam in primo diſtinctione prima quæſt. 6. ſub §. *Hoc præmiſſo*, ſolutione ad 4. argument. reſpondens OKamo circa principalem intentum quæſtionis, hæc ait: *Quando dicitur, quod tunc ſequeretur, quod nunc videns eſſentiā, & perſonā poßet manente eodem actu videre alterum tantum: dico, quod falſum eſt: nō enim eodem actu, ſed alio ab iſto poßet poſtea videre alterum horum tantum.* Hæc Guillelmus.

23

Hæc ſunt placita iſtorum veterum Scotiſtarum, aliâs doctiſsimorum, quibus faciliſsimo negotio poſſim Scoticam concluſionem defendere circa principale quæſitum, & OKam, ac Suarij machinas labefactare, tenendo aliam fore viſionem diſtinctam à viſione, quæ nunc eſt in caſu, quo beatus videret eſſentiā, perſonis non viſis. Verū, quia hæc reſponſio eſt manifeſtè contra litteralem Scoti, & forſan, ſalua tantorum Doctorum venia, apparet ex animi timiditatis effugium, abſit à nobis in illud incidere.

e ... Aliter veritas ſupra poſitæ doctrinæ.

Vt ergo circa hoc mens Scoti clarius illuſtretur tertio obſeruare oportet ex Doctore in quæſt. 1. prolog. art. 1. in corpore, & in 2. diſt. 3. quæſtio. 10. & 11. & in quodlibetis q. 15. quod cognitio cauſatur ab obiecto & intellectu, tanquam à duabus cōcauſis partialibus; actum autē cauſari partialiter ab obiecto (vt optimè explanauit Lychetus in citata quæſt. 2. primæ diſtin. §. *deinde declarat*) eſt eſſentialiter dependere ab illo. Quibus ego addo, prout attinet ad viſionem beatam, quod ibi cauſare ſumitur non in genere cauſæ efficientis, ſed formalis. Quia omnis efficientia obiecti conſiſtit in ratione motiua ipſius: non vero in ratione terminatiua: nam terminare non eſt agere, vt habetur ex Scoto in 3. diſt. 1. q. 1. & hoc quod eſt effectiue cauſare viſionem, & mouere intellectum ad viſionem beatam (prout latê tradidi ſupra in difficult. 23. & 24.) non competit eſſentiæ immediate: quia ipſa per ſe non cauſat viſionē beatā in intellectu noſtro, ſed media volūtate: non enim naturaliter, ſed libere cauſat: & idcirco nō pēdet immediate eſſentialiter viſio ab eſſentia in ratione ſuæ cauſæ efficientis: ſed à volūtate diuina. Quia vero ratio terminatiua obiecti pertinet ad genus cauſæ formalis, & viſio beata pendet ab eſſentia eſſentialiter in ratione obiecti terminatiui; ideo intelligendum eſt, quod viſionē cauſari ab eſſentia, tāquam ab obiecto, eſt dependere ab illa, tanquam à cauſa formaliter terminante. 24

Lychetus.

25. Demum obiectum terminatiuum viſionis, quam de facto habet beatus, duplex eſt ſecundum Scotum in citata quæſt. ſcilicet, primarium, & ſecundarium, ſeu quaſi ſecundarium. Primarium eſt illud, ad quod primo, & per ſe terminatur viſio, & hoc tale eſt diuina eſſentia. Secundariū vero eſt illud, quod virtute primi, ſeu primarij obiecti intelligitur, omnia ergo, quæ ſunt in Deo vltra eſſentiam ſunt quaſi obiecta ſecūdaria. His ergo notatis hæc ad propoſitum inquit Doctor in 1. diſtinct. 1. quæſt. 2. art. 3. *Modus ponendi eſt iſte: actus omnis habens primum obiectum, à quo eſſentialiter depēdet, & obiectum ſecundum, à quo eſſentialiter non dependet, ſed tendit in illud virtute primi obiecti, licet, nō poſſit manere idem actus, niſi habeat habitudinē ad primū obiectū, poteſt tamē manere idē ſine habitudine ad ſecundum obiectum: quia ab eo non dependet. Exemplum idē eſt actus viſionis eſſentiæ diuinæ, & aliarum rerum in eſſentia: ſed eſſentia in ſe eſt primum obiectū res viſæ ſecundarium obiectum: non poſſet autem manere eadem viſio niſi eſſet eiuſdem eſſentiæ: poſſet autem manere obiectū abſq; hoc quod eſſent res viſæ in ea.* Hæc Scotus. Ex quibus verbis notare oportet non inferri manere eandē viſionem cum omni terminatione, quā nunc habet: hoc etenim nec docet Doctor, nec dicere potuit: ſed manere eandem cum illa terminatione obiecti primi, à quo tantum dependet.

Maneret eadem viſio quoad terminationem primi obiecti à quo dependet, non tamen quoad omnem terminationē, quam habet de facto.

26. Hoc ſit manifeſtum: quoniam in viſione beata nunc de facto duplex terminatio eſt, iuxta duplex obiectum, nam & reſpicit obiectum primarium, quod eſt eſſentia, & ſecundariū, ſcilicet, perſonas & cætera quæ in Deo ſunt: vtrumque autem iſtud obiectum terminat formaliter viſionem beatorum: ſed primum formaliter primario: at vero ſecundū formaliter ſecundario. Vnde viſio non dependet quoad ſui eſſe ab vtroque terminante: ſed tantum à terminante primario: ergo etiam ſi non terminaretur ad ſecundum, maneret eſſentialiter in eodem eſſe, quod nunc habet. Conſequentia eſt euidens: quia vt ſupponimus, nō dependet eſſentialiter, niſi à primo: licet tamen eſſet eadem viſio quoad ſuum eſſe, quæ eo quod viſio eſt, dicit tranſcendentalem reſpectū ad obiectum primarium, quod primo, & per ſe reſpicit, & ad quod primo, & per ſe terminatur; & à quo eſſentialiter dependet: non tamen erit eadem viſio ſecūdum omnem terminationem, quam nunc de facto habet: quia terminatio obiecti ſecundarij, nempe perſonarum, ſibi deficeret.

Sic ergo concludit Doctor ibidē. *Sicut igitur Deus abſq; cōtradictione poteſt cooperari ad actum illum, inquantum tendit in primum obiectum, nō cooperando in ipſum, inquantum tendit in ſecundum, & tamen eſt actus idem: ita ſine contradictione poteſt cooperari ad viſionem eſſentiæ, vel fruitionem; quia eſſentia habet quaſi rationem primi obiecti, non cooperando eidem actui viſionis, vel fruitionis, inquantum tendit in perſonam: & ita in vnam, quod non in aliam: quia perſonæ habent rationem obiecti, quaſi ſecundarij.* 27.

Verumenimvero contra verba Doctoris ſatis acute obſtare poteris, eo quod cooperatio Dei ad viſionem pertinet ad genus cauſæ efficientis: quia eſt influxus primæ cauſæ in ſecundam, & conſequenter eſt effectiuus: cauſa enim prima non datur in alio genere cauſæ, quā in genere cauſæ efficientis: ſed ex dictis conſtat, omnium efficientiā obiectiuam eſſe à voluntate, quæ eo ipſo, quod concurrit ad productionem viſionis, non poteſt deinceps eius effectum formalem impedire: illa autem ſecunda terminatio viſionis ad perſonas, quæ tunc deficeret, pertinet ad genus cauſæ formalis: vel ergo Deus cooperaretur tunc ad productionem viſionis eſſētiæ, & perſonarum ſimul, vel non? Si ſecundum dicis, nulla viſio erit producta: quia hæc, cum ſecundum Scotum ſit eadem forma indiuiſibilis, vel tota producitur, vel nullatenus 28

Obiectio ſatis acuta contra verba Scoti.

nus poteſt produci: ſi vero primũ reſpondeas: ergo nihil obſtat, quod Deus non cooperetur ad terminationem perſonarum: ſiquidem cauſalitas formalis, poſita forma, per nullam potentiam impediri poteſt: neque ab aliqua cooperatione primæ cauſæ dependet: ergo ſemel poſita in beato viſione beata (quæ per ſe eſt eadem eſſentiæ, & perſonarum) non poteſt tolli negatio cooperationis diuinæ, quin neceſſario ſequatur ſecunda terminatio viſionis, videlicet, ad perſonas.

Solutio prædictæ obiectionis.

29 Non poſſum non fateri huius argumenti difficultatem: ſed quanto plus vrget, acutior ſolutio corruſcabit: dico ergo diuinam voluntatem duplex exercere munus in viſione beata, &, ſcilicet, habere ſe ex parte potentiæ, & ex parte obiecti, habet enim ſe ex parte potentię, quatenus ei cooperatur ad eliciendum actum videndi, & producendi viſionẽ beatam: & vt ſic nõ exercet aliquod peculiare munus: ſed tã quam prima cauſa effectrix omniũ producibilium, ob dependentiam eſſentialem cauſæ ſecundæ à prima in efficiendo, concurrit cum intellectu creato ad hanc productionem viſionis beatæ: ex parte autem obiecti etiam habet ſe voluntas diuina: ſed vt ſic non exercet cauſalitatẽ cauſæ primæ effectiuæ, ſed quandã peculiarem cauſalitatem obiectiuam, prout cauſa obiectiua efficiens eſt, quatenus, videlicet, mouet potentiam ad operãdum: quod quidem munus exercere debebat eſſentia, eo quod eſt talis viſionis obiectum: ſed eius loco (propter cauſas ſæpe repetitas) ſubſtituitur loco eſſentiæ; & ideo eandem motionem obiectiuam habet voluntas, quam haberet eſſentia, ſi immediate intellectum moueret: ex quo prouenit illud axioma theologicum, quod diuina eſſentia eſt ſpeculum voluntarium: hoc eſt, quia ad nutũ diuinæ voluntatis, & pro ſua libertate, ſicut vult, ipſa voluntate mediante, oſtenditur intellectui.

30 Dico præterea, quod diuina voluntas non ſolum exercet ſuam libertatem in mouendo, & cauſando viſionem beatam, gerens vicem obiecti motiui loco eſſentiæ, ſed etiam in oſtendẽdo, vel cælando perſonalitates, aut attributa, ac cætera, quę ſunt in Deo: Quibus poſitis dico ad argumentum propoſitum, quod neque vt cauſa prima, quatenus habet ex parte potentiæ, nec ſecundum efficientiam obiectiuam, quatenus mouendo gerit vicem eſſentiæ, debet intelligi illa negatio diuinæ cooperationis, quam ponit Scotus, vt probat argumentum: quia vt ſupponimus, idemmet actus viſionis, qui eſt eſſentiæ, & perſonarum, maneret etiam, perſonis non viſis: & conſequenter idem produceretur totaliter, & eidem Deus cooperaretur, quoad totum ſui eſſe: negatio enim diuinæ cooperationis, quæ ponitur ab Scoto, debet intelligi quoad hoc, quod eſt diuinam voluntatẽ cælare, vel non patefacere obiectum ſecundarium, quod terminet dictam viſionem: nam etſi diuina cooperatio effectiua, tã ſcilicet, primæ cauſæ effectricis, quã motionis obiecti adſit ad producendum formã, & eliciendum actum ſufficientem ex ſe, vt terminatũ ad obiectum primarium, & ſecundarium, nempe ad primarium eſſentialiter, ad ſecundarium vero quaſi per accidens: poteſt tamen diuina voluntas cælarẽ obiectum ſecundarium, eo quod ex natura rei eſt diſtinctũ à primario: & tunc ſecundariũ non terminabit viſionem: & hoc cælarẽ eſt non patefacere: & omne patefacere vocatur ab Scoto non cooperari, quatenus non oſtendit obiectum ſecundarium, ad quod terminaretur actus ille, qui de ſe eſt ſufficiens, & potẽs terminari ad illud, ſi aliàs non ſibi cælaretur: & hoc non eſt impedire effectũ formalem formæ productæ: quia, ſcilicet, talis primo & per ſe eſt reſpicere eſſentiam, & terminari ad ipſam: ſed eſt negare oſtenſionẽ obiecti ſecundarij, cuius viſio non ſpectat ad effectum formalem, ſed ad quendam effectum ſecundarium

Diluitur argumentum præfatum.

viſionis, qui impediri poteſt manente eſſentialiter eadem numero viſione.

32. *Baſſolit. Rubionis. Lychetus.*

Ex his patet contra Baſſolem, & Rubionem poſsibile eſſe manere eãdem prorſus viſionem immutatam quoad ſui eſſe, terminatam ad eſſentiam, non vero ad perſonam, aut attributa: quod egregie defendit Lychetus cum Doctore vbi ſupra.

Acutior obiectio cõtra ſolutionem datã.

Ex quo tũc vrgẽtius quæres, an eo quod deficit terminatio ex parte obiecti ſecundarij, deficiat ne reſpectus ad illud ex parte viſionis? vel an viſioni, qua videbatur eſſentia ſine perſonis, ſi rurſus terminetur ad perſonas, addatur nouus reſpectus ad illas? ita quod ſaltim mutetur viſio illa per nouum reſpectum realem ad perſonam de nouo terminãtem? tunc etenim optime inferretur mutatio in viſione, etiam quoad nouum actum: quia nequit relatio conſurgere de nouo, ſine noua ratione fundandi: & ideo tunc non eſſet idem actus, ſed diuerſus per diuerſam realitatem noui reſpectus: cuius oppoſitum intendit Scotus: quod autem ſit neceſſario ponendus nouus ille reſpectus, ex eo concluditur: quia relatio ſpecificatur à termino: ergo multiplicatis terminis, multiplicari quoque relationes neceſſum eſt.

33. *Reſponſio.*

Reſpondeo, quod hic nullus nõuus reſpectus realis eſt in viſione, ſed præexiſtens extenditur per nouam terminationem ad videndum, quod antea non videbatur: ſolum enim in perſona viſa, eo quod viſa eſt, reſultat noua relatio rationis, ex eo quod terminat viſionem, quam antea non terminabat: & in ipſa viſione reſultat etiam alia relatio rationis, ex hoc quod de nouo eſt terminata à perſona: & hæc terminatio paſsiua eſt fundamentum dictæ relationis rationis; ſicut terminatio actiua eſt fundamentum relationis rationis, quæ reſultat in perſona viſa: ex quo manet ſolutum argumẽtum Okami de mutatione: concedo enim, quod perſona diuina prius non habuit eſſe viſum, & poſtea habet eſſe viſum, & concedo, quod ex hoc in perſona (& ſimiliter in viſione) eſt aliqua relatio rationis noua: & tamen ſecundum illam non dicitur mutari, ſicut nec Deus dicitur mutari per nouam terminationem amoris mei. Et quod dicis multiplicari relationem realem ad multiplicationem terminorum, intelligendum eſt à termino, à quo eſſentialiter dependet relatio realis, qui eſt primario terminans: non vero de ſecundario terminante. Imo ſecundum probabilem ſententiam Thomiſtarum non multiplicatur relatio, eo quod multiplicentur termini: pater etenim (ſecundum ipſos) eadem relatione paternitatis, qua refertur ad vnum filium, refertur ad plures, quod ſufficeret ad ſoluendum prædictum argumẽtum: quia tamen in via Scoti oppoſita ſententia proculdubio verior eſt, ideo rectius priori ſolutione ſoluitur argumentum.

---

§. 5.

Oſtenditur, qualiter vna perſona ſine altera videri poteſt: etiamſi correlatiuæ ſint.

QVARTO eſt præterea obſeruandum circa literã Scoti, quod diuina perſona alia eſt correlatiua, alia vero nõ: v. g. pater correlatiuus eſt filij, & è contra: nõ tamen Pater, vt Pater, aut Filius, vt Filius, ſunt correlatiui Spiritus Sancti neque è contra, cuius ratio eſt: quia nec Pater, vt Pater, nec Filius, vt Filius producunt Spiritum Sanctum, ſed media ſpiratione actiua: & quia hæc actiua ſpiratio eſt fundamentum relationis ſpiratoris ad ſpiratum: ideo à priori infertur, Patrem, & Filium, non vt Patrem, & Filium, 34.

ſed

ſed in ratione ſpiratoris referri ad Spiritum Sanctū, & e contra Spiritum Sanctum non referri ad ipſos, tanquam ad Patrem, & Filium, ſed tanquam ad ſpiratorem. Hac diſtinctione ſuppoſita, tenet Baſſolis vbi ſupra §. *dico igitur*, quod licet ſit vera ſententia Doctoris in hoc quod eſt vnam perſonam poſſe videri ſine altera: non tamē eſt vera reſpectu correlatiuarū: vna etenim (inquit ipſe) ſine ſua correlatiua videri nō poteſt etiam per abſolutam Dei potentiam.

Baſſolis.

35. Hoc probat: quia in hoc diſtinguūtur abſolutum, & correlatiuum, quia hoc eſt ad aliud, illud verò eſt ad ſe: cum igitur perſona Patris conſtituatur formaliter relatione ad Filium in eſſe perſonæ, hinc eſt, quod eius eſſe conſtitutiuum in eſſe perſonę, eſt ordo ad Filium: ergo vt in ſuo eſſe cognoſcatur, neceſſario debet cognoſci cum iſto ordine: ſed nequit talis ordo cognoſci, non cognito termino, (& præſertim loquendo de cognitione intuitiua) ergo poteſt cognoſci Pater, non cognito Filio.

36. Fateor propter hanc rationem maius dubium eſſe de perſonis correlatiuis, quàm de nō correlatiuis: ſed non ita, vt conuincat negare poſſe vnam correlatiuā videri ſine ſua correlatiua, ſicut ſine ſua non correlatiua. Hoc ex Doctore patet, qui indifferēter de perſonis loquitur in litera citata: in qua affirmat, vnam perſonam videri poſſe ſine altera. Et præterea probatur ratione ipſius: eadem enim, qua probat poſſe videri eſſentiam, ſine perſonis, eo quod Pater æternus prius origine eſt beatus, quàm generet (de quo infra) probat quoque, Patrem videri poſſe ſine Filio: quia ſi pro illo priori, pro quo eſt beatus, prequam generet Filium, videt in ſe ipſo eſſentiam, quā ſi contractam paternitate (vt ita loquar) conſequenter videt ſe, ſine eo quod pro illo priori videat eſſentiam in Filio: ſed ex hoc arguit Scotus, quod intellectus creatus poteſt videre eſſentiam ſine perſonis, & vnam perſonam ſine alia: ergo ex hoc quoque ſecundum ipſum concluditur, poſſe videri à beato perſonam Patris, ſine eo quod videat perſonam Filij.

37. Verumenimverò argumentum Baſſolis vrget de cognitione termini in ſuo correlatiuo: ſed re bene inſpecta facile poteſt concedi quoad priores cōſequentias, & negari quo ad minorem illius proſyllogiſmi, nempè, quod non poteſt cognoſci ordo ad terminum ſine ipſo termino: hæc enim propoſitio eſt manifeſte falſa. Ad cuius intelligentiam nota, quod relatio non includit in conceptu ſuo formali terminum, bene tamē ordinē ad terminum: vnde in recto relatio non eſt terminus, in obliquo autē eſt ordo ad terminum: quoniam terminus eſt extrinſecus relationi, & ordini relationis ad ſe: vnde ſtat diſtincta cognitio relationis, & ordinis ad terminum, cum cōfuſa cognitione ipſius termini: nā eo ipſo quod diſtincte cognoſco aliquē in creatis eſſe Patrem, etiam ſi quidditatiue, & intuitiue videam ipſum diſtincte in ratione Patris, cognoſco diſtincte habere Filium; ſed non ex hoc cognoſco diſtincte, & quidditatiue Filium: manet etenim Filius in confuſo cognitus, quatenus cognoſco, eſſe aliquem eiuſdem ſpecificæ naturæ cum Patre, ab ipſoque genitum: non ergo inconuenit, intellectum cognoſcere vnum diſtincte, & alterum confuſe. Sic in præſenti dicendum eſt, quod in diuinis diſtincte cognito, & viſo Patre, neceſſario cognoſcitur, & videtur relatio, & ordo eius ad Filium, & ex conſequenti cognoſcitur Filius confuſe, quatenus cognoſcitur, Patrem, eo quod, Pater eſt, habere Filium ab ipſo genitum &c. Non tamen ex inde ſequitur, quod neceſſario viſo Patre, videatur ipſe Filius, aut cognoſcatur diſtincte: quia quamuis ordo ad Filium

lium intret formalem conſtitutionem perſonæ Patris: ex quo prouenit, quod nequit videri Pater ſine tali ordine, ſicut non poteſt videri conſtitutum ſine ſuo formali conſtitutiuo: non propterea idem Filius intrat conſtitutionem, aut rationem formalem Patris: & ideo optime videri poteſt Pater ſine illo.

38. Obſtabis attamen contra hæc, quoniam non poteſt intuitiue videri viſio alicuius obiecti, ſine eo quod videatur ipſum obiectum propter reſpectum, quem dicit ad illud: ergò nec Pater videri poterit, ſine eo quod videatur Filius. Conſequentia eſt nota à paritate reſpectus vtriuſque ad terminum. Antecedens probatur, quia tantum videtur in viſione, quantum viſio ipſa formalis, nempe verbum repræſentat: ſed viſio cum ſit ſpecies expreſſa, repræſentat quidditatiue obiectum, quod in ea relucet: idem etenim repræſentat ſpecies expreſſa, quod repræſentabatur in impreſſa: impreſſa autem eſt naturalis imago obiecti: ergo non viſo obiecto ſaltem repræſentato, non videtur ſpecies, cuius formale eſſe in ratione ſpeciei eſt repræſentare obiectum: ergò &c.

39. Acutum profectò eſſet argumentum, ſi paritatem rationis probaret. Non igitur aliquid de nouo concludit, quia talis paritas eſt prorſus improbabilis: non enim eſt eadem ratio de Patre, quæ eſt de viſione: nam Pater non continet Filium naturaliter, ſicut ſpecies, ſeu viſio continet obiectum: & ideò non repræſentat formaliter Filium, ſicut viſio formalis formaliter repræſentat obiectum: quia Pater tantum eſt ad Filium, non tamen continet Filium in ſuo formali conceptu: viſio autem non ſolum eſt ad obiectum, ſed ipſum obiectum in ſe repræſentatiue continet, & in ſuo formali conceptu, ita vt non poſſit intelligi eſſe formale viſionis, quin intelligatur ſimilitudo obiecti in illa. Cuius ratio à priori eſt deſumpta ex differentia, quæ verſatur inter relationes tranſcendentales, & prædicamentales: nam relatio prædicamentalis ſemper eſt inter extrema realiter diſtincta: & ideò ſtat, vnum intelligi ſine altero, quamuis non benè intelligatur ſine ordine ad alterum: imò ſi in quantum relatiuum eſt, intelligitur, neceſſariò talis ordo ad alterum debet intelligi: atqui in relationibus tranſcendentalibus ſæpiſſime contingit reſpectum reſpicere obiectum non diſtinctum ab extremo reſpiciente: vt patet in notitia abſtractiua, quæ verè realis eſt, & tamen non neceſſariò requirit duo extrema realiter diſtincta: hanc etenim notitiam nunc habeo Patris mei deffuncti, qui propterea iam in rerum natura non exiſtit; & hoc non obſtante dicta notitia, quia illum realiter reſpicit, quamuis realiter non exiſtat, nec realiter diſtinguatur ab extremo reſpiciente: diſtinctio enim realis non niſi inter extrema realiter exiſtentia reperitur: reſpicit ergo talis relatio Patrem meum, prout in ſpecie relucet. Vnde ipſa met entitas, quæ eſt viſio hæc tria realiter identificata habet in ſe, & ſcilicet, ſuam entitatem reſpicientem obiectum, & ipſum obiectum, quod reſpicit, & reſpectum, quo reſpicit illud: quæ tamen tria quamuis in ſe formaliter ſint diſtincta, complent nihilominus vnam realem, & integram rationem ſpeciei, tam impreſſæ, quam expreſſæ. Vnde per locum intrinſecum repugnat ſpeciem, ſeu viſionem videri, quin videatur obiectum, quod in ea relucet, & quod ab ea reſpicitur. Hæc igitur diſparitas ſufficit ad ſolutionem argumenti: nam qui intuitiue videt viſio-

ſionem, quidditatiue ſaltim cognoſcit obiectum, quod in ea relucet eadem viſione, qua ipſam videt: licet non intuitiue, quia ad quidditatiuam viſionem obiecti ſufficit cognitio naturæ obiecti, prout in ſpecie relucet: ad intuitiuam autem, hoc non ſatis eſt: ſed requiritur, quod videat ipſum obiectum prout in ſe eſt exiſtens, & prout ſic exiſtens, & præſens intellectui, terminet viſionem. Videtur igitur viſio cogniti diſtinctè: ſed non viſo obiecto Pater autem videri poteſt, non viſo, nec cognito Filio quidditatiue, & diſtinctè, de qua cognitione hic loquimur.

§6.

Statuuntur tres concluſiones circa ea, quæ de facto ſunt in viſione beata.

40. *1. concluſ.* HIS ergo præhabitis, difficultatem concludendo dico primo, quod de facto & naturali potentia, quācumque beatus videns diuini eſſentiam, videt inſimul perſonas, & attributa, nec poteſt ipſas non videre viſa eſſentia. Concluſio hæc eſt Scoti, vt patet in litera articuli quarti: & quo ad primam partem probatur ex illo Ioannis capite tertio. *Ioannis.* *Cum apparuerit ſimiles ei erimus, quia videbimus eum, ſicuti eſt*: ſed Deus eſt trinus in perſonis, & habens attributa: ergo &c. & capite decimoquarto inquit Dominus. *Phylippe, qui videt me, videt & Patrem meum*, ſupra quæ verba inquit Diuus Auguſtinus libro decimoquinto de Trinitate capite decimoſexto. *D. Auguſ.* *Omnem ſcientiam noſtram, vno ſimul conſpectu forte videbimus.*

41. Secundam verò partem probat idem Diuus Auguſtinus libro primo de Trinitate capite decimo, vbi loquendo de Patre, & Filio inquit, *neuter ſine altero oſtendi poteſt.* Quod vt explicat Scotus, intelligendum eſt de potentia ordinata. Ex quo ratione probatur: quia potentia naturalis intellectus creati tantum videre poteſt in obiecto beatifico, quantum à parte obiecti poteſt oſtendi de ordinata potentia & naturali: ſed de ordinata Dei potentia non poteſt oſtendi Pater ſine Filio, neque eſſentia ſine perſonis (& idem eſt de attributis) vt patet ex Diuo Auguſtino: ergo nec poterit intellectus beati de naturali ſua potentia videre eſſentiam ſine perſonis. Confirmatur ratio: quia potentia naturalis creaturæ, vtpote intellectus, eſt naturalis, & non libera potentia: ergo agente obiecto, agit intellectus, quantum poteſt: ergo ſi obiectum ex parte ſui agit manifeſtando tres perſonas, & attributa non poteſt intellectus illa non videre.

42. *2. concluſ.* Dico ſecundo, quod non poteſt hic Deus indiuiduum deitatis, aut aliqua diuina perſona videre eſſentiam, quin illam videat exiſtentem in tribus perſonis, & cum omnibus attributis diuinis. Probatur hæc concluſio: quoniam diuina eſſentia reſpectu diuini intellectus, tā prout in Deo præciſe conſiderato, quàm prout in qualibet perſona, non eſt ſpeculum voluntarium, ſed naturale: ergo mouet intellectum diuinum ſecundum vltimum de potentia: ergo mouet illum ad viſionem omnium, quæ in ipſa eſſentia repræſentantur: ſed repræſentantur in ea diuinæ perſonæ, & attributa: ergo naturaliter mouet diuinum intellectum ad cognitionem eorum: Tunc ſic, ſed diuinus intellectus eſt etiam potentia naturalis, in cuius poteſtate non eſt agere, & non agere, aut remiſſe, vel intenſe agere, ſed naturaliter neceſſario agit, quantum poteſt: ergo

ergo non poterit non neceſſario intelligere ſimul cum eſſentia omnia, quę repræſentantur in ipſa.

43. Dico tertio, quod diuina eſſentia ſecundum ſe, præciſis omnibus alijs, quæ ſunt in ipſa, vtpote perſonæ, & attributa, eſt formale, & adæquatum obiectum viſionis beatæ etiam in quantum beata *Efficaciſſima ratio Scoti.* eſt. Concluſio hęc eſt Scoti, vt exlitera ipſius patet. Et probatur ratione ipſius, quæ quamuis fuerit cancelata in originali antiquo, vt patet in eius margine, eſt tamen efficaciſsima; & ideo illa vtuntur Lychetus, & plerique alij *Lychetus.* Scotiſtæ, quam ſic format Scotus ad probandam priorem partem huius concluſionis, ſcilicet eſſentiam, vt eſt obiectum beatificum, non includere Trinitatem perſonarum. Pater æternus prius origine, quam generet Filium, eſt perfecte beatus: igitur pro illo priori habet obiectum perfecte beatificans: non videtur autem pro illo priori habere vt obiectum, eſſentiam communicatam tribus perſonis, ſed eſſentiam abſolute, vt eſſentiam, prout præciſe illam habet in ſe: ergo non eſt de ratione eſſentię, vt eſt obiectum beatificum, quod beatificet, in quantum eſt communicata tribus perſonis. Quod autem Pater ſit prius origine perfecte beatus, quàm generet, probatur: quia pro illo priori, quo eſt Pater, antequam intelligatur generare Filium (vel vt optime explicat Lychetus, ant. quam intelligatur Filium eſſe genitum) habet omnem perfectionem ſibi intrinſecam: nullam etenim perfectionem habet pater ſibi communicatam ab aliqua perſonarum, quamuis bene quælibet alia perſona omnem perfectionem ſimul cum eſſentia habeat ſibi communicatam à Patre: beatitudinem verò eſſe perfectionem intrinſecam Dei, nemo negare poteſt: ergo &c.

44. Hoc argumentum fortius erit prænotando quod Pater generatione actiua eſt formaliter Pater: vnde licet generatio paſsiua in diuinis ſit ſimul natura cum actiua, non tamen eſt ſimul origine cum illa: & ideo pro illo priori, pro quo Pater eſt actiue generans, pro quo præciſe eſt formaliter Pater, nondum eſt Filius genitus: pro illo ergo priori debet eſſe Pater perfectiſsime beatus: ſi autem nondum eſt Filius, aut non dum intelligitur Filium eſſe genitum, nondum eſt, aut intelligitur eſſentia communicata Filio: ſed pro illo priori quo nondum eſt communicata Filio, eſt obiectum perfectiſsimæ beatitudinis Patris: ergo optime concluditur, eſſentiam præciſe abſtrahere à perſonis eſſe obiectum perfectæ beatitudinis.

Ad hanc attamen rationem reſpondet Scotus pro Henrico, contra quem ille arguerat, quod bene 45. *ſolutio eiuſdem Scoti.* ſtat, Patrem eſſe prius origine beatū, quam generet Filium, & tamen habere eſſentiam vt cõmunicatam tribus perſonis pro obiecto beatifico, cuius ratio eſt, quia ibi non eſt aliqua prioritas originis, ſecundum quam obijciatur intellectui paterno eſſentia, vt communicata vni perſonæ, & non alteri: ſed prioritas originis in hoc conſiſtit, quod & ſi obijciatur, prout ſimul eſt in tribus, vni tamen perſonæ, vtpote Patri obijcitur, quatenus eſt à ſe, alijs autem non à ſe, ſed à Patre. Quod confirmari poteſt; quia ſicut non prius habet Pater eſſentiam, quâm Filius, iuxta illud Diui Athanaſij, *& in hac* *D. Athan.* *Trinitate nihil prius, aut poſterius &c.* *Impugnatio eiuſdem Scoti.* cum hoc tamen ſtat, quod Pater habet eſſentiam à ſe, & non ab alio: Filius verò non à ſe, ſed â Patre.

Hanc ſolutionem, quam aduerſarij, & præſertim Cayetanus 46. *Cayetan.* amplectuntur, quamuis à ſe ipſo datam, ſic Scotus impugnat ex illo Diui Auguſtini libro decimoquinto, *D. Auguſt.* de Trinitate capite ſeptimo, vel nono, vbi ait, quod *quælibet perſona intelligit ſibi ipſi*: quælibet perſona diuina intelligit formaliter intellectu, vt eſt in ſe, per ſe intelligendo eſſentiam, vt eſt in ſe formaliter: ergo perfecta intellectio, quæ eſt beatifica

ficam non neceſſario ex ſe requirit eſſentiam, prout in tribus: cuius rationis expoſitionem vide ſupra in Commentario ſuper articulum tertium quæſtionis ſecundæ huius primæ diſtinctionis. Confirmatur autem ratio prædicta: quia ſi Pater intelligeret beatifice eſſentiam, vt eſt in Filio: ergo aliquid reciperet à Filio, vel ab alio, nempe eſſentiam, prout in filio: hoc tamen dici non poteſt: ergo &c. Conſequentia probatur per argumentum Phyloſophi 12. Met. text. Com. 51. quo probat Deum non intelligere aliquid aliud à ſe, quia tunc vileſceret eius intellectus, eo quod reciperet perfectionem ab aliquo intelligibili; ergo ita in præſenti: imo (inquit Doctor) eſt maius inconueniens perfectionem ſimpliciter, nempe, viſionem beatam, Patrem recipere a perſonis, vt obiectis, vel ab aliquo, vt in tribus. Tunc enim videntur ſequi duo abſurda, primum, quod non omnem perfectionem habet Pater à ſe, & ſic non eſt prior origine Filio: ſecundum, quod non omnis perfectio ſimpliciter, & eſſentialis eſt aliquo modo prior proprietatibus perſonalibus: ſed aliqua, videlicet, beatitudo, eſt quaſi poſterior ipſis perſonis.

Ariſt.

47. Præterea, quandocumque aliquid eſt tale à ſe ipſo, etiam ſi per impoſſibile aliud poſterius non ſequatur, ſemper erit tale: ergo etiam ſi per impoſſibile Filius non eſſet, Pater eſſet perfecte beatus: ergo diuina eſſentia ſine eo quod eſſet communicata filio, continet in ſe omnem perfectionem obiecti beatifici.

48. Iſtæ & aliæ ſunt impugnationes textuales; vt videre eſt apud Scotum in loco citato, quæ quia egent expoſitione, ex illis clarius ſupra poſitam ſolutionem noſtra intereſt impugnare. Sic igitur illam infringo, nam licet cum ſimultate naturæ ſtet prioritas originis, ita quod ſimul natura eſſentia ſit in tribus (quod nemo vertit in dubium) hæc tamen eſt vera propoſitio in Theologia apud omnes: Pater eſt prior origine Filio, id eſt Pater habet eſſentiam à ſe; & Filius habet illam communicatam à Patre; ita quod prioritas originis explicatur per hoc, quod illud eſt prius origine alio, à quo illud aliud habet eſſe: ſi etenim iſte ordo originis in diuinis non eſſet, eſſet inordinata confuſio perſonarum, & nulla eſſet ab altera, quod fidei repugnare conſtat. Hoc ergo originis ordine ſuppoſito, tunc ſic arguo: vel ergo Pater habet aliquo modo eſſentiam cum perfectionibus eſſentialibus (quales ſunt omnes ſimpliciter perfectiones) communicatam à Filio, vel tantum à ſe. Si primum dicas: ergo ſecundum illam rationem, qua Pater habet tale eſſe communicatum ſibi a Filio, eſt poſterior origine Filio. quia nihil aliud eſt eſſe poſterius origine alio, quam accipere eſſe ab illo; quod tamen ſecundum omnes Theologos eſt plusquam abſurdum. Si vero dicas ſecundum: ergo ante quam intelligatur Filius genitus; pro illo priori originis habet Pater à ſe, quidquid perfectionis ſimpliciter perfectionis eſt in eſſentia: ergo cum beatitudo ſit perfectio ſimpliciter; habet illam à ſe: ergo non poteſt habere obiectum beatitudinis ab alio: ſed ſi illud eſſet eſſentia, prout in tribus, proculdubio reciperet obiectum beatitudinis ab alio; nempe, à perſonis, quibus eſſet communicata eſſentia, & non illud haberet à ſe, ergo &c.

49. Solutio Patris Herrera ab inconuenienti.

Pater Herrera huius rationis efficaciam negat, & ait non concludere: quia ex ea ſequeretur, quod Pater æternus poſſet de facto videre diuinam eſſentiam, & ſe ipſum, ſine eo quod videret alias perſonas, quod eſt contra noſtram ſecūdam concluſionem. Sed tanti viri, & ſapientiſſimi mei Magiſtri venia, rationem Scoti non ad corticem debemus intelligere, ſed eius medulam penetrare: nā aliud eſt quære-

quærere, an Pater æternus poſsit videre eſſentiam, ſine perſonis?: quod nunquam Scotus aſſeruit: & aliud an Pater ſit beatus ab eſſentia ante quam communicetur perſonis?: Doctor enim hic non quærit poſsibilitatem viſionis, ſed rationem beatitudinis in ea. Ex qua infert ſubtiliter, quod in intellectu creato, quem ex alio capite probat poſſe videre eſſentiam, ſine perſonis, eo ſcilicet, quod eſſentia reſpectu intellectus creati eſt ſpeculum voluntarium, dato, quod illam ſine perſonis videret, eſſet perfecte beatus, ſiquidem Pater æternus eſt perfecte beatus per illam, ante quam intelligatur exiſtere in perſonis. Ratio igitur Scoti non concludit, quod aparte rei eſſentia non ſit communicata tribus in eodem naturæ inſtanti, in quo Pater eſt, nec quod Pater poſsit videre eſſentiam ſine perſonis, reſpectu cuius non eſt eſſentia ſpeculum voluntarium; ſed formalizando, ac præſcindendo rationes, probat quod ex eo præciſe, quod Pater eſt habens eſſentiam cum perfectionibus à ſe ipſo, habet etiam beatitudinem perfectam à ſe, ita vt etiam ſi per impoſsibile aliæ perſonæ genitæ non eſſent: eandem prorſus beatitudinem haberet, quam nunc habet de facto, & ex conſequenti etiam ſi per impoſsibile perſonæ non eſſent in diuinis, adhuc diuina eſſentia eſſet obiectum perfectiſsime beatificans: ergo & nunc in ipſa eſſentia præciſe conſiderata clauditur ratio formalis, & adæquata obiecti beatifici: vnde ratio Scoti proculdubio efficaciſsima eſt.

Oſtenditur rationē Scoti nō ſolui.

50. Poſterior ergo pars prædictæ tertiæ concluſionis, nempe eſſentiam eſſe obiectum beatificum, etiam vt præſcindit ab attributis, ſic probatur: quoniam illud eſt obiectum beatificum, quod eſt quietatiuum, & ſatiatiuum potētiæ beatificabilis: ſed hoc tale eſt ſumū, & infinitum ens, eo quod eſt ſumme, & infinite perfectum, prout tradit Scotus in prima quæſtione articulo ſecundo, & tertio huius diſtinctionis: diuina autem eſſentia, etiam attributis præciſis, eſt infinitum, & perfectiſsimum ens, cui nulla perfectio poteſt ſuperaddi: nam & ſi, & diuina attributa ſint perfectiones ſimpliciter, & formaliter infinitæ (licet in genere proprio) non tamen ſuperaddunt diuinæ eſſentiæ aliquam perfectionem eſſentialem. Diuina etenim eſſentia eſt fontalis plenitudo, & radix omnium perfectionum, à qua ipſa attributa accipiunt ſuam perfectionem, & infinitatem: continet ergo diuina eſſentia in ſe virtualiter, & eminentiſsimo modo, omnes perfectiones attributales, tanquam earum pelagus, vt ex Diuo Damaſceno habemus: ergo etiam ipſis attributis præciſis, eſt diuina eſſentia illud ens perfectiſsimum, quod eſt ſatiatiuum potentiæ beatificabilis, & ex conſequenti obiectum adæquatum beatitudinis.

Probatur eſſentiam, etiam ſine attributis eſſe obiectū beatificum.

§. 7

Concluditur intentum difficultatis duplici concluſione de potentia abſoluta

51. DICO quarto, quod per abſolutam Dei potentiam poteſt beatus videre intuitiue diuinam eſſentiam, ſeu hunc Deū indiuiduum deitatis, quin videat perſonas: aut etiam vnam perſonam, quin videat aliam, etiam ſi ſint tales perſonæ relatiue oppoſitæ: imo & quin videat attributa, aut ſimiliter vnum ſine alio. Concluſio hęc quo ad omnes ſui partes eſt Doctoris: ſed nūc quo ad primā probatur ratione ipſius: nam quandocumque aliqua creata operatio habet duo obiecta, quorum alterum eſt primarium, & alterum ſecun-

4. concluſ.

ſecundarium, poteſt abſque contradictione terminari ad primariũ, ſine eo quod terminetur ad ſecundariũ: ſed viſio beata habet duo obiecta, quorum vnum eſt primarium, nempe, diuina eſſentia, & alterum ſecundarium, videlicet diuinæ perſonæ: ergo poteſt ſine contradictione terminari ad eſſentiam, ſine eo quod terminetur ad perſonas. Maior probatur: quoniam ad illud ſolum obiectũ neceſſariò terminatur operatio, à quo per ſe eſſentialiter, & neceſſariò dependet: ſed tale eſt obiectum primarium, non vero ſecundarium: ad ipſũ enim non per ſe, ſed tantum per accidens terminatur operatio: ergo &c.

52. *Solutio Caietani.* Cayetanus arbitratur ſoluere hãc Scoticam rationem, negando eius minorem, eo quod teneat, diuinam perſonam non eſſe obiectum ſecundarium viſionis beatæ: ſed perſonam, & eſſentiam habere rationem vnius adæquati obiecti: eſſentia etenim eſt obiectum *quo*, perſona vero eſt obiectum, *quod*: & ſic ex vtroque tãquam à duobus partialibus integratur vnum totale, & indiuiſum obiectum. Ratio autem, in qua fundatur Cayetanus ad negandam hanc diſtinctionem obiecti primarij, & ſecundarij in diuinis, eſt, quia negat diſtinctionem ex natura rei inter eſſentiam, & relationes: ibi enim omnem identitatem formalem ex natura rei tueri cõcedit, in qua identitate fundat ſuam ſententiam, videlicet, non poſſe videri eſſentiam, ſine perſonis.

53. *Impugnatio ſolutio.* Verumenim verò: quia hæc famoſa, & celebris Scoti diſtinctio infra in quæſtionibus de Trinitate latiſſime ventilatur, ideò nõ hic eſt in illius defenſione immorãdum, imò ea ſuppoſita ex infra probandis, confirmanda eſt concluſio ad hominẽ contra Cayetanũ, & Vazquez, ac reliquos, qui ob prædictã identitatẽ oppoſitã noſtræ cõcluſionis docuerũ: nã per vos tota, vel ſaltim præcipua ratio, ob quã nõ poteſt videri eſſentia ſine perſonis, eſt, quia inter eſſentiã, & perſonas eſt omnis idẽtitas, & nulla aliqua diſtinctio ex natura rei: ergo ſi talis diſtinctio daretur, proculdubio iuxta veſtram ſententiam fateri debetis poſſe eſſentiã terminare viſionẽ, ſine eo quod viſio terminetur ad perſonas: ſed talis diſtinctio datur, vt ex dicto loco probatum ſupponimus: ergo &c.

Iam video irridentes aduerſarios dicere contra me, hanc eſſe petitionem principij, & probationem ex argumento fundato in falſo principio, vel ſaltim, cuius veritas eſt ſub lite. Vnde oportet, hanc impugnationem differre, vſq; ad locũ, vbi ex profeſſo diſtinctione formalẽ ex natura rei inter eſſẽtiã, & perſonas verè reperiri oſtẽditur, & pro nunc aliter cõcluſionem probare, & ſolutionẽ Cayetani labefactare oportet. 54.

Ad huius igitur euidentiã ſuppono, ideas creaturarũ eſſe ipſas creaturas obiectiue in Deo exiſtẽtes, vt dixit Durandus in 1. diſt. 36. q. 4. vel eſſe rationes proprias rerũ, prout intelliguntur à Deo, vt vult D. Thom. 1. p. q. 15. art. 2. ac Cayetanus ibidẽ cũ cõmuni conſenſu, vel quod ideæ eſt ipſa diuina eſſentia, quatenus repræſentat creaturas, quia illarum cognitio eſt; & ideo eſt earũ idea, vt ſentit Vazquez ſupra eandẽ quæſtionẽ diſp. 72. cap. 2. Rurſus ſuppono quod ideæ nõ diſtinguuntur à Deo plusquam ratione, quia vetu Vazquez aſſeris ſupra hunc locum Diui Thomæ diſputat. 73. num. 2. ibi eſt mera diſtinctio rationis, nã hæc ſunt verba tua: *interim tamen de ideis, ſicut de attributis, cum antiquioribus Theologis dicamus, non realiter, ſed neque formaliter ex natura rei, media, inquam, illa diſtinctione, quam Scotus excogitauit: ſed ſola ratione diſtingui: habet enim communem rationem hæc idearum diſtinctio cum diſtinctione attributorum*: quæ verba retuli, vt ex ipſis euidens conficiam argumentum. Præterea, inquis, eadem prima parte, ſupra quæſtionem duodecimã, diſputatione 49. capite primo, & ſecundo, non omnes creaturas poſſibiles, aut futuras videri à beatis: & diſputatione 50. capite quarto & quinto probas, nullam creaturam videri ex vi viſionis beatæ: neque ad omnes prædictas partes eſt tua expreſſa ſententia. 55.

Propon[illegible] tur verba [illegible] & [illegible] quij, vt [illegible] ſis [illegible] [illegible] tum.

56 *Argumentum ad hominem contra Vazquium.*

His ergo tuis te ipſum gladijs iugulabo: quoniam ratio, ob quam à priori demonſtrare affirmas (vt ſupra in tuo argumento viſum eſt) eſſentiam diuinam non poſſe videri ſine perſonis, aut attributis: ea eſt, quia ob ſũmam Dei ſimplicitatem nulla eſt diſtinctio ex natura rei inter eſſentiã, & perſonas, ſiue attributa: ibi enim tantum diſtinctionem rationis admittis: ſed per te eadem prorſus diſtinctione diſtinguitur diuina eſſentia ab ideis (quæ ſunt creaturæ, vt repræſentantur in eſſentia, vel eſſentia, vt creaturas repræſentat, vt tu ſ.teris:) ergo eadem implicatione, qua implicat videri eſſentiam ſine perſonis, aut attributis, implicat quoque videri eſſentiam ſine ideis creaturarũ: ergo vel primo falſum dicis ex vi viſionis beatæ non omnes creaturas, vt repræſentantur in diuina eſſentia, videri ab intellectu beati: vel ſecundo falſius aſſeris, & contra te ipſum, non poſſe videri eſſentiam ſine perſonis, aut attributis: ſiquidem euidenter hoc infers ex identitate formali ex natura rei inter eſſentiam, & perſonas, ſeu attributa: quæ ſecundum te eſt eadem prorſus identitas inter eſſentiam, & creaturas, prout repræſentantur in eſſentia.

57 *Solutio arbitraria*

Sed video ſequacem aliquem tuæ ſententiæ pro te reſpondentem, argumentum præfactum nullius eſſe ponderis: quia in eo variatur ſuppoſitio. Arguitur etenim de ideis ad creaturas, quarum ratio longè diuerſa eſt: creaturæ enim ſunt entitates creatæ, & finitæ: idea autem eſt quædam ratio creaturæ, quæ repræſentatur in eſſentia diuina.

58 *Impugnatio ſolutionis.*

Verum hæc ſolutio merè arbitraria eſt, ad cuius demonſtrationem nolo pro nunc ex Scoto probare ideas eſſe res ipſas obiectiue exiſtentes in Deo (quod differo vſque ad propriũ locum) ſed ſecundum tuammet ſententiam in hoc, quod attinet ad ideas idẽ contra te conficio argumentum: nam in citata diſputatione aſſeris, quod diuina eſſentia repræſentat creaturas: & quia eſt illarum verbum, eſt idea: & in ſequenti diſput. c. 1. ponis in Deo eſſe plures ideas creaturarum: ergo ſunt plures rationes formales creaturarũ ſecundum ipſarum ſpecificas naturas repræſentatæ in eſſẽtia diuina, quatenus diuina eſſentia, tanquam verbum illarum eas repræſentat: non enim intelligi poteſt creatura aliqua in eſſẽtia, quin ſecundum rationem propriam intelligatur: nam aliàs eſſet manifeſta fallacia, imò contradictio in adiecto: quia diceretur videri creatura, ſine eo quod eius formalis ratio videretur, & tunc videretur, & non videretur creatura: quod manifeſta contradictio eſt: ſi ergo admittis plures eſſe ideas, quia, ſcilicet, plures rationes creaturarum repræſentantur in diuina eſſentia tanquam in verbo, & idea illarum: hoc idem intendo, & tunc contra te ſic argumentor, ſicut prius: nam ex eo præciſè (per te) intellectus videns eſſentiam non poteſt non videre perſonas, & attributa: quia hæc inter ſe ab eſſentia nulla diſtinctione ex natura rei diſtinguuntur, ſed ſimpliciſſima identitate ſunt idem: at qui, per te eadem omnino identitate, qua attributa ſunt eadem eſſentiæ diuinæ, etiam eidem eſſentiæ ſunt ideæ eædem: ergo ſicut implicat, per te, videri eſſentiam ſine attributis, ſic implicat videri eſſentiam, ſine ideis: ergo qui videt eſſentiam, neceſſario videt illam repræſentantem omnes creaturas, quarum eſt verbum; quia per te, vt ſic eſt idea: ergo ex vi viſionis beatæ neceſſario, eo quod videt eſſentiam, videt omnes creaturas, tã futuras, quàm poſſibiles, quæ ſunt infinitæ: quia videt eſſentiam cum omni, quod eſt ſibi ex natura rei, & formaliter idem: ergo videt illam, vt repræſentantem omnes tales creaturas, & ex conſequenti ex vi viſionis eſſentiæ, videt infinitas creaturas: ergo falſum aſſeris in citato loco, nullam creaturam videri ex vi viſionis eſſentiæ, etiam prout repræſentantur in eſſentia ſecundum ſuum proprium eſſe earum, de quo ibi eſt quæſtio: ſi ergo hoc defendis multo facilius, & à fortiori debes concedere, poſſe diuinam eſſentiam de potẽtia abſoluta videri ab intellectu beati, etiã

in

ſi non videantur perſonæ, aut attributa.

Ex his ergo contra omnes Thomi-
59 ſtas inſero, quod ſecūdum eorum ſententiam, parum refert diſtinctio formalis ex natura rei inter eſſentiam, & perſonas, aut attributa, ad hoc vt conuincantur fateri, diuinam eſſentiam ſine ipſis videri poſſe: licet in noſtra Schola talis diſtinctio ſit ratio fundamentalis, qua noſtra concluſio probatur.

60 Ex hoc argumento æque probatur cōcluſio, tam de viſione eſſentiæ ſine attributis, quàm etiam ſine perſonis: quod autem attinet ad viſionem vnius perſonæ ſine alia ſibi relatiue oppoſita, ſatis conſtat ex dictis ſupra
61 num.37.& ſequentibus.

5.Concluſ. Dico quinto, quod viſio, qua videretur diuina eſſentia, non viſis perſonis, aut attributis, eſſet formaliter, & adæquate beata: viſio vero, qua vna, ſeu omnes relationes ſimul, ſiue vnū attributum, aut omnia ſimul ſine eſſētia viderentur, nō eſſet beata adæquate, neque inadæquate. Concluſio hæc facilimè conſtat ex dictis: quæ quoad omnes ſui partes hac vnica ratione probatur: nam vt habetur ex tertia cō cluſione, diuina eſſentia præciſe conſiderata ſine perſonis, & attributis, eſt obiectum formale, & adæquatū viſionis beatæ, quatenus beata eſt: ergo viſa ſola eſſentia intuitiue, erit adæquate, & formaliter viſio beata: ergo viſis omnibus alijs ſine illa, nullatenus talis viſio adæquate, aut inadæquate beata erit: ſiquidem cætera, quæ circunſtāt naturam diuinam, nihil prorſus ſecū dum ſe ad rationem obiecti beatitudinis conducunt.

62 Epiſcopus Canarienſis, & plerique
Torres. Thomiſtæ cum eo prolixe inquirunt, quid nam videret in diuina eſſentia, qui ipſam ſine attributis videret? nō enim videret eſſentiā formaliter bonam, neque ſapientem, neque iuſtā, aut miſericordem: quid ergo videret? imò pro ipſis ſic inſto, non videret eſſentiam iuſtam: ergo videret eſſentiam non iuſtam: ſed hæc viſio repugnat cum obiecto illius: ſiquidem repugnat eſſentiam non eſſe iuſtam: ergo &c.

Reſpondeo, quod videret diuinam 63
eſſentiam, quæ eſt prima entitas formaliter, & radicaliter infinita, à qua quaſi pullulāt attributa, & relationes, quæ eſt infinitum pelagus eſſendi: vnde vt D. Damaſcenus inquit lib. 1.c.
4. *Si iuſtum, ſi bonum, ſiquid tale dixeris, non naturam dicit Dei, ſed quæ circunſtant naturam.* D. Dam.
Et quando infers, non videt eſſentiam iuſtam: ergo videt illam non iuſtam: negatur conſequentia: quia non valet à negatione viſionis ad negationē obiecti: & ideo non valet: non video Petrum diuitem, ergo video Petrum non diuitem: nam in prima propoſitione negatur, quod viſio Petri terminetur ad Petrum, inquantum diuitem. in ſecunda autem negatur de Petro, quod ſit diues: ſic in propoſito ſe habet iſta illatio, non videt eſſentiam ſapientem: ergo videt illam non ſapientem: quia licet in viſione optimè poſſit negari, quod talis viſio terminetur ad iuſtitiam Dei: hoc non ideo eſt, quia iuſtitia negatur ab eſſentia: ſed quia præſcinditur eſſentia à iuſtitia, & inquantum ſic præciſa terminat viſionem illam: aliud ergo eſt, video Deum non ſapientem, & aliud non video Deum ſapientem. Prima namque propoſitio eſt falſa: quia termini ex parte prædicati repugnant inter ſe: repugnat enim, Deum non eſſe ſapientem. Secunda vero eſt vera, quia admittitur, quod Deus videtur, ſed quod non videtur inquantum ſapiens: non ergo valet illatio à negatione viſionis ad negationem obiecti: licet benè valeat à negatione obiecti, ad negationem viſionis: ſicut non valet à negatione effectus ad negationem cauſæ: benè tamen valet à negatione cauſæ, ad negationem effectus: quia ergo obiectum eſt cauſa viſionis benè valeret: non eſt eſſentia ſapiens: ergo non videtur, vt ſapiens: non tamen valet, non videtur, vt ſapiens: ergo non eſt ſapiens: aut, ergo videtur, vt non ſapiens: quia ſi à parte rei

eſt ſapiens,implicat, quod videatur, vt non ſapiens, quia videretur cum prædicato,quod ſibi repugnat aparte rei.

64. Si tamen vrgeas,quod inter contradictoria,nullum eſt medium: vel ergo videt eſſentiam ſapientem, vel nõ ſapientem? Reſpõdeo, quod illa contradictoria debent verificari ſimul de eodem: hîc autem non de eodem, ſed de diuerſis enunciantur: vnde ſi verificentur de viſione, hoc modo enunciari debent: vel video Deum ſapientem, vel nõ video Deum ſapientem: & tunc, quia vtraque propoſitio de eadem viſione enunciatur, vna, ſeu altera erit falſa, & neceſſario altera erit vera. Si etiam de Deo enuncientur, hoc modo enunciari debent, vel Deus eſt ſapiens, vel non eſt ſapiens: & tunc vna eſt vera, & altera falſa: at vero in præſenti manifeſta committitur fallacia: nam vna propoſitio negat aliquid viſionis, & altera negat aliquid obiecti: quando enim dicis, non video Deum ſapientem, tunc negas, viſionem terminari ad Deum, vt ſapientem, & ſic nihil negas de Deo, ſed de viſione: quando autem dicis, ergo video Deum non ſapientem, nihil negas de viſione, ſed negas ſapientiã ineſſe Deo: in quo apparet manifeſtum ſophiſma tuæ illationis: quia intendis, duo contradictoria, non de eodem, ſed de diuerſis ſubiectis verificare: quæ quidem manifeſtius in quæſtione de diſtinctione attributorum ab eſſentia comperta erunt.

§.8.

Soluuntur omnia argumenta pro prima ſententia.

65. *Ad argum. pro 1. ſent. & ad 1.* AD argumẽta igitur in oppoſitum, & ad primũ pro prima ſententia reſpondeo, cum identitate reali, quæ eſt inter diuinam eſſentiam, & perſonas, ac attributa optime compati diſtinctionem formalem ex natura rei: & ex conſequenti, qui videret eſſentiam ſine perſonis, & attributis, videret quidem eſſentiam, ſicuti eſt, & cum omni, quod eſt ſibi idem formaliter, etiam ſi non videret omnia, quæ ſibi realiter identificat.

66. *Ad cõfirmationem.* Ad confirmationem dico, verum eſſe omnem cognitionem intuitiuam terminari ad rem exiſtentem, & præſentem. Diuina autem eſſentia non ſolum exiſtit in triplici ſubſiſtentia perſonali, eo quod naturaliter exiſtit in tribus: ſed exiſtit, quinimo & ſubſiſtit ſubſiſtentia ſibi propria, & abſoluta, quæ eſt exiſtentia per ſe, & ita hæc talis exiſtentia eſt de quidditate ipſius eſſentiæ, vt implicet per locum intrinſecum diuinam eſſentiam concipere, quin illam exiſtentem cõcipiamus: hæc tamen exiſtentia, quæ communis eſt tribus perſonis, ſicut & ipſa eſſentia, conuenit diuinæ naturæ, prout diſtincta eſt à perſonis: & hæc ſi præſens fiat intellectui, optime per ſe ſine ſubſiſtentijs relatiuis poterit terminare cognitionem intuitiuã beati.

67. *Ad 2.* Ad ſecundum reſpondeo, aliud eſſe loqui de natura mea, prout à ſuppoſito abſtracta: & vt ſic dico, quod ſi Deus illam, prout à ſuppoſito diſtinctam, intellectui præſentem faceret, non dubito, quod talis natura per ſuam exiſtentiam poſſet terminare intuitionem illius: et tunc non diceretur intellectus videre me ſine me: ſed videre naturam meam, ſine ſuppoſito meo. Aliud vero eſt loqui de natura mea, vt præſens ſit intellectui, ſimul cum ſuppoſito: & tunc eſſet contradictio videre me ſine me: atqui in caſu quæſtionis diuina eſſentia, quæ eſt eadem realiter cum perſonis (longe maiori identitate, quam natura mea ſuppoſito meo, vt argumentũ probat, ſiquidem natura creata realiter diſtingitur à ſuppoſito, natura autem diuina ſumma idẽtitate realis eſt eadem cum perſonis) ſi fuerit præſens intellectui, vt præſcindit à perſonis, proculdubio, vt ſic per ſuam propriam exiſtentiã terminaret intuitionem beati.

68. *Ad confirmationē.* Ad confirmationem dico, quod idem dicendum eſt de eſſentia reſpectu vnius ſuppoſiti; ſi tantum exiſteret in illo, quod nunc de tribus dicimus: quia tunc non variaretur quidditas eſſentiæ: & ex conſequenti eandem exiſtentiam, & ſubſiſtentiam, quā nunc habet ut à tribus ſuppoſitis abſtracta, haberetur præciſa ab vnico ſuppoſito, in quo exiſteret.

69. *Ad 3.* Ad tertium reſpondeo, quod diuina eſſentia naturaliter repræſentat ſe diuino intellectui, non tamen intellectui creato, ſed libere ad nutum diuinæ voluntatis, vt ſæpe dictum eſt: quā ob rem ſpeculum dicitur voluntarium: & ideo licet reſpectu diuini intellectus naturaliter repræſētet perſonas: nihilominus reſpectu intellectus creati poſſet repræſentare eſſentiam ſine perſonis: & tunc reprobat argumentum illud, tantum videret intellectus, quantum eſſentia media voluntate repræſentaret: & quia in caſu quæſtionis non repræſentaret perſonas, illas non videret intellectus creatus.

70. *Ad argum Vezquij.* Ad argumentum Vezquij ſatis reſponſum eſt in probatione quartæ conclusionis: ibi enim inprimis diſtinctionem formalem ex natura rei conſtituimus, quā ille nōdum adeptus eſt: quæ profecto cum ſumma Dei ſimplicitate compatitur, vt ſuo loco videbitur: imo etiam ſi hæc diſtinctio vera non eſſet, ſed excogitata (vt ipſe ait) adhuc omni identitate formali ſuppoſita, probatum eſt ibi ad hominem ex verbis ipſius, dari viſionem eſſentiæ, ſine eo quod eſt ibi formaliter & ex conſequenti à fortiori poſsibile eſſe viſionem eſſentiæ ſine perſonis, & attributis.

71. *Ad argum. Suarij.* Ad argumentum vero Suarij reſpondet Scotus in hoc primo diſt. 1. quæſt. 2. art. 3. vt viſum eſt ſupra; quod non erunt ibi duo actus: ſed vnus & idem, & vna, ac eadem numero viſio: pro qua ſolutione videnda ſunt, quæ hic late diximus à numero 19. vſque ad numerum 23.

72. *Ad argum. Caietani.* Ad argumentum denique Cayetani reſpondeo, comprehenſionem eſſentialiter non ſpectare ad beatitudinem, vt formaliter beatitudo eſt: quia aliàs nulla viſio creata eſſet beatitudo, cum nulla ſit comprehenſiua: ſed ſpectat ad perfectionem diuini intellectus attingentis quodcumque cognoſcibile, modo infinito attingendi, vt infra in quæſtione propria dicemus. Vnde ſi per impoſsibile Pater tantum videret diuinam eſſentiam, & non perſonas, non comprehenderet quidem omnia cognoſcibilia in ſua extenſione: eſſet tamen eadem eſſentiali beatitudine beatus, qua nunc eſt; & inſuper haberet in ſe viſionem intenſiue comprehenſiuam, quatenus ipſa ſola viſione poſita, & inuariata, videret omnia viſibilia, & cognoſcibilia, ſi denuo terminarent illam: ſicut dictum eſt ſupra de identitate viſionis eſſentiæ ſine perſonis in nuper citatis numeris: ſicut ergo Patri obiectum beatitudinis eſt præciſa eſſentia ſecundum abſolutam rationem eſſentiæ: ſic & intellectui creato. Nec argumentum Cayetani aliquid vrget: quia ex illo (vt formatum iacet) probatur quoque, quod etiam beatitudo intellectus creati comprehenſiua eſſet: ſiquidem à comprehenſione Dei arguitur ad beatitudinem creaturæ.

Ad argumenta vero de fruitione eadem fere eſt ſolutio, quæ eſt de viſione: nā eiſdē rationibus, quib⁹ probatur ab Scoto poſsibilitas viſionis eſſētiæ ſine perſonis, aut attributis, probatur quoque poſsibilitas fruitionis eſſentiæ ſine illis: quimmo magis hoc conſtat de fruitione, quàm de viſione: quia cum intellectus ſit potentia naturalis: voluntas autem libera, ſtat, intellectum non poſſe non videre aliqua obiecta connexa inter ſe, & tamē voluntatem ex ipſis oſtenſis amare vnum, & non alterum. Qua propter Antonius Andreas bipartiuit ſententiam Scoti, negando eam quo ad viſionem in 1. diſt. 1. quæſt. 2. §. de ſecundo dico, & tenendo eam de fruitione, §. his non obſtantibus. 73. *Ad argum. quæ poſſūt fieri de fruitione.* *Antonius Andreas.*

DIFFICVLTAS XXXII.

Vtrùm ex vi viſionis beatæ videatur in Deo omnes creaturæ poſsibiles, aut futuræ?

§. 1.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum prima ſententia Gotfredi, & aliorum, ac ſecunda D. Thomæ.

1 INgentem præ manibus difficultatem habemus: cum etenim creaturæ ſecundum eſſe poſsibile ad diuinam omnipotentiam referantur, & ſecundum futuritionem, ad liberos actus diuinę voluntatis, quibus Deus decreuit, ipſas futuras eſſe: conſequenter videretur neceſſariam eſſe comprehenſionē omnipotentiæ Dei ad omnes creaturas poſsibiles cognoſcendas: necnon & comprehendere omnes liberos actus diuinæ voluntatis, quibus creaturas futuras eſſe decreuit.

2 Fuit igitur prima ſententia circa hanc difficilem quæſtionem Gotfredi in quodlibet. 3. quæſt. 3. quē ſecuti ſunt Durandus in 3. diſtin. 14. quæſtion. 2. & in 4. diſtin. 49. quæſt. 3. Capreolus ibidem quæſt. 6. Baſſolis in q. 4. prologi art. 3. §. *de Theologia beatorū*, quod idē ſentit in 3. diſtin. 14. quæſt. 2. art. 2. & alij, qui aſſerunt quod licet futuras creaturas, quatenus futuræ, & contingentes ſunt, non videat beatus ex vi viſionis beatæ, ſed peculiaribus reuelationibus: nihilominus tamē res omnes poſsibiles ex vi præciſa viſionis beatę, à beatis videri: vocabantque res poſsibiles rerum eſſentias, & neceſſarias: futuras vero res quoad exiſtentiam, & contingentes. Quoad vtràque igitur partē probatur hæc ſententia, ſupponēdo, creaturas futuras (vt nuper notatum eſt) eo quod ad ſui exiſtentiam pendent ex libera Dei voluntate decernente futuras eſſe in aliqua temporis differentia, non repræſentari naturaliter in diuina eſſentia, ſed libere: poſsibiles vero eo, quod non ex libertate dependent, quia quoad eſſentiam ſuo proprio ſui rationem independenter à Dei libertate habent eſſe: ideo naturaliter repræſentantur in eſſentia. Ex quo ſic arguūt: intellectus vidēs clarè & intuitiue rem aliquam, eo ipſo formaliter videt omnia, quæ in ea naturaliter repræſentātur, ſiquidem hæc talia ibi relucent neceſſario: quæ vero ibi non neceſſario, ſed libere apparent, non eadem formaliter viſione, neque ex vi illius videri poteſt, niſi noua, & diſtincta aliqua cognitione: ſed omnes creaturæ poſsibiles quoad eſſentiam ſuam naturaliter præſentātur in eſſentia diuina, futuræ vero quoad exiſtentiam, non naturaliter, ſed libere apparent in illa: ergo ex vi viſionis beatæ videntur omnes creaturæ poſsibiles, non vero futuræ, niſi noua de eis fiat intellectui reuelatio.

Huius argumenti maiorem probant: quia cum intellectus ſit naturalis potentia, tantum neceſſario videt in obiecto, quantum in illo naturaliter repræſentatur: alias enim eſset potentia libera, quæ pro ſua libertate poſset non intelligere in obiecto aliquid, quod naturaliter relucet in illo: & per eandem rationem conſtat, non neceſsario videre, quæ in re viſa, non naturaliter, ſed libere relucēt. Minor vero manifeſta eſse videtur, ſiquidē poſsibiles rerum eſsentias naturaliter repræſentat eſsentia diuina, non vero quoad ſui realem exiſtentiam, ſecundum quam in aliqua temporis differentia ſunt futuræ. Primū patet, tam ex eo quod Deus ſua omnipotētia poteſt omnes tales creaturas facere, & ſicut in eſsentia relucet omnipotentia, ſic & creatura, quæ in omnipotentia, tanquam in cauſa neceſsario continetur: quàm etiam ex eo quod Deus cognoſcit res omnes poſſibiles, nec eas potuit non cognoſcere, 3

Margin notes: *1. ſententia Gotfredus. Durandus. Capreolus. Baſſolis*

re, ſicut non potuit facere eas, non eſſe poſsibiles: ergo in ſua eſſentia, tanquam in Verbo, & in cognitione illarum naturaliter repræſentantur. Secundum etiam patet: quia ſicut in ſua æternitate voluit Deus aliquas creaturas in hac, vel illa differentia temporis eſſe futuras, ita potuit velle nullas creare, vel alias, & non illas condere: cum omnia ad extra liberè, & contingenter agat: ſed quæ repræſentantur in Deo, eo quod in cognitione eius relucent, repræſentantur quidem cum eadem neceſsitate, vel contingentia, ſecundum quam cognoſcuntur ab ipſo: cognoſcuntur autem ab eo talia futura ſecundum contingentiam ſuæ futuritionis: ergo & repræſentantur in eſſentia cum eadem contingentia, & non naturaliter, aut neceſſario.

4. *1. ſentent. D. Thom.* Aliter Diuus Thomas prima parte, quæſtione duodecima articulo octauo in corpore indifferenter de poſsibilibus, aut futuris loquens, duas habet propoſitiones, ex quibus alia tertia infertur. Prima eſt, quod *nullus intellectus creatus, videndo Deum, poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, vel facere poteſt.* Secunda propoſitio eſt, quod *horum, quæ Deus facit, vel facere poteſt, tanto aliquis intellectus plura cognoſcit, quanto, perfectius Deum videt.* Ex quibus propoſitionibus colligitur tertia, quod, ſcilicet, ſecundum ſententiam Diui Thomæ, quidquid beatus videt in Deo, videt virtute viſionis beatæ, & ex vi illius, ſiquidem ex perfectiori viſione Dei, infert pluralitatem viſorum in ipſo. Et hoc quidem clarius innuit articulo nono in corpore, vbi ait, *quod videntes Deum per ſuam eſſentiam ea, quæ in ipſa eſſentia Dei vident, non vident per aliquas ſpecies, ſed per ipſam eſſentiam diuinam intellectui eorum vnitam:* & articulo decimo in fine corporis inquit: *Ea, quæ videntur in Deo, non videntur ſingula per ſuas ſimilitudines, ſed omnia per vnam eſſentiam Dei.* Quod notandum valde eſt, propter quoſdam noſtræ ætatis Theologos, qui etiam & Diu-

[illegible] Thomam cum [illegible] affirmant: hanc tamen propoſitionem [illegible] cant abſurdum, vt infra videbimus. Sequuntur itaque D. Thomam [illegible] ibidem, Ferrara 3. cont. [illegible] 50. & 59. & [illegible] Sotus in 4. diſt. [illegible] art. 3. atque plerique Thomiſtæ [illegible] partim Suarez [illegible] lib. 2. de [illegible] negatiuis cap. 25. num. 7. videlicet [illegible] ad primam propoſitionem [illegible] ſecundam autem cap. [illegible] num. 12. *Caiet. Ferrar. Sot. Suarez.*

Tres igitur partes continet [illegible] ſententia. Prima eſt, quod ſi quid [illegible] in Deo, videtur ex vi eiuſdem viſionis, qua Deus videtur. Secunda eſt [illegible] poſſe videri omnes creaturas futuras, aut poſsibiles ab intellectu creato [illegible] tia, eo plures creaturas videri [illegible] in Deo, quo perfectius beatus Deum viderit. Sic igitur probatur prædicta ſententia, quo ad primam partem, argumento D. Thomæ art. 9. quoniam per vnam ſpeciem videtur ſpeculum, & ea, quæ in ſpeculo apparent: ſed omnia ſic videntur in Deo, ſicut in quodam ſpeculo intelligibili: ergo ſi ipſe Deus videtur per ſuam eſſentiam, conſequenter ea, ſi quæ in ipſo videntur, videri debent per eandem Dei eſſentiam: ergo ex vi eiuſdem viſionis, qua videtur eſſentia. Secundam partem probat idem D. Thomas art. [illegible] quia nullus intellectus creatus [illegible] Deum totaliter comprehendere [illegible] ſi beatus videret omnia, quæ Deus facit, vel facere poteſt, Deum totaliter comprehenderet: ergo &c.

Eadem pars iterum probatur [illegible] do: quia Angeli vident Deum per eſſentiam: & tamen omnia [illegible] dem Angeli inferiores purg[illegible] ſuperioribus, vt dicit D. Dy[illegible] cap. 7. de cæleſti Hierarchia [illegible] tellectus creatus non poteſt videre omnia futura, aut poſsibilia in eſſentia: quia ſi hoc eſſet poſsibile, credendum eſt Angelis fuiſſe conceſſum.

Tertio probatur eade ſecunda [illegible] prædictæ ſententiæ: quoniam Angeli [illegible] cunt futura contingentia, & cogitationes cordium, hoc enim [illegible] Dei eſt: ergo multo minus [illegible]

poterit aliquis intellectus creatus inferior Angelis.

8. Tertia tandem pars huius ſententiæ probatur ab eodem Diuo Thoma articulo octauo: nam, qui habet intellectum eleuatum, ſtatim vno principio demonſtratiuo propoſito, ex ipſo multarum concluſionum cognitionem accipit: quod non conuenit ei, qui debilioris intellectus eſt, ſed oportet, quod ei ſingula explanentur: igitur ille intellectus poterit plures effectus alicuius cauſæ cognoſcere, qui perfectius viderit, & cognouerit eorum cauſam: ergo eorum, quæ Deus facit, aut facere poteſt, tanto aliquis intellectus plura cognoſcit, quanto perfectius Deum videt.

§. 2.

Referuntur tertia ſententia Henrrici, & quarta Vazquij.

9 *3. ſentent. Henrrici.* HENRRICVS Vero pro vatijs ſolet adduci ſententijs: ſed quā Scotus refert, de eius mente habetur in quodlibeto quinto quæſtione decimaquarta, vbi loquens de intellectu animæ Chriſti Domini, diſtinguit duplicem viſionem, vnam videlicet, habitualem, qua habitualiter videns eſſentiam, videt omnia, quæ repræſentantur in illa: alteram vero actualem, qua actualiter hæc talia videntur: ait ergo Henrricus, quod intellectus animæ Chriſti potuit in Verbo videre omnia habitualiter; non vero actualiter. Quidquid autem ſit de hac diſtinctione, & de primo membro illius patebit infra. Nunc autem ſecundum probatur ab Henrrico: quoniam virtus infinita non poteſt in plura, quā in infinita obiecta; ergo ſi virtus finita, qualis eſt intellectus Chriſti, poſſet in infinita, virtus finita æquaretur virtuti infinitæ: quod eſt impoſſibile: ſed ſi actualiter videret in Verbo omnes creaturas, proculdubio infinita obiecta videret: ergo &c.

Secundo, nam virtus finita diſtinctius videt duo, quam tria, & tria quam quatuor; & ſic aſcendendo minus diſtincte videt mille, quam centum: ergo minus diſtincte videt plura in infinitum, quam pauciora: ſed indiſtinctius in aliquo gradu finito videre, non eſt videre: ergo &c. 10

11. Tertio, quia ex Aberroe de ſubſtantia orbis 3, & 12. Metaph. Com. 41. infinitas extenſiua præſupponit infinitatem intenſiuam: ſed anima Chriſti Domini, & à fortiori quæcumque alia anima creata, non potuit habere infinitatem intenſiuam, cum talis infinitas nulli creaturæ poſſit cōpetere; eſt enim propria ipſius Dei: ergo nec poteſt habere infinitatem extenſiuam: hæc autem requiritur ad videnda infinita obiecta: ergo &c. *Aberroes.*

12. Quartam ſuam ſententiam tribuit Gabriel Vazquez Diuo Bonauenturæ, & Scoto, & pluribus Scotiſtis, Thomiſtis, & Nominalibus; quinimo, & ipſi Diuo Thomæ; quæ in duobus conſiſtit. Primum eſt, nullam creaturam in Deo videri ex vi viſionis beatæ: ſecundum vero eſt, per peculiarem reuelationem aliquas creaturas poſſibiles, aut futuras à beatis cognoſci, non quidem eadem viſione, qua vident diuinam eſſentiam, ſed alia diuerſa. Huius tamen ſententiæ improbabilitatem quoad vtramque patefaciam infra: modo vero falſam eſſe prædictam allegationem tantorum Doctorum ex ipſorum verbis oſtendam: & in primis Scotus in tertio diſtinctione 14. quæſtione 2. in illo, §. *ſed iſte*, ibi allegatur à Vazquio eſto quod ibi non determinet mentem propriam, vt infra videbitur, adhuc tamen ibi oppoſitum manifeſte aſſerit ſequentibus verbis: *Primo dicitur, quod videt omnia habitualiter, non tamen actua-* *4. ſentent. Vazquij.* *Scotus.*

actua-

actualiter: exponendo diſtinctionem hoc modo, quod per aliquem actum videt Verbum, & per illum actum omnia relucentia in Verbo ſunt ſibi præſentia actu primo, & per hoc habitualiter ſibi nota. Ex quibus conſtat expreſſe falſitas allegationis prædictæ. Etiam Diuo Bonauenturæ hoc falsò imponit Vazquez: nam eadem diſtinctione 14. articulo ſecundo quæſtione tertia, vbi allegatur ab illo, numquam ſomniauit Seraphicus Doctor aſſerere non videri ex vi viſionis beatæ à beato, quæ videntur in Deo: imò potius oppoſitum expreſsit, dum refutans quartum modum dicendi, in quem Vazquez coincidit, hæc ait: *Quia ſi anima Chriſti cognoſcit, quidquid cognoſcit per habitum creatum, nec eſt habitus alius creatus in anima Chriſti, quæ omnia cognoſcit ſecundum ipſum Verbum, vel in ipſo Verbo, niſi habitus gloriæ comprehenſoris: quia illo circumſcripto, iam nihil cognoſceret in Verbo.* D. Bonau.

13 Profectò non miror, Vazquium hoc imponere Scoto, & Diuo Bonauenturæ, Okamo, Gabrieli, Marſilio, & alijs, quorum priores à paucisſimis Thomiſtis originaliter videntur æſtate iſta, & poſteriores nemo forſitan legit. Sed quod miror eſt, illum non dubitare hoc etiam Diuo Thomæ imponere; cuius literam textualem nemo Theologus non videt. Mehercle in toto articulo quinto quæſtionis 57. primæ partis, vbi allegatur à Vazquio oppoſitum expreſsis Verbis Doctor Angelicus docet, & præſertim in corpore articuli hæc ait: D. Thom. *Eſt autem, & alia Angelorum cognitio, quæ eos beatos facit, qua vident Verbum, & res in Verbo; & hac quidem viſione, cognoſcunt myſteria gratiæ: non quidem omnia, nec æqualiter omnes: ſed, ſecundum quod Deus voluerit eis reuelare.* Nec obſtat pro Vazquio; quod ibi dicat de reuelatione: quia huiuſmodi reuelare habet ſe ex parte voluntatis diuinæ oſtendentis; prout vult, res iſtas, vel illas in Verbo. Hoc tamen ſemper ſaluo, quod eadem prorſus viſione, qua videt beatus Verbũ, videt res repræſentatas, & ſibi oſtenſas in Verbo, eo modo, quo Vazquez illis tribus, & verbis ſacræ Theologiæ terminis ſuam excogitatam ſententiam curat imponere; & poſſem quidem etiam aliorum Doctorum, quos ipſe citat, verba adducere, & prædictæ allegationis falſitatem comprobare. Sed ne prolixius procedam, quidquid ſit de eius allegatione, veritatem ſententiæ examinemus, & quomodo à priori intendit probare, nihil creaturæ ex vi viſionis beatæ videri.

Primo igitur ſententiam ſuam probat Vazquius à priori, hoc modo: diuina eſſentia in ſe ipſa eſt abſoluta, & nullatenus refertur ex natura rei ad aliquam creaturam: ergo nequit eſſe medium, quo aliqua creatura cognoſcatur: ergo ex vi claræ viſionis eius, nulla creatura videri poteſt. Conſequentia probatur: quia ſi eſſet medium cognoſcendi creaturas, hoc eſſet, quia eſſentia diuina habet in ſe creaturas, vel, inquam, quia creaturæ ſunt in ipſa eſſentia diuina formaliter; & viſa eſſentia, videntur ea, quæ formaliter ſunt in ipſa; aut quia ſunt in ea virtualiter tanquam effectus in cauſa: vel tertio, quia ſunt in ea, tanquam cognitum in cognoſcente: ſed nullo ex his tribus modis aliqua creatura videri poteſt in Deo: ergo &c. De primo patet: quia nulla creatura eſt formaliter in Deo: tunc etenim eſſet ſecundum propriam naturam, & rationem: at vero inanimata ita dicuntur in Deo eſſe, vt dicantur etiam habere vitam in ipſo: nihil enim aliud eſt creatura hoc modo in Deo, quàm ipſe Deus: nunquam vero agitur de creaturis, prout à Deo diſtinguuntur: & vt ſic non ſunt formaliter in Deo. 14 De ſecundo, & tertio probatur: quia licentes dicantur eſſe in Deo, tanquam in cauſa, vel tanquam cognitum in cognoſcente media cognitione ſimplicis intelligentiæ, quâ veluti antea poteſt eas producere: non ſatis eſt, vt videns clarè eſſen-

etiam, ſicuti eſt, videat etiam, aut cognoſcat creaturam aliquam in illa. Cuius probatio eſt: quia diuina eſſentia, quæ ſe ipſa eſt cognitio creaturarum, ſiue poſſibilium, ſiue futurarum, re vera abſoluta eſt, & non relatiua: ergo viſa ipſa non poteſt nos ferre in cognitionem eorum, ad quæ non refertur. Nec valet, ſi dicas, reſpectu ſaltim rationis ad creaturas referri, quatenus eſt earum cognitio: quia reſpectus rationis, qui ab intellectu viatoris tantum Deo tribuitur, non poteſt eſſe cauſa intellectui clarè videnti Deum, vt ex vi viſionis Dei, videat creaturam. Quod quidem argumentum non minus fit de ſcientia ſimplicis intelligentiæ reſpectu poſſibilium, quàm de ſcientia viſionis reſpectu futurorum.

15 Secundo idem probat ab abſordo (vt ipſe inquit) quia ſi aliqua creatura futura, aut poſſibilis ex vi viſionis beatæ videretur: conſequenter cæteræ omnes creaturæ videntur: quia nõ eſt maior ratio, quare videatur vna, quòd alia: ſed abſurdum eſt dicere, quo ex vi viſionis beatæ videntur omnia poſſibilia, & futura: ergo &c. Quod autem non ſit maior ratio de vna, quàm de altera, probatur: quia in primis, non ex parte diuinæ eſſentiæ: non enim magis repræſentantur in eſſentia quædam creaturæ, quam cæteræ, ſed omnes æqualiter. Neque ex parte luminis gloriæ: quia omnia lumina ſunt eiuſdem naturæ, licet vnum ſit intenſius alio: intenſio vero, vel remiſſio ex parte principij non poteſt eſſe cauſa videndi potius hoc obiectum, quàm illud: ergo non eſt, vnde potius poſſit videre intellectus beati in eſſentia aliquas creaturas, quàm omnes ſimul.

16 Tertio ad idem: quoniam tunc, qui plura indiuidua videret, perfectius etiam intueretur eſſentiam. Quod probatur ex illatione Diui Thomæ in citato articulo octauo: ergo aliquis æqualis meriti cum alio haberet minorem gloriam, quam ille ?. Interdum etenim contingit (ſicut etiam Thomiſtæ fatentur) quod vnus beatus æqualis meriti videat plura indiuidua, quàm alter: aut eorum, qui ad ſe fundunt preces, aut eorum, qui ad ſtatum ipſius beati pertinent, vt veriſimile eſt de fundatoribus Religionum: abſurdum eſt autem ex duobus æqualis meriti vnum perfectius altero beari: ergo &c.

Quarto tandem, quoniam nihil obſtat ad hoc, vt infinitas creaturas videat intellectus beati, ſemel admiſſo, quod vnam videat ex vi viſionis beatæ: ſed infinitas poſſe videri ab intellectu creato eſt abſurdum: ergo &c. Nihil autem obſtare, ex eo quod ſint infinitæ, vt falſo (inquit Vazquez) putauit Ricardus, & Scotus, probatur: nam ſi non obſtat, eſſentiam diuinam eſſe infinitam per eſſentiam, ad hoc vt ab intellectu creato videatur: quomodo obeſſe poteſt infinitas multitudinis, cum infinitas quoad eſſe hanc multitudinis longè, lateque ſuperet? Cum ergo lumen gloriæ præſtet intellectui poſſe videre eſſentiam, ipſum quoque lumen ei præſtare poterit, poſſe infinitas creaturas videre, ſemel admiſſo, quod vna ex vi viſionis beatæ per lumen gloriæ videatur. 17

§. 3.

§. 3.

Ponitur verò Scoti ſententia, & eius Problema exponitur.

18 IN oppoſitum autem eſt ſubtilis
Doctor in 3. diſtinctio. 14. quæſt.
2. lit. I. vſque ad lit. O. vbi varios
modos dicendi diuerſorum Au
ctorum proponit, ex quibus quoſdã
probabiles eſſe oſtendit. Quod autẽ
aſſertiue tenet, & ſemper ſupponit
verũ, eſt, quidquid beatus videt in
Deo, hoc quidem videt ex vi viſionis
beatæ. Modum vero quorumdam op
poſitum aſſerentium improbat Do-
ctor, deducendo ex eo propoſitionẽ,
quam ait contradicere multis aucto-
ritatibus Sanctorum, & Phyloſopho-
rum: hæc igitur ſunt verba Doctoris
hic. M. *Poteſt dici, quod concluſio iſta poſ-
ſet poni duobus modis. Vno modo, quod
anima Christi haberet vnam viſionem reſ
pectu verbi, vt primi obiecti, & omnium
obiectorum relucentium in verbo vt ſecun
dariorum obiectorum. Alio modo poſſet
poni, quod reſpectu cuiuſcumque obiecti eſ
ſent infinitæ viſiones receptæ in actu à ver
bo cauſatæ. Et ſecundum iſtam viam ſecũ
dã, oportet poni aliqua infinitas: quod vi
detur contradicere multis auctoritatibus
Phyloſophorũ, & Sanctorũ. Si primus mo
dus ponitur, nõ propter hoc ſequitur, viſio
nem illam eſſe formaliter infinitam.* Con
concluſio autem, de qua hic loquitur
ſub iſta duplicis modi diſtinctione,
hæc erat, prout antea ipſam expreſſe
rat. *Poteſt dici, quod anima Christi actua-
liter videt omnia in Verbo, quæ videt ver
bum.* Hanc tamen concluſionem, non
aſſertiue, ſed problematice tenet Do
ctor, vt patet ex ſequentibus, quæ ſub
dit infra: *Sed ſi iſta via non placet &c. po
teſt dici, quod videt omnia habitualiter,
non tamen actualiter: exponendo diſtin-
ctionem hoc modo, quod per aliquem actũ
videt Verbum, & per illum actum omnia
relucentia in Verbo ſunt ſibi præſentia in
actu primo, & per hoc habitualiter ſibi
nota.* Hæc omnia ſunt verba Scoti.

Hanc ſententiam quoad hoc quod
eſt videri, quidquid videtur in Verbo 19
ex vi viſionis beatæ, expreſſe tenent *D. Bona.*
Seraphicus Diuus Bonauentura, D. *D. Thom.*
Thomas, Henrricus, vt viſum eſt ſu- *Henricus*
pra, & eſt communis in Scholis: tenẽt *Suarez.*
etenim illam omnes Thomiſtæ, & ex *Rubionis.*
Ieſuitis Suarez 1. parte lib. 2. capite. *Lychetus.*
25. concl. 1. & (vt credo) cæteri, dem- *Maironis.*
pto Vazquio: quoad reliquas verò par *Almainus.*
tes prædictæ ſententiæ ſequuntur om *Faber.*
nino Doctorem ſubtilem Guillelmus *Baſſolis*
Rubionis in 3. diſtin. 14. quæſt. 2. ſub
§. *ad cuius euidentiam*, Lychetus ibidẽ,
ac Maironis, & Almainus: ex recẽtio
ribus vero Faber ibidem diſputatio-
ne 35. cap. 4. & 5. & cæteri Scotiſtæ,
dempto Baſſole, qui quamuis cum
Doctore ſentiat in 4. quæſtion. prolo
giare. 3. §. *de Theologia beatorum*, ex
vi viſionis beatæ videri poſſe omnia
poſſibilia: hoc tamen negat reſpectu
rerum futurarũ, in quo coincidit in
opinionem Gotfredi.

Vt iam ad huius Scoticæ ſenten- 20
tiæ explanationem perueniamus,
primo obſeruare oportet, controuer-
ſiam præſentis difficultatis potius eſ-
ſe de poſſibili, quàm de facto: quam-
uis optime ex poſſibili ad factum, con
ſiderata maiori, vel minori beati ex-
cellentia, perducamur. Quam ob rem
illã fere omnes Doctores diſputant
de excellentiſſima Chriſti Domini vi
ſione beata. quæ cum ſit longè cæteris
excellentior, vt omnes Catholici cõ-
fitentur: imò & ſumma, quam Deus
poteſt creato intellectui communica
re, vt docet Scotus: & nos Deo dante
ſuo loco tuebimur: optimè ex illa in
fertur, quid poſſit videre in Verbo
quilibet intellectus creatus ex vi vi-
ſionis beatæ: nam licet ſummam ex-
cellentiam Chriſti animæ, & intelle-
ctui meritò tribuamus: omnis attamẽ
remanet ſub Sphera intellectus crea-
ti; qui propterea, quod finitus eſt, &
intra rationem limitatæ naturæ, idem
prorſus, quod de illius viſione dicitur
poteſt Deus alteri intellectui creato
cõmunicare: & ita omnia, quæ Chri-
ſti intellectus videt in Verbo: poteſt
(volen-

Digitized by Google

licet, iſtæ naturaliter repræſentantur in Verbo: non non tamen illæ, ſed libere. Ratione quarti opinatus eſt Vazquez nullam creaturā videre poſſe ex vi viſionis beatæ, prout viſum eſt in argumentis eiuſdem, quibus hoc à priori, & ab abſurdo demonſtrare intendit.

24. *Reſolutio opinionum diuerſarū, quæ circa hanc difficultatem verſantur.* Ex quibus quatuor modis dicendi conſtat opinionum varietas: nā Gotfredus opinatur ex vi viſionis beatæ, videri omnes creaturas poſsibiles; nō tamen futuras. Modus autē ille à D. Bonauentura vt probabilis opinatus ex vi eiuſdem viſionis ponit videri poſſe omnes creaturas futuras, non tamen omnes poſsibiles: Diuus autem Thomas indifferēter loquens de poſſibilibus, & futuris, non omnes, ſed aliquas vtriuſq; generis ex vi viſionis beatæ, videri affirmat. Hæc omnia negat Vazquez: ſed ait nullam creaturam poſsibilem, aut futuram videri poſſe ex vi viſionis beatæ. Scotus vero ex nullo quadruplicis capitis aſsignati in poſsibilitatē aliquā inuenit, & ſic acutiſsimè tuetur, actualiter poſſe beatum ex vi eiuſdem met viſionis, qua eſt beatus, videre omnia futura, & poſsibilia, quæ videt Verbum, & quæ in Verbo, ſeu in eſſentia relucēt.

§. 4.

Inueſtigatur, vnde prouenire poſſit impoſsibilitas viſionis omniū creaturarum in Verbo, & oſtenditur ex triplici capite nullam eſſe.

25. *Ex quatuor capitibus poteſt prouenire impoſsibilitas viſionis omniū creaturarum in Deo.* DEBEMVS igitur, hanc impoſsibilitatem à tot viris ſapientiſsimis inuentam, de medio tollere, ex eiſdem quatuor enumeratis capitibus. Ex primo ergo ſic oſtendo intentū, deducēdo rationem ad oppoſitum: quia, vi delicet, ex eo quod intellectus creatus videret infinita in actu ex vi viſionis beatæ: adhuc tamen comprehenſiuus non eſſet, nec diceretur comprehendere Deum: ergo ex parte intellectus beati non implicat videre omnia, quæ in Verbo relucent. Hoc antecedens probatur quarto argumento ſubtiliſsimo adducto pro ſententia Vazquij, quod ipſe ex Scoto deſumpſit in citata quæſtione ante literam H. quod ſic in textu habetur. *Cognoſcens vnum effectum in Verbo, non comprehendit illum, neque Verbum, vt eſt cauſa illius: ergo quācumque effectus cognoſcat, nullum eorum comprehendet, nec Verbum, vt eſt cauſa illorum: ergo multo magis, nec ſimpliciter comprehendet cauſam, ſi omnes effectus eius cognoſcat.* *Oſtenditur nulla ſenus prouenire hanc impoſſibilitatē ex parte intellectus creati.* Cuius argumēti efficacia hæc eſt: ſi cognoſcēs aliquid ſub ratione priori, & intimiori, non comprehendit illud: multò minus comprehendit, ſi cognoſcat ſub ratione remotiori: infinitas autē Dei eſt prior, & magis intima deitati, quā poſſe creare effectus: nam ideo poteſt à Deo creari effectus, quia infinitus eſt Deus, & non ē contra. Tunc ſic: ſed cognoſcens, & videns Deum ſub ratione infinitatis, non comprehendit eū, vt patet: cuius ratio à priori eſt: quia actus comprehenſiuus (vt infra in quæſtione de comprehenſiõne dicetur) nō ideo eſt comprehenſiuus, quia tantum terminatur ad obiectum quantumuis difficultiſsimè cognitum: ſed quia adæquatur omni cognoſcibilitati obiecti: ita quod ſi obiectum ſit cognoſcibile cognitione infinita, donec cognitio intenſiue infinita non fuerit, comprehenſiua non erit: ſed nullus intellectus creatus, per quamcumque potentiam, etiam abſolutam, poteſt habere notitiam intenſiue infinitam: ergo &c. Ex quibus concluditur intentum ex primo capite: quoniam ſi beatus videndo eſſentiam, quæ eſt quoād eſſe infinita, non comprehendit illam: quomodo vidēdo infinita ſecundum multitudinem diceretur comprehendere illa, & eius cauſam, quæ eſt ipſa eſſentia?

Ex ſecundo vero capite nullam ibi impoſsibilitatem eſſe demonſtro, 26

& ſuppo-

Oſtenditur ex ſecundo capite, videlicet ex eo quod creaturæ poſsibiles nõ poſſũt ſimul omnes exiſtere, nõ ex inde prouenire impoſsibilitatẽ ad vidẽdũ omnes ta les creaturas in Verbo.

& ſuppono, non eſſe dubium in hoc capite de futuris, quæ finita ſunt, ſed de poſsibilibus: & tunc dico, quod erit cognitio poſsibilium, quæ vt ſunt condiſtincta à futuris, dicunt negationem exiſtentiæ: & ex conſequenti ſupponitur poſsibilia vt poſsibilia non habere eſſe, quia & ſi ſecundum aliquos probabile ſit poſſe dari infinitum in actu (quod nunc non diſputo) ex hoc tamen nihil concluderetur ad propoſitum: quia eo ipſo, quod diſtinguimus futura (quæ finita ſunt) à poſsibilibus, ſuppunimus ipſa poſsibilia infinita eſſe, & debere intelligi, non vt exiſtentia, ſed vt poſsibilia ad exiſtendum. Ex quo ſequitur, quod ex hoc, quod eſt poſſe omnia ſimul exiſtere (ex eo quod pluralitate exiſtententium poſita, nunquam manebit exaucta omni potẽtia Dei ad creãdum alia, & alia vſque in infinitum) non infertur impoſsibilitas viſionis eorum.

27 Hoc igitur à priori ſic probo: quoniam etiam hoc admiſſo, quod omnia ſimul propter dictã rationem, quod, ſcilicet, non poteſt dari infinitum in actu, non poſſunt exiſtere in rerum natura: adhuc tamen diuinus intellectus proculdubio omnia, & infinita poſsibilia videt: non quidem, vt actu exiſtentia, ſed vt poſsibilia ſunt ad exiſtere: ſicut ergo non implicat intellectum diuinum talia infinita poſsibilia cognoſcere, etiã ſi implicet ipſa ſimul exiſtere: ſic non implicat, etiã intellectum creatum poſſe huiuſmodi infinita poſsibilia cognoſcere, eo quod implicet ipſa ſimul exiſtere. Nec obſtat latiſsima differentia inter vtrumque intellectũ, quod, ſcilicet, diuinus eſt infinitus, creatus vero finitus: quia ſicut ex hoc quod intellectus creatus finitus videt infinitam eſſentiam, quam etiam videt infinitus intellectus, non infertur in ipſo intellectu creato infinitas aliqua formalis, aut intenſiua, ſed tantum obiectiua: ſic, imò, & à fortiori, etiam ſi videat infinita obiecta poſsibilia, quæ videntur à Verbo, non infertur in illo alia infinitas, quàm obiectiua: infinitas etenim intenſiua principij, non infertur ex infinitate extenſiua obiectorum, aut ex infinitorum cognitione: ſed ex infinita cognitione, & ex infinito modo cognoſcendi ea, quibus obiectum comprehenditur: quæ quidem infinita cognitio principium infinitum requirit: atque ideo ſolo diuino intellectui eſt poſsibilis: non igitur officit, creaturas poſsibiles infinitas eſſe in potentia, & non in actu, ad hoc vt earum cognitio creato intellectui ſit poſsibilis: quoniã ſi de obiecto impoſsibili non repugnat dari ad exiſtendum cognitio in intellectu diuino, hoc proculdubio non etiam repugnabit in intellectu creato: repugnantia etenim proueniẽs ex parte obiecti non tollitur propter nobilitatẽ potentiæ: ergo ſi non repugnat dari cognitionem infinitorum poſsibiliũ in intellectu diuino, non obſtante quod hæc talia poſsibilia repugnet ſimul exiſtere: hoc præfecto nõ repugnabit reſpectu intellectus creati: ſiquidem hæc impoſsibilitas, ſi qua eſt habet ſe totaliter ex parte obiecti, & nullátenus ex parte potentię.

Oſtenditur ex 3. capite, videlicet ex eo quod omnes creaturæ repræſentantur in Verbo poſſe omnes à beato videri, & non ex hoc capite impoſsibilitatẽ haberi.

Nec profecto ſe tenet hæc impoſſibilitas ex tertio capite: quoniã Verbum omnia, tam poſsibilia, quam futura repræſentat: quamuis etenim futura ex libero ſuæ voluntatis decreto, ſuam futuritionem, & exiſtentiam habeant: hoc tamen non obſtat, quin repræſentẽtur in eſſentia. Quod à priori probatur: quia diuinus intellectus ſcientia ſuæ viſionis videt eiuſmodi creaturas futuras: ſed ad cognitionem quamcumque intellectus diuini nulla aliqua eſt ratio motiua, nec aliquod aliud datur obiectum motiuũ, quam diuina eſſentia: hæc namque à ſui cognitionem mouet tanquam obiectum primarium, & ſecundario ab obiecta, quæ virtute eius videntur, vtpote obiecta ſecũdaria, qualia ſunt omnes creaturæ: & ideo omnia talia obiecta relucent in eſſentia tanquam in ſpecie, virtute cuius cognoſcibilia ſunt, & cognoſcuntur: ergo &c. 28.

Quod amplius confirmatur: quoniam Deus perfectiſsimè cognoſcit omnia cognoſcibilia, etiam alia à ſe, vtpote creaturas: & non cognoſcet

illa

illas per repræſentationem, & motionem, quã ipſæ creaturæ de ſe faciunt: quod eſt commune apud omnes Theologos, & etiã Phyloſophos, inter quos Ariſtoteles ait 12. Meta. Deum nihil extra ſe cognoſcere: quia aliàs intellectus diuinus vileſceret: ergo debet dari intra Deum aliquod obiectum motiuum ad huiuſmodi cognitionem; quia per nullam potentiam poteſt dari cognitio ſine obiecto. Hoc tale motiuum non eſt aliud, quàm diuina eſſentia, vt omnes concedunt: ergo ipſa repræſentat obiectũ, ad cuius cognitionem ſecundario mouet: nam primario mouet ad cognitionem ſui ipſius: & ipſa iam cognita, facit omnia alia à ſe intellectui diuino cognita, prout ſæpiſsime docet Scotus.

Ariſtote.

30 Non ſolũ creaturæ poſsibiles, ſed etiam futuræ naturaliter repræſentantur in verbo

Porrò non tantum repræſentat eſſentia diuina intellectui diuino res poſsibiles, eo quod naturaliter contineãtur in ipſa, vt dicebat Gotfredus: ſed etiam omnes creaturas futuras naturaliter repræſentat, vt egregie docuit Doctor in hoc primo diſtinct. 39. quæſt. vnica, vbi loquendo de creaturis, non ſolum de poſsibilibus, ſed etiã de futuris, probat diuinam eſſentiam eſſe intellectui diuino rationem naturaliter cognoſcendi omnia, etiam cõtingentia: quæ aperte habentur in his verbis textualibus. *Voluntas pro aliquo nunc facit illud determinate eſſe verum: hoc erit pro . A. hoc autem exiſtente determinate vero, eſſentia eſt ratio intellectui diuino intelligendi iſtud verum: & hoc naturaliter, quantum eſt ex parte eſſentiæ, ita quod ſicut naturaliter intelligit omnia principia neceſſaria* (quales ſunt naturæ & rationes communes creaturarum in ſuis ſpeciebus) *quaſi ante actum voluntatis diuinæ, quia eorum veritas non pendet ab illo actu, vt eſſent cognita ab intellectu diuino, ſi per impoſsibile non eſſet volens: ita eſſentia diuina eſt ratio cognoſcendi ea in illo priori inſtanti naturæ: quia tunc ſunt vera: non quidem, quod illa, vera moueant intellectum diuinum, nec etiam termini eorum ad apprehendendum talem veritatem: quia tunc intellectus diuinus vileſceret, quia pateretur ab alio ab eſſentia ſua: ſed ſicut eſſẽtia diuina eſt ratio cognoſcendi ſimplicia, ita & complexa, talia: tunc autem non ſunt vera contingentia, quia nihil eſt tunc, per quod habeant veritatem determinatam: poſita autem determinatione voluntatis diuinæ, iam ſunt vera, videlicet, pro illo ſecundo inſtanti, & hoc idem erit ratio intellectui diuino, quod erat in primo intelligendi iſta, quæ ſunt vera in ſecundo inſtanti: & fuiſſent cognita in primo inſtanti, ſi fuiſſent vera in primo inſtanti.*

31. Hæc quidem præclara verba Doctoris optime oſtendunt creaturas futuras, & contingentes non minus naturaliter repræſentari in diuina eſſentia, quàm neceſſarias, & poſsibiles: quod optimè probat Doctor ipſe ratione, & exemplo. Ex quibus conſtat intellectui diuino, non minus eſſe diuinam eſſentiam rationem cognoſcẽdi futura, quàm poſsibilia: ſed non poteſt eſſe intellectui diuino ratio naturalis cognoſcendi talia obiecta, niſi quia naturaliter vtraque repræſẽtat: ergo naturaliter repræſentat tam poſſibilia, quàm futura ſecundum Scotũ. Eſt igitur diuina eſſentia obiectũ motiuũ intellectus diuini reſpectu cognitionis creaturarum: ipſæ vero creaturæ in ſe ipſis, & in proprijs earum rationibus ſunt obiecta ſecũdario terminatiua diuinæ cognitionis. quia eas diſtincte, & in proprijs naturis cognoſcit: ſed non poteſt habere diſtinctã, & perfectã rei cognitio, niſi res in ſe ipſa cognoſcatur: nihilominus tamẽ ita in ſe ipſis terminant, non vt extra eſſentiam diuinam ſecundum ſuas realitates terminent; ſed ſecundum ſuas naturas, & rationes formales, ſecundum quas repræſentantur in diuina eſſentia, terminant diuinam cognitionem: & hoc ſufficit, vt dicãtur in ſe ipſis diſtincte à diuino intellectu cognoſci.

32 cognitio qua Deus videt creaturas poſsibiles eſt intuitiua.

Si tamen inquiras, an hæc cognitio, qua Deus cognoſcit creaturas, prout in eſſentia relucent, ſit intuitiua? cuius dubij ratio eſſe poteſt: quia, cum tales creaturæ non habeant exiſtentiam, non videntur poſſe terminare notitiam intuitiuam, quæ neceſſario eſt rei exiſtentis, & præſentis. Dico, quod intuitiue videntur à Deo, eo quod diuina eſſentia ob ſui

ipſa

infinitate,& eminentiam eſt intellectui diuino ratio cognoſcendi intuitiue omnem creaturam multo perfectius,quàm ſi ipſæ creaturæ in propria exiſtentia diuinum intellectum mouerent. Vnde docuit Diuus Auguſtinus lib.83. quæſtionum quæſt.46. Deum omnia intra ſe ipſum intueri

D. Augu. his verbis: *Singula igitur proprijs ſunt creata rationibus: has autem rationes vbi arbitrandum eſt eſſe,niſi in ipſa mête creatoris? non extra ſe quidquam poſitum intuebatur, vt ſecundum id conſtitueret, quid conſtituebat: nam hoc opinari ſacrilegum eſt*,quod idem docet Scotus vbi ſupra.

33 Sed numquid ipſa eſſentia eſt intellectui diuino ſimilitudo formalis creaturarum,ſicut ſpecies impreſſa, & intellectui creato ſimilitudo diſtincta obiecti? non defuerunt, qui hoc dixerunt,quos merito ruditatis nota

Cayet. Caietanus 1.part.quæſt.14.art.5. reprehendit. Vt autem ab hac nota liberemur; eſt diſtinguendum in eſſentia, vel primo antecedenter ad cognitionem creaturarum, pro illo priori, proquo eſt obiectum motiuum diuini intellectus ad primam cognitionem illarum : & pro alio ſecundo inſtanti, in quo iam à diuino intellectu hac cognitione ſunt cognitæ. Dico igitur,quod pro priori inſtanti non eſt diuina eſſentia exemplar actuale creaturarum , eas diſtincte continens, ſicut obiectum in ſpecie impreſſa diſtincte repræſentatum continetur: vt bene aduertit Caietanus,cum pro illo priori diuina eſſentia contineat creaturas indiſtincte , & eleuate , ac virtualiter, & eminenter , ſicut cauſa eminens ſuos effectus continet; licet ita perfecte,ac ſi diſtincte creaturæ côtinerentur in illa: in ſecundo vero inſtanti, pro quo ſunt iam cognitæ à

35 Deo, vt egregie ex Doctore ſubtili

Rada. notauit Dominus Rada 1.part.contra 20.art.2.iam diuina eſſentia côtinet creaturas actu,& diſtincte,ac eas diſtincte,& actualiter repræſentat. Cuius ratio à priori eſt; quia, vt docet Scotus in hoc primo diſtinct.35.& 36. per intellectionem Dei habent creaturæ primum eſſe formale diſtinctum , & actuale, & proprium , ac expreſſiuum: hoc tamen eſſe non eſt reale, ſed in eſſe in cognito: ergo ante talem cognitionem non habebât tale eſſe: ergo pro illo priori,proquo nondum erât cognitæ non poterant repræſentari in eſſentia ſecundum tale eſſe : ergo ex vi illius habent diſtincte repræſentari in eſſentia diuina, tanquam in ſpeculo illius,inſtar modi,quo diſtincte repræſentatur obiectum in ſpecie,vt latiſsimè probat Doctor. Ex quo concluditur eſſentiam diuinam pro illo ſecundo inſtanti diſtincte repræſentare omnes creaturas,quas cognouit, & ſicut illas cognouit.

Concluditur prærerea ex dictis,nô minus naturaliter repræſentari in eſſentia creaturas futuras,quam poſsibiles: nam ſi tota ratio diſtinctæ repræſentationis creaturarum prouenit eſſentiæ ex intellectione earû; ita quod nondum diſtincte repræſentantur in eſſentia, niſi ſuppoſita cognitione earum,& ex hac cognitione dependet repræſentatio prædicta : conſequenter quidquid cognoſcitur à Deo, eo ipſo quod cognoſcitur,repræſentatur in eſſentia,& eo quod repræſentatur diſtincte in eſſentia,côtinetur in illa tanquam obiectum in ſpecie. Parum igitur refert ad hanc repræſentationem,quod cognitio ſequatur ad volûtatis decretum,vel quod præſupponatur ad ipſum : hoc etenim ſolum arguit præceſsionem repræſentationis vnius creaturæ ad alteram : quia; ſcilicet,reſpectu creaturarum poſsibilium habuit ſe intellectus diuinus antecedenter ad decretû voluntatis; reſpectu vero creaturarû futurarû habuit ſe idem et intellectus poſt decretum volûtatis: hoc tamê ſemper ſaluo,quod,tam poſsibiles,quâm futuræ nullatenus repræſentantur in eſſentia tanquam in ſpecie,niſi prout cognoſcuntur a Deo. cum igitur repræſentatio obiecti in ſpecie ſit naturalis: conſequenter naturaliter æque repræſentantur in eſſentia diuina creaturæ poſsibiles,& futuræ.

34 *Tota ratio quare diuina eſſentia repræſentat creaturas diſtincte prouenit ex intellectione diuina.*

Hæc omnia,quæ dicta ſunt de repræſentatione creaturarum in eſſentia reſpectu diuini intellectus reduci 35

debent

Diuina eſſentia qualiter ſit naturalis ſimilitudo creaturarum reſpectu intellectus diuini & qualiter non?

Qualiter diuina eſſentia ſit repræſentatrix creaturarum reſpectu intellectus creati.

debent ad intellectum creatum modo ſibi poſsibili, vt exinde oſtendatur poſsibilitas viſionis omnium, quæ videntur in Verbo reſpectu intellectus creati ex illo cap. 3. & in primis conſtat diuinam eſſentiam eſſe repræſentatricem omnium creaturarum, tā poſſibilium, quam futurarum, & contingentium: & hoc naturaliter reſpectu diuini intellectus; vt patuit ex verbis, & ratione Scoti: ergo iam ex hoc habemus etiam eſſe repræſentatricē omnium talium creaturarū reſpectu cuiuſcumque intellectus potentis illas attingere: ergo quatenus eſt ex ſe diuinā eſſentia etiam reſpectu intellectus creati, eſt repræſentatrix talium creaturarum. Et notāter dixi, quatenus ex ſe, quia aliunde prouenit, quod non actualiter moueat intellectum creatū ad cognitionem omnium, quæ repræſentat, ſicut mouet diuinum: nempè, ex eo quod reſpectu intellectus diuini eſt naturale ſpeculum mouens ſecundum vltimū de potentia: at verò reſpectu intellectus creati eſt ſpeculū voluntarium mouens ad nutum diuinæ voluntatis oſtendentis intellectui plura, aut pauciora obiecta ex ſecundarijs, prout vult, ſicut in præcedente difficultate reſpectu cognitionis perſonarum diuinarum probatum eſt: ſicut ergo non ex hoc, quod poſsit diuina voluntas oſtendere intellectui eſſentiam, non oſtendendo perſonas, infertur, quod ipſa eſſentia non repræſentet perſonas naturaliter, ſic, non ex eo, quod vni beato oſtendat plures creaturas, & alteri pauciores colligi poteſt, ipſam eſſentiam ex ſe ipſa non eas naturaliter repræſentare.

36 Concluditur præterea ex dictis; q quamuis diuina eſſentia reſpectu intellectus diuini non repræſentet creaturas diſtinctè, quatenus ſunt obiecta illius diuinæ primæ cognitionis adextra: reſpectu tamen intellectus creati ipſas creaturas repræſentat diſtinctè ſecundum proprias illarum eſſentias, & rationes: quod ex notatis probatur: quia ante dictam Dei cognitionem nō ſupponuntur creaturæ habere eſſe, ſiquidem ex vi talis cognitionis habent ſuum eſſe formale diſtinctum: at verò reſpectu intellectus creati iam ſupponuntur habere eſſe ex vi primæ cognitionis Dei: imò & habēt eſſe repræſentatiue diſtinctè in eſſentia. Vnde reſpectu intellectus creati obijciuntur in eſſentia ſecundum proprias rationes formales, quandocumque intellectus beati illas videt in Verbo: non tamen hoc dicendum eſt de intellectu diuino: quia (vt diximus) non ſupponuntur habere tale eſſe ante ipſius intellectus primam cognitionem.

Tandē concluditur, quod ſicut ex diuina voluntate dependet extenſio viſionis plurium, vel paucorū obiectorum, ſecundum quod in diuina eſſentia oſtenduntur: ita etiam pendet ab eadem voluntate omnium talium obiectorum viſio, ſic, quod ſi voluntas diuina velit alicui beato omnes creaturas oſtendere in eſſentia: omnes quidem videbit: quod in hoc dicendi modo credibile eſt Chriſti Domini intellectui humano ob ſuæ ſummæ beatitudinis excellentiam oſtendiſſe: ipſaque ſic actu videre in Verbo: nam vt inquit Scotus in 3. diſtinct. 14. quæſt. 2. litera O. *Verbum cuilibet alij beato eſt ſpeculum repræſentans determinata, vltra quæ non poteſt velle ordinate videre alia: ſed huic* (id eſt Chriſto Domino) *eſt ſpeculum repræſentans omnia: & ideo ipſe poteſt ordinate velle videre omnia quotcumque infinitorum*: non igitur infertur aliqua impoſsibilitas viſionis infinitorū obiectorum ex illo cap. 3. quod, ſcilicet, omnia obiecta non repræſententur intellectui creato in eſſentia, ſeu in Verbo. 37

§. 5.

Vbi oſtenditur ex cap. 3. nempè ex parte viſionis ipſius, non implicare beatum omnes creaturas videre in Verbo.

NEC denique ex capite tertio, videlicet ex parte ipſius viſionis beatæ re- 38

pugnat eſſe infinitorum obiectorum: nam licet hoc impoſsibile eſſet, ſi elicitiue ſe haberet intellectus ad infinitas viſiones infinitorum obiectorum: quod probat Doctor vbi ſupra lit. N. ex hoc: *quia quæcũque virtus actiua finita poteſt habere aliquẽ effectũ adæquatum intenſiue & extenſiue plures: ita quod plures illis nõ poteſt ſimul cauſare: igitur nullus intellectus creatus poteſt elicere viſiones infinitas*: nulla nihilominus impoſsibilitas ſequitur, ſi ponatur vna & eadem viſione, omnia ſimul viſibilia à beato videri: impoſsibilitas autem ex infinitis viſionibus orta expreſſe ponitur à Doctore in verbis prædictis.

39. Contra quod ſi arguas, quod intellectus creatus poteſt elicere cognitionem cuiuslibet creaturæ, & non magis vnius, quam alterius: ergo & omnium infinitorum ſimul: cum omnia infinita æqualiter repræſententur in eſſentia: ergo poterit elicere infinitas cognitiones eorum: quia intellectus elicit vnam intellectionẽ, vt eſt prior naturaliter illa. ſed per hoc quod aliqua intellectio eſt elicita, nihil perfectionis aufertur, ad hoc vt non poſsit aliam et aliam vſque in infinitum elicere: ergo &c. Ad hoc Doctor reſpondet ibidem, *quod aliquod prius poteſt habere aliqua poſteriora, vtraque nõ poteſt ſimul: licet nihil tollatur in ſe, vt eſt prius, per hoc quod cauſat vnum poſterius: non tamen poteſt ſimul quodcumque cauſare.* Quod probatur: quia ſimultas actuũ incõpoſsibilis eſt eidem limitatæ potentiæ: & a fortiori ſimultas infinitorum: ex quibus ſecundum ipſum Doctorem habetur, quod ſi eſſet poſsibile, beatum habere infinitas cognitiones proprias infinitorum obiectorũ: hoc eſſet habendo ſe non elicitiue, ſed mere paſsiue, ita quod producerentur adæquate, & totaliter à Deo: & mere reciperentur in intellectu creato, de cuius totalis productionis poſsibilitate dictum eſt ſatis ſupra difficult. 26. quæ quidem dicta hic procedunt de pluribus viſionibus, ſi cuiuslibet obiecti viſi in eſſentia eſſet diſtincta viſio: atqui in noſtro modo dicendi, quo vnam & eandem viſionem eſſentiæ, & ſimul omnium viſibilium poſsibilem ponimus: nulla impoſsibilitas poteſt conuinci, etiam ſi eliciatur ab intellectu: quia vt inquit Doctor litera M. *non propter hoc ſequitur, viſionem illam eſſe formaliter infinitam, ſicut eſt viſio diuina: ipſa enim non eſſet comprehenſiua primi obiecti: neque obiectorum ſecundariorum. nec neceſſario ex perfectione ſua eſſet obiectorum ſecundariorum: ſed poſſet eſſe idem actus, dato quod eſſet tantum primi obiecti, licet viſio diuina ex perfectione ſua eſt neceſſario ſui, & aliorum.*

Profecto hæc præclara verba Do- 40.
ctoris breuiter, & compendioſe totã difficultatem enucleant: nam a poſteriori oſtendit, viſionem diuinam ideo infinitam eſſe, quia eſt comprehenſiua primi obiecti, hoc eſt eſſentiæ Dei, & ſimiliter creaturarum eo videlicet, quod eſt adæquata cognitio obiecti primarij, & ſecundariorum: a priori autem oſtendit, talem viſionem ideo eſſe adæquatam: quia eſt à principio infinito. viſio autem creata non eſt ſic comprehenſiua, quia non eſt à principio infinito, ac ideo infinita non eſt, nec & ita perfecta, ſicut diuina, licet ſit eiuſdem obiecti primarij, & eorumdem obiectorum ſecundariorum, quorum eſt viſio diuina: quia diuina viſio ex perfectione ſuæ infinitatis neceſſario eſt eſſentiæ, & omnium obiectorum relucentium in illa: viſio autem beata intellectus creati quantumuis perfecta, licet ex perfectione ſua neceſſario ſit viſio obiecti primarij, nempè eſſentiæ, non tamen ex perfectione ſua neceſſario eſt obiectorum ſecundariorum relucentium in eſſentia: quoniam cum repræſentatio ex parte obiecti ſit voluntaria (vt dictum eſt) poteſt diuina voluntas, repræſentato obiecto primario, repræſentare in eo obiecta ſecundaria: & ex conſequenti poſſet idem actus viſionis eſſentiæ, eſſe etiam creaturarum: vel poſſet non repræſentare (ſi vellet diuina voluntas) talia obiecta ſecundaria, & ſic eſſet viſio tãtum eſſentiæ, & non creaturarum: tametſi ergo poſ-

ſit

ſit eadẽ viſio beata intellectus creati eſſe eſſentiæ, & nõ creaturarum, vel eſſentiæ, & non multarum creaturarũ: non ob id eſt, vnde impliceт ex parte ipſius viſionis eſſe eſſentiæ & omniũ ſimul creaturarum, ſi diuina voluntas omnes creaturas in eſſentia relucentes intellectui beati oſtendat, & repræſentet. Qua repræſentatione ſuppoſita, intellectus beati eodem actu viſiunis, quo videt eſſentiam, omnes quoque creaturas in eſſentia relucẽtes videret.

41. Sed rurſos inquiro, an eadem inuariata viſio poſsit eſſe nunc Dei, & nõ creaturarum, nunc verò Dei, & creaturarum, ſed non omnium, nunc verò Dei, & omnium creaturarum relucẽtium in illo? Reſpõdeo cum Scoto eã dem prorſus inuariatam eſſe viſionẽ ſecundum ſuam entitatem, & realitatem abſolutam: habere tamen tot reſpectus ad obiecta ſecũdaria, quot fuerint talia obiecta: ita quod ſi fuerint infinita obiecta, infiniti erunt reſpectus, qui omnes fundarentur in ipſo actu videndi eſſentiam ſeu in ipſa viſione beata: terminarentur tamen ad talia obiecta. Nec ex hoc infertur infinitas in actu, ſeu viſione fundante iſtos reſpectus: nam tales reſpectus non eſſent in actu, ſed in potentia: & eodem modo, quo obiecta poſsibilia habent eſſe, & reſpicerentur ab eis: cũ ergo obiecta poſsibilia, ſecundum quod præciſe poſsibilia ſunt, & ab exiſtentibus condiſtincta, non habeãt eſſe in actu, ſed in potentia: hinc conſequẽter prædicti reſpectus ad illa ſunt in potentia, & non in actu: hæc etenim ſunt verba Doctoris vbi ſupra litera M. *ad quæ obiecta ſecundaria haberet talis vna viſio reſpectus diſtinctos: nec ſequitur infinitas actus fundantis reſpectus huiuſmodi, qui non eſſent, niſi in potentia: & iſto modo nulla ponitur infinitas in actu, quia obiectum non habet eſſe in actu.* Ex quibus omnibus prænotatis manet perſpicuus prior modus Scoti ponentis, ſcilicet, poſsibilitatem viſionis actualis omnium creaturarum futurarum, & poſsibilium in intellectu creato, quæ non ſolum ſit viſio earum ex vi viſionis beatæ: ſed quod ſit ipſamet viſio beata quoad ſuam abſolutã realitatem, & entitatem.

42. Nunc autem reſtat alterum ſecundum modum viſionis exponere, quo, ſcilicet, ponebatur ex vi viſionis beatæ habitualiter omnia obiecta in Verbo relucentia videri poſſe: hunc etenim modum (vt ſupra viſum eſt) approbauit Scotus. Pro quo tertio obſeruare oportet, quod cognitio intellectus eſt duplex, nempè in actu primo, & in actu ſecundo. Cognitio in actu primo eſt verbum mẽtis, prout informans intellectum, vel, inquam, ſpecies intelligibilis expreſſa, quæ eſt expreſa ſimilitudo obiecti, in qua obiectum relucet tãquam in formali cognitione ſui: & hoc tale verbum ſi extra intellectum produceretur à Deo, non eſſet cognitio in actu primo: quia cognitio in actu primo eſt illa, cui nihil deeſt, vt exeat in actum ſecundũ: vbi autem intellectus nõ eſſet, impoſſibilis eſſet actus ſecundus: ac ideò vt verbum mẽtis ſit cognitio in actu primo, debet informare intellectũ: cognitio verò in actu ſecundo vltra hanc verbi informationem, poſtulat actualem tendentiã intellectus in obiectũ, quod relucet in verbo, quæ tendentia vocatur perceptio obiecti: eſt enim quoddam reſpicere, quo intellectus obiectum in verbo relucens reſpicit: & hæc eſt vitalis operatio, de qua ſatis dictum eſt ſupra in difficultate præcedente.

43. Illud igitur verbum, ſeu ſpecies ſeruata in memoria per modum quietis non ſolum eſt actus primus intelligẽdi, ſed etiam eſt habitualis cognitio: quia quatenus eſt ex ſe, ſufficienter oſtenſiua eſt obiecti, quod repræſentat ſi intellectus tendat in illud, ipſumq; reſpiciat: vnde hæc dixit Doctor lit. N. *illud dicitur habitualiter notum, cuius eſt actus primus ſuffiẽter oſtenſiuus*: quã ob rẽ ſi in dormiẽte cõſeruaretur verbum alicuius obiecti ille talis nõ cognoſceret in actu ſecũdo obiectũ in tali verbo repræſentatum: quia cũ hoc tale cognoſcere ſit vitaliter operari, quod in dormiente haud reperiri poteſt, non ſic illud in actu ſecundo cognoſcit: attamen ipſum verbum in

actu primo, & ex ſe ipſo oſtenſiuum obiecti, cuius eſt verbum: ita quod iſte excitatus à ſomno percipiendo obiectum in tali verbo repræſentatum, iam ipſum in actu ſecundo cognoſcit.

44. Huius inſtar modi (inquit Doctor ſecundum hunc modum dicendi) viſio beata, qua beatus videret omnes creaturas, eſſet habitualis, & nõ actualis: hoc eſt, poſſet habere beatus verbum, ſeu viſionem habitualem in actu primo, quę ex ſe ſufficienter oſtẽſiua eſſet omnium creaturarum relucentium in diuina eſſentia, ſi intellectus omnia talia obiecta actualiter reſpiceret, & perciperet: quia tamen intellectus creatus non poteſt ſimul actualiter omnia talia obiecta reſpicere propter ſui limitationem, ſed quod libet ſigillatim tantum: ideo licet optime poſsit videre quodcumque obiectum de numero infinitorum, quæ repræſentantur in eſſentia, ad quod ſe voluerit conuertere: non tamen poterit omnia actualiter ſimul videre: & hoc eſt habitualiter videre omnia in Verbo diuino, quæ actu videntur ab illo. Suppoſito igitur, quod Dei voluntas vellet oñia talia obiecta ſecũdaria, quæ in eſſentia relucent repræſentare intellectui creato, quantumuis excellentiſsimo (qualis eſt intellectus Chriſti Domini) habebit quidẽ viſionem formalem habitualem, & in actu primo, ſeu verbum mentis, quod omnia ſibi repræſentet, & ſit ſufficiẽter oſtenſiuum infinitorum relucentiũ in eſſentia: ipſe tamen intellectus, eo quod eſt finitus, non poterit ſimul omnia talia obiecta actu reſpicere: bene tamen poterat prolibito quodcumque illorum videre, ad quod ſe voluerit conuertere: & ideo iſte ſic habitualiter vidẽs omnes creaturas, erit actualiter videns omnes diuiſim, & non cõiunctim, ſeu ſimul.

45. Sed ſi vrgeas, an hic talis habitus, ſeu viſio habitualis cum vnica ſit, eadẽ ſui vnica ratione repræſentet omnia talia obiecta? Egregie ſoluit hæc Doctor ibidem hæc proferens. *Non eſt ergo aliquis vnus habitus in anima illa, qua vnica ſua ratione oſtendat infinita: ſed actus, quo videtur Verbum primo, eſt actus primus præſens, quo ſibi relucent omnia, quæ lucẽt in Verbo: & hoc quia verbum eſt ſibi manifeſtatiuum, vt ſpeculum voluntarium repræſentans omnia.* Ac ſi clarius dicat Scotus, viſio illa non eſt quæ repræſentat Deum, & creaturas vnica, & eadẽ ratione: ſed primo, & per ſe repræſentat Verbum diuinũ, ſeu eſſentiam: & hoc diuinum obiectum videt beatus actualiter & in actu ſecũdo: quia tamẽ in eſſentia viſa relucent omnes creaturæ, & eſſentia voluntariè omnes tales creaturas Chriſti intellectui manifeſtat: ideo ipſa viſio actualis, qua Chriſtus Dei eſſentiam actualiter videt, eſt ſibi viſio habitualis reſpectu omnium creaturarũ, quæ relucẽt in Deo: ita vt poſsit ſe prolibito conuertere ad quodcumque illorum, quia omniũ eſt ſufficiẽtiſsime oſtẽſiua talis viſio.

§. 6.

Statuuntur duæ concluſiones, circa quæ de facto videt beatus in Verbo.

SIC igitur manet expoſita mens Doctoris quo ad vtrũque modum ſui Problematis: vt tamen eum cõcluſionibus reſoluamus, & rationibus comprobemus, his præhabitis, dico primo, quod beatus videns Deũ, videt creaturas in Verbo. Cõcluſio eſt communis apud omnes, quæ probari poteſt primo ex illo 1. Corint. 13. *videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem* Quod exponitur à pluribus, non de viſione eſſentiæ: hæc etenim à viatoribus in ſpeculo nõ videtur: ſed de myſterijs fidei, quæ creduntur: quę quidẽ nunc videntur in ſpeculo fidei: in patria autẽ clare videntur in eſſentia viſa. 46. 1. concluſ. 1. Corin. 13.

Secũdo probatur ex Cõcilio Senonenſi in decretis fidei, vbi poſtquam damnauit eos, qui dogmatizabant non eſſe fundendas preces ad Sanctos, quia ipſas non audiebant, eo quod nihil vltra Deum videbant in Verbo, hæc ait: *ſed quam ſit hoc non modo veritati, ſed ſcripturis quoque diſſonum,* 47. Cõcil. Seno.

Digitized by Google

ſonum, facile intelliget, qui beatis perniũ
eſſe non ignorat omniforme illud diuinita
tis ſpeculum, inquo quidquid eorum interr
ſit illuceſcat.

48 Tertio confirmatur concluſio San
ctorum Patrum teſtimonijs: nam D.
Gregorius 4. Dialogorum cap. 32. &
D. Grego. 33. vt oſtendat beatũ videre in Deo
eos, quos nouerat in hac vita, & alios
plures, hæc profert: *Quia illic omnes*
communi claritate Deum conſpiciunt,
quid eſt, quod ibi neſciant, vbi ſcientẽ om
D. Bernar. *nia ſciunt?* Item D. Bernardus lib. 5. de
conſiderat. ad Eugenium explicans
illud Romanorum primo, *inuiſibilia*
Dei &c. inter plura, quæ ait, ſubdit,
& vere quid opus eſt, ſe alije tenenti iam
ſolium? creatura cæli illa eſt præſto ha-
bens, per quæ iſta intueatur, videt Verbũ,
& in Verbo facta per Verbum. Item D.
D. Auguſ. Auguſtinus, lib. 83. quæſt. quæſt. 46.
loquendo de creaturis, quæ in Deo re
lucent, inquit. *Anima vero negatur eas*
intueri poſſe, niſi rationalis ea ſui parte,
qua excellit, ideſt mente, atque ratione,
quaſi quadam facie vel oculo ſuo interio-
ri, atque intelligibils: & ea quidem ipſa
rationalis anima, non omnis, ſed quæ ſan-
cta, & pura fuerit. Hæc aſſeritur illi vi-
ſioni eſſe idonea, ideſt. quæ illum ipſum
oculum, quo videntur iſta, ſimilem his re-
bus, quas videre intendit, habuerit, & lib.
65 quæſt. quæſt. 26. ait. *Quia prius vi-*
detur ipſa creatura in Deo, quam in ſe ip
ſa videatur, ideo creatura plus videtur in
arte, qua facta eſt, quam ipſa in ſe ipſa;
quæ facta eſt.

49 Quarto ratione probatur cõcluſio:
quoniã creaturæ relucẽt in eſſẽtia, &
in verbo tãquam in ſpeculo, ſed qui
videt ſpeculum, videt obiectum re-
lucens in illo: ergo beati videntes eſ-
ſentiam vident creaturas relucen-
tes in ea.

50 Dico ſecundo, quod non omnis intel
2. concluſ. lectus beatus videt omnes creaturas
poſsibiles, aut futuras in Verbo. Cõ-
cluſio eſt cõmunis apud omnes dep-
tis Gotfredo, & eius ſequacibus, pro-
batur tamen primo ex illo Iob. cap.
11. vbi dicitur. *Forſitan veſtigia Dei*
comprehendet, & vſque ad perfectum om
nipotentem reperies. Qui locus ſolet ex
poni de veſtigijs, quæ ſunt creaturæ
Dei, quatenus ſunt termini eius om-
nipotentiæ: & ideò ait, quod licet ali-
qua veſtigia omnipotentiæ Dei, hoc
eſt aliquas creaturas videat beatus in
Verbo: non tamen cõprehendet vſ-
que ad perfectum Omnipotentem,
id eſt, nõ omnia veſtigia, ſcilicet, om
nes creaturas omnipotentiæ videbit?
Quæ probatio optime concludit de
creaturis poſsibilibus: de futuris autẽ
probatur concluſio ex illo Matth. ca. Matth.
14. vbi hæc profert Saluator. *De die*
autem illo, vel hora nemo ſcit, neque An-
geli in cælo. Quod etiam habetur Mar Marci.
ci cap. 13. vbi loquebatur Dominus
de die iudicij, & de Angelis, qui iam
ſunt à ſuæ creationis primordijs per
fecte beati: & ait, hos quidem quamtũ
uis beatos huius diei futuritionem ig
notare: Non ergo omnes beati vidẽt
in Verbo cunctas creaturas poſsibiles
aut futuras.

Hoc quidem probatur ſecundo te 51
ſtimonijs Sanctorum Patrum nam D.
Aug. lib. 13. confeſsionum cap. 15. in D. Augu.
quit, beatos videre in Deo illud tantũ,
quod diuina voluntas ſibi velit oſten
dere, cuius verba ſunt iſta. *Quia nõ o-*
pus habent ſuſcipere firmamẽtum hoc, &
legendo cognoſcere Verbum tuum. Vidẽt
enim faciem tuam ſemper, & ibi legunt
ſine ſyllabis temporum, quæ velit volun-
tat tua. Item D. Anſelmus ſuper Euan
gelia cap. 17. in Matth. ait. *Nubes & ca* D. Anſelm.
ligo in circuitu eius, quia latet in quadã
obſcuritate incomprehenſibilitatis ſuæ:
nec agnoſci poteſt à creatura, niſi quantũ
vult reuelare. Hoc eſt oſtendere ſibi
de his, quæ relucent in Verbo.

Tandẽ ratione probatur, ad quod 52
proſunt omnes factæ pro ſententijs
Henrrici, & D. Thomæ: illæ etenim
ſufficienter probant de facto non
omnem beatum videre in Ver
bo omnes creaturas
poſsibiles, aut
futuras.
(?)

Digitized by Google

§.7.

Ponitur concluſio de his, quæ iuxta abſolutã Dei potentiam, poteſt beatus videre in Verbo.

DICO tertio, quod non implicat, intellectum creatũ videntem diuinam eſſentiam, videre actu..liter om
53. *Magiſter.* nes creaturas poſsibiles, & futuras, quę relucent in illa. Cõcluſio hæc eſt Sco
ti contra Authores 1.2.& 3.& 4. ſententiæ: tenent eam vlterius magiſter
Albertus. in 3.diſt.14. & Albertus Magnus ibidem: quæ probatur latiſsime à Diuo
Auguſtino, qui non ſolum de poſsibi-
D. Auguſ. li, ſed de facto videtur tenere, Angelos omnes creaturas videre in Verbo:
D. Bernar quod idem de beatis innuit D. Bernardus: ſed præſertim D. Auguſtinus 4. de Geneſi ad literam à cap. 21. vſque ad 23.& cap.29. ait. *Nunquid tamen dicet, aut ſi dixerit quiſquam, audiendus eſt, illam cæleſtem in Angelorum millibus ciuitatem, aut non contemplari Creatoris æternitatem, aut mutabilitatem ignorare creaturæ, aut ex eius inferiori quadam cognitione non laudare Creatorem? ſimul hoc totum poſsint, ſimul hoc totum faciant, poſſunt tamen, & faciunt, ſimul ergo habent, & diem, & veſperam*: & lib.11.de ciuitate Dei cap. 29. poſtquam omnes creaturas, quas innumerauerat, inquit: *omnia hæc aliter in Verbo Dei cognoſcuntur ab Angelis, vbi habent cauſas, rationeſque ſuas: id eſt ſecundum quas, facta ſunt incommutabiliter permanentes. &c.* & in lib. Dialog. 65. quæſtionum quæſt. 26. ait: *omnis creatura antequam tempore ſuo fieret, in ipſo Dei Verbo prius ab Angelis cognoſcenda: & ſic ſuo tempore facienda &c.* & non ſolum de futuris (vt hic viſum eſt) hoc tenet ſantiſsimus Doctor: ſed etiam de poſsibilibus id ipſum ſentit dum probãs ex illo Ioannis primo, *quod factum eſt in ipſo vita erat*, aſſerit, omnes creaturas, vitam habere in Verbo, dum inquit: *omnia ergo, quæ facta ſunt & vitam non habent, in ipſo Verbo Dei vita ſunt, in ſe ipſis vita non ſunt*: quia ergo non minus habent vitam in Deo creaturæ poſsibiles, quàm futuræ, ſiquidem viuunt vita ipſius Dei, quæ non magis viuificat iſtas, quàm illas, non plus futuras, quàm poſsibiles, per particulam *facta* intelligit: & infra ſubdit: *ac per hoc plus videntur ab Angelis ſanctis in Verbo Dei, vbi ſunt vita, quàm in ſe ipſis: quia ſcientia Angelorum in comparatione Dei quodammodo veſpera eſt.* Idem fere aſſerit Diuus Bernardus libro primo de conſideratione ad Eugenium, vbi loquendo indifferenter de beatis, ait: *nec opus, ex his, quæ facta ſunt, factoris notitiam mendicare, neque enim, vt vel ipſam nouerit, ad ipſa deſcendit, quæ ibi illa videt, vbi longe melius ſunt, quàm in ſe ipſis.*

Nec profecto audendum eſt dice-
re, Diuum Auguſtinum contradixiſ- 54
ſe ſibi in locis citatis, quatenus teſtimonia hæc videntur pugnare contra aliud ipſius à nobis relatum ſupra pro ſecunda concluſionis probatione: ibi enim duplex poteſt eſſe ſenſus circa illa verba, *quid velit voluntas tua*: vel primo, quod voluntas diuina terminetur ad volendum creaturas futuras, & tunc ait videre beatum in Deo omnia, quæ Deus vult: hoc eſt omnia, quæ volitione ſua facere decreuit: & tunc teſtimonium illud potius hanc concluſionem confirmat, quàm illam: vel ſecundo, poteſt referri illa Dei voluntas ad oſtenſionem reſpectu intellectus creati: & tunc reddit hunc ſenſum: tantum videbit beatus in Verbo, quantum diuina voluntas velit ei oſtendere: & tunc probat illam ſecundam concluſionem, ſupponendo non omnia velle oſtẽdere cuilibet intellectui beati: & ex cõſequẽti, non omnia de facto videre quẽlibet beatum in Verbo: quod profectò non contradicit huic tertiæ concluſioni: quia in iſta non de quolibet beato

Digitized by Google

beato, ſed de Angelis ſanctis loquitur tantummodo D. Auguſtinus: in illa verò de quolibet beato loquimur, aſſerentes, non omnem beatum videre omnia poſsibilia, & futura in Verbo.

55. Porrò quid ſenſerint D. Auguſtinus, & D. Bernardus in illis citatis, & relatis teſtimonijs, non ſatis inter Doctores conſtat: nam circa cognitionẽ matutinam, & veſpertinã, quam ponit D. Auguſtinus, plures, & diuerſi ſunt modi exponendi, de quo pũcto peculiarem diſputationem mouet Vazquius: Scotus autem plura dicit præclara in 2. diſt. 3. q. 9. litera F. Hæc tamen contentio, circa quam ſe fatigãt in exponenda mente Auguſtini, non eſt penes numerum obiectorum viſorum in eſſentia: ſed tantum circa diſtinctionem viſionis matutinæ, & veſpertinę: has vero ſpeculari, pro nunc noſtra non intereſt: ſed mentem D. Auguſtini atque Bernardi circa difficultatis intentum aperire, an, ſcilicet videant Angeli, ſeu beati de facto in Verbo omnia, quæ videt Verbum? quod videtur ſonare verba relata: in qua tamen difficili tantorũ Patrum verborum interpretatione, quid quid reliqui Doctores dicãt, hũmilitate, qua debeo, conatus ſum exponere illorum mentem.

56. *Expoſitio mẽtis Aug.* Dico ergo, quod dicti patres de ſufficientia oſtẽſionis in Verbo, in quo omnia relucent, loquuntur: non verò de viſione actuali: ac ſi dicat Auguſtinus, omnia, quæ facta ſunt, & fieri poſſunt, vitã habere in Verbo perfectius, quàm in ſe ipſis: & ita non indigere beatum ab ipſis rebus exiſtentibus in ſe ipſis mẽdicare notitiã, ſed in eodẽ Verbo omnia repręſentari, ita vt vo ẽte ipſo Verbo, poſsit beatus ſufficientiſsime omnia intueri in ipſo: ſic intelligendum eſſe exiſtimo illud Bernardi, *quæ ibi illa videt, vbi longe melius ſunt, quàm in ſe ipſis*: & hæc (meo videri) germana interpretatione, hæc ſanctorum Patrum teſtimonia de poſsibili, & non facto procedunt, quibus præclare noſtra concluſio robotatur.

57. Ratione autẽ probatur concluſio ab Scoto pluribus argumẽtis ad labefactandã rationẽ, qua D. Thmas vtitur de cõprehenſione: in hac namque probanda, vel confutãda, tota cõcluſionis veritas cõſiſtit: quia ex cognitione omnium creaturarũ, præſertim poſsibilium, videtur inferri comprehenſionem omnipotentiæ, & infinitatis Dei: quo fundamento nititur D. Thom. ſentẽtia. Arguit igitur Doctor probando quinque medijs, nõ ſequi cõprehenſionem infinitatis in intellectu creato, ex eo quod videat in Verbo omnia futura, & poſsibilia: quorum primum eſt (& erit nunc nobis vnica concluſionis probatio, nã cæterorum vnum eſt ſupra poſitũ ſub obſeruatione ſecunda: alia vero media in expoſitione lib. 3. Deo dante adijciam) quoniam quãdo aliqua duo cõueniunt alicui tertio ordinatè, ita quod primum eſt cauſa totalis reſpectu ſecundi, ſi intellectus cognoſcens illud primum, non ideo comprehendit, neque perfectiſsime cognoſcit illud tertium, quantum eſt cognoſcibile: conſequẽter a fortiori neque intellectus qui cognoſcit ſecundum, comprehẽdet illud tertium: ſed in Deo ſunt duo ordinata, nam primum eſt eſſe ipſius Dei infinitum intẽſiue, ſecundũ verò ſunt infinita poſsibilia, & plura futura, prout in primo eſſe Dei relucet. *Probatur cõcluſio ratione Scoti* Quod declaratur: quia in Deo prius eſt eſſe infinitum intenſiue, quàm repræſentare infinita poſsibilia, & omnia futura. iſta etenim eſt vera cauſalis: quia Deus eſt infinitus, ideo repræſentat infinita poſsibilia, & omnia futura: quia verò ſic eſt cauſa infinitorum eorum: non verò è contra, ideo eſt infinitus, quia infinita, quorum eſt cauſa, repræſentat: cauſa enim non pendet ab effectu, licet bene è conuerſo effectus à cauſa eſſentialiter dependeat. Tunc ſic, ſed intelligens Deum ſecundum ſuum eſſe infinitũ, non cõprehẽdit illum, vt patet de omnibus beatis, qui Dei infinitatẽ vidẽt, abſq; comprehenſione illius: ergo qui in Deo viderit omnia futura, & poſsibilia infinita, multo minus illũ ob hoc poterit cõprehẽdere. Maior probatur exemplo eiuſdem Scoti: nam diffini-

rio ſubiecti, & eius paſsio ſunt duo, quæ inſunt ordinate ſubiecto, ita tamen, quod diffinitio eſt totalis ratio & cauſa, ob quam paſsio ineſt ſubiecto: rationale etenim totalis cauſa eſt ob quam riſibilitas ineſt homini: ſi ergo aliquis, ex eo quod cognoſcit hominis diffinitionem, non comprehendit hominem: quanto minus illum comprehendet ille, qui cognoſcit riſibilitatem eius.

58. *Solutio Cayetani.* Hoc efficaciſsimum argumentum (omiſsis alijs Thomiſtarum ſolutionibus) intendit ſoluere Cayetanus 1. par. quæſt. 12. art. 8. diſtinguendo illã maiorẽ: vel enim procedit de duobus, quæ ambo inſunt tertio formaliter, vel quorũ vnum ineſt formaliter illi, & alterum virtualiter. De primis eſt vera (inquit) illa maior: quia viſio cauſæ infert viſionem omniũ effectuũ, qui inſunt tertio, vel cauſæ formaliter: quia ibi lucent potẽter. loquẽdo verò de ſecũdis non eſt vera illa maior: quia viſio cauſæ non infert viſionem effectuum, quos virtualiter cõtinet: imò ècõtra viſio effectuũ virtualiter contentorum in cauſa infert viſionẽ cauſæ: atq; ideo viſis omnibus, quæ poſſunt à cauſa cauſari, ipſorum cauſam comprehendi neceſſe eſt.

59. *Impugnatio Fabrij.* Phylippus Faber in 3. diſtin. 14. q. 2. ſua diſp. 35. cap. 1. hanc ſolutionem Cayetani non ſatis impugnat: quia non confutat diſtinctionem illam de virtualiter, aut formaliter ineſſe tertio, quæ re vera vniuerſaliter loquẽdo in ſenſu Cayetani à prima facie videtur ſoluere argumentum: & quidem hæc diſtinctio ſuperficialiſsime improbatur à Fabro: nam dicere abſolute, quod cognita cauſa, cognoſcatur effectus virtualiter contẽtus in illo, quod Faber autumat, eſt aperte falſum: quia tunc qui videt arborem in hyeme, videt omnes fructus virtualiter contentos in illa: quod quam falſum ſit, nemo neſcit.

60. *Impugnatio propria Authoris.* Aliter ergo dico, quod hæc Cayetani ſolutio non euacuat vim argumenti, quam fortan non penetrauit Cayetanus, eo quod principale eius punctum nõ tetigerit. Sed quid mirum, ſi Faber æſtimatus Scotiſta fidelis, non illam à limine ſalutauit? dupliciter ergo poteſt contineri effectus virtualiter in cauſa: vel primo in præciſa virtute cauſatiua illius: & vt ſic non eſt ibi ſecundum ſuum eſſe formale, & propriam rationem: ac ideo non aliud eſſe dicet in cauſa, quàm ipſam virtutem cauſatiuam ipſius cauſæ: & hoc modo idem prorſus eſt, cognoſcere effectus virtualiter in cauſa, quòd cognoſcere ipſam cauſam, vt potentem effectus cauſare, quæ effectuum cognitio nimis confuſa eſt. Aliter ergo ſecundo continetur effectus in cauſa, in qua relucet ſecundum ſuam propriam rationem, & ſecundum diſtinctum eſſe formale ſuæ eſſentiæ, diſtinctum quidem formaliter ab eſſe formali ipſius cauſæ, in qua continetur: & hoc modo creaturæ omnes futuræ, & poſsibiles relucent in diuina eſſentia ab eo ſigno, in quo Deus per ſuam cognitionem producit illas in eſſe cognito, ſecundum ſuas proprias, & formales rationes, à quo (vt dictum eſt ſupra) ſub obſeruatione ſecunda habent eſſe diſtinctum.

Dico tunc, quod creaturæ vt ſic habent eſſe formale diſtinctum formaliter ab eſſe cauſæ: & quia ſecundum hoc eſſe formale relucẽt in Deo, tanquam in cauſa repræſentante illas: ideo viſa cauſa, videtur effectus: ſicut viſa ſpecie, videtur obiectum, quod relucet in illa: & ſic non valet hæc diſtinctio Cayetani: quia quamuis creaturæ non contineantur formaliter in Deo, continentur tamen in illo ſecundum ſua formalia, & quidditatiua prędicata: & vnum quodque ſecundum eſſe formale habet eſſe ibi, ſecundum quod eſſe; ibi diſtinctè tanquam in ſpecie relucet. Vnde Scotus hæc duo in ſuo argumento, ad argumenti efficacitatem, aſſumpſit: & ſcilicet, creaturas contineri in eſſentia diuina, tanquam in cauſa: & quidem relucere in illa, tanquam obiectum cognitum in illa ſpecie: hæc namque ſunt eius verba: *ſed reſpectu Dei eſſe in finitũ* 61.

intra-

intenſiue, & eſſe in quo infinita poſſibilia quomodocumque relucent, ſe habent vt dinate: ita quod quia eſt infinitus intenſiue, ideo infinita poſſibilia relucent in eo: & ita infinita poſſibilia poteſt. Quæ verba ſatis oſtendunt hæc duo eſſe diſtincta, & ſcilicet, repræſentare creaturas, quæ relucent in eſſentiã tanquam in ſpecie, & poſſe omnia, quæ repræſentat, cauſare: & ambo prouenire eſſentiæ diuinæ à ſua intenſiua infinitate.

62. Imò dico, quod prius eſt ordine rationis, creaturas repræſentari in eſſentia, ſecundum ſuum eſſe formale, quàm illas poſſe eandem eſſentiam in eſſe reali cauſare. Cuius ratio à priori eſt: quia eo præciſe, quod Deus per ſuam cognitionem produxit illas in eſſe cognito, repræſentantur in eſſentia tanquam in ſpecie, vt dictum eſt: ſed in hoc eſſe cognito, quod eſt primum eſſe creaturarum, fundatur poſſibilitas earundem creaturarum, vt optimè notauit pater Rada 1. par. controuer. 29. artic. 3. notab. 4. & docet Scotus in hoc primo diſtinctione 43. quæſtione vnica, & diſtinctione 36. quæſtione vnica: ergo creaturas eſſe poſſibiles ſupponit eſſe cognitas, & repræſentatas in eſſentia: ſed pro illo tunc, quo ſunt poſſibiles, poteſt Deus illas cauſare: ergo de primo ad vltimum prius ratione creaturæ relucẽt in eſſentia tanquam in ſpecie, quàm continentur in illa, tanquam in cauſa. Vnde ex his duobus ſimul, quod eſt, & relucere in eſſentia, tanquam in ſpecie, & contineri in ipſa, tanquã in cauſa, prouenit, quod viſa cauſa, nempe eſſentia, videantur creaturæ omnes futuræ, atque poſſibiles. Quod clarius notauit Scotus ibidem ſub litera H. his verbis: *licet enim perfectius cognoſcens cauſam, poſſit * * ura cognoſcere, quando eſt cauſa perfectius repræſentans cauſata, non tamen è conuerſo &c.* Qua propter dico, quod ſi diuina eſſentia naturaliter moueret intellectum creatũ, ſicut diuinum, neceſſario omnes creaturæ, futuræ, aut poſſibiles viderentur ab eo, ſicut à diuino: quia cognita cauſa, cognoſcitur effectus, qui ſecũdũ ſuum conceptũ formalẽ diſtinctè relucet in illa: quia tamen tanquã ſpeculum voluntarium (vt ſæpè dictum eſt) mouet: ideo tot creaturas videbit in eſſẽtia intellectus beati, quot voluntas diuina ei repræſentare voluerit: & ex cõſequẽti, ſi omnes velit oſtendere, omnes quidem videbit, abſque eo quòd comprehendat eſſentiã, in qua relucẽt, & cuius effectus ſunt: ex quibus manet probata concluſio. Cæteras verò rationes Scoti videat quilibet apud ipſum: nam quia longa indigẽt expoſitione, vſque ad tertiũ librum, vbi proprium obtinẽt locũ, reſeruo.

§. 8.

Concluditur, videri ex vi viſionis beatæ, quidquid à beato videtur in Verbo.

63. Dico quarto, quòd quaſcumque creaturas, tam futuras, quàm poſſibiles, tãque aliquas, quàm omnes, quas viderit beatus in Verbo, & quidquid creatũ viderit in illo, id videt ex vi viſionis beatæ. Concluſio aperte eſt Scoti, D. Bonauẽturæ, & D. Thomæ, & omnium Theologorum, dempto Vaſquio, cum quibuſdã Nominalibus: quæ directè inclinat contra ipſum Vaſquiũ. Sed probatur primo teſtimonio Sanctorum Patrũ: nã D. Auguſtinus lib. 4. de Geneſi ad lit. cap. 32. diſtinguendo cognitionem, qua cognoſcuntur creaturæ, prout in ſeipſis exiſtunt ab illa, qua videntur in Verbo, ac ſi manifeſtet eandẽ hanc eſſe, qua Verbũ videtur, hæc inquit. *Facta eſt veſpera: quia neceſſaria erat, & ita cognitio, quæ diſtingueretur à Creatore creatura, aliter in ſe ipſa cognita, quam in illo.* Et patet ex Scoto, in 2. diſt. 3. q. 9. ſub litera b. & ex D. Bonauentura in 2. diſt. 4. art. 1. q. 1. & 2. & ex Ricardo art. 4. q. eſt. 1. & 2. & ex pluribus alijs, quod ratiens D. Auguſtini fuit in citatis verbis, intelligere viſionem matutinam eſſe uiſionem claram Dei, & creaturarum in illa: viſionem verò

Scotus. D. Bonau. D. Thom. D. Auguſ.

veſpertinam eſſe cognitionem creaturarum in ſe ipſis per ſpecies inditas ab eis, quas etiam Angeli habuerunt. Quibus notatis intelligendum eſt præfactum teſtimonium Auguſtini iuxta hanc expoſitionem: quo quidem ſic expoſito, concluſio ſatis probata eſt.

64. Hoc clarius confirmat ibidem cap. 23. vbi inquit. *Multum quippe intereſt inter cognitionem rei cuiuſcumque in Verbo Dei, & cognitionem in natura eius, vt illud merito ad diem pertineat hoc ad veſperam*. Sed vt clarius oſtenderet ſanctiſsimus Doctor, hanc eſſe eandem cognitionem, quæ beatificat Angelos, in libro 83. quæſtion. quæſt. 46. loquendo de rebus, vt ſunt in Deo, inquit. *Sed ipſæ veræ ſunt: quia æternæ ſunt, & einſmodi, atque incommutabiles manent: quarum participatione fit, vt ſit, quidquid eſt, quomodo eſt quarum viſione anima rationalis ſit beatiſsima*. Quod ſane non poteſt intelligi, ita vt res ipſæ viſæ aliquid conducant ad beatificationem animæ: ſiquidem eſſentia diuina ſecundum præciſum eſſe eſſentię, eſt, quæ eſſentialiter beatificat: ſed quia eadem met viſione beata, qua videtur eſſentia, quæ beatificat, videntur creaturæ relucẽtes in illa, ideo inquit Auguſtinus, quod *earum viſione ſit beatiſsima*.

65. Ne autem maneret ſcrupulus, an hoc teſtimonium Auguſtini intelligendum ſit de ideis, quę ſecundum aliquos non ſupponit pro rebus, vt habent eſſe in Deo (de qua difficultate in proprio loco erit ſermo) ſed pro ipſa eſſentia, quatenus creaturas repræſentat: hæc immediate ſubdit ibidem. *Quas rerum rationes, ſiue ideas, ſiue formas, ſiue ſpecies, ſiue rationes, licet vocare, & multis appellare conceditur nominibus, ſed paucisſimis videre quod verum eſt*. Harum quidem viſione (inquit Auguſtinus) *anima rationalis ſit beatiſsima*: quod idem tenet expreſſe in pluribus alijs ſuæ doctrinæ locis, quæ non refero, ne prolixius procedam.

66. Probatur inſuper concluſio ſupra citatis teſtimonijs Diui Gregorij, & Diui Bernardi. Gregorius etenim in illis verbis, quid non vident, qui videntes omnia vident? aperte oſtendit ex vi viſionis, qua videtur Deus videns omnia, videri quidquid creatum videtur in Verbo: & Bernardus per illa verba, *neque enim, vt vel ipſam nouerit, ad ipſa deſcendit &c*. Hoc ipſum oſtendit.

Sed iam ratione probatur concluſio, & quidẽ duabus rationibus à priori communiter ſolet probari: quarum prima eſt Thomiſtarum ſumpta ex Diuo Thoma: quoniam, videlicet cognito principio, cognoſcitur concluſio: & cognita cauſa, cognoſcitur eius effectus: ergo cognito, Deo cognoſcũtur creaturæ. Quæ ratio, vt viſum eſt ſupra fortius corroborata eſt ab Scoto, licet eam Cayetanus ſoluere intẽdit, quatenus ex illa probat Doctor, non ſolum ex vi viſionis beatæ videri creaturam relucentem in Verbo, ſed poſſe videri omnes creaturas, abſque eo quod cõprehendatur eſſentia Dei: ſolutionem tamen Cayetani confutauimus, et crediderim, quod ſi confutatio ponderetur attente, prætacta ratio manebit efficax. 67. D. Thom.

Secunda ratio eſt Suarij, quæ ſubtilis eſt, et eam cum ſolita modeſtia ſua vocat à priori. Et re vera ratio à priori eſt, quæ ſic ſe habet: quoniam Deus ſcientia ſua infinita, cognoſcendo ſe, cognoſcit creaturas in ſe: vt docet Diuus Dyoniſius, cap. 7. de diuinis nominibus ſic dicens, *diuina mens omnia continet ſcientia, quæ ſecreta eſt ab omnibus, quam per cauſam rerum omnium in ſe, omnium rerum ſcientiam in ſe anticipatam habet*: ergo non erit impoſsibile, Deum eleuando intellectum creatum ad participationem illius ſciẽtiæ, qua ſe ipſum intuetur, ſimul eleuare illũ, ad aliquam participationem eiuſdem ſcientiæ, quatenus eſt cognitio creaturarum in ipſo met Deo: quia non repugnat ex parte obiecti, neque ex parte principij, neque ex parte luminis gloriæ &c. 68. Suarez. Dyoniſ.

Fateor, prædicta media efficacia eſſe ad probandam concluſionem: nihilominus alijs duobus nunc vtar, vt ad hominẽ illa cõtra Vazquium demonſtrem. Et ſit primũ ex verbis ſuis 1. p. diſp. 143. cap. 3. num. 12. vbi ait, quod 69.

quod Deus Verbo ſuo non ſolũ dicit ſe ipſum, & creaturas, vt ſunt idẽ cum ipſo, & vita eius; ſed etiam eas dicit ſecundum proprias earum rationes: ſicut non ſolum intelligit ſe, & creaturas, quatenus ſunt idem cum ſe ipſo, ſed etiam ſecundum proprias earum rationes: quo circa (inquit Vazquez) negare non poſſumus Verbũ diuinum ita eſſe Verbum creaturarum, vt ſit earum ſimilitudo: ſed hoc genus ſimilitudinis non eſt in eadem natura, nec eſt imago, ſed eſt ſimilitudo ſola repræſẽtatione. Hæc omnia ſunt verba Vazquij. Ex quibus ſic contra ipſum inſurgo: verbum diuinum eſt Verbum, & ſimilitudo creaturarum ſecundum proprias earum rationes, ſicut ſublatis imperfectionibus, eſt verbum mentis noſtræ (vt ipſe infra dicit:) ſed quicumque videt verbum alicuius obiecti, cuius eſt ſimilitudo, non poteſt non videre obiectum, cuius eſt ſimilitudo, eadem prorſus viſione, qua verbum videt: ergo &c. Minor probatur: in ea enim tota difficultas conſiſtit: verbum, vt verbum, & ſimilitudo, nõ ſolum dicit tranſcendentalem ordinẽ ad obiectum, ſicut aliud quodcũque relatiuũ ad ſuũ terminũ (prout oſteſũ eſt ſupra in difficultate præcedẽte) ſed ita continet ipſum obiectũ in ſe in eſſe intelligibili, vt repugnet per locum intrinſecum verbum intelligere in ratione verbi, quin intelligatur eſſe verbum talis obiecti: eſt etenim manifeſta contradictio in adiecto intelligere ſimilitudinem, in quantum ſimilitudo, quin intelligatur illud, cuius eſt ſimilitudo: quia totũ eſſe ſimilitudinis eſt repræſentare illud, cuius eſt ſimilitudo: ac ideo totũ eſſe ſpeciei in quãtũ ſpeciei, & verbi, in quãtũ verbi, eſt repræſentare obiectũ, ꝙ in ſe cõtinet in eſſe repræſentatiuo: ergo ſi Verbũ diuinum eſt verbũ, & ſimilitudo repræſentans omnes creaturas ſecundum earum rationes, conſequenter eadem viſione, qua videtur Verbum diuinum, videntur tales creaturæ ſecũdum proprias earum rationes.

70. Dices tamẽ, ex hoc argumẽto etiã inferri, videri à beato de facto in Verbo omnia, quæ relucent in ipſo, quod eſt contra noſtram ſecundam cõcluſionem. Ad quod libenter concedo, hoc quidẽ bene inferri, ſi eſſentia moueret naturaliter intellectum creatũ: quia tamen regulatur per voluntatẽ diuinam ad cuius nutum mouet intellectũ beati: ideo ipſa determinat numerum obiectorũ, quæ in ipſa eſſentia relucent: cũ hoc tamen ſemper ſaluo, quod quidquid videt beatus ibi, videt illud eadẽ viſione, qua videt Verbum: & in Verbo videt relucere illud creatũ, quod ſibi diuina volũtas oſtendit. Et hæc reſponſio procedit, gratis cõcedẽdo Vazquio, Verbum diuinum eſſe verbum creaturarum: nã vt infra ſuo loco dicemus, nec ex cognitione creaturarum procedit, nec verbum creaturarũ eſt: aliâs enim non intuenti eſſentiam, vt eſſentia eſt, ſed intuenti Verbũ, vt Verbum, oſtẽderentur creaturæ: quod falſum eſſe ſupponimus ex ſupra notatis nu. 22. nã licet appropriatẽ dicantur beati videre creaturas in Verbo: hoc quidem de diuina eſſentia, in qua omnia primario relucẽt, verificandũ eſt: quapropter contra Vazquium ex ipſius ſententiã, & verbis arguimus, noſtrã inferendo cõcluſionẽ ex ipſius ſẽtẽtiæ principijs: nam vnde proueniat diuinæ eſſentiæ repræſentatricem eſſe creaturarũ; ſatis dictũ eſt ſupra nu. 32.

Aliud medium eſt etiam ad hominem cõtra ipſum Vazquium: quoniã 71. ibidem ca. 4. aſſerit, non eſſe cõtrouerſiam, an cognitione eadem, qua Verbũ diuinũ producitur, cognoſcãtur creaturæ: certum eſt enim (inquit ille) eadem, nõ alia cognoſci creaturas, etiam futuras: & diſp. 142. ca. 3. ait, quod cũ productio Verbi diuini ſit intellectio, hinc eſt, vt intellectione, qua Pater intelligit eſſentiam, & attributa, producat Filium: ita quod ſecũdũ Vazquiũ, eadẽ cognitione, qua pater videt eſſentiam, producit Verbũ. & eadẽ prorſus, qua producit Verbũ; cognoſcit creaturas: ergo eadẽ cognitione, qua videt eſſentiã, cognoſcit creaturas. Tunc ſic: ergo eadẽ etiã cognitione, qua beatus videt eſſẽtiã, cognoſcit creaturas. Probatur cõſequẽtia: quoniã idẽtitas cognitionis Patris reſpectu eſſẽtiæ, & creaturarũ, prouenit formaliter loquẽdo; ex

ex identitate obiecti repræſentātis primario ſe, & ſecūdario alia à ſe, vtpote creaturas:& non ex infinitate principij cognoſcentis:ergo ſi Pater eadem cognitione, qua videt eſſentiam, videt creaturas:cum etiā reſpectu intellectus creati eſſentia ſe ipſam primario, & ſecundario creaturas repræſentet eadē prorſus viſione, qua beatus videt eſſentiam, creaturas quoq; videt. Quod autem identitas ſumatur ex parte obiecti, nō verò ex parte principij, probatur:tum quia in eodē principio dantur diſtinctæ cognitiones, nēpè ſimplicis intelligentiæ, & viſionis:tū quia ſi ex parte principij ſe haberet, conſequēter Pater eadē viſione videret omnia viſibilia: ſed nō videt omnia viſibilia eadē viſione:quia vt ipſe Vaſquius fatetur ibidē c.4.nō videt Spiritū Sanctū eadē viſione, qua videt eſſentiam, & ipſa vtſa Verbū producit: cuius nulla alia ratio eſſe poteſt, niſi quia nōdū ſupponitur Spiritus Sāctus repræſentari ab eſſētia: eo quod pro illo priori originis nondū intelligitur eſſe:ergo formaliſſima ratio videndi creaturas eadē viſione eſſentiæ à Patre æterno, eſt, quia in ipſa repręſentātur:ergo nō officit intellectū beati nō eſſe principiū infinitū, ad hoc vt eadē cognitione, qua cognoſcit eſſentiā, cognoſcat quoque creaturas.

§.9.

Concluditur intellectum Chriſti D. de facto videre in Verbo omnia, quæ videt ipſum Verbum.

72. Dico quinto quod Chriſti Domini intellectus de facto videt in Verbo omnia, tā futura, quā poſsibilia, quæ videt
5.Concluſ. ipſum Verbū:& hoc quidē eadē viſione, qua videt Verbū. An autē eadē viſione videat illa actualiter, an verò habitualiter? problematice tueor. Concluſio hæc integra eſt Scoti, & D. Bonauenturæ, vt ſupra viſum eſt:& licet de illa latius ſit dicēdū in lib. 3. nunc tamē obiter ad præſentis difficultatis plenā reſolutionē probatur:quæ tamē quatuor continet partes, quarū tres iā ſunt ſatis probatę. Probatū eſt enim in præcedente concluſione, quidquid videtur in Verbo, videri quidē ex vi viſionis beatæ. quod de Chriſti Domini intellectu ſi nō magis, non minus, quā de cæteris concludit:Ex vi autem huius viſionis per ſe actu omnia videri, ſatis probatū eſt ſub obſeruatione ſecunda:& quidem omnia etiam poſſe videri habitualiter, oſtendimus in obſeruatione tertia. Nunc ergo tantum nobis reſtat probandum, hoc de facto in Chriſti Domini intellectu contingere.

Hoc igitur probatur innumeris Sacræ Scripturæ locis, quæ illud indicāt: 73.
vt patet ex illo ad Hæbreos 1.cap. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtātiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ &c.* Quæ verba de ſciētia omnium, nō minus quam de omniū poteſt, atque poſſunt intelligi, vt ibi in Gloſſa videntur innuere D. Auguſtinus, & D. Chryſoſtomus:& alia loca vbi ſcientiā cogitationum oſtenditur habuiſſe: vt patet ex illo Ioannis cap.4.& alibi, quæ licet poſsint intelligi de ſciētia infuſa, quā habuit, de qua in 3.lib. late agitur, etiā de ſcientia beata intelliguntur:ſed apertius habetur ad Coloſſenſes cap.2. *In omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem myſterij Dei Patris, & Chriſti Ieſu, in quo ſunt omnes Theſauri ſapientiæ, & ſciētiæ abſcōditi.* Quæ verba ſic præclare explicat D. Ambroſius in Gloſſa ibi. *Omne myſterium Sacramēti Dei in Chriſto eſt, vt qui cognoſcit, omnium habere notitiam videatur: omnis enim ratio ſupernæ ſcientiæ totius creaturæ ſupernæ, vel terrenæ, in eo eſt.* Sed clarius noſter Lira hæc profert. *Nam in eo ſecundum naturam diuinam eſt ſapientia diuina, quæ eſt infinita:& ſecundum naturam humanā habet plenitudinem ſcientiæ, ſicut, & gratiæ, cognoſcens omnia, quæ cognoſcit Verbum.* Tenet idem Auguſtinus 15.de Trinitate cap.15.citatus ab Scoto, vbi inquit. *Quod licet ſit dubium de beatis:videtur tamen probabile, de iſta anima tanquam beatiſsima.* Quod etiā habetur ex Damaſceno lib.3.cap.67. & ex pluribus ſanctis Patribus.

Ad Hebr. D. Auguſ. D.Chryſo. Ioannis. Ad Coloſ. D. Ambr. Lira. D.Damaſ.

Ra-

74. D. Thomas. Ratione probatur concluſio: quia, ſecūdū D. Thom. 1. p. q. 12. art. 8. quan to aliqua cauſa perfectius videtur ab aliquo intellectu, tanto plures eius effectus in ipſa videri poſſunt: qui enim habet intellectum eleuatum (inquit ipſe) ſtatim vno principio demonſtratiuo propoſito, ex ipſo multarum concluſionum cognitionē accipit. Quod optime reſtringit Scotus in 3. diſt. 14. q. 2. lit. H. ſic: quando eſt cauſa perfectius repræſentans cauſatum: ſed intellectus humanus Chriſti Domini non ſolum longe perfectius omnibus Angelis, & hominibus, ſed perfectiſſimè in ſummo gradu, ad quem etiam de abſoluta Dei potentia poteſt attingere intellectus creatus, videt diuinam eſſentiā, & Verbū diuinū (quod ex dicendis in 3. lib. ſuppono:) ergo tanto plures creaturas de facto videt in Verbo, quanto plures videri poſſunt ab intellectu creato: ſed vt probatum eſt ſupra in cōcluſ. 1. poteſt intellectus creatus videre in Verbo omnes creaturas futuras, & poſſibiles, quas videt Verbum: ergo intellectus Chriſti Domini de facto videt illas in Verbo.

§. 10.

Soluuntur per ordinem argumenta opinionum oppoſitarum.

75. *Ad fūdamētū pro ſententia Gotfredi.* AD argumenta verò pro ſententijs oppoſitis fabricata reſpondendo, dico ad primū fundamentum pro ſententia Gotfredi, nec omnes poſsibiles creaturas videri à quolibet beato in Verbo ex vi viſionis beatæ: nec impoſsibile eſſe videre aliquem, ſeu omnes futuras ex vi eiuſdē viſionis beatæ. Ratio primi prouenit ex hoc: quod etiam ſi omnes poſſibiles creaturæ naturaliter reluceant in eſſentia diuina, vt probat argumentum: non tamen omnes repræſentat eſſentia intellectui creato eadem neceſſitate, qua ipſas in ſe ipſa repræſentat; ſed media voluntate diuina, ad cuius nutum ei repræſentat plures, vel pauciores, prout vult, & non plus poteſt intellectus intelligere, quàm ſibi in obiecto oſtenditur. Ratio verò ſecundi ſumitur, ex eo quod diuina eſſentia etiam repræſentat naturaliter creaturas futuras; nam & ſi pendeant ad ſui futuritionem ex libera, & contingenti Dei voluntate: ipſa tamen voluntatis determinatione ſuppoſita, iam habent verum eſſe in tali temporis differentia: & prout ſic ſunt veræ, etiam naturaliter eas repræſentat eſſentia quantū eſt ex parte eſſentiæ, vt optime probat Doctor in verbis citatis ſupra ſub obſeruatione ſecunda: non igitur naturaliter ſunt in eſſentia, hoc eſt ex natura ſua, tanquā in radice, ſicut naturaliter ſunt in illa attributa diuina, & relationes, quæ ab ipſa eſſentia dimanant: quo naturalitatis modo, nec creaturæ poſsibiles repræſentantur in eſſentia; quia ſunt extra eius naturam: & ideo falſum aſſumit argumētum, quod ſicut omnipotentia relucet in eſſentia: ſic & creaturæ poſsibiles: ſed naturaliter ibi ſunt tam creaturæ poſsibiles, quàm futuræ (inter quas quoad hoc nulla eſt differentia) tanquam obiectū in ſpecie, in qua ſecundum ſuum eſſe formale diſtincte relucent: ſicut enim naturale eſt ſpeciei repræſentare obiectum, ſic & diuinæ eſſentiæ, eo quod eſt, & quatenus eſt perfectiſſimum repræſentatiuum omnium factibilium, & futurorum.

Ad argumēta pro ſentētia D. Thomæ, & ad primū quod ſpectat ad partē, qua contra nos militat, cōcedo libenter, nullum intellectum poſſe Deum infinitè comprehendere: nego tamē id ſequi, ſi beatus omnia viſibilia videat in Verbo, quod tale probatū eſt ſupra: quia cōprehēſio nō ſolū requirit infinitatē obiecti: ſed etiā viſionis obiecti: & hæc ſoli principio infinito poteſt cōpetere. 76. *Ad argumenta pro ſententia D. Tho. & ad 1.*

Ad ſecundū cōcedo, Angelos de facto nō omnia viſibilia videre in Verbo, licet oppoſitū videatur ſentire D. Auguſtin. vt patuit ſupra nu. 53. nō tamē ex inde infertur, nō poſſe ipſos Angelos, ſeu alios beatos omnia videre: quia argumētū à facto ad poſſe negatiue nō valet. Nec eſt credēdū, Angelos videre in Deo omnia, quæ poſſunt videre: hoc enim ſolum Chriſto Domino cōceſſum eſſe credimus. 77. *Ad ſecūdū*

Ad tertiū etiā cōcedo, Angelos non ſatura omnia cōtingētia, & omnes humá- 78. *Ad 3. ag.*

manarum mentiū cogitationes, nec omnes liberos Dei actus videre de facto: ex quo tātū licet inferre, quod hoc minus conceſſum ſit humanis intellectibus. Cæterum ex hoc de facto nihil ad quæſtionē de poſsibili cōcluditur.

79 *Ad argumentū Herrici & ad primū.* Ad argumentū Herrici reſpōdet Scotus vbi ſupra litera D. φ hæc eſt differētia inter virtutē finitā, & infinitā, φ vtraque poteſt videre infinitū: nō tamen infinitè: hoc enim eſt proprium virtutis infinitæ, quæ requiritur ad infinitè videndū. Quādo ergo arguit Herricus, quod virtus infinita non poteſt in plura, quàm in infinita obiecta: diſtinguit, quod extenſiuè cōcedit & intenſiuè negat; ac ſi dicat, quia nō poſſunt eſſe extenſiuè loquēdo plura obiecta, quā infinita: ideo virtus diuina non poteſt in plura, quā in infinita obiecta, hoc eſt in infinitas creaturas poſsibiles, in quæ obiecta etiā poteſt virtus finita: non tamē ex hoc ſequitur, quod virtus finita æquetur infinitæ: quia hæc videt infinita obiecta infinitè intenſiuè, hoc eſt infinita viſione, quæ eſt propria ſolius Dei: illa verò, licet poſsit infinita obiecta extēſiuè videre, nō tamē id poteſt intenſiuè, hoc eſt infinita viſione, ſed finita, quod ſufficit ad infinitā inæqualitatē vtriuſque viſionis intellectus, ſcilicet, finitæ, & infinitæ.

80 *Ad 2. Herrici.* Ad ſecundū reſpondeo, quod vt ait Doctor, videre indiſtinctius reſpectu plurium, nō neceſſario eſt ex parte intellectus, in quo tantū receptiuus eſt, etiā ſi receptiuus eſſet infinitarū cognitionū infinitorū obiectorū: poſſet enim recipere plures viſiones æquè diſtinctas pluriū, ſicut & paucorū: attamen vt elicitiuus eſt, nō poſſet quidē ita diſtinctè elicere plures viſiones, ſicut pauciores ob finitā virtutē, quæ nō poteſt ſimul plures habere act⁹, & eo indiſtinctius, quo plures elicuerit: nihilominus tamē etiā, vt elicitiuus eſt, poteſt habere eundē actum, & eandē viſionē, qua plura æque diſtinctè videat, ſicut & pauciora: quia ſicut diſtinctiſſimè videt infinitū intenſiuè; ſic poterit videre diſtinctè infinita extenſiuè. Nec ibi eſt implicatio aliqua ex parte infiniti intellectus, cū ibi non ſint plures act⁹ vidēdi, ita vt vno videatur obiectū diſtinctius, quā altero: ſed vnus, & idē eſt, quo omnia ſibi oſtenta in eſſentia æque diſtinctè videt.

Ad tertiū dico cū Scoto, quod infinitas extenſiua infert infinitatē intēſiuā quoad aliquā: vt pote, quia ad infinitos effectus producēdos requiritur maior perfectio in cauſa, quæ ad plures ſe extendit, & ideo ad producēdas infinitas creaturas requiritur infinita virtus: at verò ad vidēdos effectus extenſiuè infinitos: nō requiritur virtus infinita. Et ratio vtriuſq; apriori eſt: quia cauſa influit in effectū: principiū autē cognoſcens nihil ponit in cognito: & ideo ad infinitos effectus producendos, infinita requiritur virtus: non verò ad eos videndū: & in hoc ſenſu inquit Auerroes, quod infinitas extēſiua arguit, & infert intenſiuam. Cū ergo viſio ſit effectus intellectus, nō poteſt infinitas viſiones habere intellectus, qui infinitus non fuerit: atqui infinitas extenſiua obiecti non infert infinitatē extenſiuam viſionis, quia poſſunt infinita obiecta vnica viſione videri: & ex conſequenti non infert infinitatē intenſiuā principij: quia ad elicīedā vnā viſionē infinitorū, quæ in eſſentia relucēt, nō requiritur infinitas intenſiua in eliciente. 81 *Ad 3. Herrici.*

Ad argumenta tandē pro ſententia Vaſquij (quæ latiſsime ſoluit Suarez) & ad primū dico, φ ſi neceſſaria eſſet relatio mediæ cognitionis ad rē cognitā, non poſſet beatus videre attributa, & relationes ad intra, eadē viſione, qua videt eſſentiā: nā eſſentia, quæ eſt mediū cognoſcendi hæc obiecta, abſoluta eſt, & ex natura rei nō refertur ad paternitatē, nec ad ſapientiā, nec ſimiliter ad alias relationes ſiue attributa. Et ſi dicas, hoc ideo eſſe, quia ibi cōtinentur formaliter hæc obiecta, non tamen creaturæ: vide quomodo ſecūdū te ipſum loco proximè allegato, ipſe Deus intuetur ſuam eſſentiā ad cognitionē diſtinctā creaturarū, licet talis eſſentia abſoluta ſit, & nō referatur ex natura rei ad illas: non ergo requiritur talis relatio, ad hoc vt ſit mediū cognoſcendi. 82 *Ad 1. Vaſquij.*

Quando autē inquis, quod vnde ex 83

tribus

tribus modis debent creaturæ contineri in eſſentia. Dico quod continentur ibi ſecundo, & tertio à te aſsignatis: & ex eo quod tanquam effectus diſtincte repræſentatis in cauſa, relucent omnes creaturæ in diuina eſſentia: ideo ex vi viſionis eſſentiæ videntur & ipſæ: licet etenim formaliter non contineatur obiectum in ſpecie: hoc tamen non tollit, quod cognoſcente ſpeciem, cognoſcatur obiectum eadem cognitione, qua cognoſcitur ſpecies: quia adhoc ſufficit, quod ſecundum eſſe repræſentatiuum tantum contineatur obiectum in ſpecie: nam ſecundum hoc eſſe, & habet ſpecies formaliter eſſe ſpeciem, & eſſe formale obiecti repræſentari in illa: & ex conſequenti ſpecie cognita, obiectum quoque cognoſci neceſſum eſt. Et licet hæc ſit relatio tranſcendentalis ſpeciei ad obiectum, non tamen illic.

84. Cuius ratio differentialis eſt: quia totū eſſe ſpeciei eſt repræſentare obiectū, quod reſpicit: eſſe vero diuinæ eſſētiæ nō eſt repræſētare creaturas, ſed eſt quoddam eſſe eminentiale abſolutum, quod primo, & per ſe non aliud, quàm ſeipſum repræſentat: ſecundario vero repræſentat, quidquid futurum eſt, aut fieri poteſt non præciſe, quia ab ipſa tanquam à cauſa fiet, aut fieri poteſt: ſed quia cognoſcit hoc tale à ſe formaliter diſtinctum fieri poſſe, vel faciendum eſſe à ſe: & hoc quod eſt ſic creaturas cognoſci in diuina eſſentia, eſt diuinam eſſentiam eſſe repræſentatricem earum: quod quidem eſſe non infert in eſſentia relationem aliquam ex natura rei prædicamentalem, aut tranſcendentalem: quæ quidem non requiritur, vt ſit medium cognoſcendi: requireretur tamen, ſi Verbum diuinum eſſet Verbum creaturarum, vt contra Vazquium infertur: quia de ratione Verbi, vt Verbi, eſt reſpicere obiectum, cuius eſt Verbum: eſt tamen medium ſecundario repræſentans, & creaturas poſsibiles, & liberos Dei actus, & contingentem futuritionem creaturarum, ex eo quod Deus hæc omnia diſtincte cognoſcit. Et ſicut, ex eo quod hæc cognoſcit, non refertur relatione aliqua ex natura rei ad talia cognita: ita ex eo quod vt ſic cognoſcens, repræſentat illa, poteſt eſſe medium cognoſcendi ea, ſine eo quod ex natura rei referatur ad ipſa.

Ad ſecundum vero, quo ab abſurdo probat ſuam ſententiam, facillima eſt ſolutio negando ſequelam: quia licet poſſent omnes videri, quatenus ex parte eſſentiæ repræſentantis ſe habet, eo quod omnia æque repræſentet illimitatur attamen repræſentatio illa à voluntate diuina, quæ vt ſæpe diximus, oſtendit ſingulis plures, vel pauciores creaturas, prout vult. 85. *Ad 2. Anſ dem.*

Ad tertium reſpondeo, quod licet optime arguatur ex perfectiori viſione eſſentiæ, quod erit viſio plurium obiectorum, quæ repræſentantur in ipſa: hoc non eſt ex natura rei: ſed quia diuina voluntas perfectius videnti eſſentiam vt in plurimum, & ſecundum quod rationabile eſt, plures creaturas oſtendit in illa: non tamen quia ex tali perfectiori viſione eſſentiæ ſequatur neceſſariò viſio plurium obiectorum: ſi etenim eſſentia naturaliter moueret intellectum creatum, optime concludebat argumentum: quia tamen libere mouet, poteſt quidem, & perfectius videnti eſſentiam, pauciores creaturas oſtendere, & minus perfecte videnti illam plures repræſentare: nam reſpectu intellectus creati nulla cōnexio eſſētialis eſt inter oſtenſionem obiecti primarij, & ſecundarij: ſed oſtenſo primario poteſt diuina voluntas pro libito ex ſecūdarijs plura, vel pauca, vel nulla videnti eſſentiam patefacere: & ideo non ſequitur illud abſurdū excogitatum à Vazquio, quod duo æqualis meriti inæquale præmiū eſſentiale reciperent. Cum ex inæquali viſione creaturarum non infertur inæqualis viſio eſſentiæ, in qua præmium eſſentiale conſiſtit. 86. *Ad 3*

Ad quartum dico, argumentū quidem valere ad oſtendendū poſsibilē eſſe viſionem omnium creaturarum. Tunc enim concedo, non eſſe maiorem rationem, quare vna magis, quā altera videri poſsit. Ex hoc tamē poſ- 87. *Ad 4*

ſibi

ſibili non bene factum infertur: quia vt ſepè dixi, diuina volũtas in hac repręſentatione creaturarũ libere, & limitando numerum obiectorum ſe habet: ac ideo non ſequitur vnquam, aliquem infinitas creaturas viſurum fore: quia (vt creditur) diuina voluntas hoc priuilegium tantum modo Chriſti Domini intellectui reſeruauit.

DIFFICVLTAS XXXIII.

Vtrùm viſio Dei ſit omnibus beatis æqualis?

§. 1.

Referuntur, vltra Hæreſim Iouiniani, quædam ſententiæ Chatolicorum.

1 DVO ſe offerunt diſcutienda in hac difficultate: primũ eſt circa æqualitatem, aut inæqualitatem viſionis beatæ: ſecundũ verò circa cauſam proximam æqualitatis, vel inæqualitatis illius: de primo eſt nobis cũ Hæreticis colluctatio: de ſecundo verò inter Catholicos nõ paruum eſt ſchiſma. Circa primũ igitur fuit Hæreſis Iouiniani (teſte D. Hieronimo ipſius hęreſim confutante lib. 2. contra Iouinianum) qui dicebat omnium beatorum æqualia eſſe mèrita, & conſequenter præmia; ſicque Deum imperfectius videri ab vno, quam ab altero, ſed ab omnibus æqualiter. Si autẽ à Iouiniano quæreretur, ad quid operabantur iuſti eliciendo actus meritorios, ſi omnium tãdem merita futura erant æqualia? reſpõdebat, vt refert idem Hieronymus epiſt. 17. ad Damaſum tomo 7. & D. Auguſtinus inſinuat Hæreſi 82. iuſtos non operari, vt mererentur amplius: ſed ne perderent gratiam, quam acceperãt. Hanc Hæreſim ſequitur Lutherus, vt refert, & impugnat noſter Vega lib. 10. in Conc. Trid. per totũ Hoſtienſis in confeſ. c. 87. & Sotus in 4. diſt. 49. q. 3. art. 2. & libro de natura & gratia cap. 20. Quinimo inter Catholicos Durandus in 4. diſt. 49. q. 2. errorem hunc nõ improbabilem reputat: cuius fundamentum diuerſum eſt ponens hunc dogmatizantem Iouinianũ, ab eo, quo nititur Lutherus: hic etenim ex alijs erroribus deducebant in nobis nullam eſſe veram iuſtitiã, nec meritum: ſed ſolam imputationem iuſtitiæ Chriſti Domini, qui pro omnibus æque paſſus, & crucifixus eſt: ille verò nitebatur, tanquam vnica ſui erroris fundamentali petra, quærela illa parabolæ Matthæi cap. 20. vbi operarij, qui in vinea per totum diem portauerant pondus diei, & æſtus, cõquærebãtur Domino patri familias dicentes: *pares nobis illos feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus.*

Hæreſis Iouiniani. *D. Hier.* *D. Auguſ.* *Vega.* *Hoſtienſis.* *Sotus.* *Durand.* *Lutherus.* *Matth. 20.*

Ex diametro huic Hæreſi fuit inter Catholicos oppoſita ſentẽtia Palud. qui in 4. diſ. 4. q. 1. putauit, omnes beatos in beatitudine prorſus eſſe inęquales: cuius extremæ ſententiæ fundamẽtũ eſt quoddã teſtimoniũ D. Gregorij, qui cõſtituit quãdã proportionẽ inter Angelos, & homines, vbi (excepto Chriſto Domino, & Virgine Deipara) inquit homines, & Angelos in multitudine, & perfectione futuros eſſe æquales: ſed Angeli omnes inter ſe ſunt inæquales in perfectione: ergo & omnes homines. Suppoſito attamẽ (vt ex dicendis ſuppono) neq; omnes homines æqualiter Deũ videre, neq; per oppoſitũ omnes inæqualiter: inſurgit inter Catholicos cõtrouerſia, quænam ſit ratio proxima, & phyſica æqualitatis, aut inæqualitatis viſionis beatæ. Et quidẽ de phyſica, quęſtio eſt: nã de morali facile intelligitur inæqualitatem viſionis ex inæqualitate meritorum prouenire: ſed de phyſica loquẽdo, dixerunt plures ex inæqualitate luminis gloriæ inęqualitatẽ viſionis beatę procedere: ita quod, qui excellentius habuerit lumẽ, perfectius videbit eſſentiã: ſic ſentiũt Henrr. quodlib. 12. q. 6. Ferrara 3. cõtragẽtes c. 55. & 58. Sotus in 4. diſt. 49. q. 3. Med. 1. 2. q. 3. art. 2. & fere omnes Thomiſtæ: ex Ieſuitis autem Mol. 1. p. q. 12. art. 6. diſp. 1. Suar. 1. p. lib. 2. de de. attributis cap. 21. Vazquez 1. p. diſp. 47. c. 6. & alij. varijs tamẽ rationibus probatur hęc ſentẽtia. 2

ſent. Palu. *Sententia ponens inæqualitatem viſionis ex inæqualitate luminis gloriæ.* *Henrric.* *Ferrara.* *Sotus.* *Medina.* *Molina.* *Suarez.* *Vazquez.*

Nam Sotus ſic illam probat. viſio beata eſt actio ſupra hominis naturã: ergo ſequitur principium ſupernaturale illius: hoc attamen non eſt aliud, 3

niſi

Digitized by Google

niſi lumen gloriæ:ergo quanto maius, vel minus fuerit lumen gloriæ, tanto maior,vel minor erit viſio beata.Conſequentia prior probatur exemplo de calore in aqua:quia quando aqua calefacit,hoc non virtute propria efficit, ſed virtute caloris ſibi communicati: proptereaque non aquæ, ſed calori tribuitur calefactio:& tãto plus aqua calefacit,quanto plus caloris habuerit. Quod ſimiliter de lumine gloriæ philoſophandum eſſe videtur.

Secundo inſurgit Molina;quoniam
5. melior cognitio, vel oritur ex parte ſpeciei,vel ex parte potentiæ: hic autem non oritur ex parte ſpeciei, quia beati non vident per ſpeciem, ſed per eſſentiã diuinam cõcurrẽtẽ,inſtar ſpeciei intelligibilis:ergo melior cognitio oritur ex parte potentiæ: atqui potentia,& facultas ad videndum diuinã eſſentiã non conuenit intellectui ſecũdom ſuam naturã,ſed ratione luminis gloriæ,quo eleuatur ad viſionem beatã:ergo quod vnus videat eſſentiã diuinam meliusquàm alius,nõ aliunde prouenit, niſi ex eo quod plus participat luminis gloriæ.

Tertio à poſteriori hanc ſententiã
6. probat Suarez:nã qui habuerint æqualia merita, habebunt profecto æquale lumen gloriæ,& ſi in intellectu ſint naturaliter inæquales:ergo elicient æqualem viſionem.Cõſequẽtia patet : quia alioquin exiſtentibus æqualibus meritis eſſet viſio inæqualis:quod eſt abſurdũ.Quod ſi dicatur,nõ eſſe incõueniẽs, vt qui habet æqualia merita,perfectius videat ex perfectione maiori ſibi cõnaturali:quia gratia naturã nõ deſtruit, ſed perficit ipſã:ergo ſi cooperetur natura gratiæ, nihil impedit, quo minus ex hac parte aliquã maiorẽ perfectionẽ habeat in ipſa viſione vltra illã, quæ debetur ex meritis. Contra:quia hæc reſpõſio(inquit Suarez)eſt parũ conſona principijs fidei:quia viſio beata datur vt merces Filiorum Dei:ergo fieri nõ poteſt, vt aliquis abſq; maiori gratia,& pluribus meritis perfectius videat.

Quarto poſtremo ſic probat Vazquez:effectus aliquis idem ex duabus cauſis proueniens,quarum vna eſt vni
7 uerſalis,& altera ſpecialis, perficitur ab ſpeciali,à qua generalis determinatur:viſio autem beata ex duabus cauſis coaleſcit,nempe ab intellectu,& lumine gloriæ,quarũ prima eſt generalis; ſecũda vero ſpecialis: ergo perficitur à ſecũda,nẽpe à lumine gloriæ:& ideo tanto perfectior erit viſio, quanto excellentius fuerit lumen.

§.2.

Ponitur vera ſententia Scoti, & eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitum autẽ eſt Doctor ſubtilis qui in 4.diſt.50.q. 6.litera A. reſpõdẽs principali quæſito, hæc
profert. *Reſpõdeo,quod inæqualitas poteſt ſtare cũ beatitudine in eadẽ ſpecie.* Et infra 8.
litera E.loquẽdo de charitate ſimul cũ volũtate,inquit: *Nõ enim videtur poni propter aliud niſi propter principiũ actiuũ. non enim videtur facere ad paſſionem:nec fruſtra ponitur:ergo habet rationem principij actiui.ſed non poteſt habere rationem principij actiui,niſi potentia ſit actiua, quã habilitat ad agendum, quæ potentia eſt voluntas.Si ſic,tunc facile eſt videre,quomodo eſt inæqualitas,nõ ſolum in actione,ſed etiam in ipſo principio actiuo eſt inæqualitas,vt patet. Voluntas enim, & charitas in diuerſis ſecundum perfectionem poſſunt eſſe inæquales &c.* Idem docet expreſsius in 3.diſt.13.q.4.lit.O.quę verba,& ſimilia,quæ in citatis quæſtionibus loquitur,oſtendunt, duos beatos inæqualis volũtatis,habẽtes tamẽ æqualẽ charitatẽ, inæqualem habere beatitu-
dinẽ.Quod idẽ phyloſophatur de duo- *Baſſol.*
bus inæqualis intellect⁹ habẽtib⁹ æqua- *Rubionis*
le lumẽ gloriæ, qui quidẽ inæqualiter *Tatharetus*
Deũ videbũt.Hãc ſentẽtiã tenet Baſſo- *Maironis.*
lis,Rubionis,Tataretus,Maironis,Ly- *Lychetus.*
chetus,Ioannes Viguerius,Faber,& cę- *Ioannes Viguer.*
teri Scotiſtæ in citatis locis ſupra Sco- *Faber.*
tũ,vbi ipſe,& Holcoth in ſuis determi- *Holcoth.*
nationibus q.8.art.1.ad 4.Ioannes Ma- *Ioan.Mai.*
ior in 4.diſt.49.q.10.Itẽ Ricard.ibi ar. *Ricardus.*
2.q.8.Durand.in 3.diſt.14.q.1.Gabriel *Durandus*
in 4.diſt.49.q.2.ar.3.Palud.ibidẽ,& ip- *Gabriel.*
ſe D.Thom.3.p.q.10.ar.4. hãc ſentẽ- *Palud.*
tiã ſolutione ad ſecũdũ argumentũ ex- *D.Thomas*
preſſe docet,prout Cayet.ibi explicat *Cayetanus.*
ipſũ,& egregiè illã exponit,& ſequitur.

Pro cuius claritate primo obſeruare oportet quod ſicut ad eliciendum 9.
actũ fruitionis indiget voluntas ha-

bitu charitatis, ſinequo talẽ actũ elli-
cere nonpoſſet, ſiquidẽ ad actũ ſuper
natur.lẽ, qualis eſt fruitio, no poteſt
ex ſe naturalis voluntas: ſic intelle-
ctus indiget lumine gloriæ ad eliciẽ-
dũ actũ viſionis beatæ. Eodẽ igitur
modo, quo Scotus loquitur de habitu
charitatis, reſpectu eliciendæ fruitio
nis à voluntate, intelligendũ eſt lo-
qui de habitu luminis reſpectu eliciẽ
dæ viſionis ab intellectu: intellectus
igitur cũ lumine gloriæ eſt integrũ
viſionis principiũ, ita ꝙ intellectus
eſt principiũ, & cauſa partialis, ſicu-
ti lumen: quodlibet tamen iſtorũ ſe
ſolo principiũ non eſt, ſed vtrumq;
ſimul: ergo à quolibet poteſt intelli-
gi viſionis inæqualitatẽ prouenire:
nam ſi Deus longè excellentius lumẽ
gloriæ homini largiretur, quã Ange-
lo: homo proculdubio Angelo perfe
ctius Deũ videret: hoc namq; de facto
in Chriſti Domini intellectu conſtat
cõtingere, qui profecto ratione maio
ris, imò & ſummæ creabilis luminis
gloriæ, quod habet, perfectius videt
diuinã eſſentiã, quã omnes Angeli: ſi
quidẽ illã viſione ſumme creabili vi-
det: Si tamen Deus æquale lumẽ glo
riæ tribuat Angelo, & homini, tunc
vt optimè infert Cayetanus, perfe-
ctius videt Angelus eſſentiã Dei, quã
homo: ſed non ob aliud, niſi ratione
perfectioris intellectus: ergo ab inę-
qualitate intellectus in habentibus
æquale lumẽ gloriæ, ſumitur inæqua
litas viſionis beatæ.

Porrò hoc idẽ dicendũ eſt de duo
bus hominibus inæqualis intellectus,
æquale attamen lumen gloriæ haben
10 tibus: quia non eſt maior ratio de An
gelo, & homine, quã de duobus homi
nibus; cũ tota ratio inæqualitatis in
Angelo) vt ſupponitur) non aliun-
de, quàm ab inæqualitate intellectus
proueniat.

Eſt demũ ſecundo obſeruandũ, dif
ficultatẽ hanc in duplici ſenſu poſſe
11 diſputari. 1. ſcilicet, an Deus æqualẽ
gloriã tribuat duob⁹ habẽtibus æqua
lia merita? Secundo vero, an ex habẽ
tibus æquale lumen, inæquales vero
intellectus, vnus altero Deũ perfe-
ctius videat? & quidẽ primũ pertinet
ad ſpecialẽ Dei iuſtitiã cõmutatiuam
(eo modo, quo hæc poteſt dari in Deo
reſpectu remunerationis meriti hu-
mani) qua Deus remunerat merita
noſtra præmio ſuæ viſionis, ad hanc
pertinet, ꝙ pro æquali merito æqua-
le reddatur præmiũ: quia ergo quãti-
tas viſionis correſpondet meriti quã
titati: hinc eſt, ꝙ merenti, vt octo da-
bit Deus viſionẽ, vt octo, & hanc vi-
ſionẽ, vt octo, & ex parte obiecti erit
oſtẽſio per diuinã volũtatẽ eſſẽtiæ vt
octo, & ex parte principij erit etiã po
tẽtia vt octo: quia autẽ hoc principiũ
vt integrũ ſit, eſt ſimul intellectus cũ
lumine gloriæ, ex vtroque debet cõ-
poni vnũ principium potens videre
vt octo.

Si ergo ſint duo homines æqualis
meriti, inæqualis tamen intellectus,
non elargietur Deus vtriq; æquale lu 12
men gloriæ: quia lumen gloriæ nõ eſt
præmiũ correſpondens merito: ſed
ipſa gloria. Dabit tamen tantum lu-
men, quantũ ſufficiẽs fuerit cuilibet
illorũ, vt eliciat viſionẽ vt octo. Vn-
de ſi vnus intellectus iſtorum alterũ
in vno gradu perfectionis excedat,
illi præſtabit Deus (proportione ſer-
uata) lumen gloriæ habens minus illũ
gradũ perfectionis: & alteri intelle-
ctui habenti minus perfectionis illũ
gradũ, à quo ab alio exceditur, dabit
lumen habẽs magis perfectionis illũ
gradũ vt ſic vterque ſit æquale prin-
cipiũ ad æqualem viſionẽ eliciendã.

Ad quod probandum tria viden- 13
da ſunt. Primum, videlicet, æqualita-
tem iſtam viſionis beatæ, pro æquali-
bus meritis ſpectare quidẽ ad rectiſ-
ſimam Dei commutatiuam iuſtitiã:
de cuius ratione eſt reddere æquale
pro æquali. Secũdum vero eſt in hoc
nullã irrogari iniuriã illi homini per
fectioris intellectus per hoc, quod ſi
bi minus luminis gloriæ detur: quia
cũ meritũ eſſentialiter non reſpiciat
lumen gloriæ pro præmio, ſed ipſam
viſionem beatam; dummodo viſio ip
ſa æque correſpondeat tali merito
quoad æqualitatẽ, proculdubio dabi
tur ſibi æquale pro æquali, ſicut & illi
qui maius lumẽ gloriæ receperat. Ter
tium tandem, quia ex oppoſito ſeque
retur, ꝙ ſi duo æqualis meriti, & in-
æqualis intellect⁹, æquale lumẽ gloriæ
re-

reciperet: profectò ille perfectioris intellectus perfectius Deum eſſet viſurus: & tunc ille perfectior gradus viſionis, quo diſcerneretur ab altero, refunderetur in eius naturalem intellectũ, quo quidẽ ab alio æqualis meriti eſſet diſcretus: Et tunc quærenti Apoſtolo 1. Chorinth. ca. 4. *Quis te diſcernit? Quid enim habes, quod nõ accepiſti?* bene reſpõderet ille, ego viribus meis naturalib⁹ me ipſum diſcerno: ſiquidem æquale lumen gloriæ accepi cũ illo altero homine, & ob perfectioris mei intellect⁹ exceſſum, illũ excedo præmio, quod dicendum non eſt: ac propterea huic tribuit Deus minus luminis gloriæ, vt æqualiter videat eſſentiam, ſicut & alter æqualis meriti. Quæ doctrina eſt expreſſa Scoti ſoluti. ad dubium de habentibus æquale meritum in 4. loco citato litera F. vbi hæc profert. *Reſpõdeo: & dico, quod eſt æqualitas quantitatis illis in ſpecie actus: tamen eſt inæqualitas proportionis: inferior enim voluntas agit ſecũdum totum ſuum conatum. ſed voluntas nobilior nõ: & ſic ſecũdũ hoc nõ dabitur tãta charitas vni, ſicut alteri proportionaliter.*

14. In ſecundo autem ſenſu proceditur abſtrahendo à ratione meriti: non etenim ponitur hæc inæqualitas viſionis in duobus habentibus æquale meritum, & inæquales intellectus: in ipſis etenim viſio eſt prorſus æqualis: licet aliunde, hoc eſt, ex maiori lumine gloriæ, ſuppleatur defectus intellect⁹ imperfectioris, vt dixi: et ideò de iſtis non propriè difficultas procedit. Vnde decepti ſunt Vazquez, & Suarez putantes, lumen gloriæ correſpondere quoad ſui quantitatem quantitati meritorum. Quod ergo quæritur, eſt abſtrahendo à merito, quod eſt cauſa moralis, loquendo de cauſa Phiſica, verũ duo inæqualium intellectuum, habentes tamen æquale lumen gloriæ, viſio ſit æqualis, nec ne? De his ergo procedit Scoti ſententia, dicens, viſionem quidem inæquale eſſe: & eius inæqualitatem non aliunde prouenire poſſe, niſi ab inæqualitate intellectus iſtorũ.

15. Itẽ tertiò eſt obſeruandum, inæqualitatem iſtã viſionis (de qua impræſenti controuertimus) non eſſe ſpecificã, ſed gradualem: quia cum omnis beata viſio conſiſtat in viſione diuinæ eſſentiæ, quæ eſt eſſentialiter eadem omni intellectui, conſequenter ab eadem ſpecificatur viſio: & ideo reſpectu omnis intellectus creati eſt eadem identitate ſpecifica: quia tamen hæc eadem eſſentia perfectius, vel minus perfecte poteſt per viſionem attingi, ſicut in qualibet alia qualitate reperitur remiſſio, & intenſio, ſic in viſione magis, vel minus perfectionis poteſt reperiri, ita vt vnius beati viſio ſit intenſior altera, iuxta intenſius, vel remiſsius lumen gloriæ, vel iuxta perfectiorem, vel imperfectiorem intellectũ: hæc tamen differentia gradualis eſſentialis eſt: non quidem quod eſſentialiter differant, ſicut duo diſtincta ſpecie: in hoc etenim ſenſu nulla eſt in beatis eſſentialis inæqualitas, ſed circa diſtinctos gradus eiuſdem eſſentialis viſionis. Vnde ſicut habens albedinem, vt octo, eſſentialiter habet plus albedinis, quàm, qui habet albedinẽ, vt quatuor; quia licet habeat vterque eãdem ſpecie albedinem: habet tamen ille plures gradus, qui eſſentialiter ſunt albedo, quàm iſte. Sic impræſenti, licet perfectior beatus habeat eãdem ſpecie viſionem, quam habet minus perfecte beatus, habet tamen ille plures gradus viſionis, qui eſſentialiter ſunt viſio, quã iſte, & in hoc ſenſu procedit quæſtio de inæqualitate viſionis eſſentialis, de qua cõcluſit Doctor, vt patuit in litera, *quod inæqualitas poteſt ſtare cum beatitudine in eadẽ ſpecie.*

An autem etiam detur inæqualitas accidentalis in beatis, vtpote, quod vnus videat plures creaturas, quã alter: 16. in quæſtione præcedenti viſum eſt quoad quæſtionem de poſsibili, & de facto reſpectu intellectus Chriſti Domini: ſed reſpectu cæterorum beatorũ difficilis eſt reſolutio. Circa quã diuerſa ſunt veterũ placita: quia tamen de hoc nulla poteſt certa regula cõſtitui, pauciſsimi de hoc difficultatem ſeorſum diſputat, ſed ea obiter tãgunt. Alij verò (immerito quidẽ) in ea longos diſcurſus cõſumũt. Sed quid, meo videri, cẽſendũ ſit, breuiter oſtendã, aduertendo cũ communiori ſententia, ad tria capita reuocari poſſe ea, quæ beatus videt de facto in Verbo, de quib⁹ inæqualitas viſionis eſſe poteſt iuxta tria genera creaturarum, quæ exiſtunt [illegible]

Digitized by Google

Primum eſt circa res ſupernatura les, in quibus cõtinentur plura myſteria noſtræ fidei, vt porè Verbi diuini Incarnatio, corporis Chriſti exiſtẽtia in Euchariſtia, omnes habitus infuſi, & ſimilia. Secũdũ vero eſt circa res omnes naturales iuxta earũ eſſentias, & exiſtẽtias. Tertiũ tãdẽ circa omnes actus liberos, & cõtingẽtes creaturarũ, tã præſentes, quã præteritos, quã etiã futuros, ad quod pertinet orationes, & preces, quæ fiunt, & funduntur Sanctis in Eccleſia, & omnes cõſenſus voluntatis cuiuſlibet creaturæ, tã bonos, quã malos, ac etiã proſperitates, ſeu bona fortunæ, & ſimilia; & quæ reſiquerit beatus in hac via, quãdo deceſſerit ab illa, & quæ in qualibet cuiuſuis beati familia proſpera, vel aduerſa ſuccedũt, vt potè in ſæculo dignitates filiorũ, quæ poſſunt patrifamilias repræſentari in patria, & in religione eius progreſſus, & propagatio, & virorũ perfectorũ incrementa, quę fundatori religionis in verbo poſsũt oſtẽdi. De his igitur omnibus, tametſi nihil certũ definitũ ſit ab Eccleſia: tamen iuxta ea, quæ cõmunius, & probabilius tradunt Doctores, dicemus infra in 5. concl. Modo autẽ oportet ad principalẽ difficultatẽ deuenire.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

18

1. Concluſ.

HIS præhabitis difficultatem concludẽdo, dico primo, quod viſio beata nõ eſt æqualis in omnibus beatis, nec propterea eſt in omnibus neceſſario inæqualis. Concluſio hæc eſt Doctoris, vt patet in litera, & quoad primã partẽ eſt de fide definita in Concilio Florẽtino ſub Eugenio IIII. ſeſſ. vltim. & multo antea in Conc. Thelenſi ſub Siricio Papa tẽpore S. Ambroſij in epiſt. Cõc. 81. quæ eſt inter epiſtolas Ambroſij, vbi damnata fuit Hæreſis Iouiniani.

Conc. Flor. Conc. Thel.

19 Probatur cõcluſio in primis ſacræ Scripturæ teſtimonijs, & præſertim ex illo 1. Corin. c. 15. vbi inquit Apoſtolus: *alia eſt claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarum: Stella enim à Stella differt in claritate: ſic erit reſurrectio mortuorũ.* Quẽ locum vltra D. Chryſoſtomũ, Theodoretũ, Theophilatũ, & alios Patres Græcos, Latini Patres de inæqualitate viſionis interpretãtur, vt videre eſt apud D. Hieronymũ lib. 2. contra Iouinia. & D. Auguſt. lib. de ſancta virginitate c. 26. Itẽ ex illo 2. ad Cor. c. 9. *Qui parce ſeminat parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*, & ad Epheſ. 4. *Vnicuique autẽ data eſt gratia ſecundum menſurã donationis Chriſti*: & clarius ex illo Ioan. 14. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*: & Matth. c. 5. *Qui autẽ fecerit, & docuerit, hic magnus, vocabitur in Regno cælorum.* Vbi fit cõparatio de minori ad maiorem beatũ: dixerat namq; antea, *qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno cælorũ.* Quæ verba ſecũdũ ferè omnes intelligenda ſunt non de ſoluente præceptũ, quod obligat ad mortale (inter hũc enim, & iuſtũ nulla eſt cõparatio) ſed loquendo de illis, qui venialiter delinquunt, & poſtquã in purgatorio pœnas ſoluũt, ſunt in Regno cælorũ: hi namq; minores ſunt ibi, quã illi, qui nec venialiter delinquunt. Præterea ex eodem Matth. c. 11. *Qui autẽ minor eſt in Regno cælorum, maior eſt illo.* Ex quibus omnibus conſtat, quod in Regno beatitudinis eſt maior, & minor, & inæqualitas in beatis.

D. Chryſo.
D. Theod.
Theoph.
D. Hiero.
D. Augu.
2. Cor. c. 9.
Ad Eph. 4.
Ioan. 14.
Matth. 5.
& c. 11.

20 Probatur ſecundo teſtimonijs Patrũ, nã D. Hieronymus vbi ſupra contra Iouin. ſcribens, adducit illũ locũ Pauli 1. Corin. 15. *Ita in Chriſto omnes viuificabuntur vnuſquiſq; in ſuo ordine.* Et explicat illũ de inæqualitate gloriæ beatorũ. Item D. Cyrilus in Ioan. lib. 9. c. 31. Cyprianus lib. de habitu Virginis in fine. Nazian. orat. 16. Ambroſius de bona morte c. 12. Gregor. 15. moral. c. 14. Theodoretus lib. 3. in Cant. Tertu. lib. contra Gnoſticos c. 6. & li. Monogami. c. 10. *D.* Baſilius lib. de Spiritu Sancto c. 16. Bernardus in Appologia ad Guillelmũ Hilarius Pſal. 46. circa verſum, *Beatus, quem elegiſti &c.* Quorũ omniũ auctoritates non refero ob prolixitatem vitandã.

D. Hiero.
D. Cyril.
D. Cypria.
D. Naziã.
D. Ambr.
D. Grego.
D. Theod.
Tertu.
D. Baſil.
D. Berna.
D. Hilar.

21 Probatur præterea ex D. Auguſtino lib. de ſancta Virginitate c. 26. ſuper

D. Augu.

per parabolam illam vineæ Matthæi
ca.20.& tractatu 67.in Ioan.vbi ait vni
co denario diurno hoc ſolum ſignifica
ri,quod omnes futuri ſumus vita æter
na,& Regno cœlorũ incorrupti, & in
hoc erit æqualitas,& ſic explicat illud
pares nobis illos feciſti:tamen ſicut in eo
dem cœlo plures ſunt ſtellæ,& hãc ſe-
dem communẽ habent, vna autẽ alia
magis lucet:ſic etiam beati in eodẽ cœ
lorum Regno vnus alio maiori gloria
diuina fruetur eſſentia. Eodem modo
hanc parabolam intelligit idem Augu
ſtinus ſermone 59.de verbis Domini,
D. Anſ. & D. Anſelmus ſupra eundem locum
D. Chriſ. Matthæi: Chriſoſt.homil.65.in Mat-
thæum,& fere omnes Patres intelligẽ
tes denarium diurnum eſſe vitã æter-
nam,cenſent,non ob id eſſe æqualita-
tẽ beatitudinis in omnibus,qui in Dei
vinea pro hoc denario diurno labora-
D. Aug. uerũt.Imo ipſe D.Auguſtinus inquit,
æqualitatem denarij in duratione æter
næ beatitudinis conſiſtere:quia omni
b⁹ æqualis erit diuturnitate:& ideo vo
catur denariũ diurnum,id eſt præmiũ
ſempiternum.Sed quatenus aſſerit eſ
ſe gradus beatitudinis,expreſſe conſti
tuit inæqualitatem,dum inquit,*ſed a-
lio modo erit ibi caſtitas cõiugalis,alio mo-
do ibi erit integritas virginalis, alio modo
ibi erit fructus boni operis,alio modo Coro
na Paſsionis.*
22 Etiã ratione probatur cõcluſio:quia
ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimplici-
ter,ſic magis ad magis: ſed pro merito
ex gratia dat Deus præmiũ ſuæ beatitu
dinis:ergo pro maiori merito dabit ma
ius præmiũ:ſed præmiũ eſt diuinę eſſẽ
tiæ viſio:ergo ille,qui perfectius me-
ruerit,perfectius diuinã eſſẽtiã videbit
Secunda pars concluſionis ſatis pa
23. tet eadẽ ratione:quia cõtingere poteſt
aliquos æquale habere meritũ:ꝙ euidẽ
ter cõſtat in paruulis baptizatis,qui de
lege ordinaria decedũt æquales in gra-
tia,& ſolum habẽt Chriſti merita ſibi
æqualiter applicata:nullum enim actũ
meritorium habere potuerunt,ſiquidẽ
nõdum ad vſum rationis peruenerũt:
& in lege veteri omnes circumciſi de-
cedentes ante vſum rationis, & Inno-
centes Martyres,qui æquale martyriũ
ſubierunt:omnes ergo iſti ab hac vita
deceſſerunt æquales in gratia : ergo in
patria ſunt æquales in gloria.
Dico ſecundo,quod in habentibus 24.
æquale lumen gloriæ, & inæquales in a.conc.
tellectus, inæqualitas viſus ſumitur ab
inæqualitate intellectus, ita quod ille
perfectius videbit eſſentiã,qui excellẽ
tioris fuerit intellectus. Concluſio eſt
Scoti,vt patuit in litera; quæ ex nota-
tis probatur.Et præterea,quia intelle-
ctus in ordine ad viſionẽ beatã eſt cau-
ſa actiua ſecundũ omnes,& præſertim
ſecundũ aduerſarios,qui maxime cõ-
tradicunt Scoto dicenti,poſſe Deũ to-
taliter producere viſionẽ in intellectu
beati,ipſo intellectu mere paſsiue ſe
habẽte:ſecundũ ipſos ergo hoc ſic cõ- Ratio effi-
ficio argumentum:nam intellectus eſt cax.
cauſa actiua reſpectu viſionis beatæ:
vel ergo ſe habet tanquam cauſa prin
cipalis efficiens,vel tanquam inſtru-
mentalis:ſed quocumq; modo iſtorũ
concurrat,influit in effectum, nempe
in viſionẽ tanquã vera cauſa partialis,
ex quo,& ex lumine vna integra,& to
talis cauſa coaleſcit:ergo ſicut perfe-
ctius lumen,perfectiorem viſione pro
ducit,ſic etiam perfectior intellectus.
Si dicas,quod ſe habet,& cõcurrit tã 25.
quã cauſa principalis,euidẽter habe-
tur intẽtũ:quia cauſa principalis acti-
ua ita influit in effectũ,vt neceſſario in
effectu debeat reperiri aliqua realitas
correſpõdens ſibi:aliàs enim nihil cau
ſaret:quia productio realis neceſſariò
debet terminari ad realẽ terminum,&
realis productio partialis neceſſariò de
bet terminari ad terminũ realẽ ſaltim
partialẽ,de quo nemo dubitare poteſt:
ergo perfectior cauſa partialis, perfe-
ctiorẽ realitatẽ partialẽ ſibi correſpõ-
dẽtẽ producit.Si vero dicas ,quod cõ-
currit tãquã cauſa inſtrumẽtalis (etiã
admittẽdo,ꝙ inſtrumẽta habeant pro
priã actiuitatẽ in aduerſariorũ ſẽtẽtia)
habetur intẽtũ:nã ſi duo Artifices ęqua
lis omnino ſciẽtiæ,ſeu artis,vtãtur in
ęqualibus inſtrumẽtis, inęquales pro-
culdubio operationes efficiẽt,vt patet
de duob⁹ ſecãtib⁹ inæqualibus gladijs,
aut pulſãtib⁹ citharas inęquales & c.er
go etiãſi intellectus eſſet cauſa inſtru-
mẽtalis viſionis beatæ ſi ipſi intelle-
ctus inæquales ſint,etiãſi lumina glo-
riæ eſſẽt æqualia,adhuc ſi ipſa lumi-
na eſſent agẽtia principalia , viſione

nios perfectius operaturos, quàm Betzaydos, & non ob aliud, niſi ob perfectiores voluntates; ergo &c. Sed quia hoc argumentum in magnum auxiliorum pelagus ſe emergeret, pro nunc omittitur: & ſit ſatis cõtra Suariũ actus ſupernaturales, etiam quo ad ſubſtãtiã vere ſupernaturales eſſe (vt ipſe ibi fatetur) vt cõcludatur ab vtroq; cõprincipio, nempe ab auxilio, & voluntate per realem influxum majorẽ, vel minorem perfectionem recipere.

31. Dico tertio Beatos nõ eſſe æquales in viſione creaturarum in Verbo, ſed loquendo de creaturis primi generis, vidẽt in Verbo omnia fidei myſteria, quæ crediderunt in via, ſecũdũ quod pauciora, vel plura crediderunt. Probatur concluſio (quam ſic certam ſtatuunt omnes Doctores, vt nõ deſint, qui oppoſitã erroris nota qualificent) pluribus ſacræ Scripturę teſtimonijs: ſed præſertim ex prima Corinth. c. 13

1. Corinth. 13. *Videmus nunc per ſpeculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.* Supra quæ verba inquit D. Auguſt. lib. 20. de ci-

D. Aug. uitate Dei ca. 21. *Quid videbimus, niſi Deum, & omnia illa, quæ nunc non vide-*

D. Amb. *mus credentes?* In quam ſententiam in-

2. Corinth. 13. clinat D. Ambroſius ſuper illum locũ Pauli 2. ad Corint. c. 3. *Nos autem reue-*

D. Anſel. *lata facie &c.* tenet D. Anſelmus ibidẽ,

D. Thom. D. Thom. 1. p. q. 1. art. 2. & 1. 2. q. 4. art. 3. & 2. 2. quæſt. 1. art. 1.

32. Probatur ratione eadẽ concluſio: quia beatus nõ eſt minor ſciens in patria, quàm fuerat in via: ſed in via habebat notitiã myſteriorũ fidei, quę credebat: ergo in patria habet taliũ myſteriorum notitiam: in patria autẽ non permanet fides: ergo hæc talis notitia erit clara, & euidens huiuſmodi myſteriorum cognitio.

33. 4. concluſ. Dico quarto, quod loquẽdo de creaturis ſecũdi generis, beati vidẽt in Verbo omnes naturarum ſpecies, quibus hæc vniuerſi machina conſtat, & quæ in ipſo factæ ſunt, vel fient in aliqua tẽporis differentia; & cuiuslibet ſpeciei indiuidua, quæ ſufficient ad perfectam, & diſtinctã cognitionẽ cuiuſcũq; naturæ ſpecificę, atque ipſius vniuerſi machinam, & cõpoſitionẽ: nõ tamẽ omnes creaturas poſsibiles, ſed ex illis iuxta cuiuslibet beati excellentiã plures, vel pauciores, iuxta diuinæ voluntatis placitũ vident. Concluſio hæc nõ eſt ita certa, ſicut præcedens: eſt tamẽ valde probabilis, & mihi certiſsima. De Angelis enim beatis eã tenet expreſſe Scotus in 2. diſt. 3. q. 9. lit. F. & eadẽ ratione poteſt intelligi de beatis hominibus: tenent D. Thom. 1. p. q. 12. art. 8. ad 4. & 4. cõtra gẽt. ca. 59. Ferrara ibidẽ, & Sotus in 4. diſt. 49. quæſt. 3. articul. 3. & plures alij. Quæ probari poteſt ex D. Auguſt. 4. ſuper Geneſim ca. 22. & 23. vbi tenet, quod Angeli vident in Verbo opera ſex dierũ: cuius authoritatẽ loco citato præclare exponit Scotus. Probatur igitur ipſius D. Auguſt. verbis: nam lib. 5. in Gen. ca. 34. hæc profert. *Cum ſimul vniuerſã creaturã, ſicut ſimul facta eſt, & inprimis, atque incommutabilibus rationibus, per quas condita eſt, contemplaretur per diem, & in eius ipſius natura cognoſceretur propter veſperam, & creatorem ex ipſa etiam inferiori cognitione prope mane laudaret &c.* Quibus verbis duplicem Angelorum cognitionem ponit D. Auguſt. reſpectu omnium creaturarum, quas Deus fecit hucuſque in tota machina vniuerſi: prima cognitio fuit beata viſio, qua eas vident Angeli in Verbo, & hanc appellat cognitionem matutinam diei: alia, qua in genere proprio cognouerũt omnes creaturas naturales in ſe ipſis: & hãc vocat veſpertinã.

Scotus.
D. Thom.
Ferrara.
Sotus.
D. Aug.

Hoc idẽ oſtẽdit lib. 9. de Trinitate ca. 12. & 13. Cõfeſsionum ca. 15. cuius hæc ſunt verba. *Eorũ principales cauſas in Verbo Dei conſpiciunt, per quod factus eſt mundus &c.* Quæ doctrina licet de Angelis tãtũ habeatur ab Auguſtino: poteſt tamẽ etiã intelligi de quocũq; beato, vt bene aduertit Suarez 1. part. lib. 2. de attributis ca. 28. num. 8. 34.

Sed iam ratione probatur dicta concluſio: nã beatus naturaliter appetit cognoſcere naturas rerum omniũ naturaliũ: quia omniũ illarũ cognitionis eſt naturaliter capax: ſed beatitudo replet omnem appetitum, etiam naturalem, dummodo ſit ordinatus: ergo &c. Ratio hæc eſt Diui Thomæ: & quamuis demonſtratiua non ſit, quia ex ea etiam infertur, beatum 35.

videre in Verbo omnia ſcibilia, quia omnia naturaliter appetit ſcire: & ſic de facto quilibet beatus infinitas creaturas videret: probabiliter tamē concluſionem confirmat: imò eam efficaciter probat, ſi attendatur illa reſtrictio de appetitu ordinato: quia quamuis ex natura potentiæ naturaliter inclinetur homo innato appetitu ad ſciendā omnia ſcibilia: hæc tamen inclinatio, & appetitus, vt ordinatus ſit, debet regulari iuxta diuinā voluntatem: ſed tunc videtur, quod redditur ratio etiam inefficax, ſicut antea, ex hoc quod iam non tribueretur appetitui naturali, ſed diuinæ voluntati.

36 Vt ergo prædicta ratio efficax ſit, regulandus eſt appetitus iſte ordinatus iuxta perfectum ſtatum naturæ: nam in ſtatu innocentiæ habuit Adamus ſcientiam, & cognitionem infuſam omnium rerū naturalium, quas Deus parauerat; & etiam Angeli, vt dixit Scotus loco proximè citato, in illa mortula, in qua ſe diſpoſuerunt ad gratiam, antequam eſſent beati, cognouerunt res omnes creatas in genere proprio in ſe ipſis: ſed ſtatus beatitudinis eſt longè perfectior ſtatu innocentiæ Adami, & ſtatu illo illius moruIæ Angelorum, ſiquidem in ſtatu beatitudinis iam coniuncta eſt creatura rationalis perfectiſsimo modo ſibi poſsibili, ſuo vltimo fini ſupernaturali: non tamen in illis erant ſic Adamus, vel Angeli ſuo fini coniuncti: ergo appetitus hominis naturalis eſt ordinatus reſpectu cognitionis talium creaturarum, & Deus propter perfectionem ſtatus beatitudinis, illis omnes eas repræſentat in Verbo, ex vi cuius viſionis eas videt in eodē met Verbo.

37 Quod autem etiam videat aliqua indiuidua, aperte conſtat: quia perfecta, & intuitiua cognitio non terminatur ad præciſas rerum eſſentias, ſed etiam ad ipſas in aliquo indiuiduo exiſtentes, ſecundum quam exiſtentiam indiuidualem, etiam repræſentantur in Verbo, prout in difficultate præcedente latiſsimè viſum eſt: ex qua etiam probatum habetur non omnes beatos omnes creaturas poſſibiles videre in Verbo.

Dico quinto, quod loquendo de tertio genere creaturarum, vnuſquiſque beatus videt in Verbo omnes actus liberos, & cætera contingentia, quæ ad cuiuſcūque ſtatus perfectionem pertinent. Concluſio hæc eſt cōmunis apud Theologos: tenent D. Thomas vbi ſupra & 3. part. quæſt. 10. art. 2. & 3. contra gentes cap. 56. Ferrara, Capreolus, & Caietanus ibidem Soto in 4. diſtinct. 49. quæſt. 3. art. 3. & facillime probari poteſt prædicto argumento ſumpto ex ratione D. Thomæ, qua præcedens concluſio probata eſt: quoniam ſatis ordinate appetunt beati hæc ſcire, quæ erant ſuæ curæ commiſſa, vt de eorū proſperitate ſibi complaceant: etſi proſpera non ſint, pro eorum proſperitate ad Dominum intercedant. De orationibus vero, quæ fiūt Sanctis ab Eccleſia, tenent communiter omnes, dē pto nemine, beatos videre tales orationes in Verbo. De quo videndus eſt Magiſter in 4. diſtinct. 49. cap. penultimo, Gabriel lectione 32. in canō litera E. & ſatis probatur conſuetudine Eccleſiæ, quæ orationes fundit ad Sanctos: ſi etenim earum notitiā nō haberent, fruſtra Eccleſia eorum imploraret auxilium, & interceſſionem, dicendo verbi gratia, Sancte Petre ora pro nobis. 38 5. Concluſ.

39 Sed ſi quæras, quare in lege veteri non fundebantur preces à Sinagoga Patribus Sanctis defunctis? facilis eſt ſolutio: quia, ſcilicet, illi nondum videbant diuinam eſſentiam: detinebātur namque in Limbo vſque ad Chriſti Domini in Cælum Aſcenſionem: & quia non videbant Deum, propterea non videre poterant tales preces in Verbo. Sed numquid ſi modo fiant preces animabus in Purgatorio exiſtentibus, videbunt ne orationes ſibi ipſis, vel pro ſe ipſis à fidelibus factas? minime quidem, niſi miniſterio alicuius Angeli, vt pote ſui cuſtodis, ſeu alterius, ſibi de illis pro ſolatio facta fuerit reuelatio.

Quare ſanctis in lege veteri no fundebantur preces

§. 4.

§. 4.

Soluuntur omnia argumenta in oppoſitum.

40 AD argumenta igitur in oppoſitum, & ad illud Iouiniani, prolixe ſatis reſpondent Doctores, varias illius parabolæ expoſitiones adducentes: ſed pro nunc ad argumenti ſolutionem ſufficit nobis illa Diui Auguſtini, quam ſupra in probatione primæ concluſionis retulimus num. 21.

Ad argumentum Iouiniani.

41 Ad illud pro ſententia Paludani, reſpondeo, nõ eſſe certum homines, & Angelos in multitudine, & perfectione futuros eſſe æquales: imò & de ipſis Angelis, an inter ſe ipſos ſint, inviſione inæquales, iuxta cuiuslibet ſpeciei perfectionem; nam licet iuxta quæ diximus, ob maiorem, vel minorem excellentiam intellectus, vel quidem ob maiorem, vel minorem diſpoſitionem ad gratiam, in æqualẽ viſionem habere videantur: non tamen hoc conſtat, nec ex hoc aliquid concludit argumentum: teſtimoniũ vero D. Gregorij fundatur in quadã opinione, quę ait, homines occaſione tantum ruinæ Angelorum conditos, fuiſſe ad eorum, qui ceciderant ſedes implendas: quæ tamen opinio certa non eſt, de qua alibi.

Ad argumentum Paludani.

Ad argumenta vero, quæ probant totam inæqualitatem à lumine gloriæ prouenire, & ad primum

42 reſpondeo, viſionem beatam, & eſſe operationem vitalem, & inſimul ſupernaturalem: & ideo ſequitur vtrumque principium, tam, ſcilicet, intellectum, quam lumen gloriæ; eſt enim actus indiuiſibilis, qui ab vtroque cõprincipio effectiue elicitur. Quod autem de calore adducitur, nullius momenti eſt: nam aqua reſpectu caloris habet ſe mere paſſiue, & materialiter tanquam ſubiectum reſpectu formæ: non enim minus hæc forma calefaceret, ſi in alio ſubiecto eſſet, vt pote in ligno, ſeu lapide, quàm in aqua: & ideo tota calefactio ibi tribuitur calori tanquam principio formali, & adæquato calefaciendi: at vero intellectus eſt cauſa actiua, & non materialiter tantum, ſed formaliter ſe habens, præbens quidem formaliter vitalitatem operationi ſupernaturali: & ideo ei tribuitur realitas, & intenſio viſionis, ſicut & lumini gloriæ, proportione ſeruata.

Ad 1. argumentum pro contraria ſenten.

Ad ſecundum dico, quod melior cognitio, ſuppoſita æquali oſten- 43
ſione eſſentiæ per diuinam voluntatem, oritur ex parte potentiæ: potentia autem, & facultas videndi diuinam eſſentiam, nec competit lumini gloriæ ſeorſum ſumpto, nec etiam intellectui ſecundum ſe ſolum: ſed vtrique ſimul, & ideo vtrique viſio correſpondet: & ex conſequenti ex cuiuslibet inæqualitate oritur inæqualitas viſionis.

Ad 2. argumentũ.

Ad tertium ſatis oſtenſum eſt 44
ſupra numer. 12. lumen gloriæ non correſpondere merito quoad quantitatem per modum pręmij: ſed præmium beatitudinis correſpondere merito: & ideo illi, qui æqualis meriti fuerint, quantumuis inæqualis fuerint intellectus: æquale proculdubio pręmium viſionis beatæ recipient: nam vt ibi nouimus ex Doctore, præſtabit Deus imperfectiori intellectui perfectius lumen, vt æquiparetur alteri intellectus perfectioris, & ambo ſint æquales in præmio.

Ad quartum reſpondeo, cau-
ſam vniuerſalem limitari ab ſpecifica, quantum ad ſpecificationem 45
effectus, vt viſum eſt ſupra numero 24. non tamen inde ſequitur, effectus realitatem, ſecundum gradus intenſionis, non correſpondere perfectioni maiori, vel minori ipſius cauſæ vniuerſalis realiter influentis in ipſum.

DIFFICVLTAS XXXIIII.

Vtrum viſio alicuius beati ita aliam viſionem poſsit inten ſiue excedere, vt compreheñdat diuinam eſſentiam?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, & refertur quædam opinio, quæ colligitur ex Vazquio.

1 *1. opinio Vazquij.* ETSI communis Theologorum ſententia (vt infra videbimus) teneat, Deum nullatenus à creatura aliqua intellectuali, quantumuis perfecta viſione ipſum videat, poſſe comprehendi: ex modo attamen, quo Vazquius 1. part. diputa. 53. cap. 4. comprehenſionem definit, concludi videtur nullam cõtradictionem inuolui in hoc, quod eſt, Deum poſſe ab homine cõprehẽdi; quinimo, & de facto videtur colligi, Deum comprehendi ab intellectu animæ Chriſti: inquit enim, quod cõprehenſio rei eſt rem ita videre, ſicuti eſt, vt nihil illius videntem lateat: ait tamen, quod duobus modis contingit cognoſcere de re aliqua, quidquid illius eſt, & ad ipſam pertinet. Vno modo, cognoſcendo id tantum quod eſt in ipſa formaliter, & ad illius eſſentiam, & proprietates intrinſece pertinet: altero modo, quando non tantum cognoſcimus, quidquid eſt in illa re formaliter, ſed etiã quidquid eam conſequitur, vel ab ea pendere poteſt. Quo ſuppoſito ideo, inquit, non poſſe Deum comprehendi à creatura, quia licet beatus videat in Deo, quidquid in eo eſt formaliter, vtpote perſonalitates, attributa &c. non tamen videt omnia, quæ ipſum conſequuntur, vel ab eo pendere poſſunt: quia nec poſsibilia omnia, neque futura, quæ ex conſilio Dei pendent, ex vi viſionis Dei cognoſcit beatus. Et hæc eſt ratio, ob quam Deum comprehendere nemo poteſt: iuxta quam Vazquij ſententiam, ſi ſtemus in eis, quæ ſupra in difficul. 30. dicta ſunt, facile inferre videtur, Deum cõprehenſibilem eſſe: quia iuxta concluſionem ibi ſtatutam nõ repugnat, beatum omnia poſsibilia, & futura videre, quinimo, & de facto ea Chriſtus Dominus videt, vt ibi tuemur, & ex conſequenti iuxta hunc modum dicendi, proculdubio comprehendere Deum.

2 *D. Aug.* Probatur tamen Vazquij ſententia. Primo ex D. Auguſtino in epiſt. 112. cap. 8. vbi diffiniens comprehenſionem, inquit, *illud comprehenditur, quod ita videtur, quod nihil illius lateat videntem*: ergo tunc Deus comprehẽditur, quãdo nihil, quod in eo formaliter eſt, vel ad *Deum* conſequitur, latet videntem ipſum.

3 Secundo, qui videt *Deum* totaliter, ipſum comprehendit: ſed qui videt *Deum* ſecundum eſſentiam, & omnia, quæ ſunt formaliter in ipſo, ac etiam ſecundum omnia, quæ ab eo dependent, & ad ipſum conſequuntur, videt *Deum* totaliter: ergo comprehendit illum. Iſtam minorem probat quædam ratio D. Thomæ 1. part. quæſt. 12. art. 7. in 2. argumento: nam ſi dicatur, *totaliter* non intelligi de obiecto viſo, ſed de modo videndi. Contra: quia totaliter, vel dicit modũ videntis, vel modum rei viſæ: ſed ille, qui videt *Deum* per eſſentiam, & omnia, quæ ſunt in *Deo* formaliter, vel quæ conſequuntur ad ipſum, & ab ipſo dependent, videt *Deum* totaliter, *ſi totaliter* ſignificet modum rei viſæ: quia videt *Deum*, ſicuti eſt, & omnia, quæ ſunt in illo, ſicuti ſunt. Similiter videt *Deum* totaliter, *ſi totaliter* ſignificet modum videntis: quia tota virtute ſua videt intellectus *Deum*, & ea, quæ ſunt in *Deo*. Quod plus vrget de Chriſto *Domino*, in quo Scotus ſummam viſionem concedit: ergo, qui in *Deo* talia obiecta viderit, totaliter *Deum* videbit, & *D. Thom.*

ex

ex conſequenti ipſum comprehendet.

4 Tertio arguitur ex quadam ratione Diui Thomæ art. 8. in corpore, vbi ſic probat, non poſſe intellectum videre omnia, quæ ſunt in Deo formaliter, vel quæ conſequuntur ad ipſum, & ab eo dependent. quia ipſum non comprehendit aliquis intellectus creatus totaliter, nec comprehendere poteſt: ergo nullus intellectus creatus, videndo Deum, poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, & facere poteſt. Ex quo ſic poteſt confici argumentum, & probari à priori intentum, ſumendo conſequentiam pro antecedenti, ex quo infertur antecedens pro conſequentia ſic: nullus intellectus creatus, videndo Deum, poteſt cognoſcere omnia, quæ Deus facit, vel facere poteſt: ergo nullus intellectus creatus totaliter poteſt Deum comprehendere. Tunc ſic è conuerſo, ille intellectus creatus comprehendit Deum, qui videt Deum, & omnia, quæ Deus facit, & facere poteſt: ſed ſecundum Scotum non implicat, intellectum aliquem creatum videre Deum, & omnia, quę Deus facit, & facere poteſt: ergo ſecundum ipſum non implicat aliquem intellectum Deum comprehendere.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

5 IN oppoſitum autem eſt Doctor ſubtilis in 3. diſt. 14. quæſt. 1. lit. F. vbi hæc profert: *Quia ergo nullus intellectus creatus poteſt habere tantam intellectualitatem, neque in actu primo, neque in actu ſecundo, quanta eſt intelligibilitas Dei vt obiecti, ideo nullus talis intellectus creatus, etſi videat quodcumque viſibile ex parte Dei, poteſt ipſum comprehendere: quia non eſt commenſuratio.* Hæc ibi, & quæſtione 2. lit. G. §. *contra rationem*, inquit, *Ita quod, quia eſt infinitus intenſiue, ideo infinita poſſibilia relucent in eo &c. Sed cognoſcens ipſum ſub ratione infinitatis intenſiuæ non propter hoc comprehendit ipſum: ergo multo magis cognoſcens infinita poſſibilia, quæ relucent in eo, ſine eius infinitos effectus, non comprehendit eum.* Ex quibus verbis conſtat tria docuiſſe Scotũ. Primũ eſt circa principalem quęſitum, ſcilicet, non poſſe intellectum creatum Deum comprehendere. Secundum, hoc non prouenire, ex hoc quod non poteſt in eo omnia viſibilia videre: ſiquidem etiamſi omnia videat, non propterea ipſum comprehẽdere poteſt, vt falſo opinatur Vazquez. Tertium denique oſtendit rationem, propter quam non poſſit Deus ab intellectu comprehendi.

Circa principale igitur punctum eſt ſententia omnium Theologorum, Deum eſſe incomprehenſibilem à creatura, & circa tertium tenent cum Doctore Baſſolis, Bargius, Rubionis, & Lychetus ibidem, Tatharetus in 4. diſt. in 49. quæſt. 1. & 2. Almainus quęſt. vnica prope finem; tenet D. Thomas 1. part. quæſt. 12. art. 7. & 3. part. quæſt. 10. art. 1. & 2. Caietanus & omnes Thomiſtæ ibidem. Sotus in 4. diſt. 49. q. 3. art. 1. item Seraphicus P. N. Bonauentura in 3. diſt. 14. ar. 1. quæſt. 1. Alexander Alenſis 3. part. quæſt. 7. memb. 1. Ricardus in 3. diſt. 14. art. 1. quæſt. 4. OKam in 4. q. 13. art. 1. Gabriel in 3. diſt. 14 quæſt. vnica art. 1. Maior in 4. diſt. 49. quæſt. 15. & omnes Nominales, item Durãdus in 3. diſt. 14 quæſt. 1. num. 10. Paluda. quæſt. 1. in fine: ex Ieſuitis autẽ Molinã 1. part. quęſt. 12. art. 7. Vazquez 1. part. diſp. 52. & 53. Suarez lib. 2. de attributis c. 29. & reliqui omnes Scholaſtici. 6

Baſſolis. Bargius. Rubionis. Lychetus. Tatharet. Almainus. D. Thomas. Cayetanus. Sotus. D. Bonau. Alex. Al. Ricard. OKam. Gabriel. Maior. Durand. Palud. Molin. Vazquez. Suarez. Bañez. Zumel.

Pro huius tamen difficultatis reſolutione obſeruandum eſt primo, varios fuiſſe Doctores prædictos, tũ in qualificanda ſententia concedente, poſſibilitatem comprehenſionis: tũ etiam in aſſignando, in quo comprehenſio 7

henſio conſiſtat: ex his enim duobus pendet totius difficultatis reſolutio. Ex primo nãque cognoſcitur, an ſit dogma fidei Deum à nullo beato cõprehendi poſſe, an vero ſit tantum communis Doctorum conſenſus? Ex ſecundo vero reſoluitur, quare Deus eſt ſic incomprehenſibilis ab intellectu creato.

8 Circa primum igitur fuit ſententia Soti, quem ſequuntur Bañez 1. part. quæſt. 12. art. 7. in ſuo Commentario, & Zumel ibidem in animaduerſionibus circa diſcurſum articuli, & alij recentiores: qui omnes ponunt, Deum non poſſe ab intellectu creato comprehendi, eſſe dogma fidei. Quod probãt pluribus teſtimonijs ſacræ Scripturæ, quibus infra cõcluſionem de impoſsibilitate comprehenſionis probabimus: Vazquez vero diſpu. 52. cap. 2. tenet, quod licet ſit de fide, Deum incomprehenſibilem eſſe à viatoribus, à beatis tamẽ incomprehenſibilem eſſe, tenet non eſſe dogma fidei: quod probat, ſoluẽdo auctoritates ſacræ Scripturæ, quæ ſuadebant oppoſitũ: & eſſe planẽ temerarium abſolute docere, Deum à beatis comprehendi poſſe, eo quod communis Scholaſticorum conſenſus oppoſitum docet. Circa hoc tamen: quia Scotus in hoc 1. diſtin. 26. quæſt. vnica, §. *primo oſtenditur*, determinat, *quod nihil eſt aſſerendum de fidei veritate, niſi quod traditur in ſcriptura, vel ab vniuerſali Eccleſia declaratur, vel ex altero iſtorum ſic tradito, vel declarato, neceſſario euidenter infertur*, de quo iam alibi egimus, ſcilicet, in difficultate 9. num. 7. ideo neceſſum eſt prius ſcrutari, à quo ſumatur ratio comprehenſionis, vt ex hoc ſemel intellecto reſultet præſentis ſententiæ qualificatio.

9 Pro hoc ergo ſecundo obſeruare oportet, latiſsimè probaſſe Scotum non ſequi comprehenſionem ex viſione infinitorum obiectorum poſsibilium in Deo, prout viſum eſt ſupra difficultate 32. cuius rationem ibi ſatis oſtendimus. Nunc autem ex nuper citata litera clarius patet: nã inquit, quia *ſcilicet*, *nullus intellectus creatus poteſt habere tantam intellectualitatẽ, nec in actu primo, nec in actu ſecũdo, quanta eſt intelligibilitas Dei vt obiecti*: circa quæ verba notandum eſt, aliud eſſe quidditatem obiecti; aliud vero intelligibilitatem obiecti: quidditas enim obiecti eſt eius ſubſtãtia, intelligibilitas vero eſt modus, quo talis ſubſtãtia eſt intelligibilis, & cognoſcibilis à potentia. V. g. ponamus obiectum albũ vt octo, & ponamus duas potentias viſiuas vnam cæcucientem, & alteram perſpicacem: vtraque profecto quidditatiuè, & ſubſtantialiter, & intuitiuè videt albedinem: ſed prior cæcutiens non videt hanc ſubſtantiam albedinis ſecundũ omnem modum, quo eſt viſibilis: quia eſt viſibilis viſione intenſa, vt octo, quam potentia cæcutiens ob ſui imbecillitatem nõ poteſt elicere: videbitur tamen, non ſolum quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad omnẽ modum viſibilitatis ab illa potẽtia perſpicaci, quæ habet virtutem elicitiuam viſionis intenſę, vt octo. Eodem modo phyloſophandum eſt de Deo reſpectu intellectus beatorum: quamuis enim omnes videant quidditatiuè, & intuitiuè Dei ſubſtantiã, & eſſentiam, non tamen omnes viſione æqualiter intenſa illam vident, prout ſupra in difficultate pręcedenti oſtenſum eſt: quia vni datur maius lumen, quam alteri, vel habet perſpicaciorem intellectum &c.

Sed nũquid poterit ita aliquis intẽſam viſionem elicere, vt poſſit vide- 10
re Deum ſecundum omnẽ modum, quo eſt viſibilis? minime quidẽ, quia talis modus intelligibilitatis ex parte obiecti eſt infinitus, & non eſt aliqua intellectualitas infinita ex parte potentiæ creatæ, quæ ipſum adæquet: vt autem videatur ſecundum omnem modum intelligibilitatis, quem ex ſe habet, debet adæquatè videri: ergo ſolus intellectus infinitus poterit videre eſſentiam diuinam ſecundum omnem ſuam intelligibilitatem infinitam. Vnde optimè concludit Doctor, ꝙ etſi intellectus creatus videat Deum, & quidquid quomodolibet eſt in Deo, hoc eſt formaliter, virtualiter,

liter, vel eminenter, & etiamſi infinita poſſibilia actu darentur, & ipſa in Deo videret, adhuc tamen ipſum comprehendere non poteſt: quia nõ videre poteſt Deum ſecundum omnem ſuam intelligibilitatem: & hoc ideo non poteſt, quia omnis virtus creata eſt finita. Hæc eſt expreſſa mẽs
D.Thomas D.Thomæ 1.part.quæſt.12. art.7.in corpore, vbi hæc inquit: *Nullus autẽ intellectus creatus pertingere poteſt ad illum modum cognitionis diuinæ eſſentiæ, quo cognoſcibilis eſt*: ex quo probat nõ poſſe illam comprehendere, oſtendens rationem comprehenſionis in hoc modo cognitionis infinitæ conſiſtere.

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

11
1.Concluſ. HIS præhabitis difficultatem concludendo dico primo, quod nullus intellectus creatus poteſt cõprehendere Deum. Concluſio hæc eſt Catholica, & à nemine vnquam negata, quæ probatur primo teſtimonijs ſacræ Scripturæ: nam Hieremiæ
Hiere. 32. cap.32. dicitur: *Fortiſſime magne, potens Dominus exercituũ nomen tibi magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu*, & Roman. 11. cap. *Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius*; & Iob cap. 11. *Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies?* & Eccleſiaſt. cap. 43: *Ne laboretis, non enim comprehendetis*: quæ & plura alia vtriuſque teſtamenti teſtimonia incomprehenſibilitatem Dei oſtendunt.
Ad Rom. 11.
Iob. 11.
Eccle. 43.

12 Probatur inſuper ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio Tertio, cuius decretum refertur in capitulo *firmiter* de ſumma Trinit. & fide Catholica, vbi dicitur, *firmiter credimus, quod Vnus ſolus ſit Deus æternus, immenſus, & incomprehenſibilis*.
Cap. firmiter.

Tertio probatur teſtimonijs Sanctorum Patrum, & expreſsius Gregorij Nazianz. orat. 34. nu. 9. cuius hæc ſunt verba: *Ad rem tantam, ſcilicet, Deum animo comprehendere, omnino impoſſibile eſt: non ignauis, & languidis, deorſumque vergentibus, ſed magnis etiam, & excelſis viris, Deique amore præditis.* Item D. Gregorius X. Moral. lium ca. 7. inquit: *Angelica enim, vel humana mens cum ad incircumſcriptum lumen inhiat, eo ipſo ſequi eſt creatura coanguſta, & ſuper ſe quidem per prouectum tendit: ſed tamen eius fulgorem comprehendere, nec dilatata ſufficit*: Item D. August. lib. de cognit. veræ vitæ in principio & ſerm. 38. de Verbis Domini in illud Ioan. *In principio erat Verbum*, inquit: *ecce de corporibus dicimus ſubiacentibus oculis noſtris non illa poſſumus comprehendere aſpectu: quis ergo oculis cordis comprehendit Deum? ſufficit, vt attingat, ſi purus eſt oculus. Si autem attingit, tactu quodam attingit incorporeo, & ſpirituali: non tamẽ comprehendit; & hoc ſi purus eſt, & homo fit beatus, contingendo corde illud, quod ſemper beatum manet, & eſt illud beatitudo perpetua*: Item D. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 6. vbi ſic ait: *Ipſe enim alias dicit, quod Patrem nemo vidit, niſi, qui eſt de cœlo: hic vidit Patrem, vident Angeli, ita vt capiunt; & Archangeli ita vt poſſunt, Throni vero, & Dominationes plus quidem quàm illi: ſed minus quàm pro Dei benignitate, ſolus autem Spiritus Sanctus, vt oportet, videt.*
13 Nazian.
D. Gregor.
D. Auguſt.
D. Cyrillus

Tandem ratione probatur: quia nullus intellectus creatus Deum infinitè cognoſcere poteſt: ergo nec poterit illum comprehendere. Conſequentia eſt legitima ex notatis: nã comprehenſio obiecti eſt illa, quà cognoſcitur obiectum ſecũdum omnem ſui cognoſcibilitatem, & omnẽ modum, quo eſt cognoſcibile: ſed non poteſt attingi obiectum habens cognoſcibilitatem infinitã, quale eſt Deus, niſi ab intellectu infinito: ergo &c. 14

Dico ſecundo, quod licet intellectus creatus videret omnia, quæ formaliter, aut eminenter, & virtualiter, ſeu 15
2. Concluſ.

ſeu quomodolibet ſunt in *Deo*, non comprehendet Deum. Concluſio hęc eſt expreſſa *Doctoris*, & facile probatur contra Vazquium ex nota ta deſcriptione comprehenſionis; nam comprehenſio non cōſiſtit in aliqua pluralitate obiectorum cognitorum in Deo, ſed in modo infinitè attingendi diuinā eſſentiam: at quia hic talis modus eſt impoſsibilis omni intellectui creato, etiā ſi omnia viſibilia in *Deo* videret: ergo nullus talis intellectus, quantumuis omnia videat in Deo, ipſum poterit comprehēdere. Maior, circa quam eſt cōtrouerſia cum Vazquio, Sanctorum Patrum auctoritatibus probatur, nā

D.Cyrilus D. Cyrilus Hieroſolymita, Catecheſi 6. ſuper illud Ioan. 20. *Deum nemo vidit vnquā*, inquit, *admonet igitur nos infirmitatis noſtræ Dominus dicens: Deum nemo vidit vnquam; quid igitur dicet aliquis, nonne ſcriptum eſt, quod Angeli paruulorum ſemper vident faciē Patris, qui in cælis eſt? vident ſanè Angeli, ſed non ita, vt eſt, ſed ſecundū, quod eſt, & ipſi capiunt.* Quid clarius potuit Sanctus iſte Pater oſtendere diſtinctionem quidditatis obiecti viſi ſine totali modo intelligibilitatis infinitæ? ait enim, vident ſanè Angeli, *ſed non ita*, vt eſt intelligibilis infinito modo: ſed capiunt, & intelligunt, *ſecundum quod eſt*, ac ſi dicat, ſecundum eius quidditatem ipſum intuentur, non tamen ſicut intuibilis eſt modo infinito.

16 D.Grego. Clarius hoc idem oſtendit D. Gregor. 18. moral. cap. 28. in fine, vbi loquens de viſione beatorum hæc ait; *Nec tamen videbimus, ſicut videt ipſe ſe ipſum. Longè quippe diſpariliter videt creator ſe, quam videt creatura Creatorē: nam quantum ad immenſitatem* Dei *quidem nobis modus figitur contemplationis, quia eo ipſo pondere circunſcribimur, quo creaturæ ſumus.* His verbis profecto apperit Gregorius non poſſe intellectum creatum *Deum* videre, ſicut ipſum videt intellectus diuinus: & quidē hoc non aliūde prouenire, niſi ex modo præfixo viſionis, qui ideo limitatus eſt in nobis: quia eadē ratione, qua creaturæ ſumus, coarctamur, & reſtringimur hac limitatione finitæ potentiæ, & ideo non poſſumus immenſitatem intelligibilitatis Dei contemplari, nec ipſum hoc immenſitatis modo attingere, in quo quidem modo comprehenſio cōſiſtit.

Sed iam ratione concluſionem ſic probo contra Vazquium, & ſuppono, viſionem in vno eſſe intenſiorē, quā in alio circa idē obiectum, quod omnes Theologi fatentur eo ipſo, quod inæqualitatem viſionis in beatis concedunt: & argumētor ſic. Beatus videns *Deum* ſecundum ea, quæ formaliter ſunt in ipſo Deo, poteſt habere intenſiorem viſionem Dei illa, quam nunc de facto habet: ergo etiam, qui videret omnia obiecta, quæ in Deo relucent, vtpote creaturas, omnes tam poſsibiles, quàm futuras: poſſet quidem videre illas intenſiori viſione, quàm illa, qua nunc eas videret. Ad cuius probationem non multum refert ſupponere, eas videre poſſe: nam etiam ſi per impoſsibile eas videret (in opinione negantiū, intellectum creatum illas videre poſſe) adhuc poſſet quidem eaſdem creaturas intenſiori viſione videre: quod negari non poteſt: quia viſio Dei, & omniū, quæ formaliter ſunt in ipſo, poteſt eſſe intenſior: ergo multo magis viſio creaturarum in Deo intenſior eſſe poteſt. Tunc ſic, etiamſi aliquis (ſaltim per impoſsibile) videret omnes creaturas in Deo, adhuc ex hoc non comprehenderet ipſum: quia adhuc illa viſio Dei, & omniū, quę quomodolibet ſunt in Deo, poteſt eſſe intenſior: ſed viſio comprehenſiua eſt illa, qua nulla alia intenſior eſſe poteſt: ergo adhuc talis viſio comprehenſio non eſſet. Minor probatur: quia in tantum viſio poteſt eſſe intenſior, inquantum obiectum eſt magis viſibile, ut ſupra notatum eſt: ſed obiectum non dicitur comprehendi, niſi videatur ſecundum omnem modum intenſionis, quo eſt cognoſcibile: ergo dummodo nō cognoſcantur talia obiecta in Deo, & Deus ipſe, cognitione in tantum intenſa, inquantum ipſe Deus cognoſcibilis 17

cibilis

cibilis eſt, numquam comprehende tur: ergo etiamſi beatus videret Deũ, & omnia, quæ formaliter, aut quomo dolibet ſunt in ipſo, non comprehen deret Deum.

18 Tertio quidem efficacius probo, inquirens ab iſto Doctore, an ſi per impoſsibile creaturæ non eſſent futuræ, aut poſsibiles, Deus comprehẽ deret ſe ipſum nec ne? & ſanè non poterit negatiuè reſpondere: quia an tequam per liberum diuinæ volunta tis decretum futuritionem habeant creaturæ, imò & antequam intelligã tur eſſe poſsibiles, Deus ſe ipſum cõ prehendere intelligitur, ſicuti intel ligitur ſe ipſum cognoſcere: alias enim cognitio, qua Deus ſe cognoſcit, comprehẽſiua non eſſet: quod nemo concedet: nam etſi ad productionem verbi concurreret cognitio creaturarum poſsibilium (iuxta aduerſariorum ſententiam) ad hanc tamen notionalem cognitionem præ ſupponitur eſſentialis cognitio, qua Deus, eo præciſe, & formaliter quod Deus eſt, ſe ipſum cognoſcit: ſi autem ſe ipſum cognoſcit, proculdubio ſe ipſum hac cognitione compre hendit: ſi igitur affirmatiuè reſpondeat Vazquez, tunc ex dictis ſic argũo: ſi per impoſsibile creaturæ non eſſent, Deus comprehenderet ſe ipſum: & nunc ponamus intellectum creatum, qui nihil aliud videat in Deo, niſi ipſummet Deum, ſed illũ perfectiſsima viſione ſibi poſsibili vi det. Tunc quæro, comprehenderet ne iſte beatus diuinam eſſentiam, ſicut Deus antecedenter ad cognitionem creaturarum illam comprehendit? reſpondebit, quod non. Tunc vlterius quæro, vnde prouenit, quòd iſte beatus non comprehendat Deum, ſi cut Deus ſe ipſum comprehendit, ſi quidem idem prorſus obiectum, tam intellectui diuino, quàm creato obijcitur, & Deus pro illo priori nullas videret creaturas, ſicut ſupponitur de iſto intellectu creato, nullas etiã creaturas videre? Sanè reſpondebis, non aliunde prouenire poſſe, niſi quia intellectus diuinus infinitè videt eſſentiam ſecundum omnem infinitum modũ, quo ipſa eſt intelligibilis: intellectus vero creatus non item: quia finito, & limitato modo videt, quantumuis perfectè videat. ergo nõ prouenit ratio comprehenſionis, vel non comprehẽſionis ex viſione creaturarum, ſed ex modo infinitè attingendi obiectum infinitè attingibile.

Nec valet ſi dicas, iſtud impoſsibile fingi non poſſe: quia repugnat creaturas poſsibiles non eſſe, & non dependere à Deo: magis enim profecto repugnat, Spiritum Sanctum nõ procedere à Filio, & tamen ad difficultatis veritatem indagandam inquirimus, verum ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, realiter diſtingueretur ab ipſo? & eſt vrgentiſsima difficultas in quæſtionibus de Trinitate: falſo ergo aſſeritur in illa viſione omnium, quæ à Deo dependent, ipſius Dei comprehenſionem conſiſtere: ſiquidem comprehenſio obiecti non penes extenſionem obiectorum, ſed circa intenſionem viſionis menſuratur. 19

Dico tertio, Deum eſſe incomprehenſibilem ab intellectu creato, eſſe dogma fidei. Concluſio hæc eſt contra Vazquium, & probatur omnibus locis ſacræ Scripturæ pro prima concluſione allegatis, quæ quidem, licet à Vazquio inſimul cum auctoritatibus Sanctorum explicentur de intellectu hominis viatoris, non vero de beatis: friuolè tamen, & adulterando eorum ſenſum exponuntur, ne tamen in hoc immoremur; concluſio manifeſta eſt; ſuppoſito enim quod comprehenſio conſiſtat in hoc modo infinitè attingendi Deum, ipſe Vazquez cap.2.nu.5. planè fatetur, de fide eſſe Deum à beatis comprehendi poſſe. 20 3. Concluſ.

Probatur ergo concluſio ex illo principio Scotico ſupra tradito, q. ſcilicet, quandocumque concluſio ſequitur neceſſario euidenter expremiſſa de fide, ipſa quoque de fide eſt: ſed Deũ non poſſe cõprehẽdi, ſequitur euidẽter ex premiſſa de fide: quia de fide eſt, intellectũ creatum non eſſe infinitum, nec propterea poſſe 21

eli-

elicere viſionem infinitam diuinæ eſſentiæ:comprehenſio autem diuinæ eſſentiæ conſiſtit in hoc,quod eſt per viſionem infinitam ipſam videri ſecundum omnem ſuam infinitam intelligibilitatem,qua eſt cognoſcibilis:ergo de fide eſt,intellectū creatum diuinam eſſentiam comprehendere non poſſe.

§. 4.

Soluuntur argumenta in oppoſitum.

22 *Ad 1.* AD argumenta vero,&ad primum,quod erat Diui Auguſtini, egregie reſpondet Diuus Thomas in citato articulo 7.ſolutione ad ſecundū, quod non propter hoc Deus incomprehēſibilis dicitur per hoc, quod aliquid eius non videatur:ſed quia non ita perfectè videtur,ſicut viſibilis eſt:vnde definitio Auguſtini hoc idē indicat,ſic enim comprehenſionem diffinit: *Illud comprehenditur,quod ita videtur,quod nihil illius lateat videntem,aut cuius fines circunſpici, vel circunſcribi poſſunt*:& tunc(inquit Angelicus Doctor,explicans hanc D. Auguſtini diffinitionem finis) alicuius circunſpiciuntur,quando ad finem in modo cognoſcendi illam rem peruenitur, quia ergo intellectus creatus non poteſt ſic peruenire ad finem in modo cognoſcendi diuinam eſſentiam, ideo illam comprehendere non poteſt. *D. Aug.*

23 *Ad 2. arg.* Ad ſecundum benè reſponſum eſt ibi,quod per *totaliter*, non ſolum intelligitur totalitas obiecti,ſed totalitas modi cognoſcēdi illud. Ad inſtantiam vero dico,quod totalitas modi, & ſe habet ex parte obiecti: eſt enim totalitas modi cognoſcibilitatis ipſius:& etiam ex parte videntis: quia debet eſſe viſio totaliter attingens obiectum,ſecundum modum quo totaliter eſt attingibile : et hæc totalitas ex parte videntis poſtulat infinitam virtutem intenſiuam,& nōn ſufficit extenſiua.

24 *Ad 3. arg.* Ad tertium reſpondeo , nihil ex illo concludi contra D.Thomam:& licet noſtri muneris non ſit auctoritatem D. Thomæ exponere: nunc tamen quando eius ſequendo ſententiam,noſtra res agitur, Angelicum Doctorem ſequi,& exponere, rationi conſentaneum eſt,& id libentiſsimè agimus:non ergo infert D. Thomas,ſicut in argumento infertur:eo quod res omnes non videntur in Deo:non poſſe ab intellectu comprehendi, ſed è conuerſo : ac ſi dicat , ſolum illum, qui Deum comprehendit, poſſe omnes tales creaturas videre. Vnde in eius ſententia hæc eſt vera cauſalis: quia intellectus comprehendit eſſentiam, videt omnia,quę in eſſentia relucēt: non vero è contra:quia videt omnia,quæ in eſſentia relucent, comprehendit eſſentiam. Et ratio huius eſt:quia,qui comprehendit omnipotentiam, debet neceſſario cognoſcere omnes terminos,& obiecta omnipotentiæ: nam cognitio cauſæ per effectus,nō eſt ita diſtincta, nec ideo comprehenſiua eſſe poteſt : aliàs enim, qui cognoſceret nunc in via creaturam aliquam comprehenſiuè, comprehenderet propterea virtutē actiuā cuiuſlibet cauſæ ipſius, quod abſurdum eſt. Et licet , quoad hoc, quod eſt non inferri comprehenſionem ex cognitione omnium creaturarum:ac etiam in hoc, quod eſt, intellectum comprehendentem eſſentiam diuinam videre quęque creaturas,conſentiamus Diuo Thomæ: non tamen ponimus illam cauſalem præciſam formalem, ac ſi dicamus, ideo intellectum videre omnes creaturas,quia comprhendit eſſentiam: tunc enim nullus intellectus, qui nō comprehenderet eſſentiam diuinam,poſſet omnes creaturas videre, quod aduerſatur noſtris concluſionibus ſupra poſitis in difficult. 32. ſed eſt cauſalis à fortiori, hoc eſt:ſi intellectus comprehendens eſſentiam,

Digitized by Google

tiam, eſt, à fortiori eſt comprehenſiuus omnium, quæ in eſſentia relucent: & ideo omnes creaturas poteſt videre.

DIFFICVLTAS XXXV.

Vtrum beati inæqualiter Deũ videntes, æqualiter ſatientur viſione illius?

§. I.

Proponitur ratio dubitandi, & exponitur vera Scoti ſententia.

1 *D. Thomas* DIVVS Thomas 1. 2. quæſt. 5. art. 2. ſolutione ad tertium, ex Diuuo Auguſtino, inquit, quod licet vnus beatorum ſit beatior altero: nulli tamẽ beato deeſt aliquod bonum infinitum, quod eſt bonum omnis boni: ſed dicitur aliquis alio beatior ex diuerſa eius boni participatione: & ex conſequenti videtur colligi ex hac inæquali participatione, non æqualiter ſatiari animæ appetitum minori ſua viſione beata, ſed ſemper appetere maiorẽ: quod probant non pauca argumenta: ſed pro nunc, nõ multa proponã. Primo igitur hanc partem videtur probari primo, quia ſi bonum, vt bonum eſt appetibile, ſic maius bonum eſt magis appetibile: ſed viſio beata eſt bonum omnis boni, quod appetit anima: ergo perfectior viſio erit maius bonũ, quod magis appetit anima: ergo beatus, qui minus perfectam habet viſionem, ſemper appetit magis perfectam: & ex conſequenti nullus vſque ad ſummam beatitudinem ſatiatur.

2 Secundo, quia appetitus innatus inditus naturæ ab ipſius Auctore non poteſt non eſſe rectus: quia alias eius non rectitudo refunderetur in Auctorem naturæ: ergo appetitus elicitus conformis appetitui innatò rectus erit: ſed ſecundum appetitum innatum eſt natura inclinata ad perfectiſsimum gradum beatitudinis, cuius eſt capax: ergo poteſt appetitum elicitum habere circa talem gradum: ſed dum potentia non poſsidet illud, quod appetit, non ſatiatur: ergo beatus ille, qui perfectiſsimum gradum viſionis non habet, minime ſatiatus eſt.

Tertio, quoniam beatus quilibet cognoſcit alterius beati viſionis 3
gradum perfectiorem, & ſua viſione præſtantiorem eſſe: ergo poteſt appetere illum gradum perfectionis, qui ſibi deficit, vt alteri coæquetur. Conſequentia patet: quia cognoſcit ſe eſſe illius perfectionis gradus beatitudinis capacem: & cognoſcit etiã poſsibilem eſſe ſibi talem perfectiorem viſionem: ſed quilibet appetit illud bonum, cuius eſt capax, & eſt ſibi poſsibile: ergo &c.

In oppoſitum autem eſt *Doctor* 4
ſubtilis in 4. diſtin. 50. quæſt. 6. litera A. §. *ad primum argumentum*, vbi hæc profert: Dico *quod talis appetitus quietatur, vt eſt conſonus voluntati, ſiue regulæ ſuperiori: non quod tantum accipiat, quantum capere poſſet: nihilominus tamẽ quietatur, quia attingit, quantum natus eſt attingere per diſpoſitionem, ſine qua non erit coniunctio ad illam cauſam: huius autem diſpoſitio eſt merita*. Sequuntur Doctorem Baſſolis in 4. diſti. 50. quæſt. 2. art. 3. §. *ad principale dico*, itẽ Guillelmus Rubionis ibidẽ quæſt. 4. art. 2. conclu. 4. & per totam, Tatharetus ibidẽ quæſt. 4. §. *ad propoſitum*, atque omnes Scotiſtę, & cæteri, qui tenẽt, animæ ineſſe naturalem appetitum ad Deum clarè viſum, tanquã ad ſuum finem vltimum, ad quem naturaliter inclinatur; & propenſionem ad omnẽ gradum beatitudinis, cuius capax eſt anima rationalis.

Vera Scot. ſent.

Baſſolis. Rubionis. Tatharet.

Ab hac difficultate breuiter me ex 5
pediam, eò quod reſoluta maneat ſupra in difficul. 6. à num. 22. vſque ad 30. ſupponendo cum Scoto, in hominis natura eſſe naturalem inclinationem, & appetitum innatum ad bea-

tudinem in particulari, hoc eſt ad Deum clare viſum: & hunc appetitum habere quidem non ex diuina tantummodo ordinatione, & extrinſeca eleuatione, qua ordinatur ad talem beatitudinem: ſed ab intrinſecis naturæ principijs: quia vt docuit Doctor in eodem 4. diſtinct. 49. quæſt. 10. litera H. *Appetitus naturalis reſpectu beatitudinis, non addit aliquam perfectionem ſupernaturalem abſolutam: ſed ſolum inclinationem ipſius naturæ ad ſuã perfectionem: & ideo manente natura, manet ille appetitus.* Vnde concedit, quod etiam in damnatis omni ſpe carentibus adhuc *eſt iſte appetitus*: & ita ſi in puris naturalibus conderetur homo: adhuc talem appetitum haberet, quia tunc eſſet vere natura: ſed manente natura, manet appetitus: ergo &c. Quæ doctrina eſt proculdubio Scoti: vt viſum eſt, licet nonnulli Scotiſtę, aliâs grauiſsimi, aſſerant prouenire naturæ omnem appetitum ad gloriam ex Dei eleuatione, hoc eſt; quia Deus homines ordinauit ad ſe.

6. Porrò huius difficultatis reſolutio clara erit, obſeruando duplicis appetitus rationem. Alter igitur appetitus reperitur in homine reſpectu beatitudinis, qui dicitur appetitus innatus, & naturalis: & nõ eſt aliud, quàm inclinatio, & propenſio ipſius naturæ, qui (vt dixit Doctor) *nihil addit ſupra naturam.* Alter vero appetitus eſt elicitus, & liber: & hic quidem conſequitur actum cognitionis: non enim appetit voluntas, niſi illud, quod præſupponitur ab intellectu præcognitum, & ſic appetit Deum cognitum, ſeu creditum, aut apprehenſum, vt ſummum bonum. Hæc tamen eſt differentia inter hos appetitus, quod ille prior non poteſt non in eſſe naturæ: iſte vero poſterior ideo liber dicitur, quia eſt in poteſtate voluntatis, adhuc Deum ſic in ratione ſummi boni præcognitum appetere, vel nõ appetere: imo etiam Deum clare viſum poſſet voluntas beati non diligere, prout infra in difficultate 39. latè oſtenditur.

7. De vtroque igitur appetitu poſſumus dupliciter loqui, quatenus reſpicit obiectum: aliter enim reſpicit quilibet iſtorum appetituum obiectum ſecundum ſuam quidditatem: aliter vero ſecundum gradum appetibilitatis ipſius. In priori ſenſu tunc appetitus ſatiatus erit, cum obtineat obiectum ſecundum ſuam quidditatem in quocumque gradu ſit. Si vero loquamur in ſecundo ſenſu, non quieſcet appetitus, donec obtineat obiectum ſecũdum omnem gradum, quo iuxta ſuam inclinationem eſt ſibi appetibile: inclinatio autem menſuratur iuxta capacitatem potentiæ: capacitas verò menſurari debet, penes ſibi poſsibilem attingentiam obiecti, quæ eſt viſio, & fruitio, quas poteſt recipere: viſio autem, & fruitio habent gradum finitum præfixum, licet ſecundum Thomiſtas infinitè ſyncathegorematicè poſſunt augeri.

8. Eſt tamen ſummopere obſeruandum, quod & ſi appetitus liber, & elicitus iuxta appetitus innati propenſionem ex ſe abſolutè poſsit in prædictum præfixum beatitudinis gradum extendi: nihilominus prout regulatus, & ſubditus rationi, & ordinationi diuinæ ad id tantummodo ſe extendit, ad quod præordinatur à Deo: nam hoc ſubdi diuinæ voluntati, & ordinationi, ita eſt de intrinſeca ratione comprehenſoris beati, vt ſi ab eo hæc ſubditio auferreretur, beatus nõ eſſet. In viatoribus autẽ proculdubio non eſt impoſsibilis appetitus elicitus inordinatus exorbitans ab ordinatione diuina, ſicut in Lucifero paruit, qui coæquari Deo appetebat, vel forſan (vt alij volunt) ſummum gradum beatitudinis ſibi poſsibilis arroganter appetijt. De comprehenſoribus ergo eſt tantum nobis præſens difficultas, de quibus iuxta prædicti duplicis appetitus diſtinctionem loqui debemus, an, ſcilicet, appetitus innatus beati ſatietur quocumque minimo beatitudinis gradu, an vero vlteriorem, cuius eſt capax, ſemper deſideret: & an appetitus elicitus beati ita minimo beatitudinis gradu ſit cõtentus, & ſatiatus ex diſpoſitione, & ordina-

Digitized by Google

ordinatione diuina, vt nullum vlteriorem, cuius eſt capax, natura deſiret: & iuxta hanc diſtinctionem reſoluenda eſt difficultas.

---

§. 2.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

9 *1. Concluſ.* HIS præhabitis, difficultatem concludendo dico primo, quod appetitus liber, & elicitus beati quieſcit, & ſatiatur in viſione, & fruitione Dei ſecundum quemcumque gradum beatitudinis, ſecundum quem Deus ſibi velit ſe in tali viſione, & fruitione communicare. Concluſio hæc eſt Catholica, & communis: & probatur; quia appetitus elicitus beati rectus eſt: ſed appetitus rectus non poteſt appetere maiorem beatitudinem illa, quam ſibi Deus ex ſua iuſtitia per merita proportionata cõſequendam præparauit, aliàs enim appetitus non rectus, ſed inordinatus eſſet: ergo in tali gradu, in quo eſt eius beatitudo, talis appetitus quieſcit, & ſatiatur.

10 *2. Concluſ.* Dicò ſecundo, quod appetitus innatus beati ſatiatur ſua beatitudine, quantumuis remiſſa, in qua Deũ quidditatiuè videt, ipſoque fruitur ordine habito ad diuinam diſpoſitionem, cui ſubditur: non tamen ſecundum omnem inclinationem ſuæ capacitatis: ſed vt ſic appetit omnem gradum perfectiſsimum gloriæ, quẽ poteſt recipere. Concluſio eſt expreſſa Scoti, vt in litera patuit: cuius prima pars probatur pluribus ſacræ Scripturæ teſtimonijs, quæ ſatietatem appetitus humani in Dei gloria conſtituunt, iuxta illud Pſalmi *Pſal. 16.* 16. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.*

11 Ratione autem probatur: quia ex diuina diſpoſitione quilibet beatus habet gradum præfixum ſuæ beatitudinis: ergo illo perficitur appetitus beati tanquam ſuo perfectiſsimo vltimo fine: ſed appetitum perfici in ſuo vltimo fine, eſt ſatiari, & quietari: ergo &c. Secunda vero pars probatur: quia pótentia beati eſt capax maioris beatitudinis gradus, quam habet, & proculdubio magis perficeretur perfectiori beatitudine, ſi daretur ſibi: vt patet in Chriſto Domino, cuius anima perfectiſsimè ſatiatur perfectiſsima omnium beatitudinũ: ſed quælibet potentia appetit illud, quo magis perficitur, loquendo de appetitu innato naturali: ergo natura beati hoc modo appetit maiorem beatitudinem: ſed non ſatiatur reſpectu illius, quod appetit, niſi illud obtineat: ergo &c.

Dico tertio, quod abſolute loquẽdo omnes beati, quantumuis inæqualiter videant diuinam eſſentiam, ſunt 12 *3. Concluſ.* nihilominus æqualiter ſatiati. Concluſio hæc eſt communis apud Catholicos: & facilè probatur: quia de ratione beatitudinis eſt ita ſatiare, & quietare in vltimo fine obtento, vt nihil amplius reſtet appetendum eſt enim vltima perfectio noſtra: nã aliàs aliqua perfectio deficeret beato, & ob defectum illius perfectionis non eſſet beatus: quia *beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus*, prout illam diffiniuit Boecius *Boecius* *D. Anſel.* tertio de conſolatione proſa ſecunda, vel ſecundum Diuum Anſelmũ lib. 2. de concordia liberi arbitrij, & prædeſtinationis cap. 18. *Beatitudo eſt ſufficientia competentium commodorũ ſine vlla indigentia*: ergo ſi aliqua perfectio deficeret beato, proculdubio iã beatus non eſſet.

Probatur ſecundo, quia æqualiter ſatiari non menſuratur penes 13 æqualitatẽ obiecti ſatiantis, nec penes perfectiorẽ attingentiã obiecti, ſed penes æqualitate potentiæ, quatenus ſcilicet, obtinet omne, quod appetit, vt patet in exẽplo de duobus inæqualis deſiderij, quorum vnus non niſi pluribus ſatiatur diuitijs; alter vero mediocribus ſatiatur, qui ambo æqualiter ſatiati ſunt, licet inæquales diui-

tias poſsideant: ergo etſi vnus beatus perfectius videat diuinam eſſentiam, quam alter: eo tamen, quod ille alter iuxta diuinam diſpoſitionem loquendu de appetitu elicito, non plus appetit aut deſiderat, quam videre diuinam eſſentiam ita perfecte, ſicut illam de facto videt, æqualiter ſatiatur illa viſione, ac ſatiatur ille alter, qui perfectius diuinam videt eſſentiam. Quod tandem confirmari poteſt illo vulgari exemplo de inæqualib9 vaſibus aqua plenis, quorũ quodlibet eſt perfectiſsime plenum, licet minus aquæ contineat, quam aliud.

§. 3.

Soluuntur argumenta in oppoſitum.

14. *Ad 1. arg. in oppoſitũ* AD argumenta autem in oppoſitum, & ad primum, reſpondeo, quod ſummum bonum, quod quidem eſt noſtra beatitudo, eſt duplex. Aliud enim eſt obiectiuum, aliud vero formale, beatitudo namque obiectiua eſt ipſe met Deus, noſter vltimus finis, & noſtrum ſummum bonum: beatitudo vero formalis eſt operatio, qua Deum attingimus videndo, & fruendo: quando ergo anima appetit bonum, de bono obiectiuo, & de beatitudine obiectiua intelligitur: non vero de beatitudine formali: quia anima appetit ſuum vltimum finem, quod eſt ſummum bonum vt obtinendum per ſuam operationem: non vero appetit tanquam vltimum finem, & ſummum bonum ipſam ſui operationem: talis etenim operatio, quantumuis perfecta ſit, etiam in ſummo eſt finita, & per conſequens non poteſt habere rationem ſummi boni, nec noſtri vltimi finis. Cum igitur Deus clare viſus, ſecundum quemcumque gradum ab intellectu creato videatur, ſit ſummum & infinitum bonum, cui nulla poteſt fieri additio: & videatur clare in quantum ſummum, & infinitum bonum eſt: hinc quicumque clare viderit Deum, non ſibi reſtat aliquod magis bonũ, quod appetat.

Ad ſecundum dico, appetitum innatum naturæ ad beatitudinem eſſe 15. *Ad 2.*
paſsiuam ipſius naturæ inclinationem ſecundum capacitatem, quam habet ad recipiẽdam beatitudinem: & hæc tanta eſt, quantam poteſt recipere beatitudinem. Vnde ſi intellectus creatus ſit capax ſummę viſionis, aut fruitionis (ſi dabilis ſit) in ſummam profectò viſionem, aut fruitionem naturaliter inclinatur: hæc tamen inclinatio cum ſit naturalis, & innata, nullam aliam rectitudinem, aut perfectionem dicit, quam perfectionem ipſius naturę: quæ licet in eſſe naturæ ſit bona, tamen in genere moris rectitudo bona non eſt. Atqui appetitus elicitus cum liber ſit, iam in genere moris conſtituitur: & ex conſequenti, vt rectus ſit, debet elici conformiter rectæ regulæ rationis, quæ eſt diuina diſpoſitio, & ideò non poteſt natura appetere vlteriorem gradum viſionis beatæ, quàm illum à Deo ſibi diſpoſitum, & præordinatum: nam ſi vlteriorem appeteret, exorbitaret profectò, & à præfixa regula rationis deuiaret: & ex conſequenti eſſet difformis, & peccaminoſus, & nullatenus rectus.

Ad tertium concedo, beatum cognoſcere alterius beati beatudinem eſ- 16.
ſe ſua beatitudine præſtantiorem: *Ad 3.*
quis enim beatorum ignorare poterit Chriſtum Dominum habere gloriam, quaſi Vnigeniti à Patre, quod nos viatores fide credimus, & Virginem Deiparam omnes beatos longè gloria antecellere, quod in Eccleſia Sanctorum Patrum proclamant elogia? Ex hoc tamen non ſequitur, poſſe appetere Chriſti, & Virginis Sanctiſsimæ, aut alterius beati gloriam: quia quamuis beatus cognoſcat ſe eſſe tantæ gloriæ capacem penes innatam ſuæ receptiuæ potentiæ capacitatem, & talem gradum gloriæ abſolute ſibi eſſe poſsibilem: cognoſcit tamen iam habito reſpectu, & ordine ad di-

addiuinam diſpoſitionem (quæ inuariabilis eſt) talem gradum vlteriorẽ gloriæ ſibi non eſſe poſsibilem. Vnde; tum, quia non poteſt appetere impoſsibile, tum quia non poteſt beatus in illo perfectiſsimo ſtatu peccare concupiſcendo aliquid, quod cõtra diuinam voluntatem exorbitat; tum etiam quia ob perfectiſsimam illius fœliciſsimi ſtatus charitatem, & Sanctorum communionem de alterius perfectione congaudet: tum tandem, quia eſt perfectiſsimè ſua beatitudine ſatiatus, ideo nulli alteri beato beatitudinem inuidet, nec eam concupiſcere poteſt.

DIFFICVLTAS XXXVI.

Vtrum poſsit aliquis intellectus creatus viatoris claram Dei viſionem habere in via?

§. I.

Qui Sancti de facto diuinam eſſentiam viderint in via, oſtenditur.

1 Difficultas hæc plures conculcat: ſed quæ non ſunt propriæ huius loci, breuiter ſupponimus. De facto etenim Chriſtum Dominum viatorem fuiſſe, dum ſub carne erat mortali, & nihilominus eandem prorſus viſionem beatam, quam nũc habet, ab inſtanti ſuæ conceptionis habuiſſe, eſt certum de fide, de eo attamẽ nõ eadem difficultas verſatur, quæ de alijs viatoribus, quos diuinam vidiſſe eſſentiam nonnulli Sancti Patres, ac Doctores affirmant: quoniam Chriſtus fuit inſimul viator, & comprehenſor, & hac ſimultate admiſſa (in qua difficultas poterat eſſe) facile percipitur, quod eo quod fuit comprehenſor in vita mortali, in ea beatus erat. 2

De Virgine quoque Deipara ante cœlorum ingreſſum abſque dubio diuinam vidiſſe eſſentiã, debemus pro comperto habere: ſi enim Nicephoro lib. 2. c. 23. fidem habeamus: Virgo ſanctiſsima ad ſui Vnigeniti imitationem tertia die ſurrexit, & ab Apoſtolo Thoma fuerũt linteamina in ſepulchro ſine eius ſacratiſsimo corpore inuenta. Quod ſi tertia die ſurrexit, & vt tenet Maironis ſermone 2. de Aſſumptione, mortua eſt die Veneris: & ſicut Dominus ſurrexit die Dominica, vt anima iam corpori reunita, eſſet in cœlum aſſumpta: nunc tamen ante cœli ingreſſum in triduo diuinam credendum eſt vidiſſe eſſentiam: iam etenim erat extra viam, & propter ſpẽ propinquæ reſurrectionis ſui corporis, non debuit priuari diuinæ eſſentię viſione, quam Sancti plerique ab inſtanti ſuæ temporalis mortis aſſequuti ſunt, prout optimè notauerunt ſapientiſsimus Magiſter meus Pater Ouando in 3. diſt. 3. q. 7. & Suarez 3. par. tom. 2. diſp. 21. ſect. 2.

Virgo Deipara ante cœli ingreſſum Beata. Nicephor. Mairbnis.

Ouando. Suarez.

3 Difficultas igitur procedit de mere viatoribus; qui adhuc in carne viuunt mortali: de pluribus etenim fertur de facto diuinam vidiſſe eſſentiã: vtpote de Virgine ipſa Deipara quãdo peperit Filium ſuum primogenitum: de Moyſe quando Exodi 33. dixit: *Domine oſtende mihi gloriam tuam*; & de Adamo in ſopore illo; quem Dominus ei in Paradiſo emiſit, & de Apoſtolo Paulo quãdo 2. Corin. 12. dixit, *Raptus eſt in Paradiſum &c.* & de beatiſsimo Patre noſtro ſancto Franciſco, quando Ieſus Chriſtus ſacratiſſema ſtigmata in eius corpore impreſſit: & de D. Benedicto. De his igitur omnibus à pluribus Auctoribus fertur de facto diuinam in via vidiſſe eſſentiam.

Exod. 2. Cori. 12.

4 Porrò de Virgine ſanctiſsima tenent Rupertus lib. 3. in Cantica explicans illa verba, *oculi tui columbarũ*, vidiſſe diuinam eſſentiam, ſicuti eſt, quando peperit Filium ſuum: & quãdo ipſum concepit; & interdum in-

De Virgine ſanctiſsima. Rupertus.

quit eleuatam fuiſſe ad claram Dei
Dyoniſius. viſionem. Tenent Dyoniſius Riche-
Richelius. lius ſuper D. Dyoniſium de cæleſti
Ierſon. hierarchia art. 88. Ierſon Alphabeto
D. Anton. 15. tit. 8. & Alphabeto 87. tit. 9. D. An
Vbertinus. toninus de Florencia 4. p. tit. 15. cap.
D. Bernar. 17. §. 1. Vbertinus Caſalius lib. 1. arbo
ris vitæ Crucifixi cap. 9. Villanoua,
ſerm. de Reſurrect. & inſinuat D. Ber
nardus hom. 4. in Euang. *miſſus eſt*: Itē
Doctores grauiſsimi alij tenent in ip
ſius Virginis Conceptione ſimul gra
tiam cum clara diuinæ eſſentiæ viſio
ne habuiſſe.

5. De Moyſe autem idem tenent D.
De Moyſe. Auguſt. in epiſt. 112. cap. 12. & 13. &
12. ſupra Geneſ. ad lit. cap. 27. D. Am-
broſ. 1. lib. Exameron cap. 2. D. Baſi-
lius hom. 1. Exameron, Hugo de San
D. Auguſt. cto Victor 1. tom. in quæſtionibus in
D. Ambr. epiſtol. 2. ad Corint. quæſt. 34. Abul.
D. Baſilius. in cap. 5. Matthæi quæſt. 46. ad 4. & in
Hugo de ca. 12. numer. q. 34. Nicolaus de Lyra
Sācto Victo in illo Exodi, *oſtende mihi gloriam tuam*,
Abulenſis. & plures alij Patres: ex Scholaſticis
Lyranus. vero D. Thomas 1. p. quæſt. 12. ar. 11.
D. Thom ad 2. & 2. 2. quæſt. 174. art. 3. Cayeta-
nus ibidem, & fere omnes Thomiſtæ:

6 De Adamo dixerunt nonnulli, ha-
De Adamo buiſſe claram Dei viſionem in illo
ſopore attribuentes eſſe ſententiam
D. Auguſtini, & D. Bernardi: immeri
to tamen, quia dicti Patres de hoc ni-
hil determinant.

7 De Diuo Paulo expreſſe tenet D.
De D. Pau Auguſt. vbi ſupra, & D. Anſelmus in
lo. illud 2. Corint. 12. *raptus eſt in Paradi-*
D. Auguſt. *ſum*. D. Thomas, & omnes Authores,
D. Anſel. qui id de Moyſe cēſent, & eſt expreſ
D. Thom. ſa ſententia Scoti in 2. diſt. 3. quæſt.
Scotus. 9. lit. E. quē omnes Scotiſtæ ſequūtur.

8 De Seraphico autem Patre noſtro
ſancto Franciſco tenere videtur ſan
De D. Pa ctus Bonauētura in 2. p. Opuſculorū
tre N. S. in prologo itinerarij mentis in Deū,
Franciſco. vbi raptum Pauli ad tertium cælum
D. Bonau. accōmodat raptui animæ ſanctiſsimi
Patris noſtri: *eodemque modo* (inquit)
mentem Franciſci abſorbuit, *&c.* dum ſa
cra ſtigmata in corpore à Chriſto Do
mino in Mōnte Aluernæ recepit: cla
rius tamē id tenet D. Bernardinus in
D. Bernar ſerm. de Dominica infra octauam Re
din. Senēſ. ſurrectionis art. 2. ca. 3. nam ſuper il-
lud 2. Corint. 12. vbi dicitur, Paulum
diuinam vidiſſe eſſentiam, hæc pro-
fert verba. *Penetralia diuini palatij in-*
grediuntur, inter quos fuerunt Paulus, &
Franciſcus, ibique audiunt arcana ver-
ba, quæ non licet homini loqui. Quam ſē
tentiam grauiſsimi Minoritarum in
colæ ob tātorum Patrum teſtimonia
pie credunt, & prædicant.

De Diuo Benedicto idem videtur 9
aſſerere D. Gregor. 2. Dialogorū ca. *D. D. Bene*
15. licet in oppoſitum ſenſum illum *dicto.*
explicet D. Thomas 2. 2. q. 180. art. 5. *D. Greg.*

Hos igitur omnes præter Adamum *D. Thom.*
adhuc in via diuinam vidiſſe eſſen-
tiam, tenent Authores citati: quod at 10
tamen negat Vazquez 1. p. diſp. 55.
& 56. & alij, quos ipſe pro ſua ſenten *Vazquez.*
tia citat, illorum teſtimonijs fretus, *Ioan. 1.*
conuictus illo argumento deducto
ex Ioanne cap. 1. vbi dicitur. *Deum ne*
mo vidit vnquam, Vnigenitus, qui eſt in ſi
nu Patris, ipſe narrauit: ex quo colligit,
hoc fuiſſe ſolius Chriſti Encomium.
Quod ſi alij ſancti Deū in carne mor
tali vidiſſent: non eſſet hoc profecto
Chriſti Domini ſingulare priuile-
gium.

Quidquid tamen ſit de iſtius Au-
thoris, & aliorum ſententia: quoad 11.
quæſtionem de facto, teneo, prædi-
ctos ſanctos in via diuinam eſſentiā,
prout in ſe eſt, clare vidiſſe propter
tantorum Patrum, & Doctorum teſti
monia: ſi etenim poſsibile eſt Deum
viatori communicare claram ſuæ eſ-
ſentiæ viſionem (vt infra oſtendo)
quid ſit de facto credendum feciſſe,
non aliter nobis conſtare poteſt, niſi
vel ex diuina reuelatione, vel ex Pa-
trum Sanctorum, & Doctorum atteſ-
tatione: hæc quidem circa Moyſem,
& Paulum aperta ſunt ex Scriptura
in locis citatis, & confirmata pluriū
Sanctorum Patrum authoritatibus:
quæ quamuis à Vazquio aliter expo-
nantur: proculdubio in expoſitione
teſtimoniorum ſenſus retorquet: &
ideo D. Thom. in loco citato liberer de
illis fatetur, eſſentiam clarè vidiſſe;
licet de Iacob, quem alij dicunt, etiā
Deum clare vidiſſe, quando Geneſ. *Geneſ. 32.*
32. dixit, *Vidi Dominum facie ad faciem*, *de Iacob.*
id Diuus Thomas negat. De Virgine
vero

vero Sanctiſsima id tenent citati Sancti, & Doctores: de Seraphico P. N. S. Franciſco, Diuus Bonauentura Doctor Eccleſiæ, & alius Sãctus, nempe Diuus Bernardinus, id atteſtantur: de Diuo Benedicto hoc idem alius Doctor Eccleſiæ, ſcilicet, Diuus Gregorius innuit. In hoc igitur, quod ſacræ Scripturæ non repugnat, & Sanctorum dictis eſt conſonum, non eſt, cur ſit nobis colluctatio aduerſus prędictorum beatorum excellentiam, & Encomia: ſed pie hoc de aliquibus credimus, vtpote de beatiſsimo P. N. Franciſco, & de *Diuo* Benedicto: de Virgine autem Sanctiſsima, & de Moyſe, & de Paulo, firmiter propter prædicta teſtimonia aſſentimur: quo modo autem hoc poſsibile fuerit, & qualiter potuerint diuinam videre eſſentiam, quin eſſent beati, hoc noſtra difficultas inueſtigat.

---

§. 2.

Exponitur, qualiter prædicti Sancti potuerint in via videre eſſentiam, ſine eo quod ex eius viſione eſſent beati.

12 PRO reſolutione ergo illius primo obſeruare oportet, dupliciter cõſiderari poſſe viatoré in vita mortali: vel ſcilicet primo prout eſt ſenſuũ operationibus alligatus: itaquod quidquid intelligit, eſt prius ſenſuũ miniſterio præcognitũ: ſecundo vero, prout rapitur anima extra omnia ſenſibilia, & ſic rapta eleuatur ad contemplationem meré intelligibilium. Priori modo intelligenda eſt illa concluſio D. Thomæ, *D. Thom.* prout ab omnibus Thomiſtis interpretatur, quatenus ait 1. p. q. 12. art. 11. ꝙ ab homine puro in corpore Deus per eſſentiam videri non poteſt, niſi ab hac vita mortali ſeparetur: *vnde* (ſic concludit) *impoſsibile eſt animæ hominis ſecundum hanc vitam viuentis eſſentiam Dei videre*, cuius rationẽ reddit: quia anima noſtra, quanto magis à corporalibus abſtrahitur, tãto intelligibiliũ abſtractorũ fit capacior. Vnde in ſomnis, & alienationibus à ſenſibus corporis, magis diuinæ reuelationes, & præuiſiones futurorum percipit: vt viſum eſt in Prophetis, qui quaſi alienabantur cum prophetabant. Sed quod eleuetur anima vſque ad ſupremum intelligibilium, ꝙ eſt diuina eſſentia, eſſe non poteſt, quandiu hac mortali vtitur vita: hactenus ſunt fere omnia verba D. Thomæ, quæ ſententia iure optimo explicatur à Thomiſtis omnibus, vt intelligi debeat de anima, prout eſt ſenſibus alligata: nam ipſe D. Thomas ſe explicuit ibi ſolutione ad ſecũdum, dum inquit, quod *Deus* pręter communem ordinem, mentes aliquorum in hac carne viuentium, ſed non ſenſibus carnis vtentium vſque ad viſionem ſuæ eſſentiæ eleuauit, vt dixit Auguſtinus 12. ſupra Geneſ. ad literã & in lib. de videndo Deum de Moyſe, qui fuit Magiſter Iudæorũ, & Paulo, qui fuit Magiſter gentium.

Secundo igitur modo conſideratur viator, prout rapitur eius anima 13
extra ſenſibilia &c. & hoc fieri poteſt tripliciter. Primo in ſomnis, ſecundo in alienationibus, tertio in extaſi, quę proprie eſt raptus. Duos priores modos ponit *D.* Thomas, vt nuper viſũ eſt: hos tamen egregie impugnat Scotus in 4. diſt. 45. q. 2. litera B: & ponit *Scotus.* tertium, in quo propriiſsimé raptum conſtituit: contradicit ergo illud de ſomno, & de alienatione dicens: *Videri figmentum: quia non ideo in ſomno videntur vera, quia anima recedit à corpore in operando, vt ab obiecto: tunc enim, quanto ſomnus profundior eſſet, tanto magis talia viderentur: hoc autem falſum eſt, quia ſomnia non contingunt in ſomno profundiſsimo, ſed in ſomno tenui: tunc enim Epileptici regulariter viderentur vera à Spiritibus. Vnde* (ſubdit) *iſtud fundamentum videtur eſſe acceptum ex fictionibus Mahometi, qui dicitur fuiſſe Epilepticus, & ad cooperiendum men-*

daciter miſeriam ſuam, dixit ſe oportere cadere, quando Angelus loquebatur ſibi: & ſecundum illam fictionem eius, Auicenna reuerenter loquens de lege ſua fingit in 9. Metaph. cap. 2. tales abſtractiones à ſenſu, vt fiat reuelatio ab Angelis.

14 *Nos autem Chriſtiani* (inquit Doctor) *non dicimus, aliquem in ſomno, vel extaſi aliqua videre, niſi ſit ibi aliqua cauſa poſitiua, vt pote, quod Deus tunc intellectum immutet: de congruo autem magis tunc diſponitur per amotionem impedimenti: quia, ſcilicet, non eſt diſtractus circa alia obiecta, & vehemens occupatio circa aliud obiectum, impedit intenſio occupari circa illud: imo magis videtur miraculum, quod in ſomno reueletur veritas, quàm in vigilia in intellectu non nimis intento circa ſenſibilia: quia naturale eſt, quod in vigilia homo habeat vſum rationis: in ſomno autem non.* Hactenus omnia ſunt verba Scoti: quam doctrinam, tam Diuo Thomæ, quam Scoto Cayetanus adaptat: diſtinguit etenim in intellectu iuxta Diui Thomæ ſententiam, duo ad cognitionem concurrere, videlicet receptionem, & iudicium: & ſubdit, quod quoad receptionem cognoſcibilium multum confert abſtratio à ſenſibus: & ſic in ſomno erit intellectus capacior recipiendi cognoſcibilia; quo quidem modo Diuum Thomam intelligendum eſſe teſtatur: at vero quoad iudicium nihil confert abſtractio à ſenſibus, cum vſus rationis, qui in vigilia eſt, requiratur ad iudicandum: & ſic (inquit) intelligendus eſt Scotus.

Cayetanus Conciliat D. Thom. & Scotum circa raptũ viatoris videntis eſſentiam.

15 Hæc Cayetani diſtinctio, & ſententiarum conciliatio non diſplicet: & præſertim, quia Diuus Thomas non ponit illam abſtractionem à ſenſibus in ſomno, ſicut Scotus refert poſuiſſe Auicennam ſine cauſa, ſcilicet, poſitiua immutante intellectum: ſed proculdubio cum tali cauſa id aſſerit contingere; eo quod receptio illa paſsiua ſit reſpectu Dei immutantis intellectum, prout Cayetanus exponit.

Verumenimvero ex litera Scoti 16.
colligo, quod licet in ſomno, ſeu extaſi ſit capacior anima ad videndam diuinam eſſentiam: hoc debet intelligi de congruo, hoc eſt, quia congruum eſt, animam debere eſſe magis abſtratam à ſenſibus: non tamen ob id in vigilia hoc aliquam contradictionem inuoluit: quinimo pro comperto teneo, vigilantem hominem, dummodo non ſit ad ſenſibilia nimis intentus, eſſe promptiorem: quia tota ratio, ob quam in ſomno eſt anima prompta, eſt, quia pro tunc eſt abſtracta à ſenſibus: ergo ſi in vigilia etiam, à ſenſibus abſtrahat, vtpote, ſi non ad ſenſibilia diuertatur, promptior erit ad viſionem Dei, ſiquidem tunc vſus rationis reddit illum promptiorem quoad iudicium, & quoad receptionem, & ſupplet illam maiorem abſtractionem à ſenſibus, quam dormiens habet. Vnde licet congruentius credẽdum ſit, Deũ in raptu, & extaſi eſſentiæ ſuæ claram viſionem prædictis viatoribus communicaſſe: hoc tamen non requiritur ex natura talis viſionis.

Porrò, vt hoc intelligatur exa-
ctius, ſecundo obſeruandum eſt, du- 17
bium eſſe poſſe, an viſio *Dei*, quæ communicaretur animæ viatoris exiſtenti ſub carne mortali, extraheret animam à vita mortali ex natura rei: nam per Dei miraculum non eſt dubium: quia cum in Chriſto *Domino* conſtet, fuiſſe viſionem beatam, & inſimul actiones, & operationes omnes vitæ mortalis: certum eſt hoc ita fuiſſe: vel quia viſio beata ex natura ſua non extrahit animam à vita mortali: vel quia licet hoc ex ſua natura habeat, tamen Deus per miraculũ hũc viſionis effectũ impedibit. Miraculo ergo ſublato, inquiritur, an hæc extractio ſit ex natura viſionis ipſius? Cuius dubij fundamentum eſſe poteſt ex illo r. ptu Pauli, qui cõmemorans ſuã viſionem in raptu, ignorare videtur, an anima ſua ſic

ſic fuerit pro tunc per raptum à carne extracta: inquit enim, *ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit*; hæc ergo extractio dupliciter poteſt intelligi: primo ſeparãdo animam à corpore mortale, vt protunc non viuat anima in vita mortali: in quo ſenſu explicatur illud Exodi 33. vbi
Exod. 33. precanti Moyſi gloriam Dei videre, Dominus reſpondet: *Non videbit me homo, & viuet*, hoc eſt non viuet vita corpori mortali coniunctus. Secundo vero abſtrahendo animam; nõ à corpore, ſed ab omnibus corporeis, & ſenſitiuis operationibus: vt patet in extaſi, & raptu. De quo igitur iſtorum modorum fiat extractio, & an præciſe neceſſarium ſit talem extractoniem eſſe? infra patebit.

18 *D*emum eſt tertio obſeruandum, viſionem illam dupliciter poſſe conſiderari: aut quidem pro toto tempore vitæ mortalis viatoris illius, ſeu ſaltem pro multo continuato tempore: vel ſecundo, quod tranſeunter fiat, ſeu per breue temporis interuallum, & per modum tranſeuntis: vtroque igitur modo neceſſario requiritur lumen gloriæ habens ſe ex parte intellectus viatoris, & vnio diuinæ eſſentiæ cũ intellectu in ratione obiecti: vel tantũ media diuina voluntate motrice intellectus, vel media ſpecie intelligibili repræſentante diuinam eſſentiam: vno etenim, vel altero modo neceſſariũ erat diuinam eſſentiam vniri intellectui: hæc tamen differentia eſt, quia ſi toto vitæ tempore viator diuinam videret eſſentiam, & continuaretur viſio illa poſt mortem, vel ſaltem aliquo tempore vſque ad mortem, & poſt mortem eſſet viſionis continuatio: proculdubio illa viſio beatitudo eſſet: quia ſibi ratio perpetuitatis non deficeret, quæ ad beatitudinem requiritur. Et hanc viſionem habuit Chriſtus Dominus continuatam à ſuæ Conceptionis inſtanti; & habet vſque in ſempiternum.

19 Atqui ſi per modum tranſeuntis fieret, & finiretur viſio illa, prout contigit illis Sanctis viatoribus, qui in raptu viderunt eſſentiam: viſio illa beatitudo non fuit: quia etſi beatitudo in viſione eſſentiæ formaliter conſiſteret (quod nunc non diſputo) adhuc beatitudo non eſſet: quia ſaltim deberet conſiſtere in viſione Dei immutabiliter: quia de ratione beatitudinis eſt perpetuitas iuxta illud ſapientiæ 5. *Iuſti autem in perpetuum viuent*, & diffinitur in ſexta Sapien. 5.
Synodo generali in epiſtala Sophronij, quæ eſt in actione vndecima; & approbata fuit actione decimatertia in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio Tertio, & refertur in cap. firmiter de Summa Trinitate, & fide Catholica. *Synodus general. Concil. Later. c. firmiter.*

§.3.

Statuuntur concluſiones.

HIS præhabitis, difficultatem concludendo, dico primo, quod licet de lege generali ſancitũ ſit, *D*eũ à nemine clarè videri in hac vita mortali; tamen piè poteſt concedi, diſpenſatam fuiſſe hanc legem cũ ſupradictis Sanctis, quos diuinam eſſentiam clarè vidiſſe in hac vita mortali credimus, vt dictũ eſt ſupra. Cõcluſio quoad primã partẽ eſt ita communiter recepta, vt nõ deſint, qui illã inter viros doctiſsimos teneant eſſe de fide, enixi teſtimonijs illis Scripturæ, vtpote, *nõ videbit me homo, & viuet*: & etiam *Deum nemo vidit vnquam*; & Pauli 1. ad Thimot. 6. *Quem nemo hominum videt, ſed nec videre poteſt*, & ſimilibus: ſecundã vero partem probant teſtimonia Sanctorum, & Doctorũ, quos pro ea citauimus: & ideo in ea concluſione amplius nobis immorãdum non eſt: potius etenim ex auctoritate affirmãtium, quam ex ratione arguentium eius veritas conſtare debet. 20 1. Concluſ.

Dico ſecundo,quod etſi prædicto rum viatorum animæ congruentius viderint diuinam eſſentiam , prout extractæ à corpore:non tamen ex-
21 tractione ſeparationis à corpore, ſed
2.Concluſ. benè à corporis ſenſibilibus operationibus: ad id tamen non vrget neceſſitas,cum etiam,quilibet ex prædictis extractionibus facta , optimè poſsit Deus eis ſuæ eſſentiæ claram viſionem communicare. Concluſio hæc tres habet partes, & quoad primam patet : quia viſio Dei,nec formaliter,nec effectiuè pugnat phyſicè cũ informatione ſubſtantiali animæ etiam in corpore exiſtentis:nam poſt reſurrectionem omnes animæ beatorum ſimul vnitæ corporibus clarè diuinam videbunt eſſentiam. Nec valet,ſi dicas pugnare quidem, nõ cum corpore vt ſic , ſed cum mortalitate corporis,quæ ad eſt in via , & poſt reſurrectionem non erit:nam mortalitas corporis licet aggrauet animam:non tamen tollit eius operationes intellectuales : dummodo Deus illi lumen gloriæ præbeat, & ſuam oſtendat eſſentiam:quia tunc intellectus formaliter fertur in obiectum ſibi oſtenſum,& eſt effectiuus viſionis circa illud , quod tandem in Chriſto Domino patuit,qui in carne mortali diuinam videbat eſſentiam.

Secunda pars prædictæ concluſionis probatur,ex eo quod Diuus Paulus in raptu & extaſi prædictam viſionem habuiſſe enarrant , quod de
22 alijs congruentius contigiſſe creditur,vtpote de Beatiſsima Virgine Deipara:& ita docet Diuus Auguſtinus 12.ſupra Geneſ.ad literã cap. 27. *Neminem videntem Deum viuere vita iſta,qua mortaliter viuitur in iſtis ſenſibus corporeis:ſed niſi ab hac vita quiſque quodammodo moriatur, ſiue omnino exiens de corpore, ſiue ita auerſus , & alienatus à carnalibus ſenſibus, vt merito neſciat,ſicut Apoſtolus ait,an in corpore,vel extra corpus ſit,cum in illam rapitur,& ſubuehitur viſionem.* D. Aug.

Tertia denique pars oſtenditur: quoniam Chriſtus Dominus ſemper videbat eſſentiam,& adhuc omnes operationes ſenſibiles exercebat: 23
ergo &c. Neque de hoc putandum eſt,ſuiſſe aliquod peculiare,& continuatum miraculum : miracula enim ſine neceſsitate multiplicanda non ſunt:ſed quod ſin portione ſuperiori animæ erat beatus ,& ſecundum inferiorem operabatur iuxta potentias ſenſibiles:de quo latius , Deo dante in tertio, vbi agitur de beatitudine Chriſti.

Ad argumentum autem Vazquij reſpondetur tantum procedere de
lege communi,non vero de particu- 24
lari diſpenſatione, qua Deus voluit diſpenſare cum prædictis beatis. Et vlterius (ſecundum alios) poterat reſponderi, neminem Deum vidiſſe ante Chriſti Aſcenſionem : & ſic de Moyſe tantum negaretur: non vero de cæteris;qui poſt Aſcenſionem fuerunt:vel tandem poſſunt exponi omnia teſtimonia in oppoſitum de oculis corporeis:quia talibus oculis, nemo vt quam vidit, aut potuit videre Deum, iuxta quam expoſitionem illa ſoluunt plures Auctores.

(*.)

QVÆ-

QVÆSTIO TERTIA.

De fruitione ſecundum ſe.

Onſequenter quæro de frui in ſe, & primo, ſuppoſito, quod ſit aliquid voluntatis præciſe, quæro, an ſit aliquis actus elicitus à voluntate, vel paſsio recepta in voluntate, puta, aliqua delectatio. Primo videndum eſt de ipſis conceptibus: ſecundò, de ſignificato nominis: circa hoc ergo quæruntur duò.

¶ **Primo. Vtrum fruitio ſit delectatio voluntatis?**

¶ **Secundo. Vtrum nomẽ frui poſſit conuenire delectationi?**

ARTICVLVS I.

Vtrum frui ſit delectatio voluntatis?

A D primum ſic proceditur. Videtur, ꝙ frui ſit delectatio voluntatis, & primo probo: quia fructus eſt vltimum, quod expectatur de arbore: ergo ſimiliter in ſpiritualibus fructus eſt vltimum, quod expectatur de obiecto: ſed tale eſt delectatio: quia delectatio ſequitur actum 10. Ethic. ergo &c.

Secundò præterea, ad Galatas 5. fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, & cætera, quæ numerantur ibi, videntur paſſiones, vt patet de gaudio; aut ſaltem non ſunt actus, ſed conſequens actum: fructu autẽ fruimur per ſe: ergò frui eſt aliquid per ſe conſequens actum, vt videtur.

Sed contra eſt: quod voluntas actu elicito amat Deum: aut igitur propter aliud, & tũc vtitur: & ita eſt peruerſa: aut propter ſe, & tũc fruitur, ex diffinitione de frui, & ſic frui eſt actus.

Reſpondeo dicendum, quantum ad primum articulum, quod ſicut in intellectu ſunt duo actus aſſentiendi alicui vero cõplexo, vnus; quo aſſentitur alicui vero complexo propter ſe, ſicut principio: alius vero, quo aſſentitur alicui vero, non propter ſe, ſed propter aliud verum, ſicut concluſioni propter principium: ita in voluntate ſunt duo actus aſſentiẽdi bono: vnus quo aſſentitur alicui bono propter ſe, alius, quo aſſentitur bono propter aliud bonũ, ad quod illud bonum refertur, ſicut concluſioni aſſentitur propter principium: concluſio enim veritatem ſuam habet à principio. Iſta ſimilitudo accipi poteſt à Phyſo-

Margin notes: A; c. 3. vel 4.; B; C; D

Phyloſopho 6. Ethico. vbi dicitur, quod in mente eſt affirmatio, & negatio, hoc in appetitu eſt proſequutio, & fuga: & ita vltra: ſicut in mente eſt duplex affirmatio, propter ſe, & propter aliud: ita in appetitu eſt duplex proſequutio, vel adhæſio, propter ſe, & propter aliud: eſt tamem hic duplex differentia, prima, quia illi duo aſſenſus intellectus diſtinguuntur ex natura obiectorum: ſunt enim alteri propter cui dentiã alteram huius, vel illius veri: & ideo habent diſtincta obiecta ſibi correſpondentia, & ipſos cauſantia: hic autem huiuſmodi aſſenſus non ſunt diſtincti ex diſtinctione obiectorum, ſed ex diſtinctio actu potẽtię liberæ, ſic, vel ſic, acceptantis obiectum eius: quia (ſicut dictũ eſt prius) in poteſtate eius eſt ſic, vel ſic agere referendo, vel nõ referẽdo: & ideo non correſpondent iſtis actibus propria obiecta diſtincta, ſed quodcumque bonũ volibile poteſt voluntas habere obiectum ſecundum hunc actum, vel ſecundum illum. Secunda differentia eſt: quia illi duo aſſenſus intellectus ſufficienter diuidunt aſſenſum intellectus in communi: nec inter ipſos eſt aliquod medium: quia nulla eſt euidentia media ex parte obiecti, à qua poſsit accipi aliqua alia veritas, quàm veritas principij, vel concluſionis. Præter autem iſtos duos aſſenſus voluntatis, eſt aliquis alius aſſenſus medius: quia voluntati poteſt oſtendi aliquod bonum abſolute apprehenſum, non ſub ratione propter ſe boni, nec propter aliud bonum: volantas autem circa tale ſic oſtenſum, poteſt habere aliquem actum, & non neceſſario inordinatum: ergo poteſt habere aliquem actũ volendi illud abſolute, abſque relatione ad aliud, aut abſque fruitione propter ſe. Et vlterius poteſt imperare intellectui, vt inquirat, quale illud bonum ſit; & qualiter volendum? & tunc illi poteſt aſſentire ſic, vel ſic, & tota ratio differentiæ hinc, & inde, eſt libertas voluntatis, & neceſsitatis naturalis ex parte intellectus. Ex his vltra: actus aſſenſus bono propter ſe eſt actus perfectus, actum autem perfectum conſequitur delectatio ex decimo Ethicorum: ergo actum volendi bonum propter ſe conſequitur aliqua delectatio. Habemus igitur ad propoſitum quatuor diſtincta, actum imperfectum volendi bonum propter aliud, qui vocatur vſus, & actum perfectum volendi bonum propter ſe, qui vocatur fruitio, & actum neutrum, & delectationem ſequentem actum.

q. 1. & 2. huius diſt. *cap. 3. vel 4.* *Concluſio.*

Ad

Ad primum argumentum dico, quod fructus eſt vltimum, quod expectatur de arbore, non vt poſsidendum corporaliter, ſed vt habendum per actum potentiæ attingentis illud, vt obiectum: pomum enim non eſt fructus, in quantum expectatur, vt poſsidendum, ſed inquantum expectatur, vt guſtandum, & actu guſtus attingendum, quam guſtationem ſequitur delectatio: ſi igitur fructus dicatur, quo fruendum eſt, delectatio non eſt fructus: ſed illud vltimum expectandum: ſed nec delectatio eſt frui: ſed primum, quo attingo expectatum, vt expectatum, eſt frui, quod videtur probabile, cum fructus ſit expectatum ſub illa ratione, ſub qua expectatur, vt à potencia attingendum.

Ad ſecundum dico: quod Auctoritas eſt in oppoſitum: cum enim dicat auctoritas, non actus eſſe fructus, ſed potius paſsiones, ſequitur, quod frui non eſt delectari: quia fructus eſt obiectum fruitionis: paſsio autem non ita eſſe poteſt primum obiectum ſui, ſicut poteſt eſſe primum obiectum alterius: ideo frui, ſi eſt paſsionis, vt obiecti, vt ſonat auctoritas, non erit paſsio: ſed eſt actus aliquis potens habere iſtas paſsiones pro obiectis qua ſi proximis ſuo primo obiecto, & cum dicitur, quod per ſe fructu fruimur, non eſt hoc intelligendum in ratione formalis principij, ſicut ignis calore calet, ſed in ratione obiecti, ſicut ſi diceretur, quod amabili amamus: ſed in ratione cauſę formalis fruitione fruimur: auctoritas autem non dicit, aliquid conſequens actum eſſe fruitionem, ſed fructum, id eſt fruitionis obiectum.

Expoſitio Articuli 1. quæſtionis 3. diſtinctionis 1.

PLVRA difficilima continentur in textu, in quo Doctor determinat, quid ſit vſus, quid ve fruitio: & qualiter detur aliquis alius actus volontatis medius, 1
qui nec ſit fruitio, nec vſus: & tandē delectationē non eſſe ipſam fruitionē, ſed ad fruitionē cōſequi aſſeuerat. Hęc igitur quatuor, quę Doctor ponit eſſe diſtincta, ab alijs reducuntur ad duo, nēpe ad vſum, & fruitionē, vltra quos binos actus voluntatis, non aliū medium admittunt, nec quidem delectationem eſſe quid conſequens ad fruitionem, ab eaque diſtinctum, ſed ipſummet actum fruendi eſſe arbitrantur: quinimo, & in diffiniendo, quid ſit vſus, quidve fruitio, non adhuc concors eſt Doctorum opinio: ſed hæc omnia ſeorſum expediam in difficultatibus proprijs: nunc ergo Doctor ſic huius articuli doctrinam concludit: *Habemus igitur ad propoſitum quatuor diſtincta, actum imperfectū volendi bonum propter aliud, qui vocatur vſus*: de quo erit ſequens difficultas, *& actum perfectum volendi bonum propter ſe, qui vocatur fruitio*

tio: & de hoc actu diſputatur infra in difficultate 38. *& actum neutrum*, de quo latè egimus ſupra in difficultate 15. numer. 13. & ſequentibus. Vbi oſtendimus, bonū nō ſolum extendi ad finem, & medium, ſed etiam ad bonum abſolutum, quod nec eſt finis, nec medium: & in difficultate vigeſimaptima numer. 47. vbi probatum eſt, non omnem actum voluntatis neceſſario tendere in medium, aut finem: eo quod ferri poteſt in tale bonum abſolutum. Ex quo prouenit, quod talis actus ſit neuter, hoc eſt, nec vſus, nec fruitio: *& delectationem ſequentem actum*, id eſt frui ionis: qualiter vero fruitio non ſit delectatio, in eadem difficultate 38. oſtenditur.

Comparat igitur Doctor in textu actus voluntatis, & actus intel-
2 lectus, & inquit, quod ſicut actus intellectus, alius eſt, quo intellectus aſſentitur vero propter ſe, vt cognitio primi principij: & alius quo aſſentitur vero propter aliud, vt cognitio concluſionis, cui euidenter aſſentitur propter principiorū euidentiam: ſic alius eſt actus voluntatis, quo voluntas diligit bonū propter ſe, nempe vltimū finem, qui actus eſt actus perfectus voluntatis, & eſt formaliter fruitio: & alius eſt actus, quo diligit bonū propter aliud, videlicet medium, & iſte eſt actus imperfectus, eo quod tendit in aliud, & eſt formaliter vſus: quamuis enim Doctor comparet hos actus ad illos, duplicē nihilominus aſsignat differentiam inter eos exortam ex naturis potentiarum talium actuum: quia, ſcilicet, intellectus, eo quod potentia naturalis eſt, non aliter aſſentitur obiectis, niſi ſecundum eſſe, quod ipſa habent à parte rei: & quia omne ens eſt verum habens euidentiam ex ſe, vel ex alio, ideo intellectus, eo quod neceſſario aſſentitur veritati ex natura, & euidentia obiectorum: conſequenter quodlibet euidenter cognoſcit, eo quod eſt euidens propter ſe, vel propter aliud: at vero voluntas cū ſit potentia libera, non ex diſtinctione obiectorum, ſed ex ſua met libertatis indifferentia condiſtinguit vnum obiectum ab alio (ſi ita poſſumus loqui) vel quomodolibet ab intellectu diſtinctum, ſibi finem, præſtituit, & ex conſequenti circa talia obiecta actus ſuos ſpecie diſtinctos elicit.

Hoc quidē copertum fiet in hoc exemplo. Cognoſcit intellectus euidentiā huius propoſitionis, *rationale eſt riſibile*: cognoſcit quoq; euidentiā hui⁹, *homo eſt riſibilis*. Prima cognitio euidens eſt, & eſt habitus intellectus, qui eſt cognitio primi principij, quale eſt dicta propoſitio, quæ eſt euidēs ex ſe. Secunda vero cognitio eſt euidens etiā, ſed eſt ſciētia: quia eſt cognitio cōcluſionis, quæ eſt euides nō ex ſe: ſed ex principio, ex quo eſt illata. Cognitiones igitur iſtæ non habent diſtinctionem ab intellectu, ſic vel ſic prolibito intelligētis, ſed ab ipſis obiectis à parte rei, ſic vel ſic intelligibilibus: quia, ſcilicet, primum ex ſe ipſo eſt euidenter intelligibile: ſecundum vero, non ex ſe, ſed ex primo. 3

4 At qui voluntas circa idem intuitiarum obiectum poteſt duos actus volendi ſpecie diſtinctos elicere: nam poteſt v. g. velle ſapientiam propter dignitatem obtinendam: & tunc ſapientia eſt medium, & talis volitio erit vſus: ac etiam poteſt velle eandem ſapientiā propter ſe, & tunc ſapientia erit ſibi finis, & talis volitio erit fruitio: nō ergo prouenit differentia fruitionis, & vſus, ſicut habitus intellectus, & ſcientiæ ex differētia obiectorum: ſed ex libera indifferentia voluntatis prolibito acceptantis obiectū, tanquam finē, vel mediū. A priori probatur hoc, ex eo quod cū accidat bono eſſe prpoter ſe, vel propter aliud: ideo manente eadem boni natura, poteſt voluntas idem met bonum referre in aliud: & tunc erit medium, vel aliud ad ipſum, & tunc erit finis. Verum principio, & concluſioni, vel, inquā, propoſitioni, quę eſt principium, & propoſitioni, quæ eſt concluſio, nullaten⁹ accidit habere euiden-

euidẽtiam ex ſe, vel ex alio: ac ideo etiã ſi intellectus libere operaretur, ſicut volũtas, adhuc tamen non poſſet eandem propoſitionem ſubſtantialiter inuariatam congnoſcere, modo, vt principium, habens euidentiã ex ſe, & modo, vt concluſionem habentem euidentiam ex alio. Secunda differentia aſsignata in textu perſpicua eſt ex dictis ſupra in difficultate 15.

ARTICVLVS II.

Vtrum nomen, frui, poſſit conuenire delectationi?

A *Vide diſt. 45. q. 7.* AD ſecundũ ſic proceditur. Videtur, ꝙ nomen frui conueniat tãtũ delectationi, primo: quia ſecundum Auguſt. 1. de Trinit. cap. 10. vel 23. in fine, hoc eſt enim plenum gaudium noſtrum, quo amplius non eſt frui Trinitate, ſi non retorqueatur iſta auctoritas ad cauſalitatem, vel ad aliũ intellectum, quem non ſonant verba, gaudium eſt formaliter delectatio.

B Secundo præterea ſimiliter, & in trigeſima quæſtione præallegata, frui dicimur ea re, de qua capimus voluptatem, ſi ſit loquutio per identitatẽ, vel quaſi diffinitio, tunc capere voluptatem eſt frui eſſentialiter.

C Sed contra eſt auctoritas Aug. de ectis 83. quæſtionũ q. 30. omnis itaq, humana peruerſio eſt, quod etiam vitium vocatur, fruendis vti, velle, atque, vtẽdis frui: peruerſio, vel peruerſitas eſt formaliter in actu voluntatis elicito, non in delectatione: quia delectatio non eſt praua, niſi quia actus eſt in poteſtate agentis: peccatum autem, inquã tum peccatum, eſt formaliter in poteſtate peccantis.

D Reſpondeo dicendum: de ſecundo principali, cui, ſcilicet, cõueniat iſtud nomẽ frui, ſicut poteſt colligi ex auctoritatibus loquentiũ de iſto vocabulo, frui, planũ eſt, quod fruitio non eſt actus neuter, nec actus vſus: ſed tãtũ eſt altercatio de actu perfecto, & de delectatione cõſequẽte actũ perfectũ Reſpondeo *ergo, quod* aliquæ auctoritates videntur dicere, quod frui eſt actus perfectus tantũ: aliquæ, quod delectatio tãtũ: aliquæ, quod includit vtrũque: & tunc non ſignificat aliquod ens per ſe vnum, ſed vnũ aggregatum ex duobus entibus, vt ens per accidens. Nec hoc eſt inconueniens, quod vnũ nomen ſignificet multa: quia Ilion (ſecundũ Phyloſophũ 7. Metah.) poteſt ſignificare totum bellum Troyanum. Quod tantum ſit actus, videtur illa auctoritas Auguſtin. *poſita, §. ſed contra*, hoc etiam videtur maniſeſtè dicere Auguſtin. primo de doct. Chriſt. capit. 1. frui eſt enim amore inhęrere alicui rei propter ſe ipſam: iſta etiam inhæſio videtur eſſe per potentiã *Tex. co. 13* moti-

motiuam inhærentis, ſicuti in corporibus, a quibus translatũ eſt hoc nomen inhærere, inhæſio eſt virtute inhærentis. Similiter inhæſio alicui propter ſe non videtur eſſe per delectationem: quia delectationis cauſa efficiens, & non finalis, videtur eſſe obiectum delectabile, & ita non tendit delectans in obiectũ propter ſe. Sed iſta ratio non cõcludit: procedit enim, ac ſi obiectũ nõ poſsit eſſe efficiens, & finis delectationis, & ſolui habet à tenẽte in quarto delectationẽ eſſe de eſſentia beatitudinis. Quod autẽ frui ſit tãtũ delectatio, videntur dicere illæ auctoritates Auguſt. *poſitæ pro argumentis in principio articuli*. Quod autẽ frui accipiatur pro vtroque, pro actu, ſcilicet, & delectatione ſimul, probatur ex definitione illa de frui 10. de Trinitat. c. 10. vel 13 fruimur enim cognitis, in quibus voluntas ipſis propter ipſa delectata conquieſcit: ad actum enim pertinet, cũ dicitur, fruimur cognitis: quia actui volũtatis præſupponitur actus intellectus in obiectum cognitũm. Sed poſt ſubdit: in quibus voluntas &c. quod ſi delectatio acciderit fruitioni, non deberet poni in eius diffinitione. Similiter, ſi ponatur, ad beatitudinem pertinere eſſentialiter actus, & delectatio: tunc omnes auctoritates, quæ dicunt frui eſſe ſummum præmium, vel beatitudinem noſtram, dicunt eam includere vtrumque, & actum, & delectationem. Illam minorem dicit illa auctoritas, primo de doctrin. Chriſtia. quaſi in fine, hæc ſumma merces eſt, vt ipſo fruamur. Quod autẽ ſit magis proprium ſignificatum vocabuli difficile eſt probare, tamen aliquo modo poteſt conijci ex vſu vocabuli: iſtud enim vocabulũ, frui, conſtruitur cũ ablatiuo ſignificante obiectum ex vi tranſitionis: qualis conſtructio appropriatur verbis ſignificantibus actum; non autem conſtruitur cum obiecto in ablatiuo ex vi cauſæ: qualis conſtructio debetur paſsionibus ſignificatis per verba pure paſsiua: non enim ita dicitur, fruor in Deo, ſicut dicitur, delector in Deo, vel Deus delectat me. Sed dicor frui Deo tranſitiuè, ſicut dicor amare Deum, & iſtud videtur eſſe magis proprium ſignificatum vocabuli. A

1. Concl.

Sed de vocabuli ſignificato nõ eſt contendendũ. quia ſecundum Auguſt. 1. Retractat. c. 14. cum res conſtat, non eſt vis faciẽda in nominibus: res autem conſtat, quod voluntas habet triplicem actum, & quartum, puta, paſsionem conſequẽtem. Et patet, quod duobus actibus nullo modo conuenit hoc nomẽ frui, ſed pro altero aliorum duorũ. E *Et 5. de Trin. c. 7. vel. 17.*

Ad

F. Ad primum argumentum per hoc reſpondetur, *quod quando (et) pro ambobus ſimul,* videntur aliqui vti iſto vocabulo: tũc *frui* erit nomen æquiuocum: vel ſi eſt vniuocum, oportet auctoritates quaſdam exponere, quod loquuntur cauſaliter, vel concomitanter.

G. Ad ſecundum per hoc *idem* Reſpondetur.

Expoſitio Articuli 2. quæſtionis 3. diſtinctionis 1.

CONcludit Doctor in textu iuxta D. Auguſtini ſententiam, non eſſe contendendum de ſignificato vocabuli, etiã ſi propoſuerit in frõte articuli huius vocabuli *frui* ſignificatum inueſtigare. Poſtquam autem quorumdam varijs probationes retulerit, quibus videbatur oſtendi amorem ſimul cum delectatione, vel; inquam, delectationem ſeorſum fruitionem appellari: rem ipſam enucleat, & deinceps nominis conuenientiam patefacit: reſoluit igitur fruitionem de vtroque enuntiari ſolere, & ſcilicet, de amore, quo volũtas adhæret vltimo fini, & de delectatione: ad hæc tamen duo hoc nomen *frui* affirmat eſſe æquiuocum: eo quod de vno verè, & propriè, de altero autem impropriè dicitur: cum enim oſtenderit fruitionem eſſe operationem voluntatis: delectationem verò paſsionem quandam, quæ ad hanc operationem conſequitur: optimè cõcludit *frui* de prædicta operatione propriè dici, de delectatione verò impropriè, & ideo nomen æquiuocum eſſe.

DIFFICVLTAS. XXXVII.

Vtrùm vſus ſit actus voluntaris ab electione, & alijs actibus voluntatis diſtinctus?

§. 1.

Proponitur ſententia Vaſquij.

1. DIfficultatem hanc, & ſimiles de actibus voluntatis latè diſputat D. Thomas 1. 2. à q. 11. vſq; ad q. 17. Scotus verò non ita cõiunctas, ſed diſperſim iuxta Magiſtri literam ſeruato ordine, in locis diuerſis illas pertractat: nobis tamen clarioris ordinis gratia omnes voluntatis actus, hic diſtinctè licebit congerere: non quidem lõgos, aut prolixos inferendo tractatus, ſed breuiter obſeruãdo quęque ad textualis Scoticę literæ intelligentiam requiruntur: quæ profecto ſub hac difficultate commodè patefient.

2. Quod autem vſus actus voluntatis non ſit, ipſumque à voluntate elicitum cõſtituere, ſuperuacaneum eſſe, tenet Vazquez 1. 2. diſp. 47. cap. 2. numer. 5. & num. 3. inquit, ſatis eſſe, ſi dicamus, vſum eſſe ipſam operationem exterioris facultatis motæ per electionem à voluntate: ita vt nihil aliud dicatur, quam opere exequi id, quod iudicatum, & electũ eſt. Hæc ille. Quod idem in art. 4. in Commentario aſſerit: probat hanc ſuam ſententiam 1. ex Diuo Damaſceno in lib. 2. de fide capit. 22. vbi hæc profert. *Demum poſt electionem, ad actionem ſe confert, & dicitur impetus: deinceps in ipſa actione verſatur, taque vtitur: & tunc vſus appellatur.* Quę verba ibi accomodat Author iſte, ita aut colligat ex eis actionem ipſam externã, & exercitiũ facultatis exequẽtis quod electũ eſt, vſũ vocari. Verba autem illa Damaſceni iam retu-

1. ſent. Vaſquij.

D. Damaſc.

Tt lerat

lerit D. Thomas q.16.art.1.argum.2.

Hoc idem probat ſecundo ratione: nam vt potentia exequens, & motrix
3 ſecundum locum,in brutis operetur, non indiget nouo actu appetitus præter affectum,quo ſtatim fertur in obiectum propoſitum : ergo in nobis præter electionem,qua voluntas fertur in medium propoſitũ,non erit neceſſarius alius actus elicitus à voluntate, per quem voluntas applicet potẽtias exequentes ad opus.

Tertio probatur ex D.Auguſtino lib.1.de Doctrina Chriſtiana(ex eo enim quod vſus nõ ſit actus facultatis externæ exequẽtis,ſed alicuius internæ,vi-
4. detur potius eſſe actus intellectus diligentis,aut ſpeculãtis quam volunta-
D.Auguſ. tatis) vbi inquit,*quod vti eſt,quod in vſũ venit ad aliud obtinendum,referre*: ſed referre aliquid ad aliud non eſt voluntatis,ſed intellectus,cuius eſt cõferre, & ordinare:ergo &c.

Quarto, quoniam idẽ Auguſtinus dicit in lib.83.quæſtionum,quod omnia,quæ facta ſunt,in vſum hominis facta ſunt:quia omnibus vtitur ratio, iu-
5. dicando ea,quæ hominibus data ſunt: ſed iudicare de rebus à Deo creatis pertinet ad rationem ſpeculatiuã,quæ nullatenus eſt voluntatis, ſed intellectus:ergo &c.

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

6. IN oppoſitum autem eſt litera textualis in corpore 1. articuli,vbi hæc profert Do-
Vera Scoti ſenteat. ctor ſubtilis: *habemus igitur*
Beſſolis. *ad propoſitum actum imperfectum volen-*
[illegible] *di bonum propter aliud, qui vocatur vſus*:
Rubionis. tenent Beſſolis,Bargius,Rubionis,Ta-
Tatar[illegible] taretus,Mayronis,Antonius Andreas
[illegible] Lychetus,& omnes Scotiſtæ cũ Do-
[illegible] ctore ibi in hoc 1.diſt.1.q.3.item ex-
[illegible] preſſe D. Bonauẽtura in 1.diſt.1.art.
D. Bonau. 1.q.1.Ricardus art.1.q.1.eſtque aperta mens D.Thomæ 1.2.q.16. art.1. his verbis,*manifeſtum eſt,quod vti primo &*
principaliter eſt voluntatis: quæ eſt cõ- *Ricard.* *D. Thom.*
munis ſententia omnium Thomiſta- *Gabriel.*
rum, quam etiam tenet Gabriel in 1. diſt.1.art.1.anotat.1.& ferè omnes Nominales.

Duo videnda ſunt ad huius difficul-
tatis reſolutionem:primum quidem, 7.
qualiter actui voluntatis competat eſſe vſum? ſecundum vero quomodo actus iſte ab alijs voluntatis actibus ſit diſtinctus: vt autem vtrumque cõſtet, & difficultatis intelligentia ſit perſpicua,primo obſeruare oportet,vſum importare applicationem alicuius rei ad operationem aliquam. Vnde operatio illa,ad quam rem aliquam applicamus,dicitur vſus eius : ſic D. Thomas loco citato:triplex tamẽ eſt genus potẽtiæ operatiuæ, videlicet intellectus, & voluntas,& quælibet potentia exterior:quæcunque autẽ iſtarum poteſt rem aliquam ad operationem applicare: ſed vnaquæque diuerſo modo, & operatur,& applicat rem ad ſui operationem:intellectus enim,& eſt ſpeculatiuus,& practicus. Speculatiuus quidem,prout rei veritatem inueſtigat:ad quod vtitur medijs logicalibus, quibus per diſcurſum concludit concluſionem veram de obiecto,quod conſiderat. Vnde,quia talia media ad Dialecticã pertinẽt ; Dialectica,quæ agit de illis,Logica vtens vocatur: ipſa verò media dicuntur inſtrumenta ſciendi: & applicatio eorũ ad diſcurſum, ſeu, inquam,diſcurſiua operatio vſus erit.

Hic attamen modus vtendi, licet ad
intellectum pertineat, non tamen de 8.
illo agitur in præſenti: quia non erit propriè vſus, niſi intellectus imperetur à voluntate, vt infrà patebit: hic etenim de vſu agitur, prout reſpicit bonum, & eſt actus moralis: quod quidem pertinere non poteſt ad ſpeculationem intellectus. Ruſus ergo intellectus fit practicus,quando non tantum ſiſtit in conſideratione veritatis obiecti, ſed per eam dirigit voluntatem ad bene operandum, prout latè dictum eſt ſupra in quæſtione quinta prologi articul. 2. & in Commentarijs noſtris ibi numer. & ſequentibus : vt ſic autem intelle-

ctus

ctus practicus reſpicit finem, & media, non primo, & per ſe, ſed quatenus voluntatem dirigit ad finem per talia, vel talia media, conſequendum. Ad hoc etenim, vt voluntas appetat beatitudinem conſequi per martyriũ, dirigitur ab intellectu practico dirigente, & dictante hic & nunc ſubiendum eſſe equleum, propter beatitudinem, conſequendam, & prior eſt hæc directio intellectus practici, quàm electio, qua voluntas eligit equleum, ſeu quodlibet aliud genus martyrij propter finem beatitudinis pati.

9 De hac ergo practica operatione intellectus loquitur D. Thomas, dum inquit, vſum eſſe *rationis tanquam dirigentis*, ac ſi dicat, intellectum dirigere voluntatem ad vſum: vſus tamen non proinde eſt propriè actus intellectus etiam practici: quia nec bonũ, quod reſpicit, eſt obiectum illius. Conſtat tamen, quod in hoc diſtinguuntur fruitio, & vſus: quod quamuis vtrumque circa bonum verſetur: fruitio tamen reſpicit bonum, quod eſt finis: vſus autem reſpicit bonum, quod eſt medium: cum ergo intellectus proprie, nec bonum tanquam finem, nec tanquam medium reſpiciat: non erit conſequenter potentia propria vtens, nec eius operatio vſus.

10 Porrò alia eſt potentia libere operatiua, quæ eſt voluntas, & hæc reſpicit bonum tanquam ſuum formale obiectum, & vt tanquam agens liberum moraliter operetur: vt autem moraliter operetur, ſubditur regulis rationis, quibus conformari debet: vt autem conformetur talibus regulis, dirigitur ab intellectu practico, & ratione talis directionis conformiter ad prędictas regulas operatur: operatio autẽ circa regulas rationis, ſeu legis, & reſpicit finem fruendum, & media, quibus dictat talis regula eſſe vtendum: voluntas verò ſic ab intellectu directa vtitur medijs, vt per ea perueniat ad optati finis fruitionẽ: & quia hic talis vſus eſt act᷒ moralis, & liber; & conſequẽter primo & per ſe debet competere, potentiæ morali liberæ: ideo inquit Doctor in textu, quod *vſus eſt actus voluntatis*, & D. Thomas, quod *vti primo, & principaliter eſt voluntatis, tanquam primi mouentis*: primum etenim mouens cuiuslibet moralis actionis cuiuſcunque potentiæ eſt voluntas.

Demũ eſt aliud tertium genus potẽtiæ executiuæ, quæ in agente libero, in quantum libero, tantum habet pro munere ſeruire volũtatis imperio, & eius decreta libera exequi, ſic ſunt omnes potentiæ ſenſitiuæ, tã internæ, quàm externæ: imò & intellectus ipſe, tam ſpeculatiuus, quàm practicus: qui per quàm ſæpè à volũtate imperatus, volũtatis arbitrio ſubiacet, & eius decreta exequitur: tales ergo potentiæ dicuntur vti non primo & per ſe, ſed quatenus voluntatis vſum exequuntur: nam (vt bene inquit D. Thomas) voluntas eſt, quæ mouet potẽtias animæ, vel membra corporis ad ſuos actus, vt intellectum ad intelligẽdum, & oculum ad videndum, & res exteriores, ſicut baculum ad percutiẽdũ: quamuis etenim (vt dixit) præſupponatur directio intellectus practici ad vſum voluntatis ipſius, tamen voluntatis volitio præſupponitur, vt imperans intellectui ſpeculari veritatem obiecti, & rerum naturas cognoſcere, & vt ſibi conſilium præbeat, quid probè, & iuſtè debeat velle, ac diligere: ſicut Rex, qui imperat Iuris Cõſultis, vt ipſum in veritatibus Iuris, & in Legum intelligentia inſtruant, ac dirigant: quorum tamen deinceps doctrina, ac conſilijs inſtructus, libere pro ſui arbitrij placito decernit, & imperat, quidquid vult: & non inconuenit voluntatem, & intellectum eſſe ſibi ad inuicem cauſas in diuerſo cauſarũ genere: intellectus enim eſt voluntatis cauſa in dirigendo: voluntas verò cauſat in intellectu per imperium libertatem. 11

Ex quo prouenit, quod voluntas, quando peccat, ideo peccat, quia non operatur cõformiter ad directionem intellectus: & intellectus, quando peccat, ideo peccat, quia vt ſubiacens imperio volũtatis, libere deuiat a directione, & regula rationis, quã ſæpe cognouerat eſſe rectã: ſi etenim voluntas non eſſet ab intellectu per directionẽ 12

 illuſtra-

illuſtrata, libera potentia non eſſet: quia ſine intellectus conſultatione nõ poteſt eſſe libertas, & ex conſequenti peccare non poſſet. Nec itẽ ſi intellectus voluntatis libertatem, vt potentia imperata, nõ haberet in ſe, proculdubio ob libertatis defectum impeccabilis eſſet: hæc igitur tria habentur in potentijs, & ſcilicet, dirigere, & mouere, & exequi. Primum competit intellectui practico. Secundum voluntati. Tertiũ potentiæ exequtiuæ: qua propter optime D. Thomas cõcludit, quod vti primo & principaliter eſt voluntatis, tanquã primi mouentis, rationis autem tanquã dirigentis, ſed aliarum, potentiarũ, tanquam exequentiũ, quę coparantur ad voluntatẽ, à qua applicantur ad agẽdum, ſicut inſtrumenta ad principale agẽs. Hactenus D. Thomas. Sicut igitur principale agẽs vti dicitur inſtrumẽtis: ſic volũtas vtitur alijs potentijs, aplicando illas, ad ſui operationẽ: & operatio illa eſt formaliter vſus, & ſic vti eſt propriè actus voluntatis.

13. Verũenim vero, quia hæc talis operatio non videtur ab electione diſtingui, quod intendebat Vazquez, eſt ſecundo pro intelligẽtia iſtorum actuũ voluntatis ſummopere obſeruandum plures actus voluntatis diſtinctos concedi à Phyloſophis moralib⁹, & Theologis. Nos autem vltra cęteros cũ Scoto alium actum neutrũ circa bonũ abſolutum cõcedimus, prout viſum eſt in textu primi articuli huius quæſtionis: & in ſuper ponimus delectationẽ diſtinctã à frutione, quæ non eſt actus, ſed paſsio conſequens ad actum fruitionis: quia vero actus hic neuter, nec circa finem, nec circa media verſatur, illo pro nũc ommiſſo, ad cæteros perueniendo, inueſtigandum eſt diſcrimen illorum.

§. 3.

Diuiditur act⁹ liber in plures ſpecies

14. Tamerſi ergo actus voluntatis ſit in ſe ſubſtantialiter vnus à voluntate elicitus, circa obiectum bonũ, quod formaliter reſpicit: ob non nullos tamen reſpectus, in quàm plurimos diuiditur: proptereaque varias liberorũ actuum ſpecies ſibi vendicat: connumerantur enim à Phyloſophis moralibus inter actus liberos, deſiderium, ſpes, intẽtio, electio, fruitio, vſus, propoſitum, atque imperium: quamuis enim imperium ſecũdum D. Thomã 1. 2. quæſt. 17. art. 1. eſſentialiter ſit actus rationis pręſuppoſito actu voluntatis: nihilominus ſecũdum D. Bonauenturã in 3. diſt. 17. art. 1. q. 1. cuius ſententiæ fauet Scotus in 2. diſt. 6. q. 1. & diſt. 38. q. 1. ad vltimum & in quodlibetis q. 17. & Henricus quodlibeto 9. quæſt. 7. & OKam in 3. q. 12. artic. 4. concl. 3. Almainus in tractat. 3. moralium c. 2. Angelus c. 1. moralium in 3. part. textus Corolatio 3. & plures alij, imperium eſt actus voluntatis formaliter, ſed connotat intellectus ordinem, & rationem: quidquid tamẽ de harum opinionum iudicio ſit tenendum, non eſt nunc noſtri muneris ventilare: ſed obiter adhærendo Doctori Seraphico, & ſubtili, affirmare, imperium formaliter eſſe actum voluntatis, inter eo que numerari.

D. Thom.

Imperium eſt actus voluntatis.

D. Bonau.

Scotus.

Henricus

OKam.

Almainus.

Angelus.

15. Horum ergo actuum differentia conſtare poterit ex ſinguli cuiuſque deſcriptione: quia tamen non nulli in alijs includuntur, recto ordine de ſimplicioribus videndum eſt, vt exinde differentiæ quaſi contrahentes actum liberum pateſiant. Eſt ergo deſiderium propriè loquendo actus appetitus rationalis (nempè voluntatis) importans ſimplicem motum in obiectum bonum, aliàs non habitum. Colligitur ex Diuo Thoma 1. 2. quæſtion. 30. artic. 1. ad 2. & quæſtion. 33. artic. 2. in corpore. Spes eſt actus voluntatis (ſeu vt quidam diffiniunt) eſt deſiderium de obiecto bono non habito arduo, & poſsibili, quod probabiliter creditur eſſe futurum: concordat cum diffinitione D. Thomę 2. 2. q. 17. at. 1. in corpore. Intẽtio eſt actus voluntatis finis conſequendi per media: ſic communiter omnes: ſed Scotus in 2. diſtin. 38. quæſtione vnica litera B. inquit, *intentio*

Quid ſit deſiderium.

Quid ſit ſpes.

Quid ſit intentio.

Quid ſit electio.

Quid ſit fruitio.

tentio dicit formaliter actum iſtum, quo tendit volũtas in finem. Electio eſt actus voluntatis mediorum ex voluntate finis, & conſultatione rationis prouenieńs: colligitur ex Scoto in 3. diſtin. 36. quæſtione vnica litera I. Fruitio eſt actus voluntatis, quo quis amore adhęret alicui bono propter ſe ipſum: ſic diffinit D. Auguſtinus lib. 1. de Doctrina Chriſtiana cap. 1. quem ſequitur Scot⁹ in textu primi articuli. Vſus eſt actus voluntatis, quo quis vtitur bonis propter optati finis fruitionem conſequendam, ſeu eſt actus volendi bonum propter aliud, vt habetur in textu. Propoſitum ſumitur ab Ariſtotele 6. Ethicorum capit. 9. & 12. & 13. pro actu voluntatis efficaci: & idem eſt quod intentio: eſt enim actus voluntatis efficax finis nõ habiti. De imperio verò, qui eſt ſub lite, an ſit act⁹ voluntatis, nec ne? & nihil ad præſentem difficultatem conducit, nihil de illo determinate concludimus.

Quid ſit vſus.

Quid ſit propoſitum

16. Iam ergo prædictorum actuum differentias ex aſsignatis deſcriptionibus inueſtigare licebit, ne confundantur adinuicem: & quidem in primis hæc tria, ſcilicet, deſiderium, ſpes, & intentio in hoc vno cõueniunt, quod eſt ferri in obiectum, non dum habitum, & ideo importanr carentiam conſequutionis obiecti: quia nemo deſiderat, quod iam habet: nec ſperat, quod poſsidet: nec intendit finẽ, quo fruitur. differunt tamen, quia deſiderium etiam impoſsibilium eſſe poteſt: non vero ſpes, neque intentio: nam, vt docet Scotus in 2. diſtin. 6. quæſtion. 1. litera A. §. *Reſpondeo*, actus volendi ſub conditione, ſeu volitio complacentis de obiecto impoſsibili eſſe poteſt, vt ſi infirmus in vltimo agone iam deſperans ſanitatem, ſanitatem ſibi nihilominus appetat, vel forſan quis naturam Angelicam ſibi vellet. Vnde inquit Doctor, quod qui ſperat ſanitatem ſibi poſsibilem, reſpectu eius habet volitionem efficacem, & imperatiuam medijs inducentibus ſanitatem: ſed deſperans vult volitione complacentiæ, aut ſub conditionẽ: Ac ſi diceret, ſi hoc mihi eſſet poſsibile, illud efficaciter appeterem: imò etiam ſi mihi impoſsibile ſit, in eius bonitatem mihi complaceo: & ideo non vult illud volitione efficaci, nec quærit media inducentia ſanitatem: quia non exiſtimat illam ſibi poſſe adquiri: vnde ſic concludit Doctor. *Ergo iſta volitio ſecunda, quæ eſt ſolum complacentiæ poteſt eſſe impoſsibilium: & hoc ſufficit ad meritum, & demeritum, quia & ſi ſit impoſsibile: tamen poteſt conſentire illi pleno conſenſu: & iſta volitione potuit Angelus appetere æqualitatem diuinam.*

Deſideriũ etiã eſt impoſsibiliũ.

17. Iam video Cayetanum contra Scotum circa hoc inſurgentem 1. part. quæſtin. 63. artic. 3. Sed quia hæc non ſunt propria huius loci, pro nunc litigium cum Cayetano ommitto. Modo verò vltra hanc aſsignatam differentiam inter hos actus liberos: differunt quoque, quia ſpes dicit efficacem actum voluntatis: deſiderium verò non ſolum efficacem, ſed etiam inefficacem amplectitur: deſiderat etenim ſæpe voluntas illud, quod numquam ſperat conſequi: item quia ſpes eſt de obiecto arduo, id eſt difficili: & ex hoc notauit Vazquez 1. 2. diſput. 4. capit. 2. quod habent ſe ſpes, & deſiderium ſicut ſuperius, & inferius: ita vt omnis ſpes ſit deſiderium, non verò è contra: ſed forſan melius diceret, quod habent ſe, ſicut includens, & incluſum: quamuis enim in recto ſpes non ſit deſiderium: ipſum tamen in obliquo includit: quia licet ſperare formaliter non ſit deſiderare: deſideriũ attamen illius, quod ſperat, ſupponit, & forſan illud ſicut cõtritio charitatẽ includit: quia & ſi ſperare formaliter nõ ſit deſiderare: eſt tamen ſperare deſideratum obiectum: quod idem Vazquez infra fateri videtur, dum ait, quod ſpes & deſiderium ſimplex ſunt duæ ſpecies diuerſæ: vnam autem ſpeciem in recto prædicari de alia ſibi oppoſita, aut diuerſa, in bona Phyloſophia admitti non poteſt: includit igitur ſpes deſiderium, quatenus ſaltem obiectum, quod ſperat, deſideratum eſſe ſupponit.

Differentia inter ſpem & deſiderium.

18. Ruſus cũ dicitur: ſpẽ eſſe d obiecto

ardno, & difficili, quid per arduum & difficile debeat intelligi? non æquè in modo loquendi Doctores conueniũt: ſed ne in hoc parui ponderis immoremur, eſt breuiter obſeruanda illa regula Pauli Oroſij in Appologia de libero arbitrio, prout notauit Vazquez, vbi hoc punctum faciliimè reſoluit dicens, quod *ſperare non eſt poſsibilitatis propriæ: ſed largitatis alienæ*: non igitur obiecti arduitas, aut difficultas in rei magnitudine conſiſtit: ſtat etenim res magnas ſimpliciter, quęque deſiderare, ſine eo quod ipſas ſperet, & alias quantumuis minimas ſperare: qui enim in mortis agone vitam deſiderat, rem quippe magnam deſiderat: quam tamen ſe conſequi non ſperat. Qui ſperat ſerui abſentis regreſſum, rem minimam ſperat: arduam tamen, quia ex alterius voluntate dependet: hæc igitur ratio ardui, & difficilis eſt, quæ diſtinguit ſpem à deſiderio: non quidē quod non contingat etiam quelibet deſiderare rem difficilem, quæ ex alterius voluntate dependet: ſed quia hoc neceſſario requiritur ad rationē ſpei, non verò ad rationem deſiderij: ſpes enim eſt tantum de re difficili: deſiderium verò etiam de re non difficili eſſe poteſt.

Paul. Oroſ.

In quo conſiſtat ſpem eſſe de obiecto arduo.

19 Inquires tamen aliam nouam differentiam inter ſpem, & deſiderium rei difficilis: ſi enim deſiderium eſt obiecti ardui, & difficilis, vel ſaltim poteſt eſſe, quod ex alterius pendeat voluntate: nihil ſibi profecto videtur deficere ad rationem ſpei: noua igitur differentia aſsignari debet inter deſiderium, & ſpem: nam alias nō duplex, ſed vnicus actus voluntatis erit. Ad hoc reſpondeo, quod volitio hæc rei difficilis non eſt præciſè loquendo, ſpes, niſi illud, quod voluntas vult, probabiliter credatur, eſſe futurum: ſi enim hęc credulitas deficiat: ceſſat in illa volitione ratio ſpei, & remanet quoddam ſimplex deſiderium. Vnde ſpes eſt volitio de re non habita poſsibili, quę ex alterius voluntate creditur eſſe futura: vtrumque ergo requiritur ad rationem ſpei, ſcilicet, quod ſit de obiecto difficili pēdēte ex alterius voluntate, & quod credatur eſſe futurum. Ex quo infertur, quod de re, quæ ex noſtra voluntate creditur eſſe futura, quatenus nobis futura eſt, non poteſt dari ſpes: ſed eſt deſiderium etiā ſi res illa deſiderata magni pōderis in ſe, & in nobis difficilis ſit. Quia deficit ſibi illa ratio ardui, quæ (vt expoſitum eſt) conſiſtit in dependentia ab alterius voluntate. Denique in hoc conueniunt deſiderium, & ſpes, quod vtrumque poteſt eſſe, tā de bono, quod eſt finis, quam de bono, quod eſt medium, abſtrahit enim à ratione finis, & medij.

His ergo de ſpe, & deſiderio breuiter peractis, ad alios quatuor actus voluntatis perueniēs (propoſitum enim, vt dixi, non auget numerum, ſed eſt idem, quod intētio) intentio cum electione, & fruitio cum vſu relatiuè opponuntur: intentio enim reſpicit finem conſequendum per media electa: electio verò reſpicit media, quibus conſequendus eſt finis intentus. Rurſus fruitio reſpicit finem tanquam vltimum bonum, ad quod ſunt ordinata cætera bona, quibus voluntas vtitur: vſus verò reſpicit ea bona, quibus voluntas conſequitur illius vltimi boni, quod eſt vltimus, finis, fruitionē. Eſſe igitur intentionem, ſpem, ſeu deſiderium finis conſequendi per media: electionem autem eſſe ſpem, aut deſiderium medij ex voluntate finis, & conſultatione prouenientem, tenet Vazquez vbi ſupra cap. 2. & diſp. 41. hos tamen, & cæteros volūtatis actus nullatenus poſſe ſe adinuicem in recto includi, ſupraposita ratio oſtendit: quia, ſcilicet, vna ſpecies attoma alterā diuerſam non poteſt includere; & ideo breuiter ſupponendo, omnes dictos actus voluntatis ſpecie differre; intentionem quidem, deſiderium, ſeu ſpem non in recto, ſed in obliquo includere, libenter admitto. 20

Intētio & electio relatiuè opponuntur, ſicut fruitio & vſus.

Dico ergo intentionē differre à deſiderio, & ſpe, tū penes obiectū: quia ſpes & deſiderium, tam finem, quam medium reſpicere poſſunt: intentio autem neceſſario fertur in finem: tū etiam ex parte actus ipſius: quoniam deſiderium ſimplex non ſemper proponit conſequi bonum, quod reſpicit 21

vt de

vt de ſe patet: alias enim ſemper efficax eſſet: nec ſpes ducit in electioné mediorum, ſicut intentio: quia cum ex alterius voluntate dependeat, interdum continget voluntatem ſperare illud, ad ꝙ ſibi per propriã electionem mediorum additus eſſe non poſſit: de quibus patent exempla.

22. Ex his infero, quod etiam ſi ſpes ſit de fine, non propterea erit intentio: quia intentio includit ordinem ſaltim in confuſſo ad media eligenda, non tamen ſpes. Vnde cum Durando in 2. diſtin. 28. quæſtion. 2. notauit Cayetanus 1. 2. quæſt. 12. artic. 1. triplicẽ eſſe actum voluntatis verſantis circa finem, videlicet fruitionem, intentionem, & ſimplicem voluntatẽ. Primus etenim circa finem adeptũ verſatur. Secundus circa finem obtinendũ per media. Tertius tandem circa finem abſolute abſtrahendo à medijs, quibus conſequi debet: hunc ergo tertium actum, deſiderium, aut ſpem eſſe non dubito.

Durand.

Cayetanus

23. Electionem itaque circa media in ordine ad finem verſari ſatis conſtat: nec circa electionis quidditatem, nũc nobis ſupereſt immorandum: ſed qualiter ſit actus voluntatis ab vſu diuerſus, noſtra refert oſtendere: nam eodem modo, ſeruata tamen proportione, comparatur vſus ad electionem, quo fruitio ad intentionem. nam ſicut eundem finem iſtæ reſpiciunt: ſic de eiſdem medijs illa pertractant. Vnde non minus differt electio ab vſu, quã à fruitione intentio: ſicut etenim, non eo quod voluntas finem intendit, fruitur ipſo: ſic non eo quod media eligit, vtitur illis: nam intentio, & electio ſunt actus (vt ita loquar) intẽtionales: frutio vero, & vſus ſunt actus reales, hoc eſt realiter exequẽtes. Hui⁹ inſtar modi quaſi loquitur Diuus Thomas 1. 2. queſtion. 16. artic. 4. in corpore, dum ponit duplicem habitudinem voluntatis ad volitum, primam, ſcilicet, quæ eſt in volente, per quandam proportionem, & ſub hac ſunt intentio, & electio: ſecunda vero realis, qua realiter adquiritur finis per media: & ſub hac ſunt vſus, & fruitio.

D. Thom.

24. Hæc quidem hoc manifeſtãtur exẽplo: voluntas intendit gloriam conſequi: ecce intentio vltimi finis: deinde eligit Religionem ingredi, tanquam medium ordinatiſsimum ad talem finem: ecce electio mediorum: poſtea vtitur hoc medio, quod elegerat, realiter, & in exequutione ingrediendo Religionem: ecce vſus mediorum. Denique in Religione perſeuerans poſt obitum gloriã conſequitur fruendo Deo: ecce fruitio vltimi finis, qua perfectè poſsidet finem intentum: hos igitur quatuor actus voluntatis, luce clarius conſtat eſſe diuerſos. De primo & vltimo patet; de electione autem & vſu, inquit Vazquez, illum actum exequutionis, quo realiter ille Religionem ingreditur, non eſſe imperatum ab aliquo nouo actu voluntatis, ſed ab illo eodem actu, quo eligit tale medium; & ſic (inquit ille) vſus non eſt actus voluntatis ab electione diſtinctus. Sed profecto ineptè dicet, qui hunc modum dicẽndi elegerit: quoniam, vt hoc euidenter demonſtrem, à Vaſquio quæro, an ille talis, qui elegit ingreſſum Religionis tanquam medium ad gloriam, poſsit deponere illum actum, & Religionem de facto non ingredi, poſtquam eius ingreſſum elegit, aut non? Hoc ſecundum non dices, quia tunc voluntas hominis eſſet inflexibilis. Si primum aſſeras, rurſus mihi reſpõde: vt igitur iſte de facto Religionem ingrediatur: aut indiget nouo actu voluntatis diſtincto ab illo, quo tale medium elegerat, vel non? Nec etiam hoc ſecundum dicere poteris: quia tunc concederes potentiam exequtiuam ſine voluntatis motione libere operari, quod eſt abſurdum: hoc tamen ſequi probatur, ſiquidem iam illum actum voluntatis, qui dicitur electio, ceſſaſſe ſupponimus. Et præterea, quia ſi ex vi illius actus, qui eſt electio, exequeretur Religionis ingreſſum, tali actu manente, non poſſet non ſequi huiuſmodi Religionis ingreſſus: & tunc iterum, ſicut antea oſtendi, ſequitur volũtatem inflexibilem eſſe: ſi ergo indiget nouo actu voluntatis diſtincto ab electione illa, quæ ceſſauit: tunc vel iſte alius actus eſt illius naturæ cum illo, vel eſt

Oſtenditur contra Vaſquiũ vſum ab electione diſtingui.

diſtinctæ naturæ,& ſpeciei. Primũ dici non poteſt: quia idem inuariatum in quantum idem,ſemper natũ eſt facere idẽ: ergo ſicut illa prima electio non fuit ſufficiens ponere in actu reali ingreſſum illum Religionis: ſic nec ſecunda,ſi nõ variatur eius natura, & ratio formalis,poterit illud: ergo neceſſario debes dicera illum nouum actum eſſe,ratione formali,& natura diſtinctum ab actu electionis. Hunc ergo actum voluntatis ſpecie,& natura diſtinctum ab electione, quo ille talis Religionẽ ingreditur, vſum vocam⁹: & ita dantur in volũtate duo actus ſpecie diſtincti circa media, qui ſunt electio,& vſus,ſicut dantur alij duo circa finem,qui ſunt intentio,& fruitio.

§.4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis, & reſpondetur argumentis primæ ſententiæ.

25. 1. concluſ. HIS præhabitis, difficultatẽ cõcludendo, dico primo vſum proprie,& formaliter eſſe actum voluntatis. Cõcluſio eſt expreſſa Scoti,& D. Thomę vt in litera patuit, & communiter ab omnibus recepta, & probatur primo

D. Auguſ. teſtimonijs D. Auguſt. lib. 10. de Trinitate c. 11. tom. 3. vbi ait,quod *vti eſt aſſumere aliquid in facultatem volũtatis:* & lib. 83. quæſtionum q. 30 inquit: *propriũ eſſe creaturæ rationalis vti re aliqua: quia rationalis natura ſolum poteſt referre rem aliquam propter finem: & velle vnũ propter aliud*: quibus verbis ſatis oſtendit ſanctus Doctor vſum formaliter eſſe actum voluntatis.

26. Secundo probatur ratione, quoniam vſus cuiuslibet rei importat applicationem rei illius ad aliquam operationem: ita vt operatio illa, ad quam applicamus rem aliquam, dicatur vſus: ſed applicatio cuiuslibet rei ad operationem, non eſt niſi à voluntate: ergo vſus proprie, & formaliter eſt actus voluntatis. Maior eſt D. Thomę,& recepta à Vaſquio, qui ſolus hãc concluſionem negauit: minorem vero ſic ex eodem D. Thoma oſtẽdo cõtra illum, quia manifeſtum eſt, quod res exteriores non applicantur ad aliquam operationem, niſi per principia intrinſeca, quæ ſunt potentiæ animę, aut habitus potentiarum, aut organa, quæ ſunt corporis membra: ſed voluntas eſt, quæ mouet potẽtias animæ ad ſuos actus: & hoc eſt applicare eas ad operationem: ergo applicatio cuiuslibet rei ad operationem, non eſt niſi à voluntate.

Dico ſecundo, vſum primo, & per ſe non poſſe eſſe actum alicuius potẽ- 27.
tiæ exterioris. Concluſio hæc perſpi- 2. concluſ.
cua eſt ex notatis ſupra. Et probatur: quoniam aliàs potentia exterior primo & ex ſe libera eſſet: ſiquidem actũ liberum circa obiectum formaliter bonum eliceret: mediũ enim, circa quod vſus verſatur, bonum formaliter eſt. Ex qua probatione etiam concluditur vſum nullatenus primo, & per ſe poſſe formaliter eſſe actum intellectus.

Dico tertio, vſum eſſe actum volũ-
tatis diſtinctum ſpecie à deſiderio, ſpe 28.
intentione, & fruitione. Concluſio 3. concluſ.
hæc eſt manifeſta & certa apud omnes, quæ patet ex ſupra notatis: nam licet prædicti act⁹ ſint voluntatis, ſicut & vſus: lata tamẽ eſt differẽtia inter eos: nã differũt, quia ſpes, & deſideriũ reſpiciunt bonum vt cũque, abſtrahẽdo à ratione finis & medij. Item intentio, & fruitio formaliter non bonum vtcumque, ſed bonum vt finem, reſpiciunt: vſus verò non bonum vtcumque, nec bonum vt finem, ſed bonum ſecundum formalem rationem medij reſpicit: ita quod deficiente ratione medij in bono, quod reſpicit vſus: vſum quoque deficere neceſſum eſt.

Dico quarto, vſum eſſe actum formaliter & ſpecie diſtinctũ ab electio- 29.
ne, & actione exteriori. Cõcluſio hęc 4. concluſ.
ſtatuitur contra Vaſquium, & eſt (illo excepto) apud omnes communis: quam ex ipſius verbis Diui Damaſce-
ni, quæ in ſuæ ſententię fauorem addu- D. Damaſ.
cit, oſtẽdo, vt illum ſuomet gladio iugulem. Hæc enim ſunt verba Damaſceni, *Denium poſt electionem ad actionem ſe confert, & dicitur impetus: deinceps in*

ſua

ſua actione verſatur, eaque vtitur, & tunc vſus appellatur. Quid clarius ſanctus iſte Doctor potuit noſtram concluſionem probare? profecto ſi attente legerit Vazquez, alijs ad ſuæ ſententiæ defenſionem armis muniretur: hæc ſiquidem contra ipſum concludunt: nam poſt quam ibi Damaſcenus de electione loquitur, tanquam de re diſtincta loquendo, vſum deſcribit: & ait eſſe imperum voluntatis, *qui in ipſa actione verſatur, eaque vtitur, & tune vſus appellatur*.

30 Tria ergo hic ponit Damaſcenus, primo videlicet electionem: & poſt illam impetum, quo ſe confert voluntas ad actionem, & ipſam actionem exteriorem. De primo conſtat ſecundum ipſum, non eſſe vſum: quia inquit: *poſt electionem*, vbi vſum ab electione diſtinguit. De tertio quoque idẽ manifeſtatur: ait enim quod *in ipſa actione verſatur, eaque vtitur*. Et quidem vſus non vtitur ſe ipſo, ſed inſtrumento: ſi ergo actio exterior eſt, qua vtitur vſus: proculdubio actio ipſa vſus eſſe non poteſt: ſed talis actio exterior eſt, veluti inſtrumentum, quo vtitur vſus: illud ergo ſecundum, nempè *impetus* ille voluntatis ab electione diſtinctus, quo volũtas fertur in actionẽ, & vtitur illis, eſt formaliter vſus: & ideo vſus formaliter, & ſpecie diſtinguitur ab electione, & ab actione exteriori: quib⁹ & ex ſupra notatis n. 24. ſufficienter manet hæc concluſio confirmata.

31 *ad argumẽtum primũ Vaſquij.* Ad argumenta tamen, quæ pro parte contraria machinãtur, faciliime reſpondetur: in primis enim illud teſtimonium Damaſceni, quo Vazquez ſuam opinionem muniebat, retorquẽdo ad noſtræ ſententiæ probationem, & confutationem illius nuper expoſuimus.

32 *Ad 2.* Ad ſecundum, quod aſſumit de motu brutorũ, admiſſo, quod bruta nõ non affectu appetitus moueantur, ſicut Vazquez ſupponit (quod nunc nõ diſputo) dico nihil ex hoc ad propoſitũ concludi: quia vſus eſt applicare aliquod principium actionis ad actionẽ: applicare autem aliquid ad alterum, non eſt niſi, eius; quod habet ſuper illud arbitrium: quod non eſt niſi eius, qui ſcit referre aliquid in alterũ. Ex quibus D. Thomas concludit in art. 2. vſum nequaquã brutis poſſe competere: fuitle ergo argumentũ ſumi poteſt ex brutorum affectu ad hominis vſum, qui eſſentialiter libertatem, & applicationem importat: ſi enim hæc talis applicatio brutis conuenire non poteſt, quis nam alius ſecũdus motus appetitus, qui ſit hęc libera applicatio inueſtigatur in brutis? & ſi hæc applicatio in illis inueſtiganda non eſt: quare ex negatione illius arguitur ad negationem applicationis liberæ, quæ reperitur in natura rationali, quæ vſus vocatur?

Ad tertium Auguſtini reſpõdet D. Thomas art. 1. ſolutione ad primũ, ꝙ referre eſt intellectus, voluntatis verò eſt tendere in id, ꝙ eſt in aliud relatũ per intellectũ: voluntas enim non refert: ſed ſuppoſita relatione facta per intellectũ ordinãdo inter bonũ, & bonũ, vnũ ad aliud, vnũ diligit propter ſe, & aliud propter alterũ: ſufficiẽter profecto ei at hoc argumentũ ſolutũ à D. Thoma. Atqui Scotus, vt cõſtat ex litera textuali art. 1. huius quæſtionis in corpore, vlterius pergit, & concedit etiã voluntati eſſe potentiã diſtinctiuã, & comparatiuã vnius ad alterũ. Hæc enim aſſerit, ponendo differentiam inter intellectũ, & voluntatem: *hi autem huiuſmodi aſſenſus non ſunt diſtincti ex diſtinctione obiectorum: ſed ex diſtincto actu potẽtiæ liberæ, ſic, vel ſic acceptãtis obiectum eius: Quia in poteſtate eius eſt ſic, vel ſic agere, referendo, vel non referendo: & ideo non correſpõdent iſtis actibus propria obiecta diſtincta: ſed quodeum que bonum volibile poteſt voluntas habere obiectum ſecundum hunc actum, vel ſecundum illum*. Et pluribus alijs in locis voluntatẽ potentiã collatiuã eſſe oſtendit, vt patet de porrigente eleemoſynã pauperi propter Deũ, vbi voluntas comparat pauperem Deo, de quo alibi latius agemus. Si ergo voluntas potentia diſtinctiua, & comparatiua eſt, optime cum deſcriptione D. Auguſtini compoſsibile eſt, toto rigore literæ ſeruato, vſum formaliter eſſe actum voluntatis; 33 *Ad 3. arg.* *D. Thom. Scotus.*

34. *Ad 4. arg.* Ad quartum reſpondeo, quod intellectus etiam ſpeculatiuus ſubiacet imperio voluntatis, ſicut reliquæ potentiæ executiuæ: ac ideo ſtat, voluntatem vti intellectu, ſicut vtitur illis imperando ei, vt iudicet ea, quæ hominibus data ſunt: adhoc enim iudicium applicatur intellectus à voluntate; & hæc applicatio eſt formaliter vſus, ſicut applicatio, qua voluntas applicat quamcumque potentiam executiuam ad ſuum opus, eſt vſus: ſolutio hæc eſt de mente Scoti, & cõformis Diuo Thomæ ſolutione ad 3. quæ ſatis patet ex ſupra dictis num. 11. & 12.

DIFFICVLTAS XXXVIII.

Vtrùm fruitio ſit operatio voluntatis in ſe delectationem includens?

§. I.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum quatuor ſententijs circa illam.

1. TAMETSI difficultatem iſtã plures ex Scholaſticis non tetigerint: quinimo, & qui eius limina ſalutauerint, tanquam meram quęſtionem de nomine parui duxerint: eſt nihilominus non minima ſpeculatione digna: non etenim, vt Cayetanus exiſtimat, accommodationem ſolum vocis inueſtigat, ſed rerum ipſarum ſubtiliter ſcrutatur naturas: ſi namque ſumma intellectualis naturę fælicitas in fruitione conſiſtit, & beati Deo fruendo beatifice delectãtur, cur rogo, non inueſtigabit Theologus, an delectatio ſit eadem formaliter operatio cum fruitione: an vero quid à fruitione diſtinctum? nõ enim hic laborare intendimus, circa proprietatem vocabuli, an, ſcilicet, iſti, vel alteri operationi conueniat: ſed habita ratione illius operationis voluntatis, quæ eſt perfecta, & vera fruitio: ventilandum eſt, an hæc talis operatio, quæ eſt formaliter fruitio (in qua, vt oſtendimus ſuo loco, noſtra beatitudo conſiſtit) in ſuo formali conceptu, aut ſaltem realiter delectationem includat?

Circa quam difficultatem variæ ſunt Scholaſticorum ſententiæ. Tres enim antiquas refert Doctor in textu articuli ſecundi, quarum prior tenet fruitionem competere ſolum actui perfecto volũtatis, qui eſt amor: ſecunda vero inquit tantum eſſe delectationẽ: tertia, vtrumque ſimul includit, ſicque fruitionem, delectationem, & amorem includere arbitratur. Huiuſmodi veteres opiniones ſuſcitatæ ſunt à recentioribus, ita vt Cayetanus 1. 2. quæſtion. 11. art. 1. Conradus ibidem, & alij Thomiſtæ, quibus adhærere videtur Vazquez in annotationibus ad literã dicti articuli, aſſerant fruitionem formaliter ſolum ſupponere pro delectatione, cõnotatiuè tamen, ſeu cauſatiuè etiam amorem dicere. Quam ſententiam dicunt eſſe Diui Thomæ: illam probat Cayetanus duobus locis ſacræ Scripturæ: nam Prouerbiorum cap. 1. in illis verbis, *veni, fruamur cupitis amplexibus*, non inuitamur quidem ad amandum, ſed ad delectationem percipiẽdam. Et quando Paulus ad Philemonem dicit, *Ego te fruar in Domino*, non indicat dicere, ego te amabo, ſed ego de te delectabor in Domino: ergo delectatio eſt vera fruitio, non vero dilectio, ſeu amor. 2.

1. ſententia Cayetani, & aliorum Conradus Vazquez.

Secundo ſic ratione probatur: quoniam qui fruitur bono, poſſidet ipſum: ſed non poſſidetur bonum, niſi per delectationem: quia frui importando delectationem denotat rem, qua fruimur, à nobis poſſideri: ergo &c. 3.

Alphonſus autem à Toleto in 1. diſtinct. 1. quæſt. 3. art. 1. & 2. aſſerit fruitionem inſimul importare amorem, & delectationem de eodem obiecto. Quæ ſententia ſuadetur in textu argumento illo Diui Auguſtini de ſumpto 4.

2. ſententia Alphonſi Toletani.

ſumpto ex diffinitione illa de frui, lib 10. de Trinitat. cap. 10. vel 23. vbi inquit: *Fruimur enim cognitis, in quibus voluntas ipſis per ipſa delectata conquieſcit*: ad actum enim amoris pertinet illud *fruimur cognitis*: quia actui voluntatis præſupponitur actus intellectus in obiectum cognitum: ſed poſtea ſubdit *in quibus voluntas &c.* ergo diffinitionem fruitionis intrat vtrumque, amor, ſcilicet, & delectatio, & fruitio pro vtroque ſupponit: hanc tamen ſententiam reiicit Doctor; quia vnum ens per aggregationem nequit in bona Phyloſophia diffiniri.

5. 1. ſent. D. Thomæ. Diuus autem Thomas, cognoſcens inconueniens repertum in diffinitione vnius aggregati, & difficultatem primo aſsignando, an amori, an vero delectationi ratio fruendi conueniat? nihil aſſertiue determinans, concludit vnum, vel alterum eſſe fruitionem, dum inquit 1. 2. quæſt. 11. art. 1. in corpore. *Vnde fruitio pertinere videtur ad amorem, vel delectationem, quam aliquis habet de vltimo expectato, quod eſt finis.* Sed re vera loquendo de fruitione beatorum, illam cum delectatione cõmiſcet: ita vt de delectatione, ſicut de fruitione loquatur, dum quæſtion. 4. art. 2. quærit, verum in beatitudine ſit principalior viſio quam delectatio, id eſt, fruitio.

4. ſēt. Scoti. Sotus vero in 4. diſtinct. 49. art. 4. etiam ſi rationabiliter fateatur fruitionem, non delectationem, ſed actum amoris eſſe, peregrinus eſt attamen in excogitando nouo dilectionis modo: inquit enim viſionem illam claram Dei ab intellectu elicitam eſſe fruitionem Dei, non vtcumque: ſed quatenus volita eſt. Sententia hæc

Durandus. forſan non diſcedit à ſententia Durandi in 1. diſt. 1. quæſt. 2. qui dixit fruitionem in patria proxime eſſe de viſione beata, remote autem de Deo. Conſtituit itaque Sotus fruitionem eſſe viſionem, prout ſubeſt volitioni, & ex conſequenti videtur tenere fruitionem eſſe actum voluntatis elicitum, qui eſt amor, huius tamen actus immediatum obiectum non eſſe Deum ipſum, ſed eius claram viſionem; ſic quod voluntas diligens viſionem beatam, fruitur Deo, vel ipſa viſio beata, in quantum volita, eſt fruitio. Hanc ſuam ſententiam probat Sotus, ex eo quod frui dicitur aliquis re, quam poſsidet, quando illam conuertit in ſui vtilitatem, etiam ſi de vſu illius non gaudeat: ergo fruitio non eſt delectatio, ſed poſſeſsio, & illius fructus perceptio: viſio autem Dei eſt poſſeſsio, & perceptio Dei, & non delectatio: ergo ipſa viſio Dei, vt volita eſt fruitio.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia & eius fundamenta explanantur.

IN oppoſitum autem eſt litera textualis in primo articul. huius quæſtionis in fine corporis articuli, vbi Doctor ſubtilis hæc profert. *Habemus igitur ad propoſitum quatuor diſtincta, actum imperfectum volendi bonum propter aliud, qui vocatur vſus: & actum perfectum volendi bonum propter ſe, qui vocatur fruitio; & actum neutrum: & delectationem ſequentem actum:* et in fine corporis ſecundi articuli inquit: *ſed de vocabuli ſignificato non eſt contendendum: res autem conſtat, quod voluntas habet triplicem actum, & quartum, puta paſsionem conſequentem &c. Et patet, quod duobus actibus nullo modo conuenit hoc nomen frui, ſed pro altero aliorum duorum: & pro ambobus ſimul videntur aliqui vti: & tunc erit nomen æquiuocum.* Duo igitur aſſerit hæc ſententia Scoti: primum eſt, delectationem non eſſe operationem, ſeu actum, ſed paſsionem: ſecundum vero, fruitionem non includere in ſe delectationem, ſed eſſe duo diſtincta, hancque ad illam cõſequi. Circa vtrumque punctum ſequuntur Doctorem Baſſolis in 1. diſt. 1. q. 5. 7.

Baſſolis 1. 5.

Rubionis. Maironis. Tatharet. Lychet. D. Bonau. Ricard. OKam. Aureol. Gabriel.

2.§.*ſed dico* Guillelmus Rubionis ibidem art.1.Maironis q.3. Tataretus q.3.§.*ſed quid dicemus nos*, licet in art.2. hoc reſtringat ad fruitionem viæ, quã inquit realiter diſtingui à delectatione, non verò id de fruitione patriæ intelligat: ſed Lychetus de omni fruitione Doctorem ſequitur ibidem §. *de 2.art.principali*. Faber ibidem cap.3.& reliqui omnes Scotiſtæ: tenuerat hãc ſentent.Seraph.P.N.D. Bonauentura in primo diſt.1.art.1.quæſt.4. Ricardus artic.2. quæſt.1. egregie defendit OKam in 1.diſt.1.quæſt.3.& concludit art.1.contra Aureolum, qui ponebat omnem actum voluntatis, vel eſſe deſiderium, vel delectationem: ſequitur Gabriel in 1 diſtin.1. & plures alij ex Nominalibus,& ex aliorum Theologorum claſsibus.

Cayetanus

8. In primo autem puncto, quod eſt delectationem nõ eſſe actum, ſed paſſionem, tenet Cayetanus loco citato: qui cum teneat, fruitionem eſſe formaliter delectationem: ſic de ea loquitur: vnde ex hoc non habetur, quod ſignificet actum: ſed ſtat: quod ſignificet paſsionem, per modum paſsionis, & verè ſic eſt: hæc Cayetanus. Delectationem autem ad fruitionem conſequi, videtur tenuiſſe D. Thomas 1.2. quæſt.4.art.1.in corpore, dum inquit. *Delectatio enim cauſatur ex hoc, quod appetitus requieſcit in bono adepto*: ergo ad delectationem præſupponitur actus voluntatis, quo appetitus requieſcit in bono adepto, qui actus non poteſt eſſe aliud, quam fruitio. Sed re benè inſpecta, vt ex contextu ſolutionum argumentorum colligitur, ibi comparat fruitionem ad viſionem: & cum teneat beatitudinem in viſione conſiſtere, inquit, quod in ea requieſcit appetitus,& ex ea cauſatur fruitio, quã vocat delectationem.

D.Thomas

9. Propter explanandam difficultatem iſtam ſunt inueſtiganda duo: vnũ videlicet, an fruitio ſit delectatio? aliud verò, an delectatio ſit operatio, an autem paſsio? ex hoc etenim, quod concludatur delectationem paſsionem formaliter eſſe: ingens argumentum erit contra aduerſarios (dempto Cayetano) probando nequaquam fruitionem eſſe: ſiquidem fruitio in actu,& operatione conſiſtit. Delectationem igitur operationem, & actum, non verò paſsionem eſſe, dixerunt Doctores quàm plurimi,& preſertim omnes, qui tenent idem eſſe cum fruitione, dempto (vt dixi) Cayetano, qui falſo pro oppoſita ſententia citatur à Vaſquio 1.2. diſputatione 14. citatur enim ab eo in quæſtion.31.artic.4. eiuſdem 1.2. ſed ibi reuera & in exordio ſui Commentarij Scoti ſubtilitatem fatetur dicens, quod Scotica ſubtilitas diſcutienda occurrit: & ſequentes quatuor concluſiones ponit his verbis. Primo dico, quod tã delectatio, quã triſtitia eſt à volũtate & in volũtate. Secũdo, quod delectatio propriè loquẽdo nõ eſt velle, nec triſtitia nolle. Tertio, quod, tam delectatio, quam triſtitia eſt à voluntate vt natura. Quarto, quod delectatio, & triſtitia habent magis rationem paſsionis in voluntate, quam amor & odium. Hactenus Cayetanus, cuius verba fideliter refero, vt fidelitas prędictę allegationis a Vazquio cognoſcatur. Ex quibus quatuor concluſionibus ſola tertia, quoddãmodo videtur diſcrepare ab Scoti ſubtilitate (vt vtar verbis Cayetani) quatenus Scotus ponit omnẽ affectũ voluntatis liberum eſſe, ita vt etiam beatam fruitionem libere elicitã eſſe à beatis defendat, vt patebit infra in difficultate ſequenti. Ex quo videbatur ſequi idem de delectatione, cum ſupponatur eſſe à voluntate.

Quatuor cõcluſiones Cayetani conformes Scoticæ doctrinæ.

Verùm re bene inſpecta in illa tertia concluſione Cayetanus Scoto cõſentit: quamuis enim de actu amoris, qui eſt fruitio, prędictam libertatem etiam in beatis fateatur, delectationem nihilominus, quæ ad ipſum actum amoris conſequitur, non liberam, ſed neceſſariam eſſe,& per naturalem ſequelam conſequi ad fruitionem affirmat: dum inquit in 3. diſtin. 15. queſtione vnica ſub litera B. *quæ perfectio dicitur delectatio: quæ quia non eſt in poteſtate paſsiui, in præſentia agentis, dicitur eſſe paſsio*. Vnde delectatio potius eſt à voluntate, non vt libera, ſed vt natura. 10

Pro plena igitur, & perſpicua hu- 11

ius diffi-

quatuor deſcriptiones fruitionis traditæ à D. Aug.

ius difficultatis reſolutione maxime obſeruare oportet fruitionis varias fuiſſe deſcriptiones traditas à Diuo Auguſtino: ex quibus forſan duxerunt originem tres illæ opiniones circa initium huius difficultatis à Doctore relatæ: nam libr. 11. de ciuitate Dei cap. 25. inquit, quod *ea re frui dicimur, qua nos non ad aliud referenda, per ſe ipſam delectat.* Ex qua videtur colligi fruitionem non quidem aliud formaliter importare, quam delectationem. In idem facere videtur alia deſcriptio eiuſdem Diui Auguſtini libr. 1. de Trinitat. cap. 4. vbi inquit, quod *plenum gaudium eſt frui Trinitate.* Alter fruitionem deſcribit libr. 4. de Trinitat. cap. 9. dicens, quod *fruimur cognitis in quibus voluntas propter delectata conquieſcit.* Ex qua colligit Baſſolis, quæſtion. 2. articul. 1. quod ibi videtur innuere, quod frui capiat in ſe aggregādo duplicem naturam, puta, actum ipſum fruentis, qui eſt actus voluntatis, & delectationem conſequentem talem actum, quaſi paſsionem illius. Sed tandem alia proprior, & formalior fruitionis deſcriptio, ſeu forſan definitio, ponitur ab eodem Auguſtino libr. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 1. qua, ſcilicet, inquit, quod *frui eſt amando inhærere alicui propter ſe.* In hac etenim includitur, quidquid ad fruitionem eſſentialiter pertinet: ponitur namque eſſe actum amoris loco generis, qui propterea, quod eſt amor, eſt actus voluntatis, & reſpicit bonum pro obiecto: loco verò differentiæ ponitur, quod tale bonum ſit amatum propter ſe, & non propter aliud: et quia bonum propter ſe ipſum amatū cum excluſione ordinabilitatis in aliud vlterius bonum, eſt vltimus finis, prout late dictum eſt ſupra in difficultate num. per hanc particulam differt ab vſu, qui & ſi ſit actus amoris alicuius boni, non tamen eſt propter ſe: ſed propter aliud, ad quod ordinatum eſt.

Vera fruitionis definitio.

12 Rurſus vt fruitio differat ab intentione, quæ etiam eſt affectus voluntatis, & dilectio vltimi finis: ponitur particula *adhærere*, quā ſignificatur hunc actum, non quomodolibet tendere in obiectum ſed per fruitiuam, ac inhæſiuam poſſeſsionem coniungi obiecto, quod tantum in fruitione reperiri poteſt: hæc ergo cæteris eſt præſtantior fruitionis deſcriptio. in alijs autem ex dicendis conſtabit loquutum fuiſſe Doctorem ſanctiſsimū de fruitione, non ex formalitate, qua hic eius inueſtigamus naturam: ſed iuxta vulgarem modum loquendi, quo fruitionem iam gaudium, iamque delectationem vocamus. Quæ profecto potius eſt cauſalis, quam formalis loquutio: ſiquidem ex propria, & formali fruitione cauſatur delectatio, non quia actione aliqua fiat ab illa, ſed quia tanquam paſsio conſequatur ad ipſam.

13 Fruitionem igitur à delectatione rem eſſe diſtinctam cum Scoto in 4. diſtinct. 49. quæſtion. 7. §. *Reſpondeo,* defendit Baſſolis loco citato articul. 2. vbi vnum ſupponit, & aliud aſſertiuè concludit, primum eſt fruitionem eſſe formaliter dilectionem: ex quo concludit ſecundum, quod, ſcilicet, dilectio, vel fruitio, & delectatio, vel fruitio, ſunt realiter, atque eſſentialiter diſtincta.

14 Porrò, fruitionem eſſe operationem, delectationem verò paſsionem, facile conſtare poterit ex diſtinctione prædicta: nam dilectio proculdubio actus elicitus voluntatis eſt, & operatio. Quidquid autem ad hanc dilectionem conſequitur ex natura rei, ſine aliqua noua elicitione voluntatis, paſsionem formaliter eſſe, nemo poterit ſanè in phyloſophia dubitare: à quo igitur cauſetur hæc talis paſsio? docet Scotus in 3. diſtinction. 15. quæſtion. vnica litera B. ponens exemplum in potentia viſiua, & albo, ſeu pulchro. Supponit ergo, quod actiua, & paſsiua ſunt quædam naturæ abſolutè, ſicut calefactiuum eſt quid abſolutum, & calefactibile etiā quid abſolutum eſt, loquendo de naturis eorum. Super hæc autem abſoluta fundantur quædam relationes, quatenus paſsiua inclinantur ad actiua tanquam ad ea, à quibus debent

recipere formam, ad quam inclinantur, & ſunt in potentia paſsiua. Vnde eſt, quod inter hæc actiua, & paſsiua, proportio debet eſſe perfectibilis ad perficiens: & hæc eſt relatio conuenientiæ fundata in abſolutis naturis eorum: quando ergo iſta ſic proportionata approximantur, ibi eſt alia relatio approximationis mutuæ: ad quã ſequitur paſsiuum recipere formam ab actiuo. Ratio tamen huius actionis in actiuo non fuit aliqua exiſtis duabus relationibus præcedentibus, vtpote relatio conuenientiæ, aut approximationis: tales enim relationes tantum habent rationem cauſæ, ſine qua non: ſed ipſa natura abſoluta actiui eſt ratio, & cauſa huiuſmodi actionis.

15 Hoc ergo ſic exemplificat Doctor in viſu: nam viſus, qui potentia abſoluta eſt, inclinatur ad aliquod obiectum extrinſecum tanquam ad perfectiuum ſui: vtpote ad album, ſeu pulchrum: Et ſi quæramus, quare viſus ſic inclinatur ad pulchrum? nulla alia ratio reddi poteſt, niſi quia talis viſus eſt talis natura, & album, ſeu pulchrum, talis natura eſt. Sicut (inquit Doctor) nec eſt aliqua ratio, quare materia inclinatur ad formam, vt ad perfectionem extrinſecam, niſi quia materia eſt talis entitas abſoluta, & forma talis: nunc igitur reſpectum, fundatũ in abſolutis iſtis, quem diximus eſſe cõuenientiæ, ſequitur aproximatio: quæ tũc eſt maxima, quando album in ſe præſens; vt præſens, à viſu videtur, & percipitur. Ex hac autẽ approximatione ſequitur, quod illud, quod inclinatur, recipiat à perfectiuo illo, ad quod inclinatur, aliquam perfectionem, & hæc perfectio (concludit Doctor) eſt delectatio: quæ quia non eſt in poteſtate paſsiui, in præſentia actiui, dicitur eſſe paſsio, licet ſit vere qualitas, & non de genere paſsionis, vt prædicamentum eſt: hactenus Scotus.

16 Huius inſtar modi phyloſophandum eſt de fruitione, ad quod ponamus exemplum in fruitione beata: ibi enim & eſt potentia libera, nempè volũtas beati, quæ de ſe & ex natura ſua (vt ſæpè diximus & probauimus) eſt inclinata ad ſummum bonum, tanquam ad ſuum vltimum finem: & etiam eſt ipſum ſummũ bonum, quod eſt vltimus finis: in voluntate ergo, ſecundum quod natura abſoluta eſt, fundatur ille reſpectus conuenientiæ ad ſummum bonum, quem terminat ſummum bonum ſecundum ſuam abſolutam naturam: hunc autem reſpectum ſequitur approximatio per dilectionem adhærentem ſummo bono propter ſe ipſum: cum etenim ſupponatur per viſionem obiectum eſſe præſens potentiæ: talis dilectio, qua illud, vt ſibi præſens, & ſibi ſumme conueniens formaliter diligit, ei formaliter adhæret: & hoc tale formaliter per dilectionem adhærere ſummo bono, eſt formaliter frui: & talis adhæſio per dilectionem, ſeu, inquam, talis adhæſiua dilectio eſt formaliter fruitio: ex quo concluditur, qualiter fruitio ſit formaliter operatio voluntatis.

17 Rurſus ex tali approximatione volũtatis ad obiectum per dilectionem, quæ eſt fruitio, ſequitur in voluntate, quæ ex ſe erat inclinata ad ſummum bonum, quædã perfectio, quam recipit, ex eo quod poſsidet ſuum perfectiuum, ad quod inclinabatur, tãquam perfectibilis per ipſum: Hæc igitur perfectio, quam recipit (inquit Scotus) eſt formaliter delectatio: quia ea recepta, gaudet voluntas, & ſibi cõplacet, & delectatur de poſſeſsione ſummi boni, quod per actum dilectionis adhæſiuæ ſupponitur poſsidere. Ex quo concludebat OKam loco cita- *OKam.* to litera M. diſtinctas prorſus eſſe cauſas fruitionis, & delectationis: nam fruitionis cauſa (inquit) eſt ipſum obiectum, in cuius dilectione conquieſcit voluntas, & illi per hanc dilectionem adhæret: cauſa verò immediata delectationis, non eſt tale obiectum, ſed ipſe actus dilectionis obiecti, ad quem tanquam effectus neceſſario cõſequitur delectatio: quæ quidem veritatem continent, loquendo de cauſa prout etiam cauſam ſine qua non, cõplectitur: nam loquẽdo de cauſa in rigore,

rigore, re vera oppoſitum tenet Doctor loco proxime citato, dum docet, quod actus ille diligendi eſt, quaſi approximatio, quæ eſt cauſa ſine qua non. Sola ergo (inquit Scotus) forma abſoluta, ſupra quam fundabatur relatio obiecti, eſt ratio cauſandi illud abſolutum, quod eſt delectatio; id eſt ipſa natura obiecti eſt talis ratio cauſandi.

18. Demum hoc abſolutum, & hæc perfectio, quæ delectatio eſt, non propterea dicitur paſsio, eo quod ſit de genere, aut prædicamento paſsionis: formaliter etenim, nec eſt operatio, neque paſsio, ſed qualitas de genere qualitatis. Dicitur tamen paſsio, eo quod ſequitur ad prædictum actum amoris, qui eſt fruitio, & non eſt in poteſtate libere fruentis in præſentia ſummi boni illam libere habere, vel non habere: quia igitur naturali ſequela concomitatur amorem ad modum, quo paſsio conſequitur ad ſubiectum, quaſi ad talem modum, ideò paſsio ad differentiam operationis à Doctore vocatur: licet tamen paſsio, quæ vere paſsio eſt, non diſtinguatur realiter à ſubiecto ſecundum eundem Scotum, vt patet de riſibili, & rationali: ibi nihilominus inter fruitionem, & delectationem realis diſtinctio reperitur: quia quam uis ſeruet modum paſsionis, vt diximus, non tamen naturam veræ paſsionis habet: ſed formaliter eſt qualitas: qualitas autem realiter ab actione proculdubio eſt diſtincta.

19 Conſtat igitur obiectum ipſum, quod eſt cauſa fruitionis, eſſe quoque cauſam delectationis, pro eo quod ad poſitionem dilectionis obiecti ſine aliqua noua actione conſequitur neceſſariò poſitio delectationis in voluntate. Sed ſi contra hæc obijcias, ex inde ſequi obiectum neceſſariò agere in voluntatem imprimendo illam paſsionem, quæ eſt delectatio: quod manifeſte videtur tollere libertatem à voluntate.

20. Reſpondeo cum Scoto in citata diſtinct. 15. libri tertij ſub litera D, quod voluntas non neceſsitatur ſimpliciter ab obiecto, neceſsitate quidem abſoluta, ſed benè neceſsitate conſequentiæ: ſicut dato, quod volo, neceſſariò volo: & ita ſtat, voluntatem liberè velle, & diligere obiectum, & hac libera dilectione obiecti poſita, ad ipſam neceſſariò conſequi delectationem. Et ſi eandem inferas: ergo voluntas in receptione delectationis formaliter non eſt potentia libera, Reſpondeo tibi cum eodem Doctore ibidem, concedendo conſequentiam; quia licet voluntas vt voluntas, ſit abſolutè, & ſimpliciter libera: voluntas tamen, vt volens, non eſt formaliter libera: quia habet formam determinatam ad vnũ, quæ eſt ipſa volit o, ſeu dilectio obiecti. Licet ergo liberum vt liberum, non patiatur ab alio: nihilominus, vt determinatum ad vnum oppoſitorum, quod eſt ſibi forma naturalis, poteſt per illam formam determinate ſe habere ad vnum oppoſitorum, & non ad vtrumque: & ita pati ſicut principium determinatum.

§. 3.

Statuuntur Concluſiones huius difficultatis.

HIS præhabitis, difficultatem concludendo dico primo, quod fruitio eſt operatio voluntatis. Concluſio eſt communis, & probatur ex ſupra citato teſtimonio Diui Auguſtini, (quod etiam Diuus Thomas adducit in primo art.) quoniam frui eſt amore inhærere alicui rei propter ſe ipſam. Sed amor formaliter eſt actio, & operatio voluntatis: ergo &c. 21. *1. Concluſ.*

Dico ſecundo, quod fruitio nullatenus delectationem in conceptu ſuo includit, quinimo eſt operatio realiter à delectatione diſtincta. Concluſio- 22. *2. Concluſ.*

cluſionem hanc probat Doctor vbi ſu
pra: & in Reportatis Pariſienſibus in
1. diſtinction. 1. quæſt. 3. pluribus & ef
ficacibus argumentis, & primo: quo-
niam fruitio eſt actus liberæ volunta-
tis, & ex conſequenti eſt in libera po-
teſtate voluntatis: ſed delectatio eſt
paſsio, & ideo non eſt in poteſtate vo
luntatis: ergo fruitio, & delectatio rea
liter diſtinguuntur. Probatur ſecundo:
quia quorum oppoſita non ſunt rea-
liter eadem, ipſa inter ſe realiter ea-
dem eſſe non poſſunt, ſed triſtitia, &
odium realiter non ſunt eadem, ne-
que triſtitia eſt in poteſtate volunta-
tis, ſicut & odium, quia eſt eius paſsio:
ergo fruitio, & delectatio non ſunt rea
liter eadem, ſiquidem delectatio, eo
quod paſsio eſt, non eſt in poteſtate
voluntatis, ſicut fruitio.

23. Quod autem triſtitia propriè ſump
ta ſit paſsio voluntatis, & ex conſe-
quenti non ſit in eius poteſtate, proba
tur: quia non eſt aliqua operatio eius:
quoniam omnis operatio voluntatis,
vel eſt nolle, aut velle: ſed triſtitia
non eſt velle, aut nolle, nec non vel-
le: nam Deus & beati poſſunt ſummè
nolle, & non velle: non tamen poſ-
ſunt triſtari: quia illa, reſpectu quo-
rum habent nolitionem, euenire nõ
poſſunt: vt patet cum nihil contra
Dei voluntatem, aut etiam contra vo
luntatem beatorum, quæ eſt diuinæ
voluntati conformis, euenire poſsit:
eo quod Deus ſummè nolens aliquid
prohibet, & tollit, ne illud vnquam
eueniat, *triſtitia* autem ſecundum Di-
uum Auguſtinum lib. 14. de ciuitate
Dei cap. 15. *eſt de his, quæ nobis nollenti-*
bus accidunt: & ideo, poſito hoc nolle
in quocumque viatore, ſi eueniat il-
lud nolitum, proculdubio triſtabi-
tur: vt ſi nolim mortem amici, quam
quidem alias prohibere non poſſum,
& talis mors euenire contingat: triſta
bor profecto, & eo magis triſtabor,
quo magis illã euenire noluerim: er-
go aliquid habeo, cum triſtor, quod
antea non habebam, quia nunc reali-
ter triſtor, & antea non triſtabar: ſed
ex eo præciſe quod triſtor, non eſt in
me aliqua operatio, nec ſimpliciter,
nec ſecundum aliquem gradum: quia

D. Auguſ. quid ſit triſtitia.

ſecundum nullum præfuit talis opera
tio, vt ex probatis ſupponitur. ergo
triſtitia nullatenus operatio eſſe po-
teſt, ſed paſsio.

Nec præterea eſt paſsio (probat Sco 24.
tus) in voluntate ab ipſa voluntate ef-
fectiue procedens: quia tunc eſſet in
poteſtate voluntatis, ſicut volitio, &
nolitio, & eſſet operatio voluntatis
ſaltem quatenus volita, quod falſum
eſt, vt conſtat: eſt ergo paſsio ab obie-
cto nolito, ſine aliqua actione cauſa-
ta, ſed conſequens ad nolitionem il-
lius: hoc idem de delectatione phylo
ſophandum eſt, proportione ſeruata:
ex quibus concluditur, quod cum cõ-
trariorum eadem ſit ratio, ſicut triſti-
tia eſt paſsio, & non operatio volun-
tatis, & realiter diſtinguitur à nolitio
ne, & odio, vt patet in Deo, & beatis,
qui ſummè nolunt, & non triſtantur:
ſic delectatio non eſt voluntatis ope-
ratio, ſed paſsio eius, & eſt realiter à
fruitione diſtincta.

Hac quaſi probatione probat OKã 25.
concluſionem prædictam ex compa-
ratione, ſcilicet, odij, & triſtitiæ: nam
ſicut ſe habent odium, & triſtitia, ſic
amor, & delectatio: ſed odium, & tri-
ſtitia diſtinguuntur realiter: ergo
fruitio, & delectatio etiam realiter di
ſtinguuntur. Aſſumptum probatur:
quoniam odium non requirit obie-
ctum apprehenſum ſub ratione exi-
ſtentis, benè tamen triſtitia: quia ne-
mo triſtatur, niſi quando nolitum in
re ipſa euenit, aut euenire timetur.
Stat etenim, quod quis ſumme odio
habeat mortem: cuius tamen appre-
henſione non contriſtatur, niſi cum
ipſius periculum imminet: imo ſtante
eius ſummo odio, de ipſius non euen-
tu, & retardatione lætatur.

Dicet tamen aduerſarius: fateor has 26.
rationes concludere, vt ſonant: & li-
benter concedo, triſtitiam non ſuper
ſequi ad odium: ex cuius paritate con
uincor fateri, nec etiam delectatio-
nem ſemper ſequi ad dilectionem:
quod argumentum concludit: ſed ex
his nihil ad propoſitum: non enim de
quacumque dilectione hic procedit
difficultas: ſed de dilectione, quæ eſt
formaliter fruitio: de hac enim habe-
tur

Impugnatio prædictæ doctrinæ.

tur expreſſe ex Scoto ita coniunctam eſſe delectationi, vt non ſit in poteſtate voluntatis, illam ad fruitionem non ſequi. In hoc tamen, quod arguitur à paritate triſtitiæ admittitur manifeſta contradictio: quoniam ex prædicta paritate triſtitiæ colligitur delectationem non neceſſario conſequi ad fruitionem: ſi etenim ad ſummum odium triſtitia poteſt non ſequi: cur neceſſario delectatio ad fruitionem conſequitur, ſi quidem ſe habet ad fruitionem delectatio, ſicut triſtitia ad odium?

27. Reſpondeo, paritatem illam triſtitiæ, & delectationis poni à Doctore ad oſtendendum delectationem, non quidem actionem, aut operationem eſſe voluntatis, ſed paſſionem, ſeu qualitatem per modum paſſionis modo expoſito, eo quod neutra eſt in poteſtate voluntatis: ſed vtraque ad actum ipſius voluntatis conſequitur; nempè delectatio ad volitionem, quæ eſt fruitio, & triſtitia ad poſitiuam nolitionem alicuius, quæ eſt eius odium. Vt tamen nolitio illa ſit ſummè odium ex diametro fruitioni oppoſitum, debet eſſe reſpectu alicuius, quod eſt, vel quod euenire poteſt: ad hoc enim conſequitur triſtitia, quando euenit, vel euenire timetur: Nam vt inquit Diuus Auguſtinus lib. 14. de Trinitat. cap. 9. *De hoc illo, quod euenire non poteſt, nemo triſtatur.* Ex hoc ergo, quod eſt triſtitiam, & delectationem neceſſario, & naturali ſequela ſine aliqua noua actione ad actus prædictos conſequi, ita vt non ſit in poteſtate voluntatis non triſtari, aut non delectari, ſolum infertur delectationem, & triſtitiam non eſſe operationes, ſed paſſiones, ſeu qualitates per modum paſſionis ab omni operatione voluntatis realiter diſtinctas.

Solutio præfatæ impugnationis.

D. Auguſ.

28. Hac tamen reali diſtinctione ſuppoſita, ad huc tam delectatio neceſſario conſequitur ad fruitionem, quam triſtitia ad odium: quia hoc quod eſt vnum neceſſario ſequi ad aliud, neceſſitate naturalis ſequelæ, non tollet, quod aliquando poſſit non ſequi in actu: & hoc quamuis in multis conſtare poſſit, in hoc tamen exemplo clare oſtenditur: nam perſonalitas creata naturali ſequela conſequitur ad naturam intellectualem indiuiduam: ita vt non ſit in poteſtate naturæ, ſeu habentis naturam, in illa nõ exiſtere: nihilominus tamen contingit in Chriſti humanitate, creatam perſonalitatem ad illam de facto non cõſequi, & hoc non, ob aliud, niſi quia naturæ illi, vt vnitæ Verbo, in propria perſonalitate repugnat exiſtere: eo quod talis natura, vt ſic vnita, eſt incapax propriæ perſonalitatis. Ex quo colligitur optimè, perſonalitatem propriam ab illa natura realiter eſſe diſtinctam, ſi quidem eſt ab ea ſeparabilis, & ſine illa manet eſſentialiter, & realiter conſeruata natura.

29. Pari igitur ratione dicendum eſt in præſenti: nam delectatio naturali ſequela ſequitur ad fruitionem, & triſtitia ad odium, ſeu ſummam nolitionem, veluti (ſuo modo) perſonalitas propria ad intellectualem naturam. Contingit tamen ad aliquam fruitionem, delectationem nõ ſequi, nec ſemper triſtitiam ad odium: ſicut contingit perſonalitatem propriam in exẽplo adducto, ad naturam non ſequi. Et hoc non ob aliud, niſi quia odium eſt in aliquo, cui repugnat triſtitia: & fruitio ſimiliter eſt in aliquo, quod cuiuslibet delectationis eſt incapax. Quod patet de Deo (& idem dico de beatis) qui, eo quod ſibi triſtari repugnat, & ſi habeat verum peccati odium, de eo nihilominus nõ triſtatur, & in Dæmone, nam eo quod omnis delectationis eſt incapax, licet ſe ipſum ſummè diligat & ſummè diligendo creaturas aliquas fruatur vtẽdis (in quo Auguſtinus ſummam peruerſitatem conſtituit) tamẽ delectari non poteſt: nec ideo ad eius fruitionem conſequitur delectatio. Sicut ergo, ex eo quod in aliquo poteſt abſque propria perſonalitate realiter conſeruari natura, bene infertur inter naturam, & perſonalitatem realis diſtinctio: ſic ex eo quod in aliquo poteſt conſeruari ſummum odiũ ſine triſtitia, aut fruitio ſine delectatione, optimè infertur inter triſtitiam, & odiũ, vel inter fruitionem, & delectationẽ realis diſtinctio.

Ex eo quod triſtitia naturaliter ſequatur ad ſummã nolitionem, ſicut, & delectatio ad fruitionẽ: non exinde infertur fruitionem ſeperari nõ poſſe à delectatione, ſicut à ſumma nolitione triſtitiam.

§. 4.

Soluuntur argumenta opinionum diuerſarum.

30 *Ad 1. argu. pro 1. ſent.* AD argumenta iam pro prima ſententia, & ad primum ex dictis patet, delectationem conſequi ad fruitionem: fruitionem vero formaliter, aut realiter delectationem non includere: ſed eſſe amorem ipſum, quo voluntas adhæret vltimo fini. Nec oppoſitum habetur ex illis deuotis teſtimonijs ſacræ Scripturæ: quia esto quod ibi in primo ad gaudium, & delectationem, fieret inuitatio, hoc non officit, quin primo, & per ſe eſſet ad amorem obiecti: & ex conſequenti ad delectationem, quæ ad eius amorem conſequitur. Quod idem ſimiliter ad ſe-

31 *Ad 2.* cundum dicendum eſt.

Ad rationem vero concedo, fruitionem poſſeſsionem obiecti importare, quę optime per intimum amorem, quo quis adhæret vltimo fini propter ſe ipſum, habetur: et quidem de vltimo fine a ſe per amorem poſſeſſo delectatur ille, qui fruitur. Vnde in ſenſu formali iſta eſt falſa: eo poſsidet, quo delectatur. Iſta tamē eſt vera cauſalis: ideo delectatur, quia poſsidet vltimum finem: ergo poſſeſsio ad delectationem ſupponitur tanquam cauſa ad effectum.

32. Ad ſententiam Alphonſi ſatis reſpondet Doctor ſupra, probando non poſſe fruitionem includere ſimul formaliter amorem, & delectationem: eo quod tunc eſſet vnum per accidens, & ideo diffiniri non poſſet.

33. Ad ſententiam Soti, & ad eius argumentum reſpondeo, fruitionem, cum ſit actus voluntatis, terminari non poſſe, niſi ad obiectum formaliter bonum: et ex eo quod eſt adhæſiuus amor, debet terminari ad bonum propter ſe ipſum. Loquendo autem de ordinata fruitione, neceſſario terminatur ad ſummum bonum, quod eſt bonum infinitum, & vltimus finis verus voluntatis: omnis autem Theologia docet viſionem beatam, ſeu ipſum ſummum bonum reduplicatiue, vt viſum eſt, eſſe quoddam accidentale creatum; quia viſio, cuius ratio reduplicatur in illo, eſt accidens creatum, & minime potens terminare ordinatam fruitionem beati: quia tolummodo eſſe infinitè bonum, & vt formaliter ſummum bonum, ſatiat appetitum voluntatis. Vnde nec viſio ipſa, nec Deus prout viſus ab intellectu beati, ſed Deus ipſe in ſe infinitè formaliter bonus, eſt noſtra obiectiua fruitio, & formale ordinatæ fruitionis obiectum. Omitto hic ſpeculationem falſæ propoſitionis, quæ aſſumitur ibi, quod, ſcilicet, viſio Dei, vt volita, eſt poſſeſsio Dei vſque ad proprium locum. Et obiter dico, quod ſi poſſeſsio terminatur ad vltimum finem, per vnam ex dictis operationibus debet obtineri: ſi enim viſio eſſet, ipſa profecto ad vltimum finem terminata poſsidet illum: ſi vero fruitio poſſeſsio eſt, ipſa terminari debet ad vltimum finem, quem poſſidet: viſio autem Dei, vt volita, nihil aliud eſt, formaliter loquendo, quam quædam dilectio terminata primo, & per ſe ad operationem, ſcilicet, ad viſionem ipſam, non ad operationis obiectum: fruitio autem procul dubio rei ipſi, quæ eſt vltimus finis adhæret, non vero operationi potentiæ creatæ, qualis eſt viſio vltimo adhærere poteſt.

QVÆ-

QVÆSTIO QVARTA.

De modo eliciendi actum fruitionis, circa vltimum finem.

CIRCA frui adhuc quæritur de modo eliciendi actum illum, vtrum, ſcilicet, fine apprehenſo per intellectum, neceſſe ſit voluntatem frui eo, & iſta quæſtio poſt intelligi, vel de fine obſcure apprehenſo in vniuerſali, ſicut concipimus beatitudinem in communi: vel de fine obſcure apprehenſo in particulari, ſicut concipimus beatitudinem de Deo trino: vel de fine clare viſo, vt in habente voluntatem ſupernaturaliter eleuatam, vt in habente voluntatem perfectam per habitum ſupernaturalem in voluntate: vel de fine clare viſo in non habente habitum ſupernaturalem in voluntate: & hoc poſito, quod Deus de potentia abſoluta oſtenderet ſe intellectui, non dando habitum aliquem ſupernaturalem voluntati. Circa hanc igitur quæſtionem quæruntur octo.

¶ Primo. Verûm ex eo, quod ponatur in voluntate neceſsitas reſpectu fruitionis finis vltimi, ſequatur, poni in ea neceſsitatem abſolutam, an verô conditionatam?

¶ Secundo. Verùm fine obſcure apprehenſo in vniuerſali per intellectum, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

¶ Tertio. Verùm voluntas fruens fine vltimo, neceſſariò contineet actum fruitionis?

¶ Quarto. Verùm ſicut voluntas poteſt non velle finem vltimum ſibi oſtenſum, poſsit ipſum nolle?

¶ Quinto. Verùm fine obſcure apprehenſo in particulari, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

¶ Sexto. Verùm fine clare viſo in habente voluntatem ſupernaturaliter eleuatam, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

¶ Septimo. Verùm fine clare viſo in non habente habitum ſupernaturalem in voluntate, poſsibile ſit voluntatem frui eo?

¶ Octauo. Verùm voluntas libere fruatur fine, vt cumque apprehenſo per intellectum?

ARTICVLVS I.

Vtrum ex eo, quod ponatur in voluntate neceſsitas, reſpectu fruitionis finis vltimi, ſequatur poni in ea neceſsitatem abſolutam, an vero conditionatam?

AD primum ſic proceditur, Videtur, quod ex eo, quod ponatur in voluntate neceſsitas, reſpe-

Vu 2 ctu

ctu fruitionis finis vltimi, non ſequatur poni in ea neceſsitatem abſolutam, ſed conditionatam quia viſione poſita, neceſſario ponitur fruitio: ipſa non poſita, tollitur: ergo viſio eſt cauſa totalis fruitionis: *ergo dicendum eſt*, voluntatem non neceſſario ſimpliciter frui fine: ſed neceſsitate conditionata, ſcilicet, ſi oſtendatur. Probatio primæ conſequentiæ, quia alias tollitur omnis notitia, ꝙ ſi e us cauſa ſine qua nō quod libe. aget in re.

B. Secundo præterea pa et in exemp o: licet enim. poſito actu potentiæ contingenter agentis, neceſſario generetur habitus, *hoc eſt*, neceſsitate conditionata, ſeu concomitanciæ: tamen potentia contingenter agens non neceſſario ponit actum: ergo &c.

C Tertio præterea: illa *neceſſitas voluntatis* eſt ex natura extremorum, quod eſt breuiter dicere, extremorum eſt neceſſaria connexio, ſi oſtenſio præcedat: *ergo ſtat*, quod intelligatur de neceſsitate conditionata: hoc eſt, quod præſuppoſita intellectione, neceſsitas fruēdi ſequatur, quæ eſt neceſsitas ſecundum quid, quia dependens ab illa.

D Sed contra eſt: quia nihil facit ad agere illud, quod ponitur ſub conditione: ergo nec ad neceſſario agere: ergo ſi iſta neceſsitas eſt iſta conditione, erit æque ſimpliciter.

E Reſpondeo dicendum: *quod circa ſolutionem cuiuſdam rationis, quæ probat voluntatis contingentiam in operando, ſunt plures ſolutiones: ratio autem hæc eſt.* Quodcumque agens non impeditum, quod neceſſitatur ad agendum, de neceſsitate remouet omne prohibens actionem, ſi poteſt: ergo ſi voluntas non impedita neceſsitetur ex natura ſua ad volendum vltimum finem, neceſſario remouet omne prohibens illam volitionem, ſi poteſt remouere: prohibens autem hanc volitionem eſt non conſideratio finis, & hanc poteſt voluntas remouere faciendo intellectum ſtare in conſideratione finis: ergo volendo finem neceſſario faciet intellectum ſtare in conſideratione finis. Major patet: quia quod ex ſe neceſsitatum eſt ad agendum, numquam prohibetur, niſi per aliquod repugnans vincens virtutem eius actiuam: ſicut patet de graui: prohibetur enim à deſcenſu propter aliquod repugnans vincens eius inclinationem, & pari neceſſitate remouet impedimentum prohibens, ſi poteſt, quo amoto, non impeditum deſcendit: quia ita neceſſario remo uet

uet repugnans effectui, ſicut ponit effectum, cui illud repugnat. Quidam tenendo concluſionem oppoſitam, huic rationi reſpondent dicendo, voluntatem non neceſſariò ſimpliciter frui fine, ſed neceſsitate conditionata, ſcilicet, ſi oſtendatur, & maior dicatur eſſe vera de ſimpliciter neceſſariò agente. Aliter autem dicitur, quod maior eſt vera de illis, quæ ſimilem neceſsitatem habent reſpectu principaliter intenti, & reſpectu illorum, quæ ſunt neceſſaria ad illud: cuiuſmodi ſunt agentia mere naturalia, quæ in toto proceſſu, vſque ad vltimum intentum agunt mere neceſsitate naturali: voluntas autem alio modo reſpicit finem, in quo bonitas omnis eſt: quia neceſſariò; & alio modo entia citra finem, in quibus eſt defectus boni: quia illa reſpicit contingenter. Tertiò reſpondetur ad minorem: quod non conſideratio finis, non propriè prohibet voluntatem à fruendo. Aliter reſpondetur ab alijs (& probabilius) dicendo, quod maior rationis veritatem habet de agente neceſſariò propriè impedito; cuiuſmodi eſt agens, quod prohibetur agere propter aliud vincens eius virtutem actiuam. In propoſito autem, non ſic eſt, ſed eſt quoddam aliud agens, cuius actio neceſſariò eſt præuia actioni voluntatis; & ideò illius actionis præuiæ ceſſatio à conſiderando, large dicitur impedire voluntatem à volendo. Et loquendo de tali impedimento negatur maior: licet enim agens præſupponens actioni ſuæ actionem alterius poſsit illud alterum mouere ad agendum; & illo primo agente, ipſum neceſſariò agat, neceſsitate conditionata; ſiue concomitantiæ: non tamen neceſſariò mouet illud primum ad agendum: quia non ſimpliciter neceſſariò agit. ſicut illud, quod dicitur propriè impeditum, ſimpliciter neceſſariò ageret, quantum eſt de ſe: ſed iſtud tantum de neceſsitate conditionata; ſcilicet, poſita actione agentis præuij.

F *Contra iſta omnia, & primo contra primum ſic arguo;* quia ratio non ſoluitur: quia impedibilia non ſimpliciter neceſſariò agunt, ſed tantum neceſsitate conditionata, ſcilicet, ſi non impediantur; & in illis eſt maior vera: & ideò in maiori nõ accipitur, quod quid quid neceſſariò agit, neceſſariò

remouet prohibẽs, ſi poteſt, ſed quidquid non impeditur, neceſſario agit &c. vbi ſpecificatur in maiori de neceſsitate conditionata. Contra ſecundam reſponſionem arguitur ſic: impoſsibile eſt aliquod extremum reſpicere aliud extremum quacumque neceſsitate, quin tanta neceſsitate reſpiciat quodcumque medium neceſſario requiſitum inter illa extrema: alioquin neceſſarium dependeret neceſſariò, à non neceſſario: ergo qua neceſsitate voluntas tendit in finem, ea neceſsitate tendit in oſtenſionem finis, ſine qua impoſſibile eſt ipſam tendere in finem. Contra tertiam poteſt aliter argui, & concludi, quod voluntas tenebit intellectum in conſideratione finis ſic: quidquid neceſſario quieſcit in aliquo ſibi præſente, neceſſario tenet illud ſibi præſens, ſi poteſt: voluntas, per te, neceſſario quieſcit in fine ſibi præſente: ergo neceſſario tenet illum ſemel præſentatum, vt ſit ſibi ſemper præſens. Probatio maioris inductiuè Si graue neceſſario quieſcit in centro, neceſſario ſe facit præſens centro, ſi poteſt, & centrum ſibi, & neceſſario tenet illam præſentiam, quantum poteſt: iſtud apparet in appetitu ſenſitiuo, ſi neceſſario, ſcilicet, quieſcit in appetibili ſibi præſente, neceſſario, quantum poteſt, tenet ſenſum in iſto appetibili, vt ſit ſibi præſens ad delectandum. Probatur etiam maior ratione: quia quod aliquid neceſſario quieſcat in aliquo ſibi conueniente, eſt propter conuenientiam perfectam huius ad illud, & propter eandem conuenientiam videtur neceſſario appetere ſibi coniungi, quantum poteſt: hæc autem coniunctio fit in præſentia huius ad illud. Probatur aliter: quia quod neceſſariò quieſcit in præſente neceſſario, quantum eſt ex ſe mouetur ad abſens, vel ſaltim aptum natum eſt, licet impediatur per aliquid: igitur ſicut ex illa neceſsitate naturaliter moueretur, ſi non impediretur, ita ſi eſt ſuperius mouens, mouet quæcumque inferiora, per quæ poteſt ſoluere impedimenta: tale mobile inferius *voluntate* eſt hic intellectus mobilis ad conſiderationem finis. Cõtra *quartam ſolutionem* arguitur ſic: neceſsitas agẽdi non eſt, niſi per aliquod intrinſecum principio actiuo principali: ſed actio illa præuia non eſt aliquid intrinſecum actiuo principali, ſed voluntati: ergo illa eſt neceſsitas agendi, & ita abſoluta: & tunc redu-

reducitur ratio,vt prius. Si eſt ſimpliciter neceſsitas ad agendum: ergo ad faciendum illud,ſine quo non poteſt agere,ſi tamen illud ſit in poteſta te eius,ſicut eſt hic: ergo &c. Confirmatur iſtud ſic:ſi hic nõ eſt neceſsitas actionis ad actionem:quia vna non eſt ratio actiua reſpectu alterius ; ergo hic neceſsitas eſt propter inclinationem potentiæ ad actionem:ergo,& ad media requiſita erit neceſſariò inclinata: quia non eſt neceſſaria connexio inter extrema , niſi etiam ſit neceſſaria connexio medio rum omnium neceſſariò requiſitorum ad connexionem extremorum. Reſpondetur tamen *ab alijs* ad iſta argumenta; & ad argumentum principale ſic:hæc eſt neceſsitas conditionata,ſcilicet, alio præſuppoſito. Et conceditur , quod hæc neceſsitas eſt per intrinſecum principali agenti , & quod hæc neceſsitas eſt ad media,ſicut extremorum inter ſe: ſed totum eſt conditionatum, ſcilicet,præſuppoſita oſtenſione obiecti. Contra,agens impedibile nõ ſimpliciter neceſſario agit:ſed conditionaliter, ſcilicet, ſi non ſit impeditum: & tamen neceſſariò remouet impedimentum,ſi poteſt: ergo ita eſt in propoſito : & ſic non valet reſponſio prima de propio impedimento:voluntas enim non eſt proprie impedita per non intelligere.Confirmatur pro ſimili ſic ; agens principale principaliter nullo neceſſariò agit , niſi quo principaliter agit;alioquin illo neceſſariò ageret,quo impoſsibile eſt,ipſum agere:non autem principaliter agit, niſi illo,quod eſt ſibi ratio formalis agẽdi. Hæc confirmatio videtur excludere quamdam reſponſionem,quæ daretur ad rationem principalem de neceſſitate ſimpliciter, & cõditionata:nam illa probat,quod ſi voluntas,etiam ſine oſtenſo, fruitur neceſſariò , quod hoc eſt, propter proprias rationes iſtorum extremorũ,quæ ex ſe habent connexionem neceſſariã: ergo illa non dependet ab aliquo alio ab extremis: & ita eſt abſoluta:& ſi extremorum inter ſe ,& omnium mediorum in ſuo ordine , erit connexio neceſſaria.Reſpondetur *tamẽ*, quod minor prima eſt falſa,niſi intelligatur de neceſsitatate conditionatã : ſed illa minor, probatur de neceſsitate abſoluta ex natura extremorum. *Sed* item probatur: *quia* quidquid neceſſariò agit,poſita aliqua actione præuia,neceſſariò determinat ad illam, ſi poteſt: ſed voluntas,poſita *actione* intellectus præuia circa vltimum finem,

finē,neceſſariò tēdit in illū *per te*: ergo neceſſariò determinat intellectū,ſicut ad eius apprehēſionē. Vis hujus rationis eſt: quia eadē eſt neceſsitas ad medium, & ad extremum.

G Ideò ad probationē illius *rationis*,reſpōdeò. Ad minorē dico:ꝙ in agēte principali ſimpliciter neceſſariò agēte, nihil eſt,quo neceſſariò agit;nec etiā requiſitum ad neceſſariò agere, niſi tantū illud,quo principaliter agit: quia in ſimpliciter neceſſario agente tota ratio neceſsitatis eſt in ipſo per illud,ſecūdū ꝙ eſt agens: ſed in agēte principaliter neceſſariò ſecūdū quid, ſiue cōditionaliter, nō eſt illud, ſufficiēs ratio neceſſariò agendi,quod eſt ratio agēdi,ſed requiritur aliud, à quo dependet iſta neceſsitas: quia non eſt à ſola ratione agentis. Et negatur ſecunda minor: quia non per illud ſolum, quo agens principaliter agit,per hoc eſt neceſsitas cōditionata in agendo, ſed per illud cū alio preſuppoſito. Ad probationē ſecūdæ minoris dico,quod in hoc,quod eſt neceſſario,duo includūtur,& reſpectu agere,eſt dare vnum quo, ſcilicet,rationē formalem agēdi in principali agente: reſpectu autē neceſsitatis nō eſt illa ſola ratio, ſed cū hoc aliud præſupoſitū. Ad formā ergo dico:quod nō eſt cōcedēdū,quod aliquid ſit,quo neceſſario agit,ſed ad neceſsitatem illā requiritur,& illud,quo agit, & illud aliud præſuppoſitū,quo nō agit. Sed quia in propoſito, à quo depēdet neceſsitas,ab eo pēdet & actio, & quo agit, eo agit aliquo modo agendi neceſſariò, vel cōtingēter: ideò ad probationē ſecūdæ minoris aliter dici poteſt,quod illud,quo eſt actiuū,nō eſt illud,quo ipſū neceſſariò agit, niſi alio præſuppoſito: et tūc eſt, quo neceſſariò agit alio præſuppoſito. Quidquid *igitur* nō impeditū neceſſariò agit, neceſſariò tollit impedimētū,ſi poteſt. *Rurſus*,quidquid neceſſariò agit,poſita aliqua præuia actione, neceſſariò determinat ſe ad illā præuiā,ſi poteſt. *Item*,agēs principale,quocūq;poſito ſecūdario, neceſſario agēs ex principio actiuo principali neceſsitatur. *Ad cuius probationē*,arguitur ſic. In primo inſtanti naturæ eſt actio præuia: In ſecūdo eſt actio principalis agentis: quæro tūc in illo inſtāti ſecūdo,qualiter principale agens agit? Si cōtingēter, habetur propoſitū: ſi neceſſariò,cū tūc præciſe per propriā formam agat: & quia principaliter,& quia ipſum primū,nullo modo libero eſt ratio agēdi,ſequitur tūc,quod forma ſua ſit tūc neceſſaria ratio agēdi: ſed hoc nō eſt niſi ex determinatione formæ ad obiectū, & actionē in obiectū: ergo extrema ex natura ſua habēt neceſſariā cōnexionem: igitur,& ad media neceſſaria.

Reſpon-

H Reſpondetur ad iſtud, quod in ſecũdo ſigno naturæ, principale agẽs agit neceſſariò nõ ſimpliciter, ſed ſecũdũ quid, ſcilicet, alio præſuppoſito. Cõtra: quod quãdo agit, neceſſariò agit, ſimpliciter neceſſariò agit: quia cõtingẽter, & neceſſariò determinat agere pro tũc, quãdo cauſa agit, generãs neceſſariò generat, licet præſupponat alteratione͂, quãtũ eſt ex ſua forma actiua. Et tũc vltra ſic: ſimpliciter neceſſariò, quãtũ eſt ex ſua forma, determinatur ad omne mediũ neceſſariũ, & in illud neceſſariò tẽdit, quãtũ poteſt, & quãdo poteſt, neceſſariò: ergo vult intellectione͂ eſſe ſibi præſẽtialiter, *vt obiectum cognitum.*

I Ad primũ argumentum dico: quod etiã ſine clare viſo, volũtas eleuata nõ neceſſariò fruitur, quãtũ eſt ex parte ſua, vt infra ex 6. *articulo cõſtabit. Vnde licet ſit verũ,* quod viſione nõ poſita, tollitur fruitio: *falſũ eſt tamẽ, quod ipſa viſione poſita, fruitio ponitur.*

K Ad ſecũdũ dico, quod neceſsitas agẽdi nõ eſt, niſi per aliquod intrinſecũ principio actiuo principali: ſed actio illa præuia non eſt aliquid intrinſecũ actiuo principali, ſcilicet, volũtati. *Et nõ obſtat exẽplũ:* quia pro tunc quãdo cauſa agit, generãs neceſſariò generat, licet præſupponat alteratione͂, quãtũ eſt ex ſe, & ex ſua forma actiua ſimpliciter neceſſariò agit.

Ad tertiũ dico: ꝙ vbicũq; eſt neceſſaria cõnexio extremorũ, eſt neceſſaria cõnexio mediorũ neceſſariò requiſitorũ ad vnione͂ extremorũ; alioquin neceſſariũ depẽderet à cõtingẽte: ſed ſi voluntas neceſſariò fruitur ſine oſtẽſo, erit neceſſaria cõnexio extremorũ inter ſe, & ex natura ipſorũ extremorum: igitur & omniũ mediorũ: ſed vnũ mediũ neceſſariò requiſitũ ad vnione͂ iſtorũ extremorũ eſt oſtẽſio finis: igitur &c. Probatio minoris, ſi ſit neceſſaria cõnexio voluntatis ad fine͂, eſt ſicut principaliter agentis ad ipſũ obiectũ, circa quod agit: ſed virtus ad agẽdũ nõ poteſt eſſe in principali agente, niſi per illud, quo formaliter agit: ergo ipſa nec eſt neceſsitas ad agendũ circa obiectũ. Patet ergo, quod ſi volũtas, etiã ſine oſtẽſo, fruitur neceſſariò, quod hoc eſt propter rationes iſtorũ extremorũ, quæ ex ſe habẽt cõnexione͂ neceſſariã: ergo illa non dependet ab aliquo alio ab extremis: & ita eſt abſoluta. L

Expoſitio Art. 1. quæſt. 4. diſtin. 1.

COnfũſa ſatis apparet litera textualis huius articuli ob multiplicem diuerſarum mentium reſponſionem, in eo contentam. Vt igitur omnem cõfuſsione͂ poſsimus de medio tollere, ſupponẽdũ eſt, iuxta tituli intelligẽtiã, quod hic nõ inquirit Doctor neceſsitatem, vel cõtingentiã voluntatis in fruendo: hoc enim infra in ſe- a

quentibus articulis latè diſputat. Sed ex admiſſa hypotheſi, quod (iuxta aliorum ſententiā) neceſſario frueretur obiecto ſibi oſtenſo, & clare viſo: quærit an hæc fruitio eſſet neceſſaria, loquendo de neceſsitate conditionata, ita ꝙ hæc ſit vera cōditionalis: ſi ſummū bonū oſtēdatur voluntati, volūtas neceſſario frueretur ipſo, veluti iſta, ſi Sol lucet, dies eſt: & ita ſemper maneret neceſsitas cōditionata ex poſitione cōditionalis illius dependens, ſic vt nulla abſoluta neceſsitas in voluntate reſpectu fruitionis deberet admitti? an verò ſemel admiſſo, quod neceſſario frueretur, non neceſſario cōditionaliter, ſed abſolute neceſſaria ſit fruitio?

Ratio autē dubitandi oritur ex ſolutione cuiuſdā rationis, quæ in principio corporis articuli habetur, ſcilicet, quodcūq; agēs nō impeditū &c. Quod
2. autē hæc ratio cōcludere intendebat, eſt, volūtatem fruētē, eo ꝙ neceſſario frueretur; neceſsitare quoq; intellectū ne ceſſet à cōſideratione obiecti, ꝙ eſt vltim⁹ finis. Cui⁹ rationis efficacia cōſiſtit in hoc; ꝙ ſuppoſito, ꝙ voluntas neceſsitetur à bonitate obiecti, quod eſt vltimus finis, ad fruēdū ipſo: de neceſsitate quoq; debet remouere quodcūque impedimētum prohibens fruitionē: dummodo hæc talis remotio ſit in ipſius volūtatis poteſtate: impedimentū autē prohibens fruitionē vltimi finis non aliud eſſe poteſt, quā nō viſio, aut non cognitiō, ſeu nō cōſideratio talis finis. Quód autē voluntas hoc impedimētū remouere poſsit, ex eo probatur: quia poteſt volūtas intellectui imperare, & ipſum neceſsitare, ne ceſſet à viſione, ſeu cōſideratione illius: ex quo cōcluditur nō ſolū volūtatem neceſſario frui vltimo fine: ſed etiā neceſsitare intellectū, ne à tali viſione, ſeu cōſideratione poſsit ceſſare.

Hāc igitur rationē variè ſoluūt Docto
3. res, quorū ſolutiones habētur in textu. illa tamē, quā Scotus principaliter cōfutat, intēdebat neceſsitatē voluntatis fruētis nō abſolutā, ſed cōditionatā eſſe: hoc eſt, nō ideo neceſsitari volūtatē ad fruēdū vltimo fine, quia ex natura voluntatis, & vltimi finis, hæc neceſsitas oriatur: ſed ꝙ oriatur ex ea cōditione, ꝙ, ſcilicet, oſtēndatur voluntati ab intellectu.

Hanc tamē, & alias ſolutiones Do
ctor ibi impugnat, & oſtendit, quod ſi 4.
volūtas neceſsitate aliqua frueretur: hæc quidē nō cōditionata, ſed abſoluta eſſet: prout concludit in fine ſolutionis tertij argumēti, dū inquit. *Patet ergo, ꝙ ſi volūtas, etiā fine oſtēſo, fruitur neceſſario, quod hoc eſt propter rationes iſtorū extremorū, quæ ex ſe habent cōnexionē neceſſariā. ergo illa nō dependet ab aliquo alio ab extremis, & ità eſt abſoluta:* ac ſi dicat Scotus: oſtenſio finis nō inducit neceſsitatē fruendi, ſed ſupponitur ad fruitionē tanquā cōditio, ſine qua non, ſicut in quacūque volitione cōtingit. Omnis ergo neceſsitas fruēdi (ſi quæ eſt) prouenit ex cōnexione extremorum: hoc eſt voluntatis, & obiecti: ita quod ſi obiectū fuerit ſumme bonum, & voluntati oſtendatur, volūtas ex natura ſua (in opinione illorū, qui ponunt neceſsitatē fruendi in voluntate) ideò non poteſt nō frui illo, quia non poteſt non diligere ſummū bonum, & non poteſt non quietari in illo, ad quam neceſsitatem nihil conducit oſtenſio, ſeu clara viſio obiecti, licet ad illam neceſſariò ſupponatur, tanquam conditio, ſine qua non; quēadmodum ad quamlibet actionem requiritur approximatiò agentis ad paſſum: & non propterea pertinet talis approximatio ad cauſalitatem, ſiue ad neceſsitatē, vel cōtingētiā agendi.

ARTICVLVS II.

Vtrum fine obſcure apprehenſo in vniuerſali per intellectū, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quod fine obſcure apprehenſo in vniuerſali per intellectum, neceſſe ſit voluntatem frui eo: quod tripliciter probatur. Primo, per illud 2. Phyſ. ſicut ſe habet principium in ſpeculabilibus A

Tx. co. 85. D. Th. 1. 2 q. 10. ar. 1. & 2 vide Ægidium quotlib. 5. q. 6. D. Th. 1. p. q. 82. art. 1.

libus, ſic finis in operabilibus: ſed intellectus de neceſsitate aſſentit principijs primis ſpeculabilibus: ergo voluntas de neceſsitate aſſentit vltimo fini in operabilibus.

B. Secundo præterea, hoc idem probatur: quia voluntas neceſſario vult illud, cuius participatione vult, quidquid vult: ſed participatione vltimi finis vult, quidquid vult: ergo &c. Probatio minoris: quia nihil aliud vult, niſi in quantum eſt quodam bonum: omne autem aliud bonum videtur eſſe quædam participatio vltimi finis, quod eſt ſummum bonum; vt videtur per Auguſtin. 8. de Trinitat. cap. 4. vel 8. tolle bonum hoc, & illud &c. & vide ipſum bonum, ſi potes: itaque Deum videbis, non alio bono bonum, ſed bonum omnis boni.

C. Tertio præterea probatur idem ſic: voluntas non poteſt non velle aliquid, niſi in quo eſt aliquis defectus boni, vel aliqua ratio mali: in vltimo fine in vniuerſali apprehenſo non eſt aliquis defectus boni, nec aliqua ratio mali: igitur &c. Item Auguſt. 13. de Trinit. cap. 3 dicit: quod quidam Mimus dixit ſe ſcire de multis exiſtentibus in Theatro quodam, quid omnes vellent, hoc volens intelligere de beatitudine; ſed non omnes illi vellet beatitudinem, ſi contingenter eam vellent: ergo neceſſario eam voluerunt.

D Sed contra eſt, quod Auguſtin. 1. Retractat. cap. 9. & 22. dicit, quod nihil eſt, tam in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas: quod non intelligitur, niſi quantum ad actum elicitum. Si igitur actus voluntatis circa finem eſt in poteſtate voluntatis, mediante actu alicuius alterius potentiæ, multo fortius eſt in poteſtate voluntatis immediate: ſed in poteſtate voluntatis eſt velle, vel non velle finem, mediante actu intellectus: ergo hoc eſt in poteſtate eius immediatè. Minor patet: quia in poteſtate voluntatis eſt auertere intellectum à conſideratione finis; quo facto, voluntas non volet finem: quia non poteſt habere actum circa ignotum.

E. Reſpondeo dicendum: quantum ad iſtum articulum dicitur: quod voluntas de neceſsitate fruitur vltimo fine ſic apprehenſo obſcure in vniuerſali. Pro concluſione autem negatiua huius articuli, arguitur ſic: omne agens neceſſariò de neceſsitate agit ſecundum vltimum ſuæ potentiæ: quia ſicut non eſt in poteſtate

recipere formam, ad quam inclinan-
tur,& ſunt in potentia paſsiua. Vnde
eſt,quod inter hæc actiua, & paſsiua,
proportio debet eſſe perfectibilis ad
perficiens: & hæc eſt relatio conue-
nientiæ fundata in abſolutis naturis
eorum:quando ergo iſta ſic propor-
tionata approximantur,ibi eſt alia re-
latio approximationis mutuæ: ad quā
ſequitur paſsiuum recipere formam
ab actiuo.Ratio tamen huius actionis
in actiuo non ſuit aliqua exiſtis dua-
bus relationibus præcedentibus, vtpo
te relatio conuenientiæ,aut approxi-
mationis:tales enim relationes tan-
tum habent rationem cauſæ, ſine qua
non : ſed ipſa natura abſoluta actiui
eſt ratio , & cauſa huiuſmodi actio-
nis.

Hoc ergo ſic exemplificat Do-
15 ctor,in viſu : nam viſus, qui potentia
abſoluta eſt,inclinatur ad aliquod ob-
iectum extrinſecum tanquam ad per-
fectiuum ſui:vtpote ad album,ſeu pul
chrum:Et ſi quæramus,quare viſus ſic
inclinatur ad pulchrum ? nulla alia
ratio reddi poteſt, niſi quia talis viſus
eſt talis natura, & album , ſeu pul-
chrum,talis natura eſt. Sicut (inquit
Doctor)nec eſt aliqua ratio,quare ma
teria inclinatur ad formam,vt ad per-
fectionem extrinſecam,niſi quia ma-
teria eſt talis entitas abſoluta , & for-
ma talis:nunc igitur reſpectum ,funda
tū in abſolutis iſtis,quem diximus eſ-
ſe cōuenietiæ, ſequitur aproximatio:
quæ tūc eſt maxima,quando album in
ſe præſens;vt præſens,â viſu videtur,
& percipitur.Ex hac autē approxima
tione ſequitur,quod illud, quod incli
natur,recipiat á perfectiuo illo , ad
quod inclinatur , aliquam perfectio-
nem,& hæc perfectio(concludit Do-
ctor) eſt delectatio : quæ quia non eſt
in poteſtate paſsiui,in præſentia acti-
ui,dicitur eſſe paſsio:licet ſit vere qua
litas, & non de genere paſsionis, vt
prædicamentum eſt : hactenus Sco-
tus.

Huius inſtar modi phyloſophan-
16 dum eſt de fruitione, ad quod pona-
mus exemplum in fruitione beata: ibi
enim & eſt potentia libera, nempè vo
lūtas beati,quæ de ſe & ex natura ſua
(vt ſæpè diximus & probauimus) eſt
inclinata ad ſummum bonum, tan-
quam ad ſuum vltimum finem: & e-
tiam eſt ipſum ſummū bonum , quod
eſt vltimus finis:in voluntate ergo,ſe
cundum quod natura abſoluta eſt,fun
datur ille reſpectus conuenientiæ ad
ſummum bonum,quem terminat ſum
mum bonum ſecundum ſuam abſolu
tam naturam:hunc autem reſpectum
ſequitur approximatio per dilectio-
nem ad hærentem ſummo bono prop
ter ſe ipſum:cum etenim ſupponatur
per viſionem obiectum eſſe præſens
potentiæ:talis dilectio,qua illud, vt ſi
bi præſens,& ſibi ſumme conueniens
formaliter diligit,ei formaliter adhæ-
ret:& hoc tale formaliter per dilectio
nem adhætere ſummo bono , eſt for-
maliter frui : & talis adhæſio per di-
lectionem,ſeu,inquam,talis adhæſiua
dilectio eſt formaliter fruitio: ex quo
concluditur , qualiter fruitio ſit for-
maliter operatio voluntatis.

Rurſus ex tali approximatione vo-
lūtatis ad obiectum per dilectionem, 17.
quæ eſt fruitio, ſequitur in volunta-
te, quæ ex ſe erat inclinata ad ſum-
mum bonum, quædā perfectio,quam
recipit , ex eo quod poſsidet ſuum
perfectiuum , ad quod inclinabatur,
tāquam perfectibilis per ipſum : Hæc
igitur perfectio,quam recipit (inquit
Scotus)eſt formaliter delectatio:quia
ea recepta , gaudet voluntas, & ſibi
cōplacet,& delectatur de poſſeſsione
ſummi boni,quod per actum dilectio
nis adhæſiuæ ſupponitur poſsidere.
Ex quo concludebat OKam loco cita OKam.
to litera M.diſtinctas prorſus eſſe cau
ſas fruitionis, & delectationis : nam
fruitionis cauſa(inquit)eſt ipſum ob-
iectum,in cuius dilectione conquieſ-
cit voluntas,& illi per hanc dilectio-
nem adhæret : cauſa verô immediata
delectationis, non eſt tale obiectum,
ſed ipſe actus dilectionis obiecti , ad
quem tanquam effectus neceſſario cō
ſequitur delectatio:quæ quidem veri-
tatem continent,loquendo de cauſa
prout etiam cauſam ſine qua non,cō-
plectitur:nam loquēdo de cauſa in ri
gore,

rigore, re vera oppoſitum tenet Doctor loco proxime citato, dum docet, quod actus ille diligendi eſt, quaſi approximatio, quæ eſt cauſa ſine qua non. Sola ergo (inquit Scotus) forma abſoluta, ſupra quam fundabatur relatio obiecti, eſt ratio cauſandi illud abſolutum, quod eſt delectatio; id eſt ipſa natura obiecti eſt talis ratio cauſandi.

18. Demum hoc abſolutum, & hæc perfectio, quæ delectatio eſt, non propterea dicitur paſsio, eo quod ſit de genere, aut prædicamento paſsionis: formaliter etenim, nec eſt operatio, neque paſsio, ſed qualitas de genere qualitatis. Dicitur tamen paſsio, eo quod ſequitur ad prædictum actum amoris, qui eſt fruitio, & non eſt in poteſtate libere fruentis in præſentia ſummi boni illam libere habere, vel non habere: quia igitur naturali ſequela concomitatur amorem ad modum, quo paſsio conſequitur ad ſubiectum, quaſi ad talem modum, ideò paſſio ad differentiam operationis à Doctore vocatur: licet tamen paſsio, quæ vere paſsio eſt, non diſtinguatur realiter à ſubiecto ſecundum eundem Scotum, vt patet de riſibili, & rationali: ibi nihilominus inter fruitionem, & delectationem realis diſtinctio reperitur: quia quamuis ſeruet modum paſsionis, vt diximus, non tamen naturam veræ paſsionis habet: ſed formaliter eſt qualitas: qualitas autem realiter ab actione proculdubio eſt diſtincta.

19 Conſtat igitur obiectum ipſum, quod eſt cauſa fruitionis, eſſe quoque cauſam delectationis, pro eo quod ad poſitionem dilectionis obiecti ſine aliqua noua actione conſequitur neceſſariò poſitio delectationis in voluntate. Sed ſi contra hæc obijcias, ex inde ſequi obiectum neceſſariò agere in voluntatem imprimendo illam paſsionem, quæ eſt delectatio: quod manifeſte videtur tollere libertatem à voluntate.

20. Reſpondeo cum Scoto in citata diſtinct. 15. libri tertij ſub litera D. quod voluntas non neceſsitatur ſimpliciter ab obiecto, neceſsitate quidem abſoluta, ſed benè neceſsitate conſequentiæ: ſicut dato, quod volo, neceſſariò volo: & ita ſtat, voluntatem liberè velle, & diligere obiectum, & hac libera dilectione obiecti poſita, ad ipſam neceſſariò conſequi delectationem. Et ſi eandem inferas: ergo voluntas in receptione delectationis formaliter non eſt potentia libera, Reſpondeo tibi cum eodem Doctore ibidem, concedendo conſequentiam: quia licet voluntas vt voluntas, ſit abſolutê, & ſimpliciter libera: voluntas tamen, vt volens, non eſt formaliter libera: quia habet formam determinatam ad vnũ, quæ eſt ipſa volitio, ſeu dilectio obiecti. Licet ergo liberum vt liberum, non patiatur ab alio: nihilominus, vt determinatum ad vnum oppoſitorum, quod eſt ſibi forma naturalis, poteſt per illam formam determinate ſe habere ad vnum oppoſitorum, & non ad vtrumque: & ita pati ſicut principium determinatum.

§ 3.

Statuuntur Concluſiones huius difficultatis.

HIS præhabitis, difficultatem concludendo dico primo, quod fruitio eſt opera- 21. 1. Concluſ.
tio voluntatis. Concluſio eſt communis, & probatur ex ſupra citato teſtimonio Diui Auguſtini, (quod etiam Diuus Thomas adducit in primo art.) quoniam frui eſt amore inhærere alicui rei propter ſeipſam. Sed amor formaliter eſt actio, & operatio voluntatis: ergo &c.

Dico ſecundo, quod fruitio nulla- 22.
tenus delectationem in conceptu ſuo
includit, quinimo eſt operatio rea- 2. Concluſ.
liter à delectatione diſtincta. Concluſio-

Digitized by Google

cluſionem hanc probat Doctor vbi ſupra: & in Reportatis Pariſienſibus in 1. diſtinction. 1. quæſt. 3. pluribus & efficacibus argumentis, & primo: quoniam fruitio eſt actus liberæ voluntatis, & ex conſequenti eſt in libera poteſtate voluntatis: ſed delectatio eſt paſsio, & ideo non eſt in poteſtate voluntatis: ergo fruitio, & delectatio realiter diſtinguuntur. Probatur ſecundo: quia quorum oppoſita non ſunt realiter eadem, ipſa inter ſe realiter eadem eſſe non poſſunt, ſed triſtitia, & odium realiter non ſunt eadem, neque triſtitia eſt in poteſtate voluntatis, ſicut & odium, quia eſt eius paſsio: ergo fruitio, & delectatio non ſunt realiter eadem, ſiquidem delectatio, eo quod paſsio eſt, non eſt in poteſtate voluntatis, ſicut fruitio.

23. Quod autem triſtitia propriè ſumpta ſit paſsio voluntatis, & ex conſequenti non ſit in eius poteſtate, probatur: quia non eſt aliqua operatio eius: quoniam omnis operatio voluntatis, vel eſt nolle, aut velle: ſed triſtitia non eſt velle, aut nolle, nec non velle: nam Deus & beati poſſunt ſummè nolle, & non velle: non tamen poſſunt triſtari: quia illa, reſpectu quorum habent nolitionem, euenire nō poſſunt: vt patet cum nihil contra Dei voluntatem, aut etiam contra voluntatem beatorum, quæ eſt diuinæ voluntati conformis, euenire poſsit: eo quod Deus ſummè nolens aliquid prohibet, & tollit, ne illud vnquam eueniat, *triſtitia* autem ſecundum Diuum Auguſtinum lib. 14. de ciuitate Dei cap. 15. *eſt de his, quæ nobis nollentibus accidunt*: & ideo, poſito hoc nolle in quocumque viatore, ſi eueniat illud nolitum, proculdubio triſtabitur: vt ſi nolim mortem amici, quam quidem alias prohibere non poſſum, & talis mors euenire contingat: triſtabor profecto, & eo magis triſtabor, quo magis illā euenire noluerim. ergo aliquid habeo, cum triſtor, quod antea non habebam, quia nunc realiter triſtor, & antea non triſtabar: ſed ex eo præciſe quod triſtor, non eſt in me aliqua operatio, nec ſimpliciter, nec ſecundum aliquem gradum: quia

D. Auguſ. quid ſit triſtitia.

ſecundum nullum præfuit talis operatio, vt ex probatis ſupponitur. ergo triſtitia nullatenus operatio eſſe poteſt, ſed paſsio.

Nec præterea eſt paſsio (probat Scotus) in voluntate ab ipſa voluntate effectiue procedens: quia tunc eſſet in poteſtate voluntatis, ſicut volitio, & nolitio, & eſſet operatio voluntatis ſaltem quatenus volita, quod falſum eſt, vt conſtat: eſt ergo paſsio ab obiecto nolito, ſine aliqua actione cauſata, ſed conſequens ad nolitionem illius: hoc idem de delectatione phyloſophandum eſt, proportione ſeruata: ex quibus concluditur, quod cum contrariorum eadem ſit ratio, ſicut triſtitia eſt paſsio, & non operatio voluntatis, & realiter diſtinguitur à nolitione, & odio, vt patet in Deo, & beatis, qui ſummè nolunt, & non triſtantur: ſic delectatio non eſt voluntatis operatio, ſed paſsio eius, & eſt realiter à fruitione diſtincta. 24.

Hac quaſi probatione probat OKI concluſionem prædictam ex comparatione, ſcilicet, odij, & triſtitiæ: nam ſicut ſe habent odium, & triſtitia, ſic amor, & delectatio: ſed odium, & triſtitia diſtinguuntur realiter: ergo fruitio, & delectatio etiam realiter diſtinguuntur. Aſſumptum probatur: quoniam odium non requirit obiectum apprehenſum ſub ratione exiſtentis, benè tamen triſtitia: quia nemo triſtatur, niſi quando nolitum in re ipſa euenit, aut euenire timetur. Stat etenim, quod quis ſumme odio habeat mortem: cuius tamen apprehenſione non contriſtatur, niſi cum ipſius periculum imminet, imo ſtante eius ſummo odio, de ipſius non euentu, & retardatione lætatur. 25.

Dicet tamen aduerſarius: fateor has rationes concludere, vt ſonant: & libenter concedo, triſtitiam non ſuper ſequi ad odium: ex cuius paritate conuincor fateri, nec etiam delectationem ſemper ſequi ad dilectionem: quod argumentum concludit: ſed ex hīs nihil ad propoſitum: non enim de quacumque dilectione hic procedit difficultas: ſed de dilectione, quæ eſt formaliter fruitio; de hac enim habe- 26.

Impugnatio prædictæ doctrinæ.

tur

tur expreſſe ex Scoto ita coniunctam eſſe delectationi, vt non ſit in poteſtate voluntatis, illam ad fruitionem non ſequi. In hoc tamen, quod arguitur à paritate triſtitiæ admittitur manifeſta contradictio: quoniam ex prædicta paritate triſtitiæ colligitur delectationem non neceſſario conſequi ad fruitionem: ſi etenim ad ſummum odium triſtitia poteſt non ſequi: cur neceſſario delectatio ad fruitionem conſequitur, ſi quidem ſe habet ad fruitionem delectatio, ſicut triſtitia ad odium?

27. Reſpondeo, paritatem illam triſtitiæ, & delectationis poni à Doctore ad oſtendendum delectationem, non quidem actionem, aut operationem eſſe voluntatis, ſed paſsionem, ſeu qualitatem per modum paſsionis modo expoſito, eo quod neutra eſt in poteſtate voluntatis: ſed vtraque ad actum ipſius voluntatis conſequitur; nempè delectatio ad volitionem, quæ eſt fruitio, & triſtitia ad poſitiuam nolitionem alicuius, quæ eſt eius odium. Vt tamen nolitio illa ſit ſummè odium ex diametro fruitioni oppoſitum, debet eſſe reſpectu alicuius, quod eſt, vel quod euenire poteſt: adhoc enim conſequitur triſtitia, quando euenit, vel euenire timetur: Nam vt inquit Diuus Auguſtinus lib. 14. de Trinita. cap. 9. *De hoc illo, quod euenire non poteſt, nemo triſtatur.* Ex hoc ergo, quod eſt triſtitiam, & delectationem neceſſario, & naturali ſequela ſine aliqua noua actione ad actus prædictos conſequi, ita vt non ſit in poteſtate voluntatis non triſtari, aut non delectari, ſolum infertur delectationem, & triſtitiam non eſſe operationes, ſed paſsiones, ſeu qualitates per modum paſsionis ab omni operatione voluntatis realiter diſtinctas.

Solutio prædictæ impugnationis.

D. Auguſ.

28. Hac tamen reali diſtinctione ſuppoſita, ad hunc tam delectatio neceſſario conſequitur ad fruitionem, quam triſtitia ad odium: quia hoc quod eſt vnum neceſſario ſequi ad aliud, neceſsitate naturalis ſequelæ, non tollet, quod aliquando poſsit non ſequi in actu: & hoc quamuis in multis conſtare poſsit, in hoc tamen exemplo clare oſtenditur: nam perſonalitas creata naturali ſequela conſequitur ad naturam intellectualem indiuiduam: ita vt non ſit in poteſtate naturæ, ſeu habentis naturam, in illa nõ exiſtere: nihilominus tamen contingit in Chriſti humanitatè, creatam perſonalitatem ad illam de facto non cõſequi, & hoc non, ob aliud, niſi quia naturæ illi, vt vnitæ Verbo, in propria perſonalitate repugnat exiſtere: eo quod talis natura, vt ſic vnita, eſt incapax propriæ perſonalitatis. Ex quo colligitur optimè, perſonalitatem propriam ab illa natura realiter eſſe diſtinctam, ſi quidem eſt ab ea ſeparabilis, & ſine illa manet eſſentialiter, & realiter conſeruata natura.

29. Pari igitur ratione dicendum eſt in præſenti: nam delectatio naturali ſequela ſequitur ad fruitionem, & triſtitia ad odium, ſeu ſummam nolitionem, veluti (ſuo modo) perſonalitas propria ad intellectualem naturam. Contingit tamen ad aliquam fruitionem, delectationem nõ ſequi, nec ſemper triſtitiam ad odium: ſicut contingit perſonalitatem propriam in exẽplo adducto, ad naturam non ſequi. Et hoc non ob aliud, niſi quia odij eſt in aliquo, cui repugnat triſtitia: & fruitio ſimiliter eſt in aliquo, quod cuiuslibet delectationis eſt in capax. Quod patet de Deo (& idem dico de beatis) qui, eo quod ſibi triſtari repugnat, & ſi habeat verum peccati odium, de eo nihilominus nõ triſtatur, & in Dæmone, nam eo quod omnis delectationis eſt incapax, licet ſe ipſum ſummi diligat & ſummè diligendo creaturas aliquas fruatur vtẽdis (in quo Auguſtinus ſummam peruerſitatem conſtituit) tamẽ delectari non poteſt: nec ideo ad eius fruitionem conſequitur delectatio. Sicut ergo, ex eo quod in aliquo poteſt abſque propria perſonalitate realiter conſeruari natura, bene infertur inter naturam, & perſonalitatem realis diſtinctio: ſic ex eo quod in aliquo poteſt conſeruari ſummum odiũ ſine triſtitia, aut fruitio ſine delectatione, optimè infertur inter triſtitiam, & odiũ, vel inter fruitionem, & delectationẽ realis diſtinctio.

Ex eo quod triſtitia naturaliter ſequatur ad ſummã nolitionem, ſicut, & delectatio ad fruitionẽ: non exinde infertur fruitionem ſeperari nõ poſſe à delectatione, ſicut à ſumma nolitione triſtitiam.

§. 4.

Soluuntur argumenta opinio num diuerſarum.

30 *Ad 1. argu. pro 1. ſent.* AD argumenta iam pro prima ſententia, & ad primum ex dictis patet, delectationem conſequi ad fruitionem: fruitionem vero formaliter, aut realiter delectationem non includere: ſed eſſe amorem ipſum, quo voluntas adhæret vltimo fini. Nec oppoſitum habetur ex illis dictis teſtimonijs ſacræ Scripturæ: quia ex eo quod ibi in primo ad gaudium, & delectationem, fieret inuitatio, hoc non officit, quin primo, & per ſe eſſet ad amorem obiecti: & ex cōſequenti ad delectationē, quæ ad eius amorem cōſequitur. Quod idem ſimiliter ad ſecundum dicendum eſt.

31 *Ad 2.* Ad rationem vero concedo, fruitionem poſſeſsionem obiecti importare, quę optime per intimum amorem, quo quis adhæret vltimo fini propter ſe ipſum, habetur: et quidem de vltimo fine a ſe per amorem poſſeſſo delectatur ille, qui fruitur. Vnde in ſenſu formali iſta eſt falſa: eo poſsidet, quo delectatur. Iſta tamē eſt vera cauſalis: ideo delectatur, quia poſsidet vltimum finem: ergo poſſeſsio ad delectationem ſupponitur tanquam cauſa ad effectum.

32. Ad ſententiam Alphonſi ſatis reſpondet Doctor vbi ſupra, probando non poſſe fruitionem includere ſimul formaliter amorem, & delectationem: eo quod tunc eſſet vnum per accidens, & ideo diffiniri non poſſet.

33. Ad ſententiam Soti, & ad eius argumentum reſpondeo, fruitionem, cum ſit actus voluntatis, terminari non poſſe, niſi ad obiectum formaliter bonū: et ex eo quod eſt adhæſiuus amor, debet terminari ad bonum propter ſe ipſum. Loquendo autem de ordinata fruitione, neceſſariò terminatur ad ſummum bonum, quod eſt bonum infinitum, & vltimus finis verus voluntatis: omnis autem Theologia docet viſionem beatam, ſeu ipſum ſummum bonum reduplicatiuè, vt viſum eſt, eſſe quoddam accidentale creatum; quia viſio, cuius ratio reduplicatur in illo, eſt accidens creatum, & minime potens terminare ordinatam fruitionem beati: quia ſolummodo eſſe infinitè bonum, & vt formaliter ſummū bonum, ſatiat appetitum voluntatis. Vnde nec viſio ipſa, nec Deus prout viſus ab intellectu beati, ſed Deus ipſe in ſe infinitè formaliter bonus, eſt noſtra obiectiua fruitio, & formale ordinatæ fruitionis obiectum. Omitto hic ſpeculationem falſæ propoſitionis, quæ aſſumitur ibi, quod, ſcilicet, viſio Dei, vt volita, eſt poſſeſsio Dei vſque ad proprium locum. Et obiter dico, quod ſi poſſeſsio terminatur ad vltimum finem, per vnam ex dictis operationibus debet obtineri: ſi enim viſio eſſet, ipſa profectò ad vltimum finem terminata poſsidet illum: ſi vero fruitio poſſeſsio eſt, ipſa terminari debet ad vltimum finem, quem poſſidet: viſio autem Dei, vt volita, nihil aliud eſt, formaliter loquendo, quam quædam dilectio terminata primo, & per ſe ad operationem, ſcilicet, ad viſionem ipſam, non ad operationis obiectum: fruitio autem proculdubiò rei ipſi, quæ eſt vltimus finis adhæret, non vero operationi potentiæ creatæ, qualis eſt viſio vltimò adhærere poteſt.

QVÆ-

QVÆSTIO QVARTA.

De modo eliciendi actum fruitionis, circa vltimum finem.

CIRCA frui adhuc quæritur de modo eliciendi actum illum, vtrum, ſcilicet, fine apprehenſo per intellectum, neceſſe ſit voluntatem frui eo, & iſta quæſtio poſt intelligi, vel de fine obſcure apprehenſo in vniuerſali, ſicut concipimus beatitudinem in communi: vel de fine obſcure apprehenſo in particulari, ſicut concipimus beatitudinem de Deo trino: vel de fine clare viſo, vt in habente voluntatem ſupernaturaliter eleuatam, vt in habente voluntatem perfectam per habitum ſupernaturalem in voluntate: vel de fine clare viſo in non habente habitum ſupernaturalem in voluntate: & hoc poſito, quod Deus de potentia abſoluta oſtenderet ſe intellectui, non dando habitum aliquem ſupernaturalem voluntati. Circa hanc igitur quæſtionem quæruntur octo.

¶ Primo. Verùm ex eo, quod ponatur in voluntate neceſſitas reſpectu fruitionis finis vltimi, ſequatur, poni in ea neceſſitatem abſolutam, an verò conditionatam?

¶ Secundo. Verùm fine obſcure apprehenſo in vniuerſali per intellectum, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

¶ Tertio. Verùm voluntas fruens fine vltimo, neceſſariò contineat actum fruitionis?

¶ Quarto. Verùm ſicut voluntas poteſt non velle finem vltimum ſibi oſtenſum, poſſit ipſum nolle?

¶ Quinto. Verùm fine obſcure apprehenſo in particulari, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

¶ Sexto. Verùm fine clare viſo in habente voluntatem ſupernaturaliter eleuatam, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

¶ Septimo. Verùm fine clare viſo in non habente habitum ſupernaturalem in voluntate, poſſibile ſit voluntatem frui eo?

¶ Octauo. Verùm voluntas libere fruatur fine, vt cumque apprehenſo per intellectum?

ARTICVLVS I.

Vtrum ex eo, quod ponatur in voluntate neceſſitas, reſpectu fruitionis finis vltimi, ſequatur poni in ea neceſſitatem abſolutam, an vero conditionatam?

AD primum ſic proceditur, Videtur, quod ex eo, quod ponatur in voluntate neceſſitas, reſpe-

Digitized by Google

ctu fruitionis finis vltimi, non ſequatur poni in ea neceſsitatem abſolutam, ſed conditionatam quia viſione poſita, neceſſario ponitur fruitio: ipſa non poſita, tollitur: ergo viſio eſt cauſa totalis fruitionis: *ergo dicendum eſt*, voluntatem non neceſſario ſimpliciter frui fine: ſed neceſsitate conditionata, ſcilicet, ſi oſtendatur. Probatio primæ conſequentiæ, quia alias tollitur omnis notitia, quod ſic eſſet cauſa ſine qua nō quod libere aget in ſe.

B. Secundo præterea patet in exemplo: licet enim. poſito actu potentiæ contingenter agentis, neceſſario generetur habitus, *hoc eſt*, neceſsitate conditionata, ſeu concomitanciæ: tamen potentia contingenter agens non neceſſario ponit actum: ergo &c.

C Tertio præterea: illa *neceſſitas voluntatis* eſt ex natura extremorum, quod eſt breuiter dicere, extremorum eſt neceſſaria connexio, ſi oſtenſio præcedat: *ergo ſtat*, quod intelligatur de neceſsitate conditionata: hoc eſt, quod præſuppoſita intellectione, neceſsitas fruēdi ſequatur, quæ eſt neceſsitas ſecundum quid, quia dependens ab illa.

D Sed contra eſt: quia nihil facit ad agere illud, quod ponitur ſub conditione: ergo nec ad neceſſariò agere: ergo ſi iſta neceſsitas eſt iſta conditione, erit æque ſimpliciter.

E Reſpondeo dicendum: *quod circa ſolutionem cuiuſdam rationis, quæ probat voluntatis contingentiam in operando, ſunt plures ſolutiones: ratio autem hæc eſt.* Quodcumque agens non impeditum, quod neceſſitatur ad agendum, de neceſsitate remouet omne prohibens actionem, ſi poteſt: ergo ſi voluntas non impedita neceſsitetur ex natura ſua ad volendum vltimum finem, neceſſariò remouet omne prohibens illam volitionem, ſi poteſt remouere: prohibens autem hanc volitionem eſt non conſideratio finis, & hanc poteſt voluntas remouere faciendo intellectum ſtare in conſideratione finis: ergo volendo finem neceſſariò faciet intellectum ſtare in conſideratione finis. Maior patet: quia quod ex ſe neceſsitatum eſt ad agendum, numquam prohibetur, niſi per aliquod repugnans vincens virtutem eius actiuam: ſicut patet de graui: prohibetur enim à deſcenſu propter aliquod repugnans vincens eius inclinationem, & pari neceſſitate remouet impedimentum prohibens, ſi poteſt, quo amoto, non impeditum deſcendit: quia ita neceſſariò remo

uet

uet repugnans effectui, ſicut ponit effectum, cui illud repugnat. Quidam tenendo concluſionem oppoſitam, huic rationi reſpondent dicendo, voluntatem non neceſſariò ſimpliciter frui fine, ſed neceſſitate conditionata, ſcilicet, ſi oſtendatur, & maior dicatur eſſe vera de ſimpliciter neceſſariò agente. Aliter autem dicitur, quod maior eſt vera de illis, quæ ſimilem neceſſitatem habent reſpectu principaliter intenti, & reſpectu illorum, quæ ſunt neceſſaria ad illud; cuiuſmodi ſunt agentia mere naturalia, quæ in toto proceſſu, vſque ad vltimum intentum agunt mere neceſſitate naturali: voluntas autem alio modo reſpicit finem, in quo bonitas omnis eſt; quia neceſſariò; & alio modo entia citra finem, in quibus eſt defectus boni: quia illa reſpicit contingenter. Tertiò reſpondetur ad minorem: quod non conſideratio finis, non propriè prohibet voluntatem à fruendo. Aliter reſpondetur ab alijs (& probabilius) dicendo, quod maior rationis veritatem habet de agente neceſſariò propriè impedito; cuiuſmodi eſt agens, quod prohibetur agere propter aliud vincens eius virtutem actiuam. In propoſito autem, non ſic eſt; ſed eſt quoddam aliud agens, cuius actio neceſſariò eſt præuia actioni voluntatis; & ideò illius actionis præuiæ ceſſatio à conſiderando, large dicitur impedire voluntatem à volendo. Et loquendo de tali impedimento negatur maior: licet enim agens præſupponens actioni ſuæ actionem alterius poſſit illud alterum mouere ad agendum; & illo primo agente, ipſum neceſſariò agat, neceſſitate conditionata; ſiue concomitantiæ: non tamen neceſſariò mouet illud primum ad agendum; quia non ſimpliciter neceſſariò agit. ſicut illud, quod dicitur propriè impeditum, ſimpliciter neceſſariò ageret, quantum eſt de ſe: ſed iſtud tantum de neceſſitate conditionata; ſcilicet, poſita actione agentis præuij.

F *Contra iſta omnia, & primo contra primum ſic arguo*; quia ratio non ſoluitur: quia impedibilia non ſimpliciter neceſſariò agunt, ſed tantum neceſſitate conditionata, ſcilicet, ſi non impediantur; & in illis eſt maior vera: & ideò in maiori nõ accipitur, quod quidquid neceſſariò agit, neceſſariò

remouet prohibēs, ſi poteſt, ſed quidquid non impeditur, neceſſario agit &c. vbi ſpecificatur in maiori de neceſsitate conditionata. Contra ſecundam reſponſionem arguitur ſic: impoſsibile eſt aliquod extremum reſpicere aliud extremum quacumque neceſsitate, quin tanta neceſsitate reſpiciat quodcumque medium neceſſario requiſitum inter illa extrema: alioquin neceſſarium dependeret neceſſariò, à non neceſſario: ergo qua neceſsitate voluntas tendit in finem, ea neceſsitate tendit in oſtenſionem finis, ſine qua impoſſibile eſt ipſam tendere in finem. Contra tertiam poteſt aliter argui, & concludi, quod voluntas tenebit intellectum in conſideratione finis ſic: quidquid neceſſario quieſcit in aliquo ſibi præſente, neceſſario tenet illud ſibi præſens, ſi poteſt: voluntas, per te, neceſſario quieſcit in fine ſibi præſente: ergo neceſſario tenet illum ſemel præſentatum, vt ſit ſibi ſemper præſens. Probatio maioris inductiuè Si graue neceſſario quieſcit in centro, neceſſario ſe facit præſens centro, ſi poteſt, & centrum ſibi, & neceſſario tenet illam præſentiam, quantum poteſt: iſtud apparet in appetitu ſenſitiuo, ſi neceſſario, ſcilicet, quiecit in appetibili ſibi præſente, neceſſario, quantum poteſt, tenet ſenſum in iſto appetibili, vt ſit ſibi præſens ad delectandum. Probatur etiam maior ratione: quia quod aliquid neceſſario quieſcat in aliquo ſibi conueniente, eſt propter conuenientiam perfectam huius ad illud, & propter eandem conuenientiam videtur neceſſario appetere ſibi coniungi, quantum poteſt: hæc autem coniunctio fit in præſentia huius ad illud. Probatur aliter: quia quod neceſſariò quieſcit in præſente neceſſario, quantum eſt ex ſe mouetur ad abſens, vel ſaltim aptum natum eſt, licet impediatur per aliquid: igitur ſicut ex illa neceſsitate naturaliter moueretur, ſi non impediretur, ita ſi eſt ſuperius mouens, mouet quæcumque inferiora, per quæ poteſt ſoluere impedimenta: tale mobile inferius *voluntate* eſt hic intellectus mobilis ad conſiderationem finis. Cõtra *quartam ſolutionem* arguitur ſic: neceſsitas agēdi non eſt, niſi per aliquod intrinſecum principio actiuo principali: ſed actio illa præuia non eſt aliquid intrinſecum actiuo principali, ſed voluntati: ergo illa eſt neceſsitas agendi, & ita abſoluta: & tunc redu-

reducitur ratio, vt prius. Si eſt ſimpliciter neceſsitas ad agendum: ergo ad faciendum illud, ſine quo non poteſt agere, ſi tamen illud ſit in poteſta te eius, ſicut eſt hic: ergo &c. Confirmatur iſtud ſic: ſi hic nõ eſt neceſsitas actionis ad actionem: quia vna non eſt ratio actiua reſpectu alterius: ergo hic neceſsitas eſt propter inclinationem potentiæ ad actionem: ergo, & ad media requiſita erit neceſſariò inclinata; quia non eſt neceſſaria connexio inter extrema, niſi etiam ſit neceſſaria connexio medio rum omnium neceſſariò requiſitorum ad connexionem extremorum. Reſpondetur tamen *ab alijs* ad iſta argumenta; & ad argumentum principale ſic: hæc eſt neceſsitas conditionata, ſcilicet, alio præſuppoſito. Et conceditur, quod hæc neceſsitas eſt per intrinſecum principali agenti, & quod hæc neceſsitas eſt ad media, ſicut extremorum inter ſe: ſed totum eſt conditionatum, ſcilicet, præſuppoſita oſtenſio ne obiecti. Contra, agens impedibile nõ ſimpliciter neceſſario agit: ſed conditionaliter, ſcilicet, ſi non ſit impeditum: & tamen neceſſariò remouet impedimentum, ſi poteſt: ergo ita eſt in propoſito: & ſic non valet reſponſio prima de propio impedimento: voluntas enim non eſt proprie impedira per non intelligere. Confirmatur pro ſimili ſic; agens principale principaliter nullo neceſſariò agit, niſi quo principaliter agit, alioquin illo neceſſariò ageret, quo impoſsibile eſt, ipſum agere: non autem principaliter agit, niſi illo, quod eſt ſibi ratio formalis agẽdi. Hæc confirmatio videtur excludere quamdam reſponſionem, quæ daretur ad rationem principalem de neceſſitate ſimpliciter, & cõditionata: nam illa probat, quod ſi voluntas, etiam ſine oſtenſo, fruitur neceſſariò, quod hoc eſt, propter proprias rationes iſtorum extremorũ, quæ ex ſe habent connexionem neceſſariã: ergo illa non dependet ab aliquo alio ab extremis: & ita eſt abſoluta: & ſi extremorum inter ſe, & omnium mediorum in ſuo ordine, erit connexio neceſſaria. Reſpondetur *tamẽ*, quod minor prima eſt falſa, niſi intelligatur de neceſsitate conditionata: ſed illa minor, probatur de neceſsitate abſoluta ex natura extremorum. *Sed* item probatur: *quia* quidquid neceſſariò agit, poſita aliqua actione præuia, neceſſariò determinat ad illam, ſi poteſt: ſed voluntas, poſita *actione* intellectus præuia circa vltimum finem,

finē, neceſſariò tēdit in illū per re: ergo neceſſariò determinat intellectū, ſicut ad eius apprehēſionē. Vis hujus rationis eſt: quia eadē eſt neceſsitas ad medium, & ad extremum.

G Ideò ad probationē illius *rationis*, reſpōdeò. Ad minorē dico: ꝙ in agēte principali ſimpliciter neceſſariò agēte, nihil eſt, quo neceſſariò agit; nec etiā requiſitum ad neceſſariò agere, niſi tantū illud, quo principaliter agit: quia in ſimpliciter neceſſario agente tota ratio neceſsitatis eſt in ipſo per illud, ſecūdū ꝙ eſt agens: ſed in agēte principaliter neceſſariò ſecūdū quid, ſiue cōditionaliter, nō eſt illud, ſufficiēs ratio neceſſariò agendi, quod eſt ratio agēdi, ſed requiritur aliud, à quo dependet iſta neceſsitas: quia non eſt à ſola ratione agentis. Et negatur ſecunda minor: quia non per illud ſolum, quo agens principaliter agit, per hoc eſt neceſsitas cōditionata in agendo, ſed per illud cū alio præſuppoſito. Ad probationē ſecūdæ minoris dico, quod in hoc, quod eſt neceſſario, duo includūtur, & reſpectu agere, eſt dare vnum quo, ſcilicet, rationē formalem agēdi in principali agente: reſpectu autē neceſsitatis nō eſt illa ſola ratio, ſed cū hoc aliud præſupoſitū. Ad formā ergo dico: quod nō eſt cōcedēdū, quod aliquid ſit, quo neceſſario agit, ſed ad neceſsitatem illā requiritur, & illud, quo agit, & illud aliud præſuppoſitū, quo nō agit. Sed quia in propoſito, à quo depēdet neceſsitas, ab eo pēdet & actio, & quo agit, eo agit aliquo modo agendi neceſſariò, vel cōtingēter: ideò ad probationē ſecūdæ minoris aliter dici poteſt, quod illud, quo eſt actiuū, nō eſt illud, quo ipſū neceſſariò agit, niſi alio præſuppoſito: et tūc eſt, quo neceſſariò agit alio præſuppoſito. quidquid *igitur* nō impeditū neceſſariò agit, neceſſariò tollit impedimētū, ſi poteſt. *Rurſus*, quidquid neceſſariò agit, poſita aliqua præuia actione, neceſſariò determinat ſe ad illā præuiā, ſi poteſt. *Item*, agēs principale, quocūq; poſito ſecūdario, neceſſario agēs ex principio actiuo principali neceſsitatur. *Ad cuius probationē*, arguitur ſic. In primo inſtanti naturæ eſt actio præuia: in ſecūdo eſt actio principalis agentis: quæro tūc in illo inſtāti ſecūdo, qualiter principale agens agit? Si cōtingēter, habetur propoſitū: ſi neceſſariò, cū tūc præciſe per propriā formam agat: & quia principaliter, & quia ipſum primū, nullo modo libero eſt ratio agēdi, ſequitur tūc, quod forma ſua ſit tūc neceſſaria ratio agēdi: ſed hoc nō eſt niſi ex determinatione formæ ad obiectū, & actionē in obiectū: ergo extrema ex natura ſua habēt neceſſariā cōnexionem: igitur, & ad media neceſſaria. Reſpon-

H Reſpondetur ad iſtud, quod in ſecũdo ſigno naturæ, principale agẽs agit neceſſariò nõ ſimpliciter, ſed ſecũdũ quid, ſcilicet, alio præſuppoſito. Cõtra: quod quãdo agit, neceſſariò agit, ſimpliciter neceſſariò agit: quia cõtingẽter, & neceſſariò determinat agere pro tũc, quãdo cauſa agit, generãs neceſſariò generat, licet præſupponat alterationẽ, quãtũ eſt ex ſua forma actiua. Et tũc vltra ſic: ſimpliciter neceſſariò, quãtũ eſt ex ſua forma, determinatur ad omne mediũ neceſſariũ, & in illud neceſſariò tẽdit, quãtũ poteſt, & quãdo poteſt, neceſſariò: ergo vult intellectionẽ eſſe ſibi præſẽtialiter, *vt obiectum cognitum.*

L. Ad primũ argumentum dico: quod etiã ſine claro viſo, volũtas eleuata nõ neceſſariò fruitur, quãtũ eſt ex parte ſua, vt infra ex 6. *articulo cõſtabit. Vnde licet ſit verũ,* quod viſione nõ poſita, tollitur fruitio: *falſũ eſt tamẽ, quod ipſa viſione poſita, fruitio ponitur.*

K. Ad ſecũdũ dico, quod neceſſitas agẽdi nõ eſt, niſi per aliquod intrinſecũ principio actiuo principali: ſed actio illa præuia non eſt aliquid intrinſecũ actiuo principali, ſcilicet, volũtati. *Et nõ obſtat exẽplũ*: quia pro tunc quãdo cauſa agit, generãs neceſſariò generat, licet præſupponat alterationẽ, quãtũ eſt ex ſe, & ex ſua forma actiua ſimpliciter neceſſariò agit.

Ad tertiũ dico: quod vbicũq; eſt neceſſaria cõnexio extremorũ, eſt neceſſaria cõnexio mediorũ neceſſariò requiſitorũ ad vnionẽ extremorũ; alioquin neceſſariũ depẽderet à cõtingẽte: ſed ſi voluntas neceſſariò fruitur ſine oſtẽſo, erit neceſſaria cõnexio extremorũ inter ſe, & ex natura ipſorũ extremorum: igitur & omniũ mediorũ: ſed vnũ mediũ neceſſariò requiſitũ ad vnionẽ iſtorũ extremorũ eſt oſtẽſio finis: igitur &c. Probatio minoris, ſi ſit neceſſaria cõnexio voluntatis ad finẽ, eſt ſicut principaliter agentis ad ipſũ obiectũ, circa quod agit: ſed virtus ad agẽdũ nõ poteſt eſſe in principali agente, niſi per illud, quo formaliter agit: ergo ipſa met eſt neceſſitas ad agendũ circa obiectũ. Patet ergo, quod ſi volũtas, etiã ſine oſtẽſo, fruitur neceſſariò, quod hoc eſt propter rationes iſtorũ extremorũ, quæ ex ſe habẽt cõnexionẽ neceſſariã: ergo illa non dependet ab aliquo alio ab extremis: & ita eſt abſoluta. L

Expoſitio Art. 1. quæſt. 4. diſtin. 1.

CONfuſa ſatis apparet litera textualis huius articuli ob multiplicem diuerſarum mentium reſponſionem, in eo contentam. Vt igitur omnem cõfuſsionẽ poſsimus de medio tollere, ſupponẽdũ eſt, iuxta tituli intelligẽtiã, quod hic nõ inquirit Doctor neceſsitatem, vel cõtingentiã voluntatis in fruendo: hoc enim infra in ſe- 12

qitontibus articulis latè diſputat. Sed
ex admiſſa hypotheſi, quod (iuxta alio
rum ſententiā) neceſſario frueretur ob
iecto ſibi oſtenſo, & clare viſo: quæritur
an hęc fruitio eſſet neceſſaria, loquen
do de neceſsitate conditionata, ita ꝙ
hæc ſit vera cōditionalis: ſi ſummū bo
nū oſtēdatur voluntati, volūtas neceſ
ſario frueretur ipſo, veluti iſta, ſi Sol
lucet, dies eſt: & ita ſemper maneret
neceſsitas cōditionata expoſitione cō
ditionalis illius dependens, ſic vt nul-
la abſoluta neceſsitas in voluntate reſ
pectu fruitionis deberet admitti? an
verò ſemel admiſſo, quod neceſſario
frueretur, non neceſſario cōditionali
ter, ſed abſolute neceſſaria ſit fruitio?

Ratio autē dubitandi oritur ex ſolu
tione cuiuſdā rationis, quæ in princi-
pio corporis articuli habetur, ſcilicet,
quodcūq; agēs nō impeditū &c. Quod
2. autē hæc ratio cōcludere intendebat,
eſt; volūtatem fruētē, eo ꝙ neceſſario
frueretur; neceſsitare quoq; intellectū
ne ceſſet à cōſideratione obiecti, ꝙ eſt
vltim' finis. Cui' rationis efficacia cō
ſiſtit in hoc; ꝙ ſuppoſito, ꝙ voluntas
neceſsitetur à bonitate obiecti, quod
eſt vltimus finis, ad fruēdū ipſo: de ne
ceſsitate quoq; debet remouere quod
cūque impedimētum prohibens frui-
tionē: dummodo hæc talis remotio ſit
in ipſius volūtatis poteſtate: impedi-
mentū autē prohibens fruitionē vlti
mi finis non aliud eſſe poteſt, quā nō
viſio, aut non cognitiō, ſeu nō cōſide
ratio talis finis. Quod autē voluntas
hoc impedimetū remouere poſsit, ex
eo probatur: quia poteſt volūtas intel
lectui imperare, & ipſum neceſsitare,
neceſſet à viſione, ſeu cōſideratione il
lius: ex quo cōcluditur nō ſolū volū-
tatem neceſſario frui vltimo fine: ſed
etiā neceſsitare intellectū, ne à tali vi-
ſione, ſeu cōſiderationepoſsit ceſſare.
3. Hęcigitur rationē variè ſoluūt Docto
res, quorū ſolutiones habētur in tex
tu illa t. mē, quā Scotus principalius
cōfutat, intēdebat neceſsitatē volūta-
tis fruētis nō abſolutā, ſed cōditionatā
eſſe: hoc eſt, nō ideo neceſsitari volū-
tatē ad fruēdū vltimo fine, quia ex na
tura voluntatis, & vltimi finis, hæc ne
ceſsitas oriatur: ſed ꝙ oriatur ex ea cō
ditione, ꝙ, ſcilicet, oſtendatur volun
tati ab intellectu.

Hanc tamē, & alias ſolutiones Do 4.
ctor ibi impugnat, & oſtendit, quod ſi
volūtas neceſsitate aliqua frueretur:
hæc quidē nō cōditionata, ſed abſolu
ta eſſet: prout concludit in fine ſolu-
tionis tertij argumēti, dū inquit. *Patet
ergo, ꝙ ſi volūtas, etiā ſine oſtēſo, fruitur
neceſſario, quod hoc eſt propter rationes iſ
torū extremorū, quæ ex ſe habent cōnexio
nē neceſſariā. ergo illa nō dependet ab ali-
quo alio ab extremis, & ita eſt abſoluta:*
ac ſi dicat Scotus: oſtenſio finis nō in
ducit neceſsitatē fruendi, ſed ſuppo-
nitur ad fruitionē tanquā cōditio, ſine
qua non, ſicut in quacūque volitione
cōtingit. Omnis ergo neceſsitas fruē
di (ſi quæ eſt) prouepit ex cōnexione
extremorum: hoc eſt voluntatis, & ob
iecti: ita quod ſi obiectū fuerit ſumme
bonum, & voluntati oſtendatur, volū
tas ex natura ſua (in opinione illorū,
qui ponunt neceſsitatē fruendi in vo
luntate) ideò non poteſt nō frui illo,
quia non poteſt non diligere ſummū
bonum, & non poteſt non quietari in
illo, ad quam neceſsitatem nihil con
ducit oſtenſio, ſeu clara viſio obiecti,
licet ad illam neceſſariò ſupponatur,
tanquam conditio, ſine qua non; quē
admodum ad quamlibet actionem
requiritur approximatiò agentis ad
paſſum: & non propterea pertinet ta
lis approximatio ad cauſalitatem, ſiue
ad neceſsitatē, vel cōtingētiā agendi.

ARTICVLVS II.

Vtrum fine obſcure apprehenſo in vniuerſali per intellectū, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

A
AD ſecundum ſic procedi-
tur. Videtur, quod ſine obſ
cure apprehenſo in vni- *Tx. co. 85.*
uerſali per intellectum, neceſſe *D. Th. 1. 2*
ſit voluntatem frui eo: quod *q. 10. ar. 1. & 2 vide*
tripliciter probatur. Primo, *Ægidium quotlib. 5.*
per illud 2. Phyſ ſicut ſe ha- *q 6. D. Th.*
bet principium in ſpeculabi- *1. p. q. 82.*
libus *art. 1.*

libus, ſic finis in operabilibus: ſed intellectus de neceſsitate aſſentit principijs primis ſpeculabilibus: ergo voluntas de neceſsitate aſſentit vltimo fini in operabilibus.

B. Secundo præterea, hoc idem probatur: quia voluntas neceſſario vult illud, cuius participatione vult, quidquid vult: ſed participatione vltimi finis vult, quidquid vult: ergo &c. Probatio minoris: quia nihil aliud vult, niſi in quantum eſt quodam bonum: omne autem aliud bonum videtur eſſe quædam participatio vltimi finis, quod eſt ſummum bonum; vt videtur per Auguſtin. 8. de Trinitat. cap. 4. vel 8. tolle bonum hoc, & illud &c. & vide ipſum bonum, ſi potes: itaque Deum videbis, non alio bono bonum, ſed bonum omnis boni.

C. Tertio præterea probatur idem ſic: voluntas non poteſt non velle aliquid, niſi in quo eſt aliquis defectus boni, vel aliqua ratio mali: in vltimo fine in vniuerſali apprehenſo non eſt aliquis defectus boni, nec aliqua ratio mali: igitur &c. Item Auguſt. 13. de Trinit. cap. 3 dicit: quod quidam Mimus dixit ſe ſcire de multis exiſtentibus in Theatro quodam, quid omnes vellent, hoc volens intelligere de beatitudine: ſed non omnes illi vellent beatitudinem, ſi contingenter eam vellent: ergo neceſſario eam voluerunt.

D. Sed contra eſt, quod Auguſtin. 1. Retractat. cap. 9. & 22. dicit, quod nihil eſt, tam in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas: quod non intelligitur, niſi quantum ad actum elicitum. Si igitur actus voluntatis circa finem eſt in poteſtate voluntatis, mediante actu alicuius alterius potentiæ, multo fortius eſt in poteſtate voluntatis immediate: ſed in poteſtate voluntatis eſt velle, vel non velle finem, mediante actu intellectus: ergo hoc eſt in poteſtate eius immediatè. Minor patet: quia in poteſtate voluntatis eſt auertere intellectum à conſideratione finis; quo facto, voluntas non volet finem: quia non poteſt habere actum circa ignotum.

E. Reſpondeo dicendum: quantum ad iſtum articulum dicitur: quod voluntas de neceſsitate fruitur vltimo fine ſic apprehenſo obſcure in vniuerſali. Pro concluſione autem negatiua huius articuli, arguitur ſic: omne agens neceſſariò de neceſsitate agit ſecundum vltimum ſuæ potentiæ: quia ſicut non eſt in poteſta-

te eius actio, ita nec intenſio: ergo nec modus agendi, ſcilicet, intenſe, vel non intenſe agere: ergo voluntas de neceſsitate volet finem intenſiſsime, & quantum poteſt, cuius oppoſitum experimur. Conceditur concluſio, quando eſt æqualis apprehenſio, & nihil retrahens. Item, potentia libera per participationem, non magis tendit in obiectum perfectum, quàm in aliud obiectum: ergo nec potentia libera per eſſentiam: non autem eſt differentia inter finem volitum, & alia volita, niſi ex parte perfectionis obiecti. Antecedens patet: quia viſus, qui eſt potentia libera per participationem, quatenus actus eius ſubeſt imperio voluntatis, non neceſſariò magis videt pulcherrimum, quàm minus pulchrum. Ideò ab vtroque æqualiter auertitur: & vtrumque æque contingenter videt.

F. Ad iſtam rationem reſpondetur, quod maior eſt vera de potentia cognitiua libera per participationem: quia talis non magis tendit in obiectum perfectum, quàm in aliud: ſed non eſt vera de appetitiua tendente in obiectum apprehenſum à ſua cognitiua: magis enim neceſſariò pulcherrimum viſum delectat appetitum viſiuum, quam minus pulchrum: & ſi ille appetitus aliquo actu elicito poſſet ſe in illud viſum ferre, magis neceſſario ferretur, quàm in minus pulchrum viſum. Pro eadem concluſione negatiua huius articuli arguitur ſic. Damnatus apprehendit finem vltimum, ſi neceſſariò velit eum: aut igitur amore amicitiæ, aut concupiſcentiæ: non ſecundo modo: quia apprehendit eum, vt impoſsibile ſibi; nec primo modo: quia talis fruitio eſt ſummè recta. Item ſi diligere neceſſariò ponitur, poſita intellectione practica, & tamen eſt ibi ſumma ratio recta, & meriti de congruo: quia omnis alius actus voluntatis eſt acceptabilis, ſicut, & laudabilis, non niſi virtute eius: Igitur cũ merito quocumque ſtaret, quòd voluntas neceſſariò ſequeretur intellectionem practicam; quod eſt contrã Anſelmum de conceptu Virg. capi 4. Item, in neceſsitato ad agendum ex ſe, & ſine quocumque poteſt agere, non poteſt ineſſe aliquis habitus: ſic enim poſſet ineſſe lapidi, qui ſimpliciter neceſsitatur ad deſcendere, quantum eſt ex ſe: ergo in voluntate reſpectu finis nullus poteſt eſſe habitus, nec acqui-

acquiſitus,nec etiam ſupernaturalis. Confirmatur de acquiſito: quia ille non generaretur ex actu: ſed tunc quando agit, eſt neceſsitata ad agendum in ſenſu diuiſionis. Conceditur concluſio de habitu acquiſito: ſed hoc non concordat cum Phyloſopho: quia ſapientia eſt habitus ſupremus. Probatur etiam de habitu ſupernaturali: quia ad quem actum neceſſitatur, reſpectu eius non eſt capax alicuius habitus. Dicitur, quod non neceſsitatur nunc ad dilectionem finis in particulari: nec etiam clare viſi in patria; niſi prius eleuetur. Primum improbabitur in quinto articulo: ſecundum in ſexto. Contra rationem poſitam inſtatur: quia ſi ratio valeret, non poneretur habitus in intellectu. Dico, quod non debet poni habitus inclinans, ſed benè requiritur habitus oſtendens, quia habitus non poteſt poni in voluntate, niſi vt tantum inclinans: ideò ratio bona eſt de voluntate, non de intellectu. *Suntque hic* duæ concluſiones, prima ſic: actus voluntatis magis eſt in poteſtate voluntatis, quàm aliquis alius actus. Secunda concluſio: actus ille eſt in poteſtate voluntatis, non tantum mediatè, ſed immediatè. Ex Prima vltro ſic: actus intellectus circa finem eſt in poteſtate voluntatis: ergo actus voluntatis. Quantum igitur ad hunc articulum, dico, quod voluntas, ſicut non neceſſariò fruitur his, quæ ſunt ad finem ſic nec fine obſcure apprehenſo, & in vniuerſali.

G Ad primum argumentum dico: quod illud ſimile concluderet multa falſa: quia concluderet, quod ſicut aſſentimus neceſſariò concluſioni propter principia, ſic neceſſariò aſſentiremus illis, quæ ſunt ad finem propter finem: quod eſt falſum. Ideò dico, quod ſimile eſt quoad duo, ſcilicet, quoad ordinem iſtorum, & illorum inter ſe; & etiam quoad ordinem illorum comparando potentias ordinate tendentes in illa. Et intelligo ſic; quod ſicut eſt ordo inter iſta vera, ſic, & inter illa bona: & ſicut illa vera ſunt ordinate cognita, ita & illa bona ſunt ſic ordinate volita. Sed non eſt ſimile quantum ad ordinem neceſsitatis in vno, & in alio, comparando ad potentias abſolute: non enim oportet, quod voluntas ſeruet illum ordinem in actibus ſuis, qualem nata ſunt

ſunt volibilia habere ex natura ſua: nec eſt aſſenſus ſimilis hinc inde: quia neceſsitas eſt in intellectu ex euidentia obiecti neceſſariò cauſante iſtum aſſenſum in intellectu: non autem bonitas aliqua obiecti cauſat neceſſariò aſſenſum voluntatis; ſed voluntas libere aſſentit maiori bono, ſicut minori.

H Ad ſecundum, cum dicitur de participatione, dico, quod maior eſt falſa: quia nihil voluntas neceſſario vult: & ideò non oportet, quod neceſſario velit illud, ratione cuius omnia alia vult, ſi quid eſſet tale. Minor etiam eſt falſa, quod, ſcilicet, virtute, & participatione vltimi finis, vult quidquid vult: quia virtute, & participatione alicuius, voluntatem velle aliqua, poteſt intelligi dupliciter: vel virtute, ſeu participatione eius, vt efficientis, ſiue continentis virtualiter: vel virtute, ſeu participatione eius, vt primi obiecti, propter quod volitum vult alia. Si primo modo intelligatur, non eſt ad propoſitum minor aſſumpta cum maiori: quia illud, cuius virtute, vt efficientis, eſt aliquid volitum, non oportet eſſe volitum, ſicut illud, quod eſt efficiens alicuius viſi, non oportet eſſe viſum: non enim oportet, quod primo videam Deum oculo corporali, ſi videam colorem, qui eſt quædam participatio Dei, vt cauſæ efficientis. Si intelligatur ſecundo modo, de participatione, vt primi obiecti voliti, tunc minor eſt falſa: non enim virtute Dei voliti volo quodcumque volitum: quia tunc omnis actus voluntatis eſſet actualis vſus, referendo illud ad primum obiectum volitum. Tu probas, ſunt participatione bona. Dico, quod æquiuocatio eſt de participatione, ſcilicet, effectiue, & ſic verum eſt: vel formaliter, & non eſt verum.

Ad tertium dicitur vno L
modo, quod licet non ſit ibi aliquis defectus alicuius boni; vel aliqua malitia, & ideò non poſſet fortè voluntas nolle illud, quia obiectum actus nolendi eſt malum, vel defectiuum; poteſt tamen illud bonum perfectum non velle: quia in poteſtate voluntatis eſt, non tantum ſic, vel ſic velle, ſed velle, vel nõ velle; quia libertas eius eſt ad agẽdũ, vel nõ agẽdum,

dum, non tantum ſic, & ſic: ſed ad determinate agendum, vel non agendum. Ad authoritatem Auguſtin. dico, quod non intelligit de volitione actuali; vult enim, quod Mimus ille, de quo loquitur ibi, verum dixiſſet, quid omnes concurrentes voluere, ſi dixiſſet omnibus; beati omnes vultis eſſe: non omnes autem concurrentes ad illud ſpectaculũ habuerunt tunc actualiter velle beatitudinis: quia non actualem cognitionem de hoc: loquitur ergo de volitione habituali, & aptitudinali, qua, videlicet, ipſa voluntas prona eſt, vt ſtatim inclinetur ad actum volendi beatitudinem, ſi actualiter offeratur ſibi ab intellectu. Similiter authoritas non eſt ad propoſitum: quia ſi certum eſt omnes velle beatitudinem, hoc non eſt de actu amicitiæ, volendo, ſcilicet, actu beatifico illud, ſcilicet, beatificari, ſiue beatum eſſe: ſed actu concupiſcentiæ volendo illud bonum ſibi, vt ſufficiens ſibi bonum: quia non eſt certum, voluntates inordinatas habere dilectionem ordinatam primi obiecti in ſe: ſed omnes voluntates, ſiue ordinatæ, ſiue inordinatæ habent voluntatem concupiſcentiæ volendo ſibi bonum: actus autem concupiſcentiæ non poteſt eſſe actus fruitionis: quia omnis concupiſcens concupiſcit alij, quem amat amore amicitiæ, & ita actus concupiſcentiæ non eſt actus fruitionis: ſed ſolus actus amicitiæ. Si ergo loquatur Auguſtin. de actu volendi beatitudinem, non tamen de actu amicitiæ, ſed concupiſcentiæ, & ita non de fruitione: & ita nõ eſt ad propoſitum.

Expoſitio 2. Articuli quæſtionis 4 diſtinctionis primæ.

ADMISSO iam ſemel ex precedente articulo, quod 1.
ſi voluntas neceſſario frueretur vltimo fine, hæc quidem neceſſitas non eſſet conditionata ex ſola oſtenſione obiecti; ſed abſoluta ex ipſius vltimi finis, & voluntatis connexione: quamuis benè tanquam conditio ſine qua non neceſſarió debeat præſupponi oſtenſio, & conſideratio vltimi finis. Modo hanc abſolutam neceſſitatem fruitionis, an verè ſit in voluntate? Doctor inquirit: et in primis quærit de vltimo fine, non vt cumque; ſed ſecundum rationem communem, & vniverſalem conſiderato, & de obſcura cognitione ipſius: ac ſi quærat, vtrum apprehenſa obſcure beatitudine, non in particulari, ſed in cõmuni abſtrahendo à ratione particulari, in qua vere conſiſtit, neceſſarió voluntas fruatur illa? Quod ergo in hoc ſecundo articulo inquiritur eſt, an ex

5. Quæres tamen, an reſpectu finis in vniuerſali apprehenſi poſsit eſſe fruitio; ſiquidem Scotus id non negat, ſed tantum negat neceſsitatem fruitionis reſpectu illius? Dico, quod ſicut reſpectu cuiuslibet finis vltimi, etiam illius, quem ſibi voluntas proſibito conſtituit, & ac ſi verus finis vltimus eſſet, intellectus practicus voluntati diligendum proponit, datur fruitio: ſic & à fortiori poteſt dari fruitio vltimi finis, tam in vniuerſali, quam in particulari obſcurè apprehenſi: de quo nemo dubitat: & tunc talis fruitio erit amor amicitiæ, quo voluntas illi adhæret propter ſe.

6. At tamen hæc fruitio viatoris longe differt à fruitione beatorum in patria: quia vt docet Scotus, in tertio diſtinctione, 31. quæſtione vnica, & in quarto diſtinctione 49. voluntas etiam habens eandem charitatem in via, & in patria, elicit in via actum fruitionis, quem elicit in patria: et hoc quidem non propter aliud, quam propter aliam, & aliam præſentiam obiecti: Quia, qui clarè videt ſummum bonum, perfectiſsimè illi adhæret: qui verò obſcurè, imperfectè: et hæc perfectio, & imperfectio, non ſe habent ſicut magis, & minus, quæ non variant ſpeciem: ſed ſicut amor, & amor, qui terminantur ad obiectum ſub diuerſis rationibus amabilitatis apprehenſum, nempè ſub obſcuritate apprehenſionis fidei in via, & ſub claritate intuitiuæ viſionis in patria.

(?)

ARTICVLVS III.

Vtrùm voluntas fruens fine vltimo neceſſariò continuet actum fruitionis?

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quod voluntas fruens fine vltimo neceſſariò continuet actum fruitionis: quia voluntas volēs aliquid non poteſt non velle illud, niſi in quo eſt aliquis defectus boni, vel aliqua ratio mali: in vltimo fine non eſt aliquis defectus boni, nec aliqua ratio mali: igitur &c. A

Secundo præterea, quia à quo dependet neceſsitas, ab eo pendet & actio: neceſsitas autē fruēdi eſt ſuppoſita intellectione, quia dependens ab oſtenſione: ergò nunquam ceſſat voluntas, niſi intellectus ſaltem prius natura ceſſet conſiderare finem. B

Tertio præterea, voluntas non ceſſat ex ſe agere circa aliquod obiectum, niſi conuertendo ſe ad aliud, vel perfectius, vel magis conueniens, vel ad quod magis determinatur, vel inclinatur: quod impedit illud operari ſimul circa aliud: ſed finis eſt omnium perfectiſſimum, & conuenientiſſimum ad- C

ad ipſum ſolum neceſsitatur, ad ipſum ſolum inclinatur, & in ipſo maximè delectatur; & volitio eius ſtat cum volitione cuiuſcumque alterius.

D Sed contra eſt: quia quæcumque potentia circa obiectum perfectiſsimum præſentatum neceſſario operatur, neceſſario circa idem continuat operationem, quantum poteſt: ſed huius contrarium experimur: quia voluntas auertit intellectum à conſideratione finis vltimi, ſicut aliorum, *& ex articulo præcedenti conſtat*, quod non neceſſario operatur circa obiectum perfectiſſimum præſentatum. Maior probatur: primo ſic, eadem eſt ratio operandi, & neceſſario continuandi operationem, ſi ſimpliciter, ſimpliciter: ſi quan do poteſt, quando poteſt. Secundo ſic, in appetitu ſenſitiuo hoc videmus, & in intellectu: in voluntate autem veriſsima videtur: ergo &c.

E Reſpondeo dicendum, quod ad rationem, quæ eſt de neceſſario continuando velle, quantum poteſt voluntas, dicitur, quod numquam ceſſat, niſi intellectus, ſaltem prius natura ceſſet conſiderare finem. Et ſi arguatur, quod voluntas continuabit neceſſario, vel continebit illud, quantum poteſt imperando, dicitur, quod non ſequitur; quia non neceſſario vult illam intellectionem, ſicuti vult finem. Et ideo poteſt aliter argui: quod ſaltem voluntas numquam auertet intellectum ab hac intellectione, vel conſideratione: quia voluntas neceſſario continuans, & ex ſe etiam illud dependens, non deſtruit illud imperando, à quo dependet. Dicitur, quod dum ſtat conſideratio finis, ſtat eius velle: ſed cui offertur aliud confuſe, eius conſideratio imperatur à voluntate, & ſic indirectè auertit intellectum à conſideratione finis, & pro tunc, pro quo auertitur, ceſſat prius natura conſideratio, & poſterius natura volitio. Contra primam reſponſionem: quæ eſt neceſsitas extremi ad extremum, eadem eſt ad medium. Ad hoc dicitur vt ſupra: quod non eſt ſimilis habitudo voluntatis ad intellectum, qualis eſt ad finem. Contra ſecundam reſponſionem arguitur: quia nihil aliud eſt perfectius, nec ad quod æque, vel magis neceſſario inclinetur, quam ad iſtud, & etiam tunc vltima volitio perfectior, & neceſſaria, & perfectioris, & conuenientioris obiecti, magis impedit volitionem

nem obiecti minus talis, quàm è contra. Item ſi obiectum eſt neceſſario volitum: ergo eius velle eſt determinatius volendum, quam quodcumque aliud velle: igitur, & eius intelligere. Vtraque conſequentia probatur: quia voluntas vult velle propter obiectum, & intelligere propter velle. Item, ad quod obiectum voluntas eſt pronior, ad eius intelligere magis impellit: ideò dicitur, quod voluntas nunquam auertit intellectum, ſed tantum phantaſma occurrens, quod non eſt in poteſtate voluntatis: & ideò dicitur, quod benè voluntas continuat, quantum poteſt, ſed non poteſt, quando occurrit aliud phantaſma occurens, quod non ſub eſt ſibi, nec eius motio. Confirmatur, intellectus ſeparatus ſemper ſtabit in conſideratione finis vltimi, & volitione, licet ſit quandoque alterius; quia benè ſtant ſimul. Contra, experimur, quod ita liberè voluntas auertit intellectum à conſideratione finis ad aliud obiectum, ſicut de alijs obiectis. Item cum vltimus finis ſit obiectum maxime motiuum, & perfectiuum intellectus, ſemper ſtaret in conſideratione eius: ſi ergo non ſtet, hoc videtur propter imperium voluntatis auertentis: dicitur (& bene in hoc,) quod ſi finis eſſet obiectum ut ſe mouens, vel etiam in propria ſpecie: quod verum eſt, quia maxime moueret, nunc autem ſecundum aliquos mouet tantum in alio, quod magis natum eſt mouere ad ſe in ſe, quàm ad alterum, vel ſecundum ſe multa phantaſmata ſimul mouent ad conceptum deſcriptionis eius ex communibus: ideò minus mouet, quàm alia obiecta, propter duo. Primo, quia difficile eſt ſtare in conſideratione vniuerſalis tranſcendentis: phantaſma enim mouet magis ad ſpeciem ſpecialiſſimam: ideò dicit Auguſtin. 8. de Trinitat. cum cæperis cogitare, quid veritas, ſtatim obijcient ſe phantaſmata. Secundum eſt: quia difficilius eſt, ſimul vti illis multis ad deſcriptionem, quàm ſingulis ſeparatim. Contra iſtam reſponſionem arguitur: quia ſaltem intellectus ſeparatus ſemper conſideraret. Similiter iſta reſponſio non valet ſecundum Henricum, qui ponit, quod poſſumus habere proprium conceptum de Deo. *Has ergò propoſitiones congere* A. Quidquid non impeditum neceſſariò agit, neceſſario tollit impedimentum, ſi poteſt B. Quidquid neceſſariò agit potia

aliqua præuia actione, neceſſario determinat ſe ad illam præuiam, ſi poteſt. C. Agens principale, quocumque poſito ſecundario, neceſſario agẽs ex principio actiuo principali neceſſitatur D. Quidquid circa obiectum pręſens neceſſario agit, neceſſario determinat ſe ad eius præſentiam, ſi poteſt E. Si potentia principalis neceſſario operatur circa obiectum præſens, in ipſa potentia eſt ratio, quantum eſt ex ſe, ſi poteſt: vel quandocumque poteſt neceſſario agendi circa illud. F. Quicumque appetitus neceſſario tendit in oppoſitum cognitum, neceſſario ſe determinat ad cognitionem eius, ſi poteſt. G. Quicumque appetitus in ſolum obiectum ſummum, & perfectiſsimum apprehenſum neceſſario tendit, neceſſario determinat ſe ad eius apprehenſionem, ſi poteſt. H. Quæcumque potentia circa obiectum perfectiſsimũ ſibi præſentatum, & non circa aliud neceſſario operatur, neceſſario circa idem continuat operationem, quantum

1. Concluſ. poteſt. H. inter iſtas verior apparet: quia vniuerſaliter videtur eadem ratio neceſſario agendi, vel operandi, & neceſſario continuandi, ſi ſimpliciter, ſimpliciter, ſi quando poteſt, quando poteſt. I. Quæcumque potentia circa obiectum præſens neceſſario quieſcit, ad illud abſens neceſſario mouetur, quantum eſt de ſe: cauſa enim communis eſt. K. Si extremi eſt ſimpliciter neceſſitas, vel quãtum eſt de ſe ad extremum, ſimilis erit eius neceſſitas ad quodcumque medium ſimpliciter neceſſarium ex C. facta maiore, ſequitur. A. ſequitur B. & D. & F. quælibet poteſt eſſe maior ad concluſionem negatiuam ſecundi articuli, Ex I. ſequitur. E. G. infert intelligere, & velle iam poſita neceſſario continuari. Prima ex B. ſecunda ex H. inferunt non poſita, neceſſario eſſe ponenda. H. inter iſtas verior apparet, *vt viſum eſt*. G. apparet: quia in appetitu ſenſitiuo, in ſenſu, & intellectu hoc videmus: tamen in voluntate veriſsima videtur: quia ipſa non ceſſat ex ſe agere circa aliquod obiectum, niſi cõuertendo ſe ad aliud, vel magis conueniens, vel perfectius, vel ad quod magis inclinatur, vel determinatur: quod impedit operari ſimul. Sed vltimus finis eſt obiectum perfectiſsimum &c. & volitio illius ſtat cum volitione cuius libet alterius. Poſſet tamen dici, quod ipſa per aliquod velle elicitum imperat actiones

po-

potentiæ inferiores, vel prohibere: non autem poteſt ſic ſuſpendere omne velle: quia tunc ſimul nihil vellet, & aliquid vellet, ſed, quidquid ſit de ſuſpenſione omnis velle, ſaltim poteſt ſuſpendere omnem actum circa illud obiectum, per aliquod non velle eius elicitum: & hoc modo, non volo nunc aliquid elicere circa iſtud obiectum, quouſque diſtinctius oſtendatur mihi: & illud nolle non velle eſſet quidam actus elicitus, quaſi reflexus ſuper velle obiecti, non quod ineſt, vel infuit: ſed quod poſſet ineſſe: quod & ſi in ſe non oſtendatur, oſtenditur tamen in ſua cauſa, ſcilicet, in obiecto oſtenſo, quod natum eſt eſſe principium actus in aliquo genere principij.

2. Concluſ.

E

F Ad primum argumentum dicitur: quod non eſt probatum, quin voluntas poſſit bonum nolle, in quo nulla inuenitur ratio mali, vel defectus boni: ſicut non eſt probatum, quin poſſit velle illud, in quo non inuenitur aliqua ratio boni. Aliter dicitur, quod licet non ſit ibi aliquis defectus alicuius boni, vel aliqua malitia: & ideo non poſſet forte voluntas nolle illud, quia obiectum actus nolendi eſt malum, vel defectiuum, (*ut dictum eſt*) poteſt tamen illud bonum perfectum non velle. Ideo dico, per illud Auguſtin. 1. Retract. quod nihil eſt tam in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas: quod non intelligitur, niſi quantum ad actum eliciendum: & quod libertas eſt ſui reſpectu ſui, quantum ad actus determinationem.

G Ad ſecundum, *patet ex ſecundo articulo, & ſequentibus:* quod voluntas non fruitur neceſſario fine *etiam clare viſo: & ſic tenendo*, quod eadem eſt ratio operandi, & continuandi operationem: *facilis eſt ſolutio.*

H Ad tertium *poteſt negari maior:* quia voluntas ceſſat ex ſe agere circa aliquod obiectum, etiam non conuertendo ſe ad aliud perfectius, vel magis conueniens &c. ſed quia poteſt ſuſpendere omnem actum circa illud obiectum per aliquod non velle *eius ſicut dictum eſt.*

(t)

Expoſitio tertij articuli quæſtionis quartæ, diſtinctionis primæ.

TEXTVS huius articuli eſt maximè veterum diſcipulorum Scoti additionibus permixtus, prout videbitur in noſtro indice,
I quo in fine huius libri additiones inſertas in textu Scotico oſtendemus: & ideo non eſt, cur in eius commentatio immoremur. Præſertim quod in ſequẽtibus, peculiaris erit, noſtra ſub eodem titulo difficultas, in qua quid iuxta Scoti mentem de continuatione actus fruitionis ſit tenendum, adijciam: modo autem attente conſiderandæ ſunt decem illæ propoſitiones ſub ſingulis literis in articuli corpore deſignatæ: quæ optimè concatenatæ inferunt negatiuam concluſionem articuli.

A

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſicut voluntas poteſt non velle finem vltimum ſibi oſtenſum, poſsit ipſum nolle?

(5)

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quod ſicut voluntas poteſt non velle finem vltimũ ſibi oſtenſũ, poſsit nol-
A le ipſum: quia ſi voluntas non poteſt nolle, hoc eſt: quia neceſſario in ſe habet aliquid, cui repugnat illud nolle, ſed illud non poteſt eſſe, niſi actuale velle: ergo. Probatio: quia nulla inclinatio habitualis, vel aptitudinalis ad volendum, repugnat ipſi nolle.

Secundo præterea: quia ſi etiam detur, quod illud ſit non nolle, hoc non euadit: quia B
negatio nulli poſitiuo conuenit neceſſario, niſi propter aliquam poſitionem conuenientem neceſſario illi poſitiuo, quam ſequitur illa negatio, & tunc illa poſitio in propoſito non poteſt eſſe habitualis, vel aptitudinalis inclinatio aliqua: quia illam non ſequitur non velle; ſicut nec illi repugnat nolle: ergo illud poſitiuum neceſſario conueniens voluntati, propter quod repugnat ſibi nolle erit actuale velle: ergo ſi non poteſt nolle, neceſſario vult. Iſta ratio generaliter oſtendit, quod nulli ſuſceptiuo contrariorum, & mediorum, ſi habeat media, repugnat aliqua forma illius generis, ſiue quod impoſsibile ſit eam ineſſe, niſi alia forma illius generis neceſſario inſit eidem: vel aliquid aliud, cui virtualiter repugnat illa, quam poſsibile eſt ineſſe: tale autem poſitiuum virtua-

tualiter repugnans ipſi nolle non poteſt in propoſito reperiri aliud, quam ipſum velle; ergo &c.

C Sed contra eſt, quia voluntas non poteſt nolle aliquid, niſi in quo eſt aliquis defectus boni, vel aliqua ratio mali: in vltimo fine non eſt aliquis defectus boni, nec aliqua ratio mali: igitur licet poſſet voluntas illum non velle, non tamen poteſt nolle.

D Reſpondeo dicendum, quod *duplex eſt modus reſpondendi*, vno modo dicitur; quod licet in vltimo fine non ſit aliquis defectus boni, vel aliqua malitia: & ideo non poſſet forte voluntas nolle illud: quia obiectum actus nolendi eſt malum, vel defectiuum: poteſt tamen illud bonum perfectum non velle: quia in poteſtate voluntatis eſt, non tantum ſic, vel ſic velle, ſed velle, vel non velle: quia libertas eius eſt ad agendum, vel non agendum, non tantum ſic, & ſic: ſed ad determinate agendum, vel non agendum: ſi enim poteſt alias potentias imperando mouere ad agendum, non tantum ſic, & ſic: ſed ad determinate agendum, vel non agendum: non videtur, quod minor ſit libertas reſpectu ſui, quantum ad actus determinationem: & hoc poſſet oſtendi per illud Auguſtin. 1. Retractat. vt ſupra contra ſecundum articulum, vbi vult, quod nihil eſt tam in poteſtate voluntatis, quam ipſa voluntas: quod non intelligitur, niſi quantum ad actum eliciendum: ideo dico, quod libertas eſt ſui, reſpectu ſui, ſic quantum ad actus determinationem. Aliter dicitur, quod non eſt probatum, quin voluntas poſſit bonum nolle, in quo nulla inuenitur ratio mali, vel defectus boni, ſicut non eſt probatum, quin poſſit velle illud, in quo non inuenitur aliqua ratio boni: & hoc vel prius in re, vel in apprehenſione, quam illud terminet actum volendi. De hoc forte alias erit ſermo.

Reſpondeo *igitur*, quod non poteſt voluntas nolle finem: quia nolle finem eſt includens contradictionem; quia iſtud non eſt obiectum poſſibile huius actus, nec eſt inconueniens negare finem poſſe eſſe obiectum odij, & beatitudinem fugæ, ſicut nec miſeria poteſt eſſe obiectum concupiſcentiæ ſecundum Auguſtin. in Enchirid. cap. 37. miſeri non ſolum eſſe nolumus, ſed nequaquam velle poſſumus, & ponitur diſtinct. 25. ſecundi, & hic diſtinct. 10. *concluſio.*

E Ad argumenta reſpondeo, quod illud repugnãs illi nolle, eſt voluntas: quia ipſa nõ eſt capax, niſi velle & nolle poſsibilis, nolle autẽ finẽ eſt includens cõtradictionem ex reſpectu actus: quia iſtud non eſt obiectum poſſibile huius actus. Exemplum, videre ſonum includit contradictionem ex reſpectu actus, & obiecti; ideo repugnat viſui, vel viſus ſibi, & determinat ſibi non videre hoc: quia viſus eſt ita inſe, vel reſpectu huius.

Expoſitio Articuli 4. quæſtionis 4. diſtinctionis 1.

1 Concluſio huius articuli eſt ſatis perſpicua, & expoſitione nõ eget. poſita enim differentia inter libertatẽ cõtrarietatis, & contradictionis, ſeu quoad ſpecificationẽ actus, & quoad exercitium, facile capitur, vt ſ[illegible]tatẽ p[illegible]ſe nõ velle Deũ clarè viſũ per meram ſuſpenſionem actus dilectionis, abſque eo quod admittatur poſſe illum nolle: quia nolitio eſt quædam poſitiua auerſio, qua voluntas poſitiuè elicit actum fugæ circa obiectum apprehenſum, & cum ſupponatur ſumma bonitas finis vltimi apprehenſa, quæ ſummè mouet voluntatẽ: non poteſt voluntas actum aliquem circa illum elicere, qui nõ ſit proſequutio eius: licet benè poſsit, fine vltimo, quantumuis clarè viſo, vel actum inceptum dilectionis circa illum per meram negationem ſuſpendere, vel etiam nullum dilectionis, aut nolitio nis actum circa illum elicere.

2 Non igitur poteſt voluntas nolle vltimum finem: quia hoc inuoluit cõtradictionem, vt docet Scotus [illegible] eius; hæc autem contradictio eſt: quia Deus clarè viſus non eſt obiectum nolitionis: & actum potentiæ repugnat eſſe reſpectu illius, quod non eſt eius obiectum. Quod autem non ſit obiectum nolitionis patet: quia eſt ſummum bonum: ſummum autem bonum non poteſt mouere voluntatem ad nolitionem; quia alias non eſſet ſummum, in quo ratio omnis amabilitatis reſplendet. C

ARTICVLVS V.

Vtrum fine obſcure apprehenſo in particulari neceſſe ſit voluntatem frui eo.

A Ad quintum ſic proceditur. Videtur, quod fine obſcure apprehenſo in particulari, neceſſe ſit voluntatem frui eo: videtur enim, quod rationes ſecundi articuli deſtruant hunc articulum: nã illa ratio de fine, quòd in fine vltimo non eſt defectus aliquis boni, nec aliqua malitia, videtur æque efficaciter concludere de fine in particulari apprehenſo, ſicut de fine in vniuerſali apprehẽſo, vel efficacius: quia in fine vltimo in particulari apprehenditur tota ratio finis in vniuerſali: & ita nullus defectus boni, nulla etiam malitia: imò & quòd in ſolo illo oſtenditur poſſe eſſe perfectio finis in vniuerſali. B

Secundo prætcrea, ſimiliter illa

illa ratio ſecunda pro primo membro de participatione plus concludit de fine in particulari apprehenſo: nam bona creata, & ſi ſint bona per participationem, verius ſunt bona per participationem vltimi finis in particulari, quam per participationem eius in vniuerſali: nō enim participant illum in vniuerſali, niſi quia participant ipſum in particulari, cum participans habeat participatum pro cauſa, vel
B menſura, à qua dependet eſſentialiter: & dependentia entitatis realis non eſt niſi ad ens reale, & ita ad aliquod ſingulare.

C Sed contra eſt: quia voluntas poteſt frui aliquo, quod eſt incompoſsibile tali fini, ſicut patet de peccante mortaliter: ergo &c.

D Reſpondeo dicendum, quod quantum ad hunc articulum dicitur, quod fine obſcure apprehenſo in particulari, poteſt voluntas non frui: hoc po-
Concluſio. teſt probari, *ratione poſita, §. ſed contra*, quem articulum concedo eſſe verum, & quantum ad illum concordo cum prima opinione, quod non neceſſario fruitur fine apprehenſo in particulari, & obſcure, nec quantum ad concluſionem argui contra illam.

E Ad argumenta dico, non argui contra concluſionem: ſed quia rationes poſitæ in ſecundo articulo concludunt contra iſtum, ſi valent: quas tamen non reputo valere, nec ſimpliciter concludere: ſed innitens eis in ſecūdo articulo, non video, quo modo ſoluet eaſdem in iſto articulo.

Expoſitio articu. 5. quæſtionis 4. diſtinctionis 1.

LOngè diuerſa eſt difficultas huius articuli ab ea, quæ in ſecundo articulo reſoluitur à Doctore: ibi enim de fine vniuerſaliter, hic de eo particulariter apprehenſo eſt ſermo: & quamuis rationes illius pro hoc etiā, vt textus notauit, faciant: non tamē è contra argumēta pro iſto, illi deſeruiunt: quia cum beatitudo in vniuerſali accepta abſtrahat à ratione ſpeciali beatitudinis, in qua nunc fides docet conſiſtere, ſtat hominem, actū v.g. vehoreum committere, abſque eo quod habeat negationem volitionis beatitudinis in vniuerſali: ſiquidem ſupponitur nondum cognoſcere ipſam conſiſtere in aliquo, cui opponitur talis actus venereus: imò forſan ſi ſciret talem actum contra conſequutionem veræ beatitudinis eſſe, ab illo reſipiſceret, & deſiſteret, & in caſtitatem conuerteretur: atqui loquendo de fine vltimo iuxta intentū huius articuli, in quo iam ſupponitur per fidem apprehendi à viatore Cheiſtiano finem vltimum eſſe Deū clarè viſum, & fruibilem; apertiſsimè conſtat, quod quoties mortaliter peccat, eo quòd fide credat, pecca'um mortale ab huiuſmodi fine vltimo auertere: conſequenter dum mortaliter peccat, poteſt frui aliquo, quod eſt incompoſsibile tali fini: & ideo concluditur in textu, quod fine vltimo in particulari obſcure apprehenſo, I

non neceſſario voluntas fruitur illo; & ideo facilior eſt huius difficultatis reſolutio, quam illius: ſed vtraque optime à Doctore manet ſoluta.

ARTICVLVS VI.

Vtrum fine clarè viſo in habente voluntatem ſupernaturaliter eleuatam, neceſſe ſit voluntatem frui eo?

A AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quod fine clarè viſo in habente voluntatem ſupernaturaliter eleuatam neceſſe ſit voluntatem frui eo Primo, propter rationem tertiam ad ſecundum articulum adductam: quia, ſcilicet, nulla ratio mali inuenitur in eo, nullus etiam defectus boni in eo reperitur, & hoc ſi videat iſtum finem viſione practica: quidquid ſit de viſione ſpeculatiua.

B Secundo prꝫterea, additur etiam huic, quod eſt tanta neceſſitas in connexione iſtorum actuũ intellectus, & volũtatis reſpectu vltimi finis clarè oſtenſi, quod Deus de potentia abſoluta non poteſt ſeparare viſionẽ practicam à fruitione.

C Sed contra eſt: quia quando principium elicitiuum non neceſſario elicit, habens principium illud, non neceſſario agit: ſed principium elicitiuum eodem modo ſe habens, quod prius eliciebat contingenter actum, modo nõ elicit neceſſario: ergo nec agens habens illud principium neceſſario agit: voluntas autem habens eandem charitatem prius, quam modo habet, prius contingenter eliciebat illum actum fruendi modo ergo non neceſſario, elicit actum illum, cum nulla ſit facta mutatio ex parte eius.

Reſpondeo dicendum, quod quantum ad hunc articulum, dicitur, quod neceſſario fruitur fine ſic viſo: *ſed hoc non obſtãte*, dico. quod voluntas eleuata non neceſſario fruitur, quãtum eſt ex parte ſua: hoc patet in raptu Pauli, ſi prius habuit eandẽ, vel æqualẽ charitatem cum ea, quã habuit in raptu illo, nulla eſſet mutatio ex parte voluntatis, nec principij elicitiui: nulla ergo neceſsitas eliciendi tunc magis, quam nunc: nec per conſequens neceſsitas agendi, cum ſaltẽ potuerit eſſe æqualis charitas ante raptum, & in raptu. Item ſaltem potuiſſet æqualis charitas ante raptu, & in raptu: ergo æqualis libertas. Negatiua iſtius articuli poteſt ſic confirmari: neceſsitas agendi non poteſt eſſe, niſi p era liquod intrinſecum principio actiuo: per hoc autem quod intellectus nũc videt obiectum, nihil nouũ eſt intrinſecum principio actiuo in frui-   D *Concluſio.*   E

fruitionem: ergo nec noua neceſſitas agendi. Maior probatur: alioquin neceſſitas agendi non eſſet per rationem principij actiui: & ita per nihil, vel per extrinſecum: vel per aliud intrinſecũ, per illud eſſet agens: quia per quod eſt neceſſitas agendi, per illud eſt agens. Minor patet: quia viſio (ſecundum eum) nullam habet rationem principij actiui reſpectu fruitionis, nec intellectus, nec aliquid in intellectu. Si etiã (ſecundum aliã viã) viſio habet aliquam rationem principij actiui, non tamẽ principalis, ſed ſecundarij: & tunc accipiatur maior determinata ſic: neceſſitas agendi non eſt, niſi per aliquod intrinſecũ principio actiuo principali: nã ſecundariũ nõ dat neceſſitatatẽ principali, ſicut nec determinat ipſũ ad agẽdum: ſed è conuerſo principale agens ex ſe, ſecundum modum ſui, vtitur ſecundario: ita quod ſi nihil in principali excludat cõtingentiam, tota actio erit contingens. Minor eſt plana: quia per viſionem nihil eſt intrinſecum principali actiuo: ergo &c. Item à priori ſic, omnis potentia vna, ſicut habet vnum primum obiectum, ſic vnum modum reſpectu primi obiecti: ergo eundem reſpectum cuiuſlibet, in quo per ſe includitur eius primum obiectum. Dicitur ad iſtud, quod voluntas habet aliquem modum vnũ, qui eſt per ſe: ſed modi poſteriores ſunt varij, qui conueniunt potentiæ in agendo reſpectu ſpecialium obiectorum: tales ſunt neceſſario, & contingenter: ſed per ſe modus eſt libere. Contra, naturaliter, & contingenter non inſunt libere: ſicut inferiora ſuum ſuperius: ergo non ſunt modi ſpeciales cõtenti ſub primo modo, qui eſt libere. Dicitur quod ſic, vt comparantur ad voluntatẽ, licet ſimpliciter loquendo ſe habeant neceſſario, & libere: ſicut excedentia, & exceſſa. Contra præterea, diuerſa approximatio paſſi ad agens non cauſat neceſſitatem, ſed tantum intenſiorem actionem: ſicut apparet de calore reſpectu factibilium plus, & minus approximatorũ. Diuerſa autem præſentia obiecti cogniti, puta viſi, & non viſi, non videtur eſſe, niſi quaſi diuerſa approximatio eius, circa quod debet eſſe actus voluntatis ad voluntatem: ergo non diuerſificat neceſſitatem, & nõ neceſſitatem, ſed tantum faciet intenſiorem, & minus intẽſum actum. Item, aut finis mouet ad actum iſtum, aut potentia mouet. Si finis, patet, quod non eſt neceſſitas: quia ille finis ad nullum actum creatum neceſſario mouet. Si voluntas, & illa nõ habet differentiam ex parte obiecti, niſi approximationem maiorem

iorem, vel minorem; tunc arguo, ſicut ſupra: quod diuerſa approximatio paſsi ad agens non cauſat neceſsitatem, ſed intenſiorem actionem, ſicut patet de calido, reſpectu calefactibilium.

E Ad primum argumentum patet ex ſolutione tertij argumenti ſecundi articuli.

Ad ſecundum, & ad illud, quod dicitur in iſto articulo, quod impoſsibile eſt omnino actum viſionis eſſe ſine fruitione in tali agente; hoc non videtur verum: quia quæcumque naturæ diſtinctæ abſolutæ ſic ſe habent, quod prior eſſentialiter non dependet à poſteriori: tale poteſt eſſe ſine poſteriori abſque contradictione; actus autẽ iſti, ſcilicet, viſio, & fruitio ſunt duæ naturæ abſolutæ: ergo ſine contradictione viſio (quia eſt prior naturaliter) poteſt eſſe ſine fruitione, quæ eſt poſterior.

F Impugnatur hæc ſolutio per id, quod reſpondetur, quod maior eſt vera de abſolutis, quorũ neutrum pendet ab altero, nec ambo à tertio, in propoſito autem ambo dependent à tertio, vt ab obiecto cauſante, & mouente.

G Contra, ſi non dependent à tertio neceſſario cauſante ambo, nec etiam neceſſario cauſantur vtrumque, vel vnum: licet cauſet alterum, gradu maior erit vera: quia ſine contradictione poterit eſſe prius ſine poſteriori. Vel ſic arguitur: quicquid eſt prius eſſentialiter alio, poteſt fieri ab illo agente, à quo non ambo producuntur neceſſario, nec neceſſario poſterius, etſi prius: iſta autem non dependent à tertio neceſſario ſimpliciter cauſante ambo, patet: nec neceſſario cauſante poſterius, ſi cauſet prius: quia quicquid abſolutum poteſt non neceſſario cauſare immediate, poteſt non neceſſario cauſare per cauſam mediam, etiam cauſatam: quia illa cauſa media cauſata nõ neceſsitat ipſum ad cauſandum effectum illius cauſæ mediæ abſolutum, vt patet de Sole: igitur ſi non cauſat immediate neceſſario abſolutum poſterius, non cauſat neceſſario illud, poſita cauſa priori, ſi qua ſit cauſa: nam hoc, quod dico abſolutum, excludit hanc inſtãtiam: Deus poteſt non cauſare album, & ita nõ cauſare ſimile: ergo poteſt cauſare album, & album non cauſando ſimile: & iſtam, poteſt nõ cauſare corpus: ergo corpus ſine figura, ſi figura tantum dicit multos reſpectus linearum terminantium ſuperficiem, vel ſuperficierum terminantiũ corpus: ſicut ſanitas dicit multas proportiones.

Expoſitio

Expoſitio articu 6. quæſtionis 4. diſtinctionis 1.

1 IAM ad totius quæſtionis ſcopū textus accedit: non etenim definè vtcumque, ſed de Deo clarè viſo per viſionem beatam, & de volūtate informata omni habitu neceſſario ad fruendum ipſo, procedit. Vbi duo ſupponuntur, & ſcilicet, ex parte obiecti nihil bonitatis diuinæ latete, ac propterea obiectum infinitè, & ſummè bonum ſumme, & ſecundum vltimum de potentia mouere voluntatem ad ſui dilectionem: & quidem ex parte principij voluntatem eſſe ſupernaturaliter eleuatam perfectiſsimo habitu charitatis; ita vt vtraque; charitas, ſcilicet; & voluntas compleant vnum integrū, & totale principium elicitiuum dilectionis, & fruitionis beatæ. In hoc ergo ſtatu quærit Scotus, an voluntas ita libere fruatur Deo ſic clarè viſo; vt poſsit illo non frui, videlicet nō eliciendo actum aliquem volitionis, dilectionis, ſeu fruitionis illius. Circa quod Henricus, & D. Thomas; ita negatiuam tuentur concluſionem, vt nec id de potentia abſoluta Dei fieri poſſe arbitrentur: Doctor vero, vt voluntatis libertatem oſtendat, tenet, poſſe voluntatem vt ſic Deo clarè viſo nō frui: quod optimè probat in textu. Sed quia de hoc erit latior ſequens noſtra difficultas, illuc plera, quæ hic veniunt enucleanda, remitto.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſine clarè viſo, in non habente habitum ſupernaturalem in voluntate, poſsibile ſit voluntatem frui eo?

A AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quod ſine clare viſo in non habente habitum ſupernaturalem in voluntate, impoſsibile ſit voluntatem frui eo. Primo: quia agere præſupponit eſſe: ergo agere ſupernaturale præſupponit eſſe ſupernaturale: voluntas autē illa non habet eſſe ſupernaturale: ergo non poteſt habere actum ſupernaturalem.

B Secundo præterea: quia ſi ſic, tunc poſſet talis voluntas eſſe beata ſine charitate: Conſequēs eſt falſum: quia tunc charitas nō erit neceſſaria ad beatitudinem voluntatis. Conſequentia probatur: quia frui fine in particulari viſo videtur eſſe beatitudo, vel includere formaliter beatitudinem.

C Sed contra eſt; quia illud, quo aliquid poteſt ſimpliciter agere, illud eſt potentia: ergo ſi voluntas circa finem viſum nullum poteſt habere actum ex naturalibus ſuis: habēs autem charitatem, poteſt: Charitas, vel erit ſimpliciter potentia volitiua circa obiectum illud, vel pars potentiæ volitiuæ, quorū vtrūque eſt falſum.

D Reſpondeo dicendum, poſito, quod Deus de potentia abſoluta oſtenderet ſe intellectui; non dando habitum ſupernaturalem voluntati; quod quantū ad iſtū articulum dicitur, quod impoſsibile eſt voluntatem nō eleuatam per habitum ſupernatura-

-turalem,ſcilicet, per charitatẽ frui fine vltimo etiam clarè viſo:contraquod arguo ſic,ſi obiectum volibile minus ſufficienter approximatum voluntati ſufficienter poteſt terminare actum voluntatis,multo magis ſi illud eſt ſufficiẽter approximatum,ſiue perfectius præſentatũ voluntati:ergo ſi aliquod bonũ ſub ratione obſcura apprehenſum poteſt eſſe volitum à voluntate non eleuata per habitum ſupernaturalem,multo magis idẽ obiectum clarius viſum poteſt eſſe aliquo modo actu volitum à tali voluntate.Concedo igitur

Conclusio. concluſiones iſtarum rationũ: & quantum ad hunc articulum dico,quod voluntas non eleuata ſupernaturaliter poteſt frui illo fine:qualiter etiam charitas requiratur, non tantum propter gratificationem actus, ſed propter aliquem gradum perfectionis intrinſecum actui,de hoc inferius diſtinct.17.

E Ad primum argumentum eorum,cum dicitur de agere,& de eſſe,dico,quod ille actus non eſſet ſupernaturalis,ſed naturalis: quia actum aliquem poteſt voluntas elicere naturaliter circa obiectum qualitercũque ab intellectu oſtenſum:& quia ille actus non excedit facultatẽ potentiæ,ideo nec obiectum vt terminat actum illius potentiæ.

F Ad ſecundum cum dicitur quod voluntas eſſet beata ſine charitate,dico,quod non ſequitur:quia ſecundum Auguſt.de Trinit.lib.13.cap.5.vel 15. beatus igitur non eſt,niſi qui & habet omnia,quæ vult: ita intelligẽda eſt hæc diffinitio,quod beatus eſt,qui habet quidquid ordinate poteſt velle, non tamen quidquid tunc actu vult: tunc enim aliquis viator poſſet eſſe beatus pro tunc,quando de vno tantum ordinate habito cogitat:poteſt autem voluntas ordinate velle habere charitatem: quia poteſt velle, non tantum ſubſtantiam actus fruendi: ſed poteſt velle habere fruitionem Deo acceptam:ergo ſi non habet illud, non habet quidquid ordinate poteſt velle.

Expoſitio 7. artic. quæſtionis 4. diſtinctionis. 1.

ITA clarè loquitur Doctor in textu circa intentum huius articuli, vt nulla expoſitione indigeat:tamen circa rationem, qua probat poſſibile eſſe voluntatem ſine charitate poſſe frui Deo clarè viſo, non minima ſe offeret dubitatio. In ratione igitur prædicta ſic infert: *Si voluntas circa finem viſum nullum poteſt habere actum ex naturalibus ſuis: habens autẽ charitatem poteſt: charitas, vel erit ſimpliciter potentia volitiua circa obiectum illud, vel pars potentiæ volitiuæ: quorum vtrumque eſt falſum*: quæ illatio legitima eſt proculdubio: quia ſi non pertinet charitas ad potentiam volitiuam,nec in toto,nec in parte, vnde 1 rego,

rogo, prouenit voluntati, quod ex defectu charitatis non poſsit actum dilectionis circa obiectum clarè viſum elicere? Hæc quidem illatio optima eſt: ſed eius præmiſſa adhuc ſub lite; nam charitatem eſſe comprincipiū voluntatis ad actum dilectionis eliciendum, tenet D. Thomas, & Scotus ipſe multis in locis, præſertim in hoc 1. diſtinct. 17. & in 3. diſtinct. 27. & in 4. diſtin. 49. vbi, & alibi inquit, quod charitas eſt cauſa partialis actus meritorij: & ſic etiam erit cauſa partialis actus fruitionis: ergo pertinet ſaltem partialiter ad potentiam fruitiuam: ergo ſublata charitate nō poteſt voluntas frui *Deo* clare viſo.

2 Soluit hanc dubitationem Lycheus in hac diſtinct. quæſt. 4. §. *ibi contra ſi non dependent*, dicendo, quod ipſa voluntas dicitur ſimpliciter potentia fruitiua; quia habens illam, poteſt frui, eo quod ipſa eſt cauſa ſubſtantiæ actus abſoluti, & habitus, ſi neceſſario ponitur, non ponitur propter ſubſtātiam actus, ſed propter actus perfectionem. Hæc tamen ſolutio magnā prouinciā ſuſcipit, ſupponendo habitum ſupernaturalem, non concurrere ad actus ſupernaturalis ſubſtantiam: quod falſum eſſe, & contra expreſſam mentem Scoti infra in diſtinct. 17. ſub difficultate propria huius articuli oſtendam.

3 Dico ergo obiter ad intentum vere concurrere partialiter habitum ſupernaturalem ad ſubſtātiam actus ſupernaturalis: ex hoc tamē nihil inferri contra concluſionem, aut rationem noſtri textus; nam aliud eſt voluntatem eſſe potentiam volitiuam, & aliud eſſe ſupernaturaliter volitiuam: ad primum enim nō aliud principium requiritur ex parte potentiæ, quam ipſamet ſola voluntas: & iuxta hunc ſenſum vere dixit textus, quod charitas, nec ſimpliciter eſt potentia volitiua, nec pars potentiæ volitiuæ. Ad ſecūdum vero non eſt voluntas ipſa nude ſumpta integra potentia volitiua: ſed vt ſit ſupernaturaliter volitiua, neceſſario indiget habitu ſupernaturali, qui infunditur, & inhæret ſibi, nō tātū ad perfectius, ſed ad ſimpliciter operādū: & ita charitas eſt pars potentiæ ſupernaturaliter volitiuæ, & fruitiuæ. Et q̃ hæc ſit mens expreſſa Doctoris, patet ex contextu: nam ibi ſolutione ad primum, inquit, quod actus ille fruitionis eliciti ſine charitate non eſſet ſupernaturalis, ſed naturalis: cuius rationem reddit: quia actus ille non excedit facultatem potentiæ: hoc eſt, eo quod à charitate non eſt, non eſt ſupernaturalis. Quam obrem in ſolutione ad ſecūdū ait, quod voluntas illa per talem actum nō eſſet beata: quia actus beatificus ſupernaturalis eſſe debet.

Concluditur ergo, voluntatem nude ſumptam poſſe velle Deum clare viſum, & frui illo amore quodam naturali longè perfectiori, quam illo, quo poteſt frui ipſo Deo obſcure apprehenſo: quia etſi charitas partialiter concurrat ad elicitionē dilectionis ſupernaturalis, nihil tamen conducit ad eliciendum actum naturalis amoris: quia nec eſt potentia volitiua, nec pars illius. 4

ARTICVLVS VIII.

Vtrum voluntas libere fruatur fine, vtcumque per intellectum apprehenſo?

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quod voluntas neceſſario fruatur fine, vtcumque per intellectum apprehenſo. Primo: quia Auicen. 8. Meth. delectatio eſt apprehenſio conuenientis cum conuenienti: finis neceſſario cōuenit voluntati: ergo ex coniunctione eius cū voluntate, ſequitur delectatio: ergo fruitio &c. A

Secun-

B Secundo præterea, finis mouet metaphorice, ſicut efficiēs mouet propriè: ſed efficiēs approximatum paſſo nō impeditum de neceſsitate mouet propriè: ergo finis approximatus, hoc eſt præſens voluntati, non impeditus neceſſario mouet metaphorice.

C Tertio præterea, omne mobile præſupponit aliquid immobile: ergo actus volūtatis varij, & mobiles præſupponunt aliquem actum immobilem: ſed talis non eſt, niſi circa finem: ergo ille eſt neceſſario immobilis.

D Sed contra eſt: quia neceſſitas non ſtat cū libertate, quod probo: quia natura, & voluntas ſunt principia actiua habentia oppoſitum modum principiandi: ergo cum modo principiandi voluntatis, non ſtat modus principiandi naturæ: ſed voluntas libere vult finem: ergo non poteſt neceſsitate naturali velle finem, nec per conſequens aliquo modo neceſſario.

E Reſpondeo dicendū, quoad aſſumptū *totius quæſtionis*, quod, ſcilicet, voluntas libere vult finē. Hic vlterius probatur: quia eadem eſt potentia, quæ vult finem, & illud, quod eſt ad finem: ergo habet eundem modū agēdi: quia diuerſi modi operandi arguunt diuerſas potentias: libere autem operatur circa ea, quæ ſunt ad finem: ergo & circa finem. Quod autem ſit eadē potentia amborum, patet: quia alias nulla eſſet potentia entis ad finem volens illud propter finem: oportet enim illam eſſe vnam habentem actum circa vtrumque extremum: quia actus vtendi eſt perſe vnus: ergo perſe vnius potentiæ reſpicientis perſe vtrumque extremum, ſicut Philoſophus arguit de cognitione ſenſus communis in 3. de anima. Teneo igitur, quod poteſt voluntas non velle finem vltimum quocūque modo apprehenſum obſcure, ſiue clare, in vniuerſali, ſiue in particulari. Tex. 146 Concl.

F Ad primum argumentum, dico, quod aliquid eſt conueniens alicui aptitudinaliter, vel actualiter: conueniens aptitudinaliter eſt, quod conuenit alicui ex ſe, & quantum eſt ex natura rei: & tale conuenit actualiter omni ei, in cuius poteſtate non eſt, quòd ei actualiter cōueniat, vel diſconueniat: & ideo quidquid conuenit aptitudinaliter appetitui naturali, vel appetitui ſenſitiuo, conuenit etiam ei actualiter, ſi non ſit defectus ex parte alterius extremi, vel actus extra: ſed in poteſtate voluntatis eſt, vt aliquid ei actualiter cōueniat (nihil enim actualiter cōuenit ſibi, niſi quod actu placet) propter hoc, nego minorem. Cum dicitur, finis neceſſario cō-

uenit

uenit voluntati: hoc non eſt verum de conuenientia actuali, ſed aptitudinali. Aliter dico, etſi aptitudinalis ſola ſufficiat ad delectationem, non tamen ad fruitionem, imo in fruitione oportet, quod ſit conueniens actualiter, ſiue aptitudinaliter conueniat, ſiue non. Si primum ſuppoſitum in hac ratione eſt verum, negata eſt conſequentia: delectatio, ergo fruitio.

G Ad ſecundum dico, quod alius modus agendi in agere proprie, & metaphorice deſtruit ſimilitudinem; quantum ad neceſſitatẽ. Vel aliter: ſicut aliquod agens proprie neceſſario mouet aliquod contingenter, ſic aliquod agens metaphorice, neceſſario aliquod cõtingẽter: ille enim finis, qui mouet neceſſario efficiens, puta agens naturale, mouet neceſſario metaphorice: quia neceſſario amatur, vel appetitur naturaliter. Qui autẽ mouet efficiens cõtingenter; mouet contingenter metaphorice: hic autem efficiens contingenter efficit; & finis contingenter metaphorice mouet.

H Ad tertium dico, quod illud immobile non oportet eſſe aliquem actum elicitum: non enim plures calefactiones variæ, & mobiles præſupponunt aliquam vnam calefactionem immobilem: ſed præſupponunt actum primum, puta caliditatẽ, quæ ſit principiũ eliciendi omnes iſtos actus varios: ita hic volitiones non præſupponunt aliquam volitionem vnã immobilem: quia tunc voluntas volens aliquid ad finem, eſſet ſemper ſub duobus actibus: aut ſaltem ſub vno actu referente hoc ad illud: ſed præſupponunt actum primum, puta voluntatem, quæ eſt principium ſufficiens, vel ratio eliciendi omnes illas varias volitiones.

Expoſitio 8. Artic. 4. quæſtionis diſtinctionis. 1.

IAM oſtenſa voluntatis libertate circa finis fruitionem, loquendo ſigillatim de fine vtcumque conſiderato: modo Doctor in hoc articulo, ne quæſtionem ancipitem derelinqueret, ſic de omni fine fruibili concludit: *Teneo igitur, quod poteſt voluntas non velle finem vltimum qualitercumque, modo appręhenſum obſcure, ſiue clare in vniuerſali, ſiue in particulari:* quæ concluſio clara eſt, & cætera, quæ continentur in textu. I

DIFFICVLTAS XXXIX.

Vtrum poſsit voluntas Deo clare viſo non frui, aut actum fruitionis iam elicitum, ſtante eadem clara Dei viſione, ſuſpendere?

§.1.

Referuntur quædã diuerſæ opiniones.

1 1.Sentent. CONtrouerſiam celebrem habemus præmanibus, quam per præcedentes octo huius quæſtionis articulos diſperſam, ſubtiliter Doctor reſoluit. Circa eam inter alias, duæ extremæ adſunt opiniones. Prima non ſolum poſſe voluntatem Deum ſibi oſtenſum, & clare viſum non velle affirmat, imô, & actu eliciro nolle: verum, & poſſe eũ etiã, vt ſic viſũ odio proſequi, & habere autumat. Tenuerũt hanc ſen-
Gabriel, Holchot. rentiam Gabriel in 1.diſtin.1.quæſt. 2.art.3.dubio.5. dicto 2, & Holchot in ſuis determinationibus quæſt. 9. art.1.concl.3. Caſus attamen, in quo hoc admittunt eſſe poſsibile, eſſet, ſi Deus in raptu viatori alicui præſcito ſuam eſſentiam oſtenderet (quod poſsibile eſſe probatum eſt ſupra in difficultate 36.) & intellectus viatoris iſtius illuminatus habitu luminis gloriæ, ſeu dono aliquo eius vicem ſupplente, clare intueretur Dei eſſentiam, & in hac viſione, ſeu aliunde Deus reuelaret viatori illi ipſum eſſe præſcitum, & propter crimina impoſterum commiſſurum, æternaliter dãnandum: tunc hac reuelatione ſuæ damnationis ſuppoſita, viator iſte affectu odij moueretur in Deum, & ipſum odio haberet. Quod probari poteſt: quoniã licet non poſſet aliquis odio abominationis Deũ ſic clare viſum proſequi, eo quod in ipſo nõ poteſt apprehẽdi aliqua ratio mali, quæ deteſtabilis eſſe videatur, aut diſplicere poſsit, quod ad odium abominationis requiritur: poſſet nihilominus odio inimicitiæ Deum odio habere, nõ quia in eo malũ aliquod propriũ apprehendat: ſed tantum, quia apprehendit Deum vt inimicum, & aduerſarium infligentem ſibi horribile malum damnationis æternæ.

Et confirmatur: quia hac ratione etiã homines deprauati Deũ odio habent in hac vita: ergo qui tunc Deũ clare videret, & per reuelationẽ cognoſceret inflicturũ fore ſibi hoc malũ: forſan illũ, vt aduerſariũ apprehẽderet, & odio ipſum proſequeretur: ergo non ſolũ poreſt voluntas Deũ clare viſũ non velle, ſeu poſitiue nolle, ſed etiam ipſum odio habere. 2

3 2. Senten. Henric. Ægidius. Ex contrario autem alia opinio ita aſſerebat cõnecti neceſſario claram Dei viſionem cum eius fruitione, vt nec per abſolutã Dei potẽtiã poſsint ad inuicẽ ſeparari. Sic tenuerũt Henricus in quolib. 12.q.3. in corpore, & ſolut. ad tertium, ac Ægidius quodlib. 5.q.6. Diſtinguũt tamen hi viſionẽ ſpeculatiuam â practica, & connexionem prædictam neceſſariam fruitionis cum viſione practica conſtituũt: circa ſpeculatiuam autem nihil determinant. Fundamentum huius opinionis eſt, quia quamuis viſio practica, & fruitio realiter diſtinguantur, proptereaque videatur vnam ſine altera reperiri poſſe, cum ſeparabilitas ſit in eis, quæ re ipſa differunt interſe: nihilominus quãdo ea, quæ realiter differunt, habent interſe naturalem connexionem, ſeparari non poſſunt: vel quia alterum eorum ab altero pendet, vt patet de correlatiuis, quorum vnum non poteſt ſine altero permanere: vel quia ipſa realiter diſtincta vniuntur in aliquo tertio, ratione cuius vnionis, vnum ſine altero eſſe nequit: ſed viſio practica hoc modo non poteſt exiſtere ſine fruitione, quia, ſcilicet, vniuntur in vno tertio, nẽpe in vno obiecto: ergo &c.

4 3. Sentent. Alij quaſi mediam viam ſectantes, dixerũt voluntatẽ beati, ſuppoſita integrisſima Dei claraviſione, ita moueri ad eius fruitionem, vt non poſsit non

non illum diligere: atqui ſi viſio non ſit ita intenſa, ſed ea, qua regulariter beati Deum clare intuentur: non ne ceſſario, ſed libere voluntatem illum diligere: ac ideo, poſita tali clara Dei viſione, poſsibile eſt voluntatẽ Deo nõ frui. Huius ſententiæ fuit Holchot. vbi ſupra artic. 2. cuius confirmatio quoad ſecundam partem infra in cõcluſionibus habetur. Quoad primã autẽ, quæ ſingularis eſt, in hoc cõſiſtit, quod cũ volũtas ab obiecto bono, & cognito vt bono moueatur tanquã à ſuo formali motiuo, ſi ſummi boni in tenſiſsima fuerit viſio, neceſſario ſũ mẽ mouetur ab obiecto apprehenſo per illã: ſũma autem motio non poteſt non determinare voluntem ad dilectionem illius: ergo &c.

Holchot.

5 Diuus autem Thomas 1. p. q. 19. art. 3. in corpore, ſed præſertim in quæſtio. 82. art. 2. in corpore, poſtquã comparat intellectui voluntatem, & vtriuſque operationum neceſsitatẽ inueſtigat, & quæ voluntas contingenter velit, diſtinxerit, hæc ſubdit verba: *Sunt autem quædam habentia neceſſariam connexionem ad beatitudinem, quibus, ſcilicet homo Deo inhæret: in quo ſolo vera beatitudo conſiſtit: ſed tamen antequam per certitudinem diuinæ viſionis, neceſſitas huiuſmodi connexionis demonſtraretur, voluntas non ex neceſsitate Deo inhæret, nec his, quæ Dei ſunt, ſed voluntas videntis Deum per eſſentiam, de neceſsitate inhæret Deo, ſicut nunc ex neceſsitate volumus eſſe beati.* Ex quibus verbis aperte conſtat mens D. Thomæ circa finem vltimum, & media, quæ ad eius conſequutionem ordinantur, & cum excluſione videtur te nere, voluntatem nullatenus neceſsi tari ad volitionem, ſeu dilectionem aliquam, niſi finis vltimi in particulari, qualis eſt Deus, & clare viſi, qui clare viſus eſt, quãdo videtur per eſſentiam: ſed reuera eadem neceſsitate, inquit, tunc eũ diligere, qua nũc omnes beati volumus eſſe: in quo cõ cedit, etiam neceſſario velle volunta tem finem vltimum in vniuerſali obſcurẽ apprehenſum, dum inquiẽ voluntatem neceſſario velle beatitu dinẽ, ſeu nos ex neceſsitate velle eſſe

4. ſententia D. Thomæ

beatos. Quod optimẽ refellit Doctor ſupra in ar. 2. & argumenta in oppoſitum ſubtiliter ſoluit. Vide ibi, & in Commentario noſtro.

Loquendo ergo de neceſsitate volendi Deum clare viſum, idem tenet D. Thomas 1. 2. q. 10. ar. 1. & 3. contra gentes c. 62. vbi non ſolũ de intenſa Dei viſione loquitur, ſicut aiebat ter tia ſententia, ſed de quacũq; clara viſione Dei quantũuis minima, & remiſ ſa, dummodo ſit per eſſentiã, cẽſet, quod ad illã non poteſt non ſequi fruitio. Sequuntur D. Thomã, Cayetanus ci tato loco 1. par. & omnes Thomiſtæ, itẽ Ferrara ibi 3. contra gentes in eodẽ c. Capreolus in 1. diſt. 1. q. 3. art. 1. & 2. conc. 4. & 5. Durandus in 4. diſt. 48. q. 2. & diſt. 49. q. 8. Maior ibidem, Palud. q. 7. ar. 2. n. 22. tenent Henricus quodlibeto 12. q. 3. in corpore. Ægidius quodlibeto 5. q. 6. ex recentioribus autẽ Vazquez 1. 2. diſpu. 16. c. 2. & 3. & plures alij. 6

Cayeta. Ferrara. Capreolus. Durandus. Maior. Palud. Henricus. Ægidius. Vazquez.

Sententiam hanc probant Doctores prędicti argumẽtis fere omnibus, quæ in præcedẽtibus articulis textualibus, neceſsitatẽ aliquã voluntatis in operando circa vltimũ finem intendũnt concludere: ſed præſertim illis, quę ex D. Thoma ex dicto c. 3. contra gentes ſumpſerunt. Probatur igitur primo: quoniã voluntas non poteſt nõ velle aliquid, niſi illud, in quo eſt aliquis defectus boni, vel aliqua ratio mali: ſed in Deo clare viſo, non eſt, nec poteſt apprehendi aliquis defectus boni, aut ratio mali: ergo non po teſt voluntas nõ ferri in illũ, aut illũ non diligere, ſeu frui eo. Quæ ratio confirmari poteſt ex citatis verbis D. Thomæ: nã eſto, quod in vltimo fi ne obſcure apprehenſo aliquis defectus boni appareat, ſaltim negatiuẽ, ex eo videlicet, quod ob apprehẽſionis obſcuritatem ratio bonitatis lateat in tellectum: & ideo defectu viſionis illius, aliquis defectus boni reperiatur, nẽpe quod deficiat cognitio boni: in viſione attamẽ clara omnimoda ratio bonitatis eſt patens, & nullus poteſt ibi dari defectus obiectiuus ex parte Dei viſi, aut ex parte ipſius viſionis: quia per certitudinẽ viſionis, omnis 7

 obiecti

Digitized by Google

obiecti bonitas demonſtratur:ſed voluntas non poteſt non velle obiectum,in quo omnis bonitatis ratio relucet, & demonſtratur: ergo non poteſt non velle Deum clare viſum.

8 Secundo:quia vbi eſt naturalis cõnexio actuũ aliquarum potentiarũ, vnus ſine altero eſſe non poteſt:inter voluntatem autem practicam, & intellectum eſt naturalis connexio,ſi quidem vt actio intellectus practica ſit,eſt naturaliter cum actu voluntatis coniuncta:claram autem Dei viſionem formaliter practicam eſſe cõſtat in via Scoti: quia formaliter eſt directiua volũtatis ad dilectionẽ obiecti oſtẽſi,quod ad rationẽ intellectionis practicæ præ requiri oſtendit ipſe,& probat ſupra in quęſtione 5.prologi art.7.& nos ibidẽ in Cõmẽtario:Imò,& expreſsius de ipſa viſione beata practicam eſſe, tenet ſupra in quęſt.3.prologi. Hæc igitur naturalis connexio actuum intellectus,& voluntatis infert neceſsitatem in voluntate fruendi obiecto clare viſo: nam tota ratio contingentiæ ibi oriri poterat,ex eo quod ceſſaret à viſione:hac enim ceſſante indubitabiliter ceſſaret fruitio:ſed viſione ſtante non poteſt dari,vnde fruitio, ſeu volitio ſequi non debeat.

9 Tertio: nam non poteſt ceſſare à fruitione,& exercitio, qui non poteſt in ipſa viſione,& exercitio apprehendere aliquam rationem moleſti tædij,aut impedimẽti maioris boni: quicumque enim homo ceſsat ab aliquo affectu,ideo ceſsat,quia moleſte fert aliquid in ipſa operatione, & affectu, vel afficitur tædio ex aliquo ipſum affectum comitante, vel quia maius aliquod bonũ offertur,quo diſtrahitur animus à priori: ergo cum tanta ſit vis viſionis clare Dei, vt in ipſo oſtendat ſummam rationem boni,& ita ſuauem faciat affectum diligendi eum,& delectationis de ipſo, vt nulla poſsit apparere ratio tædij, aut faſtidij in ipſo exercitio,aut in his,quæ affectum comitãtur, aliquid melius apparere: proculdubio omnis præcluditur via libertati, ne vlla ratione à tali exercitio ceſſare poſsit.

Quarto vrget amplius Vazquez c. 3.argumentum præcedens:quoniam 10
ſi aliqua ratione poſſet ceſsare voluntas ab exercitio fruitionis,ſeu ipſum non elicere,eſſet,quando ſibi impoſitum fuiſſet præceptum de non eliciendo actũ fruitionis,aut de ceſſando ab illo,vt dicebat Ferrara,quo quidem præcepto ſuppoſito, ita libere operaretur voluntas,vt contingenter poſſet frui,vel nõ frui: quia aliàs nõ eſſet vere præceptum, ſiquidem non libere adimpleret illud voluntas:ſed nullum tale præceptum poteſt imponi videnti clare Dei eſſentiã,ratione cuius liberum ſit voluntati,non frui diuina eſſentia clare viſa:ergo &c. Minor probatur:quia cum præceptum libertatem ſupponat in eo,cui imponitur,deberet præſupponi in voluntate, etiam poſita viſione beata:ſed viſione beata ſuppoſita,ſequitur in voluntate eadem neceſsitas diligendi,quæ fuerat in intellectu ad videndũ:in intellectu autem ad videndum ſupponitur præfuiſſe neceſsitas, ſiquidem lumen gloriæ eſt talis efficacitatis, vt non ſubdatur imperio voluntatis, nec ab ea gubernetur in actione videndi, ſed potius tantæ in ſe virtutis eſt,vt rapiat intellectum, & ipſum neceſſario impellat ad videndum Deum in determinato gradu intenſionis:igitur non eſt vllo modo in poteſtate voluntatis ceſſare à viſione beata:ac proinde non poteſt imponi præceptum videnti Deum, vt ceſſet à viſione.

Tantum autẽ eſſe neceſsitatẽ voluntatis ad fruendum,quantã ad non ceſſandum à viſione,conſtat:quia viſa bonitas obiecti neceſsitat voluntatem, & ipſam impellit, & rapit,vt tam amore amicitiæ,quàm delectationis, quàm etiam concupiſcentiæ obiectum ipſum clare viſum proſequatur,eo quod apparet in ipſo obiecto,&in exercitio omnis ratio amabilitatis,& boni,quantum eſt ex parte obiecti, & exercitij ſecundum ſe, cum autem ex parte ipſius obiecti ſecundum ſe, nulla poſsit apparere ra- 11

ratio indifferentiæ pro libertate voluntatis, fruſtrà contendimus apponi poſſe præceptum ceſſandi à tali exercitio, & amore, vt ratione præcepti iam deinceps in exercitio appareat ratio mali: ſed ſi apparet ſumma ratio boni, qua, obſecro, ratione poteſt ipſi voluntati prohiberi talis affectus? Hæc Vazquez, & eſt tota vis, qua nititur hæc opinio.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & nonnulla fundamenta illius declarantur.

12 IN oppoſitum autem eſt litera textualis in ar. 6. huius quæſtionis in corpore, vbi Doctor hæc profert: *Dico, quòd voluntas eleuata nõ neceſſariò fruitur*, & in 8. ar. in fine corporis inquit: *Teneo igitur, quod poteſt volũtas nõ velle finẽ vltimum, quocũque modo apprehẽſum, obſcurè, ſiue clarè, in vniuerſali, ſiue in particulari*: ſequuntur Doctorem Baſſolis in hoc 1. diſtinct. 1. quæſt. 3. art. 3. §. *& ideò dico*, Maironis ibi q. 6. art. 3. Tatharetus q. 4. §. *contra tertiam concluſionem*, & per totam quæſtionẽ, Lychetus q. 4. per totam, Ioannes Viguerius q. 4. §. *quantum ad primum articulum dico*, Faber diſp. 3. c. 3. & fere omnes Scotiſtæ. Alphonſus à Toleto in 1. diſtin. 1. quæſt. 1. Thomas de Argentina diſtin. 4. quæſt. 2. OKam diſt. 1. quæſt. 6. vbi concluſioni Doctoris conſentit, licet rationibus eius nõ aſſentiat, circa quod optimè à Lycheto conuincitur, & in 4. quæſt. vlt. art. 3. dicto 4. & 5. Gabriel in 1. diſt. 1. q. vlt. artic. 2. concluſ. 5. & ſupplementum illius in 4. diſtin. 49. quæſt. 2. art. 3. dub. 5. dict. 3. & 4. & plures alij.

Baſſolis. Maironis. Tatharet. Lychetus. Ioan. Viguer. Faber. Alph. Tol. Thom. de Argen. OKam. Gabriel.

13 Ad huius difficultatis reſolutionẽ recolenda eſt diſtinctio illa Scoti, in præambulis ad articulos huius 4. quæſtionis, quod, ſcilicet, poteſt intelligi finis quadrupliciter captus. Vel quidem de fine obſcurè apprehenſo in vniuerſali, vt de beatitudine in communi abſtrahendo ab omni ratione peculiari, ſed ſumptus tantum pro illa fœlicitate, quam omnes naturaliter appetunt, & qua etiã libere volũt eſſe beati. Secundo pro fine obſcurè apprehẽſo in particulari: in qua conſideratione iam ſupponitur per fidem à viatoribus, Deum viſibilem, & fruibilem, eſſe noſtram obiectiuam beatitudinem, nondum tamen clarè, & demonſtratiuè videri ab eis: Tertio pro fine clarè viſo in particulari reſpectũ voluntatis iam per habitũ charitatis eleuatæ, prout in beatis contingit. Quarto tandem pro fine clarè viſo in particulari, reſpectu tamen voluntatis non eleuatæ per aliquem habitum ſupernaturalẽ elicitiuũ ſupernaturalis dilectionis: quem Deum poſſe negare voluntati videntis eſſentiam per abſolutam ſui potentiam, ſupponit Doctor in textu. De fine igitur primo modo accepto ſatis in 2. art. & eius Commentario dictum eſt. De ſecundo vero fine in 5. art. De quarto tandem plura dicuntur in ſeptimo art. Nunc ergo nobis reſtat circa finem tertio modo conſideratum diſcutere. De quo præter quam in 3. 4. 6. & 7. articulis pulchra & præclara docuerit Scotus: nos adhuc ſub hac difficultate nonnulla ex ipſius addemus mente.

Suppono in hac difficultate nulla tenus controuerti illam, an damnatus, vtpote Lucifer, ſtante damnatione, poſsit Deum clarè videre, ſine eo quod ipſo fruatur? Cuius partem affirmatiuam tenuerunt Alphonſus à Toleto, & Thomas de Argentina vbi ſupra, quam propoſitionẽ exiſtimat Tatharetus de potentia abſoluta non eſſe contra Scotũ: licet fateatur ſe illam nullibi apud Scotum reperiſſe: non, inquã, hanc quæſtionem hic tangimus, quia eius reſolutio pẽdet ex alia, vtrũ, ſcilicet, beatitudo eſſentialiter ita cõſiſtat in fruitione, vt nihil viſionis beatæ ad formalitatem ſupernaturalis beatitudinis pertineat? 14

Luciferum etiam damnatione ſtã te Deũ clare poſſe videre, & nõ frui dixerunt aliqui

Si hoc enim eſſet verum, iam diceret aliquis, tunc Luciferum Deum clare videntem, & non fruentem, nihil prorſus beatitudinis habiturum fore: ac propterea nullam inuoluere repugnãtiam, hunc damnatum Deũ clare videre, adhuc intra damnationẽ permanentem; ſiquidem damnatio ſolummodo eſt per ſocum intrinſecum incompoſsibilis cum beatitudine, quæ extra fruitionem etiam in ipſa viſione non eſt. Sed reuera hæc excogitata ſententia eſt; nam licet beatitudo in fruitione conſiſtat, vt infra ſuo loco (Deo dante) videbitur, non tamen ob id viſionem clarã Dei ab omni ratione beatitudinis abolemus.

15. *De facto nõ poteſt beatus nõ frui eſſentia clarè viſa.* Iam ergo pro præſentis difficultatis perſpicua intelligentia primo obſeruare oportet, de potentia ordinata nemini eſſe dubium, hominem clarè Deum videntem in patria nõ poſſe non frui ipſo. Sed quod dubitatur eſt, an ideo non poſsit non frui, quia ab intrinſeco neceſſario, ſeu naturaliter fruitur? an vero, quia ſtante adhuc libertate fruendi, & nulla intrinſeca neceſsitate ad id impellente, nõ poſsit non frui ex aliqua ſuperaddita ratione, vtpote ex inclinatione potentiæ eleuatæ per habitũ charitatis, & ex vehementi motione obiecti ſummè boni, ex quibus quodãmodo neceſsitetur voluntas ad eius dilectionem: hoc enim ſecundũ negari non poteſt, ſiquidẽ ex parte potentiæ ſic eleuatæ, & ex parte obiecti maximè amabilis, indubitabiliter ſequitur operatio. Atqui loquendo de primo modo neceſsitatis, vrgent aduerſarij conſtituendo naturã voluntatis ita ferri in bonũ, quod ideo poteſt aliquod bonum non velle, quia aliquod aliud maius bonum comparatiuè poteſt diligere: ſed reſpectu ſummi boni, reſpectu cuius nullũ maius bonũ, aut æquale eſſe poteſt, iam naturaliter impellitur voluntas ad eius dilectionem ex triplici cauſa: videlicet ex ipſius voluntatis natura, item ex ſumma bonitate obiecti, & tandem ex neceſſaria, & naturali connexione vtriuſque operationis, nempe claræ viſionis, & fruitionis.

Quod confirmari poteſt per exemplum in productione Spiritus Sancti, ſeu in dilectione, qua voluntas diuina ſuã diligit eſſentiam. Nam etſi ſecũdum Scotum liberè producatur Spiritus Sanctus, & diuina Voluntas ſuam eſſentiam libere diligat: adhuc nihilominus ſecundum ipſum Scotũ non contingenter, ſed neceſſario Spiritus Sanctus producitur, & voluntas diuina eſſentiam diligit. Sed nulla alia de hoc poteſt reddi ratio, niſi quia voluntas diuina non poteſt nõ ferri in obiectum infinitè bonũ, quale eſt diuina eſſentia clarè viſa: quæ ita ſummè mouet voluntatem Patris, & Filij, vt non poſsit non eius amorem producere propter connexionẽ neceſſariam inter ſummam bonitatẽ, & potentiæ naturalem procliuitatẽ, quæ per neceſſarium impulſum fertur in illã. Cur ergo creatæ voluntati videntis clarè Dei eſſentiam tribui debet minor neceſsitas reſpectu eiuſdem obiecti clare viſi, ad cuius dilectionem neceſsitatur diuina? 16

Nos autem cum Doctore oſtendere debemus, nec ex ſumma bonitate obiecti, nec ex natura voluntatis, neque ex connexione vtriuſque operationis inferri neceſsitatẽ fruendi diuina eſſentia, etiã ſuppoſita eius clara viſione in quocumque beato, & diſparitatem diuinæ ad humanam voluntatem; propterea que non inferri ex illius neceſsitate, neceſsitatem in iſta per ſequentia patefaciam. 17

Quod igitur non ex parte obiecti ſummè boni hæc talis naturalis neceſſitas oriatur, optimè probat Doctor, & Tataretus cum illo; nam obiectũ illud, quantumuis bonum vſque in infinitum, etſi per claram viſionem ſupponatur eſſe, vt infinitum oſtenſum: non tamen oſtenditur infinitè, hoc eſt infinito modo; nec ob id mouet ſecundum vltimum de potentia; cum non moueat immediatè, ſed mediatè voluntate diuina, vt ſæpe dictum eſt ſupra: nam obiectum diuinum quidquid ad extra agit, liberè, & contingenter agit, hoc eſt ad nutum voluntatis diuinæ, quæ 18

ad

ad libitum mouet potentiam creatã; ita vt ſi per impoſſibile eſſentia diuina non haberet voluntatem: nullus intellectus creatus quantumcumque perſpicax, & perfectiſſimo lumine gloriæ illuſtratus, poſſet videre eſſentiam diuinam. Cuius ratio à priori eſt: quia diuina eſſentia non poteſt mouere potentiam creatam, niſi prius reguletur per voluntatem ſuã: eo quod nihil ad extra poſſit neceſſario agere, ſed libere, & contingẽter, prout optimè notauit Tatharetus vbi ſupra: & ideo non ſolum liberè mouet intellectum beati ad viſionẽ tantam, vel tantam eſſentiæ, vt ibi dictum eſt, ſed etiam contingenter mouet voluntatem ad dilectionem tantam, vel tantam eiuſdem eſſentiæ.

19 Huius ratio perſpicua eſt, quoniã ſicut poteſt repræſentare eſſentiam viſibilem vni, vt quatuor, & alteri vt octo: ita poteſt mouere voluntatem ad tantam, vel tantam dilectionem illius obiecti boni etiam clare viſi. Ex quo nullum eſt inconueniens in hoc, quod ex duobus æqualiter Dei eſſentiam videntibus, vnus excellentius altero diligat illam; & hoc quidem non ſolum ex vi maioris charitatis, quam Deus illi poteſt præſtare: ſed adhuc ex preciſſa ratione motionis obiecti. Quam obrem etiam ſi illi æqualiter Deum videntes, æqualem habitum charitatis haberent: & alias in eis ſupponatur omnis æqualitas ex parte potentiæ, videlicet voluntatis; & ex parte intellectus clare videntis: adhuc tamen ex inæquali motione obiecti poteſt proculdubio ſequi inæqualis fruitio. Si ergò diuina voluntas ſic libere, & cõtingenter mouet voluntatem creatam ad dilectionem diuinæ eſſentiæ viſæ: cur, rogo, non poterit illam nõ mouere ad aliquam dilectionem? Profecto in huiuſmodi motione obiecti, non magis libera eſt diuina voluntas libertate contrarietatis, ſeu quoad ſpecificationem, quam libertate contradictionis, ſeu quoad exercitium: ſi ergo iuxta primam libertatem poteſt mouere ad ſic, vel ſic diligere: proculdubio iuxta ſecundam poterit mouere, vel non mouere ad diligere. Sed dato, quod obiectum etiam ſummum bonum, & clare viſum, non moueret voluntatem ad ſui dilectionem: voluntas quidem non poſſet illud diligere: quia actus dilectionis non minus pẽdet à motione obiecti in genere cauſæ efficientis, quam à voluntate per modum principij: ergo iam ex parte ipſius obiecti poterit non ſequi dilectio: & habetur exinde, neceſſitatem illam, quam ponunt aduerſarij, iam quidẽ non oriri ex parte obiecti ſummi boni.

Porrò ſecundo eſt obſeruandum, nec etiam ex parte voluntatis creatæ oriri poſſe prædictam neceſſitatem: quia, vel ex parte potentiæ voluntas ſe habet vt cauſa totalis reſpectu fruitionis beatæ, vel ſe habet partialiter, & per habitum charitatis completur in ratione vnius totalis principij. Si primum eſſet verum, ipſa eſt potentia libera per eſſentiam, cum libertas voluntati ab intrinſeco competat: & ex conſequenti, non neceſſario, ſed contingenter operatur. Si autem ſecundum (quod verius eſt) etiam patet eius libertas, quia habitus charitatis potentiam eleuans, non extrahit illam ab eo quod eſt de eius eſſentia: hoc eleganter probat Doctor. Ad cuius tamen rationis intelligentiam prænoto cum Lycheto ex eodem Doctore infra in diſtinct. 17. & in 3. diſtinct. 27. quod ita habitus charitatis eſt principium elicitiuum actus, ſicuti & voluntas: eo quod vtrumque eſt principium partiale ipſius actus. Hęc attamen eſt differentia vtriuſque comprincipij, quod voluntas operatur, vt cauſa principalis: habitus vero, vt minus principalis: voluntas enim vtitur habitu, tanquam potentia vitalis ad eliciendum actum dilectionis, ac propterea habitus charitatis non extrahit voluntatem à proprio, & cõnaturali modo operandi: ſed habet ex munere ipſam eleuare, ad hoc vt ſupernaturaliter eliciat actus, quos non poterat ex ſe ſupernaturales elicere. 20

21 Ex hoc prouenit, quod cum duo habeat voluntas ex ſe, nempe & elicere actus ordinis naturæ, & ob ſui in differentiam illos libere, & contingenter elicere: ex his duobus primū bene poteſt eleuare charitas: nō tamen poteſt ſecundum tollere: nam cum charitas habitus ſit ſupernaturalis, & non naturalis: poteſt quidem, voluntatis naturalitatem ſupernaturaliter eleuare, non tamen poteſt cōtra voluntatis naturam operari: primum etenim naturā voluntatis per eleuationem perfectionis formæ conſeruat: ſecundum vero ipſius voluntatis naturam per oppoſitum ſibi modum operandi deſtrueret: nam voluntatem ſupernaturaliter diligere, eſt proprium actum perfectiſsimo modo elicere: voluntatem vero neceſſario diligere, eſſet quidem voluntatē contra propriæ naturæ modum eliciendi operari.

22 Quamuis igitur habitus charitatis voluntatem eleuet ad fruendum ſupernaturaliter: non tamen eius libertatem, & contingentiam tollit, aut tollere poteſt, vt illā impellat ad nenecessario fruendum. Qua propter dictum eſt nuper voluntatem vti habitu charitatis pro quanto, ſcilicet, voluntas iuxta ſuæ libertatis contingentiam ita vtitur habitu charitatis ſibi inhærente in exercitio eliciendi actum dilectionis, vt poſsit illo non vti, & etiam illo inſe exiſtente, nullū actum dilectionis elicere: habitus enim eſt, quo quis vtitur, prout vult. Vnde (vt bene notauit Lychetus) prouenit, quod charitas in volūtate exiſtens elicit actum communem ſibi, & voluntati libere, quatenus reſpectu ipſius actus, & quantum ad ſubſtantiam, & quantum ad intenſionē, voluntas eſt cauſa principalis, & vtitur habitu charitatis, & per conſequens talis actus dicitur mere contingenter elicitus. De quo latior erit ſermo infra ſub diſtin.17.

23 Nunc autē (vt ibi probat Doctor) poteſt deduci, quia ſi talis habitus eſſet cauſa principalis determinās voluntatem ad agendum, numquam voluntas diceretur contingenter agere reſpectu eorum, quæ ſimul eliciuntur à voluntate, & habitu ſupernaturali. Sequela eſt euidens, ſiquidem nō minus ſupernaturalis ordinis eſt charitas infuſa in via, quàm, quæ voluntati inhæret in patria: ſi igitur voluntas determinatur à charitate in patria, & neceſſitatur ab illa, pro eo præciſe, quod eſt cauſa principalis dilectionis fruitiuæ: neceſſario, & in via, hoc idem eſſet dicendum: ſed op poſitum conſtat in viatoribus, qui contingenter per habitum charitatis operantur, ac propterea actus charitatis meritorios eliciunt: ergo &c.

Ex his intelligenda venit ratio illa textualis Doctoris ſupra in articu.6. §. *ſed contra*, quod, ſcilicet, *quādo principium elicitiuum non neceſſario elicit, habens principium illud non neceſſario agit: ſed principium elicitiuum eodem modo ſe habens, quod prius eliciebat contingenter actum, modo non elicit neceſſario &c.* Quod patet, quia neceſsitas, vel contingentia agendi ſemper ſumitur à ratione formali agendi, ſiue à principio elicitiuo (quod idem eſt) in operante igitur per voluntatem, ſiue in via, ſiue in patria, ſemper eſt eadem ratio libertatis, & contingentiæ in eliciendo actum amoris. 24

Sed argues ex Doctore, quod ipſe expreſſe docet in 3.diſtin.31. quæſt. vnica, & in 4.diſtinct.49. quod voluntas habens eandem charitatem in via ac in patria, elicit in via actum fruitionis ſpecie diſtinctum ab actu fruitionis elicito in patria: & hoc non propter aliud, niſi propter aliam, & aliam præſentiam obiecti: ergo ſic dicendum eſt in propoſito, quod volūtas in via, & in patria diſtinctio modo ſe habet: quia, ſcilicet, hic contingenter, illic vero neceſſario elicit actum amoris propter aliam præſentiam obiecti. 25

Reſpondeo, diſtinctam ſpecie præſentiam obiecti, diſtinctam quoque ſpecie fruitionem inferre, vt ex loco citato habetur à Doctore: videre autem obſcure in via, & clarè in patria, ad minus diſtinguuntur tanquā cognitio intuitiua ad obiectum vt præſens terminata, & abſtractiua termi- 25

nata

mata ad ipſũ, vt abſens. Ex cuius cognitionis differentia (ſaltem occaſionaliter) ſequitur diſtincta ſpecies fruitionis: hæc tamen diſtinctio non eſt circa contingentiam, aut neceſsitaté actus, cum (vt ex dictis ſupponitur) ſit vbique eſſentialiter libere, & contingenter elicitus, dummodo actus voluntatis ſit: ſed circa perfectionem maiorem, vel minorem, quæ in tantum exceditur, & excedit, vt tranſeat in diſtinctas ſpecies. Ex quibus concluditur, nec quidem ex parte voluntatis ſequi prædictam neceſsitatem fruendi.

§. 3.

Oſtenditur fruitionem non neceſſario ſequi ad viſionem, & alia fundamenta ſententiæ Scoticæ prælibantur.

27 DEmũ tertio obſeruari oportet, ex hoc poſſe oſtendi, quod neque ex neceſſaria connexione vtriuſque operationis ſequitur neceſſario ad viſionem fruitio, vt Henricus volebat; quod videlicet inter duas ordinatas naturas, quarũ vtraque eſt abſoluta, prior ita independenter à poſteriori habet eſſe, vt poſsit ſine illa exiſtere: licet forſan non ita è contra: viſio autẽ, & fruitio entitates quædam ſunt abſolutæ. Et quamuis poſterior à priori dependeat, ita quod viſione non exiſtente, fruitio eſſe non poſsit: non tamen prior à poſteriori dependet; quam obrem optimè viſio ſine fruitione poteſt exiſtere. Vide pro hoc *Doctorem* in 3. diſt. 12. q. 1. eſſe autem viſionem, & fruitionem abſolutas naturas, dubitari non poteſt, licet aduerſarij nonulli cum Henrico opinentur concedi, quatenus ſaltim in vno obiecto, ad quod tẽdunt, vniũtur, & ideo dependent à tertio.

28 Sed tunc eſt in promptu replica: quia cum Deus, vt cauſa prima efficiens libere cum cauſis ſecundis ad agendum concurrat, poteſt concurrere cũ intellectu ad viſionẽ, ſine eo quod concurrat cum voluntate ad fruitionem. Si ergo ſicut poteſt, concurſum deneget voluntati, quæro, an tunc voluntas frueretur, aut non? Primum dici non poteſt propter eſſentialem dependentiam cauſæ ſecundæ à prima in operando. Si vero dicas ſecundum, habetur intentum, quod nõ eſt neceſſaria connexio inter has operationes, ita vt vna ſine altera eſſe nõ poſsit. Quod vrget *Doctor*: nam ſicuẽ do Deum viſionem formalem, ac etiã fruitionem ſe ſolo adæquate cauſarẽ in intellectu, & voluntate poſſe: ſi de facto cauſaret in intellectu claram ſui viſionem, & fruitionem non cauſaret in voluntate: tunc vere intellectus clare videret, ſine eo quod frueretur voluntas, quæ ratio valet etiam ſi teneretur viſionem eſſe partialem cauſam fruitionis: quia etſi Deus nõ poſſet non cauſare fruitionem, niſi media viſione: non tamen ex inde ſequitur non poſſe cauſare viſionẽ ſine fruitione, ſicut cauſam ſine ſuo effectu, à quo nõ dependet ad ſui eſſe. Non ergo ex connexione operationum iſtarum ſequitur, quod videns Deũ ita neceſſario fruitur Deo, vt per nullam potentiam poſsit non frui.

29 Ex his igitur habemus videntem Deum poſſe illum non frui ex triplici capite, vel, ſcilicet, primo, ex parte obiecti: quia poteſt obiectum clare viſum non mouere voluntatem videntis ad fruitionem ſui: vel ſecundo, ex parte potentiæ: quia voluntas libere vtitur habitu inclinante ad dilectionem obiecti clare viſi; ſiquidẽ per ipſius inhærentiam non extrahitur ab eſſentiali, & propria libertate, quæ ſi tollatur ab ea, iam non erit voluntas. Tertio, ex parte operationum ipſarum: quia fruitio non ita ſequitur ad viſionem, quod non poſsit Deus ad primam concurrere, ſine eo quod cauſet ſecundam.

30 Sed numquid, ſi omnia requiſita ad fruitionem adſint in patria, vtpo

te ſtante habitu charitatis eleuante voluntatem ad diligendum ex parte potentiæ,& voluntate diuina mouéte ad dilectionem ſuæ eſſentiæ ex parte obiecti, & ipſomet Deo tanquam cauſa prima, non denegante concurſum,& aliás ſupponatur demonſtratiua,& euidens cognitio intellectus clarè Deum videntis:poterit ne tūc voluntas non frui obiecto beatifico?

31 *Tatharet.* Reſpondet Tatharetus, quod loquendo de potentia propinqua non poteſt non frui:bene tamen loquendo de potentia remota: quia ſi tunc poſſet non frui,poſſet quidem ſecundum potentiam proximam ſe facere non beatum, quod eſt incoueniens. Quæ quidem ſolutio eſt ad mentem Doctoris: non etenim negat Scotus clarè videntem Deum de facto,& de ordinata lege,neceſsitate quadã reſpectiua, vtpote immutabilitatis ſui ſtatus,& reſpectu omnium requiſitorum,quæ adſunt, neceſſario frui ipſo:quia loquendo de potentia propinqua,iam omnia in patria ſunt ita diſpoſita,vt voluntas,quæ ex ſe libera eſt,neceſsitate extrinſeca non poſſit non diligere eſſentiam. Atqui loquendo de potentia remota,& de neceſsitate intrinſeca, & abſoluta,adhuc poſita clara Dei viſione quantũuis intenſa,eſt in poteſtate voluntatis poſſe ſe facere non beatum, ideſt voluntas abſoluta habet ab intrinſeco libertatem, vnde poteſt non velle finem etiam clare viſum: & ideo,vt aduertit Ioannes Vigerius in 1.diſt. 1.quæſt.4.§.*adprimum articulum dico,* notanter dixit Scotus in 6.art. in corpore,*quod voluntas eleuata non neceſſario fruitur quantum ex parte ſua,*vbi vale de notat illa verba, *ex parte ſua,* ac ſi dicat,quamuis aliunde quodammodo neceſsitetur voluntas ad fruendũ Deo clarè viſo:ipſa tamen ex ſe nullatenus neceſsitata eſt ad eliciendã dilectionem illius etiam clare viſi: ſed adhuc clara Dei viſione poſita habet voluntas ex ſe, vnde poſsit nõ elicere illam,nempe ex ſua intrinſeca libertate:contra quod intendebat Henricus,ita neceſſariam,& natura-

Vigerius.

lem connexionem inter Dei claram viſionem,vt nec per abſolutam Dei potentiam poſſet non ſequi fruitio ad claram Dei viſionem.

Sed ſi quæras,quæ ſit iſta neceſsitas immutabilitatis? Reſpondeo tibi cum Scoto in quodlibetis quæſt. 10. litera H. Quod triplex eſt neceſsitas, & infra litera N. quartam ſuperaddit. Quædam enim eſt neceſsitas coactionis,quæ in violentia quadam conſiſtit: & hanc illico Doctor excludit: alia eſt neceſsitas immutabilitatis,quæ excludit poſſe oppoſitũ ſuccedere:alia eſt neceſsitas ineuitabilitatis,quæ nõ ſolũ excludit oppoſitũ poſſe ſuccedere: ſed omnino excludit ipſum poſſe ineſſe: alia tamen eſt neceſsitas naturalis,& hæc ab intrinſeca ratione principij prouenit, eo quod à ſua natura eſt tale principiũ determinatum ad operandum. Ex his autem ſola quarta neceſsitas excludit libertatem: & hæc nullatenus voluntati poteſt competere, ſiquidem voluntas eſt eſſentialiter libera, ſed conuenit intellectui: tertia neceſsitas conuenit voluntati diuinæ: tum quoad dilectionem eſſentialem ſui, tum etiam ad notionalem productionem Spiritus Sancti:quia per nullam potentiam poteſt diuina voluntas non diligere eſſentiam,aut Spiritum Sanctum non producere, etiam ſi liberè producat, & libere velit ſuam eſſentiam.

32 *Quatuor neceſsitates notabiles ponit Doctor.*

Secunda vero neceſsitas, ſcilicet, Immutabilitatis,reperitur in Deo reſpectu ſcenrũm, quæ vult ad extra: quia licet liberè,& contingenter velit,quæ vult:nihilominus ob ſui immutabilitatem non poteſt ſuccedere oppoſitum illius,quod vult. Ad hanc ergo neceſsitatem pertinet neceſsitas voluntatis creatæ in fruendo Deo clare viſo:quia licet contingenter fruatur,quia tamen ob immutabilem ſtatum beatitudinis,quem Deus immutabilem eſſe decreuit,non poteſt ſuccedere Deo non frui, ſeu à fruitione iam elicita ceſſare. Ad hũc modum exponendi libertatem volũtatis beatæ inclinat Scotus,& oſtendit Lychetus in quæſt. ... dicens,quod ſcui-

33 *Neceſsitas immutabilitatis reperitur in voluntate beatifice fruentis.*

fruitur immutabiliter ex determinatione diuinæ voluntatis, quæ determinauit numquam concurrere ad actum oppoſitum: & ſic licet non poſſet ſuccedere, quod videns clare Deũ de facto non fruatur illo, nec iuxta ordinatam Dei potentiam regulatã penes immutabilitatem ſui decreti: nihilominus de abſoluta potentia, hoc quidem nullam contradictionẽ inuoluere ſatis ex dictis conſtat.

34 Et quamuis Vazquez videatur ſequi oppoſitum, tamen in hoc quod eſt ponere neceſſariam connexionẽ inter viſionem, & fruitionem, non ſibi probatur Henrrici ſententia, vt oſtendit, & probat num. 8: ſed reuera in ea quaſi perſiſtit; dum infra ſentit voluntatem in patria ex ſe ipſa ita neceſſario in Deum clare viſum moueri, vt non poſſit non ipſum diligere, & de ipſo delectari. Qui modus dicẽdi, ſi particulam *non poſſit* accipiat, vt non excludat potentiam abſolutam, ſed tantum ordinatam legem, non diſcedit à nobis, ſed tunc non bene diceret, voluntatem *ex ſe* neceſſario moueri in Deum: quia ſi *ex ſe*, hoc eſt, ex natura, & eſſentia ſua neceſſario moueretur in Deum clare viſum: profecto per nullam potentiam, etiã abſolutam; poſſet non diligere illũ, ſiquidem abſoluta Dei potentia non deſtruit rerum naturas. Quam obrem omiſſa mente huiuſmodi dicendi, quid in eo Vazquius ſentiat, noſtra non intereſt: ſed tantum adhærendo Scoto tueri voluntatem nullatenus neceſſitari ex ſe ad dilectionem finis vltimi clare viſi: ſed ſemper quatenus eſt ex ſe libere ferri in illud.

35 Verum enim vero vnum nobis ſupereſt exponendũ, quare compatiatur neceſſitas ſimul cum libertate in voluntate diuina, ita quod ſimul quod eſt eſſentialiter libere ſuam eſſentiam diligere, ſtet ita neceſſario diligere, vt nec per abſolutam potentiam poſſit non diligere illam? Et nõ ſimul reperiantur in voluntate creata reſpectu eiuſdem eſſentiæ clare viſæ libertas inſimul, & eadem neceſſitas? Quæ quidẽ quia infra in difficultate 71. de libera productione Spiritus Sancti, latius explanantur: hic prout ad quæſtionis exactam notitiã pertinent, breuiter partim ex notatis reſoluam. Ex duplici ergo capite prouenire poteſt neceſſitas dilectionis liberæ voluntatis: vel quidem ex parte obiecti, vel ex parte potentiæ. Primum, vt ſi obiectum ſit non ſolum ſummum, & infinito bonum: ſed etiã quod infinite, ac ſecundum vltimum de potentia ſuæ naturalis bonitatis moueat voluntatem. Secundum, vt ſi voluntas nulla directione indigeat, vt rectificetur, ſed ex ſe ſit ſumme, & infinite recta, & ex infinita rectitudine ſua non poſſit non velle obiectũ, quod infinite bonum eſt, & ſecundũ vltimum de potentia ad ſui dilectionem mouet.

Ex hoc ergo prouenit, quod voluntas diuina, etiamſi ſecundum ſuã eſſentiam libera ſit: eo tamen quod infinite recta, eſt obiectum infinite bonũ, à quo ſecundum vltimum de potentia mouetur, diligat neceſſario neceſſitate ineuitabilitatis. Defectu vero primi nihil ad extra vult Deus neceſſario hac neceſſitate: quia etiã ſi voluntas diuina ſit infinite recta: nullum attamen obiectum ad extra eſt infinite bonum, nec diuinam voluntatem ſecundum vltimum de potentia poteſt mouere: defectu vero ſecundi, ſeu potius defectu vtriuſque voluntas creata non neceſſario diligit Deum clare viſum: tum, quia etiã ſi dirigatur ab intellectu vidente eſſentiã ad diligendum illã, adhuc poſita quacumque intellectus directione, ipſa volũtas poteſt renuere; quia adhuc libera manet, & ex ſe ipſa recta non eſt, quia non infinita: & ideo quantumuis obiectum clare viſum ſit in ſe infinite bonum, poteſt illum non velle, adhuc etiamſi moueret naturaliter, ſecundum vltimum de potentia, ſicut mouet voluntate diuinã. Tum etiam, & à fortiori, quia Deus clare viſus non mouet naturaliter ad extra, ſed libere ad nutum voluntatis diuinæ, quæ poteſt intenſe, vel remiſſe mouere, imo & nullatenus, etiã ſi clare viſus ſit, mouere; vt dictum eſt. Ex quibus ſatis patet differentia

inter 36

inter voluntatem creatam, & increatam:ad hoc quod eſt contingenter, aut neceſſario frui Dei eſſentia clare viſa,ſtante libertate vtriuſque.

37 Iam vero pro ſuſpenſione actus fruitionis elicitæ,non maior libertas requiritur,vt conſtat,quàm ad poſſe non elicere actum talis fruitionis: quoniam,vt habetur in textu tertij articuli,§.*ſed contra*,& in corpore articuli,ea potentia,quæ circa obiectum repræſentatū neceſſario operatur: neceſſario quoque circa idem continuat operationem:etſi libere operatur,libere continuat: quia eadem eſt ratio operandi,& continuandi operationem,vt inquit Scotus, *Si ſimpliciter,ſimpliciter:ſi quando poteſt,quando poteſt &c.* Circa cuius regulæ intelligentiam poterat dubitari:nam intellectus neceſſario intelligit obiectum ſibi vnitum mediante ſpecie:non tamen neceſſario continuat actum intelligendi circa illud:quia paſsim diuertit ſe ad aliud,vt experientia conſtat:vel forſan ab omni actuali intelligere ceſſat ſæpiſsimè:non igitur ea eſt ratio operandi, & continuandi operationem iam elicitam.

38 Ad hoc dubium facilis eſt ſolutio: quia non intendit regula prædicta, quod potentia naturalis, dato quod neceſſario operetur ſemper neceſſario operationem cōtinuat:ſed quod ſicut poſito obiecto ſibi præſente nō poteſt non operari:ſic perſeuerante ſemper obiecto ſic præſente,nō poſſit non continuare operationem: vt patet de igne,qui ex ſe ſemper comburit:ex defectu tamen combuſtibilium non ſemper ſequitur actualis combuſtio. Vnde ſicut non poteſt non comburere cōbuſtibile ſibi approximatum:ſic non poteſt ſuſpendere actum combuſtionis , aut non continuare illum actum comburendi,dummodo ipſum combuſtibile ſit ſibi approximatum.Sic ſimiliter ſicut intellectus non poteſt non intelligere obiectum ſibi propoſitum,ſic non poteſt ex ſe ceſſare ab actu intelligēdi tale obiectum,, dummodo ſit ſibi propoſitum,& vnitum in ratione obiecti.Quod autem paſsim ſe diuertat,non habet ex ſe , ſed , vel ex imperio voluntatis,quæ libere illum gubernat,& modô imperat intelligere hoc modo illud obiectum: vel ex eo quod obiectum ſibi actualiter deſinat eſſe vnitū in ratione obiecti per repræſentationem alterius obiecti, vel per inaduertentiam ipſius intellectus non vitaliter operantis,aut per alias extrinſecas cauſas.nā cum intellectus in hac vita mortali ſit ſub ergaſtulo corporis,ligatus eſt ſenſibus,& quandoque ceſſat operari per ceſſationem operationum ſenſibilium,à quibus dependet &c.

Ex quibus concluditur à ſimili, quod ſicut voluntas per oppoſitū,nō neceſſario,ſed libere vult , quidquid vult,etiam ſibi vnita repræſentatione obiecti:ita libere quoque, & non neceſſario continuat actum volitionis cuiuslibet:& ex conſequenti poteſt illum ſuſpendere : ſicut ergo libere fruitur fine vltimo clare viſo, ſic libere actum talis fruitionis continuat, & ab eo poteſt ceſſare, & ipſum actum fruitionis ſuſpendere. 39

Tandem eſt obſeruandum,latam eſſe differentiam inter actum nolitionis,& non volitionem:nolitio etenim proculdubio actus poſitiuus eſt, quo voluntas obiectū ſibi oſtenſum poſitiuè fugit,& renuit: non volitio autem nullam poſitionem, nec per modum fugæ,nec per modum proſequutionis importat : ſed eſt mera negatio actus poſitiui,quo voluntas obiectum proſequitur:& ideo in voluntate poteſt eſſe duplex libertas, nempe contrarietatis , quæ eſt inter velle,& nolle , & contradictionis, quæ eſt inter velle,& non velle:quas libertates communiter vocant Theologi,quoad ſpecificationem , & quoad exercitium. 40

(.˙.)

§.3.

§. 4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

41 .Concluſ. HIS ergo præhabitis, difficultatem concludendo, dico primo, per nullam potentiam poſſe voluntatẽ creatam Deum clare viſum odio habere. Concluſio eſt contra primam ſententiam, habetur expreſſa in fine corporis articu. 4. vbi ait Doctor. *Nec eſt inconueniens negare finẽ poſſe eſſe obiectũ odij, & beatitudinem fugæ, ſicut nec miſeria poteſt eſſe obiectum concupiſcentiæ ſecundum Auguſtinum in Encheridion cap. 37. miſeri non ſolum eſſe nolumus, ſed nequaquam velle poſſumus:* & patet ex eodem textu dicti artic. 4. vbi negatur libertas contrarietatis, ſeu quoad ſpecificationem in voluntate reſpectu Dei clare viſi: ſecundum quod, ſi nullum actum poſitiuum poteſt habere voluntas oppoſitum dilectioni Dei clare viſi, multo minus habere poterit actum odij, qui, vltra quod poſitiuus eſſet, neceſſario ſupponeret in Deo aliquod motiuum odij, quod in Deo clare viſo apparere repugnat: Hæc ergo concluſio ſatis ex probatione ſequentis patebit, & ex ſolutione fundamenti pro prima ſententia.

42 2.Concluſ. Dico ſecundo, per nullã potentiã poſſe voluntatem creatam Deum clare viſum nolle actu aliquo poſitiuo. Concluſio eſt textualis, & habetur expreſſa in articulo 4. quæ probatur: quoniam inuoluit contradictionem, voluntatem Deum clare viſum poſitiue nolle, ſicut inuoluit contradictionem potentiam operari extra ſuum obiectum: nam Deus clare viſus nequit eſſe obiectũ actus nolitionis. Quod optimè probat Doctor in dicto articulo, ex eo quod voluntas non poteſt nolle aliquid, niſi in quo eſt aliquis defectus boni, vel aliqua ratio mali: ſed in vltimo fine clare viſo, non eſt aliquis defectus boni, nec aliqua ratio mali. igitur non poteſt voluntas Deum clare viſum nolle.

Hanc concluſionem iterum probat Doctor ibidem ſolutione ad argumenta, per exemplum de viſu: nã videre ſonum includit contradictionem ex reſpectu actus videndi, & obiecti: ſiquidem repugnat potentiam tranſgredi Spheram ſui obiecti: ſoni autem potentia eſt auditus, ſicut coloris potentia eſt viſus: ideo ergo repugnat viſui ſonum videre, aut auditui colorem audire, quia eſt repugnantia ex reſpectu actus, & obiecti: ſed eodem modo eſt repugnantia inter Deum clare viſum, & actum nolitionis: quia obiectum actus nolendi, eſt malum, vel defectiuum, ſaltim apparenter, quod in Deo clare viſo eſſe, aut apparere non poteſt: ergo &c. 43

Dico tertio, nullam eſſe repugnãtiam ad hoc, vt voluntas creata cuiuſlibet Deum clare videntis, etiam cum charitate ſibi inhærente, ipſum poſſit nõ velle: ac propterea videns clare Deum in patria, non neceſſario, ſed contingenter diligit Deum, & fruitur ipſo. Cõcluſio hæc eſt expreſſa Scoti, vt patet in litera, & probatur ab eo ex intrinſeca libertate volũtatis, quæ ſecundum D. Auguſtinum in Enchiridione tom. 3. cap. 105. hæc profert verba, *& neque aut volũtas nõ eſt, aut libera dicenda non eſt: quia beati ſic eſſe volumus, vt miſeri non ſolũ eſſe nolimus, ſed nequaquã prorſus velle poſſimus,* ac ſi aperte dicat Sãctus Doctor, non obid dicenda eſt voluntas potentia non libera, ſed naturalis: quia non poſſumus velle miſeriam: nam ſi auferatur libertas à voluntate, ipſam quoque voluntatem de medio tolli neceſſe eſt: ſi enim remaneret voluntas, & non remaneret libertas, iam proculdubio voluntas non eſſet: prouenit autem hoc, quod eſt non poſſe velle miſeriam in patria (quod hic D. Auguſt. intendit) non ex eo quod voluntas eſt naturalis potentia, ſed ex eo quod in patria voluntas beati immutabiliter Deo clare viſo adhæret 44 3.Concl. D. Augu.

iet

ret ratione ſtatus beatitudinis, quæ
perpetua eſt. Vnde vt probat optimè
Scotus in quodlibetis quæſt. 16. non
inconuenit voluntatem ſimul eſſe
naturaliter liberam, & ab extrinſeco
aliqualiter neceſsitari. Stat enim cum
intrinſeca libertate voluntatis ne-
ceſsitas non naturalis, ſed immutabi
litatis: & ideo dicit ipſe Auguſt. pri-
mo Retractationum cap. 9 quod *nihil
eſt tam in poteſtate voluntatis, quam ipſa
voluntas*: ſi igitur liberum voluntatis
imperium ad cæterarum potentia-
rum operationes extenditur, profe-
cto multo magis ad ſui ipſius elicitio
nes ineſt ſibi poteſtas: & habetur ex
Ariſtotele ſecundo Phyſicorum tex-
tu 49. & 9. Metaph. text. 10. vbi pro-
bat libertatem voluntatis ex diſiun-
ctione duplicis principij diſtinguen
tis principium actiuum, quorum alte
rum eſt naturale, & alterum liberũ,
nempe voluntas.

45 Volũtatis igitur intrinſeca liberta
te oſtenſa, concluſio prædicta iuxta
mentem Doctoris ſic confirmatur:
quoniam principium, quod de ſe eſt
liberum, & ex ſe liberè elicit actum,
dũmodo ſine aliqua mutatione ſuæ
naturæ, etiã poſito quocũque ſuper-
addito, maneat idẽ principiũ, ſemper
liberè elicit actum: ſed volũtas ex ſe
eſt principium liberum, quod liberè
elicit actum, & per additionem cha-
ritatis, quę ſibi inhæret, aut etiam per
claram finis vltimi viſionem, non eſt
mutata in ſua natura, ſed ſemper re-
manet idem principium: ergo cum
in via per habitum charitatis libere
eliciat actum dilectionis circa finem
vltimum obſcure apprehenſum, etiã
in patria charitate informata libere
elicit circa finem vltimum clare vi-
ſum actum fruitionis.

Ratio hæc efficaciſsima eſt, duo
46 attamen reſtant probanda ad eius fir
mitatem. Vnum eſt, non mutari vo-
luntatem per habitum charitatis,
quem habet in patria: alterum vero
eſt, nec quidem mutari per oſtenſio-
nem Dei clare viſi. Iam ergo primũ
ſic probat Doctor: quoniam volun-
tas habens eandem, vel æqualem
charitatem, quando obſcurè Deum
apprehendebat, quam habet poſt
eius claram viſionem, prius contin-
genter eliciebat actum diligendi: er-
go poſterius non neceſſario, ſed libe
re elicit actum fruendi. Antecedens
oſtenditur manifeſtè in raptu D. Pau
li, ad quod ponamus, quod habuit
Paulus, vel habere potuit eãdem, ſeu
æqualem charitatem cum ea, quam
antea habebat: non enim dubium eſ-
ſe poteſt circa hoc: nam Deus ante
raptum potuit elargiri Paulo chari-
tatem, ita perfectam, & intenſam, ſi-
cut illam, quam habuit in raptu. Tũc
ſic, per charitatem, quam habuit an-
te raptum non neceſſario, ſed contin
genter diligebat Deum: ergo per eã-
dem, vel æqualem charitatem in rap-
tu, in quo ſupponitur Deum clare vi
diſſe, non neceſſario, ſed libere, & cõ
tingenter fruebatur Deo. Conſe-
quentia eſt manifeſta, quia charitas
eadem, vel æque intenſa non poteſt
modo mutare voluntatis naturam,
quam antea non mutabat: ſi igitur an
te raptum non erat voluntas tali cha
ritate mutata, cur modo poſt raptum
mutata erit?

Adde, quod in illa fruitione in ra-
ptu habita, meruit D. Paulus, ſiquidẽ 47
ipſe erat viator, & actus talis dile-
ctionis, ſeu fruitionis in viatore, ex
ſe meritorius eſt. Non ergo per addi
tionem charitatis, quæ habetur in pa
tria, tollitur à voluntate libertas, ſi-
quidẽ ſupponitur potuiſſe eſſe eiuſ-
dem æqualitatis cum illa, quæ eſt in
via; & in patria Deum clare viſum
eſſe obiectum dilectionis, ſicut in ra-
ptu Diui Pauli fuiſſe ſupponi-
tur.

Secundum vero probatur, quod,
ſcilicet, non mutatur voluntas per e8
oſtenſionem Dei clare viſi, quia di-
uerſa approximatio paſsi ad agens
non mutat ipſius liberi agentis natu
ram, cauſando naturalem neceſsita-
tem, ſed tantum intenſiorem actio-
nem, ſicut patet de calido reſpectu ca
leſactibilium, magis, & minus appro
ximatorum: atqui diuerſa præſentia
obiecti cogniti, puta viſi, & non viſi,
non eſt, niſi quædam approximatio
diuerſa eius, circa quod debet elici
actus

actus voluntatis ad ipſam voluntatem: ergo iſtud non mutat voluntatis naturam, nec diuerſificat neceſsitatem, aut contingentiam, ſed tantũ facit intenſionem, aut minus intenſum actum fruitionis.

48 Secundo probatur concluſio argumento textuali, & confirmatur hæc prędicta probatio: nam neceſsitas agendi non poteſt eſſe, niſi per aliquod intrinſecum principio actiuo: per hoc autem, quod intellectus nũc clare videt obiectũ, quod ante obſcure nouerat, nihil nouũ intrinſecũ ineſt principio actiuo fruitionis, ꝙ eſt volũtas: ergo per hoc ꝙ intellectus nunc clare videt Deum, quem antea obſcure cognouerat, non additur voluntati aliqua noua neceſsitas. Maior probatur: quia ex oppoſito, tunc neceſsitas agendi non eſſet per rationem principij actiui: & ita per nihil, vel per extrinſecum aliquod. Quod ſi eſſet per aliquod extrinſecum, profecto per illud ageret, quia per quod eſt neceſsitas agẽdi, per iſtud eſt agere. Quod autem per hoc, quod intellectus nunc clare videt Deum, nihil nouum inſit intrinſecum principio actiuo fruitionis, probatur: quoniã vel viſio clara Dei, nullam habet rationem principij actiui fruitionis, vel habet aliquam rationem principij. Si primum dicas, habetur intentum: ſi vero ſecundum arbitreris, tũc ſic.

49 Vel illa viſio habet rationem principij principalis, vel ſecundarij. Primum dici non poteſt, vt patet, quia voluntas eſt, quæ principaliter fruitur. Si ergo dicas ſecũdum, tunc accipiatur ſic argumentum: neceſsitas agendi, nõ eſt niſi per aliquid intrinſecum principio actiuo principali: quia ſecundarium non poteſt neceſsitare principale principium, ſicut nec determinare illud ad agendum: è conuerſo autem principale agens ex ſe ſecũdum ſibi proprium modũ agendi vtitur principio ſecundario, ita quod ſi nihil in principali principio excludat contingentiam; tota actio erit contingens. Planum autẽ eſt per claram Dei viſionem nihil intrinſecum ſuperaddi principio fruitiuo, ſcilicet, voluntati. ergo &c. Tertio à priori ſic: nam quælibet potentia, ſicut habet vnum obiectum adæquatum, ſic habet vnum modum operandi reſpectu illius: ergo habet eundem modum operandi reſpectu cuiuslibet obiecti contenti ſub illo obiecto adæquato: ſed voluntas tanquã obiectum adæquatum reſpicit bonũ, circa quod habet vnum modum, ſcilicet, liberum operandi: ergo eundem modum liberum operandi habet circa Deum clare viſum, qui ſub tali obiecto adæquato, nempe ſub bono vt ſic comprehenditur.

50. His, & alijs rationibus probatur prædicta concluſio à *Doctore*: quarum nonnullas OKam non approbat: ſed quia pulchrè à Lycheto confutatur, non eſt cur in eius impugnationibus immoremur. Relicto ergo OKamo inter recentiores, qui rationes Scoticas ſoluere curant, eſt Vazquius, qui concedit, non prouenire voluntati beati ex charitate ſibi inhærente, aut ex aliquo alio habitu neceſſitatem fruitionis: hoc enim (inquit ipſe) manifeſtum eſt: ſed à principio intrinſeco, & natiua virtute ipſius voluntatis. cui conuenit vterque modus operandi, & ſcilicet; per modũ naturæ, hoc eſt, cum determinatione ad vnam partem, & neceſsitate; & cum libertate indifferentiæ: hæc autem varietas in modo operandi non competit voluntati abſolutè cõſideratæ, ſed prout diuerſo modo ex parte intellectus prępuenitur: nam cum taliter obiectum ei proponitur, vt appareat in eo aliqua ratio mali, libere circa ipſum mouetur voluntas; tam quoad exercitium, quam quoad ſpecificationem, ſic vt poſſet illud non diligere: quando vero in obiecto, quod proponitur, non poteſt apparere ratio mali, ſed ibi apparet omnis ratio boni: tunc non poteſt non velle illud. Cum igitur variata cognitione varietur ipſum obiectum, quatenus per eam vno, vel altero modo apparet: mirum nõ eſt; ſi varietur etiam modus operandi voluntatis. Hactenus Vazquez, contra

Solutiõ Vazquij qua intenditrationes Scòticas delere.

quem

quem arguo;& quidem oſtendendo nullatenus illum duplicem modum neceſſario,ſcilicet, ſeu per modum naturę, & libere, ſeu contingenter operandi, voluntati ab intrinſeco poſſe competere: & ſimul hanc varietatem naturæ voluntatis non prouenire ex diſtincta apparitione, & oſtenſione obiecti per intellectum.

51 *Confutatio ſolutionis Vazquij.* Hoc enim contradictionem in adiecto videtur inuoluere: nam ſi ab intrinſeco principio,& natiua virtute voluntatis cōuenit ipſi voluntati vterque ille modus neceſſario, ſcilicet,& contingenter operandi: ergo conuenit voluntati ex ſe ipſa, & abſolute conſideratæ. Non igitur ſibi conuenit vterque ille modus operandi ex diuerſitate oſtenſionis per intellectum: nam contradictio manifeſta eſt in adiecto habere aliquid ab intrinſeco,& hoc ſibi non conuenire, niſi ab aliquo extrinſeco: intellectus autem oſtenſionem mere extrinſecam eſſe intrinſeco principio, & natiuæ virtuti voluntatis, nemo dubitat: nam etſi vt cauſa ad actualem volitionem ipſa intellectus oſtenſio cō curreret,& ob id intrinſece ad ipſam volitionem pertineret: nihilominus tamen talis oſtenſio ipſiuſmet voluntatis nullatenus poteſt eſſe cauſa,nec ad ipſius volūtatis naturā,aut natiuā virtutem poterit pertinere, vt luce clarius conſtat. Quomodo igitur ſaluari poteſt voluntati ab intrinſeco, & ex natiua virtute conuenire duplicem oppoſitum modum operandi: & hoc quidem non ſibi conuenire abſolute conſideratæ, ſed ab extrinſeco,nempe à præuentiono diſtinctæ præoſtenſionis obiecti per intellectum? profecto hunc contradictorium modum loquendi non capio.

52 *Solutio Cayetani.* Cayetanus vero 1. part. quæſt. 80.art.2.ponit diuerſitatem inter viſam clare,& obſcure, & conſtituit per hoc ibi eſſe differentias obiectiuas: & quidem dixerat voluntatem *Confutatio ſolutionis Cayetani.* ex natura ſua habere prædictū duplicem modum operandi: ſed non ponit talem duplicem modum ſibi conuenire ab illa diuerſa oſtenſione obiecti: quare non contradicit ibi in modo loquendi: licet obſcure ſatis hanc neceſsitatem oſtendat. Probo igitur voluntati ab intrinſeco non poſſe cōpetere prædictum duplicem modum operandi,quod oſtendit Doctor in textu:quoniam libere agere, & naturaliter agere, ſunt oppoſiti modi agendi, vt patet ex Ariſtotele *Ariſt.* 9.Metaph.tex.10.& 2. Phyſicorum tex.49. Primo diſtinguunt principiū actiuum,ſic quod omne principium actiuum,vel eſt naturale, vel liberū: ita vt naturale ſit determinatum: liberum vero determinans:& ibi liberum,quod vocat *Phereſim*,nempe voluntatem, condiſtinguit à naturali, quod eſt intellectus: atqui oppoſiti modi operandi non poſſunt cōpetere eidem principio actiuo ab intrinſeco: quoniam tunc tale principium actiuum,vel eſt vnum, & idem, vel diuerſum.Hoc ſecūdum dici nequit: quia tunc eſſent in voluntate duo principia operandi,quod eſt abſurdum.

Si primum dicas,tunc hoc principium, vel eſt aliquid indifferens ab ſtrahens ab illis duobus modis oppo 53 ſitis operandi contrahibile per vtrūque:& tunc non eſſet principium aliquod reale exiſtens, ſed ratio aliqua communis abſtracta à differentijs oppoſitis contrahentibus, ſicut natura generica abſtrahit à differentijs ſpecificis,quod etiam dici non poteſt: vel eſt aliquod ſingulare realiter exiſtens in rerum natura, & tunc neceſſario alter ex oppoſitis modis operādi conuenit ſibi ab intrinſeco:non tamen vterque, quod perſpicue conſtat:quia implicat aliquid ab intrinſeco habere duas determinatas ratiōnes oppoſitas ſpecifice operādi:ſicut implicat aliquid ab intrinſeco habere entitatem cōſtitutam ſub duplici ſpecie oppoſita:ſed contingenter,& neceſſario agere,ſeu libere,& naturaliter agere,diuidunt principium actiuum,ſicut duæ ſpecies oppoſitæ, ſiquidem ſunt duo modi eſſentialiter oppoſiti operandi:ergo vnus,ſeu alter iſtorum tantummodo poteſt vni

reali

reali principio actiuo ab intrinſeco conuenire: ergo voluntati tantum conuenit ab intrinſeco operari libere, aut naturaliter. Cum igitur ex diuiſione ſuprapoſita habeat voluntas etiam ab intrinſeco principium liberum: conſequenter ab intrinſeco nequit eſſe principium naturale. Si igitur aliquādo neceſſitatur, hoc quidem non ab intrinſeco, ſed ſibi ab aliquo extrinſeco prouenit, vt dictum eſt.

54 Quod autem diuerſitas oſtenſionis ex parte obiecti non ſufficiat ad diuerſitatem modi operandi ex parte potentiæ: ſatis oſtendit Doctor argumēto illo de approximatione perfectiori, quæ facit actum inteſiorem, non vero mutat connaturalem modum operandi potentiæ.

55 Ex probatis ergo dico quarto, voluntatem beati, non ita neceſſario cōtinuare actum fruitionis, vt non poſſit ceſſare ab illo: ſiquidem illum ſuſpendere non repugnat. Concluſio hæc Scotica eſt appendix præcedentis, & ideo alia probatione non indiget, ſed eiſdem probatur rationibus, quibus illa probata eſt.

4. Concluſ.

---

§. 5.

Soluuntur argumenta diuerſarum opinionem.

56 IAM ergo argumenta pro ſententijs in oppoſitum oportet ſoluere, & primo ad fundamentū ſententiæ Gabrielis, & Holchot, admittenda eſt caſus poſsibilitas, quia non repugnat Deum ſuam eſſentiā oſtendere viatori, cui ſuam futuram damnationem reuelaret. Sed tunc dico, illum, qui ſic Deum videret, nō poſſe odio Deum ſic clare viſum habere, nec quidem odio abominationis, vt ibi fatetur argumentum, nec odio inimicitiæ: quia etſi Deum, vt infligentem ſibi illud malum pœnæ apprehenderet: non tamen ipſum apprehendere poſſet, vt aduerſarium: quia per claram Dei viſionem clare ſibi paterent eius infinita bonitas, & infinita iuſtitia, & miſericordia. Quibus viſis, non poſſet non cognoſcere ſummam iudicis æquitatem in puniendo iuſtè præuiſa peccata finalia, quibus talem damnationem iuſte mereretur: imò, & ipſum, vt miſericordiam agnoſceret, & veneraretur, eo quòd vltra condignum puniret talia peccata: quia iuſtitia miſericordiæ mixta, potius ad dilectionem, quam ad odium ipſius videntis voluntatem moueret: nam quod damnatus odio habeat iudicem, prouenit, ex eo quod eius bonitatem, & æquitatem, non perfectè conſiderat: ſed cogitat ſemper ſibi in ſupplicio iniuriam irrogari.

4. Concluſ. Ad argumenta in oppoſitum. Ad fundamentum 1. ſentent.

57 Ad fundamentum ſententiæ Henrici, & Ægidij, libenter admitto, non omnia, quæ realiter diſtinguūtur ſeparari poſſe ad inuicem: vt patet in exemplo de correlatiuis. Atqui eorum, quæ in vno tertio, tanquam in obiecto conueniunt: dummodo vnū prius altero illud obiectum reſpiciat: non inconuenit prius ſine poſteriori exiſtere: intellectio igitur practica (qualis eſt viſio beata) non ideo practica eſt, quia voluntatis operatio neceſſario conſequatur ad ipſam; ſed quia dirigit voluntatē ad dilectionem obiecti cogniti: imò nec requiritur actualis directio, vt practica ſit: ſed ad hoc ſufficit, vt ſit directiua voluntatis ad talem dilectionem, vt in quæſt. 5. prologi artic. 2. oſtenſū eſt. Ita ergo dico clarā Dei viſionem eſſe practicam, eo quod eſt directiua voluntatis ad dilectionem Dei ſic clare viſi: & quod voluntas illum actum non diligat: quia cum adhuc, poſita tali directione maneat voluntas libera libertate quoad exercitium: poteſt non diligere illum: & ſic manifeſtè oſtenditur, non eſſe neceſſariam connexionem inter viſionem, & fruitionem: cùm operatione priori exiſtente, poſſit ſecunda non ſequi.

Ad fundamentum. 2. ſentent.

58 Ad fundamentum illius partis tertiæ ſententiæ, qua probare intendit intenſiſsimam ſaltem viſionem neceſſita-

Ad fundamentum. 3. ſentent.

ceſsitate voluntatem ad fruitionem: facilimè reſpondetur, quod in hoc, quod eſt Deum clare videri, magis, & minus non variant ſpeciem. Si etenim ad clarã Dei viſionẽ neceſſario conſequeretur fruitio, hoc quidem ex natura viſionis illius quoad ſubſtantiam actus proueniret: non vero ex maiori, vel minori intẽſione actus: quia ſi entitas viſionis ex ſe non ſufficit mutare connaturalem modum operandi voluntatis, quomodo illum poterit intenſior gradus illius?

59 *Ad 1. arg. D. Thom.* Ad primum argumentum pro ſententia Diui Thomæ reſpondet Scotus in articul. 2. ſolutione ad tertium. & in artic. 4. in corpore, ſecundum quem dico, quod cum duplex ſit libertas in voluntate ſic licet contrarietatis, ſeu contradictionis, nẽpe ad agendum ſic, vel ſic, ac etiam ad agẽdum, vel non agendum: ad priorem libertatem requiritur, quod in obiecto apprehenſo appareat aliqua ratio mali, aut defectus boni: nam voluntas non poteſt nolle tale obiectũ clare viſum, dummodo in eo non ſit, aut appareat aliqua ratio mali, aut defectus boni, eo quod (vt dictum eſt) tale obiectum omnino bonum, non poteſt eſſe obiectum nolitionis poſitiuæ: ſiquidem omnis actus poſitiuus voluntatis fertur in bonum: & ex cõſequenti, vbi obiectum vndequaque eſt bonum, & vt tale clare cognoſcitur: non poteſt voluntas elicere actũ aliquem circa illud, qui non ſit poſitiuè eius volitio, & dilectio. Cæterum loquendo de ſecunda libertate, etiamſi in obiecto appareat omnimoda ratio boni, & intenſiſsimo modo, quo Deus poteſt ſuam eſſentiam intellectui creato manifeſtare: adhuc manet voluntas libera quoad exercitium, vt poſsit velle, & non velle, eo quod in eius poteſtate eſt elicere, vel non elicere actum dilectionis circa obiectum ſic viſum: vel ſuſpendere pro tunc omnem actum volendi, in quo libertas voluntatis oſtẽditur: quia etſi eſſentia libertatis in voluntate diuina etiam ſine tali contingentia ad intra ſaluetur, vt dictum eſt ſupra num. non prouenit voluntati diuinæ neceſsitas producendi, ſeu operandi ad intra, ex eo quod formaliter voluntas eſt, ſed ex eo quod eſt infinitè recta, & reſpicit obiectum infinitè bonum.

Ad ſecundum oſtenſum eſt ſatis contra Henrricum, nullam connexionem inter viſionem, & fruitionem reperiri: & ſolutione ad fundamentum eius ſententiæ, viſum eſt, qualiter concedamus, viſionem eſſe practicam, & non exinde ſequi neceſſario fruitionem ad illam. Nec ibi eſt aliqua naturalis connexio, licet benè ſit naturalis ordo, hoc eſt, quia iuxta naturæ ordinem fruitio eſt viſione poſterior. non tamen ad viſionem ſequela alicuius neceſsitatis, naturalitatis, aut ineuitabilitatis conſequitur. 60 *Ad 2.*

Ad tertium dico: ſolum concludere non poſſe voluntatem actum poſitiuum nolitionis elicere circa Deum clare viſum: nam qui moleſtiam, vel tædium in obiecto apprehendit, non ſolum ſuſpendit actũ dilectionis illius: ſed poſitiuè elicit actum nolitionis terminatæ ad ipſum obiectum, prout ſubeſt rationibus illius tædij, vel moleſtiæ: Ꝗ idem eſt de impedimento. *D*e maiori autem bono, ad quod ſe diuertit, euidentius conſtat, nam vt ſe diuertat ad maius bonum, poſitiuè elicit actum oppoſitum priori obiecto: vtpote ſi nũc vult acre, & oſtenſione dulcedinis ſe conuerterit ad dulce: euidenter conſtat, nunc vti ſua libertate contrarietatis, oppoſitum eligendo, & per actum poſitiuum ſe conuertendo ad illud. Hæc ergo omnia negamus, poſſe fieri à voluntate beati, ſiquidem nullatenus poteſt aliquem actum poſitiuum oppoſitum actui dilectionis Dei clare viſi elicere: atqui ad meram ſuſpenſionem, ſeu negationem poſitiuæ volitionis, nec requiritur ex parte obiecti, quod appareat aliqualis ratio tædij, aut faſtidij, aut impedimentum aliquod, ſeu maius bonum, ad quod ſe diuertat: ſed hoc tantum eſſe poteſt: quia ex parte 61 *Ad 3.*

te

Digitized by Google

te potentiæ adeſt libertas ad agere, & non agere.

62 Ad quartum, quo Vazquez putat noſtram labefactare ſententiam, dico, quod aſſumit in eo multa probanda: & quia peculiares difficultates in uoluunt, potius confundit, quam probat intentum. In primis etenim poſſe beato imponi præceptum de non fruendo Deo, eſt adhuc ſub lite, & hic diſputandum, aut reſoluendū non venit: ſed pro ea patio, qua præceptum omne ſupponit libertatem in eo, cui imponitur, tengo hoc poſſe imponi præceptum. Dico præterea, maiorem prædicti argumēti eſſe falſam, quod, ſcilicet, ſi aliqua ratione poſſet beatus non velle Deum clare viſum, eſſet ratione talsi præcepti quia, vt oſtendimus ſupra, poſſet non diligere Deū clare viſū. vel quia ipſe ſic viſus nō moueret in ratione obiecti. Vel quia vt cauſa prima ad actum fruitionis, adhuc ſtante viſione, non concurreret, & alijs ex cauſis. Ex quo iam conſtat non ſolum poſſe id fieri ratione illius præcepti.

Ad 4.

63 Rurſus etiam admiſſa illa falſa maiori pro vera, quod ſolum eſſet ratione illius præcepti, reſtat alia minor, quę pluſquam falſa eſt: nempe eandem neceſsitatem ſequi in voluntate ad diligendum, quæ præfuit in intellectu ad videndum: & quod ſi non poteſt imponi præceptum de non videndo, conſequenter, nec poteſt imponi de non fruendo: quoniam actus intellectus eſt naturalis, & neceſſarius, & in viſione non ſubiacet imperio voluntatis: ac ideo non poteſt imponi præceptum de non videndo: actus vero voluntatis eſt liber, & poteſt ſubiacere præcepto. Aliud aſſumit probandum, quod, ſcilicet, neceſsitas intellectus in videndo, prouenit ex efficacitate luminis gloriæ: & forſan potius dicendum eſſet, neceſsitatem operandi ab ipſius intellectus natura prouenire: licet lumen ſibi præſtet efficaciam ad attingendū obiectum excellentiſsimū, quod ex ſe ipſo attingere non poterat. Et tandem hęc omnia, & alia, quæ congerit ad vnum reducit, in quo tota vis argumenti ſita eſt, quod, ſcilicet, in obiecto appatet omnis ratio boni, & amabilitatis, vt exinde omnem libertatem potentiæ tollat: quod argumētum iam ſæpè repetitum eſt à ſequacibus Diui Thomæ tāquam Achyles huius ſententiæ: & à nobis iam ſolutione ad primum deletum.

(.·.)

QVÆSTIO QVINTA.

De ſubiecto fruitionis.

VLTIMO circa diſtinctionem iſtam primam quæritur de fruente, cui, ſcilicet, vt ſubiecto conueniat fruitio, & circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo. Vtrum Deo conueniat frui?

¶ Secundo. Vtrum iuſtus, tam beatus, quàm viator, fruatur?

¶ Tertio. Vtrum peccator fruatur?

¶ Quarto. Vtrum bruta fruantur?

¶ Quinto. Vtrum omnia fruantur?

ARTICVLVS I.

Vtrum Deo conueniat frui?

A AD primum ſic proceditur. Videtur, quod Deo non conueniat furi. Primo: quia fruitio eſt reſpectu finis, ſed Deus non habet finem: ergo non competit ſibi frui.

B Secundo præterea ſic obijcitur: quomodo Deus dicitur agere propter finem? & etiam quòd ſuperioris agentis eſt ſuperior finis.

C Sed contra eſt: quia Deus amat ſe, & non amat ſe propter aliud: quia tunc vteretur ſe: ergo fruitur ſe. Cõſequentia *eſt* plana: quia ſi amat ſe, aut vtendo, aut fruendo.

D Reſpondeo dicendum, quod ad ſolutionem *iſtius articuli, &* *ſequentium*, præmitto quoddam exemplum, quomodo videlicet, corpora diuerſimode quietantur. Vltimus terminus quietis grauium corporum eſt centrum; huic autem centro, tanquam termino vltimo adhæret aliquod corpus graue, per ſe, & primo, puta, terra, quæ non per naturam alterius corporis adhæret, à quo participet grauitatem, & iſtam adhæſionem: aliquod autem corpus adhæret centro per ſe, ſed non primo: quia adhæreret per grauitatem, & adhæſionem participatam à terra: quia eſt, quaſi intrinſecum terræ, quæ primo quieſcit, vtpote lapides, & metalla in viſceribus terræ: & talia licet non primo, tamen perfecte quieſcunt: quia perfectè coniuncta ſunt centro mediante primo quieſcente, cui ſunt perfecte coniuncta. Aliquod corpus tertio modo adhæret centro, mediante terra, cui vnitur, ſed mobiliter, & non firmiter, vt graue aliquod exiſtens in ſuperficie terræ: & tale, licet quieſcat ad aliquod tempus, non tamen ita determinatur ad quietem, ſicut corpus quieſcens ſecundo modo. Quarto modo poteſt aliquod corpus adhærere vniformiter corpori proximo, & reſpectu illius quieſcere, & tamen non quieſcere reſpectu vniuerſi, ſi illud, cui proximo adhæret, non vniformiter adhæreat centro: verbi gratia, de homine iacente in naui: & ſi in poteſtate hominis eſſet ſe ipſum quietare, illud corpus graue, quod ſe ipſum finaliter quietaret in aliquo tali mobili, non autem in centro, nec mediate, nec immediate, inordinate ſe quietaret: etſi quantũ eſt ex ſe, quietaret ſe propter ſuam firmam adhæſionem tali cor-

corpori mobili, tamen non adhæret illi, cui ſecundum naturam ſuam adhærere deberet, vt *quietaretur*. Ad propoſitum applicando, corporis ponderi correſpondet voluntas in ſpiritualibus: quia ſicut corpus pondere, ſic animus, & voluntas amore fertur, quocũque fertur, vt ait Auguſtinus vndecimo de ciuitate Dei capite vigeſimo octauo, centrum quod ex natura ſui eſt vltimate quietatiuum, eſt finis vltimus, ſecundum veritatem, huic centro voluntas diuina primo; & per ſe: quia nõ participatione alicuius alterius à ſe immobiliter, & neceſſario adhæret: quia ipſa volũtas, non per habitũ, nec per actum differentem à ſe, nec in virtute alicuius cauſæ ſuperioris perfectiſsimè amat illud ſummum bonum, & neceſſario. Vnde ait ille ſapiens, quod Deus eſt Sphera intellectualis, cuius centr uvbique eſt, & circunferẽtia nuſquã. Ex his ad propoſitũ *articulum, & ſequẽtes*, dico quod frui nihil dicit, niſi actum inhærendi obiecto propter ſe; quem concomitatur delectatio nis quietatio, ſiue qui eſt quietatio, hoc eſt, actus vltimate terminans potentiam, in quantum potontia ſe ipſam determinat actu ſuo. Ita quod de ratione fruitionis, ſi dicit actum, non videtur eſſe, quod ipſa quieret potentiam, quantum eſt ex parte obiecti, ſed quantum eſt ex parte potentiæ, obiecto propter ſe inhærentis. Dico ergo, quod voluntas diuinina fruitur ſimpliciter, & neceſſario, & per ſe primo, *Concluſio.*

E Ad primum argumentum dico, ſicut dictum eſt quæſtione prima huius diſtinctionis articulo quarto, quod ratio finis non eſt proprie ratio fruibilis, ſed ratio illius boni abſolute, cui conuenit ratio finis. Licet igitur Deus non ſit finis ſui, tamen reſpectu voluntatis ſuę, eſt illud obiectum, cui nata eſt competere ratio finis: quia eſt ſummũ bonũ, non tamen poteſt ſibi competere ratio finis reſpectu ſui, ſicut nec reſpectu ſui eſt finis, ſed reſpectu omnium finibilium, qualia ſunt bona ordinabilia ad aliud.

F Ad ſecundum reſpondeo, quod reſpeçtu nullius eſt cauſa finalis aliqua, niſi reſpectu cuius eſt cauſæ efficiens: quia cauſalitas cauſa finalis eſt mouere efficiens ad agendum. Dei igitur ineffectibilis nihil eſt cauſa finalis dictũ: ſed illud primũ. Vulgatum debet intelligi, quod agit propter finem effectus, non propter finem ſui: quia non eſt agens ſui. Similiter ſecundum dictum debet intelligi

de fine effectus, quia agens ſuperius ordinat, non ſe, ſed effectum ad finem vniuerſaliorem, vel ſuperiorem, & ita ille finis ſuperior eſt agentis, nō vt finis eius, ſed ad quem ordinat illud, quod agit.

Expoſitio 1. Artic. quæſtionis 5. diſtinctionis. 1.

1 PARTITA eſt præſens quæſtio in quinque articulos, ad quos omnes præambula eſt doctrina illius, in eo per exemplum Doctor examinat, quo modis, & quid proprie ſit frui, vt exinde deſcendendo ad omnes, faciliè, quibus ſubiectis poſsit competere frui, oſtendat. Supponit igitur, quod ſicut grauia quietantur in centro, ſic voluntas in vltimo fine: & quod hæc quietatio voluntatis in fine eſt fruitio: ait enim, quod *frui nihil dicit, niſi actum inhærendi obiecto propter ſe, quem concomitatur delectationis quietatio, ſiue, qui eſt quietatio*: iā ex difficultate præcedenti cum Doctore oſtendimus libertatem fruitionis: & in difficultate trigeſimaoctaua, vidimus fruitionem formaliter conſiſtere in actu amoris, quo voluntas adhæret fini vltimo propter ſe; & præterea actū formalis fruitionis eſſe realiter à delectatione diſtinctum.

2 Nunc autem addit Doctor per actum fruitionis quietari voluntatem in fine vltimo, vel per delectationem: in quo videtur ſibi contradicere: ſi etenim quies eſt in formali fruitione, & delectatio non eſt formalis fruitio, nec realiter idem cum illa, ſed concomitatur actum formalis fruitionis, quare inquit Doctor, quod actū fruitionis, *concomitatur delectationis quietatio*? reuera ibi nulla eſt contradictio, vt patet ex ipſo modo loquendi: nam Scotus in qualibet quæſtione habet ex more determinate ſoluere ea, quæ ad eius titulum pertinēt. quæ vero ſunt ſub lite (etiamſi in proprijs locis ea ex mente propria, determinauerit) disiunctiuè ſolet ſupponere, ſi ad ipſius difficultatis, quam tunc pertractat, reſolutionem non pertinēt, vt ſæpe legenti eius litterā patefiet. In præſenti igitur, vt ad ſubiecta, quibus pertinet frui, perueniat, aſſumit exemplum de quietatione in centro: & quia ad hoc parum refert, quod hæc quietatio ſit à delectatione, quæ concomitatur actū fruendi, vel quod ſit ipſe actus fruēdi: ideo licet iam in quæſtione tertia articuli ſecundi, determinauerit delectationem re ipſa diſtingui à fruitione: hic vero ne ſint omnia in omnibus conculcanda, proſequitur exemplum de quietatione grauium in centro: & in ſpiritualibus reſoluit eodem modo voluntatem quietari in vltimo fine, ſiue illa quietatio ſit per delectationē: ita quod ipſa delectatio ſit fruitio, vt aduerſarij volunt, quod nunc ad propoſitū parū intereſt: ſiue ſit per actū amoris, qui eſt vera, & formalis fruitio, iuxta noſtram ſententiam.

Hac ergo de cauſa inquit quem 3
concomitatur delectationis quietatio,
ſiue loquendo de actu amoris, *qui eſt
quietatio*, quo, ſcilicet, inhæret voluntas obiecto propter ſe.

Aliud præterea habetur in textu, quod maximam difficultatem vi- 4
detur inuoluere: nam ibi ſequitur: *Hoc eſt actus vltimate terminans potentiam, inquantum potentia ſe ipſam determinat actu ſuo*, & infra, *de ratione fruitionis non videtur eſſe, quod ipſa quietet potentiam, quantum eſt ex parte obiecti: ſed quantum eſt ex parte potentiæ obiecto propter ſe inhærentis*. Sed ſi bene intelligantur prædicta verba Doctoris, perſpicue conſtat, quod loquitur ibi de fruitione abſolute ſupta, vt ſe extendit ad ordinatam, & inordinatā: quia potentiam vltimate terminari

actu

actu ſuo, nihil aliud eſt, quàm quod frui eſt actus, qui vltimate terminat, id eſt quietat potentiam: quia ipſa potentia elicit illum propter ſe, id eſt, vt quietet ſe ipſam, & ſic fruitur potentia obiecto, in quantum ſe ipſam terminat actu ſuo, quo adhæret obiecto: ac ſi dicat, inquantum potentia libertate ſua vult vltimatè ſe quietare actu ſuo: & hoc eſt, quod præciſe dicit fruitio abſtrahendo ab hoc, quod eſt quietari in tali, aut tali fine vltimo: ſæpe etenim vult ſe actu ſuo quietare in vltimo fine, non vero, ſed apparenti.

3 Vnde optimè concludit Lychetus cum Doctore, quod de ratione fruitionis non videtur eſſe, quod ipſa quietet potentiam quantum ex parte obiecti: ſed quantum ex parte potentiæ. Et ſenſus eſt, quod non eſt de ratione formali fruitionis, quod quietet potentiam illa, ſcilicet, quietatione vera; quæ nata eſt eſſe ab obiecto verè quietatiuo, quod eſt Deus clare viſus: ſed quietatio illa eſt ex ſola potentia ſe ipſam ſic determinante, videlicet, ſuo actu inhæreodo alicui obiecto, vt patet de voluntate fruente fine præfixo, vel præſtituto; de quo dictum eſt iam ſupra in difficultate 19. cui, ſcilicet, adhæret deprauata peccatoris voluntas. De ratione igitur fruitionis exſe, vt abſtrahit ab ordinata, & inordinata, eſt quod ipſa quietet potētiam ex parte ipſius potētiæ, quæ ſe vult quietare in obiecto; vel quidem quod à parte rei eſt verus finis vltimus, vel quod ab ipſa potentia, tanquam ſi eſſet verus finis vltimus, apprehenditur, & intenditur. Hoc igitur iam de fruitionis quietatione ſuppoſito, ponit Doctor exemplum in quatuor modis, quibus grauia quietantur in centro, vt exinde ad alios quatuor modos, quibus fruentia quietantur in fine vltimo, patefaciat. Quatuor nãque modis grauia in cētro quiſcere, textualis litera manifeſtat: quoniam vel primo aliquod graue quieſcit in centro per ſe primo, & immobiliter. Secundo modo per ſe non primo, ſed immobiliter. Tertio per ſe non primo, neque immobiliter. Quarto non per ſe; neque primo; neque immobiliter. Exempla de omnibus iſtis modis clare patent in textu. Ex eis ergo ad propoſitum ad hunc, & ad ſequentes articulos Doctor reſpondet, aplicando ea ad ſubiecta fruitionis: & inquit, quod ſolus Deus primo modo quieſcit in ſummo, & infinito bono, quod eſt vltimus finis, & fruitur illo. Secundo modo beatus quieſcit in vltimo fine. Tertio modo iuſtus viator. Quarto tandem modo viator peccator. De primo igitur modo determinat præſens articulus Deo propriiſsime competere frui ſua eſſentia, & in illa quieſcere.

Sed numquid Deus fruitur
ſummo bono, quod eſt vltimus fi- 4
nis in ratione vltimi finis? Hoc calumniat primum argumentum textualē: ſed optimè à Doctore ſoluitur ibi, quod fruitio non terminatur ad finem vltimum, ſecundum rationem propriam finis, ſed ad illud ſummum bonum, quod eſt finis. Vide ibi in textu, & ſupra in diffic. 16. numer. 23. & ibi quomodo Deus dicitur agere propter finem comperies in difficultate 18. numer. 11. & ſequentibus. Quod clare habetur à *Diuo* Thoma prima parte quæſtione 19. articulo quinto in corpore vbi ait: *In Deo velle finem, non eſt ei cauſa volēdi ea quæ ſunt ad finē ordinare in finem. Vult ergo hoc, eſſe propter illud: ſed non propter hoc vult hoc.* Quæ forte ſunt eadē verba Scoti, vt patet ex textu.

ARTICVLVS II.

Vtrum iuſtus, tam beatus, quam viator fruatur?

A AD ſecũdum ſic proceditur. Videtur, quod viator nõ fruatur: quia viator tantum habet actum deſiderij reſpectu boni abſentis: ſed actus deſiderij non eſt actus fruitionis, cuius probatio eſt: quia deſiderium eſt actus cõ cupiſcentiæ, fruitio autem eſt actus amicitiæ: ergo &c.

B Sed contra eſt Auguſtin. & habetur in litera: frui eſt amore inhærere alicui rei propter ſe, ſed ſic viator inhæret Deo: ergo &c.

C Reſpondeo dicendum, quod ad propoſitum applicando *ea, quæ in corpore primi articuli dicta ſunt*, in ſecundo gradu eſt voluntas creata beata, quæ non primo, ſed participando à Deo, per ſe tamen: quia per formam ſuam intrinſecam adhæret firmiter huic bono: & hoc quia facta eſt, quaſi intrinſeca voluntati primo quieſcenti: quia in eius beneplacito ſemper manens: in tertio *autem* gradu eſt voluntas iuſti viatoris, qui licet innitatur diuinæ voluntati, & mediante illa, ſummo bono quo quieſcit ipſa voluntas; tamen non firmiter adhæret illi bono, vel beneplacito iſtius voluntatis. Vnde nunc adhæret illi, nunc auertitur ab illo: ſed hoc eſt quoddam diſsimile in corporibus tertij membri *ſupra articulo primo poſiti*, quia ibi manente forma, qua corpus quieſcit, poteſt ipſum non quieſcere: hic oportet formam, qua quieſcit, deſtrui ſimul cum auerſione voluntatis à centro ſuo. Dico ergo, quod voluntas creata beata fruitur ſimpliciter, & perpetuo, & per ſe, ſed non primo: voluntas viatoris iuſti fruitur ſimpliciter, & per ſe, ſed non immobiliter, neque primo. 1.Concluſ. 2.Concluſ.

D Ad argumentum pro parte contraria, dico, quod præter actum deſiderij, qui eſt reſpectu non habiti, quo viator iuſtus appetit Deum actu concupiſcentiæ, habet iuſtus alium actum amicitiæ volendo Deo in ſe bene eſſe, & hic actus amicitiæ eſt fruitio: non autem ille, qui eſt deſiderij: & iſte ſecundus proprie eſt charitatis, nõ autem primus, qui eſt deſiderandi, ſicut dicetur in lib.3.

Expoſitio

Expoſitio 2. Artic. quæſtionis 5. diſtinctionis. 1.

1 CONCLVSIO textualis non indiget explanari: per applicationem etenim exempli ſupra poſiti in primo articulo de quatuor modis quieſcendi in centro, reſoluitur iuxta ſecundum modum, voluntatem creatam beati frui diuina eſſentia, in ipſaque quieſcere immobiliter propter immutabilitatem diuinæ voluntatis, quæ decreuit, nunquam ſuſpendere concurſum, quo concurrit ad eius beatam fruitionem, nec concurrere ad actum illi oppoſitum: & quidem quieſcit per ſe, quia per formam ſibi intrinſece inhærentem operatur: non tamen per ſe primo: quoniam hæc talis forma non eſt à ſua propria natura, ſed à Deo elargita, & ab eo participata eſt.

2 De iuſto autem viatore, reſoluitur frui Deo, & quietari in illo per ſe, non primo, propter eandem rationem, qua beatus ſic per ſe non primo quieſcit: nec quidem immobiliter, in quo differt ab eo: quia quoties mortaliter peccat, bonum incommutabile pro commutabili commutat, & vni adhærendo, iam non quieſcit in altero.

Quod autem in textu habetur notatu dignum, fruitionem, ſcilicet, nullatenus in amore concupiſcentiæ, ſed in amore amicitiæ conſiſtere, quod patet ibi ex ſolutione argumenti; pro comperto habetur: amorem attamen amicitiæ ſolummodo eſſe proprie charitatem, non minimam difficultatem inuoluit: ſed quia non eſt huius loci ad 3. librum cum Doctore differtur.

(*)

ARTICVLVS III.

Vtrum peccator fruatur?

AD tertium ſic proceditur. Videtur quod peccator non fruatur. Primo: quia non innititur alicui bono immobili, ſed mobili: ergo non quieſcit, & per conſequens non fruitur. Antecedens oſtenditur: quia innititur creaturæ, quæ eſt mobilis: quia omnis creatura ſubiecta eſt varietati. A

Secundo præterea, qui vult alium vti actu ſuo, non fruitur eo: ſed peccator vult Deum vti actu ſuo: ergo non fruitur eo. Maior oſtenditur: quia qui vult alium vti actu ſuo, iã non appreciatur illum, vt ſummum bonum: ergo non fruitur illo. Minor oſtenditur: quia peccator vult eſſe actum: igitur vult ipſum eſſe à Deo, cum nihil eſſe poſsit, niſi à Deo. Et ſi hoc: igitur vult Deum vti illo: quia Deus vtitur omni eo, quod eſt ab eo, B

Sed contra eſt August. 83. quæſtionum quæſt. 30. omnis itaque humana peruerſio eſt, quod vitium vocatur, fruendis vti velle, atque vtendis frui: ergo poſsibile eſt peccatorem frui vtendis. C

 Reſ-

D Reſpondeo dicendum ex his, *quæ in primo articulo notata ſunt, & in iſto*, ad propoſitū appli cando, quod in quarto gradu eſt peccans mortaliter, qui licet quā tum eſt ex parte actus voluntatis ſe quietantis, vehementer in hęreat alicui alij à Deo, ita q̄ nec mediante illo, nec immediate inhæret Deo: tamen ex parte obiecti, non poteſt ſimpliciter quietari: imò ſicut quiēſcens reſpectu nauis, & non reſpectu centri, non quieſcit ſimpliciter: quia non quieſcit reſpectu vltimi quietātis in vniuerſo: ita voluntas quietās ſe, quantum pōteſt in aliquo obiecto alio à Deo non ſimpliciter quietatur: quia non reſpectu huius, quod vltimate, & perfectiſsime eſt in vniuerſo quietatiuum voluntatis, quod etiam patet: quia voluntas nunquam ſaciatur, quantum cūque firmiter ſe immergat in illud propter ſe amando illud. 1.Concluſ. Dico ergo, quod voluntas peccantis mortaliter fruitur ſimpliciter, quantum eſt ex parte voluntatis quietantis ſe ipſam: quoniam quietatur in obiecto, quod propter ſe amat: ſed non ſimpliciter quietatur, quantum eſt ex parte obiecti, nec frui illud requirit: ſed quia obiectum non eſt de ſe quietatiuum, ſicut potentia actu ſuo ſe quietat in ipſo: ideo eſt fruitio inordinata. Sed tunc eſt dubitatio, quo obiecto peccans mortaliter fruitur? an, ſcilicet, actu ſuo? an obiecto ſui actus? Reſpondeo, quod communiter frui 2.Concluſ. tur ſe ipſo: quia obiectum actus ſui amat amore concupiſcentiæ: & per conſequens aliquid aliud amat amore amicitiæ, quia omnem amorem concupiſcentiæ præcedit amor amicitiæ: illud autem aliud eſt ipſemet, cui vt amato amore amicitiæ, appetit illud obiectum. Vnde non fruitur obiecto ſui actus, nec per conſequens ipſo actu, ſuper quem non oportet primo reflecti Hæc eſt ſententia Auguſt. de ciuitat. Dei lib. 14. cap. 28. & ſuper Genſ. lib. 11. & cap. 22. vel lib. 2. capit. 8. quod duas ciuitates fecerunt duo amores, ciuitarem diaboli amor ſui, vſque ad contemptum Dei, ciuitatem Dei, amor Dei, vſque ad contemptum ſui: ergo pri- E ma radix ibi eſt, quod peccans fruitur ſe.

Ad primum argumentum, poteſt exponi maior: quia inhærens mobili non quieſcit ſimpliciter, licet quantum eſt ex parte ſui, ſic quietet ſe in illo, & ita concedenda eſt hæc concluſio: quod peccans mortaliter non ſimpliciter quietatur, licet quantum eſt ex parte ipſius, ſic actu ſuo ſe quietaret volentis, vltimate ſe quietet in mobili. Si ad datur, quod nihil fruitur, niſi ſim-

ſimpliciter quietetur, negandũ eſt: ſed oportet addere, niſi ſimpliciter quietetur, quantum eſt ex parte ipſius actus, quo ſcilicet, inhæret obiecto: & etiam quantum eſt ex parte obiecti in fruitione ordinata. Nec hic debet intelligi quietatio ſumma: quia omnem quietationem viæ ſequitur maior patriæ, ſed propter actum irreferibilem itaq; ceptantem obiectum.

F Ad ſecundum poteſt maior negari: quia licet amore ordinato, nullus fruatur aliquo, niſi quo non vult aliquẽ vti, ſed frui: tamen amore inordinato, benè poteſt quis frui, quo non vult aliũ frui, ſed tantũ vti vel illud nullomodo amare: ſicut patet de cœlotipia inordinata. Ad probationẽ maioris poteſt dici, ꝙ licet fruens apprecietur frui bile, tanquã ſummum bonum, non tamen vult illud ab omnibus ſic appreciari, quando inordinate ſic fruitur: non igitur ſequitur, vult illud eſſe ſummum bonũ, vel amat illud, quaſi ſummum bonũ: ergo vult alios ſic amare illud. Aliter poteſt reſpõderi negando minorẽ. Ad probationẽ non ſequitur, vult frui bile eſſe: ergo vult illud eſſe à Deo, Nec ſequitur etiã, vult illud eſſe à Deo: ergo vult Deus vti illo: & cauſa defectus vtriuſque conſequentiæ eſt: quia non oportet volentem antecedens velle conſequens, quando conſequens nõ includitur per ſe in antecedẽte, ſed tantũ ſequitur per locũ extrinſecum: ita eſt in propoſito.

Expoſitio 3. Articuli quæſtion. 5. diſtinction. 1.

De peccatore viatore optimè ſatisfacit textualis reſpõſio ſe vere frui ipſo, propter illam D. Auguſtini auctoritatem. Et quidem frui ex ſupra notatis in artic. 1. conſtat: ſiquidem fruitio, vt extenditur ad ordinatam, & inordinatam, conſiſtit in aliquo, quod vere, & proprie ipſi peccatori conuenire poteſt. Quod autem ſe ipſo fruatur, & non ſuæ fruitionis obiecto, ſubtiliter probat præfacta ratio, quia, ſcilicet, quidquid vult ſibi, vult amore cõcupiſcentiæ, in quo fruitio nequit conſiſtere. Se igitur ipſum, cui omne talẽ bonum præſtituit, ſeu apparẽs, vt bonum deſiderat, amore amicitiæ diligit. Cũ igitur in amore amicitiæ conſiſtat fruitiò, & nequaquam poſsit eſſe in concupiſcentiæ amore, ideo ſe ipſo fruitur, & nõ alio peccator. Sed hæc de viatore enucleata recipi, non erit difficile: atqui de peccatore dãnato, & in inferno exiſtente, quid dicam? fruetur ne? & dato quod fruatur, hæc talis fruitio erit ſui, an obiecti ſui amoris? 1

Ad hoc reſpondeo cũ Doctore ex Reportatis Pariſiẽſibus in 1. diſt. 1. q. 3. quod Angeli mali in inferno poſſunt ſummè ſe ipſos diligere, quod probat ex D. Auguſt. lib. 13. de ciuitate Dei: quæ ſumma dilectio fruitio erit, ſi nõ propter alium finem, ſed propter ſe ipſos, ſibi amore adhæreant, & ſe amore amicitiæ diligant: & ideo Doctor ibi hunc amorẽ, fruitionẽ eſſe affirmat, dũ ex illo probat, fruitionẽ à delectatione reipſa diſtingui: cæterũ ad hũc actũ fruẽdi nõ ſequitur delectatio, nec cõcomitatur illũ, quia, vt ipſe inquit ibi, ideo nõ poteſt Angel⁹ malus de- 2

delectari in ſe: quia triſtitia vehemẽs ſuæ damnationis æternæ omnimodam delectationem excludit: quod idẽ dicẽdũ erit de cæteris dãnatis: nã ſicut quoad fruitionẽ ordinatam eadem eſt ratio de beatis Angelis, & hominibus: ſic ad inordinatam eadem ratio erit de dãnatis Angelorum, & hominum: & ſicut iſti beati, & viatores, ideo Deo fruentur, quia ordinate diligunt ipſum verum finem vltimum propter ſe ipſum amore amicitiæ: ſic peccatores iam damnati, & viatores, ideo fruuntur ſe ipſis; quia inordinate ſe diligunt amore amicitiæ, tanquam finem vltimum apparentem, ſeu præſtitutum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Bruta fruantur?

A AD quartum ſic proceditur. Videtur, quod Bruta fruatur: quia per Auguſt. vbi prius 83. quæſtionum quæſt. 30. frui qualibet corporali voluptate, non abſurde æſtimantur, & beſtiæ: ergo &c.

B Sed contra eſt, quod frui eſt alicui rei amore inhærere propter ſe, ſed Bruta non habent amorem: quia non voluntatem: nec inhærent alicui rei propter ſe, ſed propter bonum eorũ: ergo &c.

C Reſpondeo dicendum, quod ad quæſtionẽ penultimã dici põteſt, ꝙ appetitus ſenſitiuus, licet aliqualiter alicui inhæreat propter ſe, id eſt, non propter alterum negatiue, quia non eſt eius referre ad aliud, non tamen contrarie: quia non appreciatur obiectum, vt non referibile ad aliud: ideo abuſiue dicitur frui propter non relationem: non tamen propriè: quia non irreferibiliter inhæret. Similiter, nec amore inhæret: quia eius proprie non eſt amare. Similiter, nec proprie inhæret: quia non ſe applicat obiecto, ſed quaſi infigitur vi obiecti: quia non ducit ſe, ſed ducitur ſecundum Damaſcenum lib. 2. cap. 24. Et in ſequendo dictam ſimilitudinem *poſitam in corpore primi articuli*, de quietatione corporum, poſſet dici, quod appetitus ſenſitiuus aſſimilatur ferro, quaſi Adamanti infixo, vi Adamãtis attracto. Et ſic nec in centro mediate, nec immediate quietatur, nec in aliquo alio, vi illa; quæ eſſet quietatiua in centro, vel intrinſeca quietatiua, quaſi in centro. Sed tantum quaſi vi extrinſeci quietantis, ita hic vis obiecti quietat. non autem illa intrinſeca quietatiua in centro, vel quaſi in centro, quæ eſt ſola libertas, quæ appetitui ſenſitiuo non conuenit. Concluſ.

D Ad argumentum, & ad auctoritatem Auguſt. patet: quia exponenda eſt auctoritas eius de fruitione abuſiua, ſiue extendendo fruitionem, quia appetitus ſenſitiuus non refert intelligendo ad omnem actum irreferibilẽ: quod aliquomodo poteſt

teſt conuenire appetitui ſenſitiuo, puta, negatiuè tantum, non contrariè, vt dictum eſt: quia non inhæret obiecto, tanquam irreferibili: quia hoc eſt impoſsibile in ipſo. niſi ratio bonitatis obiecti vere, vel in acceptatione, ſit nota potentiæ, licet irreferibili à ſe, hoc eſt ratione impotẽtiæ naturalis in ipſo, non tamẽ ratione bonitatis obiecti vere, vel in acceptatione potentiæ. De differentia iſtorum, non referre negatiue contrarie, & priuatiue dicetur 2. libro diſt. 41.

Expoſitio 4. Articuli quæſtion. 5. diſtinction. 1.

1 CLARE excludit Doctor Bruta ab actu fruendi in hoc articulo: quia nec voluntatem habent, qua adhæreant fini vltimo, nec quidem cognitionem obiecti ſub illa ratione boni irreferibilis ad alterum, quæ cognitio ad rationem finis vltimi requiritur neceſſario: eandem concluſionem tenet Diuus Thomas 1. 2. quæſtione 11. artic. ſecundo, vbi inquit, quod fruitio perfecta, de qua hic proceditur, nullo modo brutis animalibus conuenit: eſt communis ſententia, & doctrina perſpicua: & ideo non eſt immorandum in illa. *D. Thom.*

ARTICVLVS V

Vtrum omnia fruantur?

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quod omnia fruãtur: quia omnia bonum appetunt amore naturali: vt patet ex 1. Ethi. & aliquod bonum non propter aliud: ergo &c. A *In前rem.*

Sed cõtra eſt: quia fruimur cognitis, ſed nõ omnia cognoſcunt: ergo &c. B

Reſpondeo dicendum, quod ex his, *quæ in præcedentibus articulis notata ſunt*, patet ad vltimam quæſtionem: quia ſi ab appetitu ſenſitiuo negatur frui propriè, qui magis tamen conuenit cum voluntate, cuius proprie eſt frui, quàm appetitus naturalis: quia actus appetitus ſenſitiui ſequitur actum cognoſcendi, ſicut actus voluntatis: nõ ſic autem actus appetitus naturalis (ſiquis ſit actus eius) ſequitur; quod habenti ſolum appetitum naturalem non conuenit frui proprie: imò nec ſic abuſiue, ſicut competit appetitui ſenſitiuo. Ex dictis de frui, & ſpecialiter in quæſtione tertia huius diſtinctionis, patere poteſt de vti, qui eſt actus quidam voluntatis imperfectior ad frui, ſicut ad actum perfectiorem eiuſdem potentiæ ordinatus. C *1. Concluſ. 2. Concluſ.*

Ad

D Ad argumentum in oppoſitum, patet, quod licet appetitus naturalis alicui inhæreat propter ſe negatiue, non tamē contrarie, vt in pluribus: & ſi quandoque contrarie, non tamen amore inhæret: ſed nec etiam proprie inhæret, ſed ab ipſo dante naturam, quaſi infigitur obiecto: non quidem per actum elicitum alium à natura, ſicut eſt in appetitu etiam ſenſitiuo, ſed per inclinationem habitualē naturæ. Vnde (ſicut prædictum eſt) minus conuenit ſibi frui, quàm appetitui ſenſitiuo, qui per actum elicitum, quaſi obiecto iam cognito inhæret, licet non libere: appetitus autem naturalis ſine omni cognitione perpetuo inclinatur.

Expoſitio 5. Artic. quæſtionis 5. diſtinctionis 1.

ARgumento à fortiori probat Doctor in hoc articulo non poſſe competere actū fruendi inſenſibilibus creaturis: nam ſi ob carentiam voluntatis, & perfectæ cognitionis, iure optimo negatur appetitui ſenſitiuo brutorum actus fruendi: quanto magis negari debet cæteris creaturis carentibus ſenſu. Ex hoc tamen D. Thomas 1.2. q.11. ar.2. in corpore probat prædictā concluſionē: quia inquit, quod licet huiuſmodi creaturæ pertingant ad finem: non tamen habent eam finis cognitionem, quæ ad fruitionē requiritur: ait enim, quod in rebus cognitione carentibus inuenitur quædam potentia pertingens ad finem per modum exſequentis, ſicut graue tendit deorſum, & leue ſurſum: ſed potentia, ad quam pertinet finis, non inuenitur in eis. Vnde manifeſtum eſt, quod in his, quæ cognitione carent, quamuis pertingant ad finem, non inuenitur fruitio finis. 1

DISTINCTIO SECVNDA.

Hoc itaque vera, ac pia fide tenendum eſt, quod Trinitas ſit vnus, & ſolus verus Deus &c.

QVÆSTIO PRIMA.

De cognitione diuini eſſe.

Hæc quæſtio quo ad titulũ erat 2. in ordine in ſenſu veteri primi: quia ibi quo ad reſolutionem erat prima: ideo hic prima, & in principio diſtinctionis collocatur.

CIRCA iſtam ſecundam diſtinctionem, in qua Magiſter agit de eſſentia Dei, & eius vnitate, & perſonarum pluralitate, quæruntur ſeptem: nam circa vnam partem, quæruntur tria, duo de eius eſſentia, & vnum de eius vnitate: & quoniam ſecundum Phyloſophum ſecundo Metaph. abſurdum eſt quærere ſcientiam, & modum ſciendi: ideo primo reſpondeo ad quæſtionem, quæ quærit de modo cognoſcendi iſtam, Deus eſt. Et quantum ad iſtam primo aſsigno rationem propoſitionis per ſe notæ, & dico ſic &c. Circa quæſtionem igitur iſtam quæruntur tria.

Tex. 15.

¶ Primo. Verum propoſitio per ſe nota ex ipſis terminis habeat veritatem euidentem?

¶ Secundo. Vtrum aliquod infinitum eſſe, ſeu Deum eſſe, ſit per ſe notum?

¶ Tertio. Vtrum Deum eſſe neceſſario ens, ſummum bonum, ſeu infinitum, ſit per ſe notum?

ARTICVLVS I.

Vtrum propoſitio per ſe nota ex ipſis terminis habeat veritatem euidentem?

A

AD primum ſic proceditur. Videtur, quod propoſitio nõ ſit per ſe nota ex ipſis terminis, quibus cõſtat. Primo: quia aliquid eſt per ſe notum ſapientibus; aliquid

vero

vero inſipientibus: *ergo non tantum ex terminis ſumitur euidentia propoſitionis.*

Secundo præterea: quia Boetius diſtinguit in Hebdomadibus communem conceptioné: ergo &c.

Tertio prętere a: quia aliquę ſunt *propoſitiones* per ſe notæ primi ordinis, aliquæ vero ſecundi: ergo &c.

Sed contra eſt, quod nulla eſt diſtinctio de per ſe nota in ſe, & in nobis: quia quæcumque eſt in ſe, & per ſe nota, cuicumque intellectui eſt per ſe nota, licet non actu cognita, tamen quantum ex terminis eſt euidenter nota, ſi termini concipiantur: ſicut patet de ſyllogiſmo perfecto, qui nullius indiget, vt appareat neceſſarius.

Reſpondeo dicendum, quod, cum dicitur propoſitio per ſe nota ly per ſe non excludit quamlibet cauſam: quia non excludit terminos, propoſitionis: nulla enim propoſitio per ſe nota eſt excluſa à notitia terminorum: quia principia prima cognoſcimus, in quantum terminos cognoſcimus: ſed excluditur quæcumque cauſa, & ratio, quæ eſt extra per ſe conceptum terminorum propoſitionis per ſe notæ. Dicitur ergo propoſitio per ſe nota, quę ex terminis pro prijs, qui ſunt aliquid eius, vt ſunt eius, habet veritatem euidentem: & non propter aliquid aliud, quid ſit extra terminos proprios, habet euidentiam, ſed ex ſe tantum: vt omne totum eſt maius ſua parte. 1. Concluſ.

Vlterius, qui ſunt illi termini proprij, ex quibus debet eſſe euidés? Dico, quod quo ad hoc alius terminus eſt deffinitio, alius diffinitum: & hoc ſiue accipiantur termini propoſitionis, pro vocibus ſignificantibus, ſiue pro conceptibus ſignificatis, quod probo ex primo poſt. quia, quod quid eſt alterius extremi eſt medium in demonſtratione: ergo altera præmiſſarum non differt à concluſione, niſi ſicut diffinitum à diffinitione: & tamen præmiſſa eſt principium per ſe notum. Concluſio autem non eſt per ſe nota, ſed demonſtrata: ergo ad rationem propoſitionis per ſe notæ, alius terminus eſt diffinitio à diffinito: quia ſi eſſet idem conceptus diffinitionis, & diffiniti in demonſtratione potiſsima eſſet petitio principij. Item tunc eſſent ibi duo termini tantum, quod eſt falſum. Hoc probatur ſecundo ſic per Ariſtot. primo Phyſicorum, quod nomina ſuſtinent ad diffinitionem, hoc, quod totum

2. Concluſ.

Tex. 10. & 20. ex preſsis 1. Phyſ. tex. 20.

Tex. 10. & tex. 15.

(Margin letters: B, C, D, E)

tum ad partes, id eſt, quod nomē eſt prius notum diffinitione. Ex hoc arguitur, impoſsibile eſt eũdem conceptum eſſe priorem, & poſteriorem, haberi, & non haberi de eadem re: ſed idem poteſt prius concipi ſecundum nomen, quàm ſecundum diffinitionem: nomē autem con ũſuſe importat, quod diffinitio diſtinctè: quia diffinitio diuidit in ſingularia; ergo conceptus quidditatis, prout importatur per nomen cõfuſe, eſt prius notus naturaliter, quàm conceptus eius, vt importatur diſtinctè per diffinitionem: & ita alius conceptus, & aliud extremum. Ex duobus declaratis infero propoſitum ſic. Cum pro-

3. concluſ. poſitio ſit per ſe nota, quæ ex proprijs terminis habet euidentem veritatem, & alij termini ſunt coneptus quidditatis diſtinctæ, vt importatur per diffinitionē, & conceptus quidditatis confuſe, vt importatur per nomen, ſequitur, quod propoſitio non eſt per ſe nota quidditate confuſe accepta, quæ non eſt nota, niſi eadem diſtinctè concipiatur per diffinitionem. Hæc etiam eadē cõcluſio probatur: quia alias quælibet propoſitio, quæ eſt vera in primo modo; vt homo eſt animal, & corpus, vſque ad ſubſtantiam, eſſet per ſe nota: quod tamen non eſt verum: nam ſi ratio vtriuſque extremi aſsignatur ex rationibus extremorum diſtinctè conceptis, apparet manifeſtum, quod vnum extremum includit aliud. Similiter, alias quælibet propoſitio eſſet per ſe nota in ſcientijs ſpecialibus, quàm Metaphyſicus poſſet habere per ſe notam, ex diffinitionibus extremorum, quod non eſt verum: quia Geometer non vtitur aliquibus principijs, tanquam per ſe notis, niſi quæ habent euidentem veritatem ex terminis confuſe cognitis, puta concipiendo lineam confuſe, cui dens eſt, quod linea eſt longitudo ſine latitudine, non concipiendo adhuc diſtinctè, ad quod genus pertineat linea, ſicut conſiderat Metaphyſicus. Alias autem propoſitiones, quas Metaphyſicus poſſet cognoſcere, puta quod linea eſt ſpecies quantitatis continuæ, diſtincta contra ſuperficiem, & corpus, & huiuſmodi tales propoſitiones non habet Geometer propter ſe notas. Patet hoc tertio: quia benè ſtat demonſtratio alicuius prædicati de diffinito, cum hoc, quod illud prædicatum ſit per ſe notum de diffinitione; ſicut habere tres eſt demonſtrabile de triangulo, cum tamen notum ſit per ſe de eius diffinitione, quod omnis figura plana &c. Eſt igi- 4. Concluſ.
tur omnis, & ſola illa propoſitio per ſe nota, quæ ex terminis ſic conceptis (vt ſunt eius termini) nata eſt habere euidentem veritatem

tatem complexionis. Ex hoc patet, quod non eſt diſtinguere inter propoſitionem eſſe perſe notam, & per ſe noſcibilem, quia idem ſunt: nam propoſitio non dicitur per ſe nota, quia ab aliquo intellectu cognoſcatur per ſe. Tunc enim ſi nullus intellectus actu cognoſceret, nulla propoſitio eſſet per ſe nota. Sed dicitur per ſe nota: quia quantum eſt de natura terminorum, nata eſt habere euidentem veritatem contentam in terminis, etiam in quocumque intellectu concipiente terminos. Si tamen aliquis intellectus non concipiat terminos, & ita non concipiat propoſitionem, non minus eſt per ſe nota, quantum eſt de ſe: & ſic loquimur de propoſitione per ſe nota.

5. Concluſ. Ex his patet, quod nulla eſt diſtinctio, de per ſe nota in ſe, & in nobis.

F Ad primum argumentum reſpondeo, quod non valet iſta diſtinctio: quod aliquid eſt per ſe notum ſapientibus, vel inſipientibus: quia hoc totum pertinet ad conceptionem terminorum, quæ præſupponitur ad intellectionem propoſitionis per ſe notæ.

G Ad ſecundum dico, quod licet ſic diſtinguat Boetius: ſed vel non eſt idem propoſitio per ſe nota, & communis animi conceptio, vel ipſe intelligit de conceptu, non de conceptibili ſub ratione terminorum diſtinctè.

H Ad tertium dico, quod nec illa diſtinctio valet, quod aliquæ ſunt per ſe notæ primi ordinis; aliquæ ſecundi: quia quæcumque per ſe notæ propoſitiones, conceptis terminis proprijs, ſicut ſunt termini eius, habent euidentem veritatem in ordine ſuo.

Expoſitio primi Articuli primæ quæſtionis diſtinctionis ſecundæ.

I EST potius ad Dialecticum ſpectet huius articuli reſolutio (tractatur etenim fuſius in primo libro Poſterior. capite tertio) communiter attamen à Theo-

Theologis habetur hic breuiter: vt patet de Alexandro Alenſi 1. par. q. 3. & D. Thoma quæſt. 2. art. 1. & plerumque Scholaſtici hi. Scotus igitur contradicit D. Tho. in hoc, quod D. Tho. diſtinguit propoſitionem per ſe notam ſecundum ſe tantum ab illa, quæ eſt per ſe nota, & quoad nos, cuius diſtinctionis rationem reddit ibi D. Thomas in corpore articuli: quia ex hoc aliqua propoſitio eſt per ſe nota, quod prædicatum includitur in ratione ſubiecti, vt homo eſt animal, eo quod animal eſt de ratione hominis: igitur ſi notũ ſit omnibus de prædicato, & ſubiecto quid ſit? propoſitio illa erit omnibus per ſe nota, vt patet in primis principijs demonſtrationum, quorum termini ſunt quædam communia, quæ nemo ignorat, vt totum, & partes & ſimilia: & ſi apud aliquos non ſit per ſe notum de prædicato, & ſubiecto, quid ſit propoſitio? quidem erit ex ſe per ſe nota: non tamen apud illos, qui prædicatũ, & ſubiectum propoſitionis ignorant. Hæc D. Thomas, cuius ſunt argumenta, quæ breuiter ponuntur in principio articuli.

2 Doctor verò oſtendit in textu, non eſſe diſtinguendam propoſitionem per ſe notam in ſe, & in nobis: quia quæcumque eſt in ſe per ſe nota, cuilibet intellectui eſt per ſe nota: licet enim non ſit ab omnibus actu cognita: eſt tamen ex natura terminorum euidenter omnibus nota; ſi termini concipiantur. Ad cuius claritatem notandum eſt, in hoc neceſſario conuenire propoſitionem demonſtrabilem, & per ſe notam, quod vtriuſque termini debet prius cognoſci, quàm cognoſcatur eorum connexio in propoſitione: prius enim eſt cognoſcere ſeorſum prædicatum, & ſubiectum, quàm cognoſcere copulam, ratione cuius vnum cõuenit alteri, & de altero prædicatur: differunt tamen: quia etiam cognitis terminis propoſitionis demõſtrabilis ab aliquo intellectu, adhuc propoſitio demonſtrabilis non eſt euidenter nota tali intellectui ex talium terminorum cognitione: ſed indiget demonſtrari per alias magis notas, ad hoc vt ſibi euidenter ſit nota.

Atqui ſemel cognitis terminis propoſitionis per ſe notæ à quolibet intellectu, ſtatim huiuſmodi propoſitio eſt tali intellectui per ſe nota, ita vt nulla alia demonſtratione ad ſui euidentiã indigeat: non igitur cognitio terminorum vnam propoſitionem per ſe notam ab altera per ſe nota diſtinguit: ſed omnis propoſitio per ſe nota ęque præſupponit terminorum cognitionẽ, vt ipſa ſit actu cognita, non tamen vt ſit per ſe nota: quia ex connexione terminorum ſibi prouenit eſſe per ſe nota. Quod autẽ actu ſit cognita ab vno vel altero intellectu, hoc accidit ſibi ad rationẽ formalem per ſe notæ propoſitionis. Vnde optimè cõcludit Doctor, quòd non eſt diſtinguere inter propoſitionem per ſe noſcibilem, & per ſe notam: quia idem ſunt. *Non etenim propoſitio dicitur per ſe nota, quia ab aliquo intellectu cognoſcatur per ſe: tunc enim ſi nullus intellectus actu cognoſceret, nulla propoſitio eſſet per ſe nota.* Quæ optima illatio eſt, ſiquidem ab intellectus cognitione penderet, adhoc quod eſſet per ſe nota: *ſed dicitur per ſe nota, quia quantum eſt de natura terminorum, nata eſt habere euidentem veritatem contentam in terminis,* etiam in quocumque *intellectu concipiente terminos*, & ideo per ſe nota dicitur, hoc eſt independenter ab alio, ſed ex natura terminorum, quos continet, eſt per ſe nota. 3

Non igitur euidentia medicata eſt ab aliquo extrinſeco, vtpote à demonſtratione, aut ab experientia, aut ab aliquo alio, prętèrquàm à cognitione terminorum, quibus cognitis, ſtatim cognoſcitur propoſitio, & ideo eſt per ſe nota. 4

Sed contra: quia poſſet voluntas diuina cauſare in intellectu notitiam huius propoſitionis. *Deus eſt* ergo & eius euidentiam: ergo poteſt talis propoſitio eſſe nota non per ſe, ſed à Deo cauſante eius euidentiam in intellectu. 5 Reſpondet Lychetus egregiè in hac diſt. q. 1. & 2. §. *dicò quòd ly per ſe*, quod poteſt De⁹ cauſare in intellectu creato notitiam terminorum, & poſtea notitiam propoſitionis prædictæ: quia non poteſt eſſe cognitio complexionis, quin prius cognoſcantur incom- *Lychetus.*

 plexa:

plexa: ex quibus cōplexio fit, vtpotè, ex quibus talis propoſitio componitur, vel ſaltem poteſt notitiam terminorum inſimul, & propoſitionis cauſare: tamen non eſt Deus, qui tūc cauſat immediate talis propoſitionis euidentiam: ſed mediante ipſa propoſitionis cognitione à ſe cauſata: quæ quidem ex natura terminorum cognitorum, euidentiam ſui cauſat in intellectu: in quo differt à propoſitione demonſtrabili, quæ poſt ſui cognitionē, vel, inquam, poſt cognitionem terminorum ipſius, indiget argumento euidenter demonſtrante, vt euidenter ſit nota.

6 Dices tamen, quod exēplificat Doctor propoſitionem per ſe notam in hac: totū eſt maius ſua parte, quæ potius eſt demōſtrabilis, quam per ſe nota: ſic etenim demonſtratur, omne, quod continet multitudinem quorūdam, excedit quodlibet illius multitudinis, & eſt maius illo: ſed totum continet multitudinem partium: ergo totum eſt maius ſua parte. Ad hoc optimè reſpondet Tatharetus, quod non demonſtratur ibi propoſitio illa, ſed ſyllogizatur: quia præmiſſæ non ſunt euidentiores concluſione illata ex illis: quod requiritur ad rationem demonſtrationis: fit enim demonſtratio à notioribus ad minus nota: ſyllogizari autem non implicat propoſitioni per ſe notæ: quia poteſt fieri ſyllogizatio per propoſitiones æque notas, vt patet in exemplo poſito de toto, & partibus, implicat attamen propoſitioni per ſe notæ ſyllogizatio per euidentiores præmiſſas: quia tunc talis propoſitio per ſe nota eſſet concluſio, & non principium: quod manifeſtam contradictionem in adiecto inuoluit: optimè igitur exemplificat Doctor propoſitionem per ſe notam in exemplo de toto, & partibus. Cætera autē, quæ in textu habentur, videri poſſunt in citato libro poſteriorum, ne hic in dialectico munere plus temporis conſumatur.

Tatharet.

ARTICVLVS II.

Verùm Deum eſſe ſit per ſe notum?

A D ſecundum ſic proceditur. Videtur, quod Deū eſſe ſit per ſe notum. Primo: quia Damaſc. lib. 1. cap. 1. & 3. Eius, quod eſt, Deum eſſe, cognitio omnibus eſt naturaliter inſerta: ſed illud eſt per ſe notum, cuius notitia omnib' inſerta eſt, ſicut patet ex 2. Metaphyſ. quod prima principia (quæ ſunt quaſi ianua) ſunt per ſe nota: ergo &c. A

tx. cō. 1. & 4.

Secundo præterea, illud quo nihil maius cogitari poteſt eſſe, eſt per ſe notum: Deus autem eſt huiuſmodi, ſecundum Anſelmum pro ſol. 2. illud autem non eſt aliquod finitum: ergo infinitum. Prima probatur: quia oppoſitum prædicati repugnat ſubiecto: ſi enim non eſt in re, non eſt, quo maius cogitari non poteſt: quia ſi eſſet in re, maius eſſet, quā ſi non eſſet in re, ſed tantum in intellectu. B

Tertio præterea, veritatem eſſe, eſt per ſe notum. Deus autem eſt veritas: ergo Deūm eſſe eſt per ſe notum: probatio maioris: quia ſequitur ex ſuo oppoſito: ſi enim nulla veritas eſt: ergo verum eſt, nullam veritatem eſſe: ergo veritas &c. C

Hiere. 10. Ioan. 14. & 18. & Apoc. 15.

Quar-

D Quarto præterea, propoſitiones habentes neceſsitatem ſecundum quid ex terminis habentibus entitatem ſecundum quid, ſunt per ſe notæ: ſicut prima principia, quæ ſunt per ſe nota ex terminis habentibus eſſe in intellectu: ergo multo magis erit illa per ſe nota, quæ habet neceſsitatem ex terminis ſimpliciter neceſſarijs, qualis eſt iſta. Deus eſt. Aſſumptum patet: quia neceſsitas primorum principiorum, & noſcibilitas eorum, non eſt propter exiſtentiam terminorum in re, ſed tantum propter connexionem extremorum, vt ſunt in intellectu cõcipiente.

E Sed contra eſt: quia per ſe notum, non poteſt ab aliquo negari ſed dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Item Auicena primo Metaphyſicæ, Deum eſſe, non eſt per ſe notum, nec deſperatum cognoſci.

Pſ. 13. & 51.

F Reſpondeo dicendum ex his, *quæ habentur in primo articulo,* ex quibus ad quæſtionem dico, quod propoſitio illa eſt per ſe nota, quæ coniungit iſta extrema, eſſe, & eſſentiam diuinam. vt eſt hæc; ſiue Deum, & eſſe ſibi proprium; quomodo Deus videt illam eſſentiam, & eſſe ſub proprijſsima ratione, qua eſt in Deo hoc eſſe: quomodo nunc à nobis, nec eſſe intelligitur, nec eſſentia, ſed ab ipſo Deo, & beatis: quia ille ex terminis ſuis habet euidentem veritatem in tantum, quod illa propoſitio non eſt per ſe ſecundo modo, quaſi prædicatum ſit extra rationem ſubiecti: ſed per ſe primo modo, & immediata, & ex terminis euidens: quia eſt immediatiſsima, ad quam reſoluuntur omnes propoſitiones enuntiantes aliquid de Deo, qualiter cumque concepto: eſt igitur iſta Deus eſt, vel hæc, eſſentia eſt, per ſe nota: quia iſta extrema nata ſunt facere euidentiam de iſta complexione cuilibet apprehendenti perfectè extrema iſtius complexionis: quia eſſe nulli perfectius conuenit, quàm huic eſſentiæ: ſic ergo intelligendo per nomen Dei, aliquid, quod nos non perfectè cognoſcimus, nec concipimus, vt hanc eſſentiam diuinã, ſic hæc eſt per ſe nota, Deus eſt.

G Ad primum argumentum, ſcilicet, ad Damaſc. poteſt exponi de potentia cognitiua natu-

naturaliter nobis data, per quam ſtatim ex creaturis poſſumus cognoſcere Deum eſſe, ſaltē in rationibus generalibus; & ibi ſubdit qualiter cognoſcitur ex creaturis: vel de cognitione Dei ſub rationibus communibus, conuenientibus ſibi, & creaturis: quæ cognita perfectius, & eminentius ſunt in Deo, quàm in alijs. Quod autem non loquatur de cognitione actuali & diſtincta Dei, patet per hoc, quod dicit ibi, nemo nouit eum, niſi quantum ipſe reuelauit.

H Ad ſecundum dico, quod Anſelmus non dicit illam propoſitionem eſſe per ſe notam: quod apparet: quia non poteſt inferri ex deductione eius, quod iſta propoſitio ſit vera, niſi adminus per duos ſyllogiſmos: quorum alter iſte eſt. Omni non ente eſt ens maius, ſummo nihil eſt maius: ergo nullum ſummum eſt non ens, ex obliquis in ſecundo ſecundæ. Alius ſyllogiſmus eſt iſte: quod non eſt non ens, eſt ens: ſummum non eſt nō ens: ergo eſt ens. Quomodo autem ratio eius valeat, dicetur in ſequenti quæſtione: quod fiet ad infinitatem probandam. Ad probationem maioris dico, quod maior non eſt per ſe nota: cum probatur, quia oppoſitum prædicati repugnat ſubiecto: dico, quod non eſt per ſe euidens oppoſitum prædicati repugnare ſubiecto: nec per ſe euidens eſt, ſubiectum habere conceptum ſimpliciter ſimplicem, vel quod partes illius vniantur in effectu, & ambo iſta requiruntur ad hoc, vt propoſitio iſta eſſet per ſe nota.

I Ad tertium dico, quod veritatem in communi eſſe, eſt per ſe notum: ergo Deum eſſe non ſequitur: ſed eſt fallacia conſequentis. Aliter poteſt negari maior: cum probatur, ſi nulla veritas eſt: ergo nullam veritatem eſſe eſt verum. Cōſequentia non valet: quia veritas, aut accipitur pro fundamento veritatis in re, aut pro veritate in actu intellectus componente, aut diuidente. Si autem nulla veritas eſt: nec verum eſt, aliquam veritatem eſſe: quia nec veritatem rei, quia nulla res eſt; nec veritatem intellectus componentis, & diuidentis: quia nullus eſt: bene tamen ſequitur, ſi nulla veritas eſt: ergo non eſt verum aliquam veritatem eſſe: quia nulla eſt. Sed non ſequitur vltra: ergo verum eſt, aliquam veritatem non eſſe: eſt enim fallacia conſequentis à negatiua habente duas cauſas veritatis ad affirmatiuam, quę eſt vna illarum.

K Ad quartum & vltimum dico, quod propoſitiones nō dicuntur per ſe

per ſe notæ: quia extrema habẽt maiorem neceſsitatem in ſe, vel maiorem in re extra intellectũ, quia extrema, vt ſunt extremà talis propoſitionis, oſtendunt euidenter complexionem eſſe conformem rationibus terminorũ, & habitudini eorum: & hoc qualecumque eſſe termini habeant, ſiue in re, ſiue in intellectu: euidẽtia enim huius conformitatis eſt euidẽtia veritatis in propoſitione: quod eſt, propoſitionem eſſe per ſe notam: nunc autẽ iſta, ens infinitum eſt in intellectu noſtro non nata eſt habere euidentiam ex terminis: ſed bene iſta, omne totum eſt maius ſua parte: vel aliqua conſimilis in quocumque intellectu concipiẽte terminos, nata eſt habere talẽ euidentiam ex terminis: quia ex terminis eſt euidens, quod iſta complexio eſt conformis habitudini, & rationibus terminorum, qualecumque eſſe termini habeant: & ideo licet minor ſit neceſsitas terminorum, non ſequitur, quod ſit minor euidentia propoſitionum.

Expoſitio 2. Articuli quæſtion. 1. diſtinction. 2.

1. TRia tenet D. Thomas 1. p. q. 2. art. 1. in corpore circa huius articuli reſolutionẽ, vt loquatur cõformiter ad diſtinctionem præfactam, quam poſuerat ad intelligentiam præcedentis: primum eſt, hanc propoſitionem, *Deus eſt* eſſe per ſe notam in ſe: ſecundum verò eſt, nobis, qui non ſcimus de Deo, qui ſ eſt, per ſe notam non eſſe: tertium tandem eſt, illam propoſitionem indigere demonſtrari per ea, quæ ſunt magis nota quoad nos, & minus nota quoad naturam, ſcilicet, per effectus. Hæc D. Thomas, quibus dictis videtur Scotum aſſentiri in textu, dum argumentis in principio articuli poſitis reſpondet, propoſitionem prædictam per ſe notam non eſſe.

Sed reuera oppoſitum aſſerit Doctor, vt in corpore articuli patet: nam aliter loquendum eſt de illa propoſitione *Deus eſt*, reſpectu cuiuslibet intelligentis terminos eius, qualiter nũc de facto illos tantum cognoſcunt ipſemet Deus, & beati: & aliter reſpectu intellectus non intelligentis tales terminos, ſicut ſumus nos viatores: inquit modo Doctor, quod qui terminos prædictę propoſitionis non cognoſcit, non poteſt propoſitionem euidenter cognoſcere: & hoc non ex eo, quod ipſa propoſitio non ſit per ſe nota, ſed ex hoc quod qui ignorat terminos eius, eſt vt ſic incapax cognoſcendi propoſitionem ex talibus terminis compoſitam: & quia nos talis propoſitionis terminos ignoramus: ideo non euidenter cognoſcimus propoſitionẽ illam: ſequitur ergo abſolutè dicendam eſſe propoſitionem illam per ſe notam, & non tantum in ſe, ſed verumque, prout Doctor concludit in fine corporis articuli: in quo aduerſatur primo dicto D. Thomæ. 2.

Habetur præterea propoſitionem prædictam cuicumque intellectui potenti illius terminos cognoſcere, per ſe notam eſſe: in quo aduerſatur ſecũdo dicto D. Thomæ: & hoc perſpicuũ eſt, quia ſi Deus alicui viatori infunderet claram, & diſtinctam notitiam iſtorum terminorum, vtpote prædicati, & ſubiecti huius propoſitionis *Deus eſt*: proculdubio illam propoſitionem euidẽter actu cognoſceret: nõ ergo, vt abſolute ſit per ſe nota, pẽdet ab alio, quàm ab ipſa terminorum connexione, qua ſemel cognita, actu cognoſcetur euidẽter talis propoſitio, quę ab 3.

ſolute per ſe nota eſt. Vide pro hoc Lychetum in hac quæſtione l. §. *ex his ad quæſtionem*. Eſſe autem dictam propoſitionem per ſe notam, proue nit, ex eo quod prædicatū conuenit ſubiecto in primo modo dicendi per ſe:nam exiſtentia diuina ita eſt de eſſentia diuinæ eſſentiæ, ſicut rationale de eſſentia hominis. Quicumque igitur intellectus diſtincte cognoſceret Deitatem, & exiſtentiam, ſtatim ſibi eſſet euidens vnio, & conformitas huius prædicati, quod eſt eſſe, ad ſubiectum, quod eſt *Deus*. Quod idē vult *Doctor* in quodlibetis quæſt. 1. omnem autem propoſitionem primi modi dicendi per ſe, eſſe per ſe notam, tenet ipſe D. Thomas 1. part. quæſt. 2. art. 1. & Ægidius in 1. diſt. 3. quæſt. 2. licet Gregorius Ariminenſis oppoſitum ſentiat, cuius argumētum optime ſoluit Lychetus vbi ſupra.

D. Thom. Ægydius. Gregorius Lychetus.

4. Ex his ad tertium dictum D. Thomæ, quod, ſcilicet, propoſitio illa eſt demonſtrabilis, dico, propoſitionē tunc dici vere demonſtrabilem, quā do cognoſcenti diſtincte eius terminos adhuc per ſe nota non eſt: ſed vt euidenter ſit nota, indiget demonſtrari: & tunc nego propoſitionē prædictam demonſtrabilem eſſe reſpectu illorū, qui diſtincte, & clare eius terminos intelligūt: quia ſemel cognitis terminis illius, nulla alia eſt notior, per quam ipſa poſsit fieri nota. Quod autē viator eius terminos neſciens, à cognitione effectuum in eius cognitionem perueniat: non arguit ipſam demōſtrabilem eſſe. Imo dico, quod adhuc poſita omni ſyllogizatione ab effectibus, numquam viator eius euidentiam cōſequetur; ſiquidem per quamcumque ratiocinationem non poteſt diſtincte comparare notitiam huius termini *Deus*, imò nec exiſtentiæ diuinæ, vt in difficultate ſequenti videbitur; quod requirebatur adhoc, quod per demōſtrationem euidenter cognoſceret propoſitionem illam: quia euidens propoſitionis cognitio requirit euidentem terminorum notitiam: hæc autem nulli viatori eſt poſsibilis per naturam, et quod nullus ex effectib⁹ poteſt diſtincte cognoſcere, quid ſit Deus.

5. In hoc ſenſu intelligenda eſt mens Scoti circa hoc punctum. Quando ergo ipſe in quæſtione ſequenti demonſtratiue Deum, ſeu ens infinitum eſſe, concludit: & D. Thomas loco citato inquit, propoſitionem prædictam demonſtrabilem eſſe demonſtratione *quia*, intelligunt, quod ab effectibus demonſtratur eſſe aliquod ens ſupereminens, quod Deum vocamus, de qua demonſtratione infra in quæſtione ſequenti ſermo erit, & in multis vijs demonſtrandi à Doctore inuentis, quibus omnibus tantum poteſt concludi ſecundum conceptus communes, & in confuſo Deum eſſe.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deum eſſe neceſſario ens ſummum bonum, & infinitum ſit per ſe notum?

A D tertium ſic proceditur. Videtur, quod Deum eſſe neceſſario ens, ſummum bonum, & infinitum, ſit per ſe notum. Primo: quia hæc eſt per ſe nota, neceſſe eſſe eſt. A

Probatio, quia oppoſitum prædicati repugnat ſubiecto: ſi enim non eſt, non eſt neceſſe eſſe: hæc etiam eſt per ſe nota Deus eſt: quia ſecundum communem expoſitionem, quam 1.

ponit Damaſcenus lib. 1. cap. 12. Deus dicitur ab operatione actuali, fouere, vel ardere, vel conſiderare: ergo ſecundum commu-

12. Met. tex. com. 39 & inde.

munem acceptionem, id eſt, Deus eſt, ſicut operans actu eſt: quæ videtur per ſe nota: quia vt prius, oppoſitum prædicati repugnat ſubiecto, ſcilicet, quod ſit actu operans, & quod non ſit.

B. Secundo præterea, ſi oppoſitum prædicati repugnat ſubiecto, vt ſi non animal repugnat homini: ſequitur, quod ſi homo eſt, animal eſt: ergo conſequentia hæc eſt bona, ponendo ſubiectum in aliquo antecedenti, puta A. eſt neceſſe eſſe: ergo A. eſt: quia oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti: ſed omnis conſequentia neceſſaria tenet virtute alicuius cathegoricæ neceſſariæ, illa autem cathegorica eſt, quæ vnit extrema, ratione quorum tenet conſequētia: ergo talis propoſitio eſt neceſſaria, puta illa neceſſe eſſe eſt, vel operans actu eſt.

C Tertio præterea: quia ſi nō eſt actu non operans: ergo per oppoſitum, ſi eſt operās, eſt ens actu: ergo &c.

D Sed contra eſt: quia propoſitio per ſe nota cuilibet intellectui ex terminis cognitis eſt euidens: ſed hęc propoſitio, ens infinitum eſt, nō eſt nota, ſiue euidens noſtro intellectui ex terminis. Probatio: tales enim terminos prius concipimus, quàm eam credamus, vel demonſtratione ſciamus, & in iſto priori non eſt nobis eu idens: no enim certitu finaliter eam tenemus ex terminis, niſi per fidem, vel demonſtrationem: ergo &c.

Reſpondeo dicendum, quod quando, quæritur, an eſſe inſit alicui conceptui, quem nos cōcipimus de Deo; ita quod ſit propoſitio per ſe nota, in qua enunciatur eſſe de tali conceptu, puta in tali propoſitione, cuius extrema poſſunt à nobis cōcipi: poteſt enim in intellectu noſtro eſſe aliquis conceptus de Deo dictus, non communi ſibi, & creaturæ, puta neceſſariò ens, vel ens infinitum, vel ſummum bonum: & tali cōceptui poſſumus prædicare eſſe eo modo, quo à nobis concipitur. *Tūc* dico, quod nulla talis propoſitio eſt per ſe nota, propter tria. E

Primo, quia quælibet talis eſt concluſio demonſtrabilis, etiā propter quid. Probatio, quidquid primo, & immediate conuenit alicui de quolibet, quod eſt in eo, ſiue ſibi ſuperiori, ſiue inferiori, vel de paſsione, poteſt demonſtrari propter quid, per illud, cui primo conuenit, tanquam per medium. Exemplum, ſi triangulus primo habet tres angulos æquales duobus rectis, de quolibet contento in triangulo poteſt demonſtrari, quod habeat tres angulos demonſtratione propter *Concluſio.*

quid per medium, quod eſt triangulus: puta, quod aliqua figura habeat tres &c. de qualibet etiā ſpecie triāguli, quod habeat tres, licet non primo: eſſe autem primo cōuenit huic eſſentiæ, vt hæc quomodo videtur à beatis: ergo de quolibet, quod eſt in hac eſſentia, q̄d poteſt à nobis concipi, ſiuè ſit quaſi ſuperius, ſiuè quaſi paſsio, poteſt demōſtrari eſſe per hanc eſſentiam, ſicut per mediū demonſtratione propter quid: ſicut per hāc: triāgulus habet tres, demonſtratur, quod aliqua figura habet tres, & per conſequens non eſt per ſe nota ex terminis: quia tūc demōſtraretur propter quid *Secundo ſic vt habetur ſupra §. ſed contra.* Tertio, quia nihil eſt per ſe notum de conceptu ſimpliciter ſimplici, niſi ſit per ſe notū, partes illius conceptus vniri: nullus autem conceptus, quem habemus de Deo, proprius ſibi, & non conueniens creaturæ, eſt ſimpliciter ſimplex: vel ſaltem nullus, quem nos diſtinctè concipimus eſſe propriū Deo, eſt ſimpliciter ſimplex: ergo nihil eſt per ſe notum de tali conceptu, niſi per ſe notum ſit, partes illius cōceptus vniri: ſed hoc non eſt per ſe notum: quia vnio illarum partium demonſtratur per duas rationes. Hæc minor pēdet ex opinione de vniuocatione conceptus communis Deo, & creaturę, qua opinione mutata, minor talis ſumetur hæc: multi cōceptus, in quibus concipimus Deum, nō ſunt ſimpliciter ſimplices: & concluditur concluſio particularis, non vniuerſalis: ſicut patet per duas primas rationes. Minor aliter poteſt ſumi, nullus conceptus noſter proprius Deo, vel quem concipimus eſſe proprium Deo, eſt ſimpliciter ſimplex: quia licet conceptus entis factus per creaturam, ſit ſimpliciter ſimplex, & proprius Deo (ſecundum aliam opinionem) non tamen eſt conceptus proprius perceptus: quia ſecūdum Henrricum in Summa articulo ſecundo quæſt. 2. videtur, quod in iſto conceptu propter ſimilitudinem, & ſimplicitatem, & propinquitatem, non diſtinguimus Deum ab alijs, intellige, non diſtinguimus perceptibiliter: quia licet ſit conceptus diſtinctus, non tamen percipitur à nobis, vt diſtinctus: ergo nihil eſt per ſe notum, de tali conceptu, niſi per ſe notum ſit, partes illius conceptus vniri: ſed hoc non eſt per ſe notum: quia vnio illarum partium demonſtratur per duas rationes. Maior manifeſta eſt per Phyloſophum 5. Metaphyſ. capit. de falſo: quia ratio in ſe falſa eſt de omni falſa: ergo nulla ratio eſt de aliquo vera, niſi ſit in ſe vera: ergo ad hoc, quod cognoſcatur, aliquid eſſe verum de aliqua ratione, vel ipſam eſſe veram de aliquo, oportet cognoſcere

Clarius videtur. in hoc i. diſt. 8. q. 3.

text. Com. 34.

cere ipſam eſſe veram in ſe: non eſt autem ratio in ſe vera, niſi partes illius rationis ſint vnitæ: & ſicut oportet ſcire quantum ad prædicationes quidditatiuas, quod partes illius rationis poſſint vniri quidditatiue, puta, quod altera contrahat alteram formaliter: ita quantum ad veritatem propoſitionis enuntiantis eſſe, oportet cognoſcere partes rationis ſubiecti, vel prædicati vniri actualiter. Exẽplum, quemadmodum iſta, homo irrationalis eſt animal, non eſt per ſe nota, loquendo de prædicatione quidditatiua: quia ſubiectum in ſe includit falſum: quia propoſitionem includentem in ſe contradictoria: ita iſta homo albus eſt, non eſt per ſe nota, niſi per ſe notum ſit, hominem, & album actu coniungi: quia ſi non coniunguntur actu, hæc eſt vera, nihil eſt homo albus, & per conſequens ſua conuerſa eſt vera, nullus homo albus eſt aliquid ergo ſua contradictoria eſt falſa. homo albus eſt aliquid. Probatio minoris, quẽcumque conceptum concipimus, ſiue boni, ſiue veri, ſi non contrahatur per aliquid, vt non ſit conceptus ſimpliciter ſimplex, vt dicendo, ſummum bonum, vel infinitum bonum, vel increatum, vel immenſum, & ſic de alijs, nullus talis eſt proprius Deo: voco autem conceptum ſimpliciter ſimplicem, qui non eſt reſolubilis in aliquos conceptus ſimplices, quorum quilibet poſſit actu ſimplici diſtinctè cognoſci. Ex iſta ratione vltima patet ad quaſdam inſtantias.

F Ad primum argumentum, ſeu primam inſtantiam cum arguitur: hæc eſt per ſe nota &c. dicitur, quod hæc propoſitio operans actu eſt, poteſt prædicare eſſe tertium adiacens, vel ſecundum, & ita prædicari eſſe, vt nunc, vel eſſe habituale: primo modo non eſt per ſe nota, ſecundo modo eſt per ſe nota. Sed hoc non eſt logicè dictum: quia ſecundum Phyloſophum ſecundo Perhyarm. eſſe non prædicat tertium; niſi quando tertium adiacet ſibi, tanquam prædicatum: quando autem nullum adiacet ſibi tertium, prædicat eſſe proprium: quod eſt prædicari ſecundum adiacens: hic nihil adiacet ſibi: igitur prædicat præciſe, quod in ſe eſt: & ita prædicatur eſſe ſecundũ Ideo aliter Reſpondeo ad Inſtantias: *& ad hoc primum argumentum*, quod nulla iſtarum propoſitionũ eſt per ſe nota, neceſſe eſſe eſt, vel operans actu eſt: quia non eſt per ſe notum, partes, quæ ſunt in ſubiecto, vniri actualiter. Cum dicit oppoſitum prædicari, repugnat ſubiecto: dico, quod non ſequitur

Guil. var. lib. 1. diſt. 2 in princi-pio.

2. Perhyar men. in prin cipio.

quitur ex hoc propoſitionem eſſe per ſe notam, niſi illa repugnantia ſit euidens, & etiam cum hoc ſit euidens vtrumque extremum habere conceptum ſimpliciter ſimplicem, vel conceptus partium vniri, ſi non ſit conceptus ſimpliciter ſimplex.

G Ad ſecundum reſpondeo, quod quando in antecedéti includuntur duo oppoſita, & infertur conſequens, non infertur ratione alicuius totius extremi: quia totum extremum nullum vnum conceptum facit, ſed tantum ratione alterius partis extremi, puta, ſequitur, homo irrationalis eſt: ergo animal eſt: ratio conſequentiæ non eſt homo irrationalis: quia nullum vnum conceptum facit, ſed homo in antecedente infert animal in conſequente: & ideo cathegorica per ſe vera debet formari ex illis extremis, quæ erit iſta, homo eſt animal. Ita in propoſito, ſi pro poſitio habet extremum non ſimpliciter ſimplex, cuius partes non ſunt per ſe notæ vniri, & aliquid infertur ratione talis extremi nõ ſimpliciter ſimplicis, infertur ratione alterius partis, quæ includit illud, quod infertur in conſequẽte, & ideo tenet in virtute cathegoricæ coniungentis illa duo, alterã, ſcilicet, partem extremi antecedentis, & alteram partẽ conſequentis: ita eſt hic, eſſe eſt: non autem, neceſſe eſſe eſt.

H Ad tertium per idem patet, reſpondeo *enim quod* in ſubiecto includuntur plura, quorum alterum eſt præciſe ratio conſequẽtiæ, nõ autem totum, & ideo non eſt propoſitio neceſſaria vniendo totum extremum antecedentis, cum extremo conſequentis.

Expoſitio 3. articuli quæſtionis 1. diſtinctionis 2.

I COnclusio textualis eſt ſatis perſpicua, in qua immorandum non eſt: Doctor enim clare tribus rationibus probat propoſitiones illas demonſtrabiles eſſe, & nullatenus per ſe notas.

(∴)

QVÆ-

DIFFICVLTAS. XXXX

Vtrùm Deus eſſentialiter exiſtat, & qua certitudine hoc ſit notum?

§.I.

Ponitur quorundam Paganorum error cum alia triplici ſententia Catholicorum.

1. Pſal.13. Rubuit quidem inſipiens
ille (cuius ſtultitiam vates
ſacer in Pſalm.13. cecinit)
extra cordis mœnia, tã ſtul-
tum verbum proferre: & ſecreto, *dixit*
in corde ſuo, non eſt Deus. Sed non eru-
beſcebant politici plures noſtræ for-
error Atheiſtarum & Politicorũ. ſan ætatis, ex veteribus Atheiſtis du-
centes originem, Dei exiſtentiam ne
gare, & publicè dicere, Deum non eſ-
ſe: alij autem non audentes hoc nefas
ore proferre, animæ immortalitatem
negarunt: & cum Epicureis ſuam bea-
titudinem conſtituerunt in hac vita
mortali, qui proculdubio ex hoc erro
re in alium declinantes, tacite Deum
non eſſe credebant. Huius ſectæ tem-
pore Caluini vigebant nonnulli: &
inter Caluiniſtas quidam inſignis Hæ
reſiarcha, vt Caluini Dogmata tuere-
tur, Geneuæ inter cæteros ſurgens, ſic
dogmatizauit: *aſſeramus animam vna*
cum corpore interire: ſic purgatorium cum
miſſa, & Romano Pontificè ſemel a dole-
bimus.

2. Machiauellus. Politicorum attamen propug-
nator fuit Machiauellus Tuſcus, qui
ab hinc non multo tempore Florẽtiæ
viguit. Hic quidem librum cõpoſuit,
in quo Politicorum ſectam multos do
cebat, quę cõſiſtebat in negatione om
nis diuini cultus. ac ſi non eſſet Deus,
cui iure cultus debitus eſſet: & in ſi-
mul in ſolicitudine nimia rerum
temporalium, vtpote in Politico Rei
publicæ regimine, & populorum con
ſeruatione etiam cum Tyrannide ad-
mixta, & dictamine pacis cum hoſti-
bus conſeruandæ, ſaltim iniuſte, & di
uitiarum per ilicitum lucrum adqui-
ſitione, & ſimilibus, cuius ſectatores,
(proh dolor) ſimulati nõ de ſunt ho-
die inter Noſtrates: ſed olim verè
Atheiſtæ, hoc eſt *ſine Deo*, fuerũt Dia Diagoras. Lactantius
goras, Cyrenaicus Melius, & plures Cyrnens. Melius.
alij, qui expreſſe Deum eſſe negarunt: Euſebius.
vt referunt Lactantius lib. 1. de diui- Plutarc.
ni inſtitut. capit. 2. & lib. de ira Dei
capit. 9. Euſebius 14. de demonſtrat.
Euangelij cap. 6. Plutarchus lib. 1. de
Plaicitis Phyloſophor cap. 7. & alij.

Error igitur iſte, licet ſine probatio 3.
ne aliqua penitus fuerit, poterat nihi
lominus probari duobus argumentis
factis à Diuo Thoma in principio ter
tij articuli quæſtionis ſecundæ primæ
partis: & primo: quia ſi vnum contra-
riorum fuerit infinitum, totaliter de-
ſtruetur aliud: ſed hoc intelligitur in
hoc nomine *Deus*, ſcilicet, quod ſit
quoddã bonum infinitũ: ergo ſi Deus
eſſet, nullum malum inueniretur: in-
uenitur autem malum in mundo: er-
go Deus non eſt.

Secũdo, quod poteſt compleri per 4
pauciora principia, non fit per plura:
ſed videtur, quod omnia, quæ appa-
rent in mundo, poſſunt compleri per
alia principia, ſuppoſito, quod Deus
non ſit: quia ea, quæ ſunt naturalia, re
ducuntur in principium, quod eſt na
tura: ea verò, quæ ſunt à propoſito re-
ducuntur in principium, quod eſt ra-
tio humana, vel voluntas: ergo nulla
neceſsitas eſt ponere Deum eſſe.

Huius propoſitionis, *Deus exiſtit*, 5.
aut *eſt*, ſufficiens reſolutio habetur in
textu huius ſecundi articuli, & in no-
ſtris Cõmentarijs; ibi enim circa eiuſ
dem propoſitionis euidentiã non nul
la notauimus: & inſuper in tota quæ-
ſtione ſequenti Doctor latiſsimè plu
ribus vijs Dei infinitatem demonſtra-
tiue concludit. ſed quia attributorum
notitia, & diuinarum perfectionũ, &
omnium, quæ dicuntur de Deo, co-
gnitio, *Deũ* exiſtere, & eſſe ſupponit:
eo quod omnes predicationes debent
de ſubiecto ſupponente enunciari: &
vt inquit Scotus in corpore ſe-
cundi

cuius articuli, *hæc talis propoſitio eſt im mediatiſſima, ad quam reſoluuntur omnes propoſitiones enunciantes aliquid de Deo, qualitercumque concepto*: ideo Dei exiſtentiam, & qualiter Deo exiſtere competat, & qua certitudine conſtet, Deū eſſe, & exiſtere, in hac difficultate Scholaſtico ordine patefaciam.

6\. Prædictam autem propoſitionem (eſto quod vera ſit, in quo omnes conueniunt, vt infra videbitur) tamen nullo modo, neque ſecundum ſe, neque ſecundum nos per ſe notam eſſe, tenet Henricus Gandauenſis in Summa articulo 22. quæſt. 2. OKam in 1. diſt. 3. quæſt. 3. & Gabriel ibidem quæſt. 4. expreſſius tamen Baſſolis in 1. diſt. 2. q. 1. art. 3. tenet, propoſitionem *Deus eſt*, certam eſſe, ſed non per ſe notam, nec demonſtrabilem eſſe: ſed tantum certam ex fide: & in fine dictæ quæſtionis poſtquam aliquas probationes adduxerat: hæc ſubdit: ſic ergo dicendum, quod in vniuerſo eſt aliquod ens primum ſimpliciter; ſed hoc ſola fide tenendum, non demonſtratum: hæc Baſſolis: quinimo, & ipſum Scotum inter illos adducit Gregorius de Valencia 1. part. diſp. 1. quæſt. 2. puncto 1. Et poteſt probari ratione pro ipſius ſententia poſita in 2. articulo textuali, §. *ſed contra*: quia per ſe notum non poteſt ab aliquo negari: ſed dixit inſipiēs in corde ſuo, non eſt Deus: ergo &c. Et præterea, quia in dicto art. quatuor argumenta ſibi obiecta, quæ ſoluit in fine articuli, probant, propoſitionem *Deus eſt*, per ſe notam eſſe. Et in ſolutionibus reſpondet Scotus per ſe notam non eſſe, vt ibi patet in textu dicti articuli.

1. ſentētia. OKam. Gabriel. Baſſolis. Henricus

7\. Eſſe attamen per ſe notam nobis, & in ſe ipſa, propoſitionem prædictam, tenent Ægidius in 1. diſt. 3. quæſt. 2. Nicolaus de Lyra in illud 5. Exodi, *neſcis Dominum, & Iſrael non dimittam*, Albertus Magnus 1. part. Summæ tractatu 4. memb. 4. & quæſt. 17. Abulenſis ſuper caput 5. Exodi, quæſtion. 2. inter quos adducitur Anſelmus in Proſologio cap. 3. & 4. quæ ſententia probatur quatuor argumentis poſitis in textu ſecundi articuli in principio: quæ quia optime ſoluuntur ibi ab Scoto, non eſt cur hic repetantur.

2. ſentētia. Ægidius. Lyra. Albertus. Abulenſis. Anſelmus.

8\. Inter has extremas ſententias mediat D. Thomas 1. p. q. 2. artic. 1. tenens prædictam propoſitionem *Deus eſt*, eſſe ex ſe per ſe notam: nobis autē minime; & ideô indigere quoad nos demonſtrari: demonſtrabilem verô eſſe nobis, tenet in ſecundo artic. ſequūtur Diuum Thomam omnes ferè Thomiſtæ. Item tenet Ricardus in 1. diſt. 3. quæſt. 2. Durandus ibidem quæſtion. 3 Herueus quæſt. 2. Vazquez 1. part. diſput. 16. cap. 2. Valencia 1. part. diſp. 1. quæſtion. 2. puncto 1. & 2. & plures alij.

3. ſentētia. D. Thom. Ricardus. Durandus. Herueus. Vazquez. Valencia.

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, cum ſuis fundamentis.

9\. IN oppoſitum autem eſt litera textualis in 2. articulo in corpore, vbi quoad principale punctū huius difficultatis, ſcilicet, Deūm eſſe, hæc inquit Doctor. *Illa propoſitio nō eſt per ſe ſecundo modo, quaſi prædicatum ſit extra rationem ſubiecti, ſed per ſe primo modo, & immediata*, tenet Diuus Thomas 1. part. quæſt. 2. art. 3. & omnes Catholici: ſed quoad aliud punctum, ſcilicet, quoad euidentiam propoſitionis prædictæ, hęc inquit Doctor in corp. eiuſdem ſecundi articuli. *Sic ergo intel ligendo per nomen Dei aliquid, quod nos non perfecte cognoſcimus, nec concipimus, vt hanc eſſentiam diuinam, ſic eſt per ſe nota, Deus eſt.* Sequuntur Doctorem Rubionis in hoc 1. diſt. 2. quæſt. 1. §. *his præmiſſis*, Tatharetus quæſt. 2. §. *ſecundus punctus*, Maironis quæſt. 1. §. *ſecundum autem*. Lychetus quæſt. 1. & 2. §. *ex his ad quæſtionem*, Ioannes Viguerius quæſtion. 2. §. *ex his ad quæſtionem dico*. Antonius Andreas quæſt. 2. à quarto dicto, vſque ad ſolutionem argumentorum, Pater Herrera in 1. diſp. 4. quæſt. 1. Faber in 1. diſp. 14. cap. 1. & omnes Scotiſtæ.

D. Thom. Rubionis. Maironis. Tataretus Antonius Andreas. Viguerius Lychetus. Herrera. Faber.

10\. In hac vnica difficultate plures con

geſtimus. Prima eſt, an Deus exiſtat? Secũda, an Deũ exiſtere ſit per ſe notum? Tertia, an exiſtentia ſit de eſſentia Dei. Et tandem, an reſpectu quorum talis propoſitio non eſt per ſe nota, ſit demõſtrabilis à poſteriori? quibus poteſt addi, an tali demonſtratione ſuppoſita, propoſitio dicta nobis ſit euidẽs? ſed quia ex his fere omnia ſunt ſeorſum in articulis textualibus diſputata: hæc omnia commode hic veniunt explananda.

11 Porrò circa euidentiam propoſitionis prædictæ, iam viſum eſt ſupra in Commentarijs ad ſecundum articulum huius quæſtionis, quæ docet Scotus, & qualiter concludatur iuxta eius mentem propoſitionem illam *Deus eſt*, per ſe notam eſſe cuilibet intellectui eius terminos diſtinctè cognoſcenti: ac propterea nulli viatori (cum nullus hunc terminum *Deus*, diſtinctè intelligat) eſſe dictam propoſitionem per ſe notam, aut euidenter cognoſcibilem: imò etiam ſi argumentis innumeris à poſteriori ſit demonſtratiue illata: nobis euidens eſſe non poteſt (ſecundum mentem Doctoris) ſiquidem argumenta prædicta diſtinctam talis termini cognitionem non ſupponunt. Demonſtratur tamen aliquod numen excelſum ſupremum, ac omnium eminentiſsimum à nobis non diſtinctè, ſed confuſe cognitum, quod Deum vocamus, vere exiſtere, & eſſe. Vnde quando Gregorius de Valencia 1. part. diſput. 1. quæſt. 2. pũcto 2. aſſertione 1. & alij ita certum aſſerunt, eſſe Dei exiſtentiam euidenter demonſtrari, vt hoc negare planè ſit erroneum in fide (ſi non etiam aperta ſit hereſis vt inquit Valencia) hoc ſanè intelligi debet iuxta præfatam diſtinctionem: nam vt inquit Diuus Dyoniſius de diuinis nominibus cap. 7. *Deus cognoſcitur per ſcientiam an eſt? & per ignorantiam quid eſt?* Quinimo, & qualificatio hæc eſt nimis rigida: nam Baſſolis (vt viſum eſt ſupra) nullam de hoc demonſtrationem admittit: ſed Deũ eſſe, de fide, inquit, tantummodo credi tum eſſe. Et non eſt cur eius ſententiam, tãquam erroneam damnemus.

Demonſtratur igitur aliquod eſſe primum omnium exiſtentium, quod eſt omnium cauſa &c. Et hoc tale primum Deum vocamus: & ita huius propoſitionis *Deus exiſtit* ſubiectum ignoramus: licet eius prædicatum ſibi eſſentialiter competere per demonſtrationem concludamus.

Huius ergo propoſitionis *Deus exiſtit* terminos inquirendo, ſupponendum eſt prædicatum illius, videlicet *exiſtere*, aut *eſſe* (quod idem eſt) communiter ſumptum à nobis intelligi: & in hoc non eſt dubium. Ex quo excogitarunt nonnulli diſtinctè à quocumque viatore intelligi prædicatũ propoſitionis illius, licet ignoretur ſubiectum. Sed reuera diuinum exiſtere longè diuerſum eſt ab exiſtentia creaturæ: atq; ideo etſi viator (etiã ſi eſſet intellectus Angelicus) naturaliter cõprehẽderet omnẽ quiddit[illegible]tẽ exiſtẽtiæ creatæ: adhuc Dei exiſtẽtiã ignoraret: imò etſi ſub illa ratione cõmuni, qua exiſtẽtia vt ſic vniuoce cõuenit exiſtentiæ creatæ, & increatæ conciperetur naturæ viribus, quantũuis perfectè: adhuc diuinum exiſtere nõ cognoſceretur diſtinctè: quia iuxta conceptum cõmunem tantum cõcipi poterat quoddam eſſe reale cõmune Deo, & creaturis. Hoc autem eſſe, prout diuinum eſt, includit modum à nobis inacceſsibilem, cuius lumina ratio naturalis ſalutare non poteſt. Hinc merito reprehenditur Franciſcus Maironis à Lvcheto, eo quod ponat exiſtentiam diuinam, & creatam, eſſe eiuſdem rationis: nam etſi (vt ibi oſtendit) vtraque conceptum vniuocum in quadam ratione communi importet: nullatenus tamen in aliqua realitate conueniunt: & ideo cognita exiſtentia in communi, adhuc diuina exiſtẽtia ſolum ſub communi ratione cognoſcitur, ſed in quantum diuina exiſtentia, penitus ignoratur. Ex quo planè conſtat dictæ propoſitionis prædicatum non poſſe à nobis via aliqua naturali diſtinctè cognoſci. 12

Quid ſit exiſtentia Dei.

Rurſus, ſubiectum propoſitionis prædictæ eſt ens quoddam, cuius eſſentia eſt eſſe; hoc nomine Deus ſigni- 13

Hoc nomẽ Deus quid ſignifiret.

ſignificatum: nomen autem iſtud latinum eſt: quod licet plures varie deſcripſerint,& eius ethymologiam varie diriuent:nam quidam à nomine Græco *Theos*, quod currentem ſignificat: & ab alio Hæbreo *Haia*, quod eſt *eſſe*,vt explicat Diuus Damaſcenus,lib.1.cap.12. hoc nomen Deus diriuatum eſſe affirment iuxta illud Exodi,*Ego ſum qui ſum*: & alij à dando,eo quod dat omnia, & omnibus affluenter: alij ab eo quod nihil ſibi deeſt,nec alienis indiget bonis, iuxta illud Pſalmi,*in ho cognoui,quod Deus es: quoniam bonorum meorum non eges*: & aliter alij nihilominus adhuc non poteſt Deus à viatoribus diſtinctè cognoſci.Vnde omnes in confuſo eios naturam inueſtigant, & per hoc nomen ſignificant. Bene tamen Phyloſophus ille Spheuſippus, quẽ Calepinus refert ſub verbo *Deitas*, qui ſic Deom deſcribit. *Deus eſt viuens immoetale per ſe ipſum, ad bonum ſuffiesens eſſentia ſempiteena, ipſius boni cauſa.* Secundum Diuum Iſidorum lib.1.differentiar.differ.1.hoc nomine *Deus ſignificatur ens quoddam ſua natura præſtantiſſimum efficiens, & mouens,& cõſeruans,& regens omnia,quod ſua quadam naturæ neceſſitate ex ſe ipſo eſt*.Quia igitur in hac vita non poſſumus hoc tale ens præſtantiſſimum ſub aliquo proprio conceptu intelligere,ſed tantum conceptibus communibus creaturæ,& Deo: & rationes,quibus Deus à creaturis diſtinguitur diſtinctè cognoſcere non valemus:ideò prædictæ propoſitionis *Deus eſt*,ſubiectum diſtinctè non capimus;ſe quidquid de eo noſtra cognitio conſequitur,confuſe quidem, & ſub cõceptu cõmuni cognoſcitur.

14 Demum eſt præterea obſeruandum,aliter loquendum eſſe de veritate propoſitionis illius: aliter vero de certitudine,qua talis veritas poteſt cognoſci:nam eſto,quod propoſitio ſit in ſe ipſa vera: pluribus tamẽ modis poteſt nobis innoteſcere:nam in primis poteſt eſſe nobis certa de fide. Vel ſecundo naturaliter: & hoc adhuc dupliciter,aut,ſcilicet,poteſt eſſe nota euidenter, aut probabiliter:ſi autem euidenter, poteſt item eſſe per ſe nota, aut demonſtrabilis: ſi tamen demonſtrabilis ſit, rurſus poteſt eſſe demonſtrabilis demonſtratione *peoptee quid*, hoc eſt à peiori, vel demonſtratione *quia*, ideſt â poſteriori. Prius igitur videnda eſt veritas propoſitionis prædictæ: & deinceps, qualiter ſit nota, inueſtigabitur.

In hac igitur propoſitione *Deus exiſtit*,prædicatum non eſſe de eſſentia ſubiecti,ſed modum intrinſecum illius,arbitrati ſunt Maironis in quæſtion.6.Prologi,& in 1.diſt.2.quæſt.1.§.*dico ego*,& Bargius ibidem quæſtion.2. quorum fundamentum eſt, quia ex quo exiſtentia, vt ſit,eſt communis exiſtentiæ creatæ, & increatæ,ſequitur, quod exiſtentia creata, & increata ſunt eiuſdem rationis:ergo cum exiſtentia creata non ſit de eſſentia exiſtentiæ creatæ, ſed eius modus intrinſecus: ſequitur, quod etiam exiſtentia increata tantum erit modus intrinſecus diuinæ eſſentiæ,& non de conceptu formali illius.Egregiè tamen hos confutat Lycherus,& expreſſe habetur à Doctore in ſecundo articulo huius quæſtionis,exiſtere eſſe de ratione, & eſſentia Dei,ſicut diffinitio eſt de eſſentia diffiniti,ita vt neque præciſiue poſſmus Deum concipere, quin illum exiſtentem concipiamus. 15

Exiſtentia eſt de eſſentia Dei. Maironi Bargius.

16 Nam & ſi exiſtentia creata ſit modus eſſentiæ,& primum eius prædicatum accidentale,hoc eſt,quia eſſentiæ ceeatæ aduenit eſſe reale,quod habet formaliter ab exiſtentia, & ante realem exiſtentiam erat vera connexio prædicati eſſentialis cũ ſubiecto; ita quod ab æterno erat hæc vera propoſitio,homo eſt animal rationale in eſſe obiectiuo Dei:non tamẽ ab æterno homo eſt,aut exiſtit: quia adhoc, vt homo eſſet extra cauſas realiter in rerum natura(vt bene notauit Valonis in ſuis formalitatibus fol. 4.) indiguit exiſtentia: & quia exiſtentia eſt primum,quod aduenit eſſentiæ,& nõ illam variat: quia quoad eſſentialia, idem prorſus eſt homo exiſtens in rerum natura,& habens eſſentiam in eſſe obiecti-

ſe obiectiuo Dei: ideo exiſtentia eſt primum prædicatum accidentale eſſentiæ. Primum quidem: quia eſt quo primo habet eſſe reale: accidentale vero, quia eſt extra prædicata quidditatiua illius. At vero exiſtentia diuina, ita eſt de conceptu formali Dei, vt pro nullo etiam imaginario inſtanti poſsit concipi Deus, quin concipiatur exiſtentia: quia ſua eſſentia eſt ſuũ eſſe, & ſuum exiſtere. Et ſic ſiquis Deũ cum præciſione exiſtentiæ conciperet: profecto non conciperet Deum: quia cum per locum intrinſecũ repugnet, Deum non exiſtere: repugnat quoque, Deum non concepta exiſtentia cõcipere. Cõuenit igitur exiſtẽtia Deo, ſicut quidditatiua diffinitio diffinito.

17 Huius propoſitionis veritate ſuppoſita, vt etiam qualiter innoteſcat, videamus, tertio obſeruare oportet, tã principia per ſe nota, quã etiã concluſiones demonſtratas poſſe non ſolũ eſſe in primo modo dicendi per ſe, ſed etiam in ſecũdo. Ad quod ſupponendũ ex doctrina Scoti, quã acute tradit Syrectus in ſuis formalitatib⁹ fol. 160. quatuor eſſe modos dicendi per ſe, quorum primus eſt, quando prædicatio eſt quidditatiua, & formalis: in qua prædicatur diffinitio de diffinito. Hæc autem habet quatuor gradus: primus eſt, in quo prædicatur ſuperius de inferiori, vt animal de homine, ſecundus, in quo prædicatur differẽtia de diffinito, vel modus intrinſecus de conſtituto per ipſum, vt rationale de homine, vel perſeitas de ſubſtantia (licet ſecundum Scotum nuſquã inuenerim modum intrinſecũ ad primũ modũ dicendi per ſe pertinere,) tertius in qua prædicatur diffinitio integra de diffinito, vt animal rationale de homine, quartus quando idem prædicatur de ſe ipſo: vt homo eſt homo: ſecundus autem modus dicendi per ſe eſt vt quando propria paſsio prædicatur de ſubiecto, vt riſibile de homine. Imò exiſtimo potius pertinere adhũc modum prædicationem modi intrinſeci de cõſtituto, quam ad ſecundum gradum primi modi dicendi per ſe, vt ponebat Syrectus. Alij duo poſteriores modi dicẽdi per ſe non ſunt ad rem, & ideo illos hic non refero.

Syrectus.

Quid ſit modus dicendi per ſe.

18 Ex his ergo patet, prima principia per ſe nota, & concluſiones demõſtratas nõ ſolũ eſſe in primo modo dicẽdi per ſe, ſed etiã reperiri in ſecũdo, quod per exẽplũ oſtenditur. Nã homo eſt animal rationale, eſt principiũ per ſe notũ, & Petrus eſt animal eſt concluſio demõſtrata: vtraque tamen hæc prædicatio eſt in primo modo dicendi per ſe. Rurſus rationale eſt riſibile, eſt principiũ per ſe notũ: & homo eſt riſibilis eſt cõcluſio demõſtrata: vtraq; tamen iſta prædicatio eſt in ſecũdo modo dicendi per ſe. Ex quibus cõcluditur, quod ad rationẽ principij per ſe noti, aut cõcluſionis demonſtratæ, non ſemper requiritur, ꝙ prædicetur diffinitio de diffinito, aut quòd ſit prædicatio in primo modo dicẽdi per ſe: cum etiã in ſecũdo, tã principiũ quam concluſio reperiatur.

Adde, ꝙ modus intrinſecus ſecũdum
illũ Scotizantẽ formaliſtã eſt in ſecũdo
gradu primi modi dicẽdi per ſe. Ex qui 19
bus cõtra Maronẽ infertur, ꝙ, etiã exiſtẽtia diuina nõ eſſet de eſſẽtia Dei, nec eius diffinitio: ſufficeret ſibi eſſe modum intrinſecũ, vt in primo modo dicẽdi per ſe prædicaretur de Deo: & eſto ꝙ mod⁹ intrinſecus nõ eſſet in primo modo dicẽdi per ſe etiãſi prædicaretur de Deo tã quã modus intrinſec⁹: ſaltim eſſet ſicut propria paſsio de ſubiecto in ſecũdo modo dicendi per ſe: & tũc adhuc poteſt hæc propoſitio *Deus exiſtit* per ſe nota eſſe: quoniã licet *Doctor* probauerit, eſſe per ſe notã, ex eo quod diffinitio ibi de diffinito prædicatur: nõ ideo excluſit propoſitiones, in quibus modus intrinſecus prædicatur de conſtituto, aut propria paſsio de ſubiecto à ratione principij per ſe noti: aliàs enim nõ demõſtraretur proprietas, ſeu propria paſſio de ſubiecto: quia nullũ eſſet principiũ per ſe notũ, à quo demonſtratio deduceretur: ſed à principaliori modo dicendi per ſe, quo exiſtentia prædicatur de Deo, tanquam diffinitio de diffinito, probat Scotus per ſe notam eſſe propoſitionem prædictam, tanquam argumento à fortiori probandæ propoſitionis per ſe notæ. Non ſolum ergo errauit Maronis in hoc, quod eſt negare exiſtentiam eſſe de eſſentia Dei, & intrare diffinitionem illius (ſi quæ eſſet Dei diffinitio) ſed in hoc, quod ex eo negauit propoſitionem

prædictam per ſe notam eſſe. Qoia in iſta, rationale eſt riſibile, non prædicatur diffinitio de diffinito, vt patet: & tamen proculdubio eſt principiũ per ſe notum, ex quo demõſtratur hominem riſibilem eſſe.

20 Quarto obſeruandum eſt, quod non ex eo, quod propoſitio aliqua ſit per ſe nota, aut naturaliter demõſtrabilis, excludẽda eſt à ratione propoſitionis per fidem creditæ: quia veritas de Deo per rationem inueſtigata à paruis, & per longum tempus, & cum difficili acquiſitione, & forſan cum erroribus admixta per rationẽ naturalẽ habetur. Vnde propter neceſsitatẽ eius certitudinis, quia infallibiliter ei adhærere debem⁹, intra articulos fidei nobis proponitur ab Eccleſia tanquam à Deo reuelata: ſic ſunt plures veritates, quas etſi naturaliter per demonſtrationem cõſequi poſſet ratio naturalis: fides tamen nos illas intra cæteros ſuos articulos docet, ne aliquo errore deceptos, à via ſalutis deuiare contingat. Pro quo vide, quæ dixi ſupra in difficultate 2. concluſione 5. Et ex his non inconuenit, dictam propoſitionẽ, etſi ſit per ſe nota, aut naturaliter demonſtrabilis, eſſe tamen de fide.

21 Eſſe autem per ſe notam, & qualiter demonſtrabilem, ſatis dictũ eſt ſupra in art. 2. & in Commẽtario ibi expoſitũ; ſed nũc ex nuper notatis cõcludimus, quod cũ eius terminos nullatenus viator aliquis diſtinctè ex naturalibus, aut etiã ſuppoſita fide, poſsit cognoſcere: non poſſe quoque demonſtratiue, & ſcientifice ſcire Deum eſſe, niſi ſub illa confuſione, qua eius terminos apprehendit, prout dictum eſt ſupra.

---

§. 3.

Statuuntur cõcluſiones huius difficultatis.

22 HIS præhabitis difficultatem cõcludendo dico primo, quod Deus exiſtit, & eſt. Concluſio *1.Conclu.*

hæc eſt indubitata: quæ late probatur à Doctore in 2. art. & in omnibus fere articulis quæſt. 2. huius 2. diſtin. & à D. Thoma probatur quinque vijs quæſt. 2. art. 3. quas ibi licebit videre.

23 Dico ſecundo, prædictã propoſitionem eſſe formalem, & eſſentialẽ, in qua prædicatur diffinitio de diffinito. Concluſio eſt expreſſa Scoti in hoc 2. art. & alibi, & communis contra Maronem, & Bargiũ. Habetur tamen expreſius à Doctore ſubtili in quodlibetis q. 1. litera C. vbi hęc profert. *Eſſentia, & eius exiſtentia in creaturis ſe habent, ſicut quidditas, & modus, ideo diſtinguuntur. In diuinis autem exiſtẽtia eſt de conceptu eſſentiæ, & prædicatur in primo modo dicẽdi per ſe, ſicque propoſitio illa, per ſe eſt prima, & immediata, ad quam omnes aliæ reſoluuntur.* Tenet expreſſe D. Thomas 1. p. q. 3. art. 4. & q. 11. ar. 3. & 4. & q. 44. ar. 1. & eſt cõmunis omnium Theologorum, illis duobus demptis dũtaxat, vt credo, quæ cõcluſio probatur primo, ex illo Exodi c. 3. vbi inquit Deus, *ego ſum, qui ſum*, & quando Moyſes alloquutus eſt Pharaoni, inquit, *qui eſt, miſit me ad te*: & ex multis locis, quibus oſtenditur, *D*eum ſeipſum per exiſtentiam, tanquam per ſuã quidditatiuam rationem diffiniſſe. *2.Conclu.*

24 Probatur inſuper ex D. Auguſtino ſupra illa verba Exodi lib. 5. de Trinit. c. 2. quem ad hoc punctum probandum refert Doctor in citata quæſtione quodlibetali prima, vbi ait: *Manifeſtum eſt Deũ abuſiue vocari ſubſtãtiã, vt nomine vſitatiori intelligatur eſſentia: quod vere, ac proprie dicitur, ita vt fortaſſe ſolũ Deũ oporteat dici eſſentiã. Eſt enim vere ſolus, quia incommutabilis, idque nomen ſuũ ſuo famulo nuntiauit Moyſi, cum dixit ego ſum, qui ſum.* De iſta eſſentia (inquit Scotus) ſiue minus proprie ſubſtantia, quod ipſa ſit ſola ratio ſimpliciter eſſendi in diuinis cuicumque (hoc eſt diuino ſuppoſito) habetur ibidem capite ſexto, vel 14. Ex quibus argumentum conficitur, quod ſi eſſentia eſt Deo ratio eſſendi, & exiſtendi, proculdubio de ratione formali, & quidditatiua ipſius diuinæ eſſẽtiæ, eſt, eſſe, ſeu exiſtere. Hoc confirmat idem Auguſtinus ſeptimo de Trinita. cap. 1. in fine vbi ait: *Quod eſt ſapientiæ ſapere, & quod eſt poten-* *D.Auguſt.*

tia

tiæ poſſe, & æternitati æternum eſſe, & iuſtitiæ iuſtum eſſe, hoc eſt, eſſentiæ ipſam eſſe, & infra capite 4. vel 13. *ab eo, quod eſt eſſe, appellatur eſſentia*, ex quibus hæc infert Scotus, *propter quod Deus ipſe cui propriſsime, & veriſsime conuenit eſſe, veriſsime dicitur eſſentia*. Ac ſi dicat diuinũ exiſtere, ſic conuenit Deo, ſicut eſſentia: quia eſt de quidditate eſſentiæ. Item

D.Dama. D. Damaſcenus 1. de fide c. 12. hæc profert: *Videtur quidem principalius omnium, quæ de Deo dicuntur, nominum eſſe, qui eſt*, quod probat per illud Exodi 3. *qui eſt &c.* dicens: *Totum enim in ſe comprehendens habet eſſe velut pelagus ſubſtantiæ infinitum, & interminatum.*

25 Ratione autẽ probatur hæc concluſio, & eſt ſecũda ratio D. Thomæ in art. 4. q. 3. nã eſſe, ſeu exiſtere eſt actualitas omnis formæ, vel naturæ: non enim bonitas, vel humanitas ſignificatur in actu, niſi prout ſignificamus eam eſſe, ſeu exiſtere: ergo oportet, quod ipſũ eſſe, ſeu exiſtere cõparetur ad eſſentiã, quæ eſt aliud ab ipſo eſſe, ſeu exiſtere, ſicut actus ad potentiam: ergo cum in Deo nihil ſit potentiale, ſequitur, quod non eſt in Deo aliud eſſentia, quã ſuum eſſe: ergo ſua eſſentia eſt ſuum eſſe, ſeu exiſtere: & ex conſequenti exiſtentia eſt de eſſentia eſſentiæ.

26 Dico tertio, hanc propoſitionẽ *Deus*

3. Conclu. *eſt* eſſe certã de fide. Concluſio eſt communis, & habetur expreſſe in pluribus ſacræ Scripturæ locis. Ne tamẽ alia multiplicentur, ſufficit illud teſtimonium Exodi iam poſitum, *Ego ſum qui ſum*, & illud Pſalmi, *dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus.*

27 Dico quarto, Deũ eſſe, ſiue exiſtere,

4. Conclu. eſſe naturaliter notum. Concluſio eſt cõmunis, & probatur innumeris ſacræ paginæ teſtimonijs: ſed præſertim illo Pauli ad Rom. 1. Vbi loquendo de cognitione, quã etiã Græci, & Barbari Gentiles habebant de Deo, hæc profert. *Ita*

Ad Rom. 1 *vt ſint inexcuſabiles: quia cum cognouiſſent Deũ, non ſicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt.* Quod confirmãt Sanctorũ

D.Dama. Patrũ Auctoritates. Nã D. Damaſ. 1. de fide c. 1. inquit: *Nemo eſt mortaliũ, cui nõ hoc adeo ſit naturaliter inſitũ, vt Deũ eſſe perſpectũ habeat: quin ipſe quoq; reconditæ, earũq; obſeruatio, atque gubernatio diuinæ*

D.Hiero. *naturæ maieſtatẽ prædicant.* D. Hieron. ſuper epiſt. ad Gal. c. 1. in 6. com. *Ex quo perſpicuũ eſt natura omnibus Dei ineſſe notitiã.* Anſelmus in lib. pro inſipiente de

Anſel. Deo ait: *Poſtremo tale ſit illud, vt nõ poſſit, niſi more cogitatũ indubitabiliter exiſtentiæ ſuæ certo percipi intellectu.* D. Gregorius

D. Greg. Nazian. Nazian. orat. 2. de Theologia, inquit: *Nimis abſurdus, & præpoſterus eſt, qui argumentis naturalibus non cedit, & inficiatur Deũ eſſe.* Ratione autẽ hanc concluſionẽ probãt D. Thomas, & Scotus pluribus argumẽtis: ille videlicet, quinque vijs in 1. p. q. 2. art. 3. hic vero in omnibus articulis ſecundæ quæſtionis huius diſtinctionis ſecundæ.

28 Dico quinto, propoſitionẽ hãc *Deus*

5. Conclu. *eſt*, ſiue *exiſtit*, eſſe per ſe notã omni intellectui diſtinctè cognoſcẽti terminos illi⁹. Cõcluſio hæc eſt expreſſa Doctoris in ar. 2. huius q. 2. & ſatis expoſita ibi in Cõmentarijs, quæ nunc hac vnica ratione probatur: quoniã extrema huius propoſitionis nata ſunt facere euidentiã ſuæ cõplexionis, & connexionis cuilibet intellectui diſtinctè, & perfectè apprehendenti ipſa: ergo eſt propoſitio per ſe nota.

29 Dico ſexto, propoſitionẽ hãc quoad

6. Conclu. queſtionẽ quid eſt? nulli intellectui demõſtrabilẽ eſſe. Cõcluſio eſt clara: ex dictis Scotiq; colligitur, quæ manifeſtatur: quia quoad quæſtionẽ *quid eſt* demõſtrari non poteſt hæc propoſitio *Deus eſt*, niſi ſuppoſita diſtincta cognitione terminorũ, ex quibus cõponitur: in via autẽ nullus intellectus diſtinctè intelligit etiã fide ſuppoſita, quid ſit Deus, & quid diuina exiſtentia: in patria autẽ, qui illos diſtinctè intelligit, non poteſt illam demõſtrare, ſiquidẽ ſemel eius terminis diſtinctè cognitis, eſt ſibi propoſitio per ſe nota: propoſitio autẽ per ſe nota demonſtrari nõ poteſt: ergo de primo ad vltimũ dicta propoſitio quoad quæſtionẽ *quid eſt?* eſt prorſus indemonſtrabilis.

30 Dico ſeptimo, hãc propoſitionẽ *Deus*

7. Conclu. *eſt* ſiue *exiſtit*, quoad quæſtionẽ de *an eſt?* demõſtrabilẽ eſſe cuilibet intellectui nõ cognoſcẽti diſtinctè illius terminos, & quidẽ demõſtrationẽ non à Priori, ſed bene à poſteriori. Concluſio hæc per præcedẽtẽ exponitur: nam cognoſcenti diſtinctè illius terminos proculdubiò per ſe nota eſt, & non demonſtrabilis. Ad quæſtionem vero de *an eſt?* ſufficie

confuſa terminorum cognitio, vt manet ex notatis expoſitum. Non autẽ id fieri poſſe demonſtratione à priori, facile probatur ex ſimplicitate diuina: cũ etenim Deus genere, & differentia nõ cõſtet, nõ habet quidditatiuã diffinitionẽ, per quã tanquam per cauſas quidditatiuas ſit demonſtrabilis. Demonſtari igitur à poſteriori, innumera ſacræ paginæ teſtimonia, & Sanctorum Patrũ auctoritates, ac Phyloſophorum rationes, euidenter concludunt.

31 Probatur iam igitur elogijs ſacris: nã Sapientiæ 13. dicitur: *A magitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterat creator omniũ videri*, & Pſal. 88, *Confitebũtur cæli mirabilia tua Domine*, & Pſal. 8. *Cæli enarrant gloriam Dei*, & ad Rom. 1. *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur*, & Actor. 14. loquendo de Deo dicitur: *Et quidẽ non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefatiens nobis de cælo dans pluuias*: ac pluribus alijs.

Sap. 13. Pſal. 82. Pſal. 8. Ad Rom. 1 Acto. 14.

32 Secũdo probatur Auctoritatibus Sãctorũ Patrũ: nã D. Iuſtinianus in reſpõſione ad q. 6. gentiũ inquit: *Vnde sciri poteſt, ſit ne Deus omnino?* reſpõdet, *ex eorũ, quæ ſunt concretione, conſtitutione, ac ſtabilitate*, Grego. Nazian. ora. 2. de Theologia: *Quemadmodũ quiſpiam cytharam pulcherrime constructam conſpiciens, aut etiam eius cantum audiens, nihil aliud, quã ipſum cytharæ conditorẽ, atque cytharedum mente reputat, etiã ſi ſit de facie ipſi ignotũ: eodẽ quoque modo nobis is, qui res vniuerſas procreauit, eaſque moderatur atque cõſeruat, ſe ſe declarat, etiam ſi animis noſtris ingenijſque cõprehendi nequeat.* D. Baſilius ſuper c. 1. Eſaiæ explicans illud *Iſrael autẽ me non cognouit*, loquẽs in Dei perſona hæc inquit, *me nõ cognouit, qui cælo enarrante innoteſco, & per omnẽ creaturã nulli nõ palam ſignificor*, Tertulianus lib. 1. contra Marcionẽ ait: *Creator ex hoc Deus, & indubitatus Deus, quia omnia eius.* Rationibus vero probatur hæc concluſio à Doctore locis citatis ex ratione efficiẽtiæ, & ratione finis, ac eminentiæ, & pluribus alijs, à D. autem Thoma etiam loco citato ex via motus, & pleriſq; quas hic non refero. Scoticæ autem habentur infra in textu quæſtionis ſecundæ per omnes articulos diſperſas.

D. Iuſtin. D. Nazia. D. Baſilius Tertulian.

§. 4.

Soluuntur argumenta in oppoſitum.

Argumenta autẽ in oppoſitũ ſoluit egregie D. Thomas ibidem, & ad primum reſpõdet, quod Deus cũ ſit bonus nullo modo fineret aliquid mali in operibus ſuis (vt inquit D. Auguſt. in Enchirid. c. 11.) niſi eſſet adeo omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiã de malo, & ideo hoc ad infinitam Dei bonitatem pertinet: quod eſt mala permittere, vt ex illis bonum eliciat. 33

Ad ſecundũ reſpondetur cũ illo, naturã propter determinatũ finem operari ex directione alicuius ſupremi agentis: & ideo neceſſum eſt ea, quæ à natura fiunt, etiã in ſupremũ agens refundi, ſicut in primã cauſã: & ea, quæ ſunt ex propoſito, oportet reduci ad cauſam altiorem, quæ ſit principium immobile, & neceſſarium: nam voluntas, & intellectus, à quibus fiunt, quæ ſunt ex propoſito, mutabilia ſunt: ea autẽ, quæ ſunt mutabilia, & defectibilia, oportet reduci ad principium immobile, & neceſſarium, quale eſt Deus. 34

Ad fundamẽtũ, quo Maironis probabat exiſtentiã nõ eſſe de quidditate Dei, ſed eius modũ intrinſecum, facilis eſt ſolutio ex notatis: nã vniuocatio rationis cõmunis conueniẽs exiſtentijs creatæ, & increatæ, non officit, quin diuina exiſtentia ſit de eſſentia Dei: nam exiſtere, vt ſic, dicit quodã eſſe reale, hoc autẽ eſſe reale, vel cõuenit alicui eſſentiæ, ea præciſa, & formali ratione, qua eſt eſſentia: & hoc modo eſt exiſtentia diuina: vel conuenit alicui eſſentiæ tanquã primũ, quod eſſentiæ accedit, quia, ſcilicet, conſtituit eſſentiam, quæ de ſe non erat realis, in eſſe reali, & ſic conuenit exiſtentię creatæ, tanquã modus intrinſecus, quo eſſentia creata dependet in eſſe reali: quia igitur ipſa diuina eſſentia, quatenus formaliter eſſentia eſt, realitatem includit, ideo exiſtentia eſt de eſſentia illius: quia vero eſſentia creata ex ſe realis non eſt, ſed ab exiſtẽtia ſibi adueniente habet realitatẽ: ideo exiſtentia non eſt de quidditate illius, ſed eius intrinſecus modus. 35

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO SECVNDA.

De his, quæ pertinent ad infinitatem Dei.

Quæſtio hæc in antiquo textu erat prima in ordine. Ordo ſingularis procedendi.

QVæro ſecūdo de his, quæ pertinēt ad īfinitatē Dei, ad quā quæſtionē ſic procedo: quia de ente infinito, nō poteſt demōſtrari eſſe propter quid, quātū ad nos: licet ex natura terminorū propoſitio eſſet demōſtrabilis propter quid: ſed quātū ad nos propoſitio eſt demōſtrabilis demōſtatione, quia, ex creaturis: proprietates autē infiniti entis relatiuę ad creaturas immediatius ſe habēt ad illa, quæ ſūt media in demōſtratione, quia: quā proprietates abſolutæ. Ita ꝙ de illis proprietatibus relatiuis immediatius poteſt cōcludi eſſe per illa, quę ſunt media in tali demōſtratione, quā de proprietatibus abſolutis: nā immediate ex eſſe vnius relatiui ſequitur eſſe ſui correlatiui: ideo primo declarabo eſſe de proprietatibus relatiuis entis infiniti, & ſecūdo ex his declarabo eſſe de ente infinito: quia iſtæ proprietates relatiuæ ſoli enti infinito cōueniūt, & ita erūt aliqui articuli *principales, & in præambulis ad eos*, dico, ꝙ proprietates relatiuæ infiniti entis ad creaturas, aut ſunt proprietates cauſalitatis, aut eminētiæ: cauſalitatis duplicis, aut efficiētis, aut finis, ꝙ additur de cauſa exēplari, nō eſt aliud genus cauſę ab efficiēte: quia tūc eſſet quinq; genera cauſarū. Vnde cauſa exemplaris eſt quoddam efficiēs: quia agens per intellectū diſtinctū contra agens per naturā, de quo alias. In primo ergo articulo principali tria principaliter oſtēdā. Primo, videlicet, ꝙ aliquid eſt in effectu inter entia, quod eſt ſimpliciter primū ſecundū efficientiā, & aliquid et ſimpliciter primū ſecūdū rationē finis, & aliquid eſt ſimpliciter primū ſecundū eminentiā. Secundo principaliter oſtendā, ꝙ illud, quod eſt primū ſecundū vnā rationē primitatis, idē eſt primum ſecūdū alias primitates. Tertio oſtēdā, quod iſta triplex primitas vni ſoli naturæ conuenit; ita quod nō pluribus naturis differentibus ſpecie, vel quidditatiuè: & ita in primo articulo erunt tres articuli minus principales. Circa hanc itaque quæſtionem quærūtur tredecim.

¶ Primo. Verum inter entia detur aliquod, quod ſit ſimpliciter primum ſecundum efficientiam?

¶ Secundo. Verum detur aliquod ſimpliciter primum, ſecundum rationē finis?

¶ Tertio. Verum detur aliqua natura eminens ſimpliciter prima ſecundū perfectionem?

Quarto. Verum primum efficiens ſit tātum vnum ſecundum quidditatem, & naturam?

¶ Quinto. Verū primū efficiēs ſit intelligēs, & volēs, ita, ꝙ voluntate efficiat?

¶ Sexto. Verum intelligere, & velle primæ cauſæ, ſit aliud ab eius eſſentia?

¶ Septimo. Verū intellectus primæ naturæ ſemper intelligat?

¶ Octauo. Verum concludatur Deum eſſe infinitum ex via efficientiæ?

 ¶ No-

¶ Nono. Vtrum Dei infinitas probetur ex h c, quod Deus eſt diſtinctè intelligens omnia intelligibilia, ſeu ex via finis?

¶ Decimo. Vtrum Dei infinitas ex parte eminentiæ inferatur?

¶ Vndecimo. Vtrum ex negatione cauſæ intrinſecæ inferatur, Deũ eſſe infinitum?

¶ Duodecimo. Vtrũ in entibus ſit aliquid actu exiſtens infinitum?

¶ Tertiodecimo. Vtrum ex potentia motiua infinita primi efficientis inferatur ipſum agere in tempore?

Expoſitio quæſtionis 2. diſtin. 2.

1. IN his præambulis proponit Doctor ordinẽ ſingulare procedẽdi in quæſtione iſta. Poſtquã etenim in præcedẽte oſtẽderit, quid ſit propoſitio per ſe nota, & loquẽdo de quæſtione an eſt? determinet hãc propoſitionẽ, *Deus eſt*, abſolute per ſe notã eſſe: loquendo vero de quæſtione quid eſt, dixerit per ſe notũ non eſſe, Deũ eſſe neceſſario ens ſummũ bonũ, aut infinitũ, ſed has propoſitiones demonſtrabiles eſſe: modo ſpecialius accedẽdo ad quæſtionẽ *de an eſt?* inueſtigat Dei infinitatẽ, & exiſtentiã per demonſtrationes nõnullas. Supponendo in primis, quod quãuis ex terminorũ natura aliquæ propoſitiones de Deo ſint demonſtrabiles demonſtratione à priori, *ſeu propter quid*: tamen reſpectu noſtri, qui non Dei, ſed creaturarũ diſtinctã cognitionẽ habemus, à creaturis quidẽ per demonſtrationẽ, *quia*, & à poſteriori Dei infinitatẽ poſſumus demonſtrare: quia tamen creaturæ nõ indicant Deum, niſi per relationes aliquas, quibus ipſum reſpiciunt: ideo ex earũ cognitione has proprietates relatiuas Dei prius inueſtigat, antequã ad abſolutas perueniat, vt ipſe inquit omnes autẽ proprietates relatiuæ Dei ad creaturas ſunt, aut cauſalitatis, aut eminentiæ. Et quia quatuor ſunt tantũ genera cauſarũ, & Deo non poteſt cõpetere cauſalitas formalis, aut materialis, quæ intrant cõpoſitũ: ſed tãtũ efficiens, & finalis, vel etiã exemplaris, quæ ad efficientẽ reducitur: ideo ab iſto duplici genere cauſæ, & ab eminentia arguitur aliquod inter entia eſſe, quod eſt ſimpliciter primũ efficiens, & ſimpliciter primum, ſecundum rationem finis, & ſimpliciter primum ſecundum eminentiã reſpectu omnium entiũ: ex quibus infinitas Dei concluditur.

2 Iam autem cognito Deo ex proprietatibus relatiuis, deinceps illũ per abſolutas Doctor inueſtigat. Proprietates igitur relatiuæ entis infiniti erant iſtæ. Primũ efficiens, primũ finitiuum, primũ eminens, primũ independẽs, & ſimiles. Proprietates vero abſolutæ entis infiniti ſunt, quod ſit intelligẽs, & volẽs, item infinitæ intellectionis, quod actu neceſſario, & ſemper omnia intelligibilia etiam infinita intelligat, & quod voluntate cõtingenter ad extra producat, & quod ſuum velle, & intelligere, ſint idem realiter cum eſſentia. Ex his ergo proprietatibus abſolutis, ſicut, & ex relatiuis probat Doctor per huius quæſtionis articulos Dei infinitatem.

ARTICVLVS I.

Vtrũ inter entia detur aliquod actu exiſtens, quod ſit ſimpliciter primũ ſecundum efficientiam?

A AD primum ſic proceditur, & videtur, quod inter entia non detur aliquod actu exiſtens, quod ſit ſimpliciter primum ſecundum efficientiam: quia contra rationem, *qua id probatur* inſtatur dupliciter. primo quia ſecundũ phyloſophantes, infinitas eſt poſſibilis in aſcendendo: ſicut ponunt exemplũ de generationibus infinitis, vbi nullum eſt primum, ſed quodlibet ſecundum: & tamen hoc abſq; ſine circulo ponitur: ergo &c. *8. phyſ. & 2. de generatione tex co. 56. 58. & 68.*

Secundo præterea, videtur, q pro

2. de anima tex.co. 47. procedat ex contingentibus, & ita non ſit demõſtratio. Antecedens probatur: quia præmiſſæ aſſumunt eſſe de aliquo cauſato, omne autem tale contingenter eſt: ergo &c.

C Sed contra eſt: quia aliquod ens eſt effectibile, aut igitur à ſe, aut à nullo, aut ab aliquo alio: nõ à nullo: quia nullius eſt cauſa, illud quod nihil eſt: nec à ſe, quia nulla res eſt quæ ſe ipſam faciat, vel gignat, teſte Augu. 1. de Trini. c. 1. ergo ab alio effectiuo. Illud aliud ſit. A. Si. A. eſt primũ, hoc modo expoſito, habeo propoſitum. Si nõ eſt primum: ergo eſt poſterius effectiuum: quia effectibile ab alio, vel virtue alterius effectiuum (ſi enim negetur negatio, ponitur affirmatio, detur illud alterum, & ſit B. de quo arguitur, ſicut de A. argutũ eſt, & ita aut procederetur in infinitum quorum quodlibet reſpectu prioris erit ſecundum: aut ſtabitur in aliquo non habente prius. Infinitas autem eſt impoſſibilis in aſcendendo: ergo primitas neceſſaria: quia nõ habẽs prius, nullo priore ſe eſt poſterius: nam circulum in cauſis eſſe eſt inconueniens.

2. poſterior & 8. phyſ. 2. & 12. Metaph. & alibi.

D Reſpondeo dicẽdũ, quod primus articulus iſtorũ includit tres cõcluſiones principales ſecũdum triplicẽ primitatem, quælibet autem iſtarum trium concluſionum habet tres, ex quibus depẽdet. Prima eſt, quod eſt aliquod primũ ſic. Secunda, quod illud eſt incauſabile. Tertia, quod illud actu exiſtit in entibus. Itaq; in primo articulo ſunt nouem concluſiones, *de ſex autem ſeparatim dicetur in proprijs locis, ſed hic ſunt* tres principales. Prima concluſio iſtarum eſt iſta: quod aliquod effectiuum ſit primũ ſimpliciter, ita ſcilicet, quod non ſit effectibile, nec effectiuum virtute alterius à ſe, quod probo ratione poſita §. *ſed contra.* Et ad propoſitum melius oſtendendum, eſt ſciendum, quæ ſunt cauſæ eſſentialiter ordinatæ, & quæ accidentaliter ordinatæ. 1. Contin. Vbi notandũ, quod aliud eſt loqui de cauſis per ſe, & per accidens, & aliud eſt loqui de cauſis eſſẽtialiter, ſiue accidẽtaliter ordinatis, nã in primo tantũ eſt cõparatio vnius ad vnũ, cauſæ, videlicet, ad cauſatũ, & eſt cauſa per ſe, quæ ſecundum naturam propriam, & non ſecundum aliquid ſibi accidens, cauſat. Et cauſa per accidens è conuerſo. In ſecundo eſt comparatio duarum cauſarum interſe, in quantum ab eis eſt aliquid cauſatum: & differunt cauſæ per ſe, ſiue eſſentialiter ordinatæ, à per accidens, ſiue accidentaliter ordinatis, in tribus. Prima differentia eſt, quod in cauſis per ſe ordinatis cauſa ſecunda in quantũ cauſat depẽdet à prima, in per accidẽs, non, licet in eſſe, vel aliquo alio dependet.

2. phyſ. & 5. Metaph.

E Secūdá eſt, quod in per ſe ordinatis eſt cauſalitas alterius rationis,& alterius ordinis: quia ſuperior eſt perfectior,in accidētaliter ordinatis,nō. Hæc ſequitur ex prima:nā nulla cauſa,à cauſa eiuſdē rationis depēdet eſſētialiter in cauſando: quia in cauſatione alicuius ſufficit vnū vni⁹rationis. Tertia eſt,ꝙ omnes cauſæ per ſe eſſentialiter ordinatæ, ſimul neceſſario requiruntur ad cauſandū: alioquin aliqua per ſe cauſalitas de eſſet effectui:in accidētaliter autē ordinatis,nō ſic eſt:quia nō requiritur ſimultas earum in cauſādo. Ex tribus differentijs cauſarum tres rationes eliciuntur. Ex prima, vniuerſalitas cauſatorum dependet in cauſando: ergo ab aliquo,quod non eſt aliquid vniuerſitatis:Ex ſecunda,in infinitum ſuperior erit in infinitum perfectior. Ex tertia,infinita ſimul actu, additur quarta, quæ probat poſsibile,ꝙ nō includit imperfectionem oſtēdere eſſe. Quod ſi negetur ordo eſſentialis:quia accidentalis ſufficit ad ſenſum.Cōtra,probo,quod cauſatur ab aliquo, natura producibilis in vno ſuppoſito eſt producibilis in quolibet:qua ratione igitur nūc in iſto, & prius in illo,& in illo: nulla autem ſucceſsio continuatur,niſi virtute alterius permanentis. Illud vero nihil eſt ſic ſucceſsiui:ergo præter indiuiduū in ſpecie generās, erit aliud ſuperius agens.

Com.8. phyſi.c.46

In hac additione ponitur ſubtiliſsime ſequentium reſolutio probationum.

F Ex iſto infero, quod illud eſt primum eminens: quia cauſa çquiuoca actualior,& inde pendens,& à qua alia depēdent. Primus finis:quia alius eſt finis primus propter quē ſe agens agit 2.phyſic. aliquod aliud effectorū à ſe:quia minus bonus. Similiter,nihil aliud dirigit, maximè naturaliter, nec ratione. Quarto, primū exēplar,quia per ſe agens:vel igitur propter finē cognitū, vel inquantū dirigitur à cognoſcente: cognoſcit autē ſenſibilia: quia ordinat ea in finem,& vult propter finē.Solutio q.2.eſt nō eſſe duo eminētia:Itē quot coordinationes,tot ſēper eſſētialia, & hinc inde,& tamē altera ſpecie:quia nec vni⁹ rationis hic,& ibi,nec hic aliud primum vbi ſunt, ſecundo prima totalia.

2.phyſ.c.tex com.49.& inde.

G Ex his oſtēditur propoſitū ſic: infinitas eſſentialiter ordinatorū eſt impoſsibilis.Similiter ſecūdo,infinitas accidētaliter ordinatorū eſt impoſsibilis,niſi ponatur ſtatus in eſſentialiter ordinatis. Tertio,ſi etiā negetur ordo eſſentialis,adhuc infinitas eſt impoſsibilis: ergo omnimodo eſt aliquid ſimpliciter primū effectiuū:Iſtarū trium propoſitionū aſſumptarū propter breuitatē prima dicatur. A. ſecunda.B. tertia,C.Probatio iſtarū:primo A.ſcili-

Tres propoſitiones,quæ deſeruiunt ad probationē primæ concluſionis.

A. ſcilicet, quod infinitas eſſentialiter ordinatorũ, eſt impoſsibilis: probatio. Tum quia vniuerſitas cauſatorũ eſſentialiter ordinatorum eſt cauſata: ergo ab aliqua cauſa, quæ non eſt aliquid illius vniuerſitatis: quia tũc eſſet cauſa ſui: tota enim vniuerſitas dependentiũ dependet: & à nullo illius vniuerſitatis.

H Tũ ſecundo, quia cauſæ infinitæ eſſent ſimul in actu ex tertia differentia: ſed conſequens nullus Phyloſophus ponit. Tũ tertio quia prius eſt, quod eſt primo propinquius ex 5. Metaph. ergo vbi nullũ primũ, nihil eſſentialiter prius. Tum quarto, quia ſi ſuperior cauſa eſt perfectior in cauſando, ex ſecunda differẽtia: ergo in infinitũ ſuperior eſt in infinitum perfectior, & infinitæ perfectionis in cauſando: & per conſequens nõ cauſans in virtute alterius: quia quælibet talis in virtute alterius cauſans, eſt imperfectè cauſans: quia dependẽs ab alia in cauſando. Tũ quinto, quia effectiuũ nullã imperfectionẽ ponit neceſſario: ergo poteſt eſſe in aliquo ſine imperfectione: ſed ſi in nullo eſt ſine dependẽtia ad aliquid prius, in nullo eſt ſine imperfectione: ergo effectiuitas indepẽdens poteſt ineſſe alicui naturæ, & illa eſt ſimpliciter prima: ergo effectiuitas ſimpliciter prima eſt poſsibilis: & hoc ſufficit: quia inferius ex

5. Metaph. tex. co. 16.

hoc concludetur, quod tale efficiẽs primũ, ſi eſt poſsibile, eſt in re: & ſic patet. A. quinque rationibus. B. Probatur ſic: ſcilicet, ꝙ infinitas in accidẽtaliter ordinatis, ſit impoſsibilis, niſi ponatur ſtatus eſſentialiter ordinatorũ, quia infinitas accidentalis, ſi ponitur, hoc non eſt ſimul: patet: ſed ſucceſsiuè tantum, vt alterũ poſt alterum: ita quod ſi ſecũdũ fluat aliquo modo à priori, non tamen dependet ab illo in cauſando, poteſt enim cauſare, ipſo non exiſtente, ſicut filius ita generat, patre mortuo, ſicut ipſo viuo, talis infinitas ſucceſsionis eſt impoſsibilis, niſi continuetur, vel perpetuetur ab aliqua natura infinite durante, à qua tota ſucceſsio, & quodlibet eius depẽdeat: nulla enim difformitas perpetuatur, niſi in virtute alicuius permanẽtis, quod nihil eſt illius ſucceſsionis: quia omnia ſucceſsiua ſunt eiuſdẽ rationis, ſed eſt aliquid prius eſſentialiter: quia quodlibet ſucceſsionis dependet ab ipſo, & hoc in alio ordine, quã à cauſa proxima, quæ eſt aliquid illius ſucceſsionis. Patet ergo B. Probatur etiã C. ꝙ, ſcilicet, ſi negetur ordo eſſentialis, adhuc infinitas eſt impoſsibilis.

Probatur 2. propoſitionis.

8. phyſico. tex. com. 46. 53. & 78. & 12. metap. tex. com. 29. & inde 1. & 1. de generatione.

Probatio 3 propoſitionis.

I Probatio: quia cũ ex prima ratione hic adducta (ſcilicet quod à nihilo nõ poteſt eſſe aliquid) ſequitur, quod aliqua natura ſit

2. Concluſ.

effectiua. Si negetur ordo eſſen-
tialis actiuorũ, igitur illa in nul
lius alterius virtute cauſat: & li-
cet ipſa in aliquo ſingulari po-
natur cauſata, tamen in aliquo
erit nõ cauſata, quod eſt propo
ſitũ de natura. Si enim in quoli-
bet ponatur cauſata, ſtatim im-
plicatur contradictio, negando
ordiné eſſentialẽ: quia nulla na-
tura poteſt poni in quolibet cau
ſata, ita quod ſit ordo accidenta
lis ſub ipſa, ſine ordine eſſentia-
li ad aliã naturã, ſicut patet ex B.

K Secunda concluſio de primo
effectiuo eſt iſta: quod ſimplici-
ter primũ effectiuũ eſt incauſa-
bile. Hoc probatur: quia eſt in
2.Conclu. effectibile, & independens effe-
ctiuũ: & hæc patet prius, quia ſi
ſit virtute alterius cauſatiuũ, vel
ab alio effectibile: ergo vel pro
ceditur in infinitũ, vel erit circu
lus, vel ſtatus in aliquo ineffecti
bili, & independente effectiuo.
Illud dico primũ: & aliud patet,
quod nõ eſt primũ ex dictis tuis.
Et vlterius concluditur: ſi illud
primũ eſt ineffectibile: ergo erit
incauſabile, quia non finibile,
nec materiabile, nec formabile.
Probatur prima cõſequẽtia, vide
licet, quod ſi eſt ineffectibile: er-
go non eſt finibile: quia cauſa fi-
nalis non cauſat, niſi quia me-
taphoricẽ mouet ipſum effi-
ciens ad efficiẽdũ, nã nõ alio mo
do dependet ab ipſo eſſentiali-
ter entitas finiti, vt à priore,
nihil autẽ eſt cauſa per ſe, niſi
ab ipſo tãquã à priore eſſentia-
liter dependet cauſatũ. Duæ au-
tẽ aliæ conſequentiæ, videlicet,
quod ſi eſt ineffectibile: ergo im
materiabile, & non formabile
probantur ſimul: quia cuius nõ
eſt cauſa extrinſeca; eius non eſt
cauſa intrinſeca: quia cauſalitas
cauſæ extrinſecæ dicit perfectio
nẽ, ſine imperfectione: cauſali-
tas autẽ cauſæ intrinſecæ neceſ-
ſario requirit imperfectionem
annexã: quia cauſa intrinſeca eſt
pars cauſati: ergo ratio cauſæ ex
trinſecæ eſt naturaliter prior ra
tione cauſæ intrinſecæ: negato
ergo priore, negatur poſterius.
Aliter probãtur ex eãdẽ conſequẽ
tiæ: quia cauſæ intrinſecæ ſunt
cauſatæ ab extrinſeca, vel ſecũdũ
eſſe earũ, vel inquãtũ cauſant cõ
poſitũ, vel vtroque modo: quia
cauſæ intrinſecæ non ſe ipſis, ſi-
ne agente cauſant cõpoſitũ, vel
conſtituunt. Ex dictis ſecũda cõ-
cluſio poſita ſatis patet.

Tertia cõcluſio de primo ef- L
fectiuo eſt iſta: primum effecti- 3.Conclu.
uum non eſt in actu exiſtens, &
aliqua natura exiſtẽs actu ſic eſt
effectiua. Probatio, cuius ratio-
ni repugnat ſimpliciter eſſe ab
alio, illud ſi poteſt eſſe, poteſt eſ-
ſe à ſe: ſed rationi primi effectiui
repugnat eſſe ab alio, ſicut patet
ex ſecũda cõcluſione, & ipſum
poteſt eſſe, ſicut patet ex quinta
ratione poſita ad A. quæ videtur
minus

minus cõcludere: tamẽ hoc cõclu dit. Aliæ autẽ probationes ipſius A. poſſunt tractari de exiſtentia, quam ponit hæc tertia concluſio: & ſunt iſtæ probationes, ex contingentibus tamẽ manifeſtis, vel ſi accipiantur de natura, & quiddi tate, & poſsibilitate, ſunt ex neceſ ſarijs: ergo effectiuũ ſimpliciter primũ poteſt eſſe à ſe; ergo eſt à ſe: quia quod nõ eſt à ſe, nõ poteſt eſſe à ſe: quia tunc non ens produ ceret aliquid ad eſſe, quod eſt impoſsibile: & adhuc idem cauſaret ſe, & ita non erit incauſabile omnino iſtud vltimum, ſcilicet, de exiſtẽtia primi effectiui Aliter de claratur: quia inconueniens eſt in vniuerſo de eſſe ſupremum gradum poſsibilem ineſſendo. Item iuxta illud nota quoddam corolarium, quod quaſi continet tres cõcluſiones probatas, quod eſt iſtud, ſcilicet, quod primum effectiuum hoc modo, non tantum eſt prius alijs, ſed aliquid eſſe prius eo inclu dit contradictionem, ſic inquantũ primum exiſtit. Probatur vt præcedens nam in ratione illius maximè includitur incauſabile, vt probatur ex ſecunda: ergo ſi poteſt, quia non contradicit entitati, vt probatur ex prima, ſequitur quod poteſt eſſe à ſe, & ita eſt à ſe.

M Nota proceſſum huius ſolutionis, qui talis eſt, Prima concluſio eſt, quod aliquod primum effectiuum eſt, quæ primo probatur con fuſè. Secũdo diſtinctè per tres pro bationes, quarum prima quinque modis probatur, & contra eam duæ inſtantiæ excluduntur. Secunda concluſio eſt, quod illud primum eſt incauſabile. Tertia concluſio, quod eſt primum actu exiſtens. *Reſolutio articuli.*

A

N Ad primum argumentum, *ſcilicet*, ad primam inſtantiã excludẽdam, dico, quod Phyloſophi non poſuerunt infinitatem poſsiblem in cauſis eſſentialiter ordinatis, ſed tantummodo in accidentaliter ordinatis, ſicut patet per Auicen. 6. Metaph. c. 5. Vbi loquitur de infinitate indiuiduorum in ſpecie, *& patet ex notatis.*

O Ad ſecundum, hoc eſt ad ſecundam inſtantiam ſupra, quæ dicit, quod ratio procedit ex contingẽtibus, & ita non eſt demonſtratio, reſpondeo, quod poſſet ſic argui: aliqua natura eſt effecta: quia aliquod ſubiectum eſt mutatum, & ita terminus mutationis incipit eſſe in ſubiecto: & ita ille terminus, vel compoſitum producitur, ſiue efficitur: ergo aliquod eſt efficiens per naturam correlatiuorũ, & tunc præmiſſa eſſet ſecundum veritatem contingens; tamen nõ ſic arguitur, probando primam concluſionem: ſed hoc modo aliqua natura eſt effectibilis: ergo, aliqua eſt effectiua. Antecedens probatur: quia aliquod ſubiectum eſt mutabile, & aliquod entium eſt poſsibile, vt diuiditur contra neceſſarium, & ſic procedendo eſt

ex

ex neceſſarijs. Et tunc probatio primæ concluſionis procedit, vel concludit de eſſe quidditatiuo, ſiue de eſſe poſsibili, non autem de exiſtentia actuali, ſed de quo nunc oſtenditur poſsibilitas, vltra in tertia concluſione actualis exiſtentia oſtenditur.

Expoſitio 1. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

1 TEXTVS huius articuli, eo quod plura congerit, videtur confuſus, ſed eius litera ſubtiliſsima eſt. In qua egregie probat Doctor Dei exiſtentiā, ex eo quod eſt prima cauſa efficiens, ad quod oſtendit in entibus eſſe aliquod primum effectiuū, quod eſt Deus. Et hoc probat: quia eſt aliquod ineffectibile, & incauſabile. Quæ probatio pendet ex triplici cōcluſione, quæ habetur in corpore articuli, prima, ſcilicet, quod in entibus eſt aliquod ens ſic primum effectiuum, ſecunda quod tale eſt incauſabile, tertia quod tale ens inter cætera entia tantum à ſe, actu exiſtit. Primam concluſionem probat, ex eo quod primum ens eſt cauſa efficiens omnium, non virtute aliena, ſed propria. Quod ratione poſita in §. *ſed contra* euidenter concludit: & hoc deinceps in corpore articuli mirifica quadam doctrina de ſubordinatione cauſarum oſtendit, ex qua triplicem differentiam infert inter cauſas eſſentialiter, & accidentaliter ſubordinatas: & concludit primo, quod inter cauſas eſſentialiter ordinatas, ſecunda cauſa pendet à prima, inquantum cauſat: & ſecundo, quod cauſalitas primæ cauſæ eſt ordinis perfectioris, quam ſecundæ: quia nulla cauſa à cauſa eiuſdem rationis dependet eſſentialiter in cauſando: & tertio, quod omnes eſſentialiter ordinatæ, ſimul neceſſario requiruntur ad cauſandum; alioquin aliqua cauſa eſſentialiter neceſſaria ad effectum in eius cauſatione deficeret. Ex his ergo tribus differentijs cauſarum, tres rationes elicit textus, & deinde alias quinque, quibus probat aſſumptū in prima concluſione, quod, ſcilicet, Deus eſt primum efficiens: quę doctrina habetur latè ibi, & ſic non repeto illam. Additio tamen eſt inſerta in textu, quæ literam confundit, quodam modo, ſed ſi conſiderate legatur, facile capietur eius ſubtilitas.

In ſecunda vero concluſione egregie probat Doctor, quod primum effectiuum eſt incauſabile: quia eo quod primum effectiuum eſt, neceſſario eſt ineffectibile: eſſet enim contradictio in adiecto eſſe primum effectiuum, & habere aliud effectiuum, à quo ipſum pēderet, & eſſet effectibile: quia tunc in infinitum procederetur: ſi ergo ineffectibile eſt, conſequenter nequit ab aliqua cauſa finali, materiali, aut formali pendere, vt textus clarè oſtendit: igitur eſt prorſus incauſabile, cùm non ſit aliud genus cauſarum, iuxta quod ſit cauſabile: ex quibus perſpicuè in textu probatis habetur ſecundæ concluſionis euidentia. 2

Tertia tādem concluſio probat Dei exiſtentiam ex duabus concluſionibus præcedentibus. Datur enim, quod eſt aliquod primum efficiens ex prima, & quod hoc eſt omnino incauſabile ex ſecunda: ergo habetur ex tertia, quod aliqua natura ſic primo effectiua, & omnino incauſabilis actu exiſtit. Probat ibi euidenter argumento illo, *cuius rationi repugnat &c.* Ex quibus omnibus demonſtratiue concluditur Deum à ſe, & non ab alio exiſtere. 3

ARTICVLVS II.

Vtrum detur aliquod ſimpliciter primum ſecundum rationem finis?

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur, quod non de- A

detur aliquod ſimpliciter primum ſecũdum rationem finis, *& hoc ſine argumentis.*

B Sed contra eſt ex dictis in primo articulo, quod ſit primus finis: quia aliquis eſt finis primus propter quem ſe agens agit 2. phyſico, aliquod aliud effectorum à ſe, quia minus bonum &c.

2.phy.tex.co.49.& inde.

C Reſpondeo dicendum hic ſicut ad primum articulum, & iuxta tres concluſiones primas de cauſa effectiua, *ibi poſitas,* propono tres ſimiles concluſiones de cauſa finali. Prima cõcluſio eſt, aliquod finitiuum eſt ſimpliciter primum, hoc eſt, nõ eſt ad aliud ordinabile, nec in virtute alterius natum finire alia. Et probatur quinque rationibus ſimilibus illis, quæ ponebãtur ad primam concluſionem de primo effectiuo. Secunda concluſio eſt hæc, primum finitiuum eſt incauſabile. Probatur: quia eſt infinibile, alias non eſſet primum: & vltra: ergo ineffectibile. Hæc conſequentia probatur: quia omne per ſe agens agit propter finem ex 2.phyſic. vbi etiam vult hoc Phyloſopus de natura, de qua minus videtur, quam de agente à propoſito: ſed cuius non eſt aliquod per ſe efficiens, illud nõ eſt effectibile: quia in nullo genere poteſt per accidens eſſe primum. ſicut patet in propoſito, ſpecialiter de cauſis agentibus per accidens, quæ ſunt caſus, & fortuna, quæ ſecundum intentionem Phyloſophi 2.phyſicor. reducuntur ad cauſas neceſſario per ſe agentes, vt priores, ſcilicet, ad naturam, & intellectum, vel propoſitum. Cuius ergo nullum eſt per ſe agens, eius nullum erit agẽs, ſed cuius non eſt finis, eius non eſt aliquod per ſe agens: ergo ipſum eſt ineffectibile, & tunc vltra, vt ſupra oſtenſum eſt de cauſa prima effectiua.

1.Conclu.

2.Conclu.

2.phy.tex.co.49.61.75.

2.phy.tex.co.66.

2.phy.tex.co.66.& 67.

D Tertia concluſio eſt: quod primũ finitiuũ eſt actu exiſtẽs, & alicui naturæ neceſſario actui exiſtenti cõuenit iſta primitas. Probatur ſicut tertia concluſio, de primo effectiuo in prima via.

3.Conclu.

E Correlarium, *ſeu potius concluſio principalis reſponſiua quæſito*, ſequitur, quod primum finitiuum eſt, ita primum, quod impoſsibile eſt aliquid eſſe eo prius, & probatur, vt corolariũ in via priore de efficiente.

F Nota proceſſum huius ſolutionis, qui talis eſt, *ſicut in primo articulo ponuntur tres concluſiones de primo efficiente, ſic in iſto*, inde tres concluſiones ſimiles de fine primo.

(.·.)

Ex

Expoſitio 2. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

I Oſtenſa doctrina primi articuli, in quo Doctor per viam efficientiæ Dei exiſtentiam probat: in hoc facilimè hoc idem concluditur via finis: ſicut enim ibi per tres concluſiones de primo effectiuo, & prorſus incauſabili inferebat eſſe actu exiſtens: ſic in præſenti alias tres concluſiones aſsignat, quarum prima eſt, quod eſt aliquod ſimpliciter primum finitiuũ, hoc eſt, aliquis finis non ordinabilis in alium vlteriorem, in quem, & propter quem omnia, quæ fiunt, ordinabilia ſunt. Qui quidem finis non virtute alterius, ſed virtute propria finalizat, & hic talis finis primus in finalizando, qui eſt vltimus in conſequendo, ſeu hoc tale primum finitiuum, eſt Deus. Hanc concluſionem de primo finitiuo probat, remittendo ſe ad ſimiles probationes, quibus probauerat eſſe primum effectiuũ in articulo præcedente: & ſimiliter ſecunda cõcluſio probat, quod hic primus finis incauſabilis: quia eſt infinibilis. Quod præterquam probari poterat etiam rationibus poſitis pro ſecunda concluſione in primo articulo, adhuc probatur hic ſpeciali, & ſubtili ratione, vt patet in textu. Ex quibus tertiam infert concluſionem, quod hoc primum finitiuũ eſt actu exiſtens. Et exinde per viã finis Dei exiſtentia demonſtratur.

ARTICVLVS III.

Vtrum detur aliqua natura eminens ſimpliciter prima ſecundum perfectionem?

A AD tertium ſic proceditur, & videtur, quod non detur aliqua natura eminẽs ſimpliciter prima ſecundum perfectionem; *& hoc ſine argumentis.*

Sed contra eſt: quia primum efficiens eſt primum eminens: quia cauſa æquiuoca actualior, & independens, & à qua alia dependent: ergo &c. B

Reſpondeo dicendũ *ſicut ad primũ articulum* concluſionibus C 1. Conclu. tribus de vtroque ordine cauſalitatis extrinſecæ *in primo, & ſecundo articulis* iam poſitis, propono tres ſimiles de ordine eminentiæ *in præſenti*. Prima concluſio eſt iſta: aliqua natura eminens eſt ſimpliciter prima ſecundum perfectionem. Hoc patet in ordine eſſentiali: quia ſecundum Ariſtotelem, formæ ſe habent ſicut numeri octauo Metaphyſicæ, (8. *Meta. tex. co. 10.*) in hoc ordine ſtatur. Quod probatur illis quinque rationibus, quæ de ſtatu ineffectibilis ſunt ſuperius *articulo primo* adductæ.

D 2. Conclu. Secunda concluſio eſt iſta: ſuprema natura eſt incauſabilis. Probatur: quia eſt infinibilis, nã finibile excellitur à fine in bonitate, & per conſequens in perfectione: & vltra: igitur eſt ineffectibilis, & vltra, ergo incauſabilis. Conſequentiæ vltimæ probatæ ſunt in ſecunda concluſione de primo effectiuo. Itẽ quod ſuprema natura ſit ineffectibilis, probatur, nam omne effectibile

bile habet aliquam cauſam eſſentialiter ordinatam,ſicut patet ex probatione ipſius.B.incõcluſione prima de primo effectiuo *in primo articulo*:cauſa autem eſſentialiter ordinata excellit effectum:igitur ſi eſſet effectibilis non eſſet ſuprema.

E .Tertia cõcluſio,ſuprema natura eſt aliquid actu exiſtens,probatur ex præcedẽtibus, vt tertia de effectiuo. Nota proceſſum huius ſolutionis,qui talis eſt,*ſicut in primo articulo ponuntur tres concluſiones de primo effectiuo , ſic in iſto*.Inde tres ſimiles de primo eminẽte .Corolariũ,aliquã eſſe naturam eminẽtiorem, vel ſuperiorem ipſa prima includit contradictionem , quod probatur,vt correlariũ de efficiente & fine *in primo , & ſecundo articulis.*

Expoſitio 3. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

I EVndem ſequitur ordinem Doctor in hoc articulo, quẽ in primo, & ſecundo: alias etenim tres ſimiles cõcluſiones conſtituit,quibus per viam perfectionis ,& eminentiæ Dei exiſtentiam probat:nam ex eo,quod aliqua natura eſt ſuprema ,& eminens, eſt ſimpliciter prima ſecundũ perfectionẽ,& hæc talis ſuprema natura ſi omnino eſt incauſabilis,facile cõſtat, quod eſt actu exiſtens.Primã concluſionẽ de eminentia huius naturæ,probat rationibus poſitis in articulo primo ad probandum, eſſe aliquod primum effectiuum: ſecundam vero de eius incauſabilitate,peculiari ratione hic probat in textu :tertiã tandẽ de exiſtentia,euidenter ex prædictis concludit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum primum efficiens ſit tantũ vnũ ſecundum quidditatem, & naturam?

AD quartum ſic proceditur,& videtur,quod primũ efficiens,non eſt tantũ vnum ſecundum quidditatẽ, & naturã, *& hoc ſine argumẽtis.* A

Sed contra eſt:quia duæ naturæ eminẽtiſsimæ non poſsũt eſſe in vniuerſo : ergo nec duo prima effectiua.Probatio antecedentis:quia ſpecies ſe habẽt ſicut numeri ex 8.Metaph.& per conſequens,ſi duæ non poſſunt eſſe in eodem ordine,multo magis,nec duæ poſſunt eſſe primæ, vel duæ eminentiſsimæ. B 8. *Metaph. tex.cõ.10.*

Reſpondeo dicendũ, quantũ ad *vnũ* articulũ,*qui breuiter vt præambulus inter a* iſtũ reſoluitur,ꝙ iſta triplex primitas , quæ eſt partim probata de iſta quidditate,cõpetit eidẽ quidditati, quod oſtenditur duabus concluſionibus ſequẽtibus.Primã eſt iſta,ꝙ primum efficiens eſt vltimus finis.Secunda eſt ,quod primum efficiens eſt primũ eminentia, ita ꝙ iſte *inſertus* articulus habet duas cõcluſiones.Prima probatur ſic:quia omne per ſe efficiens agit propter finẽ ,& prius efficiens agit propter finẽ priorem C 1.*Conclu.* 2.*Conclu.* 2.*phy.tex.com.49.* 2.*ſyp.c.29*

rem:ergo primũ efficiens agit propter vltimũ finẽ,ſed propter nihil aliud à ſe principaliter,& vltimate agit:quia nihil aliud à ſe poteſt eſſe finis eius:ergo agit propter ſe,ſicut propter vltimũ finẽ:ergo primũ efficiens eſt vltimus finis. Secunda concluſio huius articuli probatur ſic: primum efficiens non eſt vniuocũ reſpectu illarũ naturarũ effectarũ,ſed æquiuocũ:ergo primũ efficiens eſt eminentiſsimum:

D

3. Conclu. principalis reſponſiua quæſito.

Quãtũ autẽ ad *principalẽ* articulũ dico,quod non tantũ iſta triplex primitas, ſic ineſt eidẽ naturæ,quod cui vna ineſt inſunt aliæ,ſed etiã eſt ibi talis idẽtitas,quod primum efficiens eſt

4. Conclu.

tantũ vnum ſecundum quidditatẽ,& naturã,ad quod oſtendendum,oſtendo primo quandam concluſionem præambulam Secũdo principale.Præambula eſt quod efficiens(quod eſt primũ triplici primitate oſtenſa)eſt ex ſe neceſſe eſſe.Probatio:quia eſt penitus incauſabile:nam cõtradictionem includit aliquid eſſe prius eo in genere cauſæ efficiẽtis,vel finis,& per conſequens in genere cuiuſcumque cauſæ: ergo eſt omnino incauſabile. Ex hoc arguo ſic:nihil poteſt nõ eſſe,niſi cui aliquid incõpoſsibile poſitiuè,vel priuatiuè poteſt ineſſe,ſed ei quod eſt à ſe penitus incauſabile,non poteſt aliquid ineſſe, quod ſit ei incõpoſſibile poſitiuè,vel priuatiuè:ergo &c. Maior patet,quia nullũ ens poteſt deſtrui,niſi per incõpoſsibile ſibi poſitiue,vel priuatiue.Minor probatur,quia illud incõpoſsibile, aut poteſt eſſe à ſe,aut ab alio:ſi à ſe:ergo eſt à ſe: ergo duo incõpoſsibilia ſunt ſimul,vel neutrũ erit:quia vtrũq; deſtruit eſſe alterius.Si ab alio. Contra,nulla cauſa poteſt deſtruere aliquod ens propter repugnantiã ſui effectus ad illud, niſi ſuo effectiui det perfectius, & intenſius eſſe,quã ſit eſſe alterius deſtructibilis:Nullius autẽ entis ab alio eſt nobilius eſſe à ſua cauſa,quàm ſit eſſe entis à ſe: quia omne cauſatum habet eſſe dependens:ſed quod eſt ex ſe habet eſſe independens.

Ex hoc vltra ad propoſitũ probatur vnitas naturæ primæ,quod eſt principale intẽtũ in hoc articulo,&ad hoc adduco tres rationes.Prima eſt talis: quia ſi duæ naturæ ſint neceſſe eſſe aliquib⁹ rationib⁹ proprijs realib⁹ diſtinguũtur,& dicãtur,A.& B.iſtæ rationes,aut ſunt rationes formaliter neceſſario eſſendi,aut non:ſi ſic,& præter hæc illa duo per illud,in quo cõueniũt ſunt formaliter neceſſaria:ergo vtrũq; duabus rationibus formalib⁹ erit neceſſe eſſe:quod eſt impoſsibile:quia cũ neutra illarũ rationum per ſe includat aliam, vtraque illarum circumſcripta,eſſet neceſſe eſſe E

eſſe per alteram, & ita eſſet aliquid neceſſe eſſe per illud, quo circunſcripto, non minùs eſſet neceſſe eſſe. Si vero per illas rationes, quibus formaliter diſtinguuntur, neutrum formaliter ſit neceſſe eſſe: ergo illæ rationes non ſunt formaliter rationes neceſsario eſsendi: et ita ſequitur, quod neutrum includitur in neceſse eſse: quia neceſsè eſse includit, quod non ſit neceſse eſse; vel ratio neceſsario eſsendi: quia quæcumque entitas, quæ non eſt de ſe neceſse eſse, eſt poſsibilis: ſed nihil poſsibile includitur in neceſse eſse: ergo &c. Secundo probatur idē ratione poſitâ, § *ſed contrà*. Hoc patet tertio per rationem de ratione finis: quia duo fines vltimi, ſi eſsent, haberent duas coordinationes entium ad ſe, ita quod iſta entia ad illa nullum ordinem haberent: quia nec ad finem illorum: nam quæ ordinarentur ad vnum finem vltimum, non poſsunt ordinari ad alium: quia eiuſdē cauſati duas eſse cauſas totales, vel perfectas in eodem ordine, eſt impoſsibile: tunc enim eſset aliquid in aliquo ordine per ſe cauſa, quo non poſito, nihil minus eſset id perfectè cauſatum. Ordinata ergo ad vnum finem, nullomodo ordinantur ad alium: & ita ex his, vel illis non fieret vnum vniuerſum.

1. Meta. tex. co. vl.

Hoc etiam quarto in communi: quia nulla duo poſsunt eſse terminantia totaliter dependentiam alicuius eiuſdem: quia tunc illud terminaret dependentiam, quo ſubtracto, nō minus terminaretur illa dependentia: & ita non eſset de pendentia ad illud, ſed ad efficiens eminens; & ad finem dependent alia eſsentialiter: ergo nullæ duæ naturæ poſsunt eſse primo terminantia alia entia ſecundum iſtam triplicem dependentiam: præciſe eſt ergo aliqua vna natura terminans entia ſecundum iſtam triplicem dependentiam, & ita habens iſtam triplicem primitatem: ergo &c.

E

Nota proceſsum huius ſolutionis, qui talis eſt. Primum efficiens eſt duobus alijs modis, *ſcilicet, finis, & eminentiæ*. Primum: hoc *indicant* duæ conclusiones. Inde ſic: primum eſt vna natura quadrupliciter oſtenditur, ſcilicet, quia neceſſe eſse: quia ſummum: quia finis vltimus: quia terminus dependentiæ

Expoſitio 4. articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

1 IN tribus articulis præcedéribꝰ ſeorſum probauerat egregie Doctor, dari aliquod primum efficiens incauſabile à ſe actu exiſtens,& dari aliquod primo finitiuum incauſabili actu exiſtens:& tandem dari aliquod primum eminens incauſabile ſ. actu exiſtens:nunc autem in textu huius articuli has tres primitates inſimul eidemmet naturæ,& quidditati conuenire oſtendit. Quod probat, ex eo quod primum efficiens eſt ſimul vltimus finis, & primum eminens: eſſe autem primum efficiens vltimum finem oſtendit ex Ariſtotele : nam ſi omne per ſe efficiens agit propter finem:ergo primũ per ſe efficiens agit propter vltimum finem:ſed propter nihil aliud à ſe principaliter,& vltimate agit:quia nihil aliud à ſe poteſt eſſe finis eius:ergo agit propter ſe,ſicut propter vltimum finem:ergo primum efficiens eſt vltimus finis. Ratio profecto ſubtiliſsima, & efficax eſt,ſed videtur pugnare cum alio dicto Doctoris in diſtinct. 1. huius libri quæſt.5.artic.1. ſolutione ad ſecundum,vbi inquit,quod *reſpectu nullius eſt cauſa finalis aliqua, niſi reſpectu cuius eſt cauſa efficiens: Dei igitur ineffectibilis nihil eſt cauſa finalis.* Quare ergo nunc Dei ineffectibilis cauſam finalem conſtituit,dum inquit, quod primum efficiens, quod eſt Deus, agit propter vltimum finem?

2 Reſpondeo,quod Doctor ibidem ſoluit hoc dubiũ,dicens,quod Deus in efficiendo,tanquam perfectiſsima cauſa effectiua,reſpicit finẽ, & verè finẽ effectus,cuius eſt cauſa efficiẽs: cum ergo non ſit cauſa efficiens ſui, ſed creaturarum:ideo reſpicit finem non ſui,ſed creaturarum : hæc enim ſunt verba Doctoris, *illud primũ vulgatũ* (vt omne debite agẽs, agit propter finem) *debet intelligi,quod agit propter finem effectus,non propter finem ſui: quia non eſt agens ſui.* Vide pro hoc pũcto ea,quæ diximus ſupra in diſtic. 18.num.7.

3 Quod autẽ primũ efficiens ſit eminens, optimè probat ex æquiuocatione primi efficientis,& efficacia rationis in hoc cõſiſtit : quia omnis cauſa eſt perfectior,& eminentior ſuo effectu:ſed hæc eſt differentia inter cauſã vniuocã,& æquiuocã, quod vniuoca eſt tantũ perfectior in eſſe cauſæ:quia vt ſic ab ea dependet effectus :non tamen eſt perfectior,& eminentior in quidditate,& entitate:quia eſt vniuoce in eadem natura ſpecifica cũ ſuo effectu,vt patet de homine generãte, & genito:& ideò quidditatiue,aut entitatiue,nõ exceditur effectus vniuocus à cauſa:at vero cauſa æquiuoca,nõ ſolũ in eſſe cauſæ,ſed etiã in entitate eſt effectu eminentior,& præſtãtior: quia & habet naturã ſpecie ab effectu diſtinctã,& hãc eminentiorem,quia ab ea effectus per realem influxũ accipit eſſe. Ex quo cõcluditur in cauſalitate,& entitate,effectum excedere, quod ſic deducitur:vbi eſt diſtincta quidditas ſpecifice,non eſt æqualitas perfectionis,& eminentiæ in entitate:ſed inter cauſam æquiuocã,& effectũ eſt diſtinctio ſpecifica quidditatũ: ergo non eſt æqualitas perfectionis, aut eminẽtiæ inter talẽ cauſã, & ſuũ effectum. Rurſus, cauſa non poteſt influere realiter in effectũ perfectiorem ſe,ita vt principium minus perfectum producat effectum magis perfectum:quia nullũ principiũ influit perfectionem,quã in ſe non præhabet:ſi ergo cauſa non poteſt eſſe imperfectior effectu:& ex alio capite nõ eſt æqualis quidditatis cũ effectu,cõſequenter neceſſario erit tali effectu perfectior,& præſtantior.

Nec valet ſi dicas,corpora cæleſtia minꝰ perfecta eſſe,quã animal qlibet ratione vitæ,quã habet, vt arguebat OKã ex Doctore in 2.diſt.18.nã hæc eſt quædã ratio peculiaris,quæ ſupponitur virtualiter in cæleſtibus corporibus,ſicut omnis effectus in virtute ſuæ cauſæ neceſſario cõtinetur,& præhabetur : aliàs enim cauſa eius non eſſet: & ideo hæc ratio vitalitatis adhuc in cauſa æquiuoca præhabetur,& illam à tali cauſa effectiue habet effectus. Vnde Lychetus concludit hic paulo ante §. *ex his ergo* contra OKam 4

Digitized by Google

ORÃ, quod ſuperioritas cauſæ æquiuocæ hæc duo amplectitur, & ſcilicet, quod cauſa æquiuoca eſt perfectior, & quod eſt illimitatior, non ſolũ effectu, ſed quacũque cauſa vniuoca ſibi inferiori, ea tantum ratione, quã eſt ad ipſam ſuperior: ſicut ergo cauſa prima, & ſi formaliter non contineat in ſe perfectiones creaturarum, ſuffi cit continẽtia virtualis, & eminẽtialis earum, vt dicatur omnem earum perfectionem continere in ſe: ſic proportione ſeruata, licet cauſa ſecunda æquiuoca formaliter nõ cõtineat in ſe vitalem perfectionẽ ſui effectus, ſufficit cõtinentia virtualis, & eminẽtialis, qua talis effectus etiã, vt vitalis, præhabetur in tali cauſa, vt dicatur etiam ſecũdũ huiuſmodi vitalitatem, cauſam æquiuocam effectũ excedere. Cum ergo cauſa efficiens æquiuoca ſit eſſentialiter nobilior ſuo effectu, & eo eminẽtior in natura, & quidditate, vt optimè explicat Lycherus hic, §. *quantum ad ſecundum articulum*: & omnium cauſarum æquiuocarum eminentiſsima ſit primum efficiens: ſequitur, quod primum efficiens eminentiſsimum eſt, vt Doctor concludit. Ex quibus probat has tres primitates efficientiæ, videlicet, & finis, & eminentiæ eidem naturæ, & quidditati competere.

5 Hoc ergo oſtẽſo in articulo inſerto in textũ, ad principalem accedens probat hãc naturã, & quidditatẽ, cui ex æquo prædicta triplex primitas cõpetit, eſſe vnã tãtũmodo: ſeu (in quã) primum efficiens tantũ eſſe vnũ ſecundum quidditatẽ, & naturam: ad quod oſtendẽdũ præſupponit quãdã præambulã concluſionẽ, quod; ſcilicet, primũ efficiens eſt ens neceſſariũ: & hãc efficaciter probat: ſed principalem, nempe naturã, & quidditatem, cui prædicta triplex primitas competit, eſſe vnã, tribus rationibus euidẽter concludit: quæ tanquã egregiæ, ſunt omni cõſideratione dignæ: ſed quia in quæſtione ſequenti, & art. 2. ſeptẽ rationes ad *Dei* vnitatem demonſtrandam cõſtituit Doctor: illuc & ad difficultatem ibi excitatam differtur, quidquid ad huiuſmodi virtutem patefaciendam conducit.

ARTICVLVS V.

Verum primum efficiens ſit intelligens, & volens, & voluntate contingenter cauſet.

AD quintũ ſic proceditur, & videtur, quod primum efficiens non ſit intelligens, & volens, & voluntate contingenter non cauſet, *quod probatur impugnando rationem tertiam, qua probatur voluntate contingenter cauſare.* Vnde contra tertiã rationem *infra ponendam* inſtatur. Et primo cõtra primam conſequentiam arguitur ſic: quia noſtrum velle poſſet adhuc aliquid contingenter cauſare, & ita non requiritur, quod prima cauſa illud contingenter cauſet: ergo &c. A

Secundo præterea Phyloſophus hoc antecedens conceſsit, ſcilicet, quod aliquid contingenter cauſatur, & negauit conſequens, intelligẽdo de velle Dei, ſcilicet, quod prima cauſa cõtingẽter cauſet: poſuit enim, nõ propter contingenter, Deũ velle contingentiam in inferioribus, ſed ex motu, qui neceſſario cauſatur in quantum vniformis: ſed difformitas ſequitur in partibus eius: & ita contingentia: ergo &c: B.

2. & 8. Phiſicor. & de gen. & 12. meth. & in de bono fortuna.

qui eſt ipſe: hoc nihil eſt, niſi ipſum eſſe ipſum: hoc enim non videtur ſaluare rationem cauſæ in ipſo. Item arguitur, quaſi confirmando rationem iam factam *ratione poſita*, §. *ſed contra*.

F Item tertio arguitur ſic: aliquid cauſatur contingenter: ergo prima cauſa contingẽter cauſat: ergo volens cauſat. Probatio primæ conſequentiæ, quælibet cauſa ſecunda cauſat: in quantum mouetur à prima: ergo ſi prima neceſſario mouet, quælibet alia neceſſario mouetur, & quælibet neceſſario cauſat: ergo ſi aliqua ſecunda cauſa contingenter mouet, & prima contingenter mouebit: quia non cauſat ſecunda cauſa, niſi in virtute primæ, cauſæ in quantum mouetur ab ipſa. Probatio ſecundæ conſequentiæ, nullum eſt principium operandi contingenter, niſi voluntas, vel aliquid concomitans voluntatem; quia quodlibet aliud agit ex neceſſitate naturæ: & ita non contingenter: ergo &c.

G *Reſolutio articuli.* Nota proceſſum huius ſolutionis, qui talis eſt in hoc articulo principali. Primo probantur præambula, & ſunt tres concluſiones. Inde primum efficiens, intelligens, & volens eſt, *&* *ſunt* tres rationes. Sic ergo videtur triplici via oſtẽſum, quod primum agens eſt intelligens, & volens: quarum prima eſt, quod natura agit propter finem: & non niſi quia dependens, & directa à cognoſcente finem: ſecunda eſt, quod ipſum primum agens agit propter finem, tertia, quod aliquis effectus contingenter fit, quando cauſatur.

H Ad primum argumentum dicendum eſt, quod ſi Deus eſt primum mouens, vel efficiens reſpectu voluntatis noſtræ, idem ſequitur de ipſa, quod de alijs, quia ſiue immediate neceſſario moueat eam, ſiue aliud immediate: & illud neceſſario motum neceſſario mouet voluntatem: quia mouet ex hoc, quod mouetur. Sequitur tandem, quod proximum voluntati neceſſario moueat voluntatem, etiam ſi illud proximum ſit ipſamet voluntas, & erit volens neceſſario, & ita neceſſario volet. Et ſequitur vlterius impoſsibile, quod neceſſario cauſat quodlibet cauſatum, & non eſt aliquod contingens.

I Ad ſecundum dico, quod non voco hic contingenter cauſatum, quodcumque non neceſſarium, vel non ſempiternum, ſed cuius oppoſitum poſſet fieri, quando illud fit: ideo dixi aliquod cõtingẽter cauſatur:

& non dixi, aliquid eſt contingens. Nunc dico, quod Phyloſophus non poteſt negare cõſequens, ſaluando antecedens per motũ: quia ſi iſte totus motus neceſſario eſt à cauſa ſua, qualibet pars eius neceſſario cauſatur, quã lo cauſatur, & ineuitabiliter: ita quod oppoſitum non poſſet tunc, nec aliter cauſari. Et vlterius, quod cauſatur per quamcumque partem motus neceſſario cauſatur, & ineuitabiliter: vel igitur nihil fit contingenter, idest, euitabiliter cauſatur: vel primum ſic cauſat immediatè, quod poſſet etiam

K non cauſare.

Ad tertium dico, quòd ſi aliqua cauſa poteſt impedire iſtam, hoc non poteſt niſi in virtute ſuperioris cauſæ: & iſta ſuperior in virtute ſuperioris, & ſic vſque ad primam cauſam, quæ ſi immediatam cauſam ſibi neceſſario mouet, vſque ad iſtam, erit neceſsitas: ergo neceſſario impediet, & per conſequens non poteſt alia cauſa nunc cauſare.

Expoſitio 5. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

Poſtquam Doctor in præcedentibus articulis huius quæſtionis Dei exiſtentiam ex proprietatibus relatiuis ex creaturis deſſumptis inueſtigat: modo ad abſolutas accedẽs, oſtendit, quod primum efficiens eſt intelligens, & volens, & quod ſua intellectione intelligit infinita diſtincte, & voluntate cõtingenter cauſat. Ex quibus in ſequentibus probat Dei infinitatem, nam ex his præambulis cõcluſionibus in art. 9. Dei infinitatem concludit: in præſenti ergo tantum oſtendit, & probat Deum eſſe intelligentem, & volentẽ, & quod ſua intellectione intelligit infinita, quod probat duplici medio. Primũ eſt: quia primũ efficiens, quale eſt *Deus*, agit propter finẽ: & hoc mediũ, in duplici ratione aſſumitur, prima eſt in corpore articuli, ſecũda vero eſt poſita in §. *ſed contra*. Aliud dium eſt de cauſa contingenter cauſante, ex quo infert Deum cauſare, eo quod eſt volens: & ex hoc colligit, quod ſi volens: ergo eſt intelligens. Hanc viam cõtingentiæ impugnant tria argumenta poſita in principio articuli, quæ Doctor in fine ſubtiliter ſoluit. 1.

Prima igitur ratio illius primi medij ſic ſe habet. Primũ efficiẽs eſt per ſe agens: & ratio principaliter ſtat in hoc (vt notat Lychetus §. *oſtenſo eſſe*) quod omne agẽs per ſe independenter propter finẽ, eſt cognoſcẽs, & volẽs: ſed primũ efficiẽs eſt huiuſmodi: ergo &c. Maior probatur ibi: quia ſi eſſet aliquod agẽs præciſe conſideratũ ex neceſsitate agẽdi, ſi illud agẽs ageret independẽter, æquè ageret, etiamſi per nullũ finẽ ageret: ignis enim, vt ſimpliciter cõſideratus ex neceſsitate naturali agendi, ita calefacit cõbuſtibile, ac ſi porpter nullũ finem ageret: ſi ergo ignis agit propter finẽ, eo agit, quia in agendo dependet ab aliquo amante, & cognoſcente finem illum: nam omne agẽs propter finem agit ex appetitu finis ex 2. 2

physico-

phyſicorum, ſed numquam poſſet appetere finem, niſi ille finis eſſet præcognitus, & amatus, vel ab ipſo, quod ſic agit propter finem, vel ab aliquo, à quo dependet in agendo: ergo &c.

Secunda autem ratio eiuſdem
3. medij ſtat in hoc, quod ex quo primum efficiens agit propter finem, in tantum agit, in quantum amat finem: quia finis mouet efficiens ad producendum effectum inquantum amatũ ab ipſo efficiente: ergo velut amatus actu voluntatis, vel naturaliter. Si primum dicatur; ergo primum efficiens eſt intelligens, & volens, quod eſt intentum, quia voluntas nõ fertur, niſi in præcognitum. Secundum autem dici non poteſt, quia naturalis amor finis eſt, quo efficiens naturaliter amat ſe ipſum, & ſe ipſum naturaliter mouet. Et hoc nihil aliud eſt, quàm ipſum eſſe ipſum: quia amor naturalis, nihil aliud eſt, niſi natura, quæ ſic amat, vt patet à Doctore in quarto diſtinctione 49. & hoc non ſaluat rationem veri finis: quia finis, vt finis, mouet efficiens, quatenus amatus ab eo. Relinquitur ergo, quôd voluntate ametur finis à primo efficiente, & ex conſequenti vt cognitus.

Aliud autem medium, quod in ter
4. tia ratione aſſomitur de contingentia cauſæ, clare conſtat in textu, ex qua, & ex ſolutionibus argumentorum in oppoſitum, concluditur, Deum eſſe intelligentem, & volentem, & voluntate omnia contingenter cauſare.

ARTICVLVS VI.

Vtrum intelligere, & velle primæ cauſæ ſit aliud ab eius eſſentia?

A D ſextum ſic proceditur, &
A videtur, quod intelligere, & velle primæ cauſæ ſit aliud ab eius eſſentia, & hoc ſine argumentis. Dato tamen oppoſito aliter, *quàm debet*, oſtẽditur propoſitũ ex identitate potẽtiæ, & obiecti in ſe, ſi potentia, & obiectum ſunt idem. ergo actus eſt eis idem.

Secundo præterea poſset ar- B
gui. Iſte intellectus non eſt niſi *Alexã. ab*
quoddã intelligere: ſed iſte intel *Alex. li. 5.*
lectus eſt idem omnium, ita ꝙ *diſt. 35. q.*
non poteſt eſſe alicuius alterius *2. ad 2.*
obiecti: ergo nec intelligere aliud: ergo idem eſt intelligere omnium.

Tertio præterea, intellectus C
primi *effectiui* habet vnum actũ adęquatum ſibi coæternũ: quia intelligere ſic: qui actus eſt idẽ ſibi: igitur non poteſt habere alium.

Quarto præterea arguitur, D
intellectus iſte habet in ſe per identitatem perfectionem maximam intelligendi: ergo omnem aliam.

Sed contra eſt, quod 12. Me-
taph. de intelligere primi, alias E
eſſet laborioſa eius continuatio:
quia ſi non eſt idem illi, erit in *12. meta.*
potẽtia contradictionis ad illud: *tex. cõ. 51.*
ad illam autem potẽtiam ſequi- *D. Th. 1. p.*
tur labor, ſecũdũ ipſũ, ergo &c. *q. 14. ar. 4.*
Reſpondeo dicendum, quod *& in 1. diſ.*
intellectio, & volitio Dei poſſunt *36. q. 1. ſo-*
conſiderari, prout terminantur ad *lu. ad 3. &*
ſe ipſum, vel ad alia à ſe. Nũc vlte *Ægid. Ro.*
rius quoad cõcluſiones præãbu- *quodlib. 3.*
las ad infinitatẽ, probo, ꝙ eius in *q. 10.*
1. Concluſi.

tellectio & volitio nō eſt aliud ab eſſentia eius:& primo de volitione ſui ipſius vt obiecti ſic: cauſalitas,& cauſatio cauſæ finalis eſt ſimpliciter prima ſecundum Auicenam 6. Metaph. dicentem,quod ſi de qualibet cauſa eſſet ſcientia,illa,quæ eſſet de cauſa finali,eſſet nobiliſsima. ipſa enim,quantum ad cauſalitatem præcedit cauſam efficientem: quia mouet eam ad agendum: & ideo cauſalitas primi finis,& eius cauſatio ,eſt penitus incauſabilis,ſecundum quamlibet cauſationem in quolibet genere cauſæ . Cauſalitas autem primi finis eſt mouere efficiens primum , ſicut amatū ab iſo,quod eſt idem,quod primum efficiens amare primum finem:quia nihil aliud eſt obiectum amari a voluntate, quàm voluntatem amare obiectum: ergo primum efficiens amare primum finem, eſt penitus incauſabile,& ita ex ſe neceſſe eſſe,& ita eſſe idem naturæ primæ:& quaſi conuertitur ratio ex oppoſito cōcluſionis,quia ſi primum amare eſt aliud à natura prima:ergo eſt cauſabile, & per conſequens effectibile: ergo ab aliquo per ſe efficiente amante finem: ergo primum amare ſe,eſſet cauſatum ab aliquo amore finis priore iſto cauſato:quod eſt impoſsibile.Hoc oſtendit Ariſtoteles 12.Metap.

Auicen. 6. Metaph.c. vlti.

12.Metap. tex.cō.51.

de intelligere primi .*Primo*: quia aliter primum non erit optima ſubſtantia:quia per intelligere eſt honorabile.

G Secundo,quia *vt dictum eſt, §.ſed contra* , alias eſſet laborioſa eius continuatio : quia ſi non eſt idem illi ,erit in potentia contradictionis ad illud &c.

Notatio nem Phyloſoph. de potentia contradictio-nis tam pro pinqua quā remota cō-tra protenentes.

H Iſtæ rationes Phyloſoph. poſſunt declarari. Prima ſic:cū omnis entis in actu primo perfectio vltima ſit in actu ſecundo,quo coniungitur optimo, maximè ſi ſit actiuum , & non tantum factiuū: omne autem intellectuale eſt actiuum: & prima natura eſt intellectualis ex premiſsis,ſequitur,quod vltima eius perfectio ſit in actu ſecundo:ergo ſi ille actus non ſit eius ſubſtantia ,ſubſtantia eius non erit optima:quia aliud eſt ſuum optimum. Secūda ratio poteſt declarari ſic:potentia ſolummodo receptiua eſt potentia contradictionis: cum ergo hæc nō ſit huiuſmodi: ergo &c.Sed ſecundum Ariſtotelem, nec iſta eſt ratio demonſtratiua:ſed tantum probabilis.

Ariſtot. 9. Metaph.c. 17.

I Hæc concluſio ſecunda,videlicet,quod eſſentia Dei eadem ſit,quod volitio ſui ipſius fæcunda eſt correlarijs:nam ſequitur primo,quod voluntas eſt idem primæ naturæ : quia velle non eſt,niſi voluntatis:ergo illa voluntas,

luntas, cuius eſt velle incauſabile, eſt incauſabilis: ergo &c. Similiter velle intelligitur quaſi, poſterius voluntate. Si igitur velle eſt idem illi naturæ, mul-

2. Concluſ. to magis voluntas. Secundo ſequitur, quod intelligere ſe eſt idem illi naturæ: quia nihil amatũ, niſi cognitum: ergo ſi amare ſe eſt ex ſe neceſſe eſſe, ſequitur, quod intelligere ſe eſt ex ſe neceſſe eſſe. Et ſimiliter intellectio eſt quaſi propinquior illi natu-

3. Concluſ. ræ, quam velle. Tertio ſequitur, quod intellectus eſt idem illi naturæ, ſicut prius de voluntate, & velle, argutum eſt. Quarto ſe-

4. Concluſ. quitur, quod ipſa ratio intelligendi ſe ſit idem ſibi: quia neceſſe eſt rationem intelligendi, eſſe ex ſe neceſſe eſſe, ſi intelligere ſit neceſſe eſſe. ratio enim intelligẽdi ſe, quaſi præintelligitur ipſi intelligere.

K Oſtenſo de intelligere ſe, & velle ſe, quod ſint idem eſſentiæ primi *effectiui*, oſtendo propoſitum generalius, ſcilicet, de omni intelligere, & velle ipſius reſpectu aliorum, quód ſint eſſentiæ primi *effectiui* idem, & ſit cõ-

5. Concluſ. in ordine. cluſio iſta tertia ad infinitatem præambula. Nullum intelligere poteſt eſſe accidens primæ naturæ. Probatio: quia de iſta natura primo oſtenſum eſt; quod ipſa eſt primũ effectiuũ: ergo ex ſe habet, vnde poſsit quocumque cauſabile cauſare circunſcripto quocumque alio, ſaltem, vt prima cauſa illius cauſabilis: ſed circunſcripta cognitione illius, non habet vnde poſsit illud cauſabile cauſare: ergo cognitio cuiuſcumque alterius, non eſt aliud a natura ſua. Probatio vltimi aſſumpti: quia nihil poteſt cauſare, niſi ex amore vltimi finis velit illud: quia non poteſt aliter eſſe per ſe agens: quia nec ageret propter finem. Ipſi autem velle alicuius propter finem præintelligitur intelligere illud: ergo ante primum ſignum, in quo intelligitur cauſans, ſiue volẽs A. neceſſario præintelligitur intelligẽs A. Et ita ſine hoc non poteſt per ſe efficere, & ita de alijs. Secundo probatur idem: quia omnes intellectiones eiuſdem intellectus habent ſimilem habitudinem ad intellectum ſecundum identitatem eſſentialem, vel accidentalem ſicut patet de omni intellectu cauſato, & eius intellectionibus: quia videntur perfectiones eiuſdem generis. Ideo ſi aliquæ habent recepti-uum, & omnes: ſi aliqua eſt accidens, & quælibet: ſed aliqua non poteſt eſſe accidens in primo, ex præcedente concluſione: quia non intellectio ſui ipſius: ergo nulla eſt ſibi accidens. Tertio ſic: intelligere ſi poteſt eſſe accidens, reciperetur in intellectu, vt in ſubiecto: ergo &

Digitized by Google

in illo intelligere, quod eſt idẽ intellectui, & ita perfectius intelligere erit in potentia receptiua reſpectu imperfectioris, quod eſt abſurdum. Quarto ſic, idem intelligere poteſt eſſe plurium obiectorum ordinatorũ: ergo quanto perfectius, tanto plurium: ergo perfectiſsimum, quo impoſsibile eſt perfectius intelligi, erit idem omnium intelligibilium, & illud, quod eſt ſui, eſt idem ſibi ex propoſitione præcedente: ergo & intelligere omnium eſt idẽ ſibi. Quin to poſſet argui: iſte intellectus &c. *Sicut in ſecundo argumento in principio articuli.*

Sic Alex. de Alex. li. 1. diſ. 3 ſeq. 2. ſolut. ad 2.

L Nota proceſſum huius ſolutiones, qui talis eſt, intelligere ſe idem eſt eſſentiæ primi. Inde nullum intelligere eſt ſibi accidens. Quatuor rationes *ſunt ad hoc probandum.*

Ad primũ reſpondeo, quod conſequentia non valet, *vt patet in hac* inſtantia Angelus intelligit ſe, & amat ſe: & tamen actus Angeli amandi, & intelligendi non ſunt idem ſubſtantiæ eius.

M Ad ſecundum reſpondetur, quod ſophiſma eſt accidentis ex identitate aliquorum interſe abſolute cõcludere idẽtitatẽ reſ pectu tertij, reſpectu cuius extraneãtur: vt patet à ſimili, intelligere eſt idem ꝗ velle: ſi ergo intelligere ipſum, eſt alicuius: ergo ipſum velle erit eiuſdem: non ſequitur, ſed tantummodo ſequitur, quod velle eſt aliquid, quod eſt eiuſdem, quia intelligere eſt aliquid eiuſdem, ita quod diuiſim inferri poteſt, non coniunctim propter accidens.

Ad tertium reſpondetur, quod conſequentia non valet. Exemplum de beato, qui ſimul videt Deum, & alia, etiam ſi videat Deum ſecundum vltimum capacitatis ſuæ (ſicut de anima Chriſti ponitur) adhuc poteſt videre aliud. N

Ad quartum reſpondetur, quod nõ ſequitur, quia alia, quæ minor eſt prima, poteſt eſſe cauſabilis: & ideò differre ab incauſabili, maxima autem non poteſt. O

Expoſitio 6. articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

TENET Doctor in textu concluſionem negatiuam huius articuli, in qua nulla eſt controuerſia: in probatione attamen illius non eſt concors Doctorum conſenſus: & ideò proponuntur in principio quatuor argumenta quorundã, primum eſt D. Thomæ, ſecũdum eſt Alexandri ab Alexandria, tertium, & quartum ſunt aliorum: Hæc autem argumenta dictam concluſionẽ probare intendunt ex identitate potentiæ, & obiecti, & ex alijs vijs. Sed hæc talia argumenta reijcit Doctor, & ſoluit in fine articuli, non quia non intendant probare concluſionem ve- I

ram

ram; ſed quia illam, quam probare in tendunt, inſufficienter probant. Probat igitur Doctor intelligere, & velle Dei, non diſtingui à diuina eſſentia, tam loquendo de intelligere, & velle, quo Deus ſe ipſum intelligit, & diligit, quam etiam de intelligere, & velle, quo Deus intelligit, & vult alia à ſe: hic autem non eſt ſermo de diſtinctione formali ex natura rei, de qua infra in quæſtione ſeptima, ſed de reali.

2\. Quatuor tamen rationes, quibus veritatem hanc probat, ſunt in textu perſpicuæ: & quæ corollaria infert, ſatis patet. Primum videlicet, quod volitas diuina eſt idem realiter cũ eſſentia diuina: ſecundum, quod intelligere Dei eſt idem realiter cum ipſo Deo: tertium, quod intellectus eſt idem realiter cum ſubſtantia diuina. quartum, quod ratio intelligendi eſt idem realiter cum eſſentia diuina. De hoc vide Tatheretũ in hac quæſtione, ſ. ex *iſta concluſione.*

ARTICVLVS VII.

Vtrum intellectus primæ naturæ ſemper intelligat?

A AD ſeptimum ſic proceditur: & videtur: quod intellectus primæ naturę non ſemper intelligat, inſtando contra iſtam rationem *infra ponendam de arte*, quia ars vniuerſalis ſufficit ad vniuerſalia, vel ſingularia producenda: ergo &c.

B Sed contra eſt: quia Artifex diſtinctè cognoſcit omnia agẽda, antequam fiant, aliter non perfectè operaretur, quia cognitio eſt menſura, iuxta quã operatur: ergo Deus omnium producibilium à ſe habet notitiam diſtinctam actualem, vel ſaltem habitualem priorem eis.

Reſpondeo dicẽdum, quod concluſio principalis præambula de intellectu, & voluntate Dei ad infinitatẽ, probanda, ſic iſta. Intellectus primi intelligit ſemper, & diſtinctè actu, & neceſſario quodcumque intelligibile prius naturaliter, quam illud ſit in ſe. C Prima pars probatur, ſcilicet, quod poſſit intelligere quodcumque intelligibile, ſic: hoc enim eſt perfectionis in intellectu, poſſe diſtinctè, & actu cognoſcere quodcumque intelligibile: imò hoc poſſe eſt neceſſarium ad intellectus rationem: quia omnis intellectus eſt totius entis communiſsimè ſumpti, vt declarabitur in diſtinctione tertia, nullam autem intellectionem poteſt habere intellectus primi nõ eandem ſibi, ex proxima concluſione *præcedentis articuli.* *Quæſt.* 3. ergo cuiuslibet intelligibilis habet intelligere actuale, & diſtinctum, & hoc idem ſibi: & ità ſemper, & neceſſario. Secunda pars, videlicet, de prioritate probatur ſic: quia quidquid eſt idem primo, eſt neceſſe eſſe, ſicut patuit prius: ſed eſſe aliorum intelligibilium non eſt neceſſe eſſe: neceſſe autem eſſe ex ſe eſt prius natura omni non neceſſario.

Digitized by Google

rio. Aliter probatur: quia eſſe cuiuslibet alterius à ſe, dependet ab ipſo; ſicut à cauſa: & vt cauſa eſt alicuius cauſabilis, neceſſario includitur cognitio eius ex parte cauſæ: ergo illa cognitio illius prius eſt naturaliter ipſo eſſe cogniti. Vtraque etiã pars concluſionis probatur aliter, *ratione poſita, §. ſed contra.*

D Ad argumentum poteſt dici, quòd hoc eſt propter imperfectionem cognitionis Artificis creati: vide in Theorematibus propoſitione 3. & ſuper 7. Metaph. quæſt. 15.

Expoſitio 7.ⁱ Articuli quæſtionis 2.ᵉ diſtinctionis 2.

1 HVIVS articuli eſt clara rẽ ſolutio, in qua Doctor ſtatuit concluſionem continẽtẽ quatuor partes. Prima, videlicet, quod diuinus intellectus intelligit quodcumque intelligibile, prius naturaliter, quam illud ſit in ſe: ſecunda quod intelligit ſemper: tertia, quod intelligit diſtinctè, quarta quod intelligit neceſſario. Hæc eſt igitur diuini intellectus excellentia, in his omnibus quatuor, quæ per comparationem ad intellectum creatum comperta erit: nam intellectus creatus præſupponit obiectũ eſſe, & exiſtere in ſe; vt illud cognoſcat: quia quidquid intellectus creatus intelligit, vel eſt ſingulare, vel vniuerſale: à ſingularibus autẽ, & indiuiduis realiter exiſtentibus rationem communem abſtrahit, qua cognoſcit rerum eſſentiam abſtracte, & in vniuerſali: ergo ante realem exiſtentiam ſingularem, nihil poteſt cognoſcere ſingulare, aut vniuerſale: quia non eſt obiectum aliquod, quod moueat ſenſus, quorum operatio ad intellectualem operationem neceſſario præſupponitur. diuinus attamen intellectus ipſarum rerum eſſencias, antequam realiter exiſtant, imò, & antequam per decretum voluntatis diuinæ in aliquibus indiuiduis futuram habeãt exiſtentiam cognoſcit: quinimo, & ante quam ſint poſsibiles creaturæ habent eſſe cognitum in mente diuina, in quo eorum poſsibilitas fundatur: vt ſuo loco de mente Doctoris dicemus. Item intellectus creatus nõ ſemper intelligit, non ſolum, quia tempore incipit, & ſæpe ceſſat ab actu intelligendi: ſed etiam, quia vt intelligat, prius natura, & tempore præſupponitur potens, antequam per rerũ ſpecies intelligat.

Atqui intellectus diuinus eſt in ſempiterno actu intelligendi tanquam intelligentia actualis: & eo ipſo quo potens eſt intelligere, actu intelligit, non per ſpecies, ſed per eſſẽtiam: quia diuinum poſſe neceſſario eſt cum actu coniunctum. Rurſus, intellectus creatus non omne intelligibile diſtincte intelligit: quia non cognoſcit omnium cauſas: imò nec Angelus ex natura ſua ſupernaturalium naturas cognoſcit: diuinus vero intellectus, & ſuam eſſentiam videt diſtincte, & omniũ intelligibiliũ quidditates videt in ipſa. Tandẽ intellectus creatus nõ neceſſario intelligit, quia non ſibi neceſſario ſit præſens obiectũ: diuinus tamen, eo quod omnia intelligibilia neceſſario in eſſentia relucent, neceſſario quoque ex vi naturalis viſionis eſſentiæ, videt & ipſa. In textu hæc quatuor ſupponuntur probata, & tantũ duplicem partem probat ibi Doctor, videlicet, quod poſsit diuinus intellectus intelligere quodcumque intelligibile, & quod poſsit illud intelligere prius, quàm ſit in ſe. 2

ARTICVLVS VIII.

Vtrum concludatur Deum eſſe infinitum ex via efficientia?

8. phyſico. tex.co.78. & vlt. 12. Metaphy. tex.co.41. & 42. Declaratio hæc eſt Henrici. quodlib. 4. q. 3.

A AD octauum ſic proceditur, & videtur, quod ſecundum aliquas declarationes ſuper ſequentem rationem Ariſtotelis, qui primam viam ex parte efficiẽtis tangit 8. phyſico. & 12. Metaph. & arguit ſic: primũ mouet motu infinito: ergo habet potentiam infinitam: concludatur Deum eſſe infinitum ex via efficientię. Et primo hæc *Ariſtotelis* ratio coloratur quantum ad antecedens, ſic: quia æque concluditur propoſitum, ſi poſsit mouere, ſicut ſi moueret per infinitum: quia æque oportet ipſum eſſe in actu: ſed illud poſſe patet de primo, quantum eſt ex ſe: licet ergo primum non moueat motu infinito (ſicut Ariſt. probat) tamen ſi accipiatur antecedens illud, quod quantũ eſt ex parte ſua poteſt ſic mouere, habetur antecedens verum, & æque ſufficiens ad inferendum propoſitum. Conſequẽtia probatur ſic: quia ſi ex ſe, & non virtute alterius mouet motu infinito: ergo nõ ab alio accipit ſic mouere, ſed in virtute ſua actiua habet totum effectum ſuum ſimul: quia independenter: ſed, quod ſimul habet in virtute infinitum effectum, eſt infinitum: ergo. Secundo præterea declaratur aliter, & probatur prima conſequentia, ſic: primum mouens ſimul habet in virtute ſua omnes effectus poſsibiles produci per motum: ſed illi ſunt infiniti (ſi poteſt motus eſſe infinitus) ergo ſi mouet in infinitum, eſt infinitum.

B Tertio præterea probabit quis alius infinitatem ſpecierũ poſsibilem, probando aliquos motus cæleſtes eſſe incommenſurabiles: & ita nunquã poſſe reddire ad vniformitatem, etiã ſi in infinitũ durarent: & quod infinite coniunctiones ſpecie cauſarent infinita generabilia ſpecie.

Quarto præterea: quidquid poteſt in aliqua multa ſimul ita perfecte, ſicut in quodlibet eorũ ſeorſum, quorum quodlibet in cauſa requirit aliquam perfectionem ſibi propriam; illud concluditur eſſe perfectius ex pluralitate talium ex hoc, quod poteſt in plura: & per conſequens infinitum, ſi ſimul poteſt in infinita.

C Quinto præterea iuxta dictã probationem, qua ex infinitate effectuum, in quos ſimul poteſt ipſum primum, quantum eſt ex ſe, concluditur infinitas virtutis primi, vel virtutem eius eſſe infinitam,

Digitized by Google

finitam,poteſt accipi ſimilis de infinitate cauſarum ſecundarũ ſic: quod ſi primum habe- ret in ſe formaliter cauſalitates omnes ſecundas,cum cauſalitate prima,eſſet infinitæ virtutis aliquo modo : quia quantum eſt ex ſe poſſet in infinita:ergo multo magis eſt infinitum,ſi habet illas cauſalitates ſecundas eminentius,quã formaliter.

D Sexto prætcrea contra *ſolutionem quarti argumenti infra ponendam* : quia potentius eſt,quod poteſt in plura ſimul, quam quod in pauciora , etſi ſint eiuſdẽ ſpeciei:ergo quod ſimul poteſt ex ſe in infinita,eſt infinitæ potentiæ.

E Septimo prætcrea contra *ſolutionem quinti*,quia ſi omnes cauſalitates ſecundæ eſſent formaliter in prima,eſſet in ea aliqua infinitas virtualiter,ſaltem extenſiua:ergo ſi ſunt eminentius in ea,erit ibi aliqua infinitas.ſed non extenſiua: quia hoc tollitur per eminentiam propter quam ſunt vnitiuè ſine diſtinctione:ergo tunc eſſet alia infinitas, quàm ex tenſiua, & ita infinitas intenſiua.

F Octauò prætcrea iuxta iſtam viam efficientiæ arguitur, quod primum *eff ctiuum* habeat potentiam infinitã,quia creatiuam: nam inter creationis extrema infinita eſt diſtantia.Antecedens oſtenditur:quia

Hēr, quod lib.4.q.vl tima. & Ricard. de Media Vil la in 1.diſ. 1.ar.4.q.4

ſaltem prima natura poſt Deum eſt ab ipſo,& non a ſe, nec accipit eſſe aliquo præſuppoſito: ergo illud creatur. Sed hic accipiendo prius natura, tã non eſſe,quàm eſſe,non ſunt ibi extrema mutationis,quam cauſet illa virtus,nec illud effici requirit mutari.

G Sed contra iſtas declarationes rationis Ariſtotelis inſtatur: quidquid ſit de antecedente, conſequentia prima non videtur benè probari .Non primo modo : quia duratio maior nihil perfectioni addit, nam albedo,quæ vno anno manet,non eſt perfectior ,quàm ſi tantum vno die maneret:ergo motus quantæcumque durationis non eſt perfectior , quàm motus vnius diei : igitur ex hoc,quod agens habet in virtute ſua actiua ſimul mouere motu infinito, non concluditur maior perfectio hic , quam ibi ; niſi quod agens diutius mouet , & ex hoc & ita eſſet oſtendendum , quod æternitas agentis concluderet eius infinitatem, aliàs ex in finitate motus non poſſet concludi eius infinitas.

H Reſpondeo dicendum, *quod* oſtenſis his præambulis *in articulis præcedentibus*,arguo infinitatem quatuor vijs. Primo per viam efficientiæ, vbi probatur propoſitum dupliciter,*primo in præſenti*,quia ipſum eſt primum efficiens

efficiens omnium *inſequentibus autem*. Secundo quia eſt ſic efficiens, puta, diſtinctè cognoſcens omnia factibilia; Tertio oſtenditur infinitas per viam finis. Quarto per viam eminentiæ. Primam viam ex parte efficientiæ tangit Phyloſophus octauo phyſicorum, & 12. Metaphyſicæ, *&* *vt viſum eſt in principio articuli*, arguit ſic. Primum mouet motu infinito: ergo habet potentiam infinitam Inquiratur ergò, quomodò ratio Phyloſophi prædicta concludit: ſi via efficientiæ eſt potior alijs, vt patet ſupra, vbi comparantur: quia ipſa infert alias: ſi per ipſam non concluditur infinitas, quomodo per alias concluditur? Vltima probabilitas, quæ occurrit pro conſequentia Ariſtotelis, declaranda eſt, *quæ poſita eſt pro quarto argumẽto*, cui & vlterius *addendum eſt, quod* etſi natura effectus non permittat ſimultatem eorum, tamen cauſa, quantum eſt ex ſe, poſſet ſimul in infinita, adhuc ſequitur quod ſit infinitum ex infinita pluralitate talium, & ita videtur de primo agente eſſe concedendum, quod ſi poſſet cauſare infinita ſimul, quod eſſet virtus eius infinita, & per conſequens ſi ſimul haberet virtutem cauſandi infinita, ita quod quantũ eſt ex ſe, poſſet ſimul producere, licet natura effectus non permittat, adhuc ſequitur infinitas virtutis eiuſdem Hæc conſequẽtia vltima probatur: quia ſimul potens cauſare album & nigrũ, non eſt minus perfectum, ſi non poteſt ea ſimul cauſare: quia iſta non ſunt ſimul cauſabilia, quia hæc nonſimultas eſt ex repugnantia eorum, & non ex defectu agentis, quia agens ſimul habet virtutem reſpectu amborum, ſi illa ex ſe eſſent compoſſibilia. Sit igitur iſta maior, quodcumque agens habet virtutem, quæ quantum eſt de ſe, poſſet in infinita ſimul, licet incompoſſibilitas effectuum impediat iſta ſimul poni, tale ãgẽs eſt infinitæ virtutis. Primum *effectiuũ* eſt huiuſmodi: ergo. Maior eſt declarata iam, quia pluralitas talium concludit maiorem perfectionem in cauſa, quæ quãtum eſt de ſe poteſt ſimul in illa: ergo infinitas illorum, in quæ poteſt, quantum eſt ex ſe ſimul concludit infinitam eius virtutem Minor probatur ſic: ſi primum *effectiuum* haberet omnem cauſalitatem omnis cauſæ poſsibilis formaliter, & ſimul, licet nõ poſſent cauſabilia ſimul poni ineſſet, eſſe infinitum quia ſimul, quantum eſt ex ſe, poſset infinita producere. Et poſſe ſimul plura, concludit maiorem potentiam intenſiue: ergo ſi habet perfectius, quàm ſi haberet omnem cauſalitatem forma- 1. Concluſ.

formaliter, magis ſequitur infinitas intenſiua: ſed habet omnem cauſalitatem cuiuſcumque rei ſecundum totum, quod eſt in ipſa, & hoc eminentius, quàm ſi eſſet in ipſo formaliter: ergo eſt infinitæ potentiæ intenſiue, licet autem omni potentiam propriè dictam, ſecundum intentionem Theologorum, tantummodo creditam eſſe, & non naturali ratione cuidam videretur poſſe probari, ſicut dicetur diſtinctione quadrageſima ſecunda. Probatur tamen infinita potentia, quæ ſimul quantum eſt ex ſe, habet eminenter omnem cauſalitatem, quæ ſimul poſſet in infinita, ſi ſimul eſſent factibilia.

I Si obijcitur, primum *effectiuum* non poſſe ex ſe ſimul in infinita, quia licet habeat eminentius omnem cauſalitatem cauſæ ſecundæ, quam ſit in cauſa ſecunda, tamen non poteſt ex ſe in effectus omnium cauſarum ſecundarum: quia non eſt probatum, quod ſit totalis cauſa infinitorum: quia per illum modum eminenter habendi, non patet, quod poſſit eſſe cauſa totalis, & proxima omnium effectuum, ſine cauſis ſecundis, & ita non habetur minor, ſcilicet, quod primum *efficiens* ex ſe ſimul poteſt in infinita. Hoc nihil obſtat, quia ſi cauſa primò haberet ſimul vnde eſſet totalis cauſa, hoc eſt, vnde eſſet formaliter cauſa, ſicut eſt prima: nihil perfectius eſſet, quam nunc ſit, quando habet, vnde ſit prima cauſa. 12. Met. tap. 41. Tum etiam, quia illæ ſecundæ cauſæ non requiruntur propter perfectiorem addendam in cauſando, quia tunc remotius à prima cauſa eſſet perfectius: quia perfectiorē requireret cauſā. ſed, ſi requirūtur cauſæ ſecundæ cum prima ſecundum Phyloſophos, hoc eſt propter imperfectionem effectus, vt prima cum alia cauſa imperfecta poſſit cauſare imperfectum; quod ſecundum ipſos non poteſt immediate cauſare. Tum etiam quia totæ perfectiones cauſarum ſecundarum eminentius ſunt in primo efficiente; quam ſi ipſæ formaliter ſibi ineſſent, ſi poſſent ineſſe, quod probatur: quia cauſa ſecunda à proxima primæ totam perfectionem cauſatiuam habet à ſola prima: ergo totam perfectionem illam eminentius habet prima cauſa, quam cauſa ſecunda habens formaliter ipſam. Conſequentia patet. Prima reſpectu illius cauſæ ſecundæ eſt totaliter cauſa; & æquiuoca. Similiter arguitur de tertia cauſa reſpectu ſecundæ; vel reſpectu primæ. Si reſpectu primæ habetur propoſitum.

Si

Si reſpectu ſecundæ ſequitur, ſecundam eminenter contine-re totalem perfectionem, quæ eſt formaliter in tertia: ſed ſe-
1. Concluſ.
. Concluſ. cunda habet à prima, quod ſic contineat perfectionem tertiæ ex præoſtenſis: ergo prima eminentius habet continere eminenter perfectionem tertiæ, quam ſecunda habeat. Et ſic de omnibus cauſis vſque ad vltimam, concluditur primam habere eminenter totalem perfectionem cauſatiuam omnium, & perfectius, quam ſi haberet cauſalitatem omnium formaliter, ſi eſſet poſſibile: & ſic videtur dicto modo concludere ratio Ariſtotelis de potentia infinita, quæ fuit ſupra in principio huius viæ poſita, quæ accipitur ex octauo phyſicorum & 12. Metaphyſicæ cap. 41.

8. phyſ. tex. co. 78. & 79

K Ad primum argumentum *reſpondetur per improbationem ipſius ſupra §. ſed contra*, & tunc ad formam illius argumenti, illa vltima propoſitio illius co lorationis negatur, niſi de infinitate durationis.

Ad ſecundum, quod ſecunda declaratio conſequentiæ etiã improbatur: quia non maior perfectio intenſiua concluditur ex hoc, quod agens eiuſdẽ ſpecie quotcumque plura poteſt producere ſucceſſiuè, quandiu manet, quam ſi tantum vnum, vel duo produceret: quia quod poteſt in tempore vno in vnum tale, poteſt eadem virtute in mille talia, ſi in mille temporibus maneat: non eſt autem poſſibilis apud Phyloſophos infinitas niſi numeralis effectuũ producibilium per motum, ſcilicet, generabilium, qui in ſpeciebus finitatem ponebant: ergo non magis ſequitur infinitas intẽſiua in agente ex hoc, quod poteſt in infinita numero ſucceſſiue, quam ex hoc quod in duo tantum poſſet: quia eſt poſſibilis infinitas numeralis ſecundũ Phyloſophos.

Ad tertium *reſpondetur, quod* de hoc quidquid ſit in ſe, nihil tamen ad intentionem Phyloſophi, qui infinitatem ſpecierũ negaret.

L Ad quartum, *& ſequens argumentum, hoc eſt*, ad illas duas probationes conſequentiæ Ariſtotelis poteſt reſponderi. Ad primam, concedo, quod vbi quodlibet plurium requirit aliquam perfectionem propriam formaliter, vel virtualiter in cauſa, potens in plura eſt perfectius, quam potens in pauciora: quia ad minus plures perfectiones formales, quæ forent propriæ illis pluribus habentur virtualiter in tali: & quod plures perfectiones virtualiter habet eſt perfectius ſimpliciter: ergo quod infinitas

eſt infinitum. Sed ſi ſiue ſimul, ſiue ſucceſsiue poſſet cauſa in plura, quorum non quodlibet requireret p ropriam perfectionem formalem, vel virtualem in illa cauſa; non ibi ex pluralitate poſſet concludi maior perfectio. Sic diceret Philoſophus in propoſito: quia infinita, in quæ poteſt primum *efficiens*, quantum eſt ex ſe, tantum poneret infinita numeraliter; finita autem ſecundum ſpecificas differentias, & naturas: nunc autem ſola diſtinctio naturæ ſpecificæ in effectu requirit aliquam perfectionem formalem, vel virtualem in cauſa, non autem diſtinctio numeralis.

M Ad quintum per idem ad ſecundam, *videlicet*, probationem: quia cauſæ ſecundæ non ſunt infinitæ ſpecie ſecundum Ariſtotelem: ideo habens virtutem omnium illarum, non concluditur eſſe infinitum inteſiuè.

N Ad ſextũ oportet, & negare antecedens, & quod ſimultas nihil facit ad maioritatem potentiæ, ſicut ſi circa hunc ignem eſſent ſpherice infinita corpora in debita approximatione, in omnia ſimul ageret ſicut modo agit in infinitas partes vnius corporis ſpherice circumdantis.

O Ad ſeptimum, concluderet, quod Sol eſſet infinitus, imò quæcumque cauſa perpetua, quæ poteſt in infinita individua ſucceſsiuè: ideo argumentatio, licet videatur probabilis, neceſſario eſt ſophyſtica. Reſpondeo ergo ſic, quod iſta propoſitio, cui innititur ratio, eſt falſa, quæcumque ponerent in ſe infinitatem extenſiuam: ipſa vbi habentur eminentius, ponunt aliquam infinitatem intenſiuam, falſa eſt ratio: quia eminentius poſſunt haberi in cauſa æquiuoca: nec iſta poteſt probari per iſtam: quia vbi ſunt ſine omni infinitate, non ſunt eminenter reſpectu ſuorum infinitorum. Hæc enim eſt falſa: quia eminentia facit vnitatem, & ideo non tollit infinitatẽ numeralẽ extenſiuã, quæ fuit: nec tamen in cauſa ponit infinitatẽ intenſiuam formalem: quia finita formalitas ſufficiẽter cõtinet eminenter infinita materialiter extenſiuè.

Ad octauum *reſpondetur*, *quod* hoc antecedẽs ponitur tãtũ cre ditũ, vt nõ eſſe quaſi duratione præcedit eſſe, vt tamen quaſi na tura ſecundum viam Auicenæ, non eſſe præcedit eſſe. Sed quid quid ſit de antecedente, conſequentia non probatur: quia quã do inter extrema nulla eſt diſtantia media, ſed ipſa dicuntur præciſe diſtare ratione extremorum inter ſe, tanta eſt diſtan- P

diſtantia, quãtum eſt maius extremum. Exemplum: Deus diſtat in infinitum à creatura etiã ſuprema poſsibili; ſi quã daretur, non propter aliquam diſtãtiam mediam inter extrema; ſed propter infinitatem vnius extremi: ità contradictoria non diſtant per aliqua media: quia contradictoria ſunt immediata, ità quod quantumcumque parum recedit aliquid ab vno extremo, ſtatim eſt ſub altero: ſed diſtant propter iſta extrema interſe.

Q Tanta eſt igitur iſta diſtãtia quantum eſt illud extremum, quod eſt perfectius: illud eſt infinitum: ergo. Confirmatur: quia poſſe totaliter ſuper terminum poſitiuum huius diſtantiæ, eſt poſſe ſupra diſtantiam, ſiue ſupertranſitum ab vno extremo in aliud extremũ: ergo ex poſſe ſuper iſtum tranſitum non ſequitur infinitas, niſi ſequatur ex poſſe totaliter ſuper terminum eius poſitiuum: talis terminus eſt finitus: ergo. Quod autem dicitur communiter contradictoria diſtare in infinitũ, pot eſt ſic intelligi: id eſt indeterminate: quia ſicut nulla eſt ità parua diſtantia, quæ non ſufficiat ad contradictoria, ita nulla eſt ità magna (etiã ſi eſſet maior maxima poſsibili) quin ad illa cõtradictoria ſe extendant. Eſt igitur eorum diſtantia infinita, id eſt indeterminata ad quãcũq; magnam, vel paruam. Ex tali autem infinita diſtantia non ſequitur conſequens de infinita potentiã intenſiua, ſicut nec ſequitur ad minimam diſtantiam; in qua ſaluatur ſic infinita diſtantia; quod enim non ſequitur ad antecedens, nõ ſequitur ad conſequens.

Expoſitio 8. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

IAM ex via efficientiæ Doctor probat Dei infinitatẽ: ſi enim ex primo articulo per hanc viam habemus aliquod eſſe primum efficiens, quod eſt Deus: nunc per eandem viam optimè ipſius Dei infinitatem concludimus: quia tamen in modo probandi per hanc viam efficientiæ Dei infinitatem, non omnes conueniunt: ideò proponit Doctor octo argumenta in principio articuli; quæ ſecundum aliorum mentem, probãt intentum; & primo proponit quamdam rationem Phyloſophi, qui ex motu infinito infert infinitam Dei virtutem, & argumento iſto potiora ex prædictis nituntur. Hæc attamen argumenta Doctor ſubtiliter improbat, & ſoluit in fine articuli. Probat tamen intentum principale articuli: quia quodcumque agens habens virtutem, quæ quantum eſt de ſe; poſſet infinita ſimul cauſare: licet incompoſsibilitas effectuum impediat iſta ſimul poni in actu, adhuc tale agens eſt infinitæ virtutis: ſic eſt primum efficiens: ergo &c. Quam rationem clarè exponit ibi, & obiectionem, qua impugnatur, egregiè ſoluit: in reliquis autem eſt hæc litera perſpicua. t

ARTICVLVS IX.

Vtrū Dei infinitas probetur ex hoc, quod Deus eſt diſtinctè intelligens omnia intelligibilia; ſeu ex via finis?

A D nonum ſic proceditur, & videtur, quod Dei infinitas non probetur ex hoc quod Deus eſt diſtinctè intelligens omnia intelligibilia, nec ex via finis, *& hoc ſine argumentis.*

B Sed contra eſt, quia intellectus intelligibilia infinita ſimul intelligens eſt infinitus: talis eſt intellectus diuinus: ergo &c.

C Reſpondeo dicendum, quod oſtenſo propoſito per viam primæ efficientiæ, per rationē Phyloſophi: quia illa prima efficientia infert infinitatem: ſequitur ſecunda via ex hoc, quod eſt intelligens diſtinctè omnia factibilia, vel intelligibilia. Vbi arguo ſic: intelligibilia ſunt infinita, & hoc actu in intellectu, omnia intelligēte: ergo intellectus illa ſimul actu intelligens eſt infinitus: talis eſt intellectus diuinus, vt ſupra 5. & 6. articulis probatum eſt in concluſionibus de intelligere primi *efficientis.* Huius enthimematis probo antecedens, & conſequentiam: Antecedens ſic: quæcumque ſunt infinita in potentia, ita quod accipiendo alterum poſt alterum, nullum poſſunt habere finem: illa omnia ſi ſimul ſunt in actu, ſunt infinita actu. Intelligibilia ſunt infinita in potentia reſpectu intellectus creati, ſatis patet, & in intellectu increato ſunt ſimul omnia intellecta actu, quæ à creato ſunt ſucceſſiue intelligibilia: ergo ſunt ibi actu infinita intellecta. Huius ſyllogiſmi maiorem ſic probo, licet ſatis euidens videatur: quia omnia talia acceptibilia, quādo ſunt ſimul exiſtentia, aut ſunt actu finita, aut ſunt actu infinita. Si actu finita: ergo accipiendo alterū poſt alterū, tandē poſſūt omnia eſſe accepta actu: ergo ſi poſſunt omnia actu eſſe accepta, ſi actu ſimul ſunt, ſunt actu infinita. Conſequentiam primi enthimematis ſic probo: quia vbicumque pluralitas requirit, vel concludit maiorē perfectionē, quàm paucitas, ibi infinitas numeralis cōcludit infinitam perfectionem. Exēplū, poſſe ferre decē, maiorē perfectionē requirit virtutis motiuæ, quàm poſſe ferre quinque, ideo poſſe ferre infinita, concludit infinitam virtutē motiuam: ergo in propoſito, cū intelligere A. ſit aliqua perfectio, & intelligere B. ſit alia perfectio, numquā idem intelligere erit ipſius. A. & B.

1. Concluſ.

& B æque diſtinctè, vt duo intelligere eſſent, niſi perfectiones duorum intelligere in illo vno eminenter includantur, & ſic de tribus, & ſic vltra de infinitis.

D Conſimiliter etiam de ipſa ratione intelligendi arguetur, ſicut de intellectu, & actu argutum eſt: quia maior perfectio concluditur in ratione intelligendi ex pluralitate illorũ, quorum eſt ratio intelligendi diſtinctè: quia oportet, quod includat eminenter perfectiones omnium propriarum rationum intelligendi, quarum quælibet ſecundum propriam rationem, aliquam perfectionem ponit: ergo infinitatem concludunt infinita.

E Secundo iuxta iſtam viam de intelligere primi *effectiui* propoſitum ſic oſtendo. Cauſa prima, cui ſecundum vltimum ſuæ cauſalitatis cauſa ſecũda aliquid perfectionis addit in cauſando, non videtur ſola poſſe ſine ſecunda ita perfectum effectum cauſare, ſicut ipſa cum ſecunda: quia cauſalitas ſola primæ cauſæ diminuta eſt reſpectu cauſalitatis ambarũ: ergo ſi illud, quod natum eſt eſſe à cauſa ſecunda, & prima, ſimul ſit multo perfectius à ſola prima, cauſa ſecunda nihil perfectionis addit primæ: ſed omne finitum omni finito additum addit aliquam perfectionem: ergo talis prima cauſa eſt finita. Ad propoſitum notitia cuiuſcumque obiecti nata eſt gigni ab ipſo, ſicut à cauſa proxima: & maximè illa, quæ eſt viſio, ſiue intellectio intuitiua: ergo ſi illa alicui intellectui ineſt ſine actione quacumque talis obiecti, ſed tantummodo ex virtute alterius obiecti prioris, quod natum eſt eſſe cauſa ſuperior reſpectu talis cognitionis: ſequitur, quod illud obiectum ſuperius eſt infinitum in cognoſcibilitate: quia inferius nihil ſibi addit in cognoſcibilitate: tale obiectum ſuperius eſt natura prima: quia ex ſola præſentia eius apud intellectum primi *effectiui*, nullo alio obiecto cauſante, eſt notitia cuiuſcumque obiecti in intellectu eius, ſicut probatur ſupra in concluſionibus de intelligere primi *effectiui loco citato*: igitur nullum aliud intelligibile aliquid ſibi addit in cognoſcibilitate: ergo eſt infinitũ: ſic ergo & in entitate: quia vnũquodq; ſicut ad eſſe ſe habet, ſic ad cognoſcibilitatẽ, ex 2. Metaph. *Tex. n. 4.*

F Tertia via ex parte finis arguitur ſic: voluntas noſtra omni finito aliquid maius poteſt appetere, & amare, & ſicut intellectus intelligere: & quod plus eſt: videtur inclinatio naturalis ad ſumme aman- *2. Concluſ.*

amandum bonũ infinitũ. Nam inde arguitur, inclinatio naturalis ad aliquid in voluntate: quia ex ſe ſine habitu, promptè, & delectabiliter vult illud voluntas libera: ita videtur, quod experimur de actu amandi bonum infinitum: imò non videtur voluntas in alio perfectè quietari, & quomodo illud non naturaliter odire: ſi eſſet oppoſitum ſui obiecti: ſicut naturaliter odit non eſſe; ſecundum Auguſtinum de libero arbitrio capite 2. Videtur enim, quod ſi in infinitum repugnaret bono, quod nullomodo voluntas quietaretur in bono ſub ratione infiniti, nec in illud faciliter tēderet, ſicut nec in repugnans ſuo obiecto.

Confirmatur iſta ratio in ſequenti via per ſimile de intellectu.

Expoſitio 9. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

1 EX concluſionibus præambulis, quas poſuerat Doctor in 5. artic. vbi oſtendit, quod primum efficiens eſt intelligens, & volens, & quod ſua intellectione diſtinctè intelligit omnia intelligibilia: probat in hoc 9 art. Dei infinitatem enthimemate iſto, intelligibilia, quæ actu intelliguntur à Deo, qui omnia intelligibilia diſtinctè intelligit; ſunt infinita: ergo intellectus illa ſimul actu intelligens, eſt infinitus. Antecedēs huius enthimematis benè probatur in textu ſyllogiſmo illo de infinitis actu intellectis: non quidē quod ibi aſſerat dari in rebus infinitũ in actu, ſed quod ea, quæ reſpectu intellectus creati ſucceſſiue intelliguntur, quæ ſũt ſincathegorematicè infinita, ea ipſa actu ſimul intelligũtur à Deo, ac ſi actus ſimul exiſterent: nõ quod intelligãtur ſecũdũ exiſtentias, quas non habent, ſed quia intelligũtur, ac ſi haberent exiſtentias: ex hoc, quod eſt ſimul infinitè intelligi à Deo, arguit à Deo intelligi, ac ſi eſſent in actu, non tamen arguit ſimul infinita dari in actu. Conſequētiã vero illius enthimematis probat, ex eo quod ad plura intelligēda maior perfectio requiritur, quã ad intelligenda pauciora, & ex inde ad intelligenda infinita infert requiri perfectionem infinitam intellectus infiniti.

2 Verũ enim vero conſequētia iſta, & eius probatio, ingentē difficultatē inuoluit, ſtando in doctrina Scoti, qui nunc ſibi videtur contradicere: nã, vt viſum eſt ſupra in diſti. 32. nu. 18. ex ipſius Scoti litera cõſtat, intellectũ humanũ Chriſti Domini, qui eſt vere intellectus creatus, & finitus, de facto omnia futura, & poſſibilia, quę actu videt Verbũ, actu videre in Verbo: quãuis enim ibi aliũ modũ de viſione habituali ſtatuerit Doctor, profecto etiã modũ viſionis actualis in intellectu Chriſti Domini approbat, & vtrũque modũ problematice tuetur: & in 3. diſt. 1. q. 2. Probat ad viſionē infinitorũ relucentiũ in Verbo non ſequi cõprehenſionē: eo quod cõprehenſio non eſt niſi infiniti intellectus: ad viſionem tamē infinitorum extenſiuam, non requiritur intellectus infinitus. Pro quo vide, quæ dicta ſũt ſupra in citatà diſti. 32. n. 25. Non igitur ex infinitorum intellectione benè infert Doctor infinitatē intellectus ipſius intelligētis: vel in hoc ſibi proculdubio contradicit, cum teneat intellectum finitum omnia intelligibilia, quæ infinitus intelligit, intelligere poſſe.

3 Argumentum hoc ſatis vrgeret, niſi differentiã inter vtrũque intelligere poneremus: hæc igitur reperitur inter intelligere diuinũ, & creatum, quod videlicet illud ex ſua intrinſeca perfe-

perfectione eſt neceſſario intelligere ſui, & omnium intelligibilium relucentium in eſſentia ſua, vt docet Scotus in tertio diſtinctione 14. quæſtione 2. intelligere vero creatum, etiamſi ſit ipſius intellectus Chriſti Domini videntis in verbo infinita intelligibilia, quæ videt Verbum, adhuc tamen non videt neceſſario huius modi infinita ex perfectione ſua: ſed ex diuina voluntate, ſibi contingenter oſtendente in eſſentia viſa talia, vel talia obiecta etiam vſque in infinitum. Vnde contingit vnius beati intellectum, pauciora videre in verbo, quam alium: ex qua differentia concluditur, quod etſi ex intellectu infinita contingenter vidente non inferatur infinita perfectio intellectus ipſius, eo quod ab aliquo extrinſeco ſibi prouenit talis viſio: benè tamen infertur infinitas ex viſione infinitorum in intellectu neceſſario, & ex ſua intrinſeca perfectione, illa omnia infinita vidente.

4 Sed tunc videtur circulus huius probationis Scoticæ, ſiquidem in tertia quæſtione illa citata ponit Doctor iſtam cauſalem, ideo intellectus ex perfectione ſua intrinſeca videt infinita, quia eſt infinitus: modo autem hanc oppoſitam ponit cauſalem in præſenti: ideo eſt infinitus, quia videt infinita ex ſua intrinſeca perfectione. Vel igitur hic non benè probat, vel illic.

Reſpondeo, quod dupliciter probat Doctor in duplici loco: nam in tertio probat à priori infinitum intellectum non poſſe non videre omnia intelligibilia vſque in infinitum ex intrinſeca ſui perfectione: modo autē probat à poſteriori, intellectū ex ſua perfectione neceſſario intelligentem actu infinita intelligibilia, eſſe infinitum: & non eſt circulus in probando à priori effectum per cauſam & à poſteriori cauſam per effectum. Cætera ſunt facilia in litera textuali.

ARTICVLVS X.

Vtrum Dei infinitas ex parte eminentiæ inferatur?

A D decimum ſic proceditur: & videtur, quod Dei infinitas non inferatur ex parte eminentiæ, *& hoc ſine argumentis.* A

Sed contra, quia eminentiſſimo incompoſsibile eſt, aliquid eſſe perfectius: ſicut prius patuit: finito autem non eſt incompoſſibile, aliquid eſſe perfectius, quare &c Minor probatur: quia infinitas non repugnat enti: omni finito maius eſt infinitum: quare &c. B

Reſpondeo dicendum, *quod pro* quarta via ex parte eminentiſsimi *probatur Dei infinitas*, & arguo ſic. Eminentiſsimo aliquid perfectius *&c. vt ſupra.* Aliter arguitur, & eſt idem: cui nō repugnat infinitas intenſiue, illud non eſt ſumme perfectum, niſi ſit infinitum: quia ſi eſt finitum, poteſt excedi, ſi infinitas ſibi non repugnat: enti autem nō repugnat infinitas: ergo perfectiſsimum ens eſt infinitum. Minor huius conſequentiæ, quæ etiam in præcedenti argumento accipitur, nō videtur à priori poſſe probari, vel oſtendi: quia ſicut contradictoria ex ratione C

tioni:

tionibus proprijs contradicũt, nec poteſt per aliquid manifeſtius hoc probari: ita non repugnantia ex rationibus proprijs non repugnat; nec videtur poſſe oſtendi, niſi explicando rationes ipſorum: ens autem per nihil notius explicatur: infinitum intelligimus per finitũ. Et hoc vulgariter ſic expono. infinitũ eſt, quod aliquod finitum ſecundum nullam habitudinem finitam præciſe excedit, ſed vltra omnem habitudinẽ aſsignabilem excedit adhuc. Sic tamen propoſitum ſuadetur, ſicut quomodolibet ponendum eſt poſsibile, cuius non apparet impoſsibilitas, ita & compoſsibile, cuius non apparet incompoſsibilitas: hic nulla apparet incompoſsibilitas: quia de ratione entis non eſt finitas. Nec apparet ex ratione entis, quod ſit paſsio conuertibilis cum ente: alterum enim iſtorum requiritur ad repugnantiam prædictam, paſsiones vero primi entis, & conuertibiles ſatis videntur ſibi notæ in eſſe.

Ariſt. 5. Metaph. tex. co. 61.

D Item ſic ſuadetur, infinitum ſuo modo nõ repugnat quãtitati, id eſt in accipiẽdo partẽ poſt partem: ergo nec infinitum ſuo modo repugnat entitati, id eſt in perfectione ſimul eſſendo. Itẽ ſi quantitas virtutis eſt ſimpliciter perfectior, quàm quantitas mollis, quare erit poſsibilis infinitas in molle, & nõ in virtute: ſed ſi poſsibilis eſt; & actu, ſicut patet ex tertia concluſione vbi ſupra de primitate effectiui. Item, quare intellectus, cuius obiectum eſt ens, nullam inuenit repugnantiam intelligendo aliquod infinitum, imò videtur perfectiſsimum intelligibile, mirum eſt, ſi nulli intellectui talis contradictio potens fiat, circa eius primum obiectum: cum diſcordia in ſono ita faciliter offendat auditum; ſi enim eſt diſconueniens ſtatim percipitur, & offendit: cur nullus intellectus ab intelligibili infinito naturaliter refugit, ſicut à nõ conueniente, imò ſuum obiectum primo deſtruente? Præterea, ſummum cogitabile eſt ſummum cogitabile eſt infinitum: ergo infinitum eſt. Maior probatur: ſummum cogitabile poteſt cogitari in re eſſe, & non poteſt cogitari eſſe ab alio: ergo à ſe: ergo intelligendum, ꝙ omni eo, quod tantum eſt in intellectu, poteſt cogitari mai⁹ quod eſt in re, non de eodẽ, ſed quia tãtũ cogitabile eſt poſsibile: tãtũ omni poſsibili eſt maius aliquod neceſſarium ex ſe. Aliter ſic, ſummum cogitabile eſt intuibile: non in alio: ergo in ſe.

Ariſt. 5. phyſic. tex. com. 51.

E Per illud poteſt colorari illa ratio Anſelmi de ſummo cogitabili pro ſolut. ſecundi, & intelligenda

telligenda eſt eius deſcriptio ſic: Deus eſt, quo cogitato ſine contradictione, maius cogitari non poteſt ſine contradictione. Et quod addendum ſit ſine contradictione patet, nam in cuius cogitatione includitur contradictio, illud dicitur non cogitabile: quia tunc ſunt duo cogitabilia oppoſita, nullomodo faciendo vnum cogitabile: quia neutrum determinat alterum ſummum cogitabile prædictũ ſine contradictione. Eſſe in ſe probatur de eſſe quidditatiuo: quia in tali cogitabili ſummo, ſumme quieſcit intellectus: ergo in ipſo ſũme eſt ratio primi obiecti intellectus, ſcilicet, entis, & hoc in ſummo. Et arguitur vltra, quod illud ſit loquendo de eſſe exiſtẽtiæ: quia ſumme cogitabile non eſt tantum in intellectu cogitante: quia tunc poſſet eſſe, quia eſt cogitabile poſsibile: & nõ poſſet eſſe, quia repugnat rationi ei' eſſe ab alia cauſa, ſicut patuit prius in ſecunda cõcluſione de primo effectiuo. Maius igitur cogitabile eſt, quod eſt in re, quàm quod eſt tãtum in intellectu.

F Non eſt autem hoc ſic intelligendum, quod idem, ſi cogitetur, per hoc ſit maius cogitabile, ſi exiſtat: ſed omni, quod eſt in intellectu tantũ, maius eſt aliquod cogitabile, quod eſt in re; vel, quod exiſtit. Vel aliter coloratur ſic: maius cogitabile eſt, ꝙ exiſtit; id eſt, perfectius cognoſcibile: quia viſibile, ſiue intelligibile intellectione intuitiua. Quod autem non exiſtit, nec in ſe, nec in nobiliori, cui nihil addit, non eſt intellectualiter viſibile: Viſibile autem eſt perfectius cognoſcibile, non viſibile, ſed tantum intelligibile abſtractiue: ergo perfectiſsimũ cognoſcibile exiſtit. De differẽtia intellectionis intuitiuæ, & abſtractiuæ. & quomodo intuitiua eſt perfectior, tangetur diſt. 3 & alias quãdo locum habebit.

Vide diſt. 3. q. 3. & 4. & in 2. diſt. 3. q. 9. & in 1. diſt. 14. q. 3. & in quodlib. q. 4.

Expoſitio 10. articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

PRobatio diuinæ infinitatis per viam eminentiæ habetur efficaciſsime à Doctore in hoc articulo pluribus medijs: poterat namque ens primum excludi à ratione infiniti ex triplici capite, vel, ſcilicet, primo, quia ab alio ente excederetur in perfectione, vel ſecundo, quia nõ excederet omne aliud ens, vel tertio, quia infinitas tali enti repugnaret. De primo patet: quia infinitum ab alio non poteſt excedi, aliàs enim infinitum non eſſet: hæc tamen ratio infinitatis non ſufficit: quia etiam ſi plura infinita eſſent, ita quod quodlibet eſſet infinitum in ſe, in quolibet poſſet ſaluari, quod non excederetur ab alio: quia ſtaret omnia eſſe æqualiter infinita, & ſi eſſent æqualia, nullum excederetur ab alio, quia æquale ab æquali non exceditur: ſicut contingit in ſumma gratia Chriſti, quæ eſt perfectiſsima, quam Deus poteſt producere; ſi tamen aliam æqualem 1

produceret, ſicut poteſt, proculdubio neutra excederetur ab altera: nõ ergo ſufficit enti, vt ſit formaliter infinitum, non excedi ab alio: & ideo Doctor addit ſecundum, videlicet, qood infinitum omne aliud excedit. Ex quo benè vnitas infiniti colligitur: quia ſi de ratione infiniti eſt, quod omne aliud excedat, conſequẽter nõ poſſunt eſſe duo infinita: quia ſi duo eſſent infinita æqualia, neutrũ excederet altorum, & ex conſequenti neutrum eſſet formaliter infinitum.

2 Sed quia iſta ſumma perfectio, qua infinitum à nullo exceditur, & omne aliud excedit, forſan non eſſet cõpoſſibilis alicui enti, ob repugnantiam infinitatis ad illud, addit Doctor tertium, quòd, videlicet, talis infinitas non repugnat primo enti: ex quibus Deum infinitum eſſe concludit, eo quod ſit eminentiſſimum ens.

Iſtorum igitur trium primum, videlicet, quod eminentiſſimum à nullo exceditur, probat: quoniam repugnat aliquod ens eſſe perfectius ente eminentiſſimo: ſed omni ente non infinito aliquod poteſt eſſe perfectius (& non loquor ibi de perfectione in genere proprio, ſicut nuper dicebamus de ſumma gratia Chriſti, ſed de perfectione cõtinente formaliter, aut eminenter omne genus perfectionis:) ergo ens eminentiſſimum eſt infinitum. Maior eſt manifeſta: quia ſi aliquod ens poſſet eſſe perfectius ente eminentiſſimo, iam illud eminentiſſimum non eſſet, ſiquidem iam daretur alind eminentius illo: minor vero non minus euidens eſt: quia omne ens non infinitũ eſt finitum: ergo poteſt ab infinito excedi: ergo aliquod ens poteſt eſſe perfectius illo. Concluditur ergo ex illo primo capite ens eminentiſſimum eſſe infinitum: ſed ex tertio articulo habetur dari aliquod primum ens eminentiſſimum, quod eſt Deus: ergo concluditur hoc talo ens primũ eſſe infinitum.

3 Secundum vero, ſcilicet, quod ens eminẽtiſſimum excedit omne aliud ens, habetur expreſſe in textu in illis verbis: quòd *vltra omnem habitudinem aſſignabilem, excedit adhuc*: ſed clarius in lib. 2. ſuæ Metaph. queſt. 6. vbi Doctor diffiniens infinitum ex tertio phyſicor, ſic ait. *Infinitum eſt, cuius quãtitatẽ accipientibus ſemper eſt aliquid extra, ita quod quantumcumque accipiatur, ſemper eſt aliquid extra*: vbi agit de infinito oppoſito contrariè enti finito, & non tantum negatiue, ſicut opponitur enti finito illud, quod à nullo exceditur: quod quidem ipſe Scotus ſic declarat ibi: *Si eſſet tantum negatiue, vel priuatiue, non ſemper eſſet aliquid extra accipere*: ex hac ergo diffinitione concluditur, infinitum neceſſario debere excedere omne aliud poſitiue loquendo, ad hoc vt ſit formaliter infinitum. Ex quibus poteſt ratio ſic formari: nullum ens non infinitum excedit omnem imaginabilẽ habitudinem, & omnem imaginabilem perfectionem: ergo ens excedes omnem imaginabilem habitudinem, & omnem imaginabilem perfectionem eſt infinitum: ſed eminentiſſimum excedit omnem imaginabilem perfectionem, & habitudinem: ergo eſt infinitum.

Quid ſit infinitum.

4 Profectò licet huius proſyllogiſmi illud enthymema aſſumptum pro maiori ſit verũ: probatio tamẽ minoris potius videtur pertinere ad quæſtionem ſequentem de vnitate Dei, quam ad iſtam: quia ſi eſſent plura infinita æqualia, ominia eſſent eminentiſſima: & tamen vnum non excederet aliud. Vnde per hanc viam eminentiæ melius videtur probari Dei infinitatem per hoc, quod eſt à nullo excedi, quam per illud, quod eſt excedere omne aliud.

5 Sed reuera etiam ad hunc articulum pertinet dictæ minoris probatio: quia per hoc præciſe, quod eſt eminentiſſimum non excedi ab alio, tantum habetur eminentiſſimũ eſſe infinitum negatiue, ſicut gratia Chriſti negatiue eſt ſumma. Hic autẽ probandum eſt eminentiſſimum eſſe poſitiuè, & contrariè infinitum: ac ideo omne aliud ens excedere poſitiuè. Vnde minor illa, nempe, quod eminentiſſimum excedit omnem, &c.

Proba-

Probatur: quia eminentiſsimum eſt ſuperlatiuum omnium entium habētium perfectionem: non autem eſſet ſuperlatiuum omnium, ſi aliquod eſſet ſibi æquale: ergo &c. ex eo quod per locum intrinſecū repugnat eſſe plura eminentiſsima.

6 Tertium denique, ſcilicet, enti primo non repugnare infinitatem, fatetur Doctor non poſſe à priori probari: ſed id ſuadet ibi pluribus medijs: ratio tamen ſtat in hoc, quia ſi infinitas non repugnat enti, conſequenter ens eminentiſsimum infinitum erit: quia omnis perfectio nō repugnans enti neceſſario competit eminentiſsimo, ea ratione, qua eminentiſsimum, à nullo exceditur: ſed quod non repugnet, probat præſertim: quia nō repugnat infinitas quantitati molis, ex quo à fortiori infert non repugnare quantitati virtutis. Sed hoc medium valde difficile eſt: nam videtur ibi dixiſſe poſſe dari infinitum quantitati in actu, ſicut datur infinitum in entitate, quæ difficultas in proprijs terminis deinceps ventilabitur. Nunc autem pro reſolutoria expoſitione articuli ſupponēdum eſt, quantitatem multitudinis infinitam eſſe poſſe: an autem hæc infinitas ſit in actu, an vero in potentia? expreſſe tenet Doctor in textu, infinitū hoc in potentia eſſe, non vero in actu, dum inquit, quod *infinitum ſuo modo non repugnat quantitati, id eſt accipiendo partem poſt partem*, hoc eſt ſucceſsiue. Ex quo, vt explicant Lycheтus, & Tarharetus, ſic debet formari ratio Scoti: nō magis repugnat infinitas quantitati virtutis, & perfectionis, quàm quantitati molis modo proportionabili vni, et alteri: ſed ſuo modo non repugnat quantitati molis poſſe eſſe infinitam, hoc eſt in potentia accipiendo partem poſt partem: ergo non repugnat quantitati virtutis etiam ſuo modo actu eſſe infinitam. Hoc igitur modo intelligendum eſt infinitum quantitatis aſsignatum à Doctore: aliter enim euidenter tenet oppoſitum in 2. Metaphyſi. quæſt. 6. vbi ſibi obijcit vrgentia argumenta ad probandum dari poſſe infinitum quantitatis in actu, & illa ſubtiliter ſoluit: & tandem dari non poſſe reſoluit.

7 Vel aliter poteſt reſponderi (vt ponderauit Lycheтus) quod loquendo in opinione quorundam, qui ponebant infinitum quantitatis in actu, ad hominē contra ipſos, non ſecundum propriā, ſed iuxta illorum opinionem, Dei infinitatem ſic probat. Si non repugnat ſecundum vos dari infinitum quantitatis molis in actu, quomodo quantitati virtutis repugnabit infinitas? Hanc igitur non repugnantiam iterum probat alijs vijs de diſſonantia, ſeu conuenientia intellectus, & de ſummo cogitabili, quo explicat rationem Diui Anſelmi, quæ clare habentur in textu.

DIFFICVLTAS XLI.

Vtrum per Dei potentiam poſſit in rebus creatis dari aliquod infinitum in actu?

§. I.

Referuntur duæ ſententiæ diuerſæ. 1

1. Sentent.

OCcaſione illius argumenti, quo Doctor probat in arti. 10. infinitatē, nō repugnare enti perfecto, ex eo quod non repugnat quantitati molis, mouetur præſens difficultas, in qua quæritur, vtrum extra Deum poſsit in rerum natura dari aliquod infinitum actu exiſtens? & quidem dari de facto intelligentias aliquas infinitas, videtur docuiſſe Phyloſophus eo quod 12. Metaph. ex perpetua cœli motione colligit infinitam virtutē Motoris: ſed Phyloſophus tenet plures intelligentias perpetuo, & cōtinuo cœlos mouere: ergo ſentit omnes illas eſſe infinitas. Et præterea: quia non aliunde probat ipſarum intelli- *12. Meta.*

telligentiarum immaterialitatem, niſi ex infinitate illarum, vt conſtat ex eodem lib. 12. Metaph. tex. 41. Vbi ita raciocinatur de primo Motore, & tex. 42. concludit plures eſſe huiuſmodi ſubſtantias perpetuo mouentes: & textu 43. probat omnes illas eſſe ſempiternas, & immobiles, cuius fundamentum eſt (vt D. Thomas aduertit) quia tenet, quod mouent tẽpore infinito, & conſequenter infinita virtute. Ex quibus omnibus videtur deduci ſecundum mentem Phyloſophi in rebus creatis dari plures ſubſtantias infinitas, nempe Intelligẽtias illas. Nec valet ſi dicas Phyloſophum forſan exiſtimaſſe, intelligẽtias illas creaturas non eſſe, ſed Dei vnitatem ignoraſſe, & Intelligentias illas plures Deos eſſe, gentiliter credidiſſe: nam ipſe cognoſcit omnes fuiſſe creatas à primo Motore: quem ſolum in fine Metaph. fatetur fuiſſe vnicum vniuerſi Cõditorem, & Principem.

2. Sentent.

2 Eſto tamen, quod intellectus naturali ratione tantummodo illuſtratus non capiat eſſe aliquod extra Deum infinitum actualiter eſſe, aut infinitæ virtutis quoad entitatem: non attamẽ deſũt, qui in quantitate molis, cõtinua, ſcilicet, & diſcreta, hoc eſt in magnitudine, & multitudine, infinitatem dari in actu, admittant: ita vt non repugnare, Deum creare rem aliquam quantam quantitate infinita actu exiſtentem, aut etiam multitudinem infinitam rerum quarum liber, opinentur. Hanc ſententiam primitus tenuerunt Auicena, & Algazel, quos referunt D. Thomas 1. part. quæſt. 7. art. 4. & Scotus in 2. Metap. quæſt. 6. quam poſt modum ſunt ſequuti Gregor. Arimin. in 1. diſtin. 43. quæſt. 4. Gabriel in 2. diſtin. 1. quæſt. 3. Baſſolis eadem diſtinct. 43. quæſt. vnica art. 2. §. *de primo modo infinito*, Maironis in 1. diſtinct. 43. quæſt. 10. OKam circa multitudinem rerum ſpiritualium eam amplectitur ibidẽ, & nouiſsimè tenet Vazquez, vt probabilem, & illam tuetur 1. part. diſp. 26. cap. 2. & 3.

Auicena. Algazel. Arimin. Gabriel. Baſſolis. Maironis. OKam. Vazquez. Argumenta Baſſolis

3 Probatur igitur hæc ſententia ſic à Baſſole: Deus poteſt omne illud extra ſe, quod non implicat aliquam contradictionem ex extremis: ſed eſſe infinitam magnitudinem in actu non implicat aliquam contradictionem: quia ſi implicaret, aut hoc eſſet ratione quantitatis, aut ratione infinitatis in actu, aut ratione vtriuſque: ſicut ratione affirmationis: & negationis, vel eorum, ad quæ ſequitur affirmatio, & negatio: ſed non ratione quantitatis: quia tũc omnis quantitas implicaret contradictionem, & eſſet impoſsibilis: nec ratione infinitatis in actu, quia tunc omne infinitum in actu implicaret contradictionem, & tunc Deus non eſſet infinitus in actu: nec ratione vtriuſque ſimul, quia infinitas actualis non negat quantitatem quãcumque, ſed magis finitatem actualem, vel quantitatem finitã: & ad quantitatem infinitam, non poſſet ſequi affirmatio quantitatis, & negatio finitatis, & quantitatis finitæ: quæ non contradicunt ſibi: ergo &c.

Secundo: quia quantitas excedens omnem magnitudinem determinatam eſt actu infinita: ſed poſita quacumque quantitate menſuræ determinata, adhuc eſt dare aliã maiorem: ergo eſt dare aliquam quantitatem infinitam in actu. Da enim quamcumque quantitatem volueris, nihil repugnat, quin ſit poſsibile dare aliam maiorem: cogita ergo maiorem, quæ dari poteſt vſque in infinitum: hanc poteſt Deus facere: ergo &c. 4

Tertio probatur ex Phyloſopho 3. Phyſicor. ſi quantitas poteſt augeri vſque in infinitum, poteſt eſſe actu infinita. ſed quantitas poteſt augeri in infinitum: quia, quæ Deus poteſt ſucceſsiue addere præexiſtẽti quãtitati, poteſt ſimul creare, & illi addere: quia non eſt in Deo minor potentia ad agendum ſimul, quàm ad ſucceſsiue agere: ergo &c. 5

Quarto, quoniam illud, quod non ponit quantitatem extra rationem quantitatis, verè poteſt in quantitate reperiri: ſed infinitas actualis, non extrahit quantitatem a ratione quantita- 6

titatis,ſiquidem habet partes copulatas ad terminum cõmunem, qui eſt punctis:ergo &c.

7 Quinto, quia ſicut Deus cognouit lineas infinitas poſsibiles,ſic poſſet actu illas creare:ſed ipſis exiſtentibus poſſet vnam alteri, & alteram alteri ſuperaddere: ergo poterit,& ſecundum multitudinem,& magnitudinem infinitum actuale ponere in rerum natura.

8 Hæc ſunt argumenta Baſſolis,quibus conuincitur aſſerere, quod non apparet ſibi aliqua contradictio in hoc,quod eſt ponere poſſe dari infinitum in actu:quæ quidem, vt credo ſunt magis apparentia pro hac opinione:Vazquez vero nullo peculiari vtitur,ſed tantum illam tuetur,ſoluendo argumenta pro opinione cõtraria.Sed adhuc poteſt probari hæc ſententia, & vrget ex Scoto lib. 2. Metaph.quæſt.6.vbi inquit,*infinitum etiam in actu eſt difficile vitare:videtur enim ſecundum Phyloſophum quod infinitum contrarie in actu eſt,ſicut patet de animabus hominum poſita generatione perpetua.*

§.2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & nonnulla fundamenta illius enucleantur.

9 IN oppoſitum autem eſt litera textualis huius ar. 10.vbi *Doctor* hæc profert in corpore,*infinitum ſuo modo non repugnat quãtitati,id eſt accipiendo partẽ poſt partem:* & ibi,vt infra ex eius ſententia videbitur,loquitur de infinito multitudinis,ac ſi dicat infinitatem tantum cõpetere poſſe quantitati molis diſcretæ ſucceſsiue,& in potentia: non tamen in actu, prout explicat Lycheus,& Tathaoretus, ſed expreſsius in lib.2.Metaph.quæſt.6.vbi hanc difficultatem diſputat ex profeſſo, loquendo de omni genere infinitatis ſeorſum, de quolibet loquitur, & primo de infinito eſſentiali, ſeu entitatiuo hæc profert,*quod infinitum contrarie in potentia eſt diſsimile: quia talis non poteſt eſſe in diuerſitate ſpecierum,ita quod Deus poſsit facere in infinitum ſpeciem nobiliorem quacumque facta, quia tunc eſſet aliquis gradus poſsibilis intenſiue infinitus in perfectione: & tunc eſſet creatura poſsibilis ſimpliciter infinita, & tunc illa ſimiliter eſſet Deus.* Et loquendo de magnitudine, ſeu quantitate virtutis in qualitatibus intenſibilibus,hæc ait ibidem,*de magnitudine perfectionis,vbi idem eſt maius, quod melius in tali non eſt infinitas.* Loquendo vero de infinito in multitudine quãtitatis molis,hæc inquit ibidem, *quod multitudo in genere quantitatis,non poſsit eſſe actu infinita patet 3.phyſic. omnis numerus eſt numerabilis:ergo pertranſibilis.ergo &c.* Loquendo tandem de cõtinuo in magnitudine in eadẽ quæſt. fol.29.pag.2.ait, *de infinito contrarie ſciendum,quod actu non poteſt eſſe in magnitudine.* Sequuntur Doctorem Guilielmus Rubionis in 1. diſtinct. 43. q.1.ar.1.conclu.4. Lycherus diſtin. 2.quæſt.1.§.*quarta via.* Tathoretus ibidem ſub eodem §.& 1.phyſi.cap. 2.quæſt.1.dub.1.Vigerius ibidem Pater Rada 1.part.controuer.27.ſub explicatione tituli ſupponit infinitũ in actu eſſe ab intellectu confictum, & plerique Scotiſtæ.Item eſt expreſſa ſententia Seraphici Patris D. Bonauenturæ in 1.diſtin.43.art.1. quæſtione 3.& D.Thomæ 1.part. quæſt. 7.art.4.quem Cayetanus, & cæteri Thomiſtæ ſequuntur ibidem. Tenet Durandus in 1.diſtinct.43. quæſt.2. Marſilius in 1.diſtinct.42. conclu.6. & ex Ieſuitis Molina 1.part.quæſt. 14.art.3.& 6.ſolutione ad ſecundum argumentum Suarez 2.tom. Metap. diſpu.35.ſect.3.num.25. Gregor. de Valen.1.part.diſpu.1.quæſt.3. puncto 3.& nunc nouiſsimè ſapientiſsimus noſter Ægidius Luſitanus 2.tomo de Beatitudine lib.10.quæſtione 2.artic.3.§.4.quæ eſt communis ſententia,tam Phyloſophorum, quam Theologorum.

Guil. Rub.
Lyche.
Tatharet.
Viguerius
Rada.
S. P. N. Bonauent.
D. Thom.
Cayeta.
Durandus
Marſil.
Molin.
Suarez.
Valent.
Ægiddius Luſitan.

10 *Infinitas qualibet non reperiri poteſt niſi in quantitate.*

Pro intelligentia ergo huius difficultatis primo obſeruare oportet, quod vt colligitur ex litera textuali huius decimi articuli, & clarius ex q.5. quodlibetica ſolutione ad primum principale, infinitas non contrahit (vt ita loquar) ens ſecundum præciſam rationem entis, ſed ſecundum, quod eſt ens quantum (prout infra in difficultate de perfectione diuinarum relationum manifeſtius oſtendetur) quia cum infinitas ſit quædam interminatio oppoſita rei terminatæ, & limitatæ menſurabili, tantum poteſt competere illi generi rerum, cui competit menſurari: quia ergo hoc, quod eſt ſic menſurari, ſolum reperiri poteſt in quantitate: quia vbi non eſt quantitas, non poteſt aliquid excedere, aut excedi: ideo tantum reperiri poteſt finitas, aut infinitas in quantitate: atque ideo ens non quantum nec poteſt eſſe finitum, neque infinitum Quantitas autem eſt duplex, vt docet Scotus in citata q.6. 2. Metaph. §. *hic eſt notandum*, ſcilicet, propria, vel metaphorica, quod idẽ eſt, quod quãtitas molis, & virtutis: quantitatem etenim molis vocat quantitatem propriam quantitatem vero virtutis, ſeu perfectionis, metaphoricam vocat: quia hæc non ex natura ſua, ſed ex proportione quadam ab eodem modo ſe habendi deſumpta, metaphorice dicitur quantitas, eo ſcilicet, quod menſurabilis eſt: quia menſura eſt propria paſsio quãtitatis molis. Vnde res quælibet menſurabilis dicitur proprie, aut metaphorice quantitas: non igitur reperiri poteſt finitas, vel infinitas, niſi in quantitate virtutis, & perfectionis, aut molis.

11 *Duplex infinitum in quantitate virtutis, ſeu perfectionis.*

Ex hoc igitur poteſt intelligi infinitum penes quantitatem virtutis eſſe duplex, & penes quantitatem molis etiam duplex eſſe, aut etenim eſt infinitum penes entitatiuam virtutem, & perfectionem, vel penes gradus entitatis. Primo modo illud eſt infinitum, quod formaliter, aut eminenter continet omnem perfectionem cuiuslibet entitatis perfectæ, & à nullo exceditur in virtute, & perfectione, & omne aliud excedit: hoc modo infinitum in perfectione naturæ, & entitatis formalis, ſolus eſt Deus, prout ex via eminentiæ probatum eſt in Commentarijs huius decimi articuli. Secundo vero modo dicetur infinitum per intenſionem infinitorum graduũ eiuſdem entitatis, vt ſi eſſet aliqua qualitas, quæ haberet infinitos gradus perfectionales, vtpote ſi albedo in infinitũ poſſet intendi: & hoc infinitum ſolet dici in proprio genere ad differentiam primi infiniti, quod omnia genera perfectionum tranſcendit: aliud vero, non vltra propriam perfectionẽ ſpecificam extenditur, ſed intra ipſam per additionem graduus ad gradum intenditur.

Rurſus penes quantitatem molis (vt dixi) aliud duplex poteſt intelligi infinitum, primum, videlicet, ſecundum magnitudinem, hoc eſt ſecundum extenſionem partium, & eſt idem, quod res extenſa, non terminata in aliquo puncto terminatiuo ſuæ magnitudinis, nec nata terminari in illo: & hoc modo poteſt imaginari eſſe aliquod infinitum in quantitate continua, vtpote linea infinita: ſecũdum vero dicitur infinitum ſecundum multitudinem, & idẽ eſt, quod multitudo, cuius non eſt dabilis aliqua vltima vnitas: & hoc infinitum reperitur in quantitate diſcreta, vt pote in numero infinito. 12 *Duplex infinitum in quantitate molis.*

Porrò hoc duplex poſterius infinitum ſpecialiter in genere quantitatis molis poteſt adhuc dupliciter intelligi: vel, ſcilicet, in potentia, quod dicitur ſincathegorematice; vel in actu, quod dicitur cathegorematice: infinitum igitur in potentia, vel ſincathegorematice eſt illud, de quo dicit Ariſtote. 3. phyſicor. *quod eſt vnius quantitatem accipientibus*, id eſt quantumcumque accipientibus, *ſemper eſt aliquid extra ſumere*: & ideo dicitur infinitum in potentia: quia accipiendo alterum poteſt alterum, ſeu partem poſt partẽ, adhuc ſemper reſtat aliud accipere: cum non ſit deueniẽdum ad vltimam partem: & dicitur in potentia: quia ſolum habet eſſe in fieri, & nun- 13 *Quod ſit infinitum in potentia.*

& numquam accedit ad terminum, ſed ſemper accipit partem poſt partem.

14 *Quid ſit infinitum in actu.*

Infinitum vero in actu ſeu cathegorematice eſt, quantum habere tot partes, vt aliam partem poſt illas habere non poſſit: nam vt docet Scotus in citata quæſt.6.fol.11. pagin.1. *infinitas in actu eſt in accepto eſſe tot, quot non plura compoſſibilia: alioquin infinita in actu poſſent excedi, & eſſent finita.* Explicantur igitur hæc duo infinita, ſcilicet, in potentia, & in actu hoc modo, videlicet, infinitũ in potentia ſecũ ſũ magnitudinẽ explicatur per tantũ, & maius, dicendo non eſt tantum, quin maius eſſe poſſit: quia poteſt Deus addere quanto, quantumuis magno, aliam partem quantitatis, qua fiat maius, & ſic ad vltimum nũquam deueniet: quia qualibet magnitudine poſita, adhuc poteſt Deus aliam ſuperaddere. In multitudine autem explicatur infinitum in potẽtia per tot, & plura, dicendo, non tot, quin plura: quia poſita quacumque vnitatẽ augẽte numerum, adhuc poteſt Deus aliam ſuperaddere, qua etiã poſita, poteſt adhuc aliam, & aliam vſque in infinitum addere: infinitum attamen in actu per oppoſitum, ita eſſet quantum in magnitudine, vt maius, nec per Dei potentiam eſſe poſſet, & ita multiplex in multitudine, vt plura ſibi incompoſſibilia eſſent.

15 *Quid de infinito ſecũdũ entitatẽ*

Hac ergo infinitorũ diſtinctione præmiſſa, loquendo de infinito primo quantitatis virtutis, ſcilicet, de infinito quoad entitatem, ſeu entitatiuam perfectionem, & virtutem, dicebat illa prima opinio pro Ariſtotele allegata, Intelligentias aliquas eſſe infinitas: ſed fides, & theologica ratio ſolum Deum eſſe infinitum hoc modo docet: de quo in ſequentibus diſputabitur.

16 *Almainus. Maior.*

Loquendo attamen de ſecundo infinito quantitatis virtutis, nempe, per intenſionem graduum qualitatis, fuit communis ſententia Pariſienſium, quam Almainus commemorat in 3.diſtin.13.quæſt.1.§.*iſtis ſuppoſitis*, collatam fuiſſe Chriſto Domino gratiam habitualem infinitam ſecundum intenſionem qualitatis: quã ſequitur Ioannes Maior ibidem quæſtione 3. pro qua ſententia refertur Cayetanus, & non deſunt Thomiſtæ, qui illam Scoto imponant. Et hæc quidem ſententia neceſſario ex conſequenti admittit infinitum in actu in hoc genere quantitatis virtutis per gradus intenſionis; cuius ſententiæ fundamentum erat: quia cum gratia habitualis augeri poſſit vſque in infinitũ: nihil obſtare videtur, quo minus poſſet produci à Deo infinitè intenſa: & hanc de facto fuiſſe productam in Chriſto dicebat: D. autem Thomas 2.2.quæſt.24.art.7. hoc infinitum, non in actu, ſed in potentia admittit, dum inquit, in huiuſmodi formis non poſſe eſſe gradum præfixum, vltra quem non poſſit vlterior gradus intenſionis augeri: ſic etenim pro hac ſententi a illũ citatant, & ſequuntur Thomiſtæ fere omnes, & alij ex alienis familijs: licet meo videri, oppoſitum ſentiat in 3.par. quæſt. 7.art.12. in corpore, vbi poſtquam exemplificat de calore, & igne, ſic cõcludit: *Ideo gratia Chriſti pertingit ad ſummam menſuram gratiæ*: ſed quidquid ſit de Angelici Doctoris ſententia, diſcipuli eius ipſum pro illa adducunt, vt hoc infinitum in potentia modo expoſito in qualitatibus intenſibilibus, tãquam de eius mente eſſe arbitrentur.

Quid de infinito intenſibilis qualitatis, ſenſerint D. Thom. & alij.

D. Thom.

17 *Quid de infinito qualitatis intenſibilis ſentiat Scotus*

Scotus vero in 3.diſtinct.13.quæſti.14.litera.B.& infra, nec admittit in huiuſmodi intenſibilibus infinitatem in actu, ſiquidem ibi expreſſe tenet Chriſti gratiam eſſe finitam: nec cõſentit dari infinitũ in potentia in illis, ſed peruenire poſſe ad aliquem vltimum intenſionis gradum, vltra quem alius ſuperaddi, aut augeri nõ poſſit: & de facto ſic ſummè intenſam fuiſſe gratiam Chriſti deffendit: intenſibilia ergo per gradus virtutis, & perfectionis terminari poſſe ad vltimum ſuæ intenſionis gradum in ſummo tuetur: in hoc attamen nullam infinitatem, nec in actu, nec in potentia concedit: quam ſententiam vltra omnes Scotiſtas tenent D. Bonauentu-

D. Bonau. *Ricardus.* *Durand.* *Marſilius.*

nauentura in 1. diſtinct. 17. 2. part. diſtinctionis quæſt. 4. Ricardus ibidẽ art. 2. quęſt. 4. & in 2. diſtin. 11. art. 2. quæſt. 1. ad ſecundum, & in 3. diſtſ. 13. art. 1. q. 2. in corpore, Durandus ibidẽ quæſt. 1. n. 10. & in 1. diſtin. 17. quęſtione. 9. num. 8. Marſilius in 3. quæſt. 10. art. 1. par. 3. articuli concluſione 1ª & plures alij. Sed quia circa hoc punctum erit ſpecialis difficultas de ſumma gratia Chriſti in 3. lib. ideo illuc ex profeſſo tractandum remittitur: hic autem obiter huius gratiæ infinitas excludetur.

18 Nunc vero circa aliud duplex infinitum, videlicet, quãtitatis molis, pręcipue præſens difficultas pertractatur, tam, ſcilicet, de infinito magnitudinis, quam multitudinis, quod quidem non ſolum in potentia, ſed etiam in actu dabile eſſe, arbitrantur Auctores ſecundæ ſententiæ 1. de quolibet attamen ex numeratis infinitis reſoluetur difficultas, ſupponendo quodliber in actu, & potentia poſſe intelligi.

19 Ad huius attamen difficultatis plenã reſolutionẽ ſecundo eſt maximẽ obſeruandum, latam eſſe differentiã inter quantitatem cõtinuam, & diſcretam, hoc eſt inter quantum ſecundum magnitudinem, & quantum ſecundum multitudinem: nam vt Doctor de mente Auerrois 3. phyſicor. c. 60. 61. & 63. & 68. prænotat diſtin. 13. quæſt. 4. ſub litera C. in numero multitudinis proceditur ad materiã: in continuo autẽ magnitudinis proceditur ad formam: procedere autẽ ad materiam, aut ad formam, maximè differunt interſe: quod ſic explicatur: quoniam multiplicitas in eadem natura ſpecifica eſt per principia materialia, & indiuidualia, quæ, nec variat rationem formalẽ naturæ, nec ipſam formaliter auget, aut minuit: nam quod natura ſpecifica hominis, ſit diuiſa in plura, aut pauciora indiuidua, non auget, nec minuit formalitatem humanitatis: quia igitur eadem conſeruatur formaliter natura, tam in vno, quam in infinitis indiuiduis (ſi eſſent) ideo abſque deſtructione naturæ poteſt in infinitum multiplicari per materiam, hoc eſt per indiuidua infinita, ſaltem in potentia: & per conſequens numeri creſcunt ex proceſſu ad materiã, vſque in infinitũ. Quia igitur quocũque numero cuiuslibet naturæ, quantumuis multiplici poſito, adhuc poteſt Deus alium, & alium vſque in infinitum ſuperaddere abſque deſtructione naturæ, cuius ſunt indiuidua: ideo non tot poſſunt in qualibet natura, indiuidua eſſe, quin plura Deus poſsit creare, & præexiſtenti numero ſuperaddere: & ideo infinitum in potentia, non vero in actu (inquit Scotus) in multitudine reperitur. 20

Subtilis doctrina Auerrois ab Scoto approbata.

Atqui in augmento continui in magnitudine, ad formam, & naturã proceditur: quia quælibet natura quãta quantitate molis poteſt cõſeruari in tali, aut tali magnitudine, ita vt in maiori eſſe non poſsit, nec conſeruari talis natura: non etenim formica in magnitudine cœli, maiori conſeruaretur, nec lignum, aut lapis poſsũt eſſe maiora vniuerſo: & ideo, inquit, Auerroes, quod cõtinuum creſcit, & augetur eundo ad formam: ſed in proceſſu ad formam neceſſe eſt eſſe ſtatum, non autem ad materiam: & ideo in quantitate continui eſt ſtatus ad maius, vltra quod aliud maius eſſe nõ poteſt: non autem in multitudine numerorum: quam doctrinam applicat Auerroes ad aliam Ariſtototeles 3. phyſicor. cap. de infinito, vbi inquit, quod *tantum contingit eſſe actu, quantum contingit eſſe in potentia*, & ita non eſt procedere in infinitum eundo ad formam: atqui ideo neceſſum eſt in magnitudine quantumcumque extenſa, ponere terminum qualitercũque poſsibilem. Quam doctrinam Phylophi, ſic per Auerroem expoſitam libenter admittit Scotus ibidem litera D. dicens, quod benè concludit de quanto quantitate molis. 21

Quod optimè idem confirmat in lib. 2. Metaph. quæſt. 6. fol. 29. pag. 2. vbi poſtquam negauit, infinitum poſſe dari in actu in magnitudine, quærit ipſe Doctor, an poſsit dari ſaltim in potentia? inquit, enim, *ſed vtrũ poſsit eſſe infinitum in potentia? dicendũ*

ſecun-

ſecundum Phyloſophum,quod non: quia Phyloſophus 3.phyſic.(inquit)quantam magnitudinem contingit eſſe in potentia, tantam contingit eſſe in actu:&quamuis ibi ab hac doctrina propter aliquas declarationes deuiare videatur:tandem eam amplectitur applicando eã ad magnitudinem perfectionis *vbi* (ait)*idem eſt maius,quod melius*: & ſic concludit: *infinitas enim talis ſecundũ Phyloſophũ,nullibi eſt,niſi in numero: & ibi ſolũ in potentia:actu tamen non eſt in effectibus,ſed in Deo ſolo.*

§3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

22 HIS præhibitis, difficultaté concludendo,dico primo, quod loquendo de infinito penes entitatiuã perfectionem,& eſſentialem virtutem,nullum infinitum eſt dabile,nec per Dei potentiam cathegorematice,aut ſincathegorematicè in rebus creatis. Concluſio eſt Doctoris in illa litera citata ſupra num.7. & communis,& quoad primam parte de infinito in actu probatur ex illo Pſalm.76.*Quis Deus magnus,ſicut Deus noſter?* Vbi magnitudinis infinitatem reſpiciens Dauid, illã ſolam,& vnicam eſſe ait:ac ſi diceret,ſiquis eſſet magnus,& in magnitudine infinitus,ſicut Deus noſter,neceſſario eſſet Deus,ſicut ille,quod impoſſibile eſt:& Deum infinitum eſſe penes magnitudinem diffinit, dum inquit Pſalm.47.*Magnus Dominus,& laudabilis nimis*,& alibi,*magnus Dominus,& magna virtus eius*. Ac ſi dicat,infinitatem diuinam penes magnitudinem quantitatis virtutis menſurari infinitũ. Ex quo ratione deducitur, nullam creaturam poſſe infinitam eſſe actu:quia de ratione infiniti eſt (prout ſupra oſtendimus in Commẽtarijs ad art.10.)quod à nullo excedatur,& omne aliud excedat: ſed creatura,quantũuis perfecta,etſi ſit perfectiſsima Intelligentia illarum, quas videtur poſuiſſe Phyloſophus, ſeu quã Deus poteſt creare,adhuc in infinitum exceditur ab alio, nempe à Deo ipſo:quia idem Ariſtoteles illas poſuit inferiores,& inæquales primæ Intelligentiæ, quæ eſt Deus: ſi etenim illi ſunt inferiores,& inæquales,proculdubio ab eo excedi neceſſum eſt:ſed repugnat infinito ab alio excedi:ergo repugnat creaturam aliquam eſſe actu infinitam inentitate.

1. Conclu.

Secunda vero pars prædictæ concluſionis videlicet,nec dabile eſſe tale infinitũ in potẽtia,egregiè probat Doctor loco nuper citato: quia hoc non aliter eſſet,niſi quia Deus poſſet facere ſpeciẽ in infinitũ nobiliorem, quacũq; factà:ita quod poſita perfectiſsima creatura,adhuc poſſet Deus aliã perfectiorẽ vſq; in infinitũ creare:ſed tũc vel eſſet poſsibilis aliquis gradus intenſiue infinitus in perfectione,vel non. Si hoc ſecũdũ dicas: habetur intentũ:ſi autem primũ: cõtra,quia eſſet creatura poſsibilis ſimpliciter in eſſentia infinita:& tunc illa ſimiliter eſſet Deus:& tunc Deus alium Deum poſſet creare, quod eſt abſurdum. 23

Dico ſecundo, in eis, quæ ſunt quãta quantitate virtutis intenſibilis, non eſſe dabile aliquod infinitum in actu,nec in potentia. Concluſio eſt Scoti,vt patuit in literaeius:& quoad primam partẽ de gratia Chriſti,probat Diuus Thomas 3.part.quæſt.7.artic.11.ex illo Sapientiæ c.11.*Omnia in numero,& pondere,& menſura diſpoſuiſti*.Ex quo ſic,gratia eſt quid creatum (& idem, eſt de qualibet qualitate) ſed omne creatum eſt finitũ, vt patet ex hoc teſtimonio ſapientiæ:ergo gratia non poteſt eſſe infinita:quod probat in corpore articulĩ ex proportione formæ ad ſubiectum ſic:gratia eſt in anima Chriſti, ſicut in ſubiecto:anima autem Chriſti eſt creatura quædam habens capacitatem finitam:ergo eſſe gratię, cum non excedat ſuum ſubiectũm, non poteſt eſſe infinitũ. Aliter ſolet pro- 24 *2. Conclu.*

ARTICVLVS IX.

Vtrũ Dei infinitas probetur ex hoc, quod Deus eſt diſtinctè intelligens omnia intelligibilia, ſeu ex via finis?

A AD nonum ſic proceditur, & videtur, quod Dei infinitas non probetur ex hoc quod Deus eſt diſtinctè intelligens omnia intelligibilia, nec ex via finis, *& hoc ſine argumentis.*

B Sed contra eſt, quia intellectus intelligibilia infinita ſimul intelligens eſt infinitus: talis eſt intellectus diuinus: ergo &c.

C Reſpondeo dicendum, quod oſtenſo propoſito per viam primæ efficientiæ, per ratione̅ Phyloſophi: quia illa prima efficiencia infert infinitatem: ſequitur ſecunda via ex hoc, quod eſt intelligens diſtinctè omnia factibilia, vel intelligibilia. Vbi arguo ſic: intelligibilia ſunt infinita, & hoc actu in intellectu omnia intelligẽte: ergo intellectus illa ſimul actu intelligens eſt infinitus: talis eſt intellectus diuinus, vt ſupra 5. & 6. articulis probatum eſt in concluſionibus de intelligere primi *efficientis.* 1. Concluſ. Huius enthimematis probo antecedens, & conſequentiam: Antecedens ſic: quæcumque ſunt infinita in potentia, ita quod accipiendo alterum poſt alterum, nullum poſſunt habere finem: illa omnia ſi ſimul ſunt in actu, ſunt infinita actu. Intelligilia ſunt infinita in potentia reſpectu intellectus creati, ſatis patet, & in intellectu increato ſunt ſimul omnia intellecta actu, quæ à creato ſunt ſucceſſiue intelligibilia: ergo ſunt ibi actu infinita intellecta. Huius ſyllogiſmi maiorem ſic probo, licet ſatis euidens videatur: quia omnia talia acceptibilia, quãdo ſunt ſimul exiſtentia, aut ſunt actu finita, aut ſunt actu infinita. Si actu finita: ergo accipiendo alterũ poſt alterũ, tandẽ poſſũt omnia eſſe accepta actu: ergo ſi poſſunt omnia actu eſſe accepta, ſi actu ſimul ſunt, ſunt actu infinita. Conſequentiam primi enthimematis ſic probo: quia vbicumque pluralitas requirit, vel concludit maiore̅ perfectione̅, quàm paucitas, ibi infinitas numeralis cõcludit infinitam perfectionem. Exẽplũ: poſſe ferre decẽ, maiore̅ perfectione̅ requirit virtutis motiuæ, quàm poſſe ferre quinque, ideo poſſe ferre infinita, concludit infinitam virtute̅ motiuam: ergo in propoſito, cũ intelligere. A. ſit aliqua perfectio, & intelligere. B. ſit alia perfectio, numquã idem intelligere erit ipſius. A. & B.

& B æquè diſtinctè, vt duo intelligere eſſent, niſi perfectiones duorum intelligere in illo vno eminenter includantur, & ſic de tribus, & ſic vltra de infinitis.

D Conſimiliter etiam de ipſa ratione intelligendi arguetur, ſicut de intellectu, & actu argutum eſt: quia maior perfectio concluditur in ratione intelligendi ex pluralitate illorũ, quorum eſt ratio intelligendi diſtinctè: quia oportet, quod includat eminenter perfectiones omnium propriarum rationum intelligendi, quarum quælibet ſecundum propriam rationem, aliquam perfectionem ponit: ergo infinitatem concludunt infinitæ.

E Secundò iuxta iſtam viam de intelligere primi *effectiui* propoſitum ſic oſtendo. Cauſa prima, cui ſecundum vltimum ſuæ cauſalitatis cauſa ſecũda aliquid perfectionis addit in cauſãdo, non videtur ſola poſſe ſine ſecunda ita perfectum effectum cauſare, ſicut ipſa cum ſecunda: quia cauſalitas ſola primæ cauſæ diminuta eſt reſpectu cauſalitatis ambarũ: ergo ſi illud, quod natum eſt eſſe à cauſa ſecundà, & prima, ſimul ſit multo perfectius à ſola prima, cauſa ſecunda nihil perfectionis addit primæ: ſed omne finitum omni finito additum addit aliquam perfectionem: ergo talis prima cauſa eſt finita. Ad propoſitum notitia cuiuſcumque obiecti nata eſt gigni ab ipſo, ſicut à cauſa proxima: & maximè illa, quæ eſt viſio, ſiue intellectio intuitiua: ergo ſi illa alicui intellectui ineſt ſine actione quacumque talis obiecti, ſed tantummodo ex virtute alterius obiecti prioris, quod natum eſt eſſe cauſa ſuperior reſpectu talis cognitionis: ſequitur, quod illud obiectum ſuperius eſt infinitum in cognoſcibilitate: quia inferius nihil ſibi addit in cognoſcibilitate: tale obiectum ſuperius eſt natura prima: quia ex ſola præſentia eius apud intellectum primi *effectiui*, nullo alio obiecto cauſante, eſt notitia cuiuſcumque obiecti in intellectu eius, ſicut probatur ſupra in concluſionibus de intelligere primi *effectiui loco citato*: igitur nullum aliud intelligibile aliquid ſibi addit in cognoſcibilitate: ergo eſt infinitũ: ſic ergo & in entitate: quia vnũquodq; ſicut ad eſſe ſe habet, ſic ad cognoſcibilitatẽ, *Tex. c. 4.* ex 2. Metaph.

F Tertia via ex parte finis arguitur ſic: voluntas noſtra *2. Concluſ.* omni finito aliquid maius poteſt appetere, & amare, & ſicut intellectus intelligere: & quod plus eſt: videtur inclinatio naturalis ad ſumme aman-

amandum bonũ infinitũ. Nam inde arguitur, inclinatio naturalis ad aliquid in voluntate: quia ex ſe ſine habitu, promptè, & delectabiliter vult illud voluntas libera: ita videtur, quod experimur de actu amandi bonum infinitum: imò non videtur voluntas in alio perfectè quietari; & quomodo illud non naturaliter odiret: ſi eſſet oppoſitum ſui obiecti: ſicut naturaliter odit non eſſe; ſecundum Auguſtinum de libero arbitrio capite 2. Videtur enim, quod ſi infinitum repugnaret bono, quod nullo modo voluntas quietaretur in bono ſub ratione infiniti, nec in illud faciliter téderet, ſicut nec in repugnans ſuo obiecto.

Confirmatur iſta ratio in ſequenti via per ſimile de intellectu.

Expoſitio 9. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

1 EX concluſionibus præambulis, quas poſuerat Doctor in 5. artic. vbi oſtendit, quod primum efficiens eſt intelligens, & volens, & quod ſua intellectione diſtinctè intelligit omnia intelligibilia: probat in hoc 9 art. Dei infinitatem enthimemate iſto, intelligibilia, quæ actu intelliguntur à Deo, qui omnia intelligibilia diſtinctè intelligit, ſunt infinita: ergo intellectus illa ſimul actu intelligens, eſt infinitus. Antecedés huius enthimematis benè probatur in textu ſyllogiſmo illo de infinitis actu intellectis: non quidé quod ibi aſſerat dari in rebus infinitũ in actu, ſed quod ea, quæ reſpectu intellectus creati ſucceſsiue intelliguntur, quæ ſũt ſincathegorematicè infinita, ea ipſa actu ſimul intelligũtur à Deo, ac ſi actus ſimul exiſterent: nó quod intelligãtur ſecũdũ exiſtentias, quas non habent, ſed quia intelligũtur, ac ſi haberent exiſtentias: ex hoc, quod eſt ſimul infinitè intelligi à Deo, arguit à Deo intelligi, ac ſi eſſent in actu, non tamen arguit ſimul infinita dari in actu. Conſequẽtiã vero illius enthimematis probat, ex eo quod ad plura intelligéda maior perfectio requiritur, quã ad intelligenda pauciora, & ex inde ad intelligenda infinita infert requiri perfectionem infinitam intellectus infiniti.

Verũ enim vero conſequẽtia iſta, & eius probatio, ingentẽ difficultatẽ inuoluit, ſtando in doctrina Scoti, qui nunc ſibi videtur contradicere: nã, vt viſum eſt ſupra in diſt. 32. nu. 18. ex ipſius Scoti litera conſtat, intellectũ humanũ Chriſti Domini, qui eſt vere intellectus creatus, & finitus, de facto omnia futura, & poſsibilia, quę actu videt Verbũ, actu videre in Verbo: quãuis enim ibi aliũ modũ de viſione habituali ſtatuerit Doctor, profecto etiã modũ viſionis actualis in intellectu Chriſti Domini approbat, & vtrũque modũ problematice tuetur: & in 3. diſt. 1. q. 2. Probat ad viſioné infinitorũ relucentiũ in Verbo non ſequi cõprehenſioné: eo quod cõprehenſio non eſt niſi infiniti intellectus: ad viſionem attamé infinitorum exiſtentiam, non requiritur intellectus infinitus. Pro quo vide, quæ dicta ſũt ſupra in citatã diſt. 32. n. 25. Non igitur ex infinitorum intellectione bené infert Doctor infinitaté intellectus ipſius intelligétis: vel in hoc ſibi proculdubio contradicit, cum teneat intellectum finitum omnia intelligibilia, quæ infinitus intelligit, intelligere poſſe. 2

Argumentum hoc ſatis vrgeret, niſi differentiã inter vtrũque intelligere poneremus: hæc igitur reperitur inter intelligere diuinũ, & creatum, quod videlicet illud ex ſua intrinſeca 3

perfectione eſt neceſſario intelligere ſui, & omnium intelligibilium relucentium in eſſentia ſua, vt docet Scotus in tertio diſtinctione 14. quæſtione 2. intelligere vero creatum, etiamſi ſit ipſius intellectus Chriſti Domini videntis in verbo infinita intelligibilia, quæ videt Verbum, adhuc tamen non videt neceſſario huius modi infinita ex perfectione ſua: ſed ex diuina voluntate, ſibi contingenter oſtendente in eſſentia viſa talia, vel talia obiecta etiam vſque in infinitum. Vnde contingit vnius beati intellectum, pauciora videre in verbo, quam alium: ex qua differentia concluditur, quod etſi ex intellectu infinita contingenter vidente non inferatur infinita perfectio intellectus ipſius, eo quod ab aliquo extrinſeco ſibi prouenit talis viſio: benè tamen infertur infinitas ex viſione infinitorum in intellectu neceſſario, & ex ſua intrinſeca perfectione, illa omnia infinita vidente.

4 Sed tunc videtur circulus huius probationis Scoticæ, ſiquidem in tertia quæſtione illa citata ponit Doctor iſtam cauſalem, ideo intellectus ex perfectione ſua intrinſeca videt infinita, quia eſt infinitus: modo autem hanc oppoſitam ponit cauſalem in præſenti: ideo eſt infinitus, quia videt infinita ex ſua intrinſeca perfectione. Vel igitur hic non benè probat, vel illic.

Reſpondeo, quod dupliciter probat Doctor in duplici loco: nam in tertio probat à priori infinitum intellectum non poſſe non videre omnia intelligibilia vſque in infinitum ex intrinſeca ſui perfectione: modo autē probat à poſteriori, intellectū ex ſua perfectione neceſſario intelligentem actu infinita intelligibilia, eſſe infinitum: & non eſt circulus in probando à priori effectum per cauſam & à poſteriori cauſam per effectum. Cætera ſunt facilia in litera textuali.

ARTICVLVS X.

Vtrum Dei infinitas ex parte eminentiæ inferatur?

AD decimum ſic proceditur: & videtur, quod Dei infinitas non inferatur ex parte eminentiæ, *& hoc ſine argumentis.* A

Sed contra, quia eminentiſſimo incompoſsibile eſt, aliquid eſſe perfectius: ſicut prius patuit: finito autem non eſt incompoſſibile, aliquid eſſe perfectius, quare &c. Minor probatur: quia infinitas non repugnat enti: omni finito maius eſt infinitum: quare &c. B

Reſpondeo dicendum, *quod pro* quarta via ex parte eminentiſsimi *probatur Dei infinitas*, & arguo ſic. Eminentiſsimo aliquid perfectius *&c. vt ſupra.* Aliter arguitur, & eſt idem: cui nō repugnat infinitas intenſiue, illud non eſt ſummè perfectum, niſi ſit infinitum: quia ſi eſt finitum, poteſt excedi, ſi infinitas ſibi non repugnat: enti autem nō repugnat infinitas: ergo perfectiſsimum ens eſt infinitum. Minor huius conſequentiæ, quæ etiam in præcedenti argumento accipitur, nō videtur à priori poſſe probari, vel oſtendi: quia ſicut contradictoria ex rationi- C

tionibus proprijs contradicũt, nec poteſt per aliquid maniſeſtiushoc probari:ita non repugnantia ex rationibus proprijs non repugnat;nec videtur poſſe oſtendi,niſi explicando rationes ipſorum: ens autem per nihil notius explicatur:infinitum intelligimus per finitũ. Et hoc vulgariter ſic expono. infinitũ eſt,quod aliquod finitum ſecundum nullam habitudinem finitam præciſe excedit, ſed vltra omnem habitudinẽ aſsignabilem excedit adhuc. Sic tamen propoſitum ſuadetur,ſicut quomodolibet ponendum eſt poſſibile,cuius non apparet impoſsibilitas,ita & compoſsibile, cuius non apparet incompoſsibilitas: hic nulla apparet incompoſsibilitas:quia de ratione entis non eſt finitas. Nec apparet ex ratione entis,quod ſit paſsio conuertibilis cum ente:alterum enim iſtorum requiritur ad repugnantiam prædictam, paſsiones vero primi entis,& conuertibiles ſatis videntur ſibi notæ in eſſe.

Ariſto. 5. Metaph. tex. co. 61.

C

D Item ſic ſuadetur, infinitum ſuo modo nõ repugnat quãtitati,id eſt in accipiẽdo partẽ poſt partem:ergo nec infinitum ſuo modo repugnat entitati, id eſt in perfectione ſimul eſſendo. Itẽ ſi quantitas virtutis eſt ſimpliciter perfectior,quàm quantitas mollis, quare erit poſsibilis infinitas in molle,& nõ in virtute:ſed ſi poſsibilis eſt; & actu, ſicut patet ex tertia concluſione vbi ſupra de primitate effectiui.Item,quare intellectus,cuius obiectum eſt ens, nullam inuenit repugnantiam intelligendo aliquod infinitum, imò videtur perfectiſsimum intelligibile,mirum eſt,ſi nulli intellectui talis contradictio potens fiat, circa eius primum obiectum: cum diſcordia in ſono ita faciliter offendat auditum; ſi enim eſt diſconueniens ſtatim percipitur,& offendit:cur nullus intellectus ab intelligibili infinito naturaliter refugit, ſicut à nõ conueniente, imò ſuum obiectum primo deſtruente? Præterea,ſummum cogitabile eſt ſummum cogitabile eſt infinitum:ergo infinitum eſt. Maior probatur:ſummum cogitabile poteſt cogitari in re eſſe,& non poteſt cogitari eſſe ab alio: ergo à ſe:ergo intelligendum, ꝙ omni eo, quod tantum eſt in intellectu, poteſt cogitari maius quod eſt in re, non de eodẽ, ſed quia tãtũ cogitabile eſt poſsibile:tãtũ omni poſsibili eſt maius aliquod neceſſarium ex ſe. Aliter ſic,ſummum cogitabile eſt intuibile: non in alio:ergo in ſe.

Ariſto. 5. phyſic.tex. com. 51.

E Per illud poteſt colorari illa ratio Anſelmi de ſummo cogitabili pro ſolut.ſecundi,& intelligenda

telligenda eſt eius deſcriptio ſic: Deus eſt, quo cogitato ſine contradictione, maius cogitari non poteſt ſine contradictione. Et quod addendum ſit ſine contradictione patet, nam in cuius cogitatione includitur contradictio, illud dicitur non cogitabile: quia tunc ſunt duo cogitabilia oppoſita, nullomodo faciendo vnum cogitabile: quia neutrum determinat alterum ſummum cogitabile prædictũ ſine contradictione. Eſſe in ſe probatur de eſſe quidditatiuo: quia in tali cogitabili ſummo, ſumme quieſcit intellectus: ergo in ipſo ſumme eſt ratio primi obiecti intellectus, ſcilicet, entis, & hoc in ſummo. Et arguitur vltra, quod illud ſit loquendo de eſſe exiſtétiæ: quia ſumme cogitabile non eſt tantum in intellectu cogitante: quia tunc poſſet eſſe, quia eſt cogitabile poſsibile: & nõ poſſet eſſe, quia repugnat rationi ei' eſſe ab alia cauſa, ſicut patuit prius in ſecunda cõcluſione de primo effectiuo. Maius igitur cogitabile eſt, quod eſt in re, quàm quod eſt tãtum in intellectu.

F Non eſt autem hoc ſic intelligendum, quod idem, ſi cogitetur, per hoc ſit maius cogitabile, ſi exiſtat: ſed omni, quod eſt in intellectu tantũ, maius eſt aliquod cogitabile, quod eſt in re, vel, quod exiſtit. Vel aliter coloratur ſic: maius cogitabile eſt, q̃ exiſtit; id eſt, perfectius cognoſcibile: quia viſibile, ſiue intelligibile intellectione intuitiua. Quod autem non exiſtit, nec in ſe, nec in nobiliori, cui nihil addit, non eſt intellectualiter viſibile: viſibile autem eſt perfectius cognoſcibile, non viſibile, ſed tantum intelligibile abſtractiue: ergo perfectiſsimũ cognoſcibile exiſtit. De differẽtia intellectionis intuitiuæ, & abſtractiuæ, & quomodo intuitiua eſt perfectior, tangetur diſt. 3 & aliàs quãdo locum habebit.

Vide diſt. 3. q. 3. & 4. & in 2. diſt. 3. q. 9. & in 3. diſt. 14. q. 3. & in quodlib. q.

Expoſitio 10. articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

I PRobatio diuinæ infinitatis per viam eminentiæ habetur efficaciſsimè à Doctore in hoc articulo pluribus medijs: poterat namque ens primum excludi à ratione infiniti ex triplici capite, vel, ſcilicet, primo, quia ab alio ente excederetur in perfectione, vel ſecundo, quia nõ excederet omne aliud ens, vel tertio, quia infinitas tali enti repugnaret. De primo patet: quia infinitum ab alio non poteſt excedi, aliàs enim infinitum non eſſet: hæc tamen ratio infinitatis non ſufficit: quia etiam ſi plura infinita eſſent, ita quod quodlibet eſſet infinitum in ſe, in quolibet poſſet ſaluari, quod non excederetur ab alio: quia ſtaret omnia eſſe æqualiter infinita, & ſi eſſent æqualia, nullum excederetur ab alio, quia æquale ab æquali non exceditur: ſicut contingit in ſumma gratia Chriſti, quæ eſt perfectiſsima, quam Deus poteſt producere; ſi tamen aliam æqualem

produceret,ſicut poteſt, proculdubio neutra excederetur ab altera: nõ ergo ſufficit enti,vt ſit formaliter infinitum,non excedi ab alio: & ideo Doctor addit ſecundum, videlicet, quod infinitum omne aliud excedit. Ex quo benè vnitas infiniti colligitur: quia ſi de ratione infiniti eſt, quod omne aliud excedat,conſequẽter nõ poſſunt eſſe duo infinita:quia ſi duo eſſent infinita æqualia, neutrũ excederet alterum,& ex conſequenti neutrum eſſet formaliter infinitum.

2 Sed quia iſta ſumma perfectio,qua infinitum à nullo exceditur, & omne aliud excedit,forſan non eſſet cõpoſsibilis alicui enti, ob repugnantiam infinitatis ad illud,addit Doctor tertium,quòd,videlicet,talis infinitas non repugnat primo enti:ex quibus Deum infinitum eſſe concludit, eo quod ſit eminentiſsimum ens.

Iſtorum igitur trium primum,videlicet,quod eminentiſsimum à nullo exceditur, probat: quoniam repugnat aliquod ens eſſe perfectius ente eminentiſsimo: ſed omni ente non infinito aliquod poteſt eſſe perfectius(& non loquor ibi de perfectione in genere proprio, ſicut nuper dicebamus de ſumma gratia Chriſti,ſed de perfectione cõtinente formaliter,aut eminenter omne genus perfectionis:) ergo ens eminentiſſimum eſt infinitum. Maior eſt manifeſta:quia ſi aliquod ens poſſet eſſe perfectius ente eminentiſsimo, iam illud eminentiſsimum non eſſet, ſiquidem iam daretur aliud eminentius illo:minor vero non minus euidens eſt:quia omne ens non infinitũ eſt finitum: ergo poteſt ab infinito excedi:ergo aliquod ens poteſt eſſe perfectius illo. Concluditur ergo ex illo primo capite ens eminentiſſimum eſſe infinitum:ſed ex tertio articulo habetur dari aliquod primum ens eminentiſsimum,quod eſt Deus: ergo concluditur hoc talo ens primũ eſſe infinitum.

3 Secundum vero,ſcilicet,quod ens eminẽtiſsimum excedit omne aliud ens,habetur expreſſe in textu in illis verbis:quòd *vltra omnem habitudinem aſſignabilem,excedit adhuc*:ſed clarius in lib.2.ſuæ Metaph. quæſt.6. vbi Doctor diffiniens infinitum ex tertio physicor,ſic ait. *Infinitum eſt, cuius quãtitatẽ accipientibus ſemper eſt aliquid extra,ita quod quantumcumque accipiatur,ſemper eſt aliquid extra*: vbi agit de infinito oppoſito contrariè enti finito,& non tantum negatiue,ſicut opponitur enti finito illud,quod à nullo exceditur:quod quidem ipſe Scotus ſic declarat ibi:*Si eſſet tantum negatiue,vel priuatiue,non ſemper eſſet aliquid extra accipere*:ex hac ergo diffinitione concluditur infinitum neceſſario debere excedere omne aliud poſitiue loquendo,ad hoc vt ſit formaliter infinitum. Ex quibus poteſt ratio ſic formari: nullum ens non infinitum excedit omnem imaginabilẽ habitudinem,& omnem imaginabilem perfectionem:ergo ens excedẽs omnem imaginabilem habitudinem, & omnem imaginabilem perfectionem eſt infinitum. ſed eminentiſsimum excedit omnem imaginabilem perfectionem,& habitudinem: ergo eſt infinitum. *Quid ſit infinitum.*

Profectò licet huius proſyllogiſmi illud enthymema aſſumptum pro maiori ſit verũ:probatio tamẽ minoris potius videtur pertinere ad quæſtionem ſequentem de vnitate Dei, quam ad iſtam:quia ſi eſſent plura infinita æqualia,ominia eſſent eminentiſsima:& tamen vnum non excederet aliud. Vnde per hanc viam eminentiæ melius videtur probari Dei infinitatem per hoc,quod eſt à nullo excedi,quam per illud, quod eſt excedere omne aliud. 4

Sed reuera etiam ad hunc articulum pertinet dictæ minoris probatio:quia per hoc præciſe, quod eſt eminentiſsimum non excedi ab alio, tantum habetur eminentiſsimũ eſſe infinitum negatiue,ſicut gratia Chriſti negatiue eſt ſumma. Hic autẽ probandum eſt eminentiſsimum eſſe poſitiuè,& contrarie infinitum:ac ideo omne aliud ens excedere poſitiuè. Vnde minor illa,nempe, quod eminentiſsimum excedit omnem, &c. 5

Proba-

Probatur: quia eminentiſsimum eſt ſuperlatiuum omnium entium habẽtium perfectionem: non autem eſſet ſuperlatiuum omnium, ſi aliquod eſſet ſibi æquale: ergo &c. ex eo quod per locum intrinſecũ repugnat eſſe plura eminentiſsima.

6 Tertium denique, ſcilicet, enti primo non repugnare infinitatem, fatetur Doctor non poſſe à priori probari: ſed id ſuadet ibi pluribus medijs: ratio tamen ſtat in hoc, quia ſi infinitas non repugnat enti, conſequenter ens eminentiſsimum infinitum erit: quia omnis perfectio nō repugnans enti neceſſario competit eminentiſsimo, ea ratione, qua eminentiſsimum à nullo exceditur: ſed quod non repugnet, probat præſertim: quia nō repugnat infinitas quantitati molis, ex quo à fortiori infert non repugnare quantitati virtutis. Sed hoc medium valde difficile eſt: nam videtur ibi dixiſſe poſſe dari infinitum quantitati in actu, ſicut datur infinitum in entitate, quæ difficultas in proprijs terminis deinceps ventilabitur. Nunc autem pro reſolutoria expoſitione articuli ſupponẽdum eſt, quantitatem multitudinis infinitam eſſe poſſe: an autem hæc infinitas ſit in actu, an vero in potentia? expreſſe tenet Doctor in textu, infinitũ hoc in potentia eſſe, non vero in actu, dum inquit, quod *infinitum ſuo modo non repugnat quantitati, id eſt accipiendo partem poſt partem*, hoc eſt ſucceſsiue. Ex quo, vt explicant Lycherus, & Tartaretus, ſic debet formari ratio Scoti: nō magis repugnat infinitas quantitati virtutis, & perfectionis, quàm quantitati molis modo proportionabili vni, et alteri: ſed ſuo modo non repugnat quantitati molis poſſe eſſe infinitam, hoc eſt in potentia accipiendo partem poſt partem: ergo non repugnat quantitati virtutis etiam ſuo modo actu eſſe infinitam. Hoc igitur modo intelligendum eſt infinitum quantitatis aſsignatum à Doctore: aliter enim euidenter tenet oppoſitum in 2. Metaphyſi. quæſt. 6. vbi ſibi obijcit vrgentia argumenta ad probandum dari poſſe infinitum quantitatis in actu, & illa ſubtiliter ſoluit: & tandem dari non poſſe reſoluit.

7 Vel aliter poteſt reſponderi (vt ponderauit Lycherus) quod loquendo in opinione quorundam, qui ponebant infinitum quantitatis in actu, ad hominẽ contra ipſos, non ſecundum propriã, ſed iuxta illorum opinionem, Dei infinitatem ſic probat. Si non repugnat ſecundum vos dari infinitum quantitatis molis in actu, quomodo quantitati virtutis repugnabit infinitas? Hanc igitur non repugnantiam iterum probat alijs vijs de diſſonantia, ſeu conuenientia intellectus, & de ſummo cogitabili, quo explicat rationem Diui Anſelmi, quæ clare habentur in textu.

DIFFICVLTAS XLI.

Vtrum per Dei potentiam poſſit in rebus creatis dari aliquod infinitum in actu?

§. 1.

Referuntur duæ ſententiæ diuerſæ.

I *1. Sentent.*

OCcaſione illius argumenti, quo Doctor probat in arti. 10. infinitatẽ nō repugnare enti perfecto, ex eo quod non repugnat quantitati molis, mouetur præſens difficultas, in qua quæritur, vtrum extra Deum poſsit in rerum natura dari aliquod infinitum actu exiſtens? & quidem dari de *12. Meta.* facto intelligentias aliquas infinitas, videtur docuiſſe Philoſophus eo quod 12. Metaph. ex perpetua cœli motione colligit infinitam virtutẽ Motoris: ſed Philoſophus tenet plures intelligentias perpetuo, & cõtinuo cœlos mouere: ergo ſentit omnes illas eſſe infinitas. Et præterea: quia non aliunde probat ipſarum intelli-

telligentiarum immaterialitatem, niſi ex infinitate illarum, vt conſtat ex eodem lib.12.Metaph.tex.41. Vbi ita raciotinatur de primo Motore, & tex.42.concludit plures eſſe huiuſmodi ſubſtantias perpetuo mouentes: & textu 43. probat omnes illas eſſe ſempiternas,& immobiles, cuius fundamentum eſt(vt D.Thomas aduertit)quia tenet,quod mouent tẽpore infinito,& conſequenter infinita virtute. Ex quibus omnibus videtur deduci ſecundum mentem Phyloſophi in rebus creatis dari plures ſubſtantias infinitas,nempe Intelligẽtias illas. Nec valet ſi dicas Phyloſophum forſan exiſtimaſſe, intelligẽtias illas creaturas non eſſe,ſed Dei vnitatem ignoraſſe,& Intelligentias illis plures Deos eſſe,gentiliter credidiſſe: nam ipſe cognoſcit omnes fuiſſe creatas à primo Motore: quem ſolum in fine Metaph. fatetur fuiſſe vnicum vniuerſi Cõditorem,& Principem.

2 Eſto tamen,quod intellectus naturali ratione tantummodo illuſtratus non capiat ens aliquod extra Deum infinitum actualiter eſſe,aut infinitæ virtutis quoad entitatem: non attamẽ deſũt,qui in quantitate molis,cõtinua,ſcilicet,& diſcreta, hoc eſt in magnitudine,& multitudine,infinitatem dari in actu,admittant: ita vt non repugnare, Deum creare rem aliquam quantam quantitate infinita actu exiſtentem, aut etiam multitudinem infinitam rerum quarum liber,opinentur. Hanc ſententiam primitus tenuerunt Auicena, & Algazel,quos referunt D.Thomas 1.par. quæſt.7.art.4.& Scotus in 2. Metap. quæſt.6. quam poſt modum ſunt ſequuti Gregor. Ariminin 1.diſtin.43. quæſt.4.Gabriel in 2.diſtin.1. quæſt. 3.Baſſolis eadem diſtinct.43. quæſt. vnica art.2.§.*de primo modo infinito*, Maironis in 1.diſtinct.43. quæſt. 10. OKam circa multitudinem rerum ſpiritualium eam amplectitur ibidẽ, & nouiſsimè tenet Vazquez,vt probabilem,& illam tuetur 1.part.diſp. 26.cap.2.& 3.

1.Sentent. *Auicena.* *Algozel.* *Arimin.* *Gabriel.* *Baſſolis.* *Maironis.* *OKam.* *Vazquez.* *Argumenta Baſſolis*

3 Probatur igitur hæc ſententia ſic à Baſſole: Deus poteſt omne illud extra ſe,quod non implicat aliquam contradictionem ex extremis: ſed eſſe infinitam magnitudinem in actu non implicat aliquam contradictionem: quia ſi implicaret, aut hoc eſſet ratione quantitatis, aut ratione infinitatis in actu, aut ratione vtriuſque: ſicut ratione affirmationis: & negationis,vel eorum, ad quæ ſequitur affirmatio, & negatio: ſed non ratione quantitatis: quia tũc omnis quantitas implicaret contradictionem,& eſſet impoſsibilis: nec ratione infinitatis in actu, quia tunc omne infinitum in actu implicaret contradictionem,& tunc Deus non eſſet infinitus in actu: nec ratione vtriuſque ſimul,quia infinitas actualis non negat quantitatem quãcumque,ſed magis finitatem actualem, vel quantitatem finitã:& ad quantitatem infinitam,non poſſet ſequi affirmatio quantitatis.& negatio finitatis,& quantitatis finitæ: quæ non contradicunt ſibi: ergo &c.

Secundo: quia quantitas excedens omnem magnitudinem determinatam eſt actu infinita: ſed poſita quacumque quantitate menſuræ determinata,adhuc eſt dare aliã maiorem: ergo eſt dare aliquam quantitatem infinitam in actu. Da enim quamcumque quantitatem volueris,nihil repugnat, quin ſit poſsibile dare aliam maiorem: cogita ergo maiorem,quæ dari poteſt vſque in infinitum: hanc poteſt Deus facere: ergo &c. 4

Tertio probatur ex Phyloſopho 3.Phyſicor. ſi quantitas poteſt augeri vſque in infinitum, poteſt eſſe actu infinita. ſed quantitas poteſt augeri in infinitum: quia, quæ Deus poteſt ſucceſsiue addere præexiſtẽti quãtitati, poteſt ſimul creare,& illi addere: quia non eſt in Deo minor potentia ad agendum ſimul,quàm ad ſucceſsiue agere: ergo &c. 5

Quarto, quoniam illud, quod non ponit quantitatem extra rationem quantitatis, vere poteſt in quantitate reperiri: ſed infinitas actualis, non extrahit quantitatem a ratione quantita- 6

titatis, ſiquidem habet partes copulatas ad terminum cōmunem, qui eſt punctum: ergo &c.

7 Quinto, quia ſicut Deus cognonit lineas infinitas poſsibiles, ſic poſſet actu illas creare: ſed ipſis exiſtentibus poſſet vnam alteri, & alteram alteri ſuperaddere: ergo poterit, & ſecundum multitudinem, & magnitudinem infinitum actuale ponere in rerum natura.

8 Hæc ſunt argumenta Baſſolis, quibus conuincitur aſſerere, quod non apparet ſibi aliqua contradictio in hoc, quod eſt ponere poſſe dari infinitum in actu: quæ quidem, vt credo ſunt magis apparentia pro hac opinione: Vazquez vero nullo peculiari vtitur, ſed tantum illam tuetur, ſoluendo argumenta pro opinione cōtraria. Sed adhuc poteſt probari hæc ſententia, & vrgetur Scoto lib. 2. Metaph. quæſt. 6. vbi inquit, *infinitum etiam in actu eſt difficile vitare: videtur enim ſecundum Phyloſophum. quod infinitum contrariè in actu eſt, ſicut patet de animabus hominum poſita generatione perpetua.*

---

§. 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & nonnulla fundamenta illius enucleantur.

9 In oppoſitum autem eſt litera textualis huius ar. 10. vbi *Doctor* hæc profert in corpore, *infinitum ſuo modo non repugnat quantitati, ideſt accipiendo partē poſt partem:* & ibi, vt infra ex eius ſententia videbitur, loquitur de infinito multitudinis, ac ſi dicat infinitatem tantum cōpetere poſſe quantitati molis diſcretæ ſucceſsiue, & in potentia: non tamen in actu, prout explicat Lychetus, & Tataretus, ſed expreſsius in lib. 2. Metaph. quæſt. 6. vbi hanc difficultatem diſputat ex profeſſo, loquendo de omni genere infinitatis ſeorſum, de quolibet loquitur, & primo de infinito eſſentiali, ſeu entitatiuo hæc profert, *quod infinitum contrarie in potentia eſt diſsimile: quia talis non poteſt eſſe in diuerſitate ſpecierum, ita quod Deus poſsit facere in infinitum ſpeciem nobiliorem quacumque facta, quia tunc eſſet aliquis gradus poſsibilis intenſiue infinitus in perfectione: & tunc eſſet creatura poſsibilis ſimpliciter infinita, & tunc illa ſimiliter eſſet Deus.* Et loquendo de magnitudine, ſeu quantitate virtutis in qualitatibus intenſibilibus, hæc ait ibidem, *de magnitudine perfectionis, vbi idem eſt maius, quod melius: in tali non eſt infinitas.* Loquendo vero de infinito in multitudine quātitatis molis, hæc inquit ibidem, *quod multitudo in genere quantitatis, non poſſit eſſe actu infinita patet 3. phyſic. omnis numerus eſt numerabilis: ergo pertranſibilis. ergo &c.* Loquendo tandem de cōtinuo in magnitudine in eadē quæſt. fol. 29. pag. 2. ait, *de infinito contrariè ſciendum, quod actu non poteſt eſſe in mag
nitudine.* Sequuntur Doctorem Guil- *Guil. Rub.*
lelmus Rubionis in 1. diſtinct. 43. *Lyche.*
q. 1. ar. 1. conclu. 4. Lychetus diſtin. *Tatharet.*
2. quæſt. 1. §. *quarta via.* Tataretus *Vigerius*
ibidem ſub eodem §. & 1. phyſi. cap. *Rada.*
2. quæſt. 1. dub. 1. Vigerius ibidem Pa *S. P. N.*
ter Rada 1. part. controuer. 27. ſub ex *Bonauent.*
plicatione tituli ſupponit infinitū *D. Thom.*
in actu eſſe ab intellectu confictum, *Cayeta.*
& plerique Scotiſtæ. Item eſt expreſ *Durandus*
ſa ſententia Seraphici Patris D. Bo- *Marſil.*
nauenturæ in 1. diſtin. 43. art. 1. quæ- *Molin.*
ſtione 3. & D. Thomæ 1. part. quæſt. *Suarez.*
7. art. 4. quem Caytanus, & cæteri *Valent.*
Thomiſtæ ſequuntur ibidem. Tenet *Ægiddius*
Durandus in 1. diſtinct. 43. quæſt. 2. *Luſitan.*
Marſilius in 1. diſtinct. 42. conclu. 6. & ex Ieſuitis, Molina 1. part. quæſt. 14. art. 5. & 6. ſolutione ad ſecundum argumentum Suarez 2. tom. Metap. diſpu. 35. ſect. 3. num. 25. Gregor. de Valen. 1. part. diſpu. 1. quæſt. 3. puncto 3. & nunc nouiſsimè ſapientiſsimus noſter Ægidius Luſitanus 2. tomo de Beatitudine lib. 10. quæſtione 2. artic. 3. § 4. quæ eſt communis ſententia, tam Phyloſophorum, quam Theologorum.

Pro

10 *Infinitas quælibet non reperiri poteſt niſi in quantitate.*

Pro intelligentia ergo huius difficultatis primo obſeruare oportet, quod vt colligitur ex litera textuali huius decimi articuli, & clarius ex q. 5. quodlibetica ſolutione ad primum principale, infinitas non contrahit (vt ita loquar) ens ſecundum præciſam rationem entis, ſed ſecundum, quod eſt ens quantum (prout infra in difficultate de perfectione diuinarum relationum manifeſtius oſtendetur) quia cum infinitas ſit quædam interminatio oppoſita rei terminatæ, & limitatæ menſurabili, tantum poteſt competere illi generi rerum, cui competit menſurari: quia ergo hoc, quod eſt ſic menſurari, ſolum reperiri poteſt in quantitate: quia vbi non eſt quantitas, non poteſt aliquid excedere, aut excedi: ideo tantum reperiri poteſt finitas, aut infinitas in quantitate: atque ideo ens non quantum nec poteſt eſſe finitum, neque infinitum. Quantitas autem eſt duplex, vt docet Scotus in citata q. 6. 2. Metaph. §. *hic eſt notandum*, ſcilicet, propria, vel metaphorica, quod idẽ eſt, quod quãtitas molis, & virtutis: quantitatem etenim molis vocat quantitatem propriam quantitatem vero virtutis, ſeu perfectionis, metaphoricam vocat: quia hæc non ex natura ſua, ſed ex proportione quadam ab eodem modo ſe habendi deſumpta, metaphorice dicitur quantitas, eo ſcilicet, quod menſurabilis eſt: quia menſura eſt propria paſsio quãtitatis molis. Vnde res quælibet menſurabilis dicitur proprie, aut metaphorice quantitas: non igitur reperiri poteſt finitas, vel infinitas, niſi in quantitate virtutis, & perfectionis, aut molis.

11 *Duplex infinitum in quantitate virtutis, ſeu perfectionis.*

Ex hoc igitur poteſt intelligi infinitum penes quantitatem virtutis eſſe duplex, & penes quantitatem molis etiam duplex eſſe, aut etenim eſt infinitum penes entitatiuam virtutem, & perfectionem, vel penes gradus entitatis. Primo modo illud eſt infinitum, quod formaliter, aut eminenter continet omnem perfectionem cuiuslibet entitatis perfectæ, & à nullo exceditur in virtute, & perfectione, & omne aliud excedit: hoc modo infinitum in perfectione naturæ, & entitatis formalis, ſolus eſt Deus, prout ex via eminentiæ probatum eſt in Commẽtarijs huius decimi articuli. Secundo vero modo dicitur infinitum per intenſionem infinitorum graduũ eiuſdem entitatis, vt ſi eſſet aliqua qualitas, quæ haberet infinitos gradus perfectionales, vtpote ſi albedo in infinitũ poſſet intendi: & hoc infinitum ſolet dici in proprio genere ad differentiam primi infiniti, quod omnia genera perfectionum tranſcendit: illud vero, non vltra propriam perfectionẽ ſpecificam extenditur, ſed intra ipſam per additionem gradus ad gradum intenditur.

12 *Duplex infinitum in quantitate molis.*

Rurſus penes quantitatem molis (vt dixi) aliud duplex poteſt intelligi infinitum, primum, videlicet, ſecundum magnitudinem, hoc eſt ſecundum extenſionem partium, & eſt idem, quod res extenſa, non terminata in aliquo puncto terminatiuo ſuæ magnitudinis, nec nata terminari in illo: & hoc modo poteſt imaginari eſſe aliquod infinitum in quantitate continua, vtpote linea infinita: ſecũdum vero dicitur infinitum ſecundum multitudinem, & idẽ eſt, quod multitudo, cuius non eſt dabilis aliqua vltima vnitas: & hoc infinitum reperitur in quantitate diſcreta, vt poteſt in numero infinito.

13 *Quod ſit infinitum in potentia.*

Porrò hoc duplex poſterius infinitum ſpecialiter in genere quantitatis molis poteſt adhuc dupliciter intelligi: vel, ſcilicet, in potentia, quod dicitur ſincathegorematice; vel in actu, quod dicitur cathegorematice: infinitum igitur in potentia, vel ſincathegorematice eſt illud, de quo dicit Ariſtote. 3. phyſicor. *quòd eſt cuius quantitatem accipientibus*, id eſt quantum cumque accipientibus, *ſemper eſt aliquid extra ſumere*: & ideo dicitur infinitum in potentia: quia accipiendo alterum poteſt alterum, ſeu partem poſt partẽ, adhuc ſemper reſtat aliud accipere: cum non ſit deueniẽdum ad vltimam partem: & dicitur in potentia: quia ſolum habet eſſe in fieri, & nun-

& numquam accedit ad terminum, ſed ſemper accipit partem poſt partem.

14 *Quid ſit infinitum in actu.* Infinitum vero in actu ſeu cathegorematice eſt, quod tentum habere tot partes, vt aliam partem poſt illas habere non poſsit: nam vt docet Scotus in citata quæſt.6 fol.41. pagin.1. *infinitas in actu eſt in accepto eſſe tot, quot non plura compoſsibilia: alioquin infinita in actu poſſent excedi, & eſſent finita.* Explicantur igitur hæc duo infinita, ſcilicet, In potentia, & in actu hoc modo, videlicet, infinitũ in potentia ſecũ ſũ magnitudinẽ explicatur per tantũ, & maius, dicendo non eſt tantum, quin maius eſſe poſsit quia potest Deus addere quanto, quantumuis magno, aliam partem quantitatis, qua fiat maius, & ſic ad vltimum nũquam deueniet: quia qualibet magnitudine poſita, adhuc poteſt Deus aliam ſuperaddere. In multitudine autem explicatur infinitum in potẽtia per tot. & plura, dicendo, non tot, quin plura quia poſita quacumque vnitate augẽte numerum, adhuc poteſt Deus aliam ſuperaddere, qua etiã poſita, poteſt adhuc aliam, & aliam vſque in infinitum addere: infinitum attamen in actu per oppoſitum, ita eſſet quantum in magnitudine, vt maius, nec per Dei potentiam eſſe poſſet, & ita multiplex in multitudine, vt plura ſibi incompoſsibilia eſſent.

15 *Quid de infinito ſecũdũ entitatẽ* Hac ergo infinitorũ diſtinctione præmiſſa, loquendo de infinito primo quantitatis virtutis, ſcilicet, de infinito quoad entitatem, ſeu entitatiuam perfectionem, & virtutem, dicebat illa prima opinio pro Ariſtotele allegata, Intelligentias aliquas eſſe infinitas: ſed fides, & theologica ratio ſolum Deum eſſe infinitum hoc modo docet: de quo in ſequentibus diſputabitur.

16 Loquendo attamen de ſecundo infinito quantitatis virtutis, nempe, per intenſionem graduum qualitatis, fuit communis ſententia Pariſienſium, quam Almainus commemorat *Almainus. Maior.* in 3.diſtin.13.quæſt.1.§.*iſtis ſuppoſitis*, collatam fuiſſe Chriſto Domino gratiam habitualem infinitam ſecundum intenſionem qualitatis: quã ſequitur Ioannes Maior ibidem quæſtione 3. pro qua ſententia refertur Cayetanus, & non deſunt Thomiſtæ, qui illam Scoto imponant. Et hæc quidem ſententia neceſſario ex conſequenti admittit infinitum in actu in hoc genere quantitatis virtutis per gradus intenſionis, cuius ſententiæ fundamentum erat, quia cum gratia habitualis augeri poſsit vſque in infinitũ: nihil obſtare videtur, quominus poſſet produci à Deo infinitè intenſa: & hanc de facto fuiſſe productam in Chriſto dicebat: D. autem Thomas 2.2. quæſt.24.art.7. hoc infinitum, non in actu, ſed in potentia admitit, dum inquit, in huiuſmodi formis non poſſe eſſe gradum præfixum, vltra quem non poſsit vlterior gradus intenſionis augeri: ſic etenim pro hac ſententia illũ citarunt, & ſequuntur Thomiſtæ fere omnes, & alij ex alienis familijs: licet meo videri, oppoſitum ſentiat in 3.par. quæſt. 7.art.12.in corpore, vbi poſtquam exemplificat de calore, & igne, ſic cõcludit: *Ideo gratia Chriſti pertingit ad ſummam menſuram gratiæ*: ſed quidquid ſit de Angelici Doctoris ſententia, diſcipuli eius ipſum pro illa adducunt, vt hoc infinitum in potentia modo expoſito in qualitatibus intenſibilibus, tãquam de eius mente eſſe arbitrentur.

Quid de infinito intenſibilis qualitatis, ſenſerint D. Thom. & alij.

D. Thom.

Scotus vero in 3.diſtinct.13.quæſti.14.litera.B.& infra, nec admittit in huiuſmodi intenſibilibus infinitatem in actu, ſiquidem ibi expreſſe tenet Chriſti gratiam eſſe finitam: nec cõſentit dari infinitũ in potentia in illis, ſed peruenire poſſe ad aliquem vltimum intenſionis gradum, vltra quem alius ſuperaddi, aut augeri nõ poſsit: & de facto ſic ſummè intenſam fuiſſe gratiam Chriſti deffendit: intenſibilia ergo per gradus virtutis, & perfectionis terminari poſſe ad vltimum ſuæ intenſionis gradum in ſummo tuetur: in hoc attamen nullam infinitatem, nec in actu, nec in potentia concedit: quam ſententiam vltra omnes Scotiſtas tenent D. Bonauentu- 17 *Quid de infinito qualitatis intenſibilis ſentiat Scotus*

ſecundum Phyloſophum ,quod non ; quia Phyloſophus 3.phyſic.(inquit)*quantam magnitudinem contingit eſſe in potentia, tantam contingit eſſe in actu*:&quamuis ibi ab hac doctrina propter aliquas declarationes deuiare videatur:tandem eam amplectitur applicando eã ad magnitudinem perfectionis *vbi* (ait)*idem eſt maius,quod melius*: & ſic concludit: *infinitas enim talis ſecundũ Phyloſophũ,nullibi eſt,niſi in numero: & ibi ſolũ in potentia:actu tamen non eſt in effectibus,ſed in Deo ſolo.*

§ 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

22 HIS præhibitis, difficultatẽ concludendo,dico primo, quod loquendo de infinito penes entitatiuã perfectionem,& eſſentialem virtutem,nullum infinitum eſt dabile,nec per Dei potentiam cathegorematice,aut ſincathegorematicè in rebus creatis.Concluſio eſt Doctoris in illa litera citata ſupra num.7. & communis,& quoad primam parte de infinito in actu probatur ex illo Pſalm.76.*Quis Deus magnus,ſicut Deus noſter?* Vbi magnitudinis infinitatem reſpiciens Dauid, illã ſolam,& vnicam eſſe ait:ac ſi diceret,ſiquis eſſet magnus,& in magnitudine infinitus,ſicut Deus noſter,neceſſario eſſet Deus,ſicut ille,quod impoſsibile eſt:& Deum infinitum eſſe penes magnitudinem diffinit, dum inquit Pſalm.47.*Magnus Dominus,& laudabilis nimis*,& alibi,*magnus Dominus,& magna virtus eius.* Ac ſi dicat,in finitatem diuinam penes magnitudinem quantitatis virtutis menſurari infinitũ.Ex quo ratione deducitur, nullam creaturam poſſe infinitam eſſe actu:quia de ratione infiniti eſt (prout ſupra oſtendimus in Commẽtarijs ad art.10.)quod à nullo excedatur,& omne aliud excedat: ſed creatura,quantũuis perfecta,etſi ſit perfectiſsima Intelligentia illarum , quas videtur poſuiſſe Phyloſophus ,ſeu quãDeus poteſt creare,adhuc in infinitum exceditur ab alio , nempe à Deo ipſo:quia idem Ariſtoteles illas poſuit inferiores,& inæquales primæ Intelligentiæ , quæ eſt Deus: ſi etenim illi ſunt inferiores,& inæquales,proculdubio ab eo excedi neceſſum eſt:ſed repugnat infinito ab alio excedi:ergo repugnat creaturam aliquam eſſe actu infinitam inentitate.

1. Conclu.

Secunda vero pars prædictæ concluſionis videlicet,nec dabile eſſe tale infinitũ in potẽtia,egregiè probat Doctor loco nuper citato: quia hoc non aliter eſſet,niſi quia Deus poſſet facere ſpeciẽ in infinitũ nobiliorem, quacũq;facta:ita quod poſita perfectiſsima creatura,adhuc poſſet Deus aliã perfectiorẽ vſq; in infinitũ creare:ſed tũc vel eſſet poſsibilis aliquis gradus intenſiue infinitus in perfectione,vel non.Si hoc ſecũdũ dicas: habetur intentũ:ſi autem primũ: cõtra,quia eſſet creatura poſsibilis ſimpliciter in eſſentia infinita:& tunc illa ſimiliter eſſet Deus:& tunc Deus alium Deum poſſet creare, quod eſt abſurdum. 23

24 Dico ſecundo,in eis,quæ ſunt quãta quantitate virtutis intenſibilis, non eſſe dabile aliquod infinitum in actu,nec in potentia. Concluſio eſt Scoti,vt patuit in literaeius:& quoad primam partẽ de gratia Chriſti,probat Diuus Thomas 3.part.quæſt.7.artic.11.ex illo Sapientiæ c.11.*Omnia in numero,& pondere,& menſura diſpoſuiſti.*Ex quo ſic,gratia eſt quid creatum (& idem , eſt de qualibet qualitate) ſed omne creatum eſt finitũ, vt patet ex hoc teſtimonio ſapientiæ:ergo gratia non poteſt eſſe infinita:quod probat in corpore articuli ex proportione formæ ad ſubiectum ſic:gratia eſt in anima Chriſti , ſicut in ſubiecto:anima autem Chriſti eſt creatura quædam habens capacitatem finitam:ergo eſſe gratię, cum non excedat ſuum ſubiectum , non poteſt eſſe infinitũ.Aliter ſolet pro-

2. Conclu.

Eee bari

bari hæc pars concluſionis ab aliis Theologis. Sed quia alibi ex profeſſo tractabitur, hic pro probata ſufficiet.

25 Secundam vero partem ſic probo ratione deſumpta ex eadem Diui Thomæ, articulo 12. quoniam infinitum in potentia eſt illud, quod, poſitũ in quacumque ſuæ intenſionis magnitudine, adhuc poteſt vſque in infinitum augeri, & non habet tot gradus intenſionis, quo minus alium vlteriorem poſsit habere: ſed ex parte formæ intenſibilis excluditur poſsibilitas augmenti, quando attingit ad vltimam perfectionem, quam poteſt talis forma habere in natura, ſicut intenſiſsimus calor ignis non poteſt augeri: quia non poteſt in eo eſſe perfectior, aut intenſior gradus caloris, quam ille, ad quem ſecundum vltimum de potentia ignis pertingit: habere autem omnes formas intenſibiles gradum determinatum, vltra quem vlterior dari non poteſt, ſatis patet ex illo citato loco Sapientię 11. ex quo omnia in numero, pondere, & menſura conſtat eſſe diſpoſita: menſura vero cuicumque formæ præfigitur per comparationem ad ſuum finem. Vnde non poteſt in lapide eſſe maior grauitas, quam grauitas terræ: quia non poteſt eſſe inferior locus, quam centrum terræ, ad quod ſecundum vltimum de potentia tantum poteſt pertingere: ergo cũ quælibet forma intẽſibilis habeat gradum præfixum, poteſt peruenire ad illum, ita vt vlterius per alium intendi non poſsit: & ex conſequenti in huiuſmodi formis non datur infinitum in potentia.

26 Efficacius autem probatur ſecundo hæc eadem pars concluſionis ratione Scoti in tertio diſtinctione 13 quæſtione 4. litera C: Accepta aliqua forma determinata infima, vtpote gratia, vt duo, quæro, aſcendendo, aut eſt ſtatus ad aliquam ſupremam, aut non? Si primum dicas, habetur intentum: ſi vero dicas ſecundum, tunc ſequitur, quod quando magis aliqua gratia excedit illam infimam, tanto perfectior eſt. Et ſi illam in infinitum excedit, erit in infinitum perfectior: & ita in ſe erit infinita intenſiue: & tamen cum ipſa videatur ab actu diuino, ſicut vnum creabile, poteſt â Deo vna creatione creari: ergo præter hoc, quod infertur quodã impoſſibile, quod, ſcilicet, ſit gratia ſic infinita in actu, & quod iſta gratia poſsit vnica creatione creari, ſicut ab intellectu diuino videtur, vt vnum creabile, ſequitur, quod ſi illam de facto crearet, ſicut poteſt creare, iam non reſtat gradus vlterior ſui augmenti: ergo iam non erit infinitum in potẽtia in talibus formis.

Dico tertio in quantitate molis cõtinua, vtpote in magnitudine, nec dabile eſſe infinitum in actu, nec in potentia. Concluſio quoad primam partem eſt communior in ſcholis, & quoad vtramque expreſſa Scoti, pro vt patuit in eius litera citata hic numero 21. Prima igitur pars huius concluſionis probatur ex Ariſtotele 3. phyſicor. tex. Com. 37. & primo de cœlo tex. Com. 35. vbi arguit de corpore graui, & leui per rationes multas: quia, ſcilicet, de ratione corporis eſt terminari ſuperficie, & de ratione ſuperficiei terminari linea, & de ratione lineæ terminari puncto: vel igitur quodcumque quantum continuum extrahitur â ratione veræ quãtitatis, vel non. Si primum: ergo iam illud infinitum non erit quantum, nec ob id datur infinitum in actu in quantitate continua. Si vero dicas ſecundum, igitur quantum illud iam habet terminum præfixum ſuæ magnitudinis, vltra quem augeri non poteſt. Secundo probatur â. D. Thom. quia infinitum illud â Deo actu creatum, vel eſſet naturale corpus formæ ſubſtantiantiali, & materiali, & materiæ coniunctum, vel pure quantum ab omni materia, ac forma ſubſtantiali ſeiunctũ: vtpote per abſtractionem, vt cõſiderant Mathematici: vel per realem exiſtẽtiam ſine ſubiecto, vt Theologi in ſacra Euchariſtia quã titatem ſine ſubſtantia per miraculũ con- 27 3. Concl.

confitentur priori modo, infinitum quidem eſſe non poteſt: quia quælibet ſubſtantia corporea habet determinatam formam ſubſtantialem, & finitam: omnis autem forma ſubſtantialis finita poſtulat accidentia determinata, & finita.

28 Quod etiã confirmatur: quia omne corpus naturale mouetur, aut moueri poteſt: corpus attamen infinitũ non poteſt moueri, vt probat Ariſtoteles 1. de cœlo c.5. Si autem ſit corpus mathematicum, neceſſario debet habere aliquam figuram, cum figura ſit forma corporis mathematici: figura vero eſt in extremitate corporis; quæ infinita eſſe non poteſt. Nec tãle corpus infinitum eſſe poteſt ab omni ſubſtantia per miraculum ſeparatum: quia licet in Euchariſtia quantitati deficiat actualis inhæretia: nihil ominus aptitudinalis eſt inſeparabilis ab illa: tanquam modus intrinſecus: & ideo ſemper dicit ordinem ad ſubiectum ſibi proportionatum.

29 *Solutio Vazqui.* Hoc argumentũ, quod partim eſt D.Thom.ar.3.q.7.1.p. ſoluitur à Vazquio quadam ſolutione Ricardi, quæ profecto eius efficaciam non euacuat. Reſpõdet ergo ad illud de corpore mathematico plura poſſe fieri à Deo, quæ noſtro cogitatu capere nõ valemus (& hoc nos non negamus) & ideo corpus infinitũ fieri poſſe, etiã ſi mathematicum corpus noſtram cogitationem non excedat: ſed quia fatetur ibi, infinitum illud, de quo loquitur, non eſſe mathematicum corpus, non eſt ad rem in impugnatione iſtius reſponſionis immorari: conuincitur attamen concedere corpus illud infinitum, quod naturale deberet eſſe, moueri non poſſe, vt Ariſtoteles probat: ex hoc tamen erit, non ſequi naturale non eſſe, & non habere in ſe naturam, quæ eſt principium motus: ſed tantum colligi, eſſe impeditam eius naturã mole illa infinita quantitatis.

30 Verũ ex hac reſponſione non minimas ſequuntur abſurda, vtpote, quòd tunc natura illa ſub mole infinitæ magnitudinis violenter contra propriã procliuitatẽ quieſceret: & plurã alia, quæ quia ad merã Philoſophiã pertinent, hic omittuntur, vt perueniamus ad principale. Ad illud ergo de proportione determinatæ formæ ſubſtantialis ad finita, & determinata accidentia, reſpondet, ex hoc colligi tantum finitatẽ ſecundum eſſe, nõ tamen ſecundũ magnitudinẽ: quia ſi ex determinata forma ſecundum eſſe colligeretur neceſſario determinata quantitas ſecundũ extenſionẽ, fieret quidẽ, vt omne corpus naturale determinatam etiam extenſionem exigeret. Quod (inquit) abſurdũ eſt: nam ignis, addita materia, ſine termino augeri poteſt, vt docet Ariſto. 2. de anima c.4. tex.41. Hæc Vazquez, qui adducit quandã ſolutionem Caietani, quam ibi impugnat: ſed quia ſolutio Caietani, & Vazquij impugnatio prolixitatẽ in voluũt, omittuntur hic: & aliter, data Vazquij ſolutio, iuxta doctrinam Scoticam confutatur.

31 *Impugnatio ſolutionis Vazquij.* Crediderim equidem hoc Ariſtotelico argumento de ignis interminato augmento, aperte confutare Vazquij ſententiam. Si etenim ſine termino ignis augetur, ita vt ſi plura combuſtibilia applicentur, magis, ac magis, ſine termino poteſt augeri: profecto numquam deueniendum eſſet ad vltimum ſuæ magnitudinis terminum: ſed adhuc quacumque magnitudine poſita, verum eſſet dicere, non tantum quin maius. Numquam igitur dari poteſt tantus ignis, quin maior eſſe non poteſt: ſed de ratione infiniti in actu eſt, quod non amplius poſſit augeri: ergo ex interminato ignis augmento, ſequitur infinitum magnitudinis repugnare dari in actu: nam adhuc maxima imaginabili quantitate magnitudinis creata, non eſt exhauſta omnipotentia Dei ad creandum, & augendum illud, quod a parte rei non repugnat augeri: ſed ex illo argumẽto de interminato igis augmento conſtat, ignẽ per applicationẽ cõbuſtibiliũ ſine termino poſſe augeri: ergo poſita quãcũque magnitudine ignis, adhuc poteſt Deus magis, ac magis ſine

no termino illum augere: ergo numquam poterit infinitum produci in actu: ſiquidem adhuc illo in maxima quantitate creato, poteſt Deus alium creare, & ei ſuperaddere.

32 Ex quo contra Vazquium argumentum ipſius retorquetur, & euidenter concluditur non poſſe dari infinitum in actu. Hoc autem, quod eſt non manere exhauſtam Dei potentiam, vltra quam probatum eſt argumento Ariſtotelico, de interminato ignis augmēto, ſatis probari poteſt ex ſequenti concluſione, in qua concludimus infinitum multitudinis dari in potentia, ita quod non poteſt Deus ſimul tot creare, quin deinceps plura indiuidua eiuſdē ſpeciei poſſet creare. Ex quo conſtat nō exhauriri Dei potētiā ad magis, ac magis ignē augendū ſine termino. Ponamus etenim, quod Deus plura ligna combuſtibilia creet, & numerus iſte combuſtibilium creſcat vſque in vnitatem illam, ſecundum quam aduerſarij volunt dari combuſtibilia infinita, inquiro modo, poterit ne Deus alium lignum de nouo creare, nec ne? Hoc ſecundum ſi dicas, concedes quoque exhauriri omnipotentiam Dei per creationem iam factam, ita, vt nihil huius ſpecificæ naturæ iam amplius poſsit creare, quod eſt manifeſtum abſurdum. Si ergo poteſt hoc lignum creare: ponamus, quod illud creet de facto, & illud applicet igni præexiſtenti, & per te infinito in actu: interrogo nunc, augebitur ne ignis ille, vel non? ſi primum, proculdubio fateri debes adhuc ignem illum præexiſtentem, infinitum in actu non eſſe, ſiquidem ad vlteriorem magnitudinem poteſt extendi: & ſic arguguendum eſt de alio combuſtibili, & alio, & ſit proceſſus in infinitum.

33 Si vero dicas ſecundum: ergo iam falleris in hoc, quod argumento Ariſtotelico conuinceris aſſerere, ignem ſine termino poſſe augeri, & optimè concluditur contra te tuomet gladio, corpus quodcumque naturale limitatam magnitudinem poſtulare: & ſic nullatenus infinitum eſſe in actu: vel ergo debes concedere, ignem illum quantumuis maximum in ſe ipſo finitum habere terminum, nō ſolum, vt intrinceſe terminatum, vt Cayetanus aiebat, ſed etiam, vt cumque per aggregationem auctum: vel neceſſario fateri huius magnitudinis infinitatem non eſſe in actu, ſed in potentia.

Verum enimvero argumentum illud de interminato ignis augmento, quod retorquendo, Vazquij ſententiam de infinito in actu confutauimus, maximè vrget contra ſecundam partem noſtræ concluſionis, in qua negamus infinitum etiam in potentia dabile eſſe in magnitudine. 34 Et profecto non tantum vrgeret, quinimo, & oppoſitum noſtræ concluſionis proculdubio concluderet, ſi nos illud interminatum ignis augmentum admitteremus. Re tamen vera, etſi gladium de aduerſarij vagina ad ipſum iugulandum extraxerim, nobis tamen nocere non poteſt, qui in quacumque magnitudine creabili, quantumuis maxima, terminum finitum, eo quod quantitas creata eſt, neceſſario ſtatuendum eſſe tuemur: nam vel in magnitudine illa ſeruatur aliqua quantitatis ſpecies, vel nō? Si hoc ſecundum ſit verum, erit quoque verum in quantitate continua, infinitum in potentia non dari, quod affirmat concluſio: ſi autem primum: tunc neceſſario debet competere terminari per ſuperficiem, ſi eſt corpos, aut per lineā ſi eſt ſuperficies, aut per punctum, ſi eſt linea, vt ſupra de mente Ariſtotelis probauimus: cum ergo quilibet terminus iſtorum ſit finitus: conſequenter quantitas terminata ad illū finita erit. Et ſic poterit Deus rem magnam in ſummo creare, vltra quā maior alia non ſit dabilis: quæ tamen infinita non eſt; ſed finita, ſicut ſupra de quantitate virtutis intenſibili in ſecunda concluſione probatum eſt.

Sed

35 Sed tunc quid dicemus ad argumentum illud de interminato ignis augmento, quod erat argumentum Ariſtotelis à Vazquio in ſuæ ſententiæ fauorem adductum? hoc etenim ſatis nos vrget, & premit, vt ſaltim in potentia infinitum illud admittamus. Doctor profecto ſubtiliter nos ab hac preſſura, & anguſtia eripit, ſequentibus verbis in illa citata quęſtione ſexta ſecundi Metaphyſicæ fol.31. pagin.2. in principio: *Dicendum quod ibi eſt oppoſitum: quia omnium natura conſtantium eſt determinata quantitas in magnitudine, & augmento. Propter quod intentio Phyloſophi eſt quod ignis non agit principaliter in augmentatione: quia augmentatio eſt indeterminata quantitate, vel ad determinatam quãtitatem de ſe in tali ſpecie. Ignis non agit ad determinatam quantitatẽ de ſe, ſed vltra poteſt numquam tamen ad infinitam quantitatem.* Hęc omnia ſunt verba Scoti, quæ clare omnem rationem dubitandi euacuant, præclaram enim doctrinam includunt.

36 Ad cuius intelligentiam eſt maximè aduertendum, quod in igne ſunt duo conſideranda, aliud eſt enim eſſe ſpecificum, & formale ignis, quod eſt eius natura, aliud vero actiuitas & cauſalitas ignis, quæ non eſt in ordine ad ſe, ſed in ordine ad productionem effectus, ac ſi dicamus, quod conſideratur ignis in genere naturæ, & in genere cauſæ. Primo modo competit ſibi determinata magnitudo in augmento: quia (vt inquit citata litera Scoti) *omnium natura conſtantium eſt determinata quantitas in magnitudine, & augmento* Et ad hanc magnitudinem ſuæ naturæ, non agit principaliter ignis: quia agere non eſt eiuſdem ad ſe ipſum, & ideo inquit Scotus, *quod ignis non agit principaliter in augmentatione, eſt tamen augmentatio ad determinatam quantitatem de ſe in tali ſpecie*: ſicut igitur cuilibet naturæ ex ſua connaturalitate conuenit determinata quantitas, in qua ab ipſa natura augetur vſque ad certam, & determinatam magnitudinem: ſic & igni, eo quod natura ſpecifica talis eſt, non à ſua actione, ſed à ſe ita ſibi competit talis magnitudo, vt vltra illam eſſe non poſſit: & ideo inquit Doctor, quod ignis non agit ad determinatam quantitatem de ſe, hoc eſt ab actiuitate ſua: ſed magnitudinem illam habet à natura. At vero ſecundo modo: quia de ſe eſt naturaliter actiuus ſecundum vltimum de potentia: ideo licet non agat in augmentum ſui, agit nihilominus in productionem ſibi ſimilium in ſpecie ſecundum vltimum de potentia: & ideo inquit Doctor, quod licet non agat ad determinatam quantitatem de ſe in tali ſpecie: vltra tamen poteſt agere: ac ſi dicat, licet ignis ex ſe non principaliter agat ad ſui magnitudinem determinatam: agit tamen vltra in plures magnitudines ignium productorum, quæ ſi ſibi accumulentur, eo quod ignis omogeneus eſt, creſcet magis, ac magis.

37 Hoc tamen, quod eſt cauſam eſſe omogeneam cum effectu per accidens ſe habet ad rationem cauſæ, & effectus: ac propterea ſublata omogeneitate, quæ accidit naturæ ignis producentis, & producti: non aliter vniretur ignis productus igni producenti, quàm homo genitus homini genitori: ſicut ergo ex accumulatione hominis ad hominem, non infertur augmentum in magnititudine, ſed tantum in multitudine, ſic ex accumulatione ignis ad ignem non ſequitur per ſe magnitudo, ſed multitudo: licet per accidens ex eorum omogeneitate magnitudo accreſcat. Sed adhuc hoc poſito, quod ignis per accidens vltra ſuam magnitudinem determinatam, hoc eſt, extra magnitudinem propriæ naturæ indiuidualis, ad alias magnitudines ignium productorum progrediatur: numquam attamen (inquit Scotus) ad magnitudinem perueniet infinitam: quia

etſi per accidens vltra ſuam determinatam magnitudinem ſe extenderet, adhuc tandem ad eam quantitatem perueniret, vltra quam ignis natura conſeruari non poſſet. Vide, quæ pulchre docet Doctor infra in hoc 1. in diſtin. 8. quæſt. 1. art. 1. §. 4. declarando ergo, vbi inquit; quod hæc potentia ignis eſt extenſa per accidés, hoc eſt per aggregationem ignium productorum, & tandem ſic de iſto puncto loquendo concludit, *cum non ſit aliqua magnitudo infinita, patet, quod non eſt aliqua talis potentia infinita, magnitudine.*

38 Dico quarto, quod etſi in quantitate molis diſcreta multitudinis, imò & in multitudine tam rerum corporalium, quàm ſpiritualium, ſit dabile infinitum in potentia: nihilominus per nullam potentiam, etiam abſolutam Dei, poteſt dari tale infinitum in actu. Concluſio hæc quoad primã partem eſt cõmunis apud omnes, & quoad vtramque expreſſa Scoti, & communis in ſcholis, ad cuius concluſionis probationem ſuppono, Ariſtotelem tantum intellexiſſe in numero quantitatis comprehendi corporea quanta, aut partes diuiſas quantitatis continua: ne autem rationes multiplicentur ſine neceſsitate, in hac concluſione æqualiter omnem numerũ, tam multitudinis corporum, quàm ſpirituum comprehendimus.

4. Conclu.

39 Probatur concluſio, quoad primã partem, quia in quacumque rerum ſpecie, poſita qualibet indiuiduorũ multitudine, poteſt Deus adhuc eius numerum ſuperaddere, vſque in infinitum ſine aliquo termino vltimæ vnitatis: ſed hoc eſt infinitum in potentia: ergo &c.

40 Secunda vero pars euidenti ratione Alexandri Alenſis probatur prima part. quæſt. 1. membro, 2. ad tertium; nam ſi Deus infinitum aliquod multitudinis in actu produceret, profecto omnia poſſet ſimul creare, quæ poſsibilia eſſe ſimul cognoſcit: ſed huiuſmodi ſimultanea creatio non repugnat: quia ſi omnia ſimul produceret, quæ poſsibilia eſſe cognoſcit; nihil ſibi ſupereſſet creandum: ergo neceſſario exhauſta eſſet Dei omnipotentia: quia eſſet productus adæquatus effectus illius; quod eſt pluſquam falſum. Quòd autem ſi vnius naturæ omnia indiuidua ſimul poſſet creare, poſſe quidem & omnia alia cuiuſcumque naturæ creabilis, euidens eſt: quia non maior repugnantia eſt reſpectu vnius ſimultaneæ creaturæ, quam reſpectu alterius. Et ideo dato, quòd poſſit in vna natura, ſic poſſet in alia, & alia vſque in finem omnium creabilium.

41 Huius rationis euidentiam Vazquius eneruare intendit, & id pro viribus laborat oſtendere tribus rationibus, non exinde Dei omnipotentiam manere exhauſtam. Prima eſt: quia ſicut ſe habet omnipotentia Dei ad omnem multitudinem poſsibilem, ſic ſe habet ad ſingula illius, quod ſic explicat; ſi ex omnium ſimultanea creatione maneret omnipotentia exhauſta, ſic per creationẽ cuiuslibet indiuidui maneret minuta: quia iam reſpectu illius non habet potentiam, nec tam late potens eſt, ſicut antea: iam enim non poterat ſingula illa creare, ſicuti antea. Si ergo nõ ex hoc abſurdum ſequitur, omnipotentiam, ſcilicet, minui: profecto nec ex illo ſequitur abſurdum manere exhauſtam. Cæterum quia rerum productio non addit Deo perfectionem aliquam, ideo quod creet, aut nõ creet, nihil exhaurit, aut minuit omnipotentiam Dei. Secunda ratio eſt, quia producta omnium rerum multitudine, poſſet Deus adhuc vnam illarum anihilare, & iterum reproducere: non ergo ex ſimultanea omnium creatione, omnipotentia maneret exhauſta. Tertia tandem, quia diuina omnipotentia non ſolum creat, ſed conſeruat creata: licet ergo nihil ſibi tunc reſtaret creandum: reſtabat nihilominus ſibi omnium exiſtentium conſeruatio.

Solutio Vazquij

42 Profecto hæc Vazquij ſolutio per hanc triplicem rationem, nullatenus argumenti robur delet, aut minuit. Prima etenim nihil valet: quia meã propoſitionem manifeſtè falſam aſſumit; nam diuina omnipotẽtia per nullius

Impugnatio prædictæ ſolutionis.

nullius entis creationem minuitur,
eo quod reſpectu illius non habeat li
mitatam virtutem. Si enim mihi eſſet
virtus limitata ad tantummodo decẽ
producenda: proculdubio duobus
iam productis, minor virtus mihi in-
eſſet, quam antea: ſiquidem minora-
tur numerus producibilium, ad quæ
poteram, & non poſſum. At qui in
Deo reſpectu producibilium, non
eſt limitata, ſed infinita virtus: ideo
quocumque producibili poſito, ad-
huc in nullo minuitur. Verum reſpe
ctu omnium producibilium, longè
diſpar eſt ratio: quia ſi poſitis omni-
bus, iam non poſſet ad aliud, procul-
dubio iam maneret omnipotentia ex
hauſta: quia limitaretur, ita vt non
poſſet ad aliud ſe extendere: hoc ete
nim & nihil aliud eſt potentiam eſſe
exhauſtã. Diſparitas itaque rationũ
euidẽs eſt: nam per vnius, ſeu pluriũ
creationem, in nihilo maneret omni
potentia diminuta: eo quod illimita-
ta eſt, & ſine aliquo limite poteſt a-
liud, & aliud, ſicuti antea in infinitũ
producere. At vero per omnium poſ
ſibilium, quæ cognoſcit, ſimultaneam
creationem, haberet iam adæquatum
terminum ſuæ omnipotentiæ in re-
rum natura creatum, & nihil ſibi pro
ducendum reſtaret, atque ideo eſſet
penitus ad extra exhauſta. Nec eſt ad
propoſitũ illud de perfectione, quæ
per creationem non adquiritur: quia
nunc non diſputamus, an maneret
perfecta omnipotentia per aliquid
extrinſecum? hoc enim eſt alterius
loci: ſed an poſſet aliquid iterum pro
ducere, an vero maneret exhauſta?

43 Nec profecto ſecunda ratio vim
argumenti euacuat: quia limitatio vt
cumque repugnat diuinæ omnipo-
tentiæ, & ideo licet vnum producto
rum annihilatum poſſit iterũ repro
ducere: hoc adhuc ſemper viget, ꝙ
aliud de nouo creare non poſſet: &
ad hoc limitata eſſet *Dei* omnipoten
tia, atque exhauſta, quod argumentũ
intẽdit. Nec tertia ratio eſt alicuius
momenti: quia etſi à diuina conſerua
tione omnia ſimul creata penderent,
nihil attamen de nouo per diuinam
omnipotentiam poſſet produci, atq́;
ideo ſemper eſſet verũ, quod ad hoc,
ꝙ eſt aliquid de nouo producere, iã
diuina omnipotentia maneret exhau
ſta, & eſſet ad extra iam terminata per
omniũ creaturarum multitudinem: ſi
cut ad intra principia productiua di-
uinarum perſonarum, per ſuos adæ-
quatos terminos, adæquate ſunt ter-
minata: quod quam abſurdum ſit, ne
mo non videt: nam ideo ad intra pa-
ternus intellectus eſt adæquate termi
natus: quia Verbum per illam produ-
ctum, eſt eſſentialiter Deus, & simili
ter Spiritus Sãctus productus per vo
luntatem. Creatura autem, etſi infi-
nita eſſet in multitudine, non eſſet
Deus: ergo non poſſet adæquate ter-
minare Dei omnipotentiam.

Alias vero ſolutiones, quibus 44
Vazquez non nullas huius cõcluſio-
nes probationes ſoluere intendit, nõ
euacuant illas, vt eas intuenti pate-
bit: & ideo ommittendo dictas ſolu-
tiones, modo iterum eadẽ pars cõclu
ſionis probatur à Doctore duplici ra
tione, qua ſoluit quandam obiectio-
nem, qua aliqui conuicti tenuerunt
poſſe dari infinitam multitudinem
animarum: quia omnes, quæ à mundi
primordijs fuerunt creatæ, nũc ſunt,
& quæ in poſterum erunt, vſque ad
conſumationem ſæculi, etiam cum
alijs ſimul exiſtent, vltra quas vide-
tur, Deum non poſſe plures creare:
quia omnes, quas cognouit eſſe poſſi
biles, iam creaturum fuiſſe ſupponi
tur. Si ergo omnes tunc erunt ſimul,
dabitur infinitum in actu: hoc igitur
ſequentibus rationibus impugnat
Scotus, probans huiuſmodi infinitũ
in potentia eſſe: & numquam ex illo
inferri infinitum in actu: quas ratio-
nes refero eiſdẽ prorſus verbis Scoti:
quia illis dumtaxat efficaciter proba
tur concluſio.

Infinitas actualis includit contra-
dictionem in omnibus extra Deũ: ex 45
poſſibilibus autem, & compoſſibili- *1. ratio tex*
bus numquam ſequitur cõtradictio, *tualis Scoti.*
vel impoſſibile: ſed numerũ eſſe in-
finitum in potentia, eſt poſſibile ſe-
cundum omnes: & animas ſemper
manere, eſt poſſibile, & compoſſibi-
lia ad inuicem: quia neceſſariũ nulli

eſt incompoſsibile, niſi impoſsibile: ſed infinitum numerum eſſe in potẽtia eſt neceſſarium, & animam ſemper manere eſt poſsibile: ergo numerum eſſe infinitum in potentia eſt cõpoſsibile huic poſsibili animas ſemper manere: ergo ex iſtis, anima ſemper manet, & numerus animarum eſt infinitus in potentia, non ſequitur infinitum in actu eſſe.

46 *2. ratio textualis Scoti.* Secundo ad idem arguit Doctor ſequenti ratione, infinitas in potentia eſt in accipiendo non tot quin plura: infinitas in actu eſt in accepto eſſe tot, quot non plura compoſsibilia: alioquin infinita in actu poſſent excedi, & eſſent finita. Sed non ſequitur, animæ fuerunt non tot quin plura in accipiendo: ergo ſunt modo in actu tot, quot non plura: quia omnibus iſtis actu exiſtẽtibus, poſſet Deus creare vnam animam, & addere illis: ergo non fuerunt prius tot, quot nõ plura. Hæc hactenus ſunt verba Scoti vtriuſque prædictæ rationis, quæ habentur in citata q.6. ſecundi Met. quibus ſatis manet probata cõcluſio.

§.4.

Soluuntur argumenta diuerſarum opinionum.

47 *Ad auctoritates Phyloſophi.* AD argumẽta in oppoſitum, & primo ad illas auctoritates Phyloſophi, quibus videtur tenuiſſe Intelligentias illas eſſe infinitas in actu, reſpondeo, ſecundum grauiſsimorum Doctorũ placitum, hanc neutiquam fuiſſe Phyloſophi ſententiam: quia vere cognouit Intelligẽtias motrices ab vno Motore habere dependentiam adhuc in actuali motione. Sed euidens eſt non poſſe rem aliquam eſſe infinitam entitatiue, & per eſſentiam cum dependentia ab alio, ſiquidem infinitum tale à nullo poteſt excedi. Quod autem ait de motu perpetuo, & tempore infinito, non pugnat cum finitate entitatis motrici: quia etſi mundus fuerit ab æterno (vt opinatus eſt ipſe Ariſtoteles 8. phyſ. & alij) adhuc tamẽ nemo hucuſque illum infinitũ actu quoad entitatem eſſe aſſeruit: colligit igitur ibi infinitam primi Motoris virtutem, à qua omnes Intelligentiæ dependenter perpetuo mouent. Et forſan ad hunc ſenſum earum motionum pro tempore infinito, id eſt æterno, infinitam vocauit: quia tempus non per infinitatem eſſentiæ, ſed per durationem æternitatis menſurauit. Sed ſi hæc ſolutio non placeat: non inconuenit illam fuiſſe Ariſtotelis ſententiam: quia fortè (vt aduertit Suarez 1. tom. Met. diſp. 2. ſeſ. 6. nu. 7.) non cognouit Intelligentiarum creationem.

Ad argumenta autem Baſſolis, quæ ſunt pro ſecunda ſententia, & ad primum dico repugnantiam prouenire ab incompoſsibilitate infinitatis cũ quantitate creata: quia contra rationem qualitatis creatæ eſt non terminari: nam terminatio, vt inquit Scotus, loco nuper citato, eſt de ratione quantitatis continuæ: & ideo ſi eſſet linea non terminata, non poſſet ſibi competere ratio lineæ: quia linea illa includeret incompoſsibilia, ſcilicet, terminationẽ, eo quod linea eſt in terminationem, eo quod infinita eſſet quæ repugnant inter ſe. 48 *Ad 1. argumentũ Baſſolis.*

Ad ſecundum dico, quod verum eſt omnem quantitatem magnitudinis, quantumuis maximam, quã Deus cognouit eſſe creabilem, poſſe quidem illam in actu creare, vt argumẽtum probat. Sed ex inde nõ infertur, ꝙ ſit infinita in potentia, aut in actu. In potentia quidem: quia iam de facto ſupponimus habere omnem magnitudinem, quam poteſt habere: in actu vero, quia tunc ſi à Deo fieret de facto, proculdubio terminata eſſet finito, & limitato termino: & ita quã tumuis maxima, eſſet actu finita: vel quantitas eſſe non poſſet, ſiquidem, vt dictum eſt, de ratione quantitatis eſt terminari. 49 *Ad 2.*

Ad tertium dico, quòd ſi procedat de quantitate magnitudinis, ſatis dictum eſt non poſſe in infinitum augeri, 50 *Ad 3.*

ti,& ideo etſi Deus poſſet facere ſi-
mul ea,quæ poteſt ſucceſsiue facere:
adhuc non poterit vnam quantitatẽ
magnitudinis infinitam creare: quia
quantumuis maxima,adhuc termina
ta erit,atque finita. Si vero procedat
argumentum de quantitate multitu-
dinis,in qua infinitatem admittimus
ſincathegorematice, & in potentia:
tunc non poterit ſimul creare, quæ
ſucceſsiue creare poteſt. Tum prop-
ter rationes poſitas ſupra ad proba-
tionem ſecundæ partis quartæ con-
cluſionis: tum etiam quia cum Deus
ab æterno,& in æternum omnipotẽ-
tia ſua potuerit cuiuslibet naturæ in-
diuidua inceſſanter producere: re-
pugnat tot ſimul indiuidua in rerum
natura producere, quot poſsint totã
durationem diuinæ æternitatis men-
ſurare: ſicut repugnat æternitatis du
rationem menſurari à creatura. Ad
cuius ſolutionis claritatem pono,
quod à primo inſtanti ſuæ æternita-
tis, quo potuit ad extra producere,
produceret quidem indiuidua poſsi-
bilia omniũ ſpecierum,ſeu cuiusli-
bet naturæ,& vſque adhuc, & ſem-
per inceſſanter preduceret, & dein-
ceps vſque in ſempiternum produ
cat. Quæro modo: eſt ne dabilis ali-
quis numerus multitudinis, qui vſq;
in ſempiternũ omnia creata,& crea-
bilia amplectatur? Certè hoc affirma
re eſſet abſurdum: quia ſicut ſempi-
ternitatis nullus eſt finis: ſic nec con
ſequenter cuiuslibet numeri menſu-
rati per ſempiternitatem nulla erit
finalis vnitas: quomodo igitur po-
terit Deus ſimul creare innumerabi-
lem numerum, qui infinibilis eſt?
Hac ergo de cauſa optimè Scotus in
multitudine infinitum in potentia
admiſsit,& non in actu: quia non tot
poteſt Deus ſimul creare, quin plu-
51 ra in ſempiternum creare poſsit.
Ad 4. arg. Ad quartum dico, quod infinitas
actualis extrahit quantitatem conti-
nuam à ratione quantitatis: eo quod
cum tali infinitate non compatitur
terminatio quãtitatis: non enim ſolũ
eſt de ratione quantitatis copulari
terminis continuatiuis: ſed etiam fi-
niri terminatiuis,& terminari ad pũ-
ctum, ſi fuerit linea,& ad lineam, ſi fue
rit ſuperficies,& ad ſuperficiẽ, ſi fue-
rit corpus.
Ad quintum dico incompoſsibile 52
eſſe Deum ſimul producere omnes Ad 5. arg.
lineas, quas cognouit poſſe produce
re, vt patet ex ſolutione ad tertium
argumentum: ſed eſto, quod poſſet il
las producere, adhuc ſi vnam alijs
ſuperadderet, non efficeret quantita
tem continuam infinitam. Tum, quia
contigua eſſet quantitas illa, & non
continua: contiguum autem eſt vnũ
per aggregationem, & nõ vnum per
ſe: ad infinitatem autem non ſufficit
vnitas per aggregationẽ. Sed adhuc,
eſto quod ibi poſſet in contiguo eſſe
infinitas: ſeu quod illæ plures lineæ
accumulatæ vnam lineam continuã
efficerent: adhuc continuum illud
non eſſet infinitum: quia tãdem duæ
lineæ extremæ, id eſt, prima & vlti-
ma, haberent puncta, ad quæ earum
magnitudines ante talem copulatio
nem terminabantur. Ita quod cuiuſ-
libet lineæ extremæ remaneret illud
punctum ſuæ extremitatis, qua cum
alijs non coniungitur: ſicut ergo illa
puncta terminatiua finita erant an-
te copulationem, ſic finita quoque
manent poſtquam ex omnibus lineis
facta eſt vna. Et ex conſequenti linea
copulata ex multis haberet duas ex-
tremitates finitas, & ita quantumuis
magna, eſſet finita.
Ad verba autem Doctoris patet
eorum expoſitio in Commentarijs 53
ad eundem articulum, ex quibus con
ſtat conformiter ad noſtras conclu-
ſiones fuiſſe loquutum.
Ad fundamentum attamen ſenten
tiæ Almaynij, quod habetur numero 54
16. dico gratiam, ſeu qualitatem non
poſſe in infinitum augeri, ſed habe-
re terminum ſuæ intenſionis: atque
ideo licet poſsit à Deo ſecundum
maximum ſuæ intenſionis gradum
produci (quod in Chriſti gratia con-
tigiſſe cum Scoto tuemur) adhuc ta-
men talis gratia, ſeu qualitas erit
finita, & nullatenus in-
finita.

ARTICVLVS XI.

Vtrum ex negatione cauſæ intrinſecæ inferatur Deum eſſe infinitum?

A AD vndecimum ſic proceditur, & videtur, quod ex negatione cauſæ intrinſecæ inferatur Deum eſſe infinitum: quia forma finitur per materiã: ergo quæ non eſt nata eſſe in materia, eſt infinita.

B Secundo præterea arguitur: ſi forma finitur ad materiam: ergo ſi non eſt ad illã, non finitur.

C Sed contra eſt, quod hæc ratio nihil valet: quia ſecundum ipſos, Angelus eſt immaterialis: ergo in natura erit infinitus.

D Reſpondeo dicendum, quod hæc ratio, *qua* oſtenditur propoſitum ex negatione cauſæ intrinſecę, nihil valet, *vt §. ſed cõtra probatum eſt.* Nec poſſunt dicere, quod eſſe Angeli finiret eius eſſentiam, quia (ſecundum eos) eſſe eſt accidens eſſentiæ, & poſterius naturaliter, & ſic in primo ſigno naturæ eſſentia ſecundum ſe, vt prior, videtur eſſe in-
1. Conclu. tenſiue infinita: & per conſe-
2. Conclu. quens in ſecundo ſigno naturæ, non erit finibilis per eſſe. Breuiter dico vnam propoſitionẽ: quod quæcunque eſſentia abſolute finita in ſe eſt finita, vt præintelligitur omni comparationi ſui ad aliam eſſentiã. Excluditur *itaque* via inutilis ex immaterialitate inferens infinitatem.

E Ad primum argumentũ breuiter reſpõdeo, quod quodlibet habet intrinſecum ſibi gradum ſuæ perfectionis, in quo eſt finitum, ſi eſt finitum: vel infinitum ſi eſt infinitum. Si ergo ſit finitũ non per aliud ens finitatur.

F Ad ſecundum reſpondetur, quod eſt fallacia conſequentis: corpus finitur ad corpus: ergo ſi non eſt ad corpus, eſt infinitum, vltimum cœlum: ergo erit infinitum. Sophiſma eſt 3. phyſico. 3. phy. tex. com. 31. quia ſicut prius corpus in ſe finitur, quam finiatur per aliud corpus, ita forma finita in ſe prius finitur: quia eſt talis natura in entibus, quæ finitur, quàm finiatur per materiam: nam ſecunda finitas præſupponit primam, & nõ cauſat eam: ergo in primo ſigno natura eſt eſſentia Angeli finita, ergo non finibilis per ſe: ergo in ſecundo ſigno non finitur per eſſe.

Expoſitio 11. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

PErſpicue oſtendit Doctor in hoc articulo, inutilem eſſe viam immaterialitatis Dei ad probandum eius infinitatẽ: I hanc etenim viam per euidentem immaterialitatis Angelorum inſtantiam reprobat: huius nihilominus articuli occaſione mouetur ſequens difficultas.

DIF-

DIFFICVLTAS XLII.

Vtrum Deus ſit immaterialis, & incorporeus, & omnem compoſitionem excludens?

§. I.

Referuntur errores quorundam Paganorum, & Hæreticorum.

1 *1. Error Stoicorum* DEI ſimplicitatem fatentes Stoici quidam ex Phyloſophis Ethnicis, dixerunt nihilominus, *Deum* eſſe partem compoſiti, & mundi compoſitionem intrare, ſicut forma intrat compoſitum, ipſumque conſtituit: aiebant etenim, Deum ipſum eſſe animam mundi, prout refert *D. Damaſc.* lib. de hereſibus, & D. Epiphanius hæreſi 5. Hunc errorem tribuit Platoni, & alijs Velleius apud Ciceronem 1. lib. de natura deorũ: Thaleti Mileſio, & Democrito Euſebius. Alij vero ex ipſis Stoicis Deum eſſe cõpoſitum corporeum materiale credebant: hoc tamen corpus dicebant eſſe ipſum mundum viſibilem, in quo viuimus: ita quod Deus noſter eſt mundus, vt ipſi volunt, teſtibus eodem D. Damaſc. & Euſebio lib. 4. de præparatione Euang. cap. 6.

2 *2. error Andæi. Gen. 1. D. Theo. Nicephor. D. Augu. D. Epipha. Meliton. Sixtus Senenſis. Ioann. Picens. Tertul.* Ætate tamen Arrij extitit quidam Andæus, ſeu Audius, cuius diſcipuli Audiani dicti ſunt, aut Odiani, quos D. Auguſt. lib. de Hæreſibus c. 50. Vadianos vocat, & Græce dicebatur Andropormophiſtæ. Hi quidem cum ſuo Andæo dixerunt Deum eſſe compoſitum corporeum, ad cuius imaginem creatus eſt homo: & ſic verificatum eſſe illud Gen. cap. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ noſtram*, huius Hæreſiarchæ, & Hæreſis meminit Tripartita in lib. 7. cap. 11. item D. Theodoretus lib. 4. Hæretic. fabul. c. 13. & 4. hyſt. c. 10. Nicephorus lib. 11. cap. 14. Auguſt. & Epiphanius vbi ſupra, fuiſſe etiam huius erroris Melitonem Aſianum Sandẽſem Epiſcopum, ſcribit Theodoretus in Gen. quæſt. 20. licet Sixtus Senenſis in Bibliotheca lib. 5. annot. 18. ſuper illud Gen. cap. 1. *Faciamus hominem*, de Melitone ſequentia dicat, *nunquam auſim credere, quod vir ſanctitate, & eruditione maximus, quem Tertullianus, vt Prophetam à Chriſtianis habitum aſſeuerat, in talem amentiam deciderit*, Sed quidquid ſit, de Melitonis aſſenſu, diſputet Sixtus: & Theodoretus verba ex Græcis Codicibus aliter explicet: & Iohannis Piceni Gallica in latinam tranſlationem redarguat: imò & fuiſſe Tertullianum huius erroris (vt aliqui volunt) noſtra non intereſt veritati, nam noſtri etenim muneris ſolum eſt circa hoc punctum impugnare errorem.

Ponebat igitur error iſte, corpus, & animam eſſe in Deo iuxta illud ad Hebræos 10. vbi loquens Apoſtolus ex perſona Dei, inquit: *Iuſtus autem meus ex fide viuit, quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ*: ex quo ponebat in Deo animam, ſenſusque corporeos, ex quorum ſenſibilibus actionibus Deũ corporeum eſſe probabat: nam vt ex Melitone Theodoretus refert, Deum corporeum eſſe, membra ipſius teſtantur: cum reperiantur oculos Dei reſpicientes terram, & aures eius intentas ad preces eorum: & olfecit Deus odorem ſuauitatis, & os Domini loquutum eſt, & brachium in quo fecit potentiam, manifeſtatum eſt, & manus, quæ tetigit Iob, & pedes, quibus ambulat ſuper pennas ventorum, & digitos, quorum ſunt opera cœli. Ex quibus omnibus ad huius erroris probationem conficitur argumentum: quoniam ſenſibiles operationes, quales ſunt videre, audire &c. inſe iruht ſenſitiuas potẽtias, quæ niſi in corpore organico eſſe non poſſunt: ſed in Deo ſunt huiuſmodi operationes, vt ſacra paſsim teſtatur Scriptura: ergo Deus habet corpus organicum. Probatur item ratione hic error tribus argumẽtis poſitis in principio 3

cipio textualis articuli 2. quæſt. 1. diſtin. 8. quibus Dei ſimplicitas impro batur.

---

§. 2.

Ponitur vera, & Catholica ſententia, cuius fundamenta explanantur.

4. IN oppoſitum autem eſt litera textualis in 2. arti. quæſt. 1. diſt. 8. vbi hæc profert Doctor. *Sed contra eſt quia. 6. de Trinitate cap. 8. vel 12. Deus vere, & ſumme ſimplex eſt*, & infra art. 3. in fine ait. *Quia enim Deus non eſt materialis, nec quantus, ideò non eſt capax alicuius accidentis materialis conuenientis ſibi materiali.* D. Thom. 1. p. quæſt. 3. arti. 2. & 7. Quæ ſententia Catholica eſt, & defenditur à Doctore per totam citatam quæſtionẽ primam, & tertiam dictæ, diſt. 8. & ab omnibus ſcholaſticis.

5. Ad huius veritatis euidentiã ſupponenda ſunt, quæ Doctor incitatis quæſtionibus de Dei ſimplicitate enucleat: illic etenim hæc difficultas diſputanda erat iuxta textualis literæ ordinem. Sed quia in hoc articulo Dei immaterialitas tangitur à Doctore, nõ viſum eſt mihi adhuc, hic Dei immaterialitatem, & ſimplicitatem oſtendere, vt ex prædicti articuli occaſione, quæ diuinæ naturæ conueniunt, valeamus reſoluere: antequam ad diuinam triadem iuxta cõmuniorem ſcholaſticorum ordinẽ accedamus. Quæcumque ergo ad Dei ſimplicitatem pertinent, nõ longo ſermone, in hac vnica difficultate per ſoluam, quæ autem amplius circa hoc deſiderari poſſunt, habentur latius infra, incitata diſtinctio. 8. quæſtio. 1. & 3. in articulis textualibus, & in Commentarijs noſtris ibidem.

6. Nunc vero, quia Dei ſimplicitas omnem compoſitionem excludit, neceſſario varios compoſitionis modos inueſtigare debemus: vt qualiter Deo conuenire non poſsint facilius oſtendamus: compoſitio ergo generice ſumpta, prout omnes compoſitionis modos amplectitur, eſt cõiunctio, ſeu nexus quidam duorum, quorum vnum eſt per aliud perfectibile: & hoc perfectibile ſe habet vt potentia: alterum vero, quod eſt perficiens, ſe habet vt actus: compoſitio autem eſt duplex, alia enim eſt methaphyſica, & alia phyſica: prior iſtarum adhuc eſt duplex: nam quædam eſt eſſentialis ex genere & differentia, qua homo componitur ex animali & rationali: alia vero accidentalis, vt contra eſſentialem diſtinguitur, vt eſt ex entitate & eius modo, & hac componitur angelus ex eſſentia, & exiſtentia: poſterior vero eſt etiam duplex, ſcilicet eſſentialis ex per ſe potentia, & per ſe actu, qua componitur totum phiſicum ex materia & forma. Alia vero accidentalis, quæ eſt ex ſubiecto, & accidente, qua componitur album ex corpore & albedine: ad quam poteſt reduci quæcumque compoſitio, in qua prædicatum non eſt de ratione ſubiecti, vt modus ſubſiſtendi, ſeu perſonalitas de natura.

Quodcumque igitur compoſitũ, his vel forte alijs compoſitionibus, 7.
in quibus componentia ſe habent vt potentia & actus, neceſſario habet partes, quæ ſunt ipſa componentia: & ex conſequenti ſummam ſimplicitatem excludit. Cæterum cõtingit ſæpe partem phyſice ſimplicem, eſſe metaphyſice compoſitam: ſic albedo eſt vna ſimplex qualitas, compoſita tamen ex genere coloris, & differentia talis coloris. Item Angelus, ſeu anima rationalis ſimiliter eſt phyſice ſimplex, & compoſita metaphyſice ex genere ſubſtantiarum ſpiritualium, & differentia propria. De vltimis vero differentijs, & ſi nullatenus ſint compoſitę, eo quod ſunt extra genus, & ex nullo genere & differentia conſtant: quia tunc in infinitum procederetur: atque adeo ſunt ſimplices phyſice, & metaphyſice: nihilominus intrant cõpoſitionem

nem,tanquam formæ & actus,qui di-
cunt ordinem ad materiam,ſeu po-
tentiam, à qua dependent: eo quod
cauſæ intrinſecæ ſunt ſibi inuicem
cauſæ. Hoc idem de materia prima
dici poteſt, quæ quamuis ſit phyſice
ſimplex:& eſto quod nec metaphy-
ſice eſſet compoſita: intrat nihilomi
nus compoſitum, & à forma, quam
reſpicit, pendet.

Ex quibus omnibus ſaluatur, quod
8. quælibet creatura quomodolibet ha
bens eſſe: aut eſt compoſita, aut pars
compoſiti. Quia vero vtrumque
imperfectionem inuoluit, vtrumque
videlicet eſſe compoſitum, aut par-
tem compoſiti Deo repugnare no-
ſtra refert oſtendere: atque ideo in
præſenti quæritur, an Dei ſimplici-
tas, ita omnem compoſitionem ex-
cludat, non ſolum phyſice, aut me-
taphyſice conſideratam; ſed ſit ac-
tus purus, nec compoſitionem inclu
dens, nec aliqualiter intrans compo-
ſitionem?

9. Verum quia ex compoſitione in-
fertur, tam compoſitum, quam par-
tem compoſiti directe, ſeu reductiue
ad aliquod genus entium pertinere:
hic inſimul quæritur, an Deo repug-
net eſſe ſub genere? & non quærimus
in præſenti, an detur aliqua natura
generica, aut ſpecifica ad Deum ſu-
perior, qua Deus, & alij Dij, quos po-
nebant Gentiles, ſub aliquo genere,
vel ſpecie collocentur. Hoc etenim
pertinet ad difficultatem de vnita-
te Dei, infra diſputandam in quæſtio
ne ſequenti. Sed an admiſſo, quod de
tur aliquis cõceptus communis Deo,
& creaturis (quod ex art.2.quæ.3.diſ
tin. 8. conſtat) ex illo ſequatur ali-
qua compoſitio, ex conceptu ſcilicet
communi, & particulari *Dei*: ex quo
inferatur Deum ſub genere, & prædi
camento conſtitui? verum quia hoc
late habetur diſputatum à Doctore
in nuper citata quæſt. 3. artic.4. non
eſt hic immorandum in illo: ſed re-
ſolutorie eius verba proferre, & vſ-
que illuc eius ſententiam ſupponen
do, pro vera amplecti. hæc igitur
ſunt verba Scoti. *Teneo opinionem meã
mediam, quod cum ſimplicitate Dei ſtat;
quod aliquis ſit conceptus communis ſibi,
& creaturæ: non tamen communis vt ge-
neris.* Plura alia egregia illuſtrat Do-
ctor ibidem quibus hæc probat.

PorroDeum non eſſe phyſice cõ- 10.
poſitum probat in citata diſt.quæſt.1.
art.3. tribus medijs, quorum primo
ex partibus eſſentialibus oſtẽdit Deũ
non eſſe compoſitum ex materia &
forma. Secundo non eſſe compoſi-
tum compoſitione quantitatiua. Et
tertio tandem, non eſſe compoſitum
ex ſubiecto & accidente. Quæ proba-
tiones quia ibi in textu habentur ſub
tiliter & perſpicuè poſitæ, non illas
hic refero: at vero loquendo de com
poſitione metaphyſica, in qua po-
terat eſſe difficultas, probat Deum
nullam compoſitionem eſſentialem
ex genere, & differentia habere in ea
dem diſt.q.3.ar.5.

Ad cuius intelligentiam prænotat 11.
Doctor, quod ens prius diuiditur in
infinitum, & finitum, quam in decem
genera generaliſſima: quia alterum
iſtorum, membrum ſcilicet ens fini-
tum, eſt quid commune ſuperius ad
talia decem genera: quidquid ergo
cõuenit enti infinito, quod eſt aliud
membrum præfatæ diuiſionis, non
clauditur ſub aliquo genere iſtorum
decem, ſupra quæ nullum aliud ge-
nus dari poteſt. Quidquid igitur Deo
conuenit, vel eſt ratio entis, vel ratio
talis entis. Prima ratio conuenit ſibi
ſecundum illum conceptum entis
communis ad infinitum, & finitum:
& vt ſic eſt antecedenter ad genera,
eo quod eſt ſuperius ad illa. Secunda
vero ratio eſt extra omne genus: quia
eſt conceptus diſtinguens vnum mẽ
brum diuiſionis ab alio, ſcilicet infi-
nitum à finito: quorum ſecundo tan-
tummodo conuenit in genera diui-
di. Hæc optime probat Doctor ibi-
dem. Ex quibus concluditur nullam
compoſitionem eſſe in *Deo*, tanquã
ex genere, & differentia, licet in eo
reperiatur conceptus entis vniuo-
ce communis ſibi & creaturis: & ſin-
gularis conceptus infinitatis, quo à
creaturis ſecernitur. 12

Quod autem nec ſit compoſitum
ex eſſentia, & exiſtentia, late oſten-
ſum

Digitized by Google

ſum eſt in hac diſtin.2.& quæſt.2.ar.
2.textuali,& noſtra diffic.40.vbi cō
tra Maironem,& Bargium oſtendi-
mus diuinam exiſtentiam eſſe de eſſē
tia ipſius eſſentiæ Dei. Ex quo eui-
denter concluditur in Deo non poſ
ſe hanc compoſitionem reperiri : cū
compoſitio ſit inter duo, quorū vnū
non eſt de cōceptu formali alterius:
In Deo autem exiſtentia eſt de con-
ceptu formali eſſentiæ,atque ita eſſē
tia,& exiſtentia *Dei* non ſunt duo
conceptus , ſed vnus formaliſsimè
idem.

13 *Demum* nec in Deo poteſt ad-
mitti eſſe partē compoſiti:quia nullū
dicit ordinem,nec poteſt dicere ad
totū aliquod , cuius compoſitionem
intret : nec eſt ſub genere aliquo (vt
dictum eſt)quod requiritur ad hoc,
vt ſit pars compoſiti:quia quodcum-
que intrans compoſitionem (vt vidi
mus)directè, vel reductiuè non po-
teſt non ſub aliquo genere eſſe.Nec
ad id obſtat diuinum Verbum termi-
naſſe dependentiam humanitatis in
Chriſto:quamuis etenim vnio hypo
ſtatica illa à Sanctis non numquam
compoſitio mirabilis, & ineffabilis
ſoleat dici:illa quidem non proprie
compoſitio eſt,vt Scotus in 3.diſtin.
1.& cæteri Doctores concludunt:ibi
enim Verbum non habet rationem
formæ,aut actus actuantis potentiā:
ſed habet rationem mere termini ter
minantis depēdentiam naturæ ad ſe:
& quia modus iſte terminandi eſt ſin
gularis,& mirabilis,à patribus dici-
tur mirabilis compoſitio : cum hoc
tamen ſemper ſaluo , quod Deo re-
pugnat propriam compoſitionem,
etiam per modum actus,intrare.

Verūenimuero loquēdo de cōpo
14 ſitione ſubiecti,& accidentiū,nō mi
nima ſe offert difficultas.Videtur ete
nim poſſe dari huiuſmodi compoſi-
tionem in Deo:cum ſit denominati-
uè ſapiens.Hæc namque prędicatio
Deus eſt ſapiens,eſt miſericors,& ſi
miles,ſunt non in primo modo,ſed
in ſecundo dicendi per ſe,ſicut præ-
dicationes proprietatis de ſubiecto:
quia nullum attributum diuinum
pertinet ad Dei eſſentiam.Et hoc au
getur:quia in via Scoti hæc attribu-
ta,vtpote,ſapientia,iuſtitia , miſeri-
cordia &c. ſunt formalitates quæ-
dam interſe,& ab eſſentia ex natura
rei formaliter actu diſtinctæ: quia er
go iam quaſi afficiunt eſſentiam com
plete conſtitutam in ſuo eſſe forma-
li,& eſſentiali,videntur ſibi accidere,
& ex conſequenti ex eſſentia,& ipſis
fieri compoſitionem ſubiecti,& acci
dentium.

Hanc difficultatem,ſoluit Doctor 15
in art.5.quæſt.3.prædictæ diſtin.8.de
cuius mente ſuppono ex infra dicen
dis in eadem diſtin.quæſt.4. artic.4
quod diuina ſapientia,& bonitas(idē
eſt de alijs attributis) ſunt veræ for-
malitates ex natura rei interſe , & ab
eſſentia formaliter diſtinctæ: & quod
eſſentiam vere eſſentialiter comple
tam ſupponunt & ideo non prædi-
cantur de illa in primo,ſed in ſecun
do modo dicendi per ſe:ſed non ob id
ſunt aliqua genera accidentium, aut
aliqualiter pertinent ad compoſitio-
nē. Cuius ratio à priori eſt:quia nul-
lum tranſcendens eſt ſub genere,nec
cum illo,cuius eſt tranſcendens,cō-
poſitionem facit.Sicut patet de pro-
prietatibus entis *verum,bonum, vnum*
&c.quæ quidem ſunt formalitates in
terſe,& ab ente diſtinctæ : quia non
intrant rationem formalem entis:
ens enim eſt ſimpliciter ſimplex,&
cōceptus nō reſolubilis in alios cō-
ceptus:& nihilominus non ſit com-
poſitio aliqua ex ente,& eius paſſio-
ne,ſeu proprietate:quia tranſcendē-
tis ita eſt vnitiue identificari cum en
te,vt etſi ſit extra eius eſſentiam,nō
propterea faciat compoſitionem ali-
qualem cum illo:eſt tamen cum illo
realiter idem,propter tranſcenden-
tium vnitatem.

Inquit igitur Doctor in citato art. 16
5.quod ſapientia eſt tranſcendens
quodam entis:atque ideo formaliter
prædicatur de Deo,ſicut bonum præ
dicatur de ente: nihil tamen compo
nit cum Deo,ſicut nec bonum cum
ente.Et huius ratio eſt:quia tranſcen
dentia conueniunt enti anteceden-
ter ad diuiſionem per genera. Non
autem ideo quodcumque genus par
tici-

ticipans rationem entis, participat quoque omnia eius tranſcendentia, ſed aliqua. Quæ tamen participat, non quidem participat, tanquam genera ſibi conuenientia: ſed tanquam proprietates entis, quæ ſibi ad conuertentiam cum ente conueniunt. Sunt igitur quædam tranſcendentia communia, quæ conuertibiliter conueniũt enti ante ſui diuiſionem per finitũ, & infinitum. Et hæc tranſcẽdẽtia æqualiter finito, & infinito conueniunt: quia membra diuidentia ex æquo diuiſum participant. Alia tamen ſunt tranſcendentia, quæ non omni enti, ſed diuiſim, vni, vel alteri membro conueniunt: quoniam idem, & diuerſum, ſunt paſsiones entis, ſimiliter actus, & potentia: item neceſſarium, & poſsibile, ſeu contingens. Hæc quidem, & ſimilia ſunt trãſcendentia entis: quia omne ens, vel eſt idem, vel diuerſum: item vel eſt actus, vel potentia: & ſimiliter, vel eſt neceſſarium, vel contingens: non tamen hæc omnia tranſcendentia æqualiter omni enti conueniunt: ſed cum ſint tranſcendentia, ſeu paſsiones entis diuiſim, neceſſario vni, vel alteri enti conuenire debent. Non ergo omnia tranſcendentia ex æquo, à quolibet membro diuidente ens, participatur: quia tranſcendentia, quæ ſunt per diuiſionem, non conuertuntor cum ente, vt ſic, ſed cum, vno vel altero membro ſuæ diuiſionis.

17 Ex hoc ergo reſpondet Doctor ad quodam dubium, quod ſibi obijcit, quare, ſcilicet, ſapientia eſt tranſcendens, cum non conueniat omni enti? & reſpondet ex notatis, quod poteſt ſapientia eſſe tranſcendens, licet nõ dicatur de omni ente: quia & poteſt aliquod tranſcẽdens eſſe commune, & conuertibile cum ente vt ſic: & tunc omni enti conueniet, ſicut *verũ bonum, vnum &c.* Et poteſt eſſe tranſcendens diuiſionis, ſeu diuiſim, *vt neceſſe eſſe*, quod ſoli Deo conuenit, & nulli creaturæ poteſt cõpetere. Et poteſt eſſe tranſcendens medium, hoc eſt, nec ita reſtrictum, quod ſoli competat enti infinito, *vt neceſſe eſſe*: nec ita extenſũ, vt Deo, & creaturæ conueniat, ſicut cõpetit *bonum*: ſed quod Deo conueniat, & aliquibus creaturis poſſit competere, ſicut *ſapientia*, & ſimilia. Ex quibus ſic concludit: *Non oportet ergo tranſcendens, vt tranſcendens, dici de quocumque ente, niſi ſit conuertible cum primo tranſcendente, ſcilicet, cum ente.* Non ergo inconuenit ad hoc, vt ſapientia ſit tranſcendens, quod non conueniat leoni, & & lapidi, ſeu cuilibet enti: cum ad rationem tranſcendẽtis ſufficiat, quod nullum habeat genus ſupra ſe, vt inquit Doctor ibidem, ſed quod ante diuiſionem per genera, conueniat enti: atque ideo concluditur ſapientiã (& idem eſt de alijs attributis) eſſe tranſcendens diuinum, proptereaque formaliter denominatiuè prædicari de Deo in ſecundo modo dicendi per ſe: & obid nullam compoſitionem ſubiecti, & accidentis, ſeu quamlibet aliam eſſe ex attributis, & Deo.

Sapientia Dei non eſt ſub genere ſed eſt ens trãſcendẽs, & proprietas.

Sed tunc inſurgit ingens dubiom de ſapientia creata. Ex dictis etenim videtur noſtram ſapientiam eſſe etiã tranſcendentem, & non habitum ſub genere qualitatis. Et vrget dubiũ, in ſententia Scoti, qui ponit conceptũ communem obiectiuum conuenientem ſapientiæ increatæ, & creatæ: ex quo videtur inferri, creatam ſapientiam non minus tranſcendentem eſſe, quam increatã. Hoc dubiom mouet Doctor in citato art.5. cuius reſolutio ſupponit, quæ dicuntur ab eodem ſub art.3. eiuſdem quæſtionis: ſed quia non pertinet ad difficultatẽ præſentem, remittitur vſque ad proprium locum, vbi illud Doctor mouet, & ſoluit. 18.

§.3.

Statuuntur concluſiones hius difficultatis.

HIS præhabitis, difficultatem concludendo dico primo, quod Deus eſt 19

eſt penitus in corporeus. & immate-
rialis. Concluſio eſt Catholica de fi-
1. Concluſ. de, & poteſt etiam ratione naturali
oſtendi. Sed primo probatur Sacræ
Scripturæ teſtimonijs: nam Ioannis
Ioan. 4. 4. dicitur, *quod Deus ſpiritus eſt*, & 1. ad
3. ad Thym Thymoteum cap. 1. *Regi ſæculorum*
1. ad Ro. 1. *immortali & inuiſibili.* Corpus autem
Iſaiæ 40. viſibile eſt. Item ad Rom. 1. *Inuiſibi-*
Ad Rom. 5 *lia Dei per ea, quæ facta ſunt à creatura*
D. Auguſt. *mundi intellecta conſpiciuntur.* Item
Iſaiæ 40. *Cui ſimilem feciſtis Deum, aut*
quam imaginem ponetis ei? Quod aie-
bat ad confundendum Idolatras, qui
corporeas Dei inuiſibiles imagines
adorabant, ac ſi diceret, Deus incor-
poreus eſt, quare ergo imagines cor-
poreas ſub Dei titulo adoratis? & in
eodem ſenſu dicitur ad Romanos. 1.
Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt
& mutauerunt gloriam incorruptibilis
Dei in ſimilitudinem imaginis corrupti-
bilis hominis. Quo Pauli teſtimonio
D. Auguſtinus hæreſi 50. Hæreticos
Actor. 17. Audianos reprehendit. Item Actor.
17. *Non debemus exiſtimare ſculpturæ*
artis, & cogitationis hominis diuinum eſ-
ſe ſimile. Quæ concluſio probari etiã
poterat pluribus alijs Scripturæ teſti
monijs, quæ illam confirmant, ſed
ob prolixitatem vitandam ommit-
tuntur.

20 Secundo probatur ex diffinitione
Eccleſiæ, quæ Dei omnimodam ſim-
c. firmiter. plicitatem diffinit, vt patet in cap.
firmiter extra de ſumma Trinitate, &
fide Catholica, & ex Concil. Latera.
ſub Innoc. 3.

21 Tertio probatur innumeris San-
ctorum Patrum authoritatibus, &
præſertim D. Auguſtini lib. 1. de Do
D. Auguſ. ctrina Chriſtiana cap. 12. & oarratio
ne 2. in Pſal. 48. vbi inquit, *imago Dei*
non eſt in corpore, non eſt in auribus iſtis,
quas videtis, & oculis, & naribus, & pa-
lato, & manibus, & pedibus, ſed eſt facta,
vbi eſt intellectus, vbi eſt mens, vbi ratio
inueſtiganda veritatis, vbi fides, vbi ſpes
veſtra, vbi charitas veſtra, ibi habet Deus
imaginem ſuam. D. Greg. Niſen. ſoper
D. Niſen. illud Geneſis. *Faciamus hominem ad*
imaginem, & ſimilitudinem noſtram, ora
tione 1. ait. *Nihil in forma Corporis eſt,*
D. Damaſ. *quod Dei imagini congruat.* D. Damaſ-
cen. lib. prim. Inſtitutionum capit.
7. poſtquam Deitatem, ſeu Dei eſſen
tiam, quam alij dicunt ſubſtantiam,
ait non eſſe ſub genere, ſed eſſe ſupre
mum ſupra omnia genera, ſubdit.
Huius autem ſummi, primique generis
ſpecies ſunt. primum, id quod corpore va
cat, & corpus in animum. Videantur
pro hac concluſione Sanctus Irineus D. Iren.
lib. 2. cap. 16. D. Iuſtinus in Dialogo D. Iuſtin.
cum Triphone circa initium, Orige- Origenes.
nes lib. 7. contra Celſum, & Hom. 3. D. Baſilius
in Geneſim, D. Baſilius Hom. 10. in E- D. Niſen.
xameron, Niſenus vbi ſupra, & in diſ D. Chryſo.
put. cum ſorore de reſurrectione, & D. Cypria.
anima D. Chryſoſtomus hom. 5. in D. Naziã.
epiſt. ad Coloſenſes, D. Cyprianus D. Toeod.
in tractatu de vanitate Idolorum, D. D. Epipha.
Nazianzenus orat. 2. de Theologia, D. Ambr.
D. Theodoretus in epitome diuin. D. Auguſt.
decret cap. in principio. Epiphanius D. Hiero.
hæreſi 70. Ambroſius lib. 2. de Spiri- D. Grego.
tu Sancto cap. 10. D. Auguſt. vbi ſu- D. Anſel.
pra, & epiſt. 111. & lib. 3. confeſſionũ
cap. 7. & epiſt. 85. & 119. & Hæreſi
50. D. Hieronym. in Pſalm. 93. ſu-
per illud. *Qui plantauit autem, non au-*
diet. Gregor. lib. 10. moralium ca. 10.
D. Anſelmus in Monolog. cap. 20. &
reliqui Sancti Patres Græci, & Latini
id ſæpe teſtantur.

Ratione autem naturali probatur 22
hæc concluſio a Doctoribus, & pri-
mo à D. Thoma citata quæſt. 3. art. 1.
ſequentibus tribus medijs. Primo Tres ratio-
quidem: quia nullum corpus mouet nes. D. Th.
non motum, vt patet inductione per
ſingula: ſed Deus eſt primum mouẽs
immobile: ergo Deus non eſt cor-
pus, nec corporeus. Secundo quia ne
ceſſe eſt id, quod eſt primum ens eſ-
ſe in actu, & nullomodo in potentia:
quia licet in vno, & eodem quod e-
xit de potentia ad actum, prius tem-
pore ſit potentia, quam actus, ſimpli-
citer tamen actus prior eſt potentia,
quatenus quod eſt in potentia non
reducitur ad actum, niſi per formam,
quæ eſt in actu: ſed Deus eſt primũ
ens: ergo impoſſibile eſt, quod in eo
ſit aliqua potentia: ſed omne corpus
eſt in potentia: quia continuum in
quantum huiuſmodi, eſt infinitum
in potentia, eo quod eſt diuiſibile
per

Digitized by Google

per partes in infinitum:ergo impoſ
ſibile eſt, Deum eſſe corporeum. Ter
tio:quia impoſsibile eſt aliquod cor-
pus eſſe nobiliſsimum omnium en-
tiũ:corpus enim, nó viuit à ſe, ſed ab
alio nobiliori ſe: quia ſi à ſe viueret,
omne corpus viueret, quod eſt fal-
ſum:ſi ergo illud, quo corpus viuit
eſt nobilius corpore, cui dat vitam,
non poreſt corpos eſſe nobilius om-
niũ entium:ſed Deus eſt in cunctis
entibus nobiliſsimum ens:ergo &c.

23 Scotus autem infra in diſtinct.8.
Probationes Scoti. quæſt.1.art.2.id probat ex medijs cõ
munibus(vti eſſe ait)ſcilicet, ex infi-
nitate, & neceſsitate eſſẽdi:& ar 3.id
probat, ex eo qood cauſalitas mate-
riæ, & formæ non eſt ſimpliciter pri-
ma, ſed neceſſario ſupponit priorem
cauſalitatem, cauſæ ſcilicet efficien-
tis. Quæ & alię probationes, quæ ibi
habẽtur, ſubtiliſsimæ ſunt. Videãtur
ibi:non enim fas erit hic illas repete-
re, ſiquidem clarè habẽtur in hoc vo-
lumine.

24 Non tamen prætermitteoda eſt ra
Ratio D. Augu. tio, qua D.Aug.li.3.confeſ.c,7.cõtra
Antropormophitas redarguit, quod
videlicet, omne corporeũ aliquid cõ
tinet in ſe, qood non eſt omnino per
fectũ:continet etenim ſingulas par-
tes quantitatis, ex quibus cõponitur
corpus cõtinuũ: vnaquæque autẽ par
tiũ eſt proculdubio imperfectior to-
to, vel ſaltim minus perfecta illo:
Deus autẽ eſt ens primũ ex ſe, & à ſe
abſolute, vndequaq́ perfectũ:ergo &c

25 Dico ſecũdo, quod Deo repugnat
2. Conclu. cõpoſitionẽ materialẽ, aut aliã aliqua
lẽ, etiã per modũ formæ, aut actus ac-
tuantis intrare. Cõclusio hæc ſtatui-
tur contra Ethnicos illos, qui errabãt
cõſtituẽdo, Deũ eſſe animã mundi, in
tra quos vltra citatos ſupra n.1.exti-
tit Plinius lib.1. naturalis hyſtoriæ c.
1.& Marcus Varro, vt refert D. Aug.
lib.7.de ciuit.Dei c.6.in cuius erro-
Plinius. ris fauorẽ videntur cõpoſita eſſe car-
Marcus mina illa Virgilij lib.6. Æneydos.
Varro. *Lucentẽque globũ Lunæ Titaniaq; aſtra*
Virgi. *Spiritus intus alit, totãq; infuſũper artus:*
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Abailard. Item Petrus Abailardus, quem re-
fert D.Bernardus epiſto.193. doma-
tizauit ſpiritum Sanctum eſſe animã *D.Bernar.*
mundi:ſed Almaricus, teſte Turrecre *Almaricus*
mata lib.4.Summæ 2.p. c.35.tenuit, *Turrecre.*
Deum eſſe omnium rerum eſsentiã
intrareque harum compoſitionem
tanquam principalem partem eſſen-
tialem ipſarum, imô, & eſſe Deum
ipſam vniuerſi materiam: delirauit *David de*
qoidã David de Dinando, prout D. *Dinando.*
Thomas retulit in art.8. prædictæ q.
3. vbi etiam Almarienorum refert
errorem. Contra hos igitur ſtatui-
tur præſens concluſio.

Quæ probatur locis prædictis Scri
pturæ ſupra poſitis pro prima cõclu 26
ſione, quæ non minus probant, Deũ
corpoream, aut materialem compoſi
tionem non intrare, quàm in ſe ipſo
eſſe incorporeum, & immaterialem. *Iob.22.*
Et præterea ex illo *Iob* c.22. *Excelſior* *2.Parali.2*
cælo eſt, & lib.2.Paralipo.c.2. *Cælum,*
& cæli cælorum eum capere non poſſunt.
Sed totum in ſe partem includit:er-
go ſi cœli cœlorum, qui totum mun-
dum circumambiunt, Deum nõ poſ-
ſunt capere:quomodo creatura mun
di, aut ipſe mundus Deũ capere po-
terit, & in ſe tanquã ſui partem vale-
bit includere?

Secundo probatur diffinitione Ec 27
cleſiæ:nã Almaricum, & eius errorẽ,
vt Hæreticum damnauit Innocẽtius
Papa Tertius in cap. *damnamus*, de ſũ *Cap. damnamus.*
ma Trinitate, & fide Catholica, &
Cõcil. Toletano primo ſub Leone Pa *Concil.Tol.1.*
pa Primo in epiſtol.ad Toribium c.5. *Leo Papa 1.*
Priſsilianiſtæ damantur, qui in illo
errore extiterant, eo q̃ dicerẽt ani-
mam hominis eſſe partem Deitatis.
Quos dictum Concilium damnauit,
& ſummus Pontifex Leo ibidem cõ-
cludit, *nullam tam præcipuam eſſe fa-
cturam, cui Deus ipſe natura ſit*, hoc eſt
forma.

Tertio probatur prædicta conclu- 28
ſio Sanctorum Patrum Auctoritati-
bus:nam D.Dyoniſius de diuinis no *D.Dyon.*
minibus c.2.inquit, *quod neque tactus* *D. Atha.*
eſt eius, ſcilicet, Dei, *neque alia quædam* *D. Augu.*
ad partes cõmiſcendas cõmunio. Pro qua
concluſione videndi ſunt D. Athana
ſius oratione contra Idola circa me-
dium, Diuus Auguſtinus lib. 7. de

no termino illum augere: ergo numquam poterit infinitum produci in actu: ſiquidem adhuc illo in maxima quantitate creato, poteſt Deus alium creare, & ei ſuperaddere.

32 Ex quo contra Vazquium argumentum ipſius retorquetur, & euidenter concluditur non poſſe dari infinitum in actu. Hoc autem, quod eſt non manere exhauſtam Dei potentiam, vltra quam probatum eſt argumento Ariſtotelico, de interminato ignis augmēto, ſatis probari poteſt ex ſequenti concluſione, in qua concludimus infinitum multitudinis dari in potentia, ita quod non poteſt Deus ſimul tot creare, quin deinceps plura indiuidua eiuſdē ſpeciei poſſet creare. Ex quo conſtat nō exhauriri Dei potētiā ad magis, ac magis ignē augendū ſine termino. Ponamus etenim, quod Deus plura ligna combuſtibilia creet, & numerus iſte combuſtibilium creſcat vſque in vnitatem illam, ſecundum quam aduerſarij volunt dari combuſtibilia infinita, inquiro modo, poterit ne Deus alium lignum de nouo creare, nec ne? Hoc ſecundum ſi dicas, concedes quoque exhauriri omnipotentiam Dei per creationem iam factam, ita, vt nihil huius ſpecificæ naturæ iam amplius poſsit creare, quod eſt manifeſtum abſurdum. Si ergo poteſt hoc lignum creare: ponamus, quod illud creet de facto, & illud applicet igni præexiſtenti, & per te infinito in actu: interrogo nunc, augebitur ne ignis ille, vel non? ſi primum, proculdubio fateri debes adhuc ignem illum præexiſtentem, infinitum in actu non eſſe, ſiquidem ad vlteriorem magnitudinem poteſt extendi: & ſic argumentandum eſt de alio combuſtibili, & alio, & ſit proceſſus in infinitum.

33 Si vero dicas ſecundum: ergo iam falleris in hoc, quod argumento Ariſtotelico conuinceris aſſerere, ignem ſine termino poſſe augeri, & optimè concluditur contra te tuomet gladio, corpus quodcumque naturale limitatam magnitudinem poſtulare: & ſic nullatenus infinitum eſſe in actu: vel ergo debes concedere, ignem illum quantumuis maximum in ſe ipſo finitum habere terminum, nō ſolum, vt intrinceſe terminatum, vt Cayetanus aiebat, ſed etiam, vt cumque per aggregationem auctum: vel neceſſario fateri huius magnitudinis infinitatem non eſſe in actu, ſed in potentia.

Verum enimvero argumentum illud de interminato ignis augmento, quod retorquendo, Vazquij ſententiam de infinito in actu confutauimus, maximè vrget contra ſecundam partem noſtræ concluſionis, in qua negamus infinitum etiam in potentia dabile eſſe in magnitudine. Et profecto non tantum vrgeret, quinimo, & oppoſitum noſtræ concluſionis proculdubio concluderet, ſi nos illud interminatum ignis augmentum admitteremus. Re tamen vera, etſi gladium de aduerſarij vagina ad ipſum iugulandum extraxerim, nobis tamen nocere non poteſt, qui in quacumque magnitudine creabili, quantumuis maxima, terminum finitum, eo quod quantitas creata eſt, neceſſario ſtatuendum eſſe tuemur: nam vel in magnitudine illa ſeruatur aliqua quantitatis ſpecies, vel nō? Si hoc ſecundum ſit verum, erit quoque verum in quantitate continua, infinitum in potentia non dari, quod affirmat concluſio: ſi autem primum: tunc neceſſario debet competere terminari per ſuperficiem, ſi eſt corpus, aut per lineā ſi eſt ſuperficies, aut per punctum, ſi eſt linea, vt ſupra de mente Ariſtotelis probauimus: cum ergo quilibet terminus iſtorum ſit finitus: conſequenter quantitas terminata ad illū finita erit. Et ſic poterit Deus rem magnam in ſummo creare, vltra quā maior alia non ſit dabilis: quæ tamen infinita non eſt, ſed finita, ſicut ſupra de quantitate virtutis intenſi bili in ſecunda concluſione probatum eſt. 34

Sed

35 Sed tunc quid dicemus ad argumentum illud de interminato ignis augmento, quod erat argumentum Ariſtotelis à Vazquio in ſuæ ſententiæ fauorem adductum? hoc etenim ſatis nos vrget, & premit, vt ſaltim in potentia infinitum illud admittamus. Doctor profecto ſubtiliter nos ab hac preſſura, & anguſtia eripit, ſequentibus verbis in illa citata quęſtione ſexta ſecundi Metaphyſicæ fol.35.pagin.2. in principio: *Dicendum quod ibi eſt oppoſitum: quia omnium natura conſtantium eſt determinata quantitas in magnitudine, & augmento. Propter quod intentio Phyloſophi eſt quod ignis non agit principaliter in augmentatione: quia augmentatio eſt indeterminata quantitate, vel ad determinatam quãtitatem de ſe in tali ſpecie. Ignis non agit ad determinatam quantitatẽ de ſe, ſed vltra poteſt numquam tamen ad infinitam quantitatem.* Hęc omnia ſunt verba Scoti, quæ clare omnem rationem dubitandi euacuant, præclaram enim doctrinam includunt.

36 Ad cuius intelligentiam eſt maximè aduertendum, quod in igne ſunt duo conſideranda, aliud eſt enim eſſe ſpecificum, & formale ignis, quod eſt eius natura, aliud vero actiuitas & cauſalitas ignis, quæ non eſt in ordine ad ſe, ſed in ordine ad productionem effectus, ac ſi dicamus, quod conſideratur ignis in genere naturæ, & in genere cauſæ, Primo modo competit ſibi determinata magnitudo in augmento: quia (vt inquit citata litera Scoti) *omnium natura conſtantium eſt determinata quantitas in magnitudine, & augmento* Et ad hanc magnitudinem ſuæ naturæ, non agit principaliter ignis: quia agere non eſt eiuſdem ad ſe ipſum, & ideo inquit Scotus, *quod ignis non agit principaliter in augmentatione, eſt tamen augmentatio, ad determinatam quantitatem de ſe in tali ſpecie*: ſicut igitur cuilibet naturæ ex ſua connaturalitate conuenit determinata quantitas, in qua ab ipſa natura augetur vſque ad certam, & determinatam magnitudinem: ſic & igni, eo quod natura ſpecifica talis eſt, non à ſua actione, ſed à ſe ita ſibi competit talis magnitudo, vt vltra illam eſſe non poſſit: & ideo inquit Doctor, quod ignis non agit ad determinatam quantitatem de ſe, hoc eſt ab actiuitate ſua: ſed magnitudinem illam habet à natura. At vero ſecundo modo: quia de ſe eſt naturaliter actiuus ſecundum vltimum de potentia: ideo licet non agat in augmentum ſui, agit nihilominus in productionem ſibi ſimilium in ſpecie ſecundum vltimum de potentia: & ideo inquit Doctor, quod licet non agat ad determinatam quantitatem de ſe in tali ſpecie: vltra tamen poteſt agere: ac ſi dicat, licet ignis ex ſe non principaliter agat ad ſui magnitudinem determinatam: agit tamen vltra in plures magnitudines ignium productorum, quæ ſi ſibi accumulentur, eo quod ignis omogeneus eſt, creſcet magis, ac magis.

37 Hoc tamen, quod eſt cauſam eſſe omogeneam cum effectu per accidens ſe habet ad rationem cauſæ, & effectus: ac propterea ſublata omogeneitate, quæ accidit naturæ ignis producentis, & producti: non aliter vniretur ignis productus igni producenti, quàm homo genitus homini genitori: ſicut ergo ex accumulatione hominis ad hominem, non infertur augmentum in magnitudine, ſed tantum in multitudine, ſic ex accumulatione ignis ad ignem non ſequitur per ſe magnitudo, ſed multitudo: licet per accidens ex eorum omogeneitate magnitudo accreſcat. Sed adhuc hoc poſito, quod ignis per accidens vltra ſuam magnitudinem determinatam, hoc eſt, extra magnitudinem propriæ naturæ indiuidualis, ad alias magnitudines ignium productorum progrediatur: numquam attamen (inquit Scotus) ad magnitudinem perueniet infinitam: quia

etſi per accidens vltra ſuam determinatam magnitudinem ſe extenderet, adhuc tandem ad eam quantitatem perueniret, vltra quam ignis natura conſeruari non poſſet. Vide, quæ pulchre docet Doctor infra in hoc 1. in diſtin. 8. quæſt. 1. art. 1. §. 4. *declarando ergo*, vbi inquit, quod hæc potentia ignis eſt extenſa per accidens, hoc eſt per aggregationem ignium productorum, & tandem ſic de hoc puncto loquendo concludit, *cum non ſit aliqua magnitudo infinita, patet, quod non eſt aliqua talis potentia infinita, magnitudine*.

38 Dico quarto, quod etſi in quantitate molis diſcreta multitudinis, imo & in multitudine tam rerum corporalium, quàm ſpiritualium, ſit dabile infinitum in potentia: nihilominus per nullam potentiam, etiam abſolutam Dei, poteſt dari tale infinitum in actu. Concluſio hæc quoad primam partem eſt communis apud omnes, & quoad vtramque expreſſa Scoti, & communior in ſcholis, ad cuius concluſionis probationem ſuppono, Ariſtotelem tantum intellexiſſe in numeri quantitatis comprehendi corporal quanta, aut partes diuiſas quantitatis continuæ: ne autem rationes multiplicentur ſine neceſsitate, in hac concluſione æqualiter omnem numerum, tam multitudinis corporum, quàm ſpirituum comprehendimus.

4. Conclu.

39 Probatur concluſio, quoad primam partem, quia in quacumque rerum ſpecie, poſita qualibet individuorum multitudine, poteſt Deus adhuc eius numerum ſuperaddere, vſque in infinitum ſine aliquo termino vltimæ vnitatis: ſed hoc eſt infinitum in potentia: ergo &c.

40 Secunda vero pars euidenti ratione Alexandri Alenſis probatur prima part. quæſtio. 2. membro 2. ad tertium: nam ſi Deus infinitum aliquod multitudinis in actu produceret, profecto omnia poſſet ſimul creare, quæ poſsibilia eſſe ſimul cognoſcit: ſed huiuſmodi ſimultanea creatio Deo repugnat: quia ſi omnia ſimul produceret, quæ poſsibilia eſſe cognoſcit: nihil ſibi ſupereſſet creandum: ergo neceſſario exhauſta eſſet Dei omnipotentia: quia eſſet productus adæquatus effectus illius, quod eſt pluſquam falſum. Quod autem ſi vnius naturæ omnia individua ſimul poſſet creare, poſſe quidem eo omnia alia cuiuſcumque naturæ creabilis, euidens eſt: quia non maior repugnantia eſt reſpectu vnius ſimultaneæ creaturæ, quam reſpectu alterius. Et ideo dato, quod poſſit in vna natura, ſic poſſet in alia, & alia vſque in ſinem omnium creabilium.

41 Huius rationis euidentiam Vazquius eneruare intendit, & ad id pro viribus laborat oſtendere tribus rationibus, non ex inde Dei omnipotentiam manere exhauſtam. Prima eſt: quia ſicut ſe habet omnipotentia Dei ad omnem multitudinem poſsibilem, ſic ſe habet ad ſingula illius, quod ſic explicat: ſi ex omnium ſimultanea creatione maneret omnipotentia exhauſta: ſic per creationem cuiuſlibet individui maneret minuta: quia iam reſpectu illius non habet potentiam, nec tam late potens eſt, ſicut antea: iam enim non poterat ſingula illa creare ſicuti antea: Si ergo non ex hoc abſurdum ſequitur, omnipotentiam, ſcilicet, minui: profecto nec ex illo ſequitur abſurdum manere exhauſtam. Ceterum quia rerum productio non addit Deo perfectionem aliquam, ideo quod creet, aut non creet, nihil exhauſit, aut minuit omnipotentiam Dei. Secunda ratio eſt: quia producta omnium rerum multitudine, poſſet Deus adhuc vnam illarum anihilare, & iterum reproducere: non ergo ex ſimultanea omnium creatione, omnipotentia maneret exhauſta. Tertia tandem: quia diuina omnipotentia non ſolum creat, ſed conſeruat creata: licet ergo nihil ſibi tunc reſtaret creandum: reſtabat nihilominus ſibi omnium exiſtentium conſeruatio.

Solutio Vazquij

Profecto hæc Vazquij ſolutio per hanc triplicem rationem, nullatenus argumenti robur delet, aut minuit. Prima etenim nihil valet: quia in ea propoſitionem manifeſte falſam aſſumit: nam diuina omnipotentia per nullius 42

Impugnatio prædictæ ſolutionis.

nullius entis creationem minuitur, eo quod reſpectu illius non habeat limitatam virtutem. Si enim mihi eſſet virtus limitata ad tantummodo decē producenda: proculdubio duobus iam productis, minor virtus mihi ineſſet, quam antea: ſiquidem minoratur numerus producibilium, ad quæ poteram, & non poſſum. At qui in Deo reſpectu producibilium, non eſt limitata, ſed infinita virtus: ideo quocumque producibili poſito, adhuc in nullo minuitur. Verum reſpectu omnium producibilium, longè diſpar eſt ratio: quia ſi poſitis omnibus, iam non poſſet ad aliud, proculdubio iam maneret omnipotentia exhauſta: quia limitaretur, ita vt non poſſet ad aliud ſe extendere: hoc etenim & nihil aliud eſt potentiam eſſe exhauſtā. Diſparitas itaque rationū euidēs eſt: nam per vnius, ſeu pluriū creationem, in nihilo maneret omnipotentia diminuta: eo quod illimitata eſt, & ſine aliquo limite poteſt aliud, & aliud, ſicuti antea in infinitū producere. At vero per omnium poſſibilium, quæ cognoſcit, ſimultaneam creationem, haberet iam adæquatum terminum ſuæ omnipotentiæ in rerum natura creatum, & nihil ſibi producendum reſtaret, atque ideo eſſet penitus ad extra exhauſta. Nec eſt ad propoſitū illud de perfectione, quæ per creationem non adquiritur: quia nunc non diſputamus, an maneret perfecta omnipotentia per aliquid extrinſecum? hoc enim eſt alterius loci: ſed an poſſet aliquid iterum producere, an vero maneret exhauſta?

43 Nec profecto ſecunda ratio vim argumenti euacuat: quia limitatio vtcumque repugnat diuinæ omnipotentiæ, & ideo licet vnum productorum annihilatum poſſit iterū reproducere: hoc adhuc ſemper viget, ꝙ aliud de nouo creare non poſſet: & ad hoc limitata eſſet *Dei* omnipotentia, atque exhauſta, quod argumentū intēdit. Nec tertia ratio eſt alicuius momenti: quia etſi à diuina conſeruatione omnia ſimul creata penderent, nihil attamen de nouo per diuinam omnipotentiam poſſet produci, atq; ideo ſemper eſſet verū, quod ad hoc, ꝙ eſt aliquid de nouo producere, iā diuina omnipotentia maneret exhauſta, & eſſet ad extra ita terminata per omniū creaturarum multitudinem: ſicut ad intra principia productiua diuinarum perſonarum, per ſuos adæquatos terminos, adæquate ſunt terminata: quod quam abſurdum ſit, nemo non videt: nam ideo ad intra paternus intellectus eſt adæquate terminatus: quia Verbum per illam productum, eſt eſſentialiter Deus, & similiter Spiritus Sāctus productus per voluntatem. Creatura autem, etſi infinita eſſet in multitudine, non eſſet Deus: ergo non poſſet adæquate terminare Dei omnipotentiam.

Alias vero ſolutiones, quibus Vazquez non nullas huius cōcluſiones probationes ſoluere intendit, nō euacuant illas, vt eas intuenti patebit: & ideo ommittendo dictas ſolutiones, modo iterum eadē pars cōcluſionis probatur à Doctore duplici ratione, qua ſoluit quandam obiectionem, qua aliqui conuicti tenuerunt poſſe dari infinitam multitudinem animarum: quia omnes, quæ à mundi primordijs fuerunt creatæ, nūc ſunt, & quæ in poſterum erunt, vſque ad conſumationem ſæculi, etiam cum alijs ſimul exiſtent, vltra quas videtur, Deum non poſſe plures creare: quia omnes, quas cognouit eſſe poſſibiles, iam creaturum fuiſſe supponitur. Si ergo omnes tunc erunt ſimul, dabitur infinitum in actu: hoc igitur ſequentibus rationibus impugnat Scotus, probans huiuſmodi infinitū in potentia eſſe: & numquam ex illo inferri infinitum in actu: quas rationes refero eiſdē prorſus verbis Scoti: quia illis dumtaxat efficaciter probatur concluſio. 44

Infinitas actualis includit contradictionem in omnibus extra Deū: ex 45
poſſibilibus autem, & compoſſibilibus numquam ſequitur cōtradictio, *1. ratio textualis Scoti.*
vel impoſſibile: ſed numerū eſſe infinitum in potentia, eſt poſſibile ſecundum omnes: & animas ſemper manere, eſt poſſibile, & compoſſibilia ad inuicem: quia neceſſariū nulli

eſt

eſt incompoſsibile, niſi impoſsibile: ſed infinitum numerum eſſe in potētia eſt neceſſarium, & animam ſemper manere eſt poſsibile: ergo numerum eſſe infinitum in potentia eſt cō poſsibile huic poſsibili, animas ſemper manere: ergo ex iſtis, anima ſemper manet, & numerus animarum eſt infinitus in potentia, non ſequitur infinitum in actu eſſe.

46 *2. ratio textualis Scoti.* Secundo ad idem arguit Doctor ſequenti ratione, infinitas in potentia eſt in accipiendo non tot quin plura: infinitas in actu eſt in accepto eſſe tot, quot non plura compoſsibilia: alioquin infinita in actu poſſent excedi, & eſſent finita. Sed non ſequitur, animæ fuerunt non tot quin plura in accipiendo: ergo ſunt modo in actu tot, quot non plura: quia omnibus iſtis actu exiſtentibus, poſſet Deus creare vnam animam, & addere illis: ergo non fuerunt prius tot, quot nō plura. Hæc hactenus ſunt verba Scoti vtriuſque prædictæ rationis, quæ habentur in citata q. 6. ſecundi Met. quibus ſatis manet probata cōcluſio.

§ 4.

Soluuntur argumenta diuerſarum opinionum.

47 *Ad auctoritates Phyloſophi.* AD argumēta in oppoſitum, & primo ad illas auctoritates Phyloſophi, quibus videtur tenuiſſe Intelligentias illas eſſe infinitas in actu, respondeo, ſecundum grauiſsimorum Doctorū placitum, hanc neutiquam fuiſſe Phyloſophi ſententiam: quia vere cognouit Intelligētias motrices ab vno Motore habere dependentiam adhuc in actuali motione. Sed euidens eſt non poſſe rem aliquam eſſe infinitam entitatiue, & per eſſentiam cum dependentia ab alio, ſiquidem infinitum tale à nullo poteſt excedi. Quod autem ait de motu perpetuo, & tempore infinito, non pugnat cum finitate entitatiua motrici: quia etſi mundus fuerit ab æterno (vt opinatus eſt ipſe Ariſtoteles 8. phyſi. & alij) adhuc tamē nemo huc uſque illum infinitū actu quoad entitatem eſſe aſſeruit: colligit igitur ibi infinitam primi Motoris virtutem, à qua omnes Intelligentiæ dependenter perpetuo mouent. Et forſan ad hunc ſenſum earum motionum pro tempore infinito, id eſt æterno, infinitam vocauit: quia tempus non per infinitatem eſſentiæ, ſed per durationem æternitatis menſurauit. Sed ſi hæc ſolutio non placeat: non inconuenit illam fuiſſe Ariſtotelis ſententiam: quia fortè (vt aduertit Suarez 1. tom. *Met.* diſp. 2. ſect. 6. nu. 7.) non cognouit Intelligentiarum creationem.

Ad argumenta autem Baſſolis, quæ ſunt pro ſecunda ſententia, & ad primum dico repugnantiam prouenire ab incompoſsibilitate infinitatis cū quantitate creata: quia contra rationem qualitatis creatæ eſt non terminari: nam terminatio, vt inquit Scotus, loco nuper citato, eſt de ratione quantitatis continuæ: & ideo ſi eſſet linea non terminata, non poſſet ſibi competere ratio lineæ: quia linea illa includeret incompoſsibilia, ſcilicet, terminationē, eo quod linea eſt in terminationem, eo quod infinita eſſet, quæ repugnant inter ſe. 48 *Ad 1. argumentū Baſſolis.*

Ad ſecundum dico, quod verum eſt omnem quantitatem magnitudinis, quantumuis maximam, quā Deus cognouit eſſe creabilem, poſſe quidem illam in actu creare, vt argumētum probat. Sed ex inde nō infertur, quod ſit infinita in potentia, aut in actu. In potentia quidem: quia iam de facto ſupponimus habere omnem magnitudinem, quam poteſt habere: in actu vero, quia tunc ſi à Deo fieret de facto, proculdubio terminata eſſet finito, & limitato termino: & ita quā tumuis maxima, eſſet actu finita: vel quantitas eſſe non poſſet, ſiquidem, vt dictum eſt, de ratione quantitatis eſt terminari. 49 *Ad 2.*

Ad tertium dico, quòd ſi procedat de quantitate magnitudinis, ſatis dictum eſt non poſſe in infinitum augeri, 50 *Ad 3.*

ti,& ideo etſi Deus poſſet facere ſimul ea, quæ poteſt ſucceſsiue facere: adhuc non poterit vnam quantitatẽ magnitudinis infinitam creare: quia quantumuis maxima, adhuc terminata erit, atque finita. Si vero procedat argumentum de quantitate multitudinis, in qua infinitatem admittimus ſincathegorematice, & in potentia: tunc non poterit ſimul creare, quæ ſucceſsiue creare poteſt. Tum propter rationes poſitas ſupra ad probationem ſecundæ partis quartæ concluſionis: tum etiam quia cum Deus ab æterno, & in æternum omnipotẽtia ſua potuerit cuiuslibet naturæ indiuidua inceſſanter producere: repugnat tot ſimul indiuidua in rerum natura producere, quot poſsint totã durationem diuinæ æternitatis menſurare: ſicut repugnat æternitatis durationem menſurari à creatura. Ad cuius ſolutionis claritatem pono, quod à primo inſtanti ſuæ æternitatis, quo potuit ad extra producere, produceret quidem indiuidua poſsibilia omniũ ſpecierum, ſeu cuiuslibet naturæ, & vſque adhuc, & ſemper inceſſanter produceret, & deinceps vſque in ſempiternum producat. Quæro modo: eſt ne dabilis aliquis numerus multitudinis, qui vſq; in ſempiternũ omnia creata, & creabilia amplectatur? Certè hoc affirmare eſſet abſurdum: quia ſicut ſempiternitatis nullus eſt finis: ſic nec conſequenter cuiuslibet numeri menſurati per ſempiternitatem nulla erit finalis vnitas: quomodo igitur poterit Deus ſimul creare innumerabilem numerum, qui infinibilis eſt? Hac ergo de cauſa optimè Scotus in multitudine infinitum in potentia admiſsit, & non in actu: quia non tot poteſt Deus ſimul creare, quin plura in ſempiternum creare poſsit.

51 *Ad 4. arg.* Ad quartum dico, quod infinitas actualis extrahit quantitatem continuam à ratione quantitatis: eo quod cum tali infinitate non compatitur terminatio quãtitatis: non enim ſolũ eſt de ratione quantitatis copulari terminis continuatiuis: ſed etiam finiri terminatiuis, & terminari ad pũctum, ſi fuerit linea, & ad lineam, ſi fuerit ſuperficies, & ad ſuperficiẽ, ſi fuerit corpus.

Ad quintum dico incompoſsibile eſſe Deum ſimul producere omnes lineas, quas cognouit poſſe producere, vt patet ex ſolutione ad tertium argumentum: ſed eſto, quod poſſet illas producere, adhuc ſi vnam alijs ſuperadderet, non efficeret quantitatem continuam infinitam. Tum, quia contigua eſſet quantitas illa, & non continua: contiguum autem eſt vnũ per aggregationem, & nõ vnum per ſe: ad infinitatem autem non ſufficit vnitas per aggregationẽ. Sed adhuc, eſto quod ibi poſſet in contiguo eſſe infinitas: ſeu quod illæ plures lineæ accumulatæ vnam lineam continuã efficerent: adhuc continuum illud non eſſet infinitum: quia tãdem duæ lineæ extremæ, id eſt, prima & vltima, haberent puncta, ad quæ earum magnitudines ante talem copulationem terminabantur. Ita quod cuiuſlibet lineæ extremæ remaneret illud punctum ſuæ extremitatis, qua cum alijs non coniungitur: ſicut ergo illa puncta terminatiua finita erant ante copulationem, ſic finita quoque manent poſtquam ex omnibus lineis facta eſt vna. Et ex conſequenti linea copulata ex multis haberet duas extremitates finitas, & ita quantumuis magna, eſſet finita. 52 *Ad 5. arg.*

Ad verba autem Doctoris patet eorum expoſitio in Commentarijs ad eundem articulum, ex quibus conſtat conformiter ad noſtras concluſiones fuiſſe loquutum. 53

Ad fundamentum attamen ſententiæ Almaynij, quod habetur numero 16. dico gratiam, ſeu qualitatem non poſſe in infinitum augeri, ſed habere terminum ſuæ intenſionis: atque ideo licet poſsit à Deo ſecundum maximum ſuæ intenſionis gradum produci (quod in Chriſti gratia contigiſſe cum Scoto tuemur) adhuc tamen talis gratia, ſeu qualitas erit finita, & nullatenus infinita. 54

ARTICVLVS XI.

Vtrum ex negatione cauſæ intrinſecæ inferatur Deum eſſe infinitum?

A AD vndecimum ſic proceditur, & videtur, quod ex negatione cauſæ intrinſecæ inferatur Deum eſſe infinitum: quia forma finitur per materiã: ergo quæ non eſt
B nata eſſe in materia, eſt infinita.

Secundo præterea arguitur: ſi forma finitur ad materiam: ergo ſi non eſt ad illã, non finitur.

C Sed contra eſt, quod hæc ratio nihil valet: quia ſecundum ipſos, Angelus eſt immaterialis: ergo in natura erit infinitus.

D Reſpondeo dicendum, quod hæc ratio, *qua* oſtenditur propoſitum ex negatione cauſæ intrinſecę, nihil valet, *vt §. ſed cõtra probatum eſt.* Nec poſſunt dicere, quod eſſe Angeli finiret eius eſſentiam, quia (ſecundum eos) eſſe eſt accidens eſſentiæ, & poſterius naturaliter, & ſic in primo ſigno naturæ eſſentia ſecundum ſe, vt prior, videtur eſſe in-
1. Conclu. tenſiue infinita: & per conſe-
2. Conclu. quens in ſecundo ſigno naturæ, non erit finibilis per eſſe. Breuiter dico vnam propoſitioné: quod quæcumque eſſentia abſolute finita in ſe eſt finita, vt præintelligitur omni comparationi ſui ad aliam eſſentiã. Excluditur *itaque* via inutilis ex immaterialitate inferens infinitatem.

Ad primum argumentũ breuiter reſpõdeo, quod quodlibet E
habet intrinſecum ſibi gradum ſuæ perfectionis, in quo eſt finitum, ſi eſt finitum: vel infinitum ſi eſt infinitum. Si ergo ſit finitũ non per aliud ens finitatur.

Ad ſecundum reſpondetur, F
quod eſt fallacia conſequentis: corpus finitur ad corpus: ergo ſi non eſt ad corpus, eſt infinitum, vltimum cœlum: ergo erit infinitum. Sophiſma eſt 3. phyſico. 3. phy. tex. com. 31.
quia ſicut prius corpus in ſe finitur, quam finiatur per aliud corpus, ita forma finita in ſe prius finitur: quia eſt talis natura in entibus, quæ finitur, quàm finiatur per materiam: nam ſecunda finitas præſupponit primam, & nõ cauſat eam: ergo in primo ſigno natura eſt eſſentia Angeli finita, ergo non finibilis per ſe: ergo in ſecundo ſigno non finitur per eſſe.

Expoſitio 11. Articuli quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

PErſpicue oſtendit Doctor in hoc articulo, in- I
utilem eſſe viam immaterialitatis Dei ad probandum eius infinitaté: hanc etenim viam per euidentem immaterialitatis Angelorum inſtantiam reprobat: huius nihilominus articuli occaſione mouetur ſequens difficultas.

DIF-

DIFFICVLTAS XLII.

Vtrum Deus ſit immaterialis, & incorporeus, & omnem compoſitionem excludens.

§. I.

Referuntur errores quorundam Paganorum, & Hæreticorum.

1 DEI ſimplicitatem ſentientes Stoici quidam ex Philoſophis Ethnicis, dixerunt ſiue Philoſophus, Deum eſſe partem compoſiti, & mundi compoſitionem intrare, ſicut forma intrat cõpoſitum, ipſumque conſtituit: dicebãt etenim, Deum ipſum eſſe animam mundi, prout refert D. Damaſc. lib. de hæreſibus, & D. Epiphanius hæreſi 5. Hunc errorem tribuit Platoni, & alijs Velleius apud Ciceronẽ 1. lib. de natura Deorũ: Thalete Mileſio, & Democrito Euſebius. Alij verò ex ipſis Stoicis Deum eſſe cõpoſitum corporeum materiale credebant: hoc tamen corpus dicebant eſſe ipſum mundum viſibilem, in quo viuimus: ita quod Deus noſter eſt mundus, vt ipſi volunt, teſtibus eodem D. Damaſc. & Euſebio lib. 4. de præparatione Euang. cap. 6.

1. Error Stoicorum

2 Ætate autem Arrij extitit quidam Andæus, ſeu Audius, cuius diſcipuli Audiani dicti ſunt, aut Odiani, quos D. Auguſt. lib. de Hæreſibus c. 50. Vadianos vocat, & Græcè dicebãtur Andropormophiſtæ. Hi quidem cum ſuo Andeo dixerunt Deum eſſe compoſitum corporeum, ad cuius imaginem creatus eſt homo: & ſic verificatum eſſe illud Gen. cap. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ noſtram*, huius Hæreſiarchæ, & Hæreſis meminit Tripartita in lib. 7. ca. 11. item D. Theodoretus lib. 4. Hæretic. fabul. c. 13. & 4. hyſt. c. 19. Nicephorus lib. 11. cap. 14. Auguſt. & Epiphanius vbi ſupra, fuiſſe etiam huius erroris Melitonem Aſianum Sandẽſem Epiſcopum, ſcribit Theodoretus in Gen. quæſt. 20. licet Sixtus Senenſis in Bibliotheca lib. 5. annot. 18. ſuper illud Gen. cap. 1. *Faciamus hominem*, de Melitone ſequentia dicat, *nunquam abſim credere, quod vir ſanctitate, & eruditione maximus, quem Tertullianus, vt Prophetam à Chriſtianis habitum aſſeuerat, in talem ſententiam deciderit*. Sed quidquid ſit, de Melitonis aſſeſu, diſputet Sixtus: & Theodoretus verba ex Græcis Codicibus aliter explicet: & Iohannis Picus Gallicam in translationem redarguat: imò & fuiſſe Tertullianum huius erroris (vt aliqui volunt) noſtra non intereſt ventilare: mei etenim muneris ſolum eſt circa hoc punctum impugnare errorem.

2. error Andæi. Gen. 1. D. Theo. Nicephor. D. Augu. D. Epipha. Meliton. Sixtus Senenſis. Ioann. Picens. Tertul.

Ponebat igitur error iſte, corpus, & animam eſſe in Deo iuxta illud ad Hebræos 10. vbi loquens Apoſtolus ex perſona Dei inquit: *Iuſtus autem meus ex fide viuit, quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ*: ex quo ponebat in Deo animam, ſenſuſque corporeos, ex quorum ſenſibilibus actionibus Deũ corporeum eſſe probabat: nam vt ex Melitone Theodoretus refert, Deum corporeum eſſe, mẽbra ipſius teſtantur: cum reperiamus oculos Dei reſpicientes terram, & aures eius intentas ad preces eorum: & olfecit Deus odorem ſuauitatis, & os Domini loquutum eſt, & brachiũ, in quo fecit potentiam, manifeſtatũ eſt, & manus, quæ texit cœlũ, & pedes, quibus ambulat ſuper pennas ventorum, & digitos, quorum ſunt opera cœli. Ex quibus omnibus ad huius erroris probationem conficitur argumentum: quoniam ſenſibiles operationes, quales ſunt videre, audire &c. inſequunt ſenſitiuas potentias, quæ niſi in corpore organico eſſe non poſſunt: ſed in Deo ſunt huiuſmodi operationes, vt ſacra paſsim teſtatur Scriptura: ergo Deus habet corpus organicum. Probatur item ratione hic error tribus argumentis poſitis in principio 3

cipio textualis articuli 2. quæſt. 1. diſtin. 8. quibus Dei ſimplicitas impro batur.

§. 2.

Ponitur vera, & Catholica ſententia, cuius fundamenta explanantur.

4. IN oppoſitum autem eſt litera textualis in 2. arti. quæſt. 1. diſt. 8. vbi hæc profert Doctor. *Sed contra eſt quia. 6. de Trinitate cap. 8. vel. 11. Deus vere, & ſumme ſimplex eſt*, & infra art. 3. in fine ait. *Quia enim Deus non eſt materialis, nec quantus, ideò non eſt capax alicuius accidentis materialis convenientis ei materiali.* D. Thom. 1. p. quæſt. 3. arti. 2. & 7. Quæ ſententia Catholica eſt, & defenditur à Doctore per totam citatam quæſtionẽ primam, & tertiam dictæ, diſt. 8. & ab omnibus ſcholaſticis.

5. Ad huius veritatis euidentiã ſupponenda ſunt, quæ Doctor incitatis quæſtionibus de Dei ſimplicitate enucleat: illic etenim hæc difficultas diſputanda erat iuxta textualis literæ ordinem. Sed quia in hoc articulo Dei immaterialitas tangitur à Doctore, nõ viſum eſt mihi adhuc, hic Dei immaterialitatem, & ſimplicitatem oſtendere, vt ex prædicti articuli occaſione, quæ diuinæ naturæ conueniunt, valeamus reſoluere: antequam ad diuinam triadem iuxta cõmuniorem ſcholaſticorum ordinẽ accedamus. Quæcumque ergo ad Dei ſimplicitatem pertinent, nõ longo ſermone, in hac vnica difficultate per ſoluam, quæ autem amplius circa hoc deſiderari poſſunt, habeantur latius infra, incitata diſtinctio. 8. quæſtio. 1. & 3. in articulis textualibus, & in Commentarijs noſtris ibidem.

6. Nunc vero, quia Dei ſimplicitas omnem compoſitionem excludit, neceſſario varios compoſitionis modos inueſtigare debemus: vt qualiter Deo conuenire non poſſint facilius oſtendamus: compoſitio ergo generice ſumpta, prout omnes compoſitionis modos amplectitur, eſt cõiuntio, ſeu nexus quidam duorum, quorum vnum eſt per aliud perfectibile: & hoc perfectibile ſe habet vt potentia: alterum verò, quod eſt perficiens, ſe habet vt actus: compoſitio autem eſt duplex, alia enim eſt methaphyſica, & alia phyſica: prior iſtarum adhuc eſt duplex: nam quædam eſt eſſentialis ex genere & differentia, qua homo componitur ex animali & rationali: alia vero accidentalis, vt contra eſſentialem diſtinguitur, vt eſt ex entitate & eius modo, & hac componitur angelus ex eſſentia, & exiſtentia: poſterior vero eſt etiam duplex, ſcilicet eſſentialis ex per ſe potentia, & per ſe actu, qua componitur totum phiſicum ex materia & forma. Alia vero accidentalis, quæ eſt ex ſubiecto, & accidente, qua componitur album ex corpore & albedine: ad quam poteſt reduci quæcumque compoſitio, in qua prædicatum non eſt de ratione ſubiecti, vt modus ſubſiſtendi, ſeu perſonalitas de natura.

Quodcumque igitur compoſitũ, his vel forte alijs compoſitionibus, 7. inquibus componentia ſe habent vt potentia & actus, neceſſario habet partes, quæ ſunt ipſa componentia: & ex conſequenti ſummam ſimplicitatem excludit. Cæterum cõtingit ſæpe partem phyſice ſimplicem, eſſe metaphyſice compoſitam: ſic albedo eſt vna ſimplex qualitas, compoſita tamen ex genere coloris, & differentia talis coloris. Item Angelus, ſeu animarationalis ſimiliter eſt phyſice ſimplex, & compoſita metaphyſice ex genere ſubſtantiarum ſpiritualium, & differentia propria. De vltimis vero differentijs, & ſi nullatenus ſint compoſitæ, eo quod ſunt extra genus, & ex nullo genere & differentia conſtant: quia tunc in infinitum procederetur: atque adeo ſunt ſimplices phyſice, & metaphyſice: nihilominus intrant cõpoſitionem

nem,tanquam formæ & actus,qui dicunt ordinem ad materiam,ſeu potentiam, à qua dependent: eo quod cauſæ intrinſecæ ſunt ſibi inuicem cauſæ. Hoc idem de materia prima dici poteſt, quæ quamuis ſit phyſice ſimplex :& eſto quod nec metaphyſice eſſet compoſita: intrat nihilominus compoſitum, & à forma, quam reſpicit, pendet.

8. Ex quibus omnibus ſaluatur, quod quælibet creatura quomodolibet habens eſſe: aut eſt compoſita, aut pars compoſiti. Quia vero vtrumque imperfectionem inuoluit, vtrumque videlicet eſſe compoſitum, aut partem compoſiti Deo repugnare nostra refert oſtendere: atque ideo in præſenti quæritur, an Dei ſimplicitas, ita omnem compoſitionem excludat, non ſolum phyſice, aut metaphyſice conſideratam, ſed ſit actus purus, nec compoſitionem includens, nec aliqualiter intrans compoſitionem?

9. Verum quia ex compoſitione infertur, tam compoſitum, quam partem compoſiti directe, ſeu reductiue ad aliquod genus entium pertinere: hic inſimul quæritur, an Deo repugnet eſſe ſub genere? & non quærimus in præſenti, an detur aliqua natura generica, aut ſpecifica ad Deum ſuperior, qua Deus, & alij Dij, quos ponebant Gentiles, ſub aliquo genere, vel ſpecie colloentur. Hoc etenim pertinet ad difficultatem de vnitate Dei, infra diſputandam in quæſtione ſequenti. Sed an admiſſo, quod detur aliquis conceptus communis Deo, & creaturis (quod ex art.2.quæ.3.diſtin. 8. conſtat) ex illo ſequatur aliqua compoſitio, ex conceptu ſcilicet communi, & particulari Dei: ex quo inferatur Deum ſub genere, & prædicamento conſtitui? verum quia hoc late habetur diſputatum à Doctore in nuper citata quæſt. 3. artic.4. non eſt hic immorandum in illo: ſed reſolutorie eius verba profetre, & vſque illuc eius ſententiam ſupponendo, pro vera amplecti: hæc igitur ſunt verba Scoti. *Teneo opinionem meã mediam, quod cum ſimplicitate Dei ſtat; quod aliquis ſit conceptus communis ſibi, & creaturæ: non tamen communis vt generis.* Plura alia egregia illuſtrat Doctor ibidem quibus hæc probat.

Porro Deum non eſſe phyſice cõpoſitum probat in citata diſt. quæſt. 1. art. 3. tribus medijs, quorum primo ex partibus eſſentialibus oſtẽdit Deũ non eſſe compoſitum ex materia & forma. Secundo non eſſe compoſitum compoſitione quantitatiua. Et tertio tandem, non eſſe compoſitum ex ſubiecto & accidente. Quæ probationes quia ibi in textu habentur ſubtiliter & perſpicuè poſitæ, non illas hic refero: at vero loquendo de compoſitione metaphyſica, in qua poterat eſſe difficultas, probat Deum nullam compoſitionem eſſentialem ex genere, & differentia habere in eadem diſt.q.3.ar.5. 10.

Ad cuius intelligentiam prænotat Doctor, quod ens prius diuiditur in infinitum, & finitum, quam in decem genera generaliſsima: quia alterum iſtorum, membrum ſcilicet ens finitum, eſt quid commune ſuperius ad talia decem genera: quidquid ergo cõuenit enti infinito, quod eſt aliud membrum præfactæ diuiſionis, non clauditur ſub aliquo genere iſtorum decem, ſupra quæ nullum aliud genus dati poteſt. Quidquid igitur Deo conuenit, vel eſt ratio entis, vel ratio taliſ entis. Prima ratio conuenit ſibi ſecundum illum conceptum entis communis ad infinitum, & finitum: & vt ſic eſt antecedenter ad genera, eo quod eſt ſuperius ad illa. Secunda vero ratio eſt extra omne genus: quia eſt conceptus diſtinguens vnum mẽbrum diuiſionis ab alio, ſcilicet infinitum à finito: quorum ſecundo tantummodo conuenit in genera diuidi. Hæc optimè probat Doctor ibidem. Ex quibus concluditur nullam compoſitionem eſſe in Deo, tanquã ex genere, & differentia, licet in eo reperiatur conceptus entis vniuoce communis ſibi & creaturis: & ſingularis conceptus infinitatis, quo à creaturis ſecernitur. 11.

Quod autem nec ſit compoſitum ex eſſentia, & exiſtentia, late oſtenſum 12

ſum eſt in hac diſtin.2.& quæſt.2.ar.2.textuali,& noſtra diffic.40.vbi cõtra Maironem,& Bargium oſtendimus diuinam exiſtentiam eſſe de eſſẽtia ipſius eſſentiæ Dei. Ex quo euidenter concluditur in Deo non poſſe hanc compoſitionem reperiri: cũ compoſitio ſit inter duo, quorũ vnũ non eſt de cõceptu formali alterius: In Deo autem exiſtentia eſt de conceptu formali eſſentiæ,atque ita eſſẽtia,& exiſtentia *D*ei non ſunt duo conceptus , ſed vnus formaliſsimè idem.

13 *D*emum nec in Deo poteſt admitti eſſe partẽ compoſiti:quia nullũ dicit ordinem,nec poteſt dicere ad totũ aliquod , cuius compoſitionem intret: nec eſt ſub genere aliquo (vt dictum eſt)quod requiritur ad hoc, vt ſit pars compoſiti:quia quodcumque intrans compoſitionem (vt vidimus)directè, vel reductiuè non poteſt non ſub aliquo genere eſſe.Nec ad id obſtat diuinum Verbum terminaſſe dependentiam humanitatis in Chriſto:quamuis etenim vnio hypoſtatica illa à Sanctis non numquam compoſitio mirabilis, & ineffabilis ſoleat dici:illa quidem non proprie compoſitio eſt,vt Scotus in 3.diſtin.1.& cæteri Doctores concludunt:ibi enim Verbum non habet rationem formæ,aut actus actuantis potentiã: ſed habet rationem mere termini terminantis depẽdentiam naturæ ad ſe: & quia modus iſte terminandi eſt ſingularis,& mirabilis,à patribus dicitur mirabilis compoſitio : cum hoc tamen ſemper ſaluo , quod Deo repugnat propriam compoſitionem, etiam per modum actus,intrare.

14 Verũenimuero loquẽdo de cõpoſitione ſubiecti,& accidentiũ,nõ minima ſe offert difficultas.Videtur etenim poſſe dari huiuſmodi compoſitionem in Deo:cum ſit denominatiuê ſapiens.Hæc namque prędicatio Deus eſt ſapiens,eſt miſericors,&ſimiles,ſunt non in primo modo,ſed in ſecundo dicendi per ſe,ſicut prædicationes proprietatis de ſubiecto: quia nullum attributum diuinum pertinet ad Dei eſſentiam,Et hoc augetur:quia in via Scoti hæc attributa, vtpote,ſapientia,iuſtitia , miſericordia &c. ſunt formalitates quædam interſe,& ab eſsentia ex natura rei formaliter actu diſtinctæ: quia ergo iam quaſi afficiunt eſsentiam complete conſtitutam in ſuo eſse formali,& eſsentiali,videntur ſibi accidere, & ex conſequenti ex eſsentia,& ipſis fieri compoſitionem ſubiecti,& accidentium.

Hanc difficultatem,ſoluit Doctor in art.5.quæſt.3.prædictæ diſtin.8.de cuius mente ſuppono ex infra dicendis in eadem diſtin.quæſt.4. artic.4 quod diuina ſapientia,& bonitas(idẽ eſt de alijs attributis) ſunt veræ formalitates ex natura rei interſe , & ab eſsentia formaliter diſtinctæ: & quod eſsentiam vere eſsentialiter completam ſupponunt & ideo non prædicantur de illa in primo,ſed in ſecundo modo dicendi per ſe:ſed non ob id ſunt aliqua genera accidentium, aut aliqualiter pertinent ad compoſitionẽ. Cuius ratio à priori eſt:quia nullum tranſcendens eſt ſub genere,nec cum illo,cuius eſt tranſcendens,cõpoſitionem facit. Sicut patet de proprietatibus entis *verum,bonum, vnum* &c.quæ quidem ſunt formalitates interſe,& ab ente diſtinctæ: quia non intrant rationem formalem entis: ens enim eſt ſimpliciter ſimplex,& cõceptus nõ reſolubilis in alios cõceptus:& nihilominus non ſit compoſitio aliqua ex ente,& eius paſsione,ſeu proprietate:quia tranſcendẽtis ita eſt vnitiue identificari cum ente,vt etſi ſit extra eius eſsentiam,nõ propterea faciat compoſitionem aliqualem cum illo:eſt tamen cum illo realiter idem,propter tranſcendentium vnitatem. 15

Inquit igitur Doctor in citato art.5.quod ſapientia eſt tranſcendens quodam entis:atque ideo formaliter prædicatur de Deo,ſicut bonum prædicatur de ente: nihil tamen componit cum Deo,ſicut nec bonum cum ente.Et huius ratio eſt:quia tranſcendentia conueniunt enti antecedenter ad diuiſionem per genera. Non autem ideo quodcumque genus partici- 16

Digitized by Google

ticipans rationem entis, participat quoque omnia eius tranſcendentia, ſed aliqua. Quæ tamen participat, non quidem participat, tanquam genera ſibi conuenientia: ſed tanquam proprietates entis, quæ ſibi ad conuertentiam cum ente conueniunt. Sunt igitur quædam tranſcendentia communia, quæ conuertibiliter conueniũt enti ante ſui diuiſionem per finitũ, & infinitum. Et hæc tranſcẽdẽtia æqualiter finito, & infinito conueniunt: quia membra diuidentia ex æquo diuiſum participant. Alia tamen ſunt tranſcendentia, quæ non omni enti, ſed diuiſim, vni, vel alteri membro conueniunt: quoniam idem, & diuerſum, ſunt paſsiones entis, ſimiliter actus, & potentia: item neceſſarium, & poſsibile, ſeu contingens. Hæc quidem, & ſimilia ſunt trãſcendentia entis: quia omne ens, vel eſt idem, vel diuerſum: item vel eſt actus, vel potentia: & ſimiliter, vel eſt neceſſarium, vel contingens: non tamen hæc omnia tranſcendentia æqualiter omni enti conueniunt: ſed cum ſint tranſcendentia, ſeu paſsiones entis diuiſim, neceſſario vni, vel alteri enti conuenire debent. Non ergo omnia tranſcendentia ex æquo, à quolibet membro diuidente ens, participatur: quia tranſcendentia, quæ ſunt per diuiſionem, non conuertuntur cum ente, vt ſic, ſed cum, vno vel altero membro ſuæ diuiſionis.

Sapientia Dei non eſt ſub genere ſed eſt ens trãſcendẽs, & proprietas.

17 Ex hoc ergo reſpondet Doctor ad quodam dubium, quod ſibi objcit, quare, ſcilicet, ſapientia eſt tranſcendens, cum non conueniat omni enti? & reſpondet ex notatis, quod poteſt ſapientia eſſe tranſcendens, licet nõ dicatur de omni ente: quia & poteſt aliquod tranſcẽdens eſſe commune, & conuertibile cum ente vt ſic: & tunc omni enti conueniet, ſicut *verũ bonum, vnum &c.* Et poteſt eſſe tranſcendens diuiſionis, ſeu diuiſim, *vt neceſſe eſſe*, quod ſoli Deo conuenit, & nulli creaturæ poteſt cõpetere. Et poteſt eſſe tranſcendens medium, hoc eſt, nec ita reſtrictum, quod ſoli competat enti infinito, *vt neceſſe eſſe*: nec ita extenſũ, vt Deo, & creaturæ conueniat, ſicut cõpetit *bonum*: ſed quod Deo conueniat, & aliquibus creaturis poſsit cnmpetere, ſicut *ſapientia*, & ſimilia. Ex quibus ſic concludit: *Non oportet ergo tranſcendens, vt tranſcendens, dici de quocumque ente, niſi ſit conuertible cum primo tranſcendente, ſcilicet, cum ente.* Non ergo inconuenit ad hoc, vt ſapientia ſit tranſcendens, quod non conueniat leoni, & & lapidi, ſeu cuilibet enti: cum ad rationem tranſcendẽtis ſufficiat, quod nullum habeat genus ſupra ſe, vt inquit Doctor ibidem, ſed quod ante diuiſionem per genera, conueniat enti: atque ideo concluditur ſapientiã (& idem eſt de alijs attributis) eſſe tranſcendens diuinum, proptereaque formaliter denominatiuè prædicari de Deo in ſecundo modo dicendi per ſe: & obid nullam compoſitionem ſubiecti, & accidentis, ſeu quamlibet aliam eſſe ex attributis, & Deo. 18

Sed tunc inſurgit ingens dubium de ſapientia creata. Ex dictis etenim videtur noſtram ſapientiam eſſe etiã tranſcendentem, & non habitum ſub genere qualitatis. Et vrget dubiũ, in ſententia Scoti, qui ponit conceptũ communem obiectiuum conuenientem ſapientiæ increatæ, & creatæ: ex quo videtur inferri, creatam ſapientiam non minus tranſcendentem eſſe, quam increatã. Hoc dubium mouet Doctor in citato art. 5. cuius reſolutio ſupponit, quæ dicuntur ab eodem ſub art. 3. eiuſdem quæſtionis: ſed quia non pertinet ad difficultatẽ præſentem, remittitur vſque ad proprium locum, vbi illud Doctor mouet, & ſoluit.

§. 3.

Statuuntur concluſiones hius difficultatis.

HIS præhabitis, difficultatem concludendo dico primo, quod Deus 19
eſt

per partes in infinitum:ergo impoſſibile eſt, Deum eſſe corporeum. Tertio:quia impoſſibile eſt aliquod corpus eſſe nobiliſsimum omnium entiũ:corpus enim, nõ viuit â ſe, ſed ab alio nobiliori ſe: quia ſi à ſe viueret, omne corpus viueret, quod eſt falſum:ſi ergo illud, quo corpus viuit eſt nobilius corpore, cui dat vitam, non poteſt corpus eſſe nobilius omniũ entium:ſed Deus eſt in cunctis entibus nobiliſsimum ens:ergo &c.

23 *Probationes Scoti.* Scotus autem infra in diſtinct.8. quæſt.1.art.2.id probat ex medijs cõmunibus(vti eſſe ait)ſcilicet, ex infinitate, & neceſsitate eſſẽdi:& ar 3.id probat, ex eo quod cauſalitas materiæ, & formæ non eſt ſimpliciter prima, ſed neceſſario ſupponit priorem cauſalitatem, cauſæ ſcilicet efficientis. Quæ & alię probationes, quæ ibi habẽtur, ſubtiliſsimæ ſunt. Videãtur ibi:non enim fas erit hic illas repetere, ſiquidem clarè habẽtur in hoc volumine.

24 *Ratio D. Augu.* Non tamen prætermittenda eſt ratio, qua D.Aug.li.3.confeſ.c,7.cõtra Antropormophitas redarguit, quod videlicet, omne corporeũ aliquid cõtinet in ſe, quod non eſt omnino perfectũ:continet etenim ſingulas partes quantitatis, ex quibus cõponitur corpus cõtinuũ: vnaquæque autẽ partiũ eſt proculdubio imperfectior toto, vel ſaltim minus perfecta illo: Deus autẽ eſt ens primũ ex ſe, & à ſe abſolute, vndequaq́ perfectũ: ergo &c

25 *2. Conclu.* Dico ſecũdo, quod Deo repugnat cõpoſitionẽ materialẽ, aut aliã aliqualẽ, etiã per modũ formæ, aut actus actuantis intrare. Cõclusio hæc ſtatuitur contra Ethnicos illos, qui errabãt cõſtituẽdo, Deũ eſſe animã mundi, inter quos vltra citatos ſupra n.1. extitit *Plinius* lib.1. naturalis hyſtoriæ c.5.& Marcus Varro, vt refert *D.* Aug. lib.7.de ciuit.Dei c.6.in cuius erroris fauorẽ videntur cõpoſita eſſe carmina illa Virgilij lib.6. Æneydos.

Plinius. Marcus Varro. Virgi.

Lucentémque globũ Lunæ Titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit, totãq; infuſũper artus:
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Abailard. Item Petrus Abailardus, quem refert D.Bernardus epiſto.193. domatizauit ſpiritum Sanctum eſſe animã mundi:ſed Almaricus, teſte Turrecremata lib.4.Summæ 2.p. c.35. tenuit, Deum eſſe omnium rerum eſſentiã intrareque harum compoſitionem tanquam principalem partem eſſentialem ipſarum, imô, & eſſe Deum ipſam vniuerſi materiam: delirauit quidã Dauid de Dinando, prout D. Thomas retulit in art.8. prædictæ q.3. vbi etiam Almarienorum refert errorem. Contra hos igitur ſtatuitur præſens concluſio.

D.Bernar. Almaricus Turrecre. Dauid de Dinando.

Quæ probatur locis prædictis Scripturæ ſupra poſitis pro prima cõcluſione, quæ non minus probant, Deũ corpoream, aut materialem compoſitionem non intrare, quàm in ſe ipſo eſſe incorporeum, & immaterialem. Et præterea ex illo *Iob* c.22. *Excelſior cœlo eſt*, & lib.2.Paralipo.c.2. *Cœlum, & cœli cœlorum eum capere non poſſunt.* Sed totum in ſe partem includit: ergo ſi cœli cœlorum, qui totum mundum circumambiunt, Deum nõ poſſunt capere: quomodo creatura mundi, aut ipſę mundus Deũ capere poterit, & in ſe tanquã ſui partem valebit includere? 26

Iob. 22. 2.Paralip.2

Secundo probatur diffinitione Eccleſiæ:nã Almaricum, & eius errorẽ, vt Hæreticum damnauit Innocẽtius Papa Tertius in cap. *damnamus*, de ſũma Trinitate, & fide Catholica, & Cõcil.Toletano primo ſub Leone Papa Primo in epiſtol.ad Toribium c.5. Priſsilianiſtæ damantur, qui in illo errore extiterant, eo ꝙ dicerẽt animam hominis eſſe partem Deitatis. Quos dictum Concilium damnauit, & ſummus Pontifex Leo ibidem cõcludit, *nullam tam præcipuam eſſe facturam, cui Deus ipſe natura ſit*, hoc eſt forma. 27

Cap. damnamus. Concil.Tol. 1. Leo Papa 1.

Tertio probatur prædicta concluſio Sanctorum Patrum Auctoritatibus:nam D.Dyoniſius de diuinis nominibus c.2.inquit, *quod neque tactus eſt eius*, ſcilicet, Dei, *neque alia quædam ad partes cõmiſcendas cõmunio.* Pro qua concluſione videndi ſunt D. Athanaſius oratione contra Idola circa medium, Diuus Auguſtinus lib. 7. de ciui- 28

D.Dyon. D. Atha. D. Augu.

D. Clemẽt Alexandrĩ Euſebius. ciuitate Dei cap. 30. Clemens Alexandr. lib. 5. Stromatum, & in oratione ad gentes, Euſebius lib. 14. de præparatione Euangelica cap. 6. & plures alij.

29 *Rationes D. Thom.* Quarto probatur ratione naturali, & præſertim tribus medijs, quibus vtitur Diuus Thomas in articulo 8. citatæ quæſtionis 3. Primo, videlicet, quia Deus eſt prima cauſa efficiens omnium rerum, ſed efficiens non cõincidit cum forma rei factę ſecundum eſſe numericũ: nec cum materia ſecundum eſſe ſpecificum: nam efficiens, vt efficiens, eſt in actu: materia vero eſt in potentia: ergo Deus nec eſt forma, nec materia rerum quas ipſe facit. Et ex conſequenti, non eſt pars rei alterius, cum nihil extra Deum ſit, quod ab ipſo Deo effectiuè non habeat eſſe. Secundo Deus vbicumque ſit, agit per ſe primo: ſed forma, ſeu materia, aut quælibet pars compoſiti, non agit per ſe primo, ſiquidem anima non eſt, quæ agit, nec manus, aut pes, ſed totum compoſitum agit: quia non anima per ſe primo, ſed homo animam habens agit actiones ſibi conuenientes per animam: ergo Deus non eſt anima, nec materia, nec pars compoſiti. Tertio: nulla pars compoſiti eſt ſimpliciter ens primum: ſed Deus eſt primum ens: ergo Deus non eſt pars compoſiti. Maior probatur: quia in compoſito materia eſt poſterior, quã forma: forma autẽ eſt poſterior, quam ſua cauſa efficiens: ergo nec materia, nec forma eſt ſimpliciter ens primum.

30 Aliter probatur concluſio ab Scoto efficacius infra in diſtinctione 8. quæſtione 3. articulo 5. & ſequentibus. Vbi videnda ſunt, quæ pro hac incompoſsibilitate *Dei* cum cum creaturis egregie exponit, & probat.

(∴)

§ 4.

Alijs tribus concluſionibus probatur Dei ſimplicitas, & ſoluuntur argumenta in oppoſitum.

DICO tertio, quod repugnat Deo eſſe compoſitum ex ratione, ſubſtãtiali, ſeu aliqua alia tanquam ex genere, & differentia. Concluſio hæc ſtatuitur contra OKam in primo diſtinct. 8. quæſt. 2. Holchot in 1. quæſt. 6. Gabriel diſt. 8. quæſt. 1. Gregoriũ q. 3. art. 2. & Marſiliũ q. 12. art. 2. qui ponebant Deum ſub genere ſubſtantiæ conſtitui. Eſt concluſio expreſſa Scoti infra diſt. 8. q. 3. ar. 4. & 5. & D. Thomæ 1. p. quæſt. 3. art. 5. & communis in Scholis. Quæ probatur primo pluribus Sanctorum Patrum auctoritatibus: nã D. *Dyoniſius* 7. de diuinis nominibus probat Deum ſupra omnia eſſe. Ex quo ſequitur non eſſe ſub genere: & ibi modum diuinæ cognitionis ſcribens, oſtendit Deum à nobis poſſe cognoſci per viam affirmationis, & negationis, ponendo, ſcilicet, in eo omne, quod perfectũ eſt; & ab eo negando, ꝙ eſt imperfectũ. Hæc etenim inquit: *Ad id, quod omnia ſuperat, via, & ordine pro virili parte omnium detractione, & præſtanti omniũ cauſa aſcendimus. Itaq; in omnibus Deus noſcitur, & ſine omnibus: ſcientiaque Deus cognoſcitur, & ignoratione.* Et ipſe ſequens viã negationis, ſeu ignorantiæ, ait c. 5. de myſtica Theologia. *Profitemur, nec animum eſſe, nec mentem, nec viſionem &c.* Sed clarius D. Cyrillus Alexandrinus lib. 11. Theſaur. cap. 1. inquit: *Vidimus ſubſtantialem differentiam in compoſitis ſolum inueniri. Deus autem ſimpliciſſimus eſt.* D. Damaſc. li. 1. de fide c. 4. *In Deo autem impoſſibile eſt, quid nam eſſentia ſua, ac natura ſua ipſe ſit dicere. Aptiuſque eſt ex omniũ rerum ſublatione atque inficiatione orationẽ habere: neque enim eorũ, quæ ſunt, quid quã eſt. Quod quidẽ nõ ita accipiẽdum eſt quaſi nõ ſit, ſed quia ſupra omnia, quæ ſũt ipſe*

31 *3. Concluſ. OKam. Holchot. Gabriel Gregor. Marſilius. Scotus. D. Thomas D. Dyon. D. Cyrill. Alexandr. D. Damaſ. Boecius. Gilbert. D. Anſel. D. Augu.*

Ipſe ſit, atque alio ſupra ipſum eſſe. Boecius lib. de Trinitate circa mediũ loquendo de Deo ait: *Nam ſubſtantia in illo non eſt vere ſubſtantia, ſed vltra ſubſtantiam*, & paulo infra, *nam cum dicimus Deum, ſubſtantiam quidem ſignificare videmur, ſed eam quæ ſit vltra ſubſtantias*, ſupraque verba Boecij inquit Gilbertus in eiuſdem libri Commentario: *Nã quæ vocatur eius ſubſtãtia, in illo quidem eſt, de quo prædicatur: ſed nõ in eo vere eſt ſubſtantia: ideſt non ea veritate rationis, qua dicitur ſubſtantia, quodlibet illud eſſe, quo ſubſiſtens eſt aliquid, eſt ſubſtantia, quod in eo eſt, ſed aliqua rationis proportione vocatur ſubſtãtia.* Item D. Anſelmus in Monologio c. 26. ait ſubſtantiam diuinam nullo communi ſubſtantiarum tractatu includi: videatur pro hac concluſione D. Auguſtinus lib. 5. de Trinit. c. 10. & lib. 7. c. 5. & 7. confeſſionum c. 11.

32 *Rationes D. Thom.*

Ratione autem probatur hæc concluſio tribus ſequentibus medijs, quibus vtitur D. Thom. art. 5. Primo: quia in quo eſt genus, & differentia, ſe habet differentia ad genus, vt actus ad potentiam: animal enim in homine habet rationem naturæ ſenſitiuæ: rationale vero, naturæ intellectiuæ: & hæc ſe habet ad illam, tanquam actus ad potentiam, quod in omnibus compoſitis ex genere, & differentia inductiuè patet: ſed in Deo non poteſt adiungi potentia actui ergo &c. Secundo: quia cum eſſe Dei ſit eius eſſentia, oportet, quod genus, ſub quo eſſet Deus, eſſet ens: nam genus ſignificat eſſentiam rei: ſed ſecundum Phyloſophum 3. Metap. tex. 10. ens non poteſt eſſe genus alicuius: quia omne genus habet differẽtias, quæ ſũt extra ipſum: ens autem non eſt extra differentias: quia nulla differentia poteſt inueniri, quæ formaliter, aut idẽticè nõ ſit ens: ergo Deus nõ habet genus ſupra ſe, ex quo, & ex differentia cõſtet. Tertio: quia, quæ ſunt in genere vno, communicant in eſſentia generis, quod prædicatur de illis, in eo quodquid eſt. Differunt tamen ſecundum eſſe: hoc eſt, quia à ratione ſpecifica habent eſſe completum, & in tali eſſe ſpecifico differunt; ſicut homo, & equus, qui in eſſentia animalis conueniunt, & in eſſe ſpecifico differunt: ſed in Deo non differunt eſſe, & eſſentia, vt viſum eſt ſupra in difficultate 40. ergo in Deo non eſt compoſitio ex genere, & differentia.

Rationes prædictas, non deſunt qui improbant: ſed meo videri, immerito. Sufficenter etenim concluſionem probant. Euidentius tamen, & efficacius, illam probat Scotus infra in citato articu. 4. ex auctoritate, & ratione Diui Auguſtini, & alijs rationibus propriis, quæ ibi per noſtrũ Commentarium expoſitæ, cõcluſionem illuſtrant. 33

Ratio Scoti.

Dico quarto, quod Deus non componitur ex eſſentia, & exiſtentia, ſeu ſubſtantia, neque ex natura & ſuppoſito. Concluſio hæc quoad primã partem ſatis probata eſt ſupra in difficultate 40. vbi oſtendimus exiſtentiam eſſe de conceptu formali diuinæ eſſentię. Quod autem ſubſiſtentia diuina communicabilis idẽ ſit quod exiſtentia, ſuppono ex infra dicendis in loco proprio, atque ideo ſicut exiſtentia eſt de eſſentia *Dei*, ſic & ſubſtãtia communicabilis. At vero quoad ſecundam partem, videlicet, loquendo de natura, & ſuppoſito ſtatuitur concluſio contra Gilbertum Porretanum Epiſcopum *Pitauienſem*, qui (vt refert Diuus Bernardus ſermone 80 in Cantica) dicebat abſtracta in Deo à concretis diſtingui, atque ideo non eſſe idem Deitatem, & Deum, ſeu naturam, & perſonam. Et quidem, ſi Auctor iſte tantum de rationibus formaliter diſtinctis loqueretur: non eſſet in totum damnabilis eius ſententia: quia vt ex infra dicendis ſuppono, natura diuina, hoc eſt eſsentia, & perſonalitates, diſtinctos formaliter conceptus important: ſed reuera (vt credo) ipſe non in hoc ſenſu loquutus eſt, ſed quatenus naturam, ſeu eſsentiam rem à perſonalitate diſtinctam eſse dicebat. Contra quem inſurgit, & ſacræ Scripturæ teſtimoniorum vniuerſitas, quæ identitatem perſonæ cum diuina eſsentia profitetur, & Sanctorum Patrum vniuerſalis conſenſus, qui Gilberti

34 *4. Conclu.*

Error Gilberti

modum loquendi damnauit. Ex Scriptura etenim teſtatur Ioannes 10. quando inquit, *ego, & Pater vnum ſumus*, vbi intelligitur vna natura, quæ non eſt res diſtincta à Patre, nec à Filio. Et prima ipſius Ioannis 5. *Hic eſt verus Deus, & vita æterna*, & alia ſimilia teſtimonia.

35 Sed Patrum auctoritas probat prædictam concluſionis partem: nam Nazianzenus tractatu de fide inquit, *quæ eſt ſubſtantia Dei, nc ipſum quod Deus, ſimplex ſingulare, purum, nulla concretione permixtum*, item D. Cyrillus Alexand. lib. 1. Theſauri cap. 8. *Ait non eſt aliud natura Dei, aliud ipſe Deus, ſimplex enim, atque incompoſitus eſt*, item Iuſtinus quæſt. 144. ait: *Neque enim more naturæ creatæ eſt Deus, vt eſſe in ipſo, & habere in concretione, ſicut concreta intelliguntur, ſed vt natura extant, ſic & eſſe ipſum & habere, omnem ſuperant concretionem*. Et tandem clamat Bernardus vbi ſupra dicens: *O obſcuram, peruerſamque explanationem, quanto verius, ſaniuſque per contrariũ ita dixiſſet, Pater eſt verus, id eſt veritas, filius eſt verus, id eſt veritas &c.* Quibus verbis reprehendit Gilbertum, eo quod propoſitionem, quandam Boetij, qua rectè dicebat Patrem, & Filium, & ſpiritum Sanctum eſſe veritatem 1v, *veritatem* explicauit, ponendum eſſe pro *veritate verum*, ac ſi naturã Dei à Deo, ſeu à diuinis perſonis diſtingueret. Videantur pro hac parte D. Irenæus li. 2. c. 18. D. Hilarius lib. 8. de Trinit. circa mediũ, D. Athanaſius in oratione contra idola in fine, D. Auguſtin. lib. 11. de ciuitatẽ Dei c. 10. & lib. 12. c. 2. & lib. de moribus Manich. cap. 1. Gregor. lib. 16. Moralium cap. 1. D. Fulgencius lib. 2. ad Tranſimundum in principio, Boecius lib. 1. de Trinitate cap. 7. D. Anſelmus in Monologio ca. 15. D. Iſidorus lib. 1. de ſummo bono cap. 1. & 7.

Nazian. D. *Cyrill.* D. *Iuſtin.* D. *Bernar* *D. Iren.* D. *Hilar.* D. *Athan.* D. *Augu.* D. *Fulgẽ.* *Boecius.* D. *Anſel.* *D. Iſidor.*

36 Ratione probatur concluſio à D. Thoma 1. p. quæſt. 3. ar. 3. in corpore, quia in his, quę non ſunt cõpoſita ex materia, & forma, in quibus indiuiduatio non eſt per materiam indiuidualem, id eſt per hanc materiam: ſed ipſæ formæ per ſe indiuiduantur: oportet, quod ipſæ formæ ſint ſuppoſitata ſubanſtãtia: atque ideo in eis nõ differunt natura, & ſuppoſitum: ſed Deus non eſt compoſitus ex materia & forma, vt conſtat ex prima concluſione: ergo in Deo non differunt natura, & ſuppoſitum, & ſic non componitur Deus ex natura, & ſuppoſito, ſed Deus eſt ſua natura, & ſua natura eſt ſuum ſuppoſitum.

Ratio D. Thom.

Sed profectò hæc ratio D. Thomæ in pluribus ſit infirma, & ideo concluſionem non probat, & primo ex differentia principij indiuiduationis ſubſtantiæ corporeæ per indiuidualem materiam cuius ſententia circa hoc eſt adhuc ſub lite: quoniam Scotus cuiuslibet indiuidui principium eſſe hæcceitatem cõſtituit, ſed in hoc multum infirmatur ratio prædicta, eo ꝙ Angelicus Doctor, iuxta propriam ſententiam, cõcluſionem probauerat. In quo vero maximè infirmatur eſt in affirmando, quod in his, quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma, indiuiduatio, & ſuppoſitalitas conuenit ſibi ex ipſis formis, ita quod ipſæ formæ per ſe indiuiduantur. Hoc etenim eſt manifeſtè contra communem Scholaſticorum, & ipſius D. Thomæ doctrinã: quia Angelus non componitur ex materia, & forma, & nihilominus principium indiuiduationis in Angelo, nõ eſt ipſa forma naturæ Angelicæ: quia tunc ratio ſuppoſiti Angeli eſſet idẽ cum natura Angelica, & ſibi ab intrinſeco conueniret. Et ex conſequenti, non poſſet natura Angelica ſine proprio ſuppoſito exiſtere, ſicut Deus: quod quam falſum ſit, nemo neſcit. Nam Deus poteſt ſibi aſſumere, & hypoſtaticè vnire naturam Angelicam, ſicut de facto ſibi vniuit humanam: ſi ergo naturam Angelicam aſſumeret, proculdubio ſine ſuppoſito illam aſſumeret: quia natura ſuppoſitata inaſſumptibilis eſt. Vel ergo ſuppoſitum eſt à natura Angelica ſeparabile: vel natura Angelica per nullam potentiam poteſt hypoſtaticè a Deo aſſumi. Si igitur ſuppoſitum à natura Angelica eſt ſepa- 37

Oſtenditur inſufficientia prædictæ rationis

Digitized by Google

ſeparabile, conſequenter naturæ Angelica, non per ſe ipſam, ſed per aliud ſibi additũ, indiuiduatur, & ſuppoſitatur. Non ergo in his, quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma ipſæ formæ per ſe indiuiduantur.

37 Rutſus, eſto quod ratio D. Thomæ in hoc eſſet vera, tantum probaret priorem partem concluſionis, ſcilicet, Deitatem, & Deum, eſſe omnino idem: non tamen probaret ſecundam partem concluſionis, videlicet, idem eſſe naturam, & ſuppoſitum: non etenim confundendi ſunt termini, ita vt pro eodem accipiantur indiuiduum, & ſuppoſitum: quãuis enim in naturis creatis ſubſtantialibus indiuiduũ ſit ſuppoſitum: quia forſan non valet præconcipi v.g. indiuiduũ hominis antecedenter ad eius ſuppoſitum (licet oppoſitum, nõ ſit improbabile, vt ſuo loco dicemus) nihilominus in natura diuina, non eſt eadẽ ratio indiuidui, & ſuppoſiti. Cuius ratio à priori eſt: quia in natura creata non poteſt preconcipi natura ſubſiſtens antecedenter ad ſuppoſitalitatem, eo quod omnis ſubſtantia creata naturæ completæ eſt ſuppoſita: quia ergo indiuiduum naturæ ſubſtãtialis eſt ſubſiſtens: debet etenim eſſe prima ſubſtãtia inconcreto ſumpta, ideo in natura creata loquendũ eſt indifferenter de indiuiduo, & ſuppoſito, ac ſi idem ſit ſuppoſitũ, quod indiuiduum illius: natura etenim humana Chriſti Domini, etſi ſit indiuidua, & ſingularis natura: non tamen eſt indiuiduum hominis ex ſe natura autẽ ſuppoſitata, vera ſuppoſitalitate ſubſiſtit, & vt ſuppoſitaliter ſubſiſtẽs eſt indiuiduum hominis.

In natura creata idẽ eſt indiuiduũ & ſuppoſitum.

38 . Atqui in natura diuina poteſt præcõcipi indiuiduũ Deitatis abſolutẽ ſubſiſtens antecedenter ad rationem ſuppoſiti, vt tenet Scotus infra in q.7. huius diſtinctionis, & plures Thomiſtæ, qui aiunt eſſe expreſſam ſententiam D. Thomæ. Huius tamen ratio eſt: quia in Deo eſt ſubſiſtentia abſoluta conueniens Deo, vt Deus eſt, qua præcõcipitur indiuiduũ antecedenter ad ſubſtantias relatiuas, quæ conſtituunt diuina ſuppoſita: atque ideo vnius formæ, quæ eſt diuina eſſentia datur duplex materiale, quorum primum eſt hic Deus indiuiduum Deitatis, quod totam naturam adæquat, & de quo verificantur omnes propoſitiones, quæ immediate Deo conueniunt, vt Deus creat, & ſimiles. Secundum vero eſt ſuppoſitũ diuinũ, quod eſt per rationem ſubſiſtentiæ relatiuæ incommunicabilis. Quæ ratio, licet re ipſa non differat ab eſſentia: propteraque non poſsit eſſe cõpoſitio ex diuina natura, & ſuppoſito: differt nihilominus ab ea formaliter ex natura rei, quæ diſtinctio ſufficit ad veram conſtitutionem diuini ſuppoſiti: atque ideo licet diuina natura eadem prorſus formalitate, qua eſt Deitas, & eſſentia, ſit Deus: non tamen eadem formalitate, qua eſt eſſentia, eſt ſuppoſitũ. Imò dico, quod etiam (iuxta ſententiam Thomiſtarũ) ſufficit virtualis, ſeu fundamentalis diſtinctio, ad hoc vt non eadem ratione, qua diuina eſſentia eſt natura, aut Deitas, ſit ſuppoſitum. Probata igitur eſt concluſio ratione prædicta Diui Thomæ quoad primam partem, non tamen quoad ſecundã.

In natura diuina indiuiduum Deitatis præſupponitur ad ſuppoſitũ.

Aliter tamen probatur prædicta ſecunda concluſionis pars, ſcilicet, in Deo non eſſe compoſitionẽ ex natura, & ſuppoſito: nam quod eſt perfectiſsimum per eſſentiã, non habet in ſe aliquid reipſa ab eſſẽtia diſtinctũ, quo ſit ſuppoſitũ: ſed Deus per eſſẽtiam eſt ens perfectiſsimũ: quia per eſſentiam eſt ens primum eminentiſsimum, & ex ſe habens omne eſſe: ergo nõ habet aliquid ab eſſentia ſua re ipſa diſtinctum, quo ſit ſuppoſitũ: alias enim ex ſe non eſſet ens eminentiſsimum, ſiquidem indigeret aliquo ſibi addito, quo eſſet ſuppoſitum. Cum igitur compoſitio naturæ, & ſuppoſiti requirat realem diſtinctionem vtriuſque, conſequens ſit, vt ex diuina natura, & ſuppoſito compoſitio eſſe non poſsit. 39

℞ Dico quinto, in Deo nullã eſſe cõpoſitionẽ accidentalẽ. Cõcluſio hæc eſt de fide, quæ ſtatuitur cõtra quoſdã Phyloſophos, quos refert Auerroes 12. Meta. tex. 39. & D. Th. 1. contra gẽ 40

5. Concluſ.

tes c.23.qui in Deo ponebãt acciden-
tia. Primo autem probatur concluſio
Auerroes. ex pluribus locis ſacræ Scripturæ
D. Thom. vbi dicitur, quod ea, quæ ſolent eſſe
in nobis accidentia, conueniunt Deo
ſubſtantialiter, vt patet ex illo 1. Re-
1. Reg. gum c.2. vbi dicitur: *Non eſt Sanctus,*
vt eſt Dominus, neque enim eſt alius ex-
tra te, & non eſt fortis, ſicut Deus noſter,
& infra, *quia Deus ſcientiarum Domi-*
Apoc. *nus eſt*, & Apoc.14. dicitur: *Deus ſolus*
2. Macha. *pius*, & 2. Macha, c.1. dicitur: *Deus ſo-*
lus iuſtus., & 1. ad Thimo.1. dicitur;
Deus ſolus potens, & 2. Reg. ca.2. dici-
tur: *Solus fortis*, & 1. ad Thim.6. *Solus*
1. ad Thim. *immortalis, & beatus*, & alibi ſæpe, vbi
2. Reg. Dei attributa, quæ in nobis acciden-
tia ſunt, ſibi per eſſentiam, & non ac-
cidentaliter competere, ſacra proſe-
ſtantur elogia.

Secundo probatur diffinitione Ec-
41 cleſiæ: nã D. Leo Pontifex primus, in
epiſtola decretali 93. ad Toribiũ c.5.
hæc diffiniendo inquit: *Solus Deus nul-*
Epiſt. decr. *lius participationis eſt indigens, de quo*
93. D. Leo. *quidquid digne, vtcumque ſentitur, non*
qualitas eſt, ſed eſſentia, incommutabili
enim nihil accidit, nihil deperit: quia eſſe
illi, quod eſt, ſemper æternum, ſemper pro-
prium ei eſt. Item in Concil. Remenſi
idem diffinitum eſt contra Gilbertũ,
eo quod dixerit Deum non eſſe ſuam
ſapientiam.

42 Tertio probatur Sanctorum Patrũ
auctoritate: nam D. Grego. Niſſenus
hom.5. in Cãtica de Deitate ais: *Nihil*
D. Niſſe. *eſt, quod circa ipſam conſideretur: non tē-*
pus, non locus, non figura, non quantitas
D. Cyrill. *&c.* D. Cyrillus Alexand. lib.11. The-
Alexandr. ſaur. c.1. inquit: *Accidens Deo nullum*
eſſe poteſt. Profecto enim ex ſe ipſo nihil
poteſt accidere: & paucis interiectis ver-
bis ſubdit: *Sapienter dicitur nihil accide-*
re ſubſtantiæ Dei: quoniam in ſe ipſa per-
fecta eſt. Videantur pro hac probatio-
D. Auguſt. ne D. Auguſt. lib.5. de Trinit. c.4. &
Boecius. lib.7. c.5. & Boecius lib. de Trinitate,
D. Athan. D. Athanaſius in epiſto. ad Epiſco-
D. Baſilius pos Africæ. D. Baſilius in epiſt.141.
Nicetas. ad Cæſarienſes, Nicetas in orat. 40.
D. Hieron. Nazianzeni in illa verba Pauli: *Cupio*
Marius Vi- *diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* D. Hieroy.
ctorinus. ſuper Amos 9. Marius Vitorinus
lib.1. contra Arrianos.

43 Quarto ratione probatur à D. Tho-
tribus medijs, Primo: quia ſubiectum
cõparatur ad accidens, ſicut potentia
ad actũ, eo quod ſubiectũ per accidẽs
fit aliquo modo in actu. Eſſe autẽ in
potẽtia omnino repugnat Deo: ergo
&c. Secũdo: quia quidquid eſt in Deo,
eſt eſſe Dei: Deus enim eſt ſuũ eſſe,
& nihil poteſt habere adiũctũ, ſicut qđ
eſt calidũ, poteſt habere aliquid extra-
neũ vltra calidũ, vt albedinẽ, ipſe au-
tẽ calor, nihil habet præter calorẽ: ex
quo concluditur, q Deus nihil aliud
habet præter ſuũ eſſe, quod eſt omnia
perfectiſsimè eſſe. Tertio: quia om-
ne, quod eſt per ſe, eſt prius eo, q eſt
per accidens: ſed Deus eſt ſimplici-
ter primum ens: ergo in eo non po-
teſt eſſe aliquid per accidens.

Han c concluſionẽ probat Scotus 44
diffuſe, per quæſtionẽ primã, & tertiã
diſt.8. ſed nunc iterũ vltra rationes
D. Thomæ (quæ optimæ ſunt) poteſt
probari ratione D. Auguſt. deſumpta
ex Dei immortalitate: quia quæ omni-
no immutabilia ſunt, nõ poſſunt affi-
ci aliquo addito, q ab eis ſit ſeparabi-
le: tunc etenim iam mutabilia fierẽt:
quia trãſirent de nõ eſſe ad eſſe, ſeu de
eſſe ad nõ eſſe: ſi ergo in Deo accidẽs
aliquid eſſe concedimus: proculdu-
bio eius immutabilitatem negamus.

Ad argumẽtũ autẽ, quæ pro errore
Audianorũ fabricari poſsũt ex locis 45
ſacræ Scripturæ facillima eſt ſolutio
ex citatis Patrũ auctoritatibus: non
enim, niſi per appropriationẽ ad no-
ſtrũ modũ loquẽdi Dei mẽbra Scrip-
tura inſinuat, acſi vere mẽbra, aut ſen-
ſus, mẽtẽ, aut ſẽſibiles operationes ha-
beret, vt nobis noſtro ſermone accõ-
modatè loqueretur. Re tamẽ vera, nec
Deus corporeis oculis videt, nec ma-
nibus tãgit, nec pedibus ambulat &c.
Quod optimè in orat.24. Nazia. quæ
eſt in aduētu Ægyptiorũ, refert Elias,
dũ inquit loquẽs de Deo: *Qui quidẽ,*
vt eſt apud S. Dyoniſiũ, & vt mens, & vt
Deus, & vt ſapiẽtia, & vt vita, & vt ens
& vt amabilis à tota Scriptura celebra-
tur: idẽque, & multa nomina habet, & no-
mine omni caret, & infra ſubdit: *Hæc*
igitur omnia dicitur, tamen ſuper hæc om-
nia eſt, & inferius addidit: *Deus enim,*
& ſupra mẽtem mens eſt, & ſupra vitam
vita, & denique ſupra omnia.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS XII.

Vtrum in entibus ſit aliquid actu exiſtens infinitum?

AD duodecimũ ſic proceditur: & videtur, quod in étibus nõ ſit aliquid actu exiſtés infinitum, *&* *primò* ſic arguitur: ſi vnũ contrarium eſſet in natura actu infinitum, nihil ſibi contrarium eſſet in natura: ergo ſi aliquod bonum ſit actu infinitum, nihil mali eſſet in vniuerſo. *Si dicas:* reſpondetur, quod maior eſt vera de contrarijs formaliter: nullum malũ contrariatur Deo formaliter. Contra, ſiue formaliter, ſiue virtualiter contrarietur (ſi eſt infinitum) nihil patitur contrariũ ſui effectus: quia propter infinitam virtutem deſtruet omne incompoſsibile ſuo effectui: ergo maior eſt ita vera de contrario virtualiter, ſicut formaliter. Et eſt exéplũ, ſi Sol eſſet infinitè calidus virtualiter, nihil relinqueret frigidũ in vniuerſo: ſicut nec ſi eſſet infinite calidus formaliter.

Secundo præterea, corpus infinitum nullum aliud corpus ſecum cõpatitur: ergo nec ens infinitum aliud ens cum eo. Probatio conſequentiæ. Tum: quia ſicut repugnat dimenſio dimenſioni, ita videtur actualitas actualitati repugnare. Tũ, quia ſi eſſet aliud corpus ab infinito faceret cũ illo aliquod maius infinito: ita ſi eſſet ens aliud ab infinito, faceret aliquod maius infinito.

Tertiò præterea, quod ita eſt hic, quod non alibi, eſt finitum reſpectu vbi: & quod ita eſt nũc, quod non alias, eſt finitum reſpectu quando, & ita de alijs: & quod ita agit hoc, quod non aliud, eſt finitum ſecundum actionem: ergo, quod eſt ita hoc aliquid, quod non eſt aliud, eſt finitum ſecundum entitatem. Deus autem eſt ſumme hoc: quia ex ſe eſt quædam ſingularitas: ergo non eſt infinitus.

Quarto præterea, octauò phyſicor. virtus infinita, ſi eſſet, moueret in non tempore, nulla virtus poteſt mouere in non tẽpore: ergo &c.

Sed contra eſt, quod ibidem philoſophus 8. phyſicorum probat primum mouens eſſe potentiæ infinitæ: quia mouet motu infinito: ſed hæc concluſio non poteſt intelligi tantum de infinitate durationis: quia propter infinitatẽ potẽtiæ probat, quod non poſsit eſſe in magnitudine: non repugnat autem magnitudini (ſecundum eum) quod in ea ſit potentia infinita ſecundum durationem, ſicut ponit in cœlo. Item Pſalm. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis*. Item Damaſcen. cap. 4. eſt pelagus infinita continens.

8. phy. tex. com. 79. 8. phy. tex. com. 78. & vltim.

E Reſpondeo dicendum, ꝙ ex prædictis patet ſolutio *articuli*, & quæſtionis: nam ex primo articulo & ſecundo, & tertio habetur, quod aliquod ens eſt ſimpliciter primũ triplici primitate, ſcilicet, efficiẽtiæ, finis, & eminentiæ: & ita ſimpliciter primũ, quod eſt impoſsibile aliquid eſſe prius: & in hoc probatũ eſt eſſe de Deo quãtum ad proprietates reſpectiuas Dei ad creaturam, vel inquantum terminat reſpectus, & dependentias creaturarum ad ipſum. Ex articulo *octauo, nono, & decimo* habetur quadruplici via, quod illud primum eſt infinitum. Primo, videlicet, quia primum efficiens. Secundo, quia primum cognoſcens omnia cognoſcibilia, & propter ſecundã viam præmittebantur concluſiones quatuor de intelligere primi *in quinto, & ſexto articulis*. Tertio, quia finis vltimus. Quarto, quia eminentiſsimum. Iuxta primam viã excluſa eſt quædam via inutilis de creatione: iuxta ſecundam tãgitur illa via de perfectione primi obiecti in intelligibilitate: iuxta quartã exponitur ratio Anſelmi Proſologion 2. quæ ſtat in hac propoſitione: quo maius cogitari non poteſt, illud eſt. Vltimo excluditur via inutilis ex immaterialitate inferens infinitatem. Itaque iunge concluſiones articulorum principalium ſic. Aliquod ens tripliciter primum in entibus, exiſtit in actu: iſtud tripliciter primum in entibus eſt infinitũ: ergo aliquod infinitum ens actu exiſtit. Et in hoc probatum eſt eſſe de Deo, quantum ad illud abſolutum, ꝙ eſt primum perfectione omniũ à nobis cõceptibiliũ de Deo ſicut dicetur tertia diſtin. & per conſequens probatum eſt eſſe Deum, quantum ad conceptum perfectiſsimum conceptiblem, vel poſsibilem à nobis haberi de Deo.

Reſolutio totius quæſtionis.

Concluſio

3. diſ. q. 1.

G Ad primum argumentum dico, quod cauſa infinita actiua ex neceſsitate naturæ, non compatitur ſibi aliquod cõtrarium, ſiue ſit ei contrarium formaliter, ſcilicet, ſecundum aliquod, quod cõuenit ſibi eſſentialiter, ſiue virtualiter, ſcilicet, ſecundum rationem effectus ſui, quẽ virtualiter includit. Vtroque enim modo impediret quodlibet incompoſsibile ſuo effectui, ſicut argutum eſt prius. Deus autem eſt libere, & volũtarie agẽs reſpectu omnium, quæ ſunt extra ipſum, & ideo compatitur malum. Contra numquid Phyloſophi ponentes Deum agere ex neceſsitate naturæ, non ponebant eſſe aliquod malum in vniuerſo? Reſpondeo, ſicut patuit probãdo Deũ eſſe agẽs per cognitionem: non potuerunt ſaluare aliquod malum poſſe fieri cõtingenter

tingenter in vniuerſo, ſed tantum, quod vnus ordo cauſarum produceret aliquod, quod eſſet recepti uũ alicuius perfectionis. Alius autem ordo de neceſsitate produceret oppoſitũ illius perfectionis, ita quod illa perfectio non poſſet tunc induci concurrentibus omnes cauſis, licet abſolutè productum ab aliquibus, conſideratum ſecũdũ rationem ſuæ ſpeciei, eſſet receptiuum illius perfectionis: cuius oppoſitum neceſſario, euenit. Quòd autem Phyloſophi poſ-
H ſunt dicere delibero arbitrio noſtro, & malitia moris dicendũ eſt alias.

Ad ſecundum dico, quod cõſequentia non valet. Ad probationem conſequẽtiæ, dico, quod non eſt ſimilis incompoſsibilitas dimenſionum in replendo locum. & eſſentiarum in ſimul eſſendo, non enim vna entitas ſic replet totam naturam entitatis, quin cum iſta alia entitas poſsit ſtare. Hoc autem non debet intelligi de repletione locali, ſed quaſi cõmẽſuratione eſſentiali: ſed vna dimenſio replet eundem locum ſecundum vltimum capacitatis ſuæ, & ideo aliud non poteſt eſſe cum eo replens locum, ſed benè poſſet eſſe cum eo aliud corpus non replens locum: ita quod vna entitas ſimul poteſt eſſe cum alia, ſicut poſſet reſpectu loci cum corpore replente locum, aliud corpus eſſe non replens locum. Similiter alia conſequentia non valet. Corpus infinitum, ſi eſſet cum alio, fieret totum maius vtroque, ratione dimenſionum: quia dimenſiones alterius corporis eſſent aliæ à dimẽſionibus corporis infiniti, & eiuſdem rationis cum eis: & ideo totum maius eſſet propter diuerſitatẽ dimenſionum: & totum non maius: quia dimenſio infinita non poteſt excedi: hic autem tota quantitas infinitæ perfectionis nullam recipit additionem in ratione talis quantitatis, ex coexiſtentia alicuius finiti, ſe- I cundum talem quantitatem.

Ad tertium argumentum dico, *quod* conſequentia non valet, niſi illud, quod demonſtratur in antecedente, à quo alia ſeparantur, ſit finitũ. Exemplũ, ſi eſſet aliquod vbi infinitum per impoſsibile, & corpus infinitũ repleret illud vbi, non ſequeretur, hoc corpus eſt hic, ita quod non alibi: ergo eſt finitum ſecundum vbi: quia ly, hic, non demonſtrat niſi infinitum. Ita ſecundum Phyloſophum, ſi motus eſſet infinitus, & tempus infinitum, non ſequitur. Iſte motus eſt in hoc tempore, & non in alio: ergò eſt finitus ſecundum tempus. Ita ad propoſitum oportet probare illud, quod demonſtratur per hoc eſſe finitũ,

quod ſi aſſumatur, petitur cõcluſio in præmiſſa.

K Ad quartum, & vltimum dico, quod Phyloſophus infert moueri in non tempore ex hoc antecedente, quod potentia infinita eſt in magnitudine, & intelligit in conſequente moueri propriè, vt diſtinguitur contra mutationem, & hoc modo conſequens includit contradictionem, & etiam antecedens ſecundum eum. Qualiter autem teneat hæc conſequentia declaro, *ſequenti articulo*.

Expoſitio Articuli 12. quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

1 Probauerat Doctor in reliquis huius quæſtionis articulis primi entis infinitatem ex pluribus vijs: modo autẽ quaſi per epilogum, Deum eſſe actu infinitum reſoluit in litera ſatis clara, qua cæterorum articulorum concluſiones congerit hoc modo. Datur aliquod ens primum actu exiſtens, quod eſt primum triplici primitate, ſcilicet, per viam efficientiæ, finis, & eminentiæ. Iſtud primum ex eadem triplici via ratione naturali probatur eſſe infinitum, & ex eo quod actu ſimul infinita intelligit: ergo aliquod infinitum eſt actu exiſtens. Hoc autem infinitũ probatum eſt eſſe Deũ. Ex quibus concluditur Deum eſſe actu infinitum: & in hoc perſpicua eſt litera textualis.

2 Argumentum autem primum de poſsibilitate mali ſtante infinitate Dei, ponitur, quaſi vt iacet, à D. Thoma 1. par. quæſt. 2. art. 3. qui ipſum ſoluit ex conuenientia morali: Scotus vero in præſenti ex phyſica ratione, ratione poſsibilitatis mali. Nam D. Thomas ex Diuo Auguſtino notat, Deum ob ſui bonitatem non permiſſurum eſſe aliquod malum in operibus, niſi eſſet adeò omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo: atque ideò ad infinitam bonitatẽ pertinet, vt permittat eſſe mala, vt ex eis eliciat bona. Hæc tamen ſolutio neceſſario ſupponit ſolutionem Scoti. Nam prius eſt inueſtigandum, quare phyſice poſsit compati malum ſtante Dei infinitate, quam aſsignare conuenientiam, quare Deus malum eſſe permittat. Argumentum autem D. Thomæ non hoc ſecundum, ſed primum inquirit: quia ex phyſica oppoſitione infiniti boni cum malo, arguit infinitum in vniuerſo non dari: inquit enim, quod ſi vnum contrariorum fuerit infinitum: neceſſario totaliter deſtruet aliud: ſi ergo Deus eſt quoddã bonum infinitum, totaliter deſtruet omne malum: & ſic nullum malum eſſe poterit in rerum natura.

Improbatur ſolut. D.Thom.

Huius argumenti efficacia poſita eſt in phyſica oppoſitione contrariorum: & ideò non ſoluitur per conuenientiam, ſeu ex fine, quo Deus malum eſſe permittit, vt ex ipſo bonum eliciat: quia adhuc manet argumẽtum in ſuo robore, quod ſcilicet, malum non compatitur cum bono infinito: Nam inter ea, quæ phyſice opponuntur, quæ fortius eſt, neceſſario expellit infirmius, & deſtruit ipſum. Ex quo arguitur ſic: ſi eſſet aliquod infinitè bonum, nullum poſſet compati malum in vniuerſo: ſiquidem contrarium infinitum, ſuum contrarium deſtruit: ſed eſt malum in rerum natura: ergo nullum eſt infinitum: non igitur ſoluitur argumentum à D. Thoma per aſsignatam conuenientiam, quare ſcilicet, Deus malum eſſe permittit, ſed neceſſario aſsignãda eſt ratio phyſica, quare ſtãte infinito bono, poteſt in vniuerſo compati malum. 3

Cayetanus vero ibidem, vbi D. Thomas, reſpondet, malum non deſtrui ab infinitè bono: quia non po- 4

teſt

teſt illis infinitam ſuam bonitatem communicare: atque ideo etiam poſito infinitè bono, reſtat locus pro malis. Verum hæc reſponſio inſufficiẽs eſt: quia infinita Dei bonitas omnibus creaturis communicatur, ſiquidem infinitè bonum ex ſe eſt infinitè diffuſiuum ſui, & cuilibet communicatur iuxta ſubiecti capacitatem: atque ideo non eſt aliquis Dei effectus, qui eius bonitatem modo ſibi proportionato, & debito, non participet: malũ autem ideo non eſt Dei effectus, ſed defectus debitæ bonitatis: quia bonitatem Dei participare non poteſt: nõ ergo poteſt malo reſtare locus, poſita infinita Dei bonitate, quæ in quolibet eius participatur effectu. Vnde argumentum prædictum, adhuc ſolutum non eſt.

5 *Contraria formaliter & virtualiter quæ ſint.* Hoc igitur argumentum, vt ſoluat Doctor in hoc articulo ſolutione ad primum, prius eius efficaciam ponderat, ſupponẽdo, quod contraria ſunt in duplici differentia: quædam enim ſunt contraria formaliter, & alia virtualiter. Illa dicuntur repugnare formaliter interſe, quæ ſic ſe habent, quod vnũ formaliter expellit aliud, & neutiquam inſimul eſſe poſſunt, ſic caliditas frigiditatem expellit, & ècontra: illa vero dicuntur repugnare virtualiter, quorum vnum in virtute ſua habet aliquem effectũ, qui formaliter repugnat alteri. Sic Sol virtualiter dicitur repugnare tenebris: quia habet in virtute ſua lucem, quæ formaliter expellit, & deſtruit tenebras, cum quibus compati nõ poteſt. Si ergo detur in vniuerſo aliquod infinite bonum, hoc quidem deſtruit malum: vel quia formaliter eſt expulſiuum omnis mali ſibi formaliter oppoſiti, vel ſaltim, quia virtualiter continet effectum, qui eſt formaliter expulſiuus omnis mali. Continet enim gratiam, quæ eſt deſtructiua peccati, & etiam in naturalibus continet virtualiter omnes ſuos effectus, qui omnes bonitatem diuinam ſibi debitam, formaliter malo contrariam participant. Quibus notatis ſic Doctor concludit, quod *cauſa infinite actiua ex neceſsitate naturæ, non compatitur ſibi aliquod contrarium, ſiue ſit ei contrarium formaliter, ſcilicet ſecundum aliquod, quod conuenit ſibi eſſentialiter: ſiue virtualiter, ſcilicet, ſecundum rationem effectus ſui, quem virtualiter includit.*

6 *Solu. Scoti.* Hac ergo ſuppoſitione præhabita ſoluit Doctor argumentum ex diſtinctione duplicis cauſæ. Alia eſt enim agens ex neceſſitate naturæ, & alia libera, quæ ad libitum, indifferenter, & contingenter agit. Prima quidem, ſi eſſet infinita, ex neceſsitate agendo, non poſset ſibi compati aliquod contrarium, ſiue formale, ſiue virtuale. Atque ideo ſi Deus infinite bonus eſſet cauſa ex neceſsitate agens, neceſſario impediret quodlibet malũ, tanquam incompoſsibile ſibi, & ſuo effectui, qui neceſſario bonus eſt, eo quod in ſui Auctorem refunditur. Secunda vero cauſa, quæ, ſcilicet, libere agit, non prohibet ſibi contrariũ: quia indifferentia non compatitur cum determinatione ad vnum contrarium, ſed ad vtrumque extenditur. Quia igitur Deus ad extra eſt cauſa libera, & voluntaria, contingenter producens omnem effectum: ideo non neceſsitatur ob ſui infinitam bonitatem ad prohibendum malum ſibi, & effectui ſuo contrarium, ſed indifferenter ſe habet, & illud prohibet aut permittit, quando ſibi placet ad nutum voluntatis ſuæ: vel quidem ob maiorem manifeſtationem miſericordiæ ſuæ, qua vtitur, pœnitentibus veniam indulgendo: vel ob maiorem oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ inpœnitentes ſceleratos per punitionem damnando.

7 Hanc ergo ſolutionem moralem, ſcilicet, per conueniẽtiam, vel finẽ permiſsionis optimè tradit D. Thomas: ſed hæc, vt patet, argumenti efficaciam non euacuat. Vnde Scoti ſolutio nuper aſsignata eius difficultatem penitus delet. Ex quà concludit, quod ſi Deus ad extra neceſſario ageret, prout quidam Phyloſophi tenuerunt, ſaluari non poterat, quod malum aliquod contingenter poſſet fieri in vniuerſo: ſed quod erat duplex ordo cauſarum neceſſario ponendus tunc &c. Vide ibi, quæ ſequuntur

quuntur

Digitized by Google

quuntur in textu, ſunt etenim ſatis clara.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum ex potentia motiua infinita primi efficientis inferatur ipſum agere in non tempore.

A AD tertiumdecimum ſic proceditur, & eſt dubitatio, cum potẽtiã motiuã primi *efficientis Phyloſophus* ponat infinitam, & naturaliter agentem, videtur ſequi, quod neceſſario ageret in non tempore, licet non moueat in non tempore, imò tunc nihil mouebit proprie loquendo: & quod hoc ſequatur patet: quia illud prius probatum fuit per rationẽ potentiæ infinitæ neceſſario agentis.

B Sed contra eſt: quia virtus infinita *eſt* contingenter, & libere agens, ſicut enim in poteſtate eius eſt agere, & non agere, ita in poteſtate eius eſt agere in tempore, & agere in non tempore.

C Reſpõdeo dicendũ, quod hæc conſequentia, ſi eſt infinita potẽtia, & agit ex neceſſitate naturæ: ergo agit in non tempore, qualiter teneat, ſic declaro, quia ſi agat in tempore, ſit illud tempus. A. & accipiatur alia virtus finita, quæ agat in tempore finito, & ſit illud tempus. B. augmentetur autem virtus finita ſecundum propoſitionem illam quæ eſt. B. ad. A. puta ſi. A. eſt centuplum, vel millecuplum ad B. accipiatur virtus, quæ ſit centupla, vel millecupla ad illam virtutem finitam datam: igitur illa virtus ſic augmentata mouebit in A. tẽpore, & ita illa, & infinita mouebunt in æquali tempore, quod eſt impoſsibile: ſi virtus infinita mouet ſecundũ vltimum potentiæ ſuæ, & neceſſario. Ex hoc igitur, quod virtus illa eſt infinita, ſequitur, quod ſi agat ex neceſsitate naturæ, agit in non tempore. Ex hoc autem, quod ponitur in antecedente, quod eſt in magnitudine, ſequitur quod ſi agat circa corpus, quod proprie moueat illud corpus: quia virtutem in magnitudine vocat Phyloſophus virtutem extenſam per accidens: talis autem, ſi ageret circa corpus, habet partes illius corporis diuiuerſimode diſtantes, reſpectũ eius, puta vnam partem corporis propinquiorem, & aliam remotiorem, habet etiam reſiſtentiam aliquam in corpore, circa quod agit, quæ duæ cauſæ, ſcilicet, reſiſtentia, & diuerſa approximatio partium mobilis ad ipſum mouens, faciunt ſucceſsionem eſſe in motu, & corpus proprie moueri: ergo ex hoc. quod in antecedente illo po-

Vide 4. phyſicor. tex. com. 73. & 8. phyſi. tex com. 7. & ad finem 7. phyſicor.

ponitur virtus in magnitudine: ſequitur, quod proprie mouebit: & ita iungendo iſta duo ſimul, quod eſt infinitum, & in magnitudine, ſequitur, quod proprie mouebit & in non tēpore, quod eſt contradictio.

D Sed iſtud non ſequitur de virtute infinita, quæ nō eſt in magnitudine. Ipſa enim, licet in non tēpore agat, ſi neceſſario agat: quia hoc ſequitur ad infinitatē, non propriemouebit, quia nō habebit in paſſo illas duas rationes ſucceſſionis: non igitur vult Phyloſophus, quod infinita potentia proprie moueat in non tempore, ſicut argumētum prætendit, ſed quod infinita potentia in magnitudine proprie moueat in non tempore, quæ ſunt contradictoria. Et ex hoc ſequitur, quod antecedens includit contradictoria, ſcilicet, quod virtus infinita ſit in magnitudine. Sed tunc eſt dubitatio, cum potentiam motiuam primi ponat infinitā, & naturaliter agētē, videtur ſequi quòd neceſſario ageret in non tempore, licet nō moueat in nō tempore: imò tūc nihil mouebit proprie, *vt probat argumentum in principio articuli*. Sed Chriſtianis non eſt argumētum difficile, qui dicunt Deum contingenter agere: ipſi enim poſſunt faciliter reſpondere: quia ſi virtus infinita, neceſſario agens, agat ſecundum vltimum

Concluſio.

ſui, & ita non in tempore, quidquid immediate agit, non tamē virtus infinita contingenter, & libere agens: ſicut enim in poteſtate eius eſt agere, & non agere, *vt dictum eſt § ſed contra*, ita in poteſtate eius eſt agere in tempore, & agere in non tempore.

E Ad argumentum reſpondet Commentator 12. Metaphyſi. quod præter primum mouens, quod eſt infinitæ potentiæ, requiritur mouens coniunctum potentiæ finitæ, ita quod ex primo mouente ſit infinitus motus, & ex ſecundo ſit ſucceſio, quaſi aliter non poſset eſſe ſucceſio, niſi concurreret illud mouens finitum: quia ſolum infinitum ageret in non tempore.

Auerroes. 12. Metap. com. 41.

Sed iſtud improbatur diſtin.8.quæſt.vltima, vbi in hoc arguetur contra Phyloſophos, qui ponunt primum agere ex neceſſitate quodlibet, quod immediate agit, ſed Chriſtianis, *vt dictum eſt in corpore articuli*, non eſt argumentum difficile, qui dicunt Deum contingenter agere: ipſi enim poſſunt faciliter reſpondere *per ea, quæ ibi dicta ſunt; quod, ſcilicet*, ſi virtus infinita neceſſario agens agat ſecundum vltimum ſui, & ita non in tempore, quidquid immediate agit: non tamen virtus infinita contingenter, & libere agens, & ita facile eſt ſaluare, primum

eius

ens mouere corpus in tempore, licet ſit infinitæ potentiæ: quia non neceſſario agit ſecundum vltimum potentiæ ſuæ: quantum, ſcilicet, poſſet agere, nec in tam breui tempore, in quo breuiori non poſſet agere.

Expoſitio Articuli 13. quæſtionis 2. diſtinctionis 2.

1 IN hoc articulo ſoluit Doctor difficultatem potius ad Phyloſophos ſpectantem, quam ad fideles, qui credimus Deum ex neceſsitate non aliquid operari ad extra: ſi etenim Deus, vt volebant Phyloſophi, ad extra neceſſario ageret: videtur, quod nulla actio ſibi poſſet in tempore conuenire. Ratio autem, ob quam ex neceſsitate agendi infertur neceſsatio agere in non tempore eſt: quia potentia infinita naturaliter, & neceſſario agens, non menſuratur tēpore, ſed in inſtanti ſuæ æternitatis ſibi competeret agere omnia, quæ agit & quòd ageret ſecundum ſuum vltimum de potentia. Quod confirmari poteſt per ſimile de productionibus diuinis ad intrā: ideo etenim ſunt ab æterno extra omne tempus, quia ex neceſsitate naturæ Pater producit Verbum &c. Quia autem motus non eſt, nec poteſt eſſe ſine tempore, ideo ſi Deus ageret in non tempore, vel non proprie moueret, vel ſi moueret, eſſet motus in tempore, licet ageret in non tempore: motus enim nō niſi in ſubiecto mobilis eſſe poteſt. Cum autem tale ſubiectum nequeat dari in non tempore: ideo licet actio ex parte Dei eſſet æterna, reciperetur nihilominus in tempore in re mobili.

2 Huius ergo articuli difficultatem ſoluit Doctor ibi, ſicut in præcedenti ex diſtinctione cauſæ neceſsariæ, & liberæ: fatetur enim, quod ſi infinita cauſa ad extra neceſſario ageret, profecto ageret in non tempore, licet per ſucceſsionē motus eſset in tēpore: ſed quia non neceſsario, ſed libere, & contingenter agit ad extra, quidquid agit: ideo ſicut poteſt agere, & non agere: ita quidem poteſt agere in non tempore, vel in tempore. Et hanc ſolutionem vocat facilem reſpectū Chriſtianorum, qui tenent Dei infinitam virtutem, nihil ad extra neceſsario agere. Reſpectu vero Phyloſophorum, qui ponunt Deum ad extra neceſsario agentem, aliter reſpondetur, & tunc ſolutio ſtat in duobus, ſcilicet, quia habebit corpus mobile partem poſt partem, videlicet, vnam remotiorem, & aliam propinquiorem: & quia tale corpus aliqualiter reſiſtit ſibi: & tūc iſta duo ſcilicet, reſiſtētia, & diuerſa approximatio partium mobilis ad ipſum mouens, faciant ſucceſsionem eſse in motu, & corpus proprie moueri. Vide, quæ ſunt in textu attentè: non enim nobis licet hic amplius immorari.

DIFFICVLTAS XLIII.

Vtrum Deus ſit formaliter infinitus per eſſentiam?

§. 1.

Expenduntur varij modi dicendi circa intelligendum, quid ſit infinitum per eſſentiam.

HAbito iam ex hunis quæſtionis articulis per varias vias à Doctore rationibus naturalibus demonſtrati, ens primum eſſe infinitum in actu exiſtens, & ex ar*.12. hoc tale infinitum Deum eſſe: nunc qualis ſit Dei infinitas, & quali- 1

qualiter *Deo* competat, præſens dif-
ficultas inueſtigat. Hæc enim duo pe
culiares rationes dubitandi, imò &
controuerſias diuerſas inuoluunt.
Prius igitur, in quo infinitas Dei con
ſiſtat, exponendum eſt: & deinceps
an talis infinitas ſit de eſſentia Dei,
an eius modus intrinſecus? contro-
uertendum eſt in difficultate ſe-
2 quenti.

Circa primum punctũ varij ſunt
modi dicendi: nam D. Thomas 1. p.
Prima ſpi nio D.Th. quæſt.7.art.1. in corpore explicans
infinitum ait, quod conſiderandum
eſt, quod infinitum dicitur aliquod,
quod non eſt finitum: finitur autem
quodam modo, & materia per formã
& forma per materiam. *Materia*
quidem per formam, inquantum ma
teria, antequam recipiat formã, eſt
in potentia ad multas formas, ſed
cum recipit vnã, terminatur per il-
lam. Forma vero finitur per materiã
inquantum forma in ſe conſiderata
communis eſt ad multa, ſed per hoc,
quod recipitur in materia fit forma
determinate huius rei: hactenus D.
Thomas. Ex quibus concluditur ſe-
cundum ipſum, infinitatẽ, nihil aliud
eſſe, quam negationem huiuſmodi
finitatis, tam enim in corporalibus,
quam ſpiritualibus, finitas eſt per ma
teriæ ad formam terminationem, vel
formæ ad materiam limitationem:
quam in ſpiritualibus ex eſſentia, &
exiſtentia: ſicut enim in corporibus
prædicto modo reperitur finitas: ſic
in ſpiritualibus res ſunt finitæ: quia
eſſentia recipitur in exiſtẽtia, ex qua
fit limitatio, & fintas eius. Ex nega-
tione igitur huiuſmodi finitatis: quia
ſcilicet, nec Deus cõponitur ex mate
ria, & forma, neq; ex eſſentia, & exiſtẽ
tia: quia ſua eſſẽtia eſt ſuũ eſſe, & ſuũ
exiſtere: ideo eſt infinitus formaliter
per eſſentiam. Hanc ſententiam ſe-
Cayeta. quuntur Cayetanus, & plures Tho-
Ferrara miſtæ ibidem, & Ferrara 1. contra gẽ
Ricardus. tes cap.43.§. *circa iſtam propoſitionẽ*:
Ægidius. item Ricardus in primo diſtinct.43.
articu.1. quæſtione 1. & Ægidius ibi-
dem.

Huius ſententiæ fundamentum
3 eſt: quia ſuppoſito, quod res finatur
ex receptione formæ in materia, &
materiæ per formam, & eſſentiæ per
exiſtentiam: illud quod eſt maximè
formale omnium, & in nullo alio re-
cipitur, eſt ipſum eſſe ſine aliquo fi-
ne: quia non habet, unde finiatur: ſed
eſſe diuinum non eſt receptum in
aliquo, ſed ipſum eſt ſuũmet eſſe ſub
ſiſtens: ergo manifeſtum eſt, quod
Deus eſt formaliter infinitus.

Vazquez vero inter Recentiores 4
alios prima parte diſpu.25.cap.5. cũ *Vazquez.*
D. Thoma conuenit in hoc, quod eſt
ſentire infinitum non eſse aliud quã
negationem finiti. Differt tamen à
D. Toma, quia hanc negationem nõ
ponit, eſse excluſionem materiæ, aut
formæ: ſed eſse negationem cauſæ ef
ficientis: cuius ſententiæ fundamẽtũ
eſt: quia cũ omnis effectus à ſua cau-
ſa accipiat eſse, ac ideo intra eius effi
cacitatem præhabeatur, & extra eam
egredi nõ poſsit: hinc eſt, quod quæ-
cumque res ab alia accipiens eſse di-
catur finità, & limitata ſecundum eſ
ſentiam, eo quod à ſua cauſa, à qua ha
bet eſse participatum, limitetur, & fi
niatur. Ex quo infert, quod omnis
creatura finita eſt ſecundum eſsen-
tiam, eo quod à Deo perpetuo con-
ſeruante pendet, vt neque ad inſtans
ſine illius influẽtia eſse poſsit. Quia
vero è contra, *Deus* cum à nullo ha-
beat eſse, aut conſeruari, ſed ex ſe ip-
ſo, fit vt à nullo efficiente poſsit fini-
ri, aut limitari. Ex quibus ſic Vazquez
concludit. Propria ergo ratio infini-
tatis Dei ſecundum eſsentiam in eo
poſita eſt, vt à nulla cauſa habeat
eſse. 5

Hanc ſuam ſententiam probat
Vazquez primo auctoritatibus Pa-
trum: nam D. *Dyoniſius* de diuinis
nominibus cap.9. loquens de magni
tudine Dei inquit, *Ac magnus quidem
Deus dicitur, tum ex ſua magnitudine,
quæ ſe, & cum omnibus, quæ magna ſunt,
communicat, & per omnem magnitudi-
nem diffundit, atque extendit, locum om-
nem continet, omnem numerum ſuperat,
omnem infinitatem tranſilit: tum ex ſum
ma vi, actioniſque magnitudine, ac mune
ribus; quæ ab ipſo quaſi fonte manant.*
Item probat Auctoritate D. Nazian-
zeni

zeni oratione 38. Vbi Deum appellat pelagus quoddã eſſentiæ immenſũ, & interminatum, vbi alia verba refert, quæ ponit Nicetas. Ex quibus videtur concludi, ideo Deum eſſe per eſſentiam infinitum: quia à nulla cauſa habeat eſſe.

6 Ratione autem id probat: quia infinitas eſſẽtiæ ab alijs rectè diſtinguitur, eo quod negationem finis diuerſi mode, quã aliæ infinitates ſignificat: nam licet aliæ infinitates creaturis communicari poſsint, vtpote infinitas ſecundum durationem, quia potuit creare ab æterno rem, ſine fine duraturam: iſta tamen, quæ eſt à nulla cauſa pendere, nulli creaturæ poteſt communicari: quia creatura à Creatore nõ eſſe nõ poteſt. In hac ergo ratione, & nõ in alia formalis ratio infinitatis Dei per eſſentiam conſiſtit.

7 *Alex. Ale* Aliter autem Alexander Alenſis 1. part. quæſt. 6. memb. 1. ad tertium, & quartum inquit, Deũ eſſe infinitũ triplici modo: & non videtur ponere aliquam vnam peculiarem rationem formalem infinitatis in Deo, ſed eius infinitatem per eſſentiam ex triplici modo infinitatis à ſe aſsignatæ coaleſcere. Ponit igitur primũ modũ infinitatis in Deo, ex eo ꝙ ipſe terminat omnia, & non terminatur ab alio. Secũdus modus infinitatis: quia ab alio non perficitur. Hunc autem modum retorquet Vazquez ad ſui fauorem, ita vt debeat intelligi, quod non perficiatur ab alio, tanquam ab efficienti. Sed hæc reuera eſt violenta expoſitio: nam cauſa efficiens non perficit effectum, ſed ipſum producit. Quod autem rem perficit, intrinſece ipſam conſtituit, ſicut forma, quæ intrat cõpoſitum: non igitur loquitur in hoc ſenſu noſter Alenſis: ſed inquit, quod Deus non perficitur ab alio ſibi diſiũcto, ſicut materia à forma perficitur, & genus à differerentia, & in hoc hunc infinitatis modum aſsignat. Tertius tandem modus infinitatis eſt quod non ſit propter aliud tanquam propter finem: ſed quod omnia ſint propter ipſum. Vbi videtur conſtituere rationem vltimi finis in Deo pertinere ad rationem formalem eius infinitatis.

Alij autem ſequentes Albertum in
primo quæſt. 4. art. 1. ponunt infini- 8 *Alber.*
tatẽ Dei cõſiſtere in triplici negatione, & carentia: videlicet, in negatione principij temporis, à quo incipit eſſe, & finis in quo deſinat eſſe, & loci in quo limitetur: ea etenim finita ſunt, quæ habent principium ſuæ inceptionis, quia in aliquo inſtanti incipiunt eſſe, ante quod non dum erãt: & quæ in aliquo inſtanti habebunt eſſe, poſt quod tamen non erũt: & ea, quæ habent adæquatum locum ſuę circumſcriptionis, ſeu diffinitionis: quia, ſcilicet, taliter ſunt in illo, vt alibi eſſe non poſsint. Per negationem igitur iſtius triplicis finitatis (inquit ſententia iſta) eſt Deus infinitus per eſſentiam. Primo, ſcilicet, quia nunquam fuit inſtans, in quo Deus non eſſet. Secundo: quia nec erit inſtans, in quo non ſit: quia eſt ab æterno, & in æternum. Nec tertio eſt locus, ad quem eius exiſtentia, ac præſentia limitetur: ſed vbique eſt per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. In hac igitur triplici negatione triplicis finitatis Dei eſſentialis infinitas (iuxta hanc ſententiam) formaliter conſiſtit.

---

§.2.

Impugnantur modi ſupra poſiti.

EX prædictis attamen modis
exponendi Dei infinitatẽ 9
per eſſentiam, nullus eſt,
qui apperiat ipſam. De primo etenim, qui erat *Diui* Thomæ, eſt in promptu impugnatio ex argumento Scoti in art. 11. huius quæſtionis 2. quia, ſcilicet, ſecundum ipſum D. Thomam (inquit Doctor) Angelus eſt immaterialis; ergo in natura erit infinitus, eo quod non conſtat ex materia, & forma. Si ergo illud eſt finitũ quod conſtat materia, & forma, & huius

ius finitatis carentia infinitum conſtituit: optimè arguit *Doctor*, quod Angelus, qui (ſecundum huius ſententiæ Authores) non eſt cōpoſitus ex materia, & forma, eſſet profectò in natura per eſſentiam infinitus.

10. Dices tamen: quod in rebus ſpiritualibus, vbi non eſt materia, & forma, exiſtentia Angeli eius terminaret, & finiret eſſentiam, eo quod eſt compoſitus ex eſſentia & exiſtentia. Quam quidem ſolutionem ponit ipſe Doctor pro D. Thoma, ex cuius ſententia non habetur. Sed expreſſe concluditur contra ipſum, eſſe Angelum infinitum, eo quod ex materia, & forma, non eſt compoſitus. Sed quia forſan de materia, & forma tā phyſicè, quam metaphyſice componentibus poteſt intelligi quod loquatur Doctor Angelicus: ideò pro eo Scotus reſpondet, quod diceret forſan, Angelū eſſe compoſitum ex eſſentia, & exiſtētiæ: quæ quatenus ſunt potentia, & actus, poſſunt metaphyſicè dici materia & forma. Sed tūc contra ipſum redarguit Scotus hac ſolutione admiſſa. Quia (ſecūdum D. Thom.) eſſe, ſeu exiſtentia eſt accidens eſſentiæ, & naturaliter poſterius ipſa: ergo pro illo priori pro quo comcipitur eſſetia ſecundum ſe, vt prior natura ſua exiſtētia, erit intenſiuè infinita per naturā. Ex quo duo concluduntur: & ſcilicet primum, quod eſſentia Angeli in ſe erit infinita formaliter per eſſentiam. Et ſecundum quod per exiſtentiam nequaquam poſſet finita fieri. Nam (vt inquit Doctor) ſi in primo ſigno naturæ eſt per naturam intenſiuè infinita: in ſecundo ſigno nō poterit eſſe finibilis, & ſic numquam erit finita. Cuius rationis efficacia ſtat in huc, quia quod alicui per ſe, & ex natura competit, nō poteſt per aliud ſibi adiunctum ſeu accidens tolli: atque ideo ſic optime Doctor cōcludit. *Breniter ergo dico vnam propoſitionem; quod quæcumq; eſſentia abſolutè finita eſt in ſe, eſt finita, vt præintelligitur omni cōparationi ſui ad aliam eſſentiam.* Vnde inquit: excluditur via inutilis ex immaterialitate inferens infinitatem.

Impugnatio D. Tho. ex verbis Scoti.

11 Sed hanc Scoti impugnationē pro D. Thom. Vazq. c. 2. reprobare intendit, & ipſam friuolā vocat. Quia exiſtentia nō eſt accidēs eſſentiæ ex ſententia D. Tho. vt Scotus ei falſo adſcribit: ſed eſt actus ſubſtantialis illius: quod vero poſsit ab ea ſeparari (inquit Vazquez) parum intereſt, nā, & forma ſubſtantialis poteſt ſeparari à materia: & tamen non eſt accidens illius. Sed profectò miror, Doctorē alias ſapientiſsimum, hac nimis friuola reſponſione ſubtiliſsimā Scoti rationem pro friuola qualificare, vt eius efficaciam ſubterfugiat. Sed ne verbis contendamus, ſed rebus atque conceptibus: à Vazquio quæro in proprio exēplo ſuæ inſtātiæ; an forma accidat materiæ in vnione ſubſtantiali, necne? hoc ſecundum ſane nō dicet: quia & ſi ſit ſubſtantialis actus materiæ eo tamen quod non eſt de conceptu formali illius, ſed ab ea ſeparari poteſt, accidit ſibi: Nam quod poteſt adeſſe, & abeſſe ſinè ſubiecti corruptione eſt accidens. Non quod ſit accidēs in ſe, hoc eſt ad vnum nouem prædicamentorum pertinens: ſed reſpectu illius, quod ſine eo conſeruari, & eſſe poteſt, dicitur accidens: hoc eſt, quia tanquam aliquid extra eius eſſentiam accidit illi: hoc ergo ſpati paſſu mihi ſufficiet exiſtentiam Angeli eius eſſentiæ accidere, quod nunquam D. Thomas negauit: atque ideò non illud Doctor ſubtilis falſo D. Thomæ adſcribit: ſed veram eius Doctrinam ſupponit, vt ſubtiliter oppoſitam ſuæ cōcluſionem poſsit inferre: & tunc adhuc in eodem exēplo ſubtilitate Scotica reperi poteſt, nam forma accidit materiæ, & eſt quid poſterius naturaliter ipſa: ergo pro illo priori ſigno naturæ, pro quo materia eſt ſecūdum ſe prior, quam forma, erit intēſiuè infinita per naturā: ſi quidem omnis infinitas ſibi prouenit à forma, à qua finitur, & terminatur.

Impugnatio Vazq.

Duo igitur inferūtur ex ratione poſita, primū, ſcilicet, quod materia prima ſecundum ſe eſſet per naturā infinita: & ſecundum, quòd per formā finiri non poteſt, propter ſupra factam rationem Scoti de eſſentia, & exiſtentia: & ſi hæc de infinitate inferri nega 12

neris: da mihi aliquid, per quod ante vnionem materiæ ad formam, finiatur materia: ſi autem aliquid habet ante talem vnionem, à quo finiatur: iam non finitur per formam, vt D. Thom. aiebat: ſi vero per formam finitur, neceſſario ante formam finita nō erat. Sed ſecundum D. Thomam in præciſa negatione huius finitatis formaliter conſiſtit infinitas per eſſentiam: ergo materia prima ex ſe, & formaliter per eſſentiam infinita eſſet.

Si igitur hoc argumentum in exēplo adducto à Vazquio, infinitatē de materia prima concludit: multo magis argumentum factum ab Scoto in eſſentia Angeli cōcludere neceſſum eſt: quia Scotus non vocat exiſtentiā accidens eſſentiæ, ſicut albedinē, quæ natura ſua eſt accidens: ſed vocat accidens, eo quod licet actus ſubſtantialis ſit, eſt nihilominus extra rationem eſſentiæ, & accidit ipſi. Argumentum ergo Scoticum tenet, & Vazquij effugium manifeſte patet.

13 Secundo ait Vazquez pro D. Tho. cōtra Scotū, D. Tho. nō poſuiſſe eſſētiā terminari, aut limitari per exiſtentiā: ſed ē cōtra exiſtētiā per eſſentiā: in hoc tamen falſum D. Thomę imponit: quia ſanctus Doctor nō minus vnum per alterum, quàm ē contra alterum per illud vnum finiri determinat. Cum etenim eſſentia, & exiſtentia habeant ſe tāquam materia, & forma, ſeu potentia, & actus in Angelo: eodem modo ſeruata proportione loquitur de exiſtentia reſpectu eſſentiæ, quo loquitur de forma reſpectu materiæ. De forma autem hæc inquit. *Forma vero finitur per materiam inquantum forma in ſe conſiderata cōmunis eſt ad multa, ſed per hoc, quod recipitur in materia, fit forma determinate huius rei.* Non ergo minus forma à materia, quā materia à forma finitur ſecundum ipſum, & ex conſequenti, & ſi eſſentia Angeli habeat ſe, vt forma, & eius exiſtētia, vt materia (cuius oppoſitum probabilius eſt, eo quod exiſtentia actuat eſſentiam) adhuc tamen eſſentia finitur ab exiſtentia ſecundum ipſius D. Thomæ ſententiā. Item tertio, quod dicit Vazquez, non eſt ad propoſitum: quia ibi nō de quātitate molis arguit Scotus, ſed de eadē infinitatē per eſſentiam, & naturam, quam D. Thomas affirmat in negatione finitatis materiæ, & formæ conſiſtere.

14 Hanc ergo Angelicæ naturæ cōpetere ex eius Doctrina cōtra ipſum cōcludit: quinimo, & ipſe D. Tho. hanc Scotici argumenti efficaciam, quaſi antecedenter pręuidens inquit in ar. 2. in corpore. *Si autem ſint aliquæ formæ create, nō receptæ in materia, ſed per ſe ſubſiſtentes, vt quidam de Angelis opinantur: erunt quidem infinitæ ſecundum quid, in quantum huiuſmodi formæ nō terminantur, atque contrahuntur per aliquā naturam,* & continuo ſubdit. *Sed quia forma create ſic ſubſiſtens habet eſſe, & nō eſt ſuū eſſe, neceſſe eſt, quod ipſum eius eſſe ſit receptum, & contractum ad determinatam naturam: vnde non poteſt eſſe infinitum ſimpliciter.* Vnde poterat denuò contra D. Th. aliud confici argumentum, concludendo, Angelum quidē infinitum eſſe ſimpliciter, ſi præciſſe conſiſteret infinitas ſimpliciter in negatione finitatis rei determinatæ per materiam, & formam. Vel nec etiam eſſe infinitum ſecundum quid, ſi ſaluatur vera finitas in entibus, quorum eſſe per naturam determinatur: nam (vt viſum eſt ſupra, non minus fit determinatio naturæ in quocumque cōpoſito ſpirituali ex potētia, & actu, quàm in corpore ex materia, & forma.

Arguitur cōtra Vazquium ex eius Doctrina.

15 Item circa ſecundam Vazq. ſentētiam, quæ aſſerit infinitū per eſſentiā conſiſtere in negatione dependētiæ, à cauſa efficiente: fateor quidem per hanc viam, primo probaſſe Doctorē Dei infinitatem: nam in ar. 8. huiusq. 2. per viam efficientiæ probat, Deū infinitum per eſſentiā formaliter eſſe. Sed hęc via efficientiæ non ponitur ibi, negando Deum ab aliqua cauſa efficiēte habere eſſe (hoc enim ſupponitur certum) ſed affirmādo, quod ſit primum ens, & omnium entiū efficiēs cauſa. Bene ergo probatur Dei infinitas per hoc, quod Deus ſit cauſa efficiēs omnium, vt patet ex dicto articulo: non vero per hoc, præciſſe, quod

quod à nulla cauſa efficiente depen-
deat:ſed eſto, quod optimè proba-
retur Dei infinitas hoc medio nega-
tionis, ſicut & illo affirmationis,&
pluribus alijs vijs:cũ tamen probatio
nes omnes huiuſmodi ſint à poſterio
ri,nulla earũ indicat,in quo formali-
ter ratio infinitatis conſiſtat:nã quod
probetur à poſteriori, quid ſit homo
per riſibilitatem,non infert riſibilita
tem ipſam eſſe rationem,in qua for-
maliter homo conſiſtat: ſed colligi-
tur,quod eſt quædam proprietas con
ſequens ad rationem hominis , per
quam demonſtratione quia,& a poſ-
teriori homo probatur eſſe:ſic quãuis
Dei infinitas probetur à Doctore per
viam efficientiæ,vel finis,vel eminẽ-
tiæ,ſeu per alias vias:non tamen exin
de infertur Dei infinitatem conſiſte-
re in tali efficientia , vtpote in hoc;
quod à nullo efficiente poſsit habere
eſſe,aut quod ſit cauſa efficiens om-
nium, vel ſit finis omnium , vel ens
eminentiſsimum omnium, aut ſimul
omnia intelligat &c.quia dictæ pro-
bationes ſunt à poſteriori, & fiũt per
ea,quæ veluti proprietates quædam
conſequuntur ad infinitum : non ta-
mẽ quod in aliqua earum formaliter
16 conſiſtat infinitas:

Quod autem peculiariter loquen-
do de negatione dependentiæ à cau-
ſa efficiẽte aſſerit Vazquez, in qua in
quit,Dei infinitatem conſiſtere : eſt
ſententia aperte falſa:quia Dei infini
tas(vide pro hoc quæ eleganter docet
Lychetus in 1.diſt.3.quæſt.1. §.*dico
ſecundo*)eſt modus quidam poſitiuus
Deũ poſitiuè a creaturis diſtinguens:
ergo non poteſt conſiſtere in præci-
ſa negatione alicuius finitatis : nam
negatio non poteſt alicui compete-
re,niſi ratione alicuius affirmationis
incompoſsibilis cum eo,quod negat:
ideo enim animal irrationale ſic per
negationem exprimitur,quia quodli
bet tale habet formam poſitiuam ſpe
cificam,qua formaliter rationali op-
ponitur:ſic infinitum finito opponi
tur,non præciſe negatione finitatis:
ſed ratione alicuius entitatis,ſeu mo
di poſitiui,qui per hanc negationem
exponitur. Alias enim in prædicatio-
ne *Deus eſt formaliter infinitus*,non præ
dicaretur de Deo aliquid,quod eſt for
maliter in ipſo,& ſic prædicatio illa
formalis non eſſet:ſed prædicaretur
excluſio illius,quod ſibi non poteſt
competere:hoc autem eſt manifeſtè
falſum:quia negatio nihil tribuit rei;
ſed aliquid negat de re:infinitas au-
tem non ſolum de Deo negat finita-
tem:ſed etiam ipſi tribuit perfectio-
nem,quia idẽtificat Deo omne, quod
eſt cum eo compoſsibile:nam ſi præ-
ciſè in illa negatione dependentiæ à
cauſa efficiente conſiſtit Dei infini-
nitas:à Vazquio inquiro,vnde prouẽ
nit Deo hæc negatio dependentiæ?
profecto,non quia ens eſt: tunc ete-
nim omne ens eſſet infinitum,: ſed
quia eſt tale ens. Tunc iterum quæro;
per quid habeat eſſe tale ens,vt diffe-
rat ab ente finito? ſanè nõ dices, quod
per negationem:quia negatio nõ di-
ſtinguit poſitiuè vnum ab alio , &
Deus poſitiuè differt à creaturis:in
illa ergo ratione,per quam differt ab
ente finito,& ad quam ſequitur fini-
tatis negatio,dico ego formaliter Dei
infinitatem conſiſtere : & quænam
illa ſit,infra patebit.

Nec fundamentum Vazquij oppo
ſitum probat,etiam dato,quod in ne- 17
gatione alicuius finitatis poſſet conſi
ſtere Dei infinitas:quia limitatio cu-
iuslibet entis debet ſibi prouenire
ab aliquo eſſe limitato,quod intrinſe
ce habet:ens enim non dicitur finitũ
extrinſece,ſed intrinſece : non ergo
limitatur ab efficientia cauſę, quæ ſi-
bi in facto eſſe extrinſeca eſt. Vnde
eſto,quod in negatione infinitatis cõ
ſiſteret:conformius ſentiendum erat
cum Diuo Thoma,fininitatem à cau-
ſis intrinſecis rei prouenire,quam cũ
Vazquio ponere finitatem rebus pro
uenire ab intriſeco:ſi ergo non ab ex
trinſeco creaturis prouenit finitas:
conſequenter nequit infinitas Dei in
negatione talis finitatis conſiſtere.

Nec profecto aliquid ex auctorita
tibus D.Dyoniſij,& Nazianzeni pro 18
batur:ibi enim nullum eſt verbum,
ex quo confirmari poſsit Vazquij ſen
tentia:nã etſi probaret D.Dyoniſius
Dei infinitatem per negationem per

fectionis participatæ ab alio efficiente (quod longe diſtat à verbis relatis illius) adhuc non eſſet dicendum in tali negatione infinitatem cõſiſtere: quia ſi idem ſubiectum pluribus modis ex pluribus proprietatibus ſumptis, poteſt à poſteriori probari: cur Dei infinitas per viam efficiẽtiæ omnium, & negationem efficientiæ ab vllo, probari non poterit, abſque eo quod in tali negatione conſiſtat huiuſmodi infinitas?

19 Quod autem dicit Vazquez alias, ſcilicet, infinitates Dei communicari poſſe creaturis, non tamen iſtam in finitatem per eſſentiam, eſt manifeſte falſum, præſertim in exẽplo, quod ponit: nam & ſi Deus ab æterno potuiſſet creare rem aliquam, quæ etiã fuiſſet duratura in ſempiternum: adhuc eſſet verum dicere, quod illa talis creatura incepit eſſe in aliquo inſtanti, & ex conſequenti ante tale inſtans non præfuit. Et tunc iam nõ ei cõmunicaretur durationis infinitas, quæ eſt in Deo: quia in Deo, ita eſt ſine principio, vt nunquam eſſe inceperit: nam incipere eſſe, proculdubio æternitati quam Vazquez vocat durationis infinitatẽ, repugnat. Ex quibus, & alijs pluribus, quæ ommittuntur, reijcitur Vazquij ſententia.

20 *Cõfutatur opinio Alexandri.* Nec etiam placet ſententia Alexãdri, ſi in aliquo ex tribus prædictis modis rationem infinitatis affirmet conſiſtere. Si attamen ex illis velis Dei infinitatem probare, libenter admitto ex quolibet non inefficax fieri argumentum: nam in primo ſumitur quædam ratio infiniti â nobis aſsignata ſupra in Comentario ad articulũ quartum, vbi oſtendimus, quod infinitũ contingẽter omnia agit, & ex hoc terminat res, & nõ terminatur ab aliqua. In ſecundo autem modo ponit infinitatem Dei ab alio non perfici: & hoc oſtenditur ex perfectione eminẽtiſsimi: per quam viam Doctor infinitatem Dei probat in ar. 10. Et tandẽ tertius modus Alexandri eſt per viam finis, quem modum Scotus approbat, infinitatem Dei probando ex via primi finitiui, & vltimi finis (quod idem eſt) & ex hac via Deum eſſe infinitũ concludit ſupra in art. 9. Ex his igitur tribus vijs, ſeu modis à poſteriori probat noſter Alexander, ſicut Scotus Dei infinitatem: non tamen in aliquo illorum ipſam conſiſtere docet. Quare vlterius inquirendum eſt, in quo illis ratio infinitatis conſiſtat.

21 *Improbatur Albert.* Nec denique modus loquendi Alberti difficultatem euacuat. Quia nec ex duratione, aut loco poteſt benè colligi Dei infinitas: nam Deũ nullibi circumſcribi, aut diffiniri, pertinet ad eius immenſitatem, quæ omnẽ locum tranſilit, & in nullo loco terminatur. Immenſitas autem eſt ſpeciale Dei attributum, quod quamuis infinitatem inferat, non poteſt aliam inferre, quã m ſui generis, qua formaliter eſt infinita. Attributa etenim Dei, & ſi ſint formaliter infinita: non tamẽ quodlibet alterius infinitatem tranſcendit: ſed vnom quodq; in proprio genere eſt infinitum, ita vt ſapientia non claudat infinitatem iuſtitiæ, nec è conuerſo: immenſitas ergo ad ſummum proprie infert infinitatem: non â tamen infinitatẽ per eſſentiam, & naturam, quam in præſenti inquirimus. Hæc namque in Deo ipſam immenſitatem, & attributa cætera realiter identificat.

22 Nec etiam aliæ infinitates principij, & finis ſunt ad propoſitum: quia, quod careat principio ſuæ inceptionis, & fine durationis, tantum infert Dei æternitatem, quæ lõge differt ab infinitate: nam æternitas reſpicit exiſtentiam, infinitas autem eſſentiã. Et licet in Deo exiſtentia ſit de conceptu formali eſſentiæ, non propterea tollitur, quod exiſtentia ſeorſum ſumpta ſecundum præciſum conceptum exiſtentiæ aliqualiter poſsit concipi conceptu proprio, quo formaliter eſſentia habet eſſe. Æternitas igitur infinitatem ſopponit, & optimè per æternitatem probatur infinitas. Non tamen æternitas eſt ipſa infinitas: tum propter ſupra datam rationem de immenſitate: quia, ſcilicet, æternitas eſt peculiare Dei attributum: tum etiam quia & ſi ex æternitate à poſteriori probetur infinitas: non ex inde oſtenditur ratio infinitatis

tatis in tali duratione, ſeu æternitate conſiſtere.

---

§. 3.

Ponitur vera Scoti ſententia circa infinitum per eſſentiam, & prælibantur fundamenta illius.

23 RESTAT ergo vt iuxta Scoticam literam, difficultatem quoad primum punctum reſoluamus. Scotus igitur in hac quæſtione diſtinctione ſecunda articulo 10. poſtquam aſſerit infinitum non poſſe cognoſci niſi per finitum, his verbis, *infinitum intelligimus per finitum*, hæc inquit, *& hoc vulgariter ſic ex pono, infinitum eſt, quod aliquod finitum ſecundum nullā habitudinem finitam præciſe excedit: ſed vltra omnem habitudinem aſsignabilem excedit adhuc*. Quæ verba Scoti debent ſummopere conſiderari: ibi enim per ordinem ad finitum, infinitum deſcribit, & quamuis negationem in dicta deſcriptione includit, non eſt, vt in ea rationem infinitatis conſtituat: ſed oſtendit, & quæ negantur de infinito, & quæ affirmantur de eo. Ac ſi declaret rationem infiniti in affirmatione illa conſiſtere, qua, ſcilicet, vltra omnem habitudinem aſsignabilem omne finitum adhuc excedit. Ex qua affirmatione neceſſario ſequitur illam negationem à nullo finito ſecundum habitudinem aliquam aſſignabilem poſſe excedi: & quod hæc negatio ex illa affirmatione ſequatur, non vero ècontra: manifeſtè patet: quia ſtat aliquid non excedi ab alio, abſque eo quod illud excedat. Vt ſi duo homines æqualis magnitudinis eſſent, profecto neuter excederetur ab altero, nec alterum excederet. Stare igitur, quod infinitum non excederetur ab aliquo finito: ex quo tamen non neceſſario infertur infinitum excedere omne finitum. Econtra vero benè ex affirmatione negatio ſequitur: quod, ſcilicet, ſi infinitum excedit omne finitum ſecundum omnem habitudinem imaginabilem, & aſsignabilem: cõſequenter à nullo finito ſecundum omnem talem habitudinem poteſt excedi. 24

In hoc igitur, quod infinitum omne finitum ſecundum omnem habitudinem imaginabilem adhuc excedit, conſtituit Doctor rationem infiniti per eſſentiam. Ad quam rationem poſitiuam ſequitur illa negatio omnis finitatis: non ſolum, vt non dependeat ab alio tanquam à cauſa efficiente, vt Vazquez dicebat, ſeu à limitante per modum materię, & formæ, vt Diuus Thomas ponebat, ſeu ſecundum aliquam aliam peculiarem rationē infinitatis: ſed vt ſit vniuerſalis negatio, & excluſio cuiuslibet habitudinis finitæ ad quodcumque aliud dans ſibi aliquod eſſe per modum cauſæ efficientis, ſeu per modum alterius cauſæ quomodolibet conſideratæ. Conſiſtit igitur ratio infinitatis intenſiuæ, ſeu per eſſentiam, aut naturam, aut inentitate (omnibus etenim his nomnibus hæc appellatur infinitas) in illo eſſe poſitiuo, quo infinitum excedit omne finitum, ſecundum omnem imaginabilem, & aſsignabilem habitudinē. Ad quod eſſe poſitiuum conſequitur per locum intrinſecum, & neceſſariam illationem, hoc quod eſt non poſſe excedi ab aliquo alio: ſiquidem omne tale aliud excedit ſecundum omnem aſsignabilem, & imaginabilem habitudinem. 25

Eſt tamen primo maximè obſeruandum ex Scoto ibidē, quod illa ratio, quā infinitum, omne finitum excedit, non eſt ex ſe, vel actiua per habitudinem, aut comparationem ad finitum: ſed eſt abſolutiſsima in ſe: exponitur tamen per comparationem ad finitum, quia (vt inquit Doctor) non poteſt per aliquid notius

tius explicari: & ideo per comparationem ad ſuum oppoſitum, nempe finitum, intelligitur. Clarius tamen hoc expreſsit Doctor in quodlibetis quæſtione quinta litera B. vbi hanc difficultatem pertractat, his verbis: *Ens infinitum eſt, quod excedit quodcumque ens finitum, non ſecundum aliquam determinatam proportionem, ſed vltra omnem determinatam proportionem, vel determinabilem.* Quæ quidem verba, licet difficultatem includant, ita exponuntur ab eodem Doctore perſequens exemplum, vt per illud totius difficultatis profunditas declaretur.

26 Hæc igitur ſequentia ſunt verba Doctoris ibidem: *Verbi gratia accipiatur hæc entitas albedo, exceditur ab alia entitate, quæ eſt ſcientia in triplo: iterum exceditur ab anima intellectiua in decuplo: iterum à ſupremo Angelo, eſto quod in centuplo, qualiter cumque procedis in entibus ſemper eſset dare, in qua proportione determinata, ſupremum excedit infimum. Non quod ibi ſit proprie proportio talis, quali vtuntur Mathematici: quia non conſtat Angelus ex aliquo inferiori cum aliquo addito, cum ſit ſimplicior: ſed intelligendum eſt hoc ſecundum proportionem virtutis, & perfectionis, ſicut exceſſus in ſpeciebus. Hoc modo per oppoſitum, infinitum excedit in entitate finitum vltra omnem proportionem aſsignabilem.* Hactenus ſunt verba Scoti ita præclara, vt omnem difficultatē euacuēt: & ita clara, vt nulla expoſitione indigeant. Ipſa enim in exemplo poſito, aperte propoſitum manifeſtant.

27 Sed ſi amplius vrgeas, & quæras quænam ſit illa ratio, qua infinitum ſic omne finitum excedit? placuit quidem Scoto hoc tibi abſconditum apperire: ibi enim paulo ante celata verba inquit: *Sed ens infinitum ſic eſt perfectum, quod nec ſibi, nec alieni eius deeſt aliquid.* Et vt hoc explicet paucis interiectis verbis, hæc ſubdit: *Ex hoc poſſumus ens infinitum in entitate ſic deſcribere, quod ipſum eſt, cui nihil entitatis deeſt eo modo, quo poſsibile eſt illud haberi in aliquo vno, & hoc pro tāto additur quia non poteſt in ſe realiter, & formaliter per identitatem omnem entitatem habere.* Ex quibus omnibus colligunt Lychetus in primo diſtinct. 8. quæſtione 3. Tatharetus diſtinct. 3. quæſt. 1. & omnes fere Scotiſtæ, quod infinitas per eſſentiam eſt quædam perfectio includens omnem perfectionem aſsignabilem, & imagnabilem: nam ſicut infinitas magnitudinis (ſi eſſet dabilis verbi gratia in linea) includeret omnem longitudinem imaginabilem, ita quod ſibi nulla pars longitudinis deeſſet: ſic infinitum in entitate, ita omnem entitatem, ſeu omnem perfectionem omnium entitatum includit, vt nulla entitas, aut entitatis perfectio, ſit imaginabilis, aut aſsignabilis, quæ ſibi deeſſe poſsit. Ideo etenim infinitum in etitate, & perfectione eſt, quia omnem entitatem, & perfectionem includit, ita vt ſi ſibi aliqua entitas, ſeu alicuius entitatis perfectio deeſſe poſſet: proculdubio iam infinitum non eſſet.

Quia tamen omnes tales enti- 28
tates, & perfectiones aſsignabiles, & imaginabiles non poſſunt ſimul in vno ſimpliciſsimo ente ſecundum proprias rationes exiſtere: ideo ſunt ibi (vt inquit Doctor) *eo modo, quo poßibile eſt illud haberi in aliquo vno.* Tripliciter ergo aliqua perfectio poteſt eſſe in aliquo: vel primo, videlicet, formaliter, & realiter, ſicut perfectio hominis eſt in homine: vel ſecundo virtualiter, ſicut effectus eſt in ſua cauſa, vtpote roſa in hyeme eſt in arbore: vel tertio eminenter, ſicut minus perfectum in magis perfecto eminentiori modo habetur, ſic valor argenti eminenter habetur in auro. Rurſus aliquæ entitates ſunt perfectiones ſimpliciter (de quibus latè dicetur alibi) vt bonitas, iuſtitia, ſapientia, & cætera attributa, ſeu proprietates. Aliæ vero ſunt perfectiones ſecundum quid, vt perfectiones hominis, Angeli, lapidis, leonis, & cæteræ ſimiles. Priores igitur ſunt in infinito formaliter, & realiter: & ſic valet dice-

re,

re Deus eſt formaliter ſapiens, & realiter ſapiens, ſeu bonus &c. poſteriores vero non ſunt realiter, aut formaliter in Deo: quia Deus non eſt realiter, aut formaliter homo, nec Lapis, nec Angelus &c. ſunt tamen in infinito virtualiter, & eminenter, quia ſunt ibi, tanquam effectus in cauſa, & tanquam minus perfectum in perfectiſsimo. Et ex inde verificatur, quod infinitum in entitate continet in ſe omnem entitatem, & perfectionem formaliter, realiter, aut virtualiter, ſeu eminenter. Quod declarauit Scotus, quando poſtquam dixerat. *Quod ipſum eſt, cui nihil entitatis deeſt*, addit, *eo modo, quo poſsibile eſt illud haberi in aliquo vno*. Et clarius ſe explicuit hæc dicendo. *Et pro tanto additur, quia non poteſt in ſe realiter, & formaliter per identitatem, omnem entitatem habere*. Non enim poteſt in ſe habere realiter, & formaliter entitatem lapidis, aut Leonis, aut equi, quia tales entitates habent admixtam imperfectionem: & ideò non formaliter, & realiter: ſed virtualiter, & eminenter continentur in Deo.

Hoc ergo eſſe perfectiſsimum in-
29 cludendi omnem perfectionem, eſt ratio, in qua formaliter conſiſtit infinitas: & hæc eſt infinitas per eſſentiam, quæ conuenit Deo. Ex qua ſequitur commune illud Scoticum, & Ariſtotelicum Axioma, quod, ſcilicet, infinito nulla poteſt fieri additio. Cuius ratio eſt, quia infinitum omnem imaginabilem perfectionem, quæ ſibi poterat addi, ſua formalitate excedit, eo quod illam omnem perfectiori modo includit.

Secundo obſeruandum eſt, quod
30 & ſi infinitum (vt diximus) omnem perfectionem ſimpliciter, vt pote ſapientiam, & bonitatem, in ſe formaliter includat: non tamen aliqua ex dictis perfectionibus pertinet ad formalitatem infiniti, vt infinitum eſt. Infinitas etenim per eſſentiam (quam Lychetus diſtinctione octaua, quæſtion tertia. §. *ad argumentum*, optime vocat infinitatem primam) eſt quoddam pelagus omnium diuinarum perfectionum, prout conuenit diuinæ eſſentiæ, quatenus præconcipitur antecedenter ad omnes perfectiones attributales, quæ quaſi ab ea pullulant. Hæc ergo infinitas, vt ſic, non continet formaliter ſapientiam, & iuſtitiam, & cætera attributa, aut perfectiones earum, ſed quatenus ad ipſa (vt dictum eſt) præconcipitur, continet illas radicaliter, quia ab ipſa, tanquam à radice emanant. Vnde aliter conſiderandæ ſunt tales perfectiones attributales reſpectu Dei, & aliter reſpectu infinitatis Dei, vt præciſſe infinitas eſt. Primo modo ſunt realiter, & formaliter in Deo: realiter quidem, quia infinitas habet ex munere identificare infinito omne ſibi compoſsibile: atque ideo omnes proprietates, perfectiones, & attributa ſunt in *Deo* realiter idem, eo quod infinitas illa omnia realiter identificat Deo, non variando formalitates eorum: formaliter vero, non quia ſint de formalitate, aut eſſentia Dei, ſed quia in Deo formaliter habent eſſe: ſicut dicimus, quod riſibilitas formaliter eſt in homine, licet non ſit de ratione formali illius. Et ideo dictæ proprietates prædicantur de Deo formaliter, ſaltim in ſecundo modo dicendi per ſe, ſicut riſibilitas prædicatur de homine.

Secundo vero modo, vt pote reſ-
pectu infinitatis præciſe ſumptæ, & 31
ſi cum illa identificentur realiter, non tamen formaliter ſunt in illa: quia infinitas non eſt formaliter ſapientia, licet ſit ratio identificandi ſapientiam cum Deo. Infinitas igitur in illo præciſo conceptu, quo Deus formaliter eſt infinitus, importat illum gradum perfectionis, cui nulla additio fieri poteſt, & qui omnem perfectionem excedit: prout vero omnia realiter *Deo* identificat, includit omnem perfectionem attributalem, & quamlibet Deo quomodolibet compoſsibilem.

32 Sed numquid pro illo priori, pro quo nondum concipitur perfectiones attributales realiter identificari cum Deo, eſt non ita perfecta infinitas, ſicut quatenus illas ſibi identificatas realiter continet? Videtur quod non: quia attributa ſunt formaliter infinita: ergo pro illo priori videntur deficere primæ infinitati infinitates attributales: & ex conſequenti ſibi poteſt fieri additio earum. Reſpondeo, quod hæc eſt differentia inter primam infinitatem, & infinitates attributales, quod prima in ſeipſa non eſt in aliquo peculiari genere, ſed omnia genera perfectionum tranſcendit, & in ſeipſa formaliſsime, inſimul omnem imaginabilem perfectionem includit. Infinitas vero attributalis eſt in proprio genere, ita quod ſapientia eſt tantum infinita in genere ſapientiæ (vt ſupra obiter tetigi) & omnem perfectionem huius generis continet: non tamen continet infinitatem aut perfectionem miſericordiæ aut iuſtitiæ. *Præterea* attributa habent ſuam perfectionem, & infinitatem à prima infinitate, à qua quaſi pullulant: non tamen prima infinitas aliquid perfectionis ſibi accipit ab attributis. Dico ergo, quod & ſi non poſsit concipi infinita attributalis perfectio ſine prima infinitate: poteſt nihilominus infinitas prima pro illo priori concipi perfectiſsime infinita, antecedenter ad perfectionem attributalem. Quia in ſe formaliſsime continet extra genus omnem perfectionem, quam attributum quodlibet continet in proprio genere.

33 Porro ſi tandem inquiras, quomodo clarius poſſemus intelligere, quid ſit infinitas iſta, prout dicit conceptum quomodolibet ab eſſentia condiſtinctum? Reſpondeo, quod ſicut ſupra in difficultate 41. notauimus, infinitas non competit, niſi enti quanto, vbi per appropriationem quantitatis molis in quantitate virtutis, & perfectionis ſolummodo infinitas reperitur: ſic in diuinis ponenda eſt infinitas in quantitate virtutis, vt potè in magnitudine eius ſummæ perfectionis. *In* qualibet ergo qualitate, vt potè in calore, duo conſideranda ſunt, ſcilicet, & calor ipſe quoad entitatem, & rationem ſpecificam caloris: & gradus intenſionis quoad quantitatem, quo calor eſt intenſior, vel remiſsior: ita quod gradus intenſior eſt perfectior, quam remiſsior. Eodem modo *Philoſophandum* eſt in Deo, in quo & reperitur eſſentia, & entitas Deitatis, quæ eſt ipſa natura diuina ſecundum ſuam quidditatem, & formalem conceptum: & etiam reperitur gradus perfectionis talis eſſentiæ. Sicut igitur ſi dari poſſet intenſiſsimus gradus caloris, ita in ſummo, vt à nullo calore poſſet excedi: & omnes gradus imaginabiles, & aſsignabiles poſitiuè excederet, eſſet proculdubio infinita caloris perfectio. Sic conſiderandum eſt, quod gradus perfectionis diuinæ eſſentiæ, ita excedit omnes imaginabiles perfectiones cuiuslibet entitatis, vt ex hoc poſitiuo exceſſu, à nullo alio poſsit excedi: atque ideo infinita eſt ſimpliciter perfectio huiuſmodi gradus entitatis diuinæ.

34 Hæc igitur perfectio entitatis eſſentiæ, & naturæ diuinę in infinito gradu intenſa, eſt formaliter infinitas entitatis, & per eſſentiam, & per naturam, & infinitas intenſiua, & infinitas ſimpliciter, qua Deus formaliter eſt infinitus per eſſentiam. Differt tamen hæc infinitas ab infinitate exempli: quia infinitas illa caloris eſſet (vt dixi de ſapientia) infinitas in proprio genere. At vero infinitas per eſſentiam, & in entitate eſt extra omne genus, & omnem entitatem tranſiliens, & veluti omnium imaginabilium entitatum perfectiones tranſcendens.

(:)

§. 4.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

35 HIS præhabitis difficultatem concludendo dico primo, quod Dei infinitas, quæ Deo conuenit per eſſentiam, pro formali, non conſiſtit in negatione alicuius finitatis: ſed eſt ratio poſitiua in Deo, qua Deus poſitiuè eſt formaliter infinitus: licet benè per ne- 1. Conclu. gationem omnis finitatis explicetur. Concluſio hæc eſt Scoti (vt viſum eſt in eius litera) quæ ſtatuitur contra primam, & ſecundam ſententiam conſtituentium infinitatem huiuſmodi in negatione alicuius finitatis conſiſtere: quæ ſatis probata eſt ibi in impugnationibus prædictarum opinionum: eam tenent communiter grauiſsimi Theologi, & (vt credo) nemo præter Vazquium oppoſitam tenet: nam licet infinitatem per negationẽ prædictam explicent communiter omnes: nihilominus, qui benè ſentiunt, aiunt huiuſmodi negationem eſſe indicatiuam alicuius poſitiui, in quo infinitas formaliter conſiſtit. Sic Suarez 1. part. lib. 2. de attributis negatiuis cap. 1. inquit, quod quoad poſitiuum per illam negationem indicatũ, illud nihil aliud eſt, quã ipſa cõſumata perfectio Dei, qua maior excogitari non poteſt, nec illi poteſt aliquid deeſſe, quod ad ſummam entis perfectionem poſsit pertinere. Sic etiam loquitur Gregor. de Valencia 1. part. quæſtione 7. diſputa. 1. puncto 1, §. *&* *hactenus*, vbi etiam in hunc modum explicat ſententiam Diui Thomæ, quatenus ait iuxta Angelicum Doctorem, quod licet omnis negatio videatur haberé quandam carentiam: nihilominus tamen rectè mouet Diuus Thomas in articulo 1. infinitatem hanc eſſentiæ diuinæ cõtinere maximam perfectionem. Et quidem (inquit ipſe Valencia) facillimè hoc poteſt inde explicari, quod huius infinitatis diuinæ, vt per negationem exprimitur, quaſi fundamentum eſt quædam plenitudo, & copiá perfectionum omnium, quæ eo ntinẽtur in latitudine totius entis. Et ſic ſere reliqui Doctores ad hunc ſenſum prædictam negationem, qua infinitum exprimitur, explicant.

36 Atqui contra hanc concluſionem ex OKamo arguitur: nam ſi conceptus infinitatis, prout concipitur condiſtinctus ab eſſentia, eſt poſitiuus: ergo eſt conceptus poſitiuus partialis componens vnum totalem cũ Deo, & ex conſequenti Deus, vt infinitus, eſt compoſitus, & non ſimplex.

37 Profecto non fugit Lychetus in primo diſtinct. 3. quæſt. 1. §. *dico ſecundo*, concedere conceptũ entis infiniti ſuo modo compoſitum eſſe ex ratione entis, & conceptu infinitatis; ait enim, quod ens infinitum ſuo modo compoſitus eſt; conceptus vero infinitatis in ſe ipſo eſt ſimplex. Et quidem hæc compoſitio *ſuo modo*, quam ipſe concedit, non eſt vera cõpoſitio, ſed quaſi conſtitutio duplicis conceptus: quia ens infinitum eſt reſolubile in duos conceptus, ſcilicet, in conceptum entis, & in conceptum infinitatis. Et quidem hunc modum compoſitionis admittere nõ inconuenit, ſiquidem nullatenus omnimodè ſimplicitati opponitur: nam ſimplicitas (vt infra in proprio loco videbitur) admittit, non ſolum diſtinctionem fundamentalem conceptuum: ſed etiam actualem formalitatum. Verum quia iſta loquutio Lycheti, qua compoſitionem admittit, non eſt ita vſitalis in Scholis: aliter dico, non tantum reſolubilem eſſe cõceptum entis infiniti in conceptum entis, vt ſic, & in conceptum infiniti, ſed etiam eſſe reſolubilem in conceptum diuinæ eſſentiæ, & in cõceptum infinitatis illius: & non ob id admittendum eſt compoſitum aliquod ex eſſentia, & infinitate.

38 Hæc duo ſic probo, nam quod ſit reſolubilis in conceptum eſſentiæ, & in conceptum infinitatis, ex eo

patet: quia vt ex infra in difficultate ſequenti dicendis ſuppono, infinitas non eſt de conceptu formali diuinæ eſſentiæ: ſed, vt nuper notauimus, eſt gradus intrinſecus illius. Gradus autem diſtinctum conceptum habet à conceptu rei, cuius eſt gradus. Quod autem non exinde inferatur inter eſſentiam, & infinitatem aliqualis compoſitio, facillimè conſtat, quia gradus, ſeu modus intrinſecus rei non facit compoſitionem cum re, cuius eſt gradus. Non enim componitur calor ex ſua entitate ſpecifica, & gradu ſuæ intenſionis, ſed ſeruata formalitate gradus. ſeu modi, eſt idem entitati, cuius eſt modus. Ex quo ad argumentum OKami negatur inferri compoſitionem ex poſitiuo conceptu infinitatis, & entis.

39 2. Concluſ. Dico ſecundo, quod Deus eſt formaliter infinitus per eſſentiam. Concluſio hæc ſecundum fidem, & ſecundum rationem naturalem eſt certa. Quæ probatur primo teſtimonijs ſacræ Scripturæ, & præſertim ex illo Pſalmi 144. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis*, & illo Baruch capite 3. *Magnus eſt, & non habet finem excelſus, & immenſus &c.*

Item probatur ex diffinitione Eccleſiæ: nam in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio Tertio in capite *firmiter* de ſumma Trinitate, & fide Catholica, vbi hæc habentur. *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quod vnus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis &c abſque initio ſemper, & ſine fine.*

40 Probatur tertio auctoritatibus Sanctorum Patrum: nam Diuus Dyoniſius de diuinis nominibus capite 9. loquens de Deo: hęc inquit, *Magnus eſt ſuper omnem magnitudinem, omnem tranſiliens infinitatem.* Diuus Gregorius Niſſenus oratiõne prima ſupra Geneſim. in illa verba: *Faciamus hominem, &c.* hæc profert, *faciamus hominem, magnum cogita* (ſcilicet Deum) *& huic magno plus etiam atque etiam adde, quàm cogitaſti, atque ita exple cogitationem tuam: neque vnquam, quæ infinita ſunt, capies, nec magnitudine concluditur, nec finibus cohibetur*. Diuus Baſilius homil. in principium Ioannis, ait, *infinitus Pater, infinitus Filius &c.* Diuus Theodoretus ſermone ſecundo de prouidentia inquit. *Deus ipſe, & increatus, & infinitus eſt: omnia complectitur, ipſe à nullo circumſcriptus.* Diuus Damaſcenus lib. 1. orthoxæ fidei capite 4. ait: *Infinitus eſt Deus, & incomprehenſibilis, atque hoc vnum ex eo percipi, ac comprehendi poteſt, quod nimirum ipſe infinitus, atque incomprehenſibilis ſit.* Videatur pro hac concluſione Diuus Auguſtinus lib. 3. contra Maximum capit. 62. propè finem.

Ratione autem probatur concluſio, demonſtrationibus naturalibus, quibus Doctor per plures vias in huius quæſt. ſecũdæ articulis probat Dei infinitatem: vtpote ex via efficientiæ, & ex via finis, & ex via eminentiæ, & ex eo, quod omnia actu intelligit &c. Prout ex ipſorum articulorum titulis conſtat. In illis etenim optimis naturalis rationis diſcurſibus concluditur, Deum formaliter, & ſimpliciter eſſe per eſſentiam infinitum: non tamen hic prædictæ rationes repetuntur, eo quod ibi habentur in textu: & ſi quam difficultatem includũt, per notata in Commentarijs explanantur: atque ideo pro nũc vnica tantum ratione, quæ eſt ipſius Scoti, probatur concluſio: nam omni ente finito poteſt aliquod aliud ens eſſe ſimpliciter perfectius: ſed Deo nullũ ens poteſt eſſe perfectius, ſiquidem eſt ens primum, & eminentiſsimum omnium entium, vt patet ex art. 3. huius quæſtionis: igitur Deus non eſt ens finitum: ergo infinitum, quia inter finitum, & infinitum, loquẽdo de entibus quantis nullum poteſt excogitari medium. 41

Ad fundamenta autẽ opinionũ, quæ contra noſtram primã cõcluſionẽ militant, ſatis reſpõdetur ſupra in earũ impugnationibus, vbi oſtenditur 42

diuinam

diuinam' infinitatem non poſſe negatione conſiſtere.

DIFFICVLTAS XLIIII.

Vtrum infinitas ſit de eſsentia Dei, aut eius modus intrinſecus?

§. 1.

Proponitur ſtatus controuerſiæ, & duæ variæ ſententiæ referuntur.

1 NON prolixo ſermone hãc difficultatem tractabo, licet ingentem controuerſiam inuoluat: quia partim eius reſolutio pendet ex pluribus, quæ iam in præcedente ſunt prælibata, & partim ex eis, quæ infra in quęſtione de diſtinctione attributorum diſcutienda erunt. Eſt attamen præſens difficultas præcedentis optimum complementum: & ad ſequentem de diſtinctione attributorum, pręambula neceſſaria. Ne autem titulorum æquiuocatio nouicios poſsit confundere: ſupponendum eſt, aliud eſſe, Deum eſſe per eſſentiã formaliter infinitum: & aliud infinitatem eſſe de conceptu formali, & eſſentia Dei. Primum etenim tantum inueſtigat infinitatem in entitate, ſeu intenſiuam, quæ dicitur per eſſentiam, *Deo* formaliter in aliquo modo dicendi per ſe conuenire, in eo tãtũmodo ſenſu q́ Deus eſt formaliter infinitus, ſecũdũ vero vlterius pergit, & quærit: in quo modo dicendi per ſe infinitas Deo conueniat? an, ſcilicet, in ſecundo, ſicut proprietas, ſeu propria paſsio conuenit ſubiecto, in quo quidem modo conueniunt attributa Deo? an vero ſicut modus intrinſecus conuenit conſtituto, & rei cuius eſt modus? an tandem conueniat ſibi in primo modo dicendi per ſe tanquam ratio formalis ipſius, atque ita infinitas ſit de eſſentia Dei.

2 Diuinam igitur infinitatem eſſe quaſi propriam paſsionem *Dei* videntur tenere quam plurimi, cum etenim ad diuinam eſſentiam comparentur proprietates, & attributa ſicut in creatis propria paſsio ad ſubiectum: conſequenter videtur, quod ab omnibus, à quibus infinitas dicitur Dei attributum, dicatur quoque propria Dei paſsio. *1. Sentent.* Eſſe autem infinitatem attributum Dei, inter cætera attributa quæ numerari ', ſentiunt communiter omnes Thomiſtę cum Diuo Thoma prima parte quęſtione 7. articulo 1. & alibi, & idem affirmant Suarez prima parte lib. 2. de attributis negatiuis capit. 1. Vazquez prima parte diſputatione 25. capite 4. Valentia quæſtione 7. diſputatione 1. puncto 1: & communiter fere omnes. *D. Thom. Suarez. Vazquez. Valentia.* Quorum fundamentum eſt, quod ſicut Deo conueniunt immenſitas, & æternitas, ſic; & infinitas: ſed immenſitas, & æternitas ſunt proprie attributa Dei: ergo, & infinitas eius attributum erit. Quibus accedit OKam relatus & impugnatus à Lycheto in primo diſtinctione 3. quæſtione 1. qui ex poſitiua ratione infinitatis arguit compoſitionem in Deo, qualis increatis eſt ex ſubiecto, & propria paſsione. *OKam. Lychetus. Baccon.* Ex quo infert cum Baccone, & alijs, infinitatem eſſe propriam Dei paſsionem.

3 Argumentum autem eius eſt huiuſmodi, omne quod demonſtratur de aliquo, quod non prædicatur de eo in primo modo dicendi per ſe, eſt paſsio illius: ſed infinitum eſt huiuſmodi reſpectu *Dei*: quia non eſt de eſſentia eius: & ideo non prædicatur de eo in primo modo dicendi per ſe (vt Scotus affirmat) & tamen demonſtratur de Deo per plures demonſtrationes Scoti, quod ſit infinitus: ergo infinitas, propriſsime loquẽdo, eſt proprietas,

ſeu

ſeu propria paſſio diuinæ eſſentiæ.

4 Aliter vero ponitur ab alijs infinitatem eſſe de eſſentia Dei eadem ratione, qua tenent omnia attributa eſſe de eſſentia, & quidditate naturæ diuinæ. Sic ſentit Zumel 1. part. quæſt.27.art.2.ſua quæſt.8.§. *alterum dubium eſt*, item Suarez part.1. lib.2. c.22.n.9.tenet attributa eſſe de quidditate eſſentiæ Dei, & lib.1.c.12.numer.3.tenet, eſſentiam eſſe de quidditate attributorum: & plures alij ſunt huius ſententiæ. Si ergo infinitas *Dei* eſt attributum illius (vt ipſi affirmant) proculdubio iuxta eorum ſententiam infinitas Dei eſt de conceptu formali, & quidditatiuo diuinæ eſſētiæ: & in terminis loquēdo de infinitate tenet Landulphus citatus à Sirecto in formalitatibus folio 143. quod etiam ſi ſit modus intrinſecus Dei, eſſe tamen de quidditate Dei. Probatur a Zumelio: quia æternitas eſt de eſſentia Dei, vt patet 12. Meta. textu 39. ergo etiam alia attributa ſunt de eſſentia *Dei*: ſed infinitas eſt attributum diuinum: ergo eſt de eſſētia Dei.

2. Conclu. Zumel. Suarez.

5 Secundo: eſſe Dei eſt de eſſentia eſſentiæ Dei, prout nos late probauimus ſupra indifficultate 40. vbi oſtendimus diuinam exiſtentiam eſſe de eſſentia eſſentiæ: ſed Dei infinitas, & omnes perfectiones diuinæ eſſentialiter continentur in eſſe Dei: ergo infinitas, & omnes diuinæ perfectiones ſunt de eſſentia eſſentiæ Dei. Conſequentia probatur: quia ſi animal eſt de eſſentia hominis, omnia, quæ ſunt de eſſentia animalis, erunt de eſſentia hominis. Ex quo prouenit, ꝙ infinitas, & omnia attributa diuina formaliter, & eſſentialiter pertinent ad eſſentiam Dei: & ideo formaliter, & eſſentialiter prædicantur de ipſo.

6 Tertio: quia non minus eadem eſt infinitas Deo, quam eius ſapientia: ſed ſapientia eſt eadem eſſentialiter Deo, & eſt de quidditate, & eſſentia illius: ergo & infinitas. Probatur minor à Zumelio ex Diuo Auguſtino lib.7. de Trinitate capit.2. vbi dicit, *quod ſapientia eo quo eſſentia*: ergo eſſentia formaliter eſt ſapientia: ſed eſſe eſt de eſſentia Dei, & prædicatur de illa formaliter, & eſſe eſt viuere, vt patet ex Diuo Auguſtino in libr. de cognitione veræ vitæ capite 7. & lib.6. de Trinitate capit.7. & lib.7. cap.1. Ex quo probat Auguſtinus Patrem non ſapere ſapientia genita: alias eſſet ſapiētia genita, & hoc ideo eſſe, ꝙ ſapere, id eſt eo eſt quo ſapiens eſt: ergo &c.

Quarto: quoniam quidquid prædicatur in Deo, vel prædicatur ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum relationem, vt docet Diuus Auguſtinus quinto de Trinitate: ſed infinitas, & cætera attributa non prædicātur de Deo ſecundum relationem: quia nō ſunt relatiua ſed abſoluta: ergo prædicātur de Deo ſubſtantialiter: ergo eſſētialiter. Cōſequētia patet: quia quæ conueniunt Deo ſecundum ſubſtantiam, conueniunt illi per eſſentiam: atque ideo, quæ prædicantur de Deo ſubſtantialiter, prædicantur etiā eſſentialiter. Quæ autem prædicantur de Deo eſſentialiter, ſunt de illius eſſentia, ſicut quæ prædicantur eſſentialiter de homine, ſunt de eſſentia hominis: ergo infinitas, & cætera attributa, ſunt de quidditate, & eſſentia Dei. 7

Quinto ſpecialius de infinitate arguitur, quod ſit de eſſentia Dei: Nam illud eſt de eſſentia Dei, quo eſſentialiter conſtituitur in illo eſſe, per quod formaliter diſtinguitur ab omni, quod non eſt Deus: ſed infinitas eſt huiuſmodi, nam ens diuiditur in Deum, & non Deum per infinitum, & finitum: ita vt infinitas, & finitas ſint formalia diſtinctiua membrorum diuidentium. Per nihil ergo aliud diſtinguitur Deus ab ente finito, quod eſt non Deus, ſed creatura: niſi per infinitatem: ergo hæc infinitas, quæ Deum à non Deo diſtinguit, eſt ratio eſſentialiter conſtitutiua Dei in eſſe Dei, & ex conſequenti infinitas eſt de eſſentia Dei. 8

9 Sexto, tandem arguitur efficacius, quia ſi infinitas non eſt de eſſentia Dei: ergo diuina eſſentia pro illo priori, pro quo eſt præciſe eſſentia, & vt præciſe eſſentia eſt, vt præconcipiatur condiſtincta ab omni, quod eſt de conceptu formali, & quidditatiuo ſui, non eſt infinita: ergo eſt finita. Antecedēs probatur: quia eſſētia ſecūdū eſſētialia prædicata, vel includit infinitatem, vel nō. Si primum, habetur intentum, quod infinitas intret rationem eſſentialem illius. Si ſecundum: ergo pro tunc non eſt infinita, illa vero prima cōſequentia probatur: quia omne ens quantū, vel eſt finitū, vel infinitū: quod patet ex adæquata diuiſione entis quanti: diuina autem eſſentia, adhuc præciſe conſiderata, ſecundum ſuam præciſam quidditatem, eſt ens quantum, & perfectum. Solum enim de relationibus negauit Scotus eſſe entitates quantas quantitate virtutis, prout latè infra in loco proprio videbitur. Si igitur eſſentia eſt ens quantum pro illo priori, pro quo concipitur præciſe, vt eſſentia, ſecundum ſua eſſentialia prædicata: vel igitur eſt prout ſic ens finitū, vel infinitū. Si primum dixeris: ergo eſſentia diuina clauditur ſub oppoſito membro diuidente ens, & ex conſequenti erit ſub genere, quod negatum eſt ſupra in difficultate 42. ſi autem ſecundum fatearis, habetur intentum, quod, ſcilicet, infinitas pertinet ad quidditatem, & eſſentiam Dei.

§ 2.

Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.

10 IN oppoſitum autem eſt litera Doctoris in quodlibetis quæſtione quinta litera C. vbi poſtquam infinitum per eſſentiam, ſeu intenſiue late deſcribit, & explicat, hæc profert: *Ex hoc ſequitur, quod infinitas intenſiua non ſe habet ad ens, quod dicitur infinitum, tanquam quædam paſsio extrinſeca adueniens illi enti: nec etiam eo modo quo verum, & bonum intelliguntur paſsiones entis. Imò infinitas dicit modum intrinſecum illius entitatis, cuius eſt ſic intrinſecum, quod circumſcribendo quodlibet, quod eſt proprietas, vel quaſi proprietas eius, adhuc infinitas eius non excluditur: ſed includitur in ipſa entitate, quæ eſt vnica:* & infra non multis interpoſitis verbis hæc ait: *Ergo ipſa infinitas eſt magis modus intrinſecus eſſentiæ, quam aliquod attributum.* Hæc Scotus, qui plura, & præclara docet in citata quæſtione, ſequuntur in Baſſolis eū primo diſtinctione 2. quæſt. 2. Rubionis ibidem, Lychetus diſtinct. 3. quæſt. 1. à §. *ſed in iſta litera Doctoris*, & in diſtin. 8. quæſtione 3. à §. *ſecundo arguitur*, Tachāretus diſtin. 3. quæſt. 1. §. 4. *dico*, Vigerius ibidem Maronis diſtin. 2. quæſt. 6. & 7. Pater Rada 1. part. controuerſia 27. ſub explicatione tituli §. *ex his ſequitur.* Pater Herrera in 1. diſtinct. 8. quæſt. 9. notabili quarto, & omnes Scotiſtæ, & nouiſsimè ex illuſtriſsima Diui Auguſtini familia noſter ſapientiſsimus Luſitanus Pater Ægidius tomo 1. de beatitudine lib. 5. quæſt. 5. §. 3. num. 61. & §. 8. num. 137. vbi hanc Scoti ſententiam eruditiſsimè ſequitur.

Baſſolis.
Rubionis.
Lychetus.
Thataretus
Vigerius.
Maronis.
Rada.
Herrera.
Ægidius Luſitanus.

Verum pro intelligentia literæ Scoticæ, & quæſtionis reſolutione primo obſeruandum eſt, Doctorem ſubtilem à primis duabus ſententijs differre: tum, quia negat infinitatem eſſe paſsionem, ſeu quaſi paſsionem eſſentiæ, vt prima opinio ponebat: tum etiam quia negat eſſe diuinum attributum, vt ponebat ſecunda, atque ideo etiam ſi attributum eſſet de eſſentia, & quidditate Dei (quod ipſe alibi negat) nunc tamen ſpecialiter de infinitate loquendo: non quidem pertinere infinitatem ad quidditatem, & eſſentiam Dei, ſed eſſe eius modum intrinſecum, expreſſe affirmat. Vt autem eius litera ex actius poſsit intelligi, ſupponendum eſt aliquas eſſe paſsiones 11

extrinſecas, quæ ſcilicet ſunt extra rei eſſentiam, & illam conſtitutam in eſſe eſſentiali ſupponunt. Atq; ideo licet ſint idẽ realiter cũ illis: eis tamẽ dicuntur extrinſece aduenire, quatenus enti cõpleto in ſua eſsẽtia, & quidditate adueniunt. Sic riſibile dicitur paſsio extrinſeca rationalis, & iſtæ quidem paſsiones cũ ſubiecto, à quo profluunt, compoſitionem accidentalem, licet inſeparabilem faciunt, quia & ſi ſint accidentia, & accidentaliter prædicentur de ſubiecto, quod ex genere & differentia compoſitum præſupponunt, inſeparabiliter tamẽ dicuntur accidere illi, quia realiter identificantur cum eo.

12 Aliæ vero ſunt paſsiones tranſcendentales, quæ quamuis non ſint de eſſentia ſui conſtituti: nihilominus ita tranſcendunt eius quidditatem, & entitatem, vt antecedenter ad omne genus, conuertibiliter illi conueniant. Et huiuſmodi paſsiones nullam cum ſuo conſtituto compoſitionem admittunt ob tranſcendentalem identitatem. In quo differunt ab alijs paſsionibus, quia cum illæ ſubiectum adæquate, & complete conſtitutum ſupponant: accidit illis, quod realiter identificentur cum eo, & ideo compoſitionem accidentalem cum ſubiecto admittunt: iſtæ vero, cum tranſcendant entitatem ſui conſtituti, ex ratione ſua habent in eo eſſe imbibitas. Atque ideo nec ſupponunt illud adæquatè completum, aut perfecte contractum: ſed eius ſimpliciſsimam entitatem tranſcendunt, & ſic non poſſunt cum eo compoſitionem aliquam facere. Sic ſunt illæ communes paſsiones entis, quæ dici ſolent eius tranſcendentia, vt bonum, & verum &c. Quo poſito inquit Doctor in litera, quod infinitas non conuenit Deo tanquã quædam paſsio extrinſeca vt pote ſicut riſibilitas conuenit homini: nec conuenit Deo eo modo, quo verum, & bonum intelliguntur paſsiones entis, vel eius proprietates. Quia licet huiuſmodi paſsiones ſint tranſcendentes, & intimius competant enti, quam riſibilitas homini: adhuc tamen habent formalitates proprias in proprio genere: ita vt formalitas boni ſit diſtincta à formalitate veri: infinitas tamen intimior eſt diuinæ eſſentiæ, quam bonitas, & veritas enti. Vnde Scotus eleganter concluſit infinitatem non eſſe attributum diuinæ eſſentiæ: nam & ſi ſapientia, & cætera attributa, non ſe habeant reſpectu eſſentię, ſicut paſsiones, & proprietates extrinſecæ, ſed veluti paſsiones tranſcendentales, vt verum, & bonum, quia ſicut dictum eſt, & late expoſitum ſupra, in difficultat. 42. diuina ſapientia eſt proprietas tranſcendens naturæ diuinæ, ſicut & alia attributa: nihilominus tamen multo intimior eſt diuina infinitas eſſentiæ Dei, quam huiuſmodi tranſcendentia, quantumuis intime identificentur cum ea.

13 Huius tamen rationem facillime poſſumus reddere, quia videlicet diuina attributa, & ſi tranſcendentia ſint habent inter ſe, & ab eſſentia formalitates diſtinctas: At vero infinitas non dicit formalitatem diſtinctam à formalitate eſſentiæ. Nam & ſi infinitas ſecundum præciſum conceptum in ſe ipſa, & prout ab eſſentia condiſtinguitur (vt dictum eſt in difficultate præcedente) hæc nihilominus formalitas, non eſt formalitas entitatis ſicut formalitates ſapientiæ, bonitatis &c. Sed eſt formalitas modalis ſeu gradualis, ſicut diſtinguimus modum, ſeu gradum à re cuius eſt modus ſeu gradus. Sic enim diſtinguimus formalitatem infinitatis à Deitate, atque ideo formalitas hæc infinitatis, vt ſic, non eſt aliqua formalitas diſtinctæ realitatis, aut entitatis, aut diſtinctæ rationis formalis, quæ per diſtinctam diffinitionem habetur: ſed eſt formalitas diſtinctæ conceptibilitatis, qua quidem aliter conceptibilis eſt modus, quam res, cuius eſt modus. Nam vt optime in ſuis formalitatibus notauit Syrectus, & Ioannes Valonis ibidem fol. 159. modus non eſt ens in recto, ſed in obliquo, hoc eſt entis. Ac ſi per hũc caſũ obliquũ explicetur nõ eſſe ali-

aliquam entitatem, ſed aliquid entitatis, ideſt modus illius. Conceptibilitas igitur infinitatis dicitur formalitas modi, ſeu modalis, non tamẽ formalitas entitatis: Sic ergo intelligitur litera Scoti, quòd, ſcilicet, infinitas, nec eſt paſsio extrinſeca Dei illi adueniens, neque tranſcendens, ſicut bonum, ſeu verum, ſapientia, & alia attributa: ſed modus intrinſecus illius entitatis, cuius eſt, ſcilicet, Dei.

14 Quod autem iſte modus, qui eſt infinitas intimior ſit diuinæ eſsentiæ, quam perfectiones attributales, licet (vt loco citato de mente Scoti vidimus) ſint tranſcendentales manifeſtat Doctor ipſe loco nuper citato his verbis. *Vnde de ipſa entitate præciſiſſime accepta, abſque, ſcilicet, quacumque proprietate, verum eſt dicere, quod aliquam magnitudinem propriam virtutis habet ſibi intrinſecam, & non magnitudinem finitã: quia ipſa repugnat ſibi: ergo infinitam.* Quatenus ergo eſsentia Dei præconcipitur antecedenter ad perfectiones attributales, iam ſupponitur infinita: ergo infinitas eſt ſibi intimior, quam attributa, & omnes paſsiones, ſeu quaſi paſsiones tranſcẽdentales. Quod autem etiam ipſa infinitas poſsit præſcindi, non ſolum à proprietatibus prædictis, ſed etiam ab ipſa eſsentia, & concipi præciſiſsimè ſecundum ſe, probatur ex ſequentibus verbis eiuſdem Scoti ibidem. Hæc enim inquit: *Ipſum etiam infinitũ præciſiſsime acceptum, non ſub aliqua ratione proprietatis attributalis, vt bonitatis, vel ſapientiæ, poteſt comparari ſecũdum ordinem eſſentialem ad aliqua quæ excedit & non ſecundum aliquam proportionem determinatam, quia tunc eſſet finitum intrinſecus: ergo modus cuiuslibet infiniti intenſiue eſt ipſa infinitas, quæ intrinſece dicit ipſum eſſe, cui nihil deeſt.* Habetur ergo ex Doctoris litera intimiorem eſse infinitatem diuinæ eſsẽtiæ, quam ipſa tranſcendentia eius: quia, vt ipſe inquit, eſt ſibi ſic intrinſeca, quod circumſcribendo quodlibet, quod eſt eius proprietas, vel quaſi proprietas: adhuc infinitas eius non excluditur, ſed includitur in ipſa entitate Dei: quæ eſt vnica, vt condiſtincta à pluribus proprietatibus: & vt ſic diſtincta, & vnica, adhuc eſt intrinſece infinita.

Verumenimvero, ſi ita intrinſeca eſt ipſi entitati *Dei* infinitas, qua ratione poteſt ſanè negari eſſe de quidditate, & ratione formali illius? Pro hoc reſoluendo, eſt obſeruandum ſecundo quod modus intrinſecus (vt docet Doctor infra diſtinct. 8. quæſt. 4. art. 2. & ex ipſo notauit Syrectus vbi ſupra fol. 142.) eſt ille, qui non variat rationem formalem conſtituti per ipſum, neque eſt remotus ab illo, ideſt, qui de ſe nullam rationem formalem cõſtituti dicit, nec extra conſtitutum eſſe concipitur. De ſecundo viſum eſt ſupra, quia licet concipiatur ſecũdum ſuam formalitatem modalem, iuxta, quam eleganter tenuit Maironis formaliter negatiue, ſeu modaliter, diſtingui à conſtituto: non tamen concipitur conceptu propriæ entitatis: ſed conceptu modi entitatis alicuius. De primo autẽ, quod potius pertinet ad reſolutionem difficultatis, inquit Syrectus, & benè, quod nullus modus intrinſecus intrat quidditatẽ ſui cõſtituti, ac propterea non variat ipſum. Hoc eſt, non conſtituit rem cuius eſt modus in aliquo eſſe formali, & eſſentiali, & ita nõ variat eius rationem formalem, & eſſentialem. Cuius rationem reddidit ſubtiliter Ioannes Valonis in citatis formalitatibus fol. 149. quia, ſcilicet, nihil poſterius eſt cauſa prioris: ergo cum modus intrinſecus ordine naturæ ſit poſterior re, cuius eſt modus, illam variare non poteſt, ſicut illam non conſtituit in eſſe formali.

15 *Quid ſit modus intrinſecus.*

In hoc ergo differt modus intrinſecus à forma, ſeu differentia eſsentiali, quod differentia eſsentialis eſt prior ſuo conſtituto, ſicut cauſa formalis eſt prior ſuo effectu formali. Rationale enim prius eſt homine, & ideo rationem formalem hominis in tali eſſe cõſtituit. Vnde ideo variat, quia cõſtituit: non tamẽ variat rationẽ formalẽ illius, cui aduenit, & additur (vt benè notauit Valonis) quia, cũ adueniat animali, & ipſi addatur, non variat rationẽ animalis: nõ enim diſtinguit 16

ani-

animal quod eſt in homine, ab animali quod eſt in equo, alias enim nō conuenirent formaliter in natura animalis: ſed variat rationē illius, quod conſtituit, nempe hominis. Cum etenim hominem formaliter in ſuo eſſe ſpecifico conſtituat, ipſum formaliter, & ſpecie diſtinguit ab equo, & ideo, ſicut conſtituit rationem formalem in tali eſſe, variat ipſam & diſtinguit ab alio eſſe. At vero modus intrinſecus, nec variat rationem formalem illius, cui aduenit, neque illius quod conſtituit. Vnde infinitas, cum ſit modus intrinſecus, nec variat rationem entis vt ſic, cui aduenit, hæc namque ratio æque reperitur in Deo ſicut in creaturis, vt infra dicetur in quæſtione propria: nec variat rationem formalem Dei, quem in eſſe infiniti conſtituit. Cuius ratio à priori eſt illa à Valone oſtenſa: quia ſcilicet eſt poſterior, quàm eſſentia Dei, quā ſic infinitam conſtituit: & illam ideo variare non poteſt. Ad infinitatem etenim præſupponitur diuina natura eſſentialiter & formaliter habens eſſe: atque ideo infinitas eſt poſterior eius ratione formali: licet ſit prior, & intimior ſibi (vt dictum eſt) quam omnia tranſcendentia.

17 Tria ergo hic ſunt conſiderāda, & quidem ratio formalis Dei, quæ intrat Dei eſſentiam, & aliæ formalitates vt pote attributa, quæ quaſi pullulant ab eſſentia vt eſt formaliter infinita, & infinitatem ipſam, ratione cuius hæc talia, quæ ſic pullulant realiter identificantur cum eſſentia. Primum & ſecundum ſunt quaſi duo extrema, quia ſcilicet ſunt formalitates ex natura rei actu & poſitiuè diſtinctæ. Et ideo formalitates iſtæ, ſeu inquam, hæc attributa ab eſſentia remouentur: hoc eſt ſunt extra eius entitatem, quia eſſentia, vt dixit Scotus loco citato, eſt entitas vnica vt præconcipitur antecedenter ad illa, quæ propterea ſunt remota ab ipſa eſſentia. Tertium vero ſcilicet infinitas, eſt medium inter hæc duo extrema. Quia nec eſt ratio formalis eſsentiæ, eo quod non intrat eius eſſe eſſentiale, ac propterea eius rationem formalem non variat, nec remouetur ab eſſentia, ſicut attributa: quia non eſt entitas aliqua formaliter poſitiuè diſtincta ab eſſentia: ſed eſt modus entitatis habens tantummodo formalitatem modalem, quæ non poſitiuè ſed negatiuè diſtinguitur ab eſſentia. Nā licet ſit verum dicere, ſapiētia eſt diſtincta formalitas â formalitate eſsentiæ, quia ſunt duæ entitates formales: non tamen eſt verum dicere, infinitas eſt formalitas diſtincta â formalitate eſſentiæ, quia non ſunt duæ entitates formales, ſed vna entitas, ſeu vna formalitas entitatis, & eius modus, ſeu formalitas modalis. Atque ideo eſt verum dicere formalitas infinitatis nōn eſt formaliter eadem cū formalitate eſſentię, hoc eſt, non pertinet ad formalitatem eſſentiæ. Non tamen eſt verum dicere formalitas infinitatis eſt diſtincta á formalitate eſſentiæ. In primo etenim ſaluatur diſtinctio formalis negatiua, per non identitatem. In ſecundo vero reperitur diſtinctio poſitiua per veram diſtinctionem vnius entitatis ab altera. Vnde infinitas ita intrinſecè continetur in entitate eſſentiæ, vt etiam ſi circunſcribantur omnia attributa, adhuc tamen in tali entitate includitur, & eſt ratio identificatiua huiuſmodi extremorum, quia prædictas formalitates, nempè attributa & reliquas proprietates, quę inter ſe & ab eſſentia formaliter diſtinguuntur, inter ſe & cum eſſentia realiter identificat.

Porro facillimè intelligi poteſt hunc modum intrinſecum non intrare rationem formalem entitatis, cuius eſt modus, conſideratis, quæ notauimus ſupra in difficultate 43. n. 38 18
nam ſi intenſio & remiſsio ſunt modi ſeu gradus caloris, facillimè intelligitur, quod licet non poſsit reperiri quantitas aliqua virtutis ſine tali modo, ſeu gradu: quia calor neceſſario debet eſſe in tali, vel tali gradu: nihilominus nullus gradus caloris eſt de ratione formali naturæ ipſius caloris. Quod euidens eſt, quia calor vt duo non diſtinguitur formaliter à calore vt octo: licet iſte ſit longe [illegible] inten-

intenſior, quàm ille: ſed vterque eandem prorſus ſpecificam, & formalem rationem caloris includit: non igitur gradus intenſior calorem formaliter in eſſe caloris conſtituit, nec eius formalem rationem variat, aut formaliter facit differre ab alio calore: intrat tamen eius entitatem ſicut modus, & gradus intrinſecus, ſine quo talis entitas eſſe non poteſt: quia ſicut quantitas molis non poteſt eſſe ſine extenſione: ſic nec quantitas virtutis ſine intenſione. Hoc igitur prorſus modo intelligendum eſt infinitatem eſſe modum intrinſecum diuinæ eſſentiæ, quod ſcilicet, ita eſt intrinſeca eſſentiæ, vt omnibus alijs, quæ non ſunt de eſſentia Dei circumſcriptis, adhuc infinitas manet intra eius entitatem: non tamen variat rationem formalem illius, quia iam ſupponit eſſentiam conſtitutam in eſſe formali, & eſſentiali, ſicut gradus intenſior ſupponit calorem.

---

§. 3.

Statuuntur concluſiones huius difficultatis.

19 HIS præhabitis difficultatem concludendo dico primo, quod infinitas non eſt attributum, aut proprietas Dei, ſicut ſa-
1. *Concluſ.* pientia, & aliæ ſimiles proprietates. Concluſio eſt expreſſa Scoti, vt pa-
D. Damaſ. tet in eius litera, & probatur ab eo ex Diuo Damaſceno capit. 7. vbi ipſe vult, quod eſſentia Dei eſt infinitum, & interminatum ſubſtantiæ pelagus: ergo ſecundum quod ſubſtantia Dei habet rationem omnino primi in diuinis, hoc eſt ſecundum quod habet rationem eſſentiæ, & proue eſt pelagus diuinarum perfectionum, eſt in ſe interminata, & infinita. Atque ita in ratione eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ Dei, quatenus pelagus eſt, continet in ſe infinitatem, & eſt formaliter infinita: ſed pro illo priori, quo præciſe eſt pelagus diuinarum perfectionum, non includitur formaliter in ea veritas, nec bonitas, neque aliqua alia proprietas attributalis: quia effectus non includitur formaliter in ſua cauſa, præſertim pro illo priori, pro quo non intelligitur illum cauſare. Diuina autem attributa, ac ſi eſſent proprietates, inſtar proprietatum creaturarum, quæ à ſubiectis tanquam à ſua cauſa habent eſſe, à diuina eſſentia quaſi pullulant: & pro illo priori, pro quo nondum intelligitur talia attributa à diuina eſſentia pullurare, pro quo eſt earum pelagus: iam nihilominus intelligitur infinita: ergo ipſa infinitas non eſt aliqua *Dei* proprietas, ſeu attributum.

Dico ſecundo, quod infinitas non eſt de ratione formali Dei, neque ad 20
eius eſſentiam, aut quidditatem pertinet. Concluſio hæc, ſicut & præcedens eſt, Scoti, & poteſt probari duplici via. Prima, ſcilicet, impugnando ſententiam eorum, qui dicunt omnia attributa eſſe de quidditate diuinæ eſſentiæ, & ſimiliter infinitatem eſſe attributum, & ipſi ſimul cum alijs attributis eſſe de eſſentia Dei. Quia tamen hæc via generalis habetur late in quæſtione de diſtinctione attributorum, vbi ex profeſſo oſtenditur eorum interſe, & ab eſſentia formalis diſtinctio, illuc eius probationem remitto. Nunc autem huiuſmodi formalem diſtinctionem ſupponendo: facillime probatur concluſio: nam quodcumque eſt de ratione formali alicuius, non diſtinguitur formaliter ab eo: quia idem, & diuerſum pugnant inter ſe reſpectu eiuſdem: atque ita, quod eſt de ratione formali alicuius, eſt idem formaliter illi: ſicut rationale eſt idem formaliter homini: ſed omnes proprietates, & attributa diuina, formaliter ex natura rei diſtinguuntur a diuina eſſentia: ergo nullatenus ſunt de ratione formali illius.

2. Concluſ.

Secūda autē via probandi ſpecialius de ipſa infinitate, quod, ſcilicet, non 21
ſit de ratione formali Dei, neque ad eius quidditatem pertineat, habetur ex non identitate formali infinitatis cum eſſentia: quia quod non eſt idem formaliter alicui, non eſt de ratione formali illius: ſed vt viſum eſt ſupra numer. 17. infinitas non eſt

idem formaliter diuinæ eſſentiæ: ergo nō eſt de ratione formali illius. Et præterea: quia gradus intenſionis nō eſt de ratione formali caloris: quia ratio ſpecifica caloris præſupponitur ordine naturæ ad gradus intenſionis ipſius: prius enim intelligitur calor quoad naturam, quam quoad quantitatem: quantitas namque ſupponit naturam cuius ſit: quia magnitudo afficit rem, quam in ſuo eſſe ſpecifico ſupponit, antequam magna ſit: ſed infinitas habet ſe ad eſſentiam diuinam, ſicut gradus intenſionis ad calorem, prout notatum eſt ſupra in numero 18. ergo non eſt de ratione formali, aut quidditatiua diuinæ eſſentiæ. Videantur pro hac cōcluſione, quatuor probationes quas ponit Maironis in quæſtione ſeptima diſtinctionis ſecundæ huius primi lib.

Dico tertio, quod infinitas eſt modus intrinſecus diuinæ eſſentiæ. Concluſio eſt expreſſa Scoti, vt patet in litera: quæ probatur: quod eſt
22 intrinſecum diuinæ eſſentiæ, & non
3. Concluſ. eſt de ratione formali, & quidditatiua illius, eſt eius modus intrinſecus: ſed infinitas eſt huiuſmodi, vt probatum eſt in ſecunda concluſione: ergo &c. Probatur inſuper in exemplo de gradu intenſionis: & de exiſtentia, quæ increatis eſt modus intrinſecus eſſentiæ: & in ſimili de pluribus alijs modis: & ex notatis in corpore difficultatis. Ex quibus omnibus relinquitur infinitatem, ex eo quod conuenit Deo, non tanquam proprietas, aut attributum, vt ex prima concluſione habetur, nec tanquam ratio formalis, aut quidditas eius, vt habetur ex ſecunda concluſione, & ſibi intrinſece conuenit, eſſe quidem modum intrinſecum illius. Ne attamen ex dictis inferendum eſſe arbitreris, infinitatem eſſe modum intrinſecum eſſentiæ diuinæ, veluti inhærentia, & perſeitas, dicuntur modi intriſeci entis. Obſerua alium eſſe modum intrinſecum gradualem: quia conuertitur cū gradu intenſionis, alium verò eſſe modum contractionis: hic habet rationē quaſi differentiæ eſſentialis, per quā ens diuiditur, & cōtrahitur ad aliquod eſſe formale: ille verò ſupponit omne eſſe formale, & illud tale eſſe intēdit, ſic infinitas eſt modus intrinſecus diuinæ eſſentiæ.

§. 4.

Soluuntur argumenta primæ, & ſecundæ ſententiæ.

AD argumenta igitur in oppoſitum, & ad fundamentum primæ ſententiæ negatur infinitatem Deo competere, ſicut ſibi conueniunt æternitas, & immenſitas: nam hæc, & ſimilia attributa quaſi pullulant ab eſſentia, vt infinita, vt ex nuper citata Auctoritate Diui Damaſceni colligitur: itaque ideo etiam circumſcriptis à diuina eſſentia æternitate, & immenſitate, adhuc in eius entitate includitur infinitas: non igitur æqualiter dictæ perfectiones conueniunt Deo, ſicut, & infinitas, ac propterea licet immenſitas, & æternitas ſint attributa illius: non tamen ob id infinitas attributum erit, ſed eſt modus intrinſecus eius. 23 *Ad fundamentum 1. ſententiæ.*

Ad argumentum OKami negatur maior: quia etiam demonſtratur de aliquo ente eius modus intrinſecus, licet non prædicetur de illo in primo modo dicendi per ſe: nec propterea paſſio eſt: quia medium demonſtrationis reperitur in intrinſeca continentia, qua modus continetur in ſuo conſtituto. Hæc etenim non minus ducit nos in cognitionem iſtius propoſitionis, *Deus eſt infinitus*, quàm in cognitionem aliarum, in quibus aliqua demonſtrantur de Deo. 24 *Ad argu. OKami.*

Ad argumenta vero Zumelij, quibus probat diuina attributa eſſe de eſſentia Dei, atque ideo infinitatē etiā de eſſentia Dei eſſe, eo quod eſt eius attri- 25 *Ad argu. Zumel.*

Digitized by Google

attributum, facilima eſt reſponſio, tum negando infinitatem eſſe attributum Dei, tum etiam negando attributa eſſe de eſſentia Dei: ſed quia ex argumẽtis, quibus probat attributa eſſe de eſſentia Dei, à fortiori poteſt probari infinitatẽ ad eius eſſentiam pertinere, ſiquidem infinitas eſt intimior eſſentiæ, quam attributa, vt ſupra nu. 14. oſtenſum eſt, ideo ad primũ reſpõdeo negando, quod æternitas, ſeu quodlibet attributum pertineat ad rationem quidditatiuam Dei, quod ipſe Zumelius non probat, & nos infra in loco proprio exponemus.

26 *Ad 2.* Ad ſecundum concedo, quod eſſe Dei eſt de eſſentia Dei, vt ibi ſupponitur à nobis probatum: negatur tamen, quod diuina infinitas, aut perfectiones ſint de eſſentia, aut quidditate ipſius eſſe Dei: nam aliud eſt aliquid eſſentialiter eſſe in aliquo: & aliud eſt aliquid eſſe de quidditate illius in quo eſſentialiter eſt. Quod patet: nã riſibile eſſentialiter eſt in homine, & eſſentialiter continetur in illo: non tantum eo quod radicaliter eſt in eius eſſentia: ſed quia ſecundum ſuam formalitatem, & quidditatem riſibilitatis, non alibi eſt niſi in homine: non tamen propterea riſibilitas eſt de eſſentia hominis: quia non continetur in eius eſſentia, ſed tantum in eius realitate: hoc eſt, quia eſt vna, & eadem res homo, & riſibile. Sic diuina infinitas, & cæteræ perfectiones Dei, ſunt eſſentialiter in Deo, quatenus quoad ſuas formalitates ſunt in Deo identice: quia ſcilicet, eſſe Dei, & ipſæ perfectiones, ſunt eadem res. Et hoc quidem modo ſunt eſſentialiter in eſſe Dei, quatenus realiter continentur ab ipſo: non tamen ſunt de eſſentia ipſius eſſe Dei: quia tale eſſe, prout eſt exiſtentia, quæ eſt de eſſentia eſſentiæ, non continet infinitatem, & huiuſmodi perfectiones, & ideo in hoc ſenſu falſo inquit Zumelius perfectiones diuinas formaliter, aut eſſentialiter cõtineri in eſſe *Dei*: atque ideo eius argumentum nihil concludit.

27 *Ad 3.* Ad tertium concedo, quod non minus eſt eadem infinitas Deo, quam ſapientia, imò eſt illi intimior, vt dictum eſt. Negatur tamen, quod ſapientia ſit de eſſentia Dei. Ad probationem autem dico, quod ſapientia non prædicatur de Deo formaliter in primo modo dicendi per ſe: ſed benè formaliter quaſi denominatiuè in ſecundo modo dicendi per ſe: quia hæc eſt vera *Deus eſt formaliter ſapiens*: nec Diuus Auguſtinus oppoſitum voluit, vt infra in quæſtione de diſtinctione attributorum hãc, & alias ipſius, & aliorum Patrum auctoritates exponam.

Ad quartum dico, ibi non ſumi ſubſtantiam pro eſſentia, ſed pro abſoluta Dei natura, quæ in ſe habet eſſentiales rationes, & modum, & proprietates, quæ omnia pertinent ad ſubſtantiam Dei, non tamen ad eius eſſentiam. Libenter ergo admitto prædicari de Deo infinitatem, aut attributa, non ſecundum relationem: ſed ſecundum rationem abſolutam ſubſtantiæ: nam relatio abſoluto opponitur, & ideo Diuus Auguſtinus comparatiue loquitur de diuiſione, ſcilicet, relationum ad abſoluta. In ſubſtantia ergo, ſeu natura diuina, vt abſoluta, fiunt prædicationes eſſentiales in primo modo dicendi per ſe, vt iſtæ, eſſentia eſt exiſtens, intellectualis &c. Et fiut prædicationes in ſecundo modo dicendi per ſe, vt iſtæ, eſſentia eſt ſapiens, bona, &c. Et fit prædicatio modalis, vt iſta, eſſentia eſt infinita, quam Syrectus, & Valonis conſtituũt in ſecundo gradu primi modi dicendi per ſe. Maironis vero, & alij in ſecundo modo dicendi per ſe conſtituũt: quod mihi conformius doctrinæ Scoticæ videtur. Omnes igitur iſtæ prædicationes fiunt, non per relationem, ſed ſecundum ſubſtantiam abſolutam: non tamen omnes ſunt eſſentiales. Ex quibus apparet, quam friuola ſint argumẽta Zumelis. 28 *Ad 4.*

Ad quintum reſpondeo Deum diſtingui eſſentialiter à creaturis per ſuã eſſentiã, & quidditatẽ: quæ antecedẽter ad infinitatẽ præcõcipitur per ſe ctiſſimè habẽs ſuũ eſſe eſſẽtiale, atq; 29 *Ad 5.*

ideo quando infinitas aduenit, iam reperit eſſentiam Dei ab omni creatura diſtinctam. Duplex igitur eſt diſtinctio inter Deũ, & creaturã, videlicet, & entitatis ad entitatem, & quantitatis ad quantitatẽ. Deus igitur per ſuã eſſentiã habet eſſe naturã à creaturis entitatiue diſtinctam. Per infinitatẽ verò differt quantitatiue ab illa: quia ſicut per eſſentiã, & naturã eſt entitatiuè Deus: ſic per infinitatẽ eſt quantitatiue infinitè magnus, eo quod magnitudinis eius non eſt finis. Nec ergo infinitas Deum in eſse Dei cõſtituit: nec quidẽ illũ à creaturis eſſentialiter diſtinguit. Diuiſio igitur entis in Deũ, & creaturas per finitum, & infinitum, non eſt diuiſio per differẽtias eſsẽtiales, ſicut animal diuiditur per rationale, & irrationale: ſed eſt diuiſio per modos intrinſecos quãtitatis, quibus videlicet, omnis creatura magnitudinem habet finitam: Deus autẽ finito ſine fine eſt magnus.

30 *Ad vltim.* Ad vltimum reſpondeo, quod etſi modus intrinſecus habeat ſuam formalitatem modalem, quæ non eſt eadem formaliter formalitati entitatis illius, cuius eſt modus: eſt tamen ita intrinſecus entitati prædictæ (vt docet Scotus in litera) q̃ omnibus alijs ſecluſis, aut circumſcriptis, adhuc modus intrinſecus manet incluſus in tali entitate, & ſic concipere eſſentiam ſine infinitate, eſſet cõcipere eſſentiam ſine modo: concipere autem eſſentiam ſine modo, eſt non habere modum benè concipiẽdi: ſed quia vrget argumentũ in præciſione, quam, vt ſupra vidimus, Scotus conceſsit fieri poſſe, dico, quod ſi diuina eſſentia præciſe conciperetur cum eis, quæ ſibi eſſentialiter conueniunt, & omnibus alijs ſecluſis, aut præciſis per intellectum: adhuc diuina eſſentia eſt infinita. Nõ formaliter: quia ſupponimus per infinitatem eſſe formaliter infinitã: ſed radicaliter, ſeu eminenter: ſicut in loco proprio dicemus, quod præciſis attributis, adhuc eſt radicaliter, & eminenter ſapiens, & bona &c.

31 Imò dico (& melius) quod eſſet pluſquam radicaliter infinita, nõ etenim infinitas eſt ſibi tanquam in radice ſolum, ſicut ſapientia, & cætera attributa: ſed eſt ſibi in ſuæ quidditatis entitate. Ad cuius intelligentiam prænoto, quod in calore v.g. duo conſiderari debent, ſcilicet, ipſa natura caloris, quæ de ſe habet virtutẽ, & perfectionem caloris: & caloris magnitudo, quæ menſuratur per gradus magis, ac magis extenſos: non ergo cõſiſtit modus in virtute, & perfectione caloris: ſed in magnitudine menſurata per gradus illius. Sic dico, quod diuina eſſentia, etiam infinitate præciſa, habet à ſe omnem perfectionem, quam habet poſita infinitate: ſed non habet ex ſe hos immenſurabiles intenſionis ſuæ perfectionis, & magnitudinis gradus: quia tales gradus ſibi formaliter ab infinitate prouenıũt. Non igitur ſibi deeſt perfectio aliqua infinitatis, etiam in illo præciſo conceptu eſſentiæ. Concipitur tamen ſibi deeſſe huiuſmodi perfectionis gradus, ſeu modus: quia, ſcilicet, pro tunc non concipitur habere illam gradualem intẽſionem perfectionis, quam ex ſe, & in ſe quidditatiuè, & entitatiue habet. Et hæc formalizatio non ponit eſſentiam pro aliquo priori eſſe non infinitã formaliter: aut præconcipi, vt non infinitam formaliter. Verumque etenim pugnat cum perfectione diuinæ eſſentiæ: ſed ponitur non præconcipi, vt formaliter infinita. Vnde potius eſt præciſio conceptus formalis ex parte intellectus concipientis, quàm ex parte obiecti entitatis, ſcilicet, & modi illius: nam aliud eſt me poſſe ita præſcindere eſsentiam ab infinitate, vt concipiam eſsentiam non eſse infinitam ex ſe. Aliud vero eſt me poſse non concipere infinitatem, concepta eſsentia. Primùm ergo eſt falſum: quia aliquid quodãmodo negat de eſsentia, quod ipſi ineſt, & ex parte ipſius eſsentiæ, & infinitatis ponit dari præciſionem. Secundum autem eſt verum, quia tantum infert diſtinctionem præciſionis ex parte intellectus præſcindentis vnum ab alio, & non concipientis vnum cum alio.

QVÆSTIO TERTIA.

De vnitate Dei.

Deinde conſiderandum eſt de vnitate Dei, & circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo. Vtrum ſit tantum vnus Deus?
¶ Secundo. Vtrum hæc concluſio Deus eſt vnus, ſit demonſtrabilis?

ARTICVLVS I.

Vtrum ſit tantum vnus Deus?

A AD primum ſic proceditur, & videtur, quod non ſit tantum vnus Deus: quia prima ad Corinth. 8. ſiquidem ſint Domini multi; & Dij multi: ergo &c.

B Secundo præterea ſic: Deus eſt: ergo Dij ſunt. Probatur conſequentia: quia ſingulare, & plurale idem ſignificant, licet differant in modo ſignificandi: ergo includunt idem prædicatũ proportionaliter acceptum: ergo ſicut ſingulare includit ſingulare, ita plurale includit plurale.

C Tertio præterea: quia ſicut Deus eſt, quo maius cogitari non poteſt ita Dij ſunt, quibus maiores ex cogitari nõpoſſunt; illa autem quibus maiora cogitari non poſſunt, ſunt ineffectu: quia videtur, quod ſi non eſſent ineffectu maiora poſſunt eis cogitari.

D Quarto præterea: omne ens per participationem reducitur ad ens tale per eſſentiam, ſed indiuidua in quacumque ſpecie creata ſunt entia per participationem, alioquin non eſſent multa: ergo reducuntur ad aliquod tale per eſſentiam: ergo eſt aliquis homo per eſſentiam: ſed quidquid eſt per eſſentiam, & non per participationem, eſt Deus: ergo &c.

E Quinto præterea: plura bona ſunt meliora paucioribus bonis: ſed quæcumque meliora ſunt ponenda in vniuerſo: ergo &c.

F Sexto præterea, quidquid, ſi eſt, neceſſe eſt eſſe, illud ſimpliciter eſt neceſſe eſſe: ſed alius Deus ſi eſt, eſt neceſſe eſſe: ergo &c. Maior probatur: da oppoſitum prædicati, non eſt neceſſe eſſe ſimpliciter, ſequitur oppoſitum ſubiecti, ſcilicet, quod ſi eſt poſsibile eſſe, & ita non neceſſe eſſe.

G Sed contra eſt, quod Deuteron. 6. *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt*, & Eſaiæ 3. *Extra me non eſt Deus.*

Digitized by Google

H Reſpondeo dicendum, quod

. *Concluſio* . in iſta quæſtione *Deum eſſe tantum vnum*, cōcluſio eſt certa: & ad hoc arguitur per Phyloſophū 12. Meta. Si duo, alter habe ret materiam. Et ibidem infine non bonum plurali, in principio eſt vnus: ergo Princeps. Et Damaſcenus cap. 5. ponit tres rationes: ſunt iſtæ, Deus aret illo, & ille differt ab iſto. Secunda neuter vbique. Tertia male regerent. Et hæc concordat cum ſecunda Phyloſophi. Item Magiſter aliter ſuperflueret. Item vnitas eſt principium qualitatis, & omnis multitudinis, propoſitione decima Proclus. Itē quomodo conuenirent ſimul genere, vel ſpecie? vtroque modo ſequitur compoſitio. Et hæc concordat cum ratione Phyloſophi. In iſta quæſtione ponēdo tunc cōceptū Dei neceſſe eſſe à ſe, vel independens ſecundum eſſe, vel ens increatum, vel primum mouens immobile, poterit tractari opinio Ariſtotel. de Intelligentijs ſi ſic ſunt Dij. De quo habetur diſti. 8. quæſt. 5. De quarto conceptu affirmatiuo, non demonſtratur, ſi ſecundum Ariſtot. vnus mouet motu diurno, & alius Zodiacū, & vterque à ſe. Sed hoc ſoluitur ponendo hunc conceptum, vel deſcriptionem Dei, ens infinitæ intellectualitatis, & voluntatis, bonitatis, & potētiæ, ens neceſſariū à ſe.

12. Meta tex. cō. 49

Vnde ante iſtā quæſtionē probata ſunt hæc omnia de Deo, ſcilicet, aliquod ens primo omnino triplici primitate oſtēſa quęſtione præcedente: & illud eſſe neceſſe eſſe eſſe, & infinitū: & idē de intellectu, & voluntate, & potentia ibidem, ſic hìc non petitur.

Ad primum argumentum dico, quod Apoſtolus loquitur de Idolis, & ideo de Dijs nuncupatiue: & ſubdit ibi: nobis autē vnus eſt Deus: quia omnes Dij gentium dæmonia. I

Ad ſecundum dico, quod conſequentia non valet: quia numerus non eſt talis modus ſignificandi grammaticaliter, quales alij modi grāmaticales, qui præciſe dicunt modū concipiendi rē abſque aliquo reali correſpondenti tali modo concipiēdi, nec dicunt aliquid in re, à quo moueri poſsit intellectus ad talem modum accipiendum: ſed numerus vere includit rem ſubſtractam. Vnde ſequitur, homines currūt, ergo plures homines currunt: ſed nō eſt ſic de alijs cōſignificatiuis nominis, vel verbi: quia nō ſequitur, Deus eſt generis maſculini: ergo Deus eſt maſculus: quia ad maſculinitatem ſufficit aliquid in re, à quo iſte modus concipiendi poſsit accipi, putà actiuitas. Dico igitur, quod illud ſubiectum Dij conceptum ſub modo plurali concludit contradictionem: quia modus concipiendi K

piendi repugnat ei: quia concipitur ſub modo. Cũ igitur probatur conſequentia: quia idem includit ſingulare, & plurale, di eo, quod ſingulare includit illud ſub modo concipiendi conuenienti ipſi concepto. Sed plurale includit illud ſub modo incõpoſsibili illi cõcepto: & ideo ſingulare includit rationem, quaſi in ſe veram, prout includit conceptum, & modum concipiendi. Plurale autem, prout includit illa, includit rationem quaſi in ſe falſam, & ideo non ſequitur, quod plurale ſit verum de plurali, ſicut ſingulare de ſingulari: quia de eo, cuius ratio eſt in ſe falſa, nihil eſt verum.

L Ad tertium per idem patet, *hoc eſt* ad aliam probationem quo maius cogitari non poteſt: quia non ſunt Dij cogitabiles ſine contradictione: quia modus repugnat rei conceptæ. Et ideo maior eſt gloſſanda, ſicut prius in quæſtione præcedenti. Ad vnitatem autem propoſitionis requiritur, quod ratio ſubiecti ſit in ſe vera, & nõ includat contradictionem, ſicut dictum eſt in quæſtione 2. huius diſtinctionis.

M Ad quartum dico, quod maior propoſitio non eſt prima, ſed reducitur ad iſtam, omne imperfectum reducitur ad perfectum: & quia omne ens per participationem eſt imperfectum, & in tantum illud ens eſt perfectum, quod eſt ens per eſſentiam. Ideo ſequitur propoſitio illa maior de participatione: hæc autem maior de imperfecto ſic habet intelligi, aliquod eſt imperfectum ſecundum perfectionem ſimpliciter, quæ non neceſſario habet imperfectionem concomitantem: quia non includit in ſe limitationem, vt hoc bonum, hoc verũ, hoc ens, & huius imperfectum reducitur ad perfectum eiuſdem rationis, ſcilicet, bonum ens, verum, quæ important perfectionem ſimpliciter. Aliquid autem eſt imperfectum ſecundum perfectionem, non ſimpliciter, ſed ſecundum perfectionem, quæ de ratione ſui, includit limitationẽ. Et ideo neceſſario habet imperfectionẽ annexã, vt hic homo, & hic aſinus: quod igitur imperfectum eſt primo modo, reducitur ad perfectum ſimpliciter ſecundum perfectionem illius rationis: quia aliquid ſecundum illam rationem poteſt eſſe ſimpliciter pefectum. Quod autem eſt imperfectum ſecundo modo, no reducitur ad aliquid imperfectum ſecundum perfectionem eiuſdem rationis, ſcilicet, ad rationem ſpecificam: quia enim iſtam imperfectionem includit, ideo ſecundum illam non poteſt eſſe aliquid perfectũ

& quidē eſse de eius eſsentia: & in ſecunda eius infinitatē per plures vias, atque eius intellectū, & voluntatē, & eminentiā, ſatis demonſtrat: & nunc de Deo per efficaciſsimas demonſtrationes eius vnitatē concludit: illico ad eius Trinitatē accedens: ſequētes diſtinctiones vſque ad 35. in ſacroſancto Trinitatis myſterio conſumit: nā Deum eſſe exiſtentē pertinet ad Dei eſsentiā, eſse autē infinitū ſpectat ad modum ſuæ entitatis intrinſecū, qui quidē omnibus attributis, & perfectionibus circumſcriptis, adhuc intrinſec in eius diuina entitate includitur. Eſse autem vnum cum diuino eſse cōuertitur, ita vt nullū ens vltra Deum ſit per eſsentiā vnū. Attributa vero, & cæteræ perfectiones, & proprietates diuinæ, & ſi Deo, vt vno cōueniāt: non attamen ſunt de vnius Dei eſsentia, neque eius entitatem, ita intimē intrant, ſed tantū cum eo ſunt realiter idem. Atque ideo antequā ad ipſa diſcutienda Doctor perueniat, nōnullā diuinæ Triadis diſputat, vt immediate ad vnicā, & indiuiſam Dei naturā eiuſdem naturæ ſuppoſitorum cognitio cōſequatur. Et infra de attributis, & alijs, quæ Deo conueniunt intra Trinitatis myſterij diſtinctiones, quæſtiones incertas diſputat, vbi commodē, & congruenter debent tractari. In hoc ergo art. concluſio eſt certa de fide, Deum, ſcilicet, eſse vnum, quam tenet Seraphicus P. N. D. Bonauentura in primo diſtinct. 2. quæſt. 1. arti. 1. Diuus Thomas 1. part. quæſt. 11. art. 3. noſter Alexander Alenſis 1. parte quæſt. 14. memb. 2. & omnes alij Doctores. Litera autē textualis clara eſt, & expoſitione nō eget: circa quā acute notauit Lychetus in hoc loco ſupra Scotum non quæri hic, an plures Dij eſse poſsint: quia ſi poſsent eſse; proculdubio eſsent de facto. Quoniā cum exiſtentia ſit de eſsentia Dei: cō ſequenter alterius Dei poſsibilis, neceſsario eſsentia exiſteret, ſiqui dem Dei eſsentia eſt for maliter ſuum eſse.

Lychetus.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæc concluſio Deus eſt vnus ſit demonſtrabilis?

AD ſecūdum ſic proceditur, & videtur, q hæc propoſitio, Deus eſt vnus, non ſit demonſtrabilis, & ad hoc habetur auctoritas Rabi Moyſi lib. 3. cap. 6. quod vnitas Dei accepta eſt à lege. A

Secundo præterea, hoc etiā arguitur per rationē, quia ſi per rationem naturalem poſset cognoſci Deum eſse vnicum: ergo poſset naturaliter cognoſci Deū ex ſe eſse ſingularem: ergo poſſet cognōſci naturaliter ſingularitas Dei, & eſsentia Dei, vt ſingularis: quod falſum eſt, & contra prædicta quæſtione de ſubiecto Theologiæ. B

Sed contra eſt, quia quæcumque perfectio potēs numerari in diuerſis, plus perfectionis habet in pluribus, quam in vno, ſicut dicitur octauo de Trinitate cap. primo: ergo infinitum in pluribus omnino numerari nō poteſt. Commutatur extenſio in extenſionem, quot in quan. diſcretum, & continuum. C

Reſpondeo dicendum, quod dicunt aliqui, quod hæc concluſio, *Deus eſt vnus*, non eſt demonſtrabilis, ſed tantum acce- D *Guil. Var. 1. diſt. 1. q. 1.*

pta per fidem: videtur tamen, quod iſta vnitas poſſit ratione naturali oſtendi. Et hoc ſumendo viam primo ex infinito intellectu. Secundo ex infinita voluntate. Tertio ex infinita bonitate. Quarto ex ratione infinitæ potentię. Quinto ex ratione infiniti abſolute. Sexto ex ratione neceſſe eſſe. Septimo ex ratione omnipotẽtiæ. Primavia ex parte intellectus infiniti arguitur primo ſic: intellect' infinitus cognoſcit quodcũque intelligibile perfectiſsime, quantum eſt intelligibile in ſe: quia totum ens: nam intellectus finitus hoc poteſt, licet nõ perfectiſsime, nec ſimul: ergo ſi ſunt duo Dij, ſint. A. & B. A. ergo cognoſcet. B. perfectiſsime, quantum, ſcilicet. B. eſt cognoſcibile, ſed hoc eſt impoſſibile. Probatio: aut cognoſcit B. per eſſentiam. B. aut non: ſi nõ & B. eſt cognoſcibile per eſſentiam: ergo A. non cognoſcit B. perfectiſsime quantum, ſcilicet, B. eſt cognoſcibile: nihil enim cognoſcibile, per eſſentiam perfectiſsimè cognoſcitur, niſi cognoſcatur per eſſentiam ſuam, vel per aliquid perfectius includens eſſentiam ſuam, quam ipſa ſit in ſe: eſſentia autẽ. B. in nullo perfectius includitur, quam in B. quia tunc B. non eſſet Deus. Si autem cognoſceret. B. per eſſentiam ipſius. B. ergo actus ipſius. A. eſt poſterius naturaliter eſſentia ipſius. B. & ita. A. non eſt Deus. Quod actus ipſius. A. ſit poſterior. B. Probo: quia omnis actus cognoſcendi, qui non eſt idem obiecto, eſt poſterior obiecto, neque enim prior, neque ſimul natura eſt actus cum obiecto alio ab actu: quia tunc actus poſſet intelligi ſine obiecto, ſicut econuerſo. Si dicas, quod. A. intelligit. B. per eſſentiam ipſius. A. quæ ſimillima eſt ipſi. B. aut, quod A. intelligit B. in ratione ſpeciei communis ipſi. A. & ipſi. B. Contra, neutra reſponſio ſaluat, quod A. intelligat B. perfectiſsimè, & per conſequens non eſt Deus: quia cognitio alicuius in ſimili tantum, ſiue in vniuerſali, non eſt cognitio perfectiſsima, & intuitiua ipſius rei in ſe: & ita non cognoſcit. B. intuitiue, & perfectiſsimè, quod eſt propoſitum. Secundo ex parte intellectus arguitur ſic: actus aliquis non poteſt habere ſimul duo obiecta adæquata. A. eſt obiectum adæquatum ſuæ intellectioni, & B. eſſet adæquatum eidem: ſi poſſet intelligere ſimul perfectè A. & B. ergo impoſsibile eſt, ꝙ A. intelligat vnica intellectione ſimul perfectè. A. & B. Si autem. A. habet duas intellectiones realiter dinſtinctas: ergo nõ eſt Deus. Maior patet, quia alio quia

(margin: a. Concluſ.)

quinadæquareturalicui obiecto; quo ſubtracto, non minus quie tareturpotētia,&adæquaretur: & ita fruſtra eſſet tale obiectum.

E 3. Concl. Quantū ad ſecun dam viam arguitur ſic: voluntas infinita eſt recta: ergo diligit quodlibet diligibile, quantum eſt diligibile: ſi igitur. B. eſt alius Deus, eſt diligibilis in infinitum, cum ſit bonum infinitum, & infinite à voluntate potente ſic diligere: ergo voluntas A. diligit. B. infinite. Sed hoc eſt impoſsibile: quia. A. naturaliter plus diligit ſe, quàm. B. Probatio: quodlibet enim naturaliter plus diligit eſſe ſuum, quā eſſe alterius, cuius nihil eſt vt eſt pars, vel effectus. A. autē nihil eſt ipſius. B. nec vt pars, nec vt effectus: ergo plus diligit. A. ſe naturaliter, quam ipſum. B. ſed voluntas libera, quando eſt recta conformatur voluntati naturali: alioquin voluntas naturalis non eſſet ſemper recta: ergo A. ſi habet voluntatem liberam recta n, actu elicitō, plus diligit ſe, quàm. B. ergo non B. infinite. Secundo ſic, de voluntate, aut. A. fruitur. B. aut vtitur: Si vtitur eo: ergo A. habet voluntatem inordinatam: ſi fruitur, B. & fruitur. A: ergo. A. eſt beatus in duobus obiectis, quorum neutrum dependet ab alio; quia ſicut, A. eſt beatus in ſe, ſic & in B. Sed conſequens eſt impoſsibile: quia nihil poteſt eſſe beatum actu in duobus obiectis beatificantibus totalibus. Probatio: quia vtrolibet eorum deſtructo, nihilominus eſſet beatus: ergo in neutro eſt beatus: videtur etiam rationabile, quod quietatum in vno obiecto adæquato, nō poſſet in obiecto aliquo quietari.

F 4. Concl. De tertia via, ſcilicet, de ratione infiniti boni arguo ſic: voluntas ordinata poteſt appetere maius bonum, & magis amare maius bonū: ſed plura bona infinita, ſi ſint poſsibilia, plus bonitatis includunt, quā vnum infinitum: ergo volūtas ordinate poſſet plus amare plura bona infinita, quam vnū, & per conſequēs in nullo vno bono infinito quietaretur: ſed hoc eſt contra rationem boni, quod ſit infinitum, & non quietatiuum cuiuslibet voluntatis.

G 5. Concl. Quantum ad quartam viam ſcilicet de infinita potentia arguo ſic: non poſsunt eſſe duæ cauſæ totales eiuſdem effectus in eodem ordine cauſæ: ſed infinita potētia eſt cauſa totalis reſpectu cuiuslibet effectus in ratione primæ cauſæ: ergo nulla alia potentia poteſt eſſe cauſa in ratione primæ cauſæ, reſpectu alicuius effectus. Et ita nulla alia eſt cauſa infinita in

in potentia. Primã propoſitiõnẽ probo: quia tunc aliquid eſſet cauſa alicuius, à quo illud non depẽderet. Probatio: à nullo aliquid depẽdet eſſentialiter, quo non exiſtente, nihilominus eſſet: ſed ſi. C. habet duas cauſas totales. A & B. in eodem ordine cauſæ, vtrolibet eorum non exiſtente, nihilominus eſſet ipſum C. ab altero eorum: quia non exiſtente. A. nihilominus erit. C. ab ipſo. B. & non exiſtente. B. nihilominus erit ipſum. C. quia ab ipſo. A. Iuxta idem arguitur de vnitate cuiuſcumque primi in quacumque primitate prædicta: nihil enim exceſſũ exceditur à duobus, primo ipſũ excedentibus, & nihil finitum eſſentialiter ordinatur ad duos primos fines: eſſet enim aliquid ad finem, quo non exiſtente, nihilominus eſſet finitum; vt prius argutum eſt, & eſſet aliquid exceſſum eſſentialiter ab aliquo, quo non exiſtente, nihilominus haberet eſſentiale excedens, quo menſuraretur eſſentialiter, & à quo acciperet ſuam perfectionem eſſentialiter: quod eſt impoſsibile: ergo impoſsibile eſt alicuius finiti duos fines proximos, vel alicuius exceſsi duo prima eminentia eſſe.

H 6. Conclu. 7. Conclu. De quinta via dico, quod infinitum abſolutè non poteſt excedi. Et arguo ſic, *vt argutum eſt*.

§. Sed contra. De ſexta via primò arguo ſic, ſpecies plurificabilis in indiuiduis, nõ determinatur ex ſe ad certum numerũ indiuiduorum, ſed quantum eſt ex ſe compatitur infinitatem indiuiduorũ, ſicut patet inſpiciẽbus omnibus corruptibilibus: ergo ſi ratio neceſse eſse ſit plurificabilis in indiuiduis, non determinat ſe ad certum numerum, ſed compatitur infinitatem, quantum ex ſe eſt: ſed ſi poſsent eſse infinita neceſse eſse, ſunt infinita neceſſe eſse: conſequens eſt falſum: ergo antecedens, ex quo ſequitur. Secundo arguo ſic iuxta iſtã viam: ſi ſunt plura neceſse eſse aliquibus perfectionibus realibus diſtinguũtur, ſint perfectiones iſtæ. A. & B. tunc ſic, aut iſta duo diſtincta per A. & B. ſunt formaliter neceſse eſse per A. & B. aut non? ſi non: ergo A. nõ eſt formalis ratio neceſsario eſsendi; nec B. ergo per cõſequẽs, nec includens. A. eſt neceſſe eſse. Probatio: quia includit aliquam entitatem, quæ non eſt neceſsitas formaliter eſsendi, nec neceſsaria ex ſe. Si autem illa ſint formaliter neceſſe eſse per A. & B. & præter hæc vtrum que eſt neceſſe per illud, in quo conuenit vnum cum alio: ergo vtrumque habet in ſe duas rationes, quarum vtraque formaliter eſt neceſſe eſse: ſed hoc eſt impoſsibile; quia neutra illarũ inclu-

includit alteram: vtralibet igitur illarum circumſcripta, eſſet tale neceſſe eſſe per reliquam, & ita eſſet aliquod formaliter neceſſe eſſe per rationem aliquã, qua circumſcripta, nihilominus eſſet neceſſe eſſe, quod eſt impoſſibile.

I De ſeptima via, ſcilicet, de omnipotẽtia, videtur, quod illa nõ ſit per rationem naturalem demonſtrabilis: quia omnipotentia (vt alias patebit) non poteſt concludi ratione naturali, vt Catholici credunt omnipotentiã: nec cõcluditur ex ratione infinitæ potẽtiæ, tamẽ ex omnipotentia credita arguitur ſic propoſitum: ſi A. eſt omnipotens: ergo poteſt facere circa quodcumque aliud ipſum eſſe, vel non eſſe, & ita poſſet deſtruere. B. & ita fieret. B. nulli potens: ergo. B. non eſt Deus. Iſta ratio non valet: quia. B: non eſt obiectum omnipotentiæ ipſius A. quia omnipotentia pro obiecto reſpicit poſſibile. B autẽ ponebatur neceſſariũ, ſicut A. Ideo ex omnipotentia credita arguitur aliter: ſic declarando rationẽ Ricardi ſecundo de Trinitate cap. vltimo, omnipotens ſicut ſuo velle poteſt producere omne poſſibile, ita ſuo nolle poteſt impedire, vel deſtruere omne poſſibile, ſi iam habet eſſe. A. ergo omnia poſſibilia poteſt ſuo velle in eſſe producere: non autem eſt neceſſe, quod B. velit omnia illa eſſe, ſed poteſt nolle illa eſſe, quæ A. vult: quia voluntas. B. ſe habet contingenter ad illa, quæ vult A. ſicut voluntas A. ad illa, quæ B. vult, eſt Deus: ſi autem B. nolit illa eſſe: ergo nullum eorum eſt: igitur ſi ſint duo omnipotẽtes, vterque illorum faceret alterum nullipotentem, non deſtruendo illum, ſed faciendo, vel prohibendo per ſuum nolle eſſe volitorum ab alio. Quod ſi dicas ſomniando, quod concordant in voluntate ſua, quamuis de hoc nulla ſit neceſſitas, ſed quaſi fecerunt pacta, adhuc probo, quod neuter eorum erit omnipotens: nam ſi A. eſt omnipotens poteſt producere ſuo velle, quodcumque aliud poſſibile volitum à ſe. Ex hoc ſequitur, quod B. nullũ eorum poteſt producere ſuo velle, & ita non eſt omnipotẽs. Quod hoc ſequatur patet ex quarta via: quia impoſſibile eſt duas cauſas eſſe totales vnius effectus: quia ex quo cauſatus eſt ab vna, impoſſibile eſt, quod ſit ab alia. Argumenta quædam aliorum ad concluſionem prædictam nolo hic adducere, quibus nõ oportet inniti: quia ſunt ſolubilia, & æque forſan concludentia vnum eſſe Angelum in vna ſpecie, ſi Angelus eſt ſimplex in eſſentia ſua: aut ſi concludunt, non tamen ex naturaliter nobis notis, nec oportet illa

8. Concluſ. In hoc 1. diſt. 42. & in quolib. q. 7. & in Theo. trac. propoſitionum creditarum.

D. Dama. Proculi magiſter Auicen. phyloſophi 8. phyſi. & 12. Meta. D. Tho. & aliorum Theologorum.

illa adducere, vt ſoluenda: quia non ſunt contra concluſionem quam teneo.

K Ad illa, quæ ſunt pro alia opinione reſpondeo ad primũ argumentum, *hoc eſt* ad auctoritatem Rabi Moyſi, dico, quod populus Iudaicus fuit rudis, & pronus ad Idolatriam, ideo indiguit inſtrui per leges de vnitate Dei, licet per rationem naturalem poterat demonſtrari, ita etiam acceptum eſt à lege, quod Deus ſit, Exodi 3. *ego ſum, qui ſum* & Apoſtolus ad Hebræ. dicit, quod oportet accedentem ad Deum credere, quia eſt, & tamen non negatur Deum eſſe, eſſe demonſtrabile: ergo pari ratione negandum non eſt, poſſe demonſtrari Deum eſſe vnum. Illa etiam, quæ poſſunt demonſtrari, vtile eſt communitati tradi per viam auctoritatis, & propter negligentiam communitatis in inquirendo veritatem, & propter impotentiam intellectus, & propter rationes inquirentium per demonſtrationem: quia veritatibus ſuis multa falſa permiſcent, vt dicit Auguſtin. 18. de ciuitate Dei, & ideo, quia ſimplices, ſequentes tales demõſtrationes benè poſſunt dubitare, cui eſſet aſsiſtendum, ideo tuta eſt via, & facilis, & communis auctoritas certa, quæ non poteſt fallere, nec falli.

Ad Hebr. cap. 11.

18. de ciui. Dei c. 41.

L Ad ſecundum, *id eſt* ad ſecundam rationem de ſingulari, dico, quod aliud eſt ſingularitaté eſſe conceptum, vt obiectum, vel partem obiecti, aliud eſt ſingularitatem eſſe præciſe modum concipiendi, ſiue ſub quo concipitur obiectũ. Exẽplũ q. cum dico plurale eſt ſingulare, obiectum cõceptum, eſt pluralitas, ſed modus concipiendi, id eſt modus ſub quo concipitur eſt ſingularitas. Ita in intẽtionibus logicis, cum dico ſingulare eſt vniuerſale: quod concipitur eſt ſingularitas, ſed modus concipiẽdi, ſub quo concipitur, eſt vniuerſalitas: quia quod concipitur, vt concipitur, habet indifferentiam ad plura. Ita dico in propoſito, quod eſſentia diuina poteſt concipi, vt ſingularis, ita, quod ſingularitas ſit concepta, vel vt obiectum, vel vt pars obiecti, nec tamen ſequitur, quod eſſentia poſsit cognoſci, vt ſingularis, ita quod ſingularitas ſit modus concipiendi: cognoſcere enim ſic aliquid, vt ſingulare, eſt cognoſcere illud, vt hoc: ſicut album videtur, vt hoc, & hoc modo (vt prædictum eſt) non cognoſcitur eſſentia diuina ſub ratione ſingularis, & ideo in argumento eſt fallacia figuræ dictionis commutando rem in modum.

Expoſitio Articuli 2. quaſtionis 3. diſtinctionis 2.

TRIBVS medijs D. Thomas in citato articu. 3. Dei vnitatem demonſtrat, primo quidem ex eius ſimplicitate, ſecundo ex infinitate, & denique tertio ab vnitate mundi. Doctor vero in textu ſubtiliter ſeptem naturalibus demonſtrationibus Deum eſse vnum concludit, prima earum eſt ex infinito intellectu, ſecunda ex infinita voluntate, tertia ex infinita bonitate, quarta ex infinita potentia, quinta ex ratione infinita abſolutè, ſexta ex ratione neceſse eſse, & tandem ſeptima ex ratione omnipotentiæ. *In* quibus omnibus litera textualis eſt clara: circa ipſam tamen ſequēs mouetur difficultas.

DIFFICVLTAS XLV.

Vtrum ſtante fidei articulo, quo creditur Deum eſse vnum; id poſſit naturaliter demonſtrari?

§ 1.

Referuntur errores quorundam infidelium cum ſententia Varronis.

1 COnficta Deorum pluralitas à Gentilibus diuino carentibus lumine, & omni ſacrarum Scripturarum elogio, prorſus expertibus, ita vetuſtis temporibus viguit, & nunc (proh dolor) Euangelij promulgatione in remotiſſimis prouinciarum cauernis, & vltimis orbis confinibus, ſufficientiſſimè habita, adhuc Idolorum cultui, & plurium Deorum obſequio, immanis Gentilitas, barbaricè, ita obtemperat, vt tot Deos miſerrimè colant, quot forſan Nationum, Regnorum, populorumue Gentilium exiſtit diuerſitas. Iſtorum inſaniam, non ſolū Patrum, & Sanctorum indiuiſus conſenſus damnauit: verum, & Phyloſophorum plurium naturalis ratio per diſcurſum ſyllogiſticum reprobauit.

Error Gentilium adorantium plures Deos

2 Hæretici autem quidam etiam ſurrexerunt vocati Gnoſtici, quorum Princeps Carpocrates fuit, quam D. *Irenæus* lib. 1. cap. 24. commemorat. Qui quidem duos Deos eſse dixerunt: quorū alter erat Deus bonorū, & alter Auctor malorum, prout refert D. Auguſtinus lib. de Hæreſibus cap. 6. & D. Epiphanius Hæreſi 33. & 36. hoc eodem errore decepti ſunt Appellitæ cum ſuo Appelle, teſtibus Euſebio lib. 5. hyſtor. cap. 13. & D. Auguſt. lib. citato capit. 23. quem errorē profitebantur Manichæi, vt ipſe *D.* Auguſt. in eodem lib. ca. 24. teſtatur. Marcion attamen cum Cerdon, teſtibus *D. Irenæo* lib. 1. cap. 26. & 29. & D. Theodoreto lib. 1. Hæret. Fab. & D. Auguſtino vbi ſupra, duos item Deos eſse dicebant; quorum vnus eſt bonus, & miſericors, alter vero ſeuerus, & iniuſtus. Primum quidem arbitrabantur Patrem fuiſſe Chriſti: ſed alterum mundi Creatorem, eiuſque nunc eſſe rectorē. Valentinianus autem putauit duo eſſe rerum principia, quæ Deos eſſe dicebat. *Iſtorum* autem vnum appellauit *profundum*, alterum vero *ſilentium*. *De* quibus plura commentitia fabricabat. Fingebat etenim triginta ortos eſſe Æones, quos omnes quaſi Deos vocabat: atque ideo appellabatur ipſe triginta *Deorum* prædicator: quem ſequutus eſt quidam Hæreticus nomine Secundus. Horum memoriam faciunt D. Cyrillus, Hieroſolym. Cathec. 6. D. Auguſtinus lib. de Hæreſibus cap. 11. Epiphanius Hæreſi 37. Theodoretus lib. 1. Hæreticorum fabul. D. *Irenæus* lib. 1. capit. 1. Præter iſtos attamen alij ſurrexerunt vocati Peratæ, teſte Theodoreto citato lib. ca. 18.

Error ponētium duo. Deor. Gnoſtici. Carpocrates D. Iren. D. Auguſt. D. Epipha. Appellitæ. Euſebius. Manichæi. Marcion. Cerdon. D. Theor. Valentinianus. D. Cyrill. Peratæ.

in

Philoponus Niceph. inter quos fuit Philoponus, vt refert Nicephorus lib.18.hyſtor.capit. 48. qui diuinam Triadem eſſe quidem tria ſuppoſita tres dictas naturas habentia, atque ideo tres Deos dicebant ex quo Tritheitæ ſunt appellati.

3 *Sententia Guillelmi Varronis.* Hac tamen Hereticorum prauitate circa veritatem diuinæ vnitatis reiecta: inter Catholicos Dei vnitatem fatentes, eſt duplex circa eius cognitionem ſententia. Prima namque ita hanc veritatem inquit eſſe fidei articulum, vt omnem naturalem rationē excludat. Atque ideo hanc propoſitionem *Deus eſt vnus*, naturalibus diſcurſibus demonſtrabilem eſſe, penitus negat. Hanc opinionem, quam Doctor refert in art.2. tenuit Guillelmus Varronis in 1. diſtinct.2. quæſt. 1. pro qua ſunt argumenta, quæ habētur in textu: vt porte illud Rabi Moyſis, quod, ſcilicet, Dei vnitas non aliter, quam à lege, & à teſtamento Dei habetur accepta, & alia ratio, quæ ibi habetur, quę argumenta ſoluit Doctor in fine articuli.

§.2.

Ponitur vera Scoti, & omnium, ſententia cum fundamentis.

4 IN oppoſitum autem eſt litera textualis in artic.2. ſolut. ad ſecundum vbi Doctor poſtquam in primo articulo diffinierit hanc veritatem eſſe de fide, & in hoc ſecundo per ſeptem naturales demōſtrationes eam oſtenderit conſequenter, vt probet ſimul eſſe de fide, & demonſtrabilem, hæc ait: Dico, *quod populus Iudaicus fuit rudis, & pronus ad Idolatriam: ideo indiguit inſtrui per leges de vnitate Dei: licet per rationem naturalem poterat demonſtrari.* Tenēt hac ſententiam omnes Scotiſtæ cum Doctore. Item Seraphicus Pater D. Bonauentura in 1. diſt.2. quęſt.1, art. 1. itē noſter Alexander Alenſis 1. part. quæſtione 14. memb.2. D. Thomas 1. par. quæſt.11. art.3. & omnes Thomiſtæ cum eo, item Durandus in 1. diſtinct. 2. quæſt.1. & omnes Theologi.

Pro huius ſententiæ intelligentia primo obſeruare oportet, quod vnum poteſt dupliciter ſumi, vel, ſcilicet, affirmatiuè, vel excluſiuè. Primo modo quodlibet ens eſt vnum: quia ea ratione, qua eſt ens, conſequitur ad eius entitatem vnitas: ita quod vnum, & ens dicuntur ad conuertentiam. Secūdo vero modo nullum ens creatum eſt vnum: quia nullum tale ens dicit repugnantiā ad hoc, vt poſsit in eadē ſpecie plurificari. De primo igitur modo vnitatis non procedit difficultas, de ſecundo autem, an, ſcilicet, Deus ita ſit vnus, vt repugnet alium Deum eſſe? eſt, quod inquirimus. 5

Eſt itē obſeruandū ſecundo ex eis quæ Doctor docet in loco nuper citato, quod non inconuenit aliqua ſimul eſſe de fide, & ratione naturali cognita, vt notatum eſt ſupra in difficultate 40. num.20. & in difficultate 2. conclusione 5. Cuius duplicē rationem nunc reddit Doctor in hoc articulo, qua oſtendit, quod etſi poſsit naturaliter haberi huius veritatis cognitio: eſt nihilominus vtile tradi per viam auctoritatis ſacræ Scripturæ: vel quidem ob ruditatem, & duritiem idolatrarum, qui ſunt proni ad fabricanda idola: ſicut ait contigiſſe *Iudæis*, qui indiguerunt per legem, & præceptū inſtrui in vnius *Dei* adoratione, & eius vnitatis cognitione: vel etiam quia hominum negligentia in huiuſmodi veritatibus indagādis: ſeu quorumdam intellectuum imbecillitate: aut alijs ſimilibus diſcurſuum impedimentis, ita lux rationis naturalis tenebreſcit; vt multa falſa, & profana, cum fidei veritatibus miſceantur: vt *D.* Auguſt. docet 8. lib. de ciuitate Dei cap.41. & ideo cōcludit Doctor, quod etiam naturali demonſtratione ſuppoſita, tuta eſt via, & facilis, & cōmunis auctoritas certa fidei, quæ nec poteſt fallere nec falli. 6 7

§.3.

Digitized by Google

§ 3.

Examinatur dubium, qualiter ea de propoſito poſsit ſimul ſub eſſe fidei, & ſcientiæ?

7 TAmetſi autem in locis nuper allegatis reſolutorie habeatur, de eiſdem, quæ ſunt alias naturaliter demõſtr. bilia, fidei articulos eſſe, ipſaque fidei ſubeſſe poſſe: non proinde ex hoc preſens difficultas manet ad unguem exhauſta. Ingens namque dubium vrget, an reſpectu eiuſdem met intellectus vna propoſitio poſsit inſimul eſſe ſcita, & credita? Ratio enim dubitandi maxime torquet, eo ꝙ ſicot euidẽtia, & obſcuritas reſpectu eiuſdẽ inſimul eſſe repugnãt: ſic fides. & ſciẽtia circa idem obiectum, reſpectu eiuſdem intellectus, ſibi adinuicem contradicunt. Ideo etenim in patria per viſionem beatam petit fides: quia euidentia eorum. quæ enigmatice crediderat, perfectiſsimẽ adeſt. Si igitur ſcientia naturaliter habita euidẽs eſt: & quæ fide creduntur, poſſunt alias naturaliter demonſtrari, & euidenter cognoſci: cur de eis articolus fidei eſſe poteſt? aut quomodo idem intellectus poterit eandem inuariatam propoſitionem inſimul demonſtratiuẽ ſcire, et fide credere? ſi hoc autẽ non poteſt, proculdubio, iſta propoſitio, *Deus eſt vnus*, eſto quod fide credatur, neutiquam poterit naturaliter demonſtrari: quod aduerſatur concluſioni textuali Scoti.

8 Dubium iſtud difficultatem præſentem redit profundam, & licet in materia de fide propriorem locum obtineat, hic nihilominus eſt breuiter ſpeculandum. Circa illud ergo inter infideles, nonnulli extitere errores. Arthemonitæ enim, quos refert Euſebius lib. 5. hyſtoriæ Eccleſi. cap. vltim. arbitrabantur non aoctoritati fidei eſſe ſtandum, ſed tantummodo demonſtrationibus per naturalẽ diſcurſum adhibitis: ac proinde, fidei articulos per Euangelicam prædicationem ab Eccleſia propoſitos naturalibus rationibus eneruabãt: ita vt illos, quos per naturalem rationem poterant demonſtrare, ſolummodo crederent, illos vero, qui naturalem diſcurſum exuperabant, deſpicerent. In quo errore forſitam Phyloſopos illos Ethnicos ſequebantur, qui nihil eſſe credendũ aiebant, niſi illud, quod demonſtratiua ratione verum eſſe, euidenter conſtabat. Ex quo ſic prædicationem Euangelicam illudebant, vt prædicante Apoſtolo articulum reſurrectionis mortuorum (vt patet Actorum cap. 17) id non veritatem Euangelicę prędicationis, ſed illuſionis ridiculæ ſtultitiam reputarent. Greci nãque tãtummodo humanæ ſcientię, & naturali ſapientiæ adhærebant Vnde Paulus 1. Corinth. cap. 1. dixit: *Iudæi ſigna petunt, Græci ſapientiã quærunt: nos autem prædicamus Ieſum Chriſtum crucifixum. Iudæis quidẽ ſcandalũ, gentibus autem ſtultitiam.* Stultitiam ergo putabant eſſe quodcumque propoſitũ ad credendum, qood naturaliter demonſtrati non poterat. Eundẽ fere errorem profitebantur Manichæi, dicentes nihil eſſe credendum, niſi quod ratiõ demonſtrat, vt Auctor eſt Diuus Auguſt. lib. de vtilitate credendi ad Honoratum cap. 1. in quo Ipſe ſanctiſsimus Doctor per nouem annos extitiſſe fatetur ibidem, & lib. 3. Confeſ. cap. 6. & lib. 5. cap. 7.

9 Ex oppoſito autẽ adeſt præallegata Varronis ſententia, quæ abſolute omnia, quæ fide creduntur, neutiquã per naturales diſcurſus demonſtrabilia eſſe, prout in textu quinti articuli patuit, autumabat: & forſã plures alij in eam videntur incidere, ſaltim in illo ſenſu, in quo ratio dubitandi nos vrget, vnde vt omnem ęquiuocationem de medio tollere valeamus, & huius dubij difficultas reſoluatur exacte, prælibanda ſunt, quæ in ſequenti §. continentur, per ea namque breuiter notata, & præſens dubium reſoluetur, & exinde ad principalem difficultatem facilior erit ſolutio.

...or quorũ Hæ...orum.

...hemo.

...hiani.

Ethic. Phyloſophi.

Acto. c. 1

1. Cor. c. 7.

Manichæ

D. Augu.

Varronis

§.4.

Proſequitur materia § præcedentis, & ſoluitur dubium eius.

QVÆ igitur circa hoc du-
IO 1.Concluſ. bium reſoluẽda ſe offerũt, ſequentibus aſſertionibus patefient. Sit ergo prima aſſertio: eſt error infide dicere neceſſarium eſſe ad fidei aſſenſum demõſtrationem per rationes naturales prærequiri: hæc eſt certa apud omnes, & il-
D. Baſil. D.Grego. D. Augu. D. Berna. Euſeb. lam pluribus ſacræ Scripturæ locis probant Doctores, pro qua videndi ſunt. D.Baſilius lib.2.contra Apologeticum Eunomij prope finem, D. Gregorius homil.26.ſup.20.Ioannis, D.Auguſt.lib. de fide inuiſibilium rerum, & epiſtola 56.ad Dioſcorum, & in lib.de vtilitate credendi contra Manichæum ad Honoratum, D.Bernardus in epiſtola 190.ad Innocentium, & Euſebius lib.5. hyſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.vlt.

Secunda aſſertio: eſt inſuper error
II 2.Concluſ. infide dicere, quod ea, quæ ſunt per ſe defide, poſſunt naturalibus diſcurſibus demõſtrari: hanc tenent cõmuniter omnes, & probant innumera ſacræ Scripturæ teſtimonia, patet ex illo Pſalm.50. *Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*, & Matthæi c.11.
Pſal.50. Matt.c.11 *Confiteor tibi pater, &c. quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis*, itẽ ibidem Paulo poſt: *Nemo nouit Filium, niſi pater, nec Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit filius reuelare*, quæ omnia, & plura alia teſtimonia diffiniunt huiuſmodi fidei myſteria non ſub eſſe naturæ viribus, aut eius demonſtratiuis diſcurſibus: vel omnia per reuelationem haberi, & non niſi fidei poſſe ſubeſſe, quorum altitudinem inacceſsibilem conſiderans Paulus ad Rom.cap.11. ſic exclamauit, *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius*, quæ verba de omni myſterio per ſe fidei poſſunt intelligi, eo quod per rationes naturales nullũ inueſtigari poteſt, eſt maximè diſcrimen quoddã inter ea, quæ ſunt defide, iuxta quod huius dubij reſolutio fiet: aliqua igitur ſũt defide per ſe, quæ, ſcilicet, nullis naturæ principijs inueſtigari poſſũt: quia ſunt omnino ſupra naturã, & omnes naturæ vires longè ſuperant, ac proinde, nec hominibus, nec Angelis ipſis ſine reuelatione poſſũt fieri nota, quæ quidẽ ob id dicuntur per ſe eſſe defide: quia non niſi per fidei articulos deſuper Eccleſiæ reuelatos creduntur, Alia vero ſunt defide quaſi per accidens, quæ videlicet, naturam non excedunt, & ideo naturæ viribus poſſunt cognoſci, & naturę principijs inueſtigari, ac naturalibus diſcurſibus demonſtrari, ſunt nihilominus defide credenda: quia vt articuli fidei ab Eccleſia proponuntur, & primam veritatem, tanquam ſuum formale obiectum reſpiciunt, in quo fides conſiſtit. Licet igitur iſta ex ſe demonſtrabilia ſint: quia tamen non omnibus facilis eſſet de illis demonſtratiuus diſcurſus, & præſertim Iudæis, qui ob nimiam ruditatem (vt ait Scotus) erant ad idolatrandum maximè proni, inter cæteros fidei articulos fuerunt reuelata à *Deo*, & propoſita ab Eccleſia, & idcirco etiam ſi ſint demonſtrabilia, ſunt nihilominus defide credenda, ſic eſt defide propoſitio iſta, *Deus eſt vnus.*

Eſt præterea ſupponendum, fidem 12
non ſolum excludere lumen euidens viſionis beatæ, vel etiam quodcumque lumen demonſtrationis euidentis, ob id etenim vocatur *argumentum non apparentium*, & in eius obſequium (inquit Apoſtolus) captiuandum eſſe intellectum: quam obrem loquẽdo de rebus fidei ſecundi generis, quæ ſcilicet, ex ſe demonſtrabiles ſunt, inquirimus, an de eadem re poſsit idem intellectus habere euidentiam, & fidem? an vero tantũ habeatur ex textu Scotico, eandem veritatem vni intellectui eſſe defide creditam, cui videlicet, non eſt demonſtrata, ſeu è conuerſo.

Porrò

13 Porrò ſit aſſertio tertia: de his quæ
per accideus ſunt de fide, poteſt eſſe
ſcientia, & fides tam reſpectu diuerſo
rum intellectuũ, quam etiam reſpe-
ctu eiuſdem intellectus ſucceſsiue.
Hæc debet eſſe communis, & exponi
tur, quoad vtramque partem: nam
quoad primam pro comperto habetur
ruſticum Chriſtianum ſola fide cre-
dere Deum eſſe vnum, cum non vta-
tur diſcurſu phyloſophico ad hanc
propoſitionē naturaliter demonſtrã-
dam. Ei igitur propoſitio prædicta eſt
fideliter credita, non vero euidenter
ſcita. Item Gẽtili Phyloſopo (qui vni
tatē Dei conſequutus eſt) fuit eadem
propoſitio ſimpliciter ſcita: quia eius
notitiam per demonſtrationem cauſa
tiuam euidentiæ acquiſiuit: non atta
men ſibi per fidem potuit eſſe credi-
ta: quia fides non loquitur ad eos, qui
foris ſunt. Secunda vero pars aſſertio
nis eiuſdē probatur, quia poteſt quis
fidelis nunc credere per fidem Deum
eſſe vnum, & poſt modum tempore
adueniente in phyloſophia inſtrui,
& hanc eandem propoſitionem de-
monſtratiue cognoſcere, & per diſ
curſum demonſtratiuum illius
euidentiam conſequi. An autem ad-
ueniente euidentia ipſius maneat
quoque fides, quæ præfuit, an vero fi-
de deſtructa, tantum remaneat euidē-
tia? hoc ſequens aſſertio illuſtrabit.

Bañez 22. q. 1. ar. 5. in ſuo Commē
14 tario concluſione 3. & 4. tenet non eſ
Bañez. ſe errorem aſſerere, quod de illis re-
bus, quæ per ſe non cadunt ſub fide,
poſsit ſimul haberi fides, & ſcientia;
id tamen aſſerere eſſe falſum. Aragon
Aragon. vero ibidem diſtinguit de habitibus
fidei, & ſcientiæ, & ait certum eſſe
vtrũq; reſpectu eiuſdē propoſitionis
inſimul eſſe poſſe, loquendo vero de
actibus, concludit impoſsibile eſſe ac
tum ſcientiæ, & actum fidei haberi
poſſe reſpectu eiuſdem obiecti, quod
D. Thom. ibi tenet D. Thomas. Quibus non ob-
ſtantibus teneo, quod licet de rebus,
quæ per accidens ſũt de fide, nõ poſ
ſit ſimul idem met actus eſſe de eadem
re fide credita, & demonſtratiue ſci-
ta: poteſt nihilominus idem intelle-
ctus habens habitum fidei, & habitum
ſcientiæ vnius propoſitionis, modo
elicere actum fidei, & modo actum
ſcientificum circa illam: quia quili-
bet habitus ex duobus prædictis incli
nat ad actum ſibi proportionatum: da
to ergo, quod vterque habitus fidei, vi
delicet, & ſcientiæ, in intellectu cõſer
uatur, quilibet proculdubio ad ſuum
actum inclinat, illumque elicit, & nõ
inconuenit actum ſcientię eſſe euidē
ter clarum, & actum fidei eſſe aſſen-
ſum obſcurum: quia euidentia, & obſ
curitas non opponuntur, niſi reſpe-
ctu eiuſdem actus, minime autē reſ-
pectu diuerſorum. Eſt illud, quod no-
bis obijcitur de beatis, in quibus fidem
permanere repugnat eo quod vno
continuo, & inuariato actu viſionis,
omnia, quæ crediderant, euidenter in
tuentur: eiuſdē autē euidenti intui-
tioni obſcuritas fidei repugnat, atqui
Phyloſophus Chriſtianus poteſt per
habitum ſcientiæ, quam habet elice-
re actum ſcientificum, quo Deum eſſe
vnum ex principijs naturalibus eui-
denter cognoſcat, & poteſt deinceps
per habitum fidei elicere actum fidei,
quo credat eandem propoſitionem,
vt à Deo reuelatam.

Nec valet, ſi nobis in oppoſitum ad
ducas Scotum, qui in 3. diſt. 24. quæ- 15
ſtion. vnica lit. H. hæc aſſerentem:
*Dico igitur quod cum fide ſtare non poteſt
ſcientia proprie dicta*: nam ibi loquitur
de fide reſpectu illarum rerum, quæ
per ſe ſũt de fide, quæ, ſcilicet, per nul
lum naturæ diſcurſum poſſunt demõ
ſtrari: hic autem loquimur de eis, quæ
per accidens fidei ſubſunt, quæ alias
ſunt demõſtrabilia ratione naturali.
Et quod hæc ſit mens Doctoris, patet ex
verbis ſequentibus, quæ illico ſubdit,
ait enim: quia *termini non apprehendun
tur in particulari ſub proprijs rationibus,
ideo principia non ſunt nata ex euiden-
tia rei, & per conſequens concluſio non
eſt ſcientifica*, de his igitur, quæ euiden
ter non poſſunt fieri ſcientifica, loqui
tur: non vero de illis, quæ alias demõ-
ſtrabilia ſunt ex naturæ principijs, &
nihilominus fide creduntur, vt patet.
Ex his late patet qualiter in præſenti,
nullum ſit inconueniens eandem pro
poſitionem, alias per naturalē diſcur-

ſum demonſtrabilem etiam eſſe fide creditam, & ex conſequenti, poſſe hanc *Deus eſt vnus* eſſe inſimul demõſtratiue ſcitam, & fide creditam, eo quod talis propoſitio eſt de fide per accidens,& nõ per ſe,& hoc eſt, quod præſens difficultas inueſtigat.

§. 5.

Concluditur vnitas Dei,& *auctoritate probatur.*

16 1.*Concluſ.* HIS præhabitis difficultatem cõcludẽdo dico primo,de fide eſſe quod Deus eſt vnus. Probatur hæc cõcluſio pluribus ſacræ Scripturæ teſtimonijs, in quibus Prophetæ, Apoſtoli, Chriſtus Dominus,& ipſeDeus hoc teſtantur:
Deuter. & primo patet ex illo Deutero. c.32. vbi de ſeipſo loquens Deus hæc ait: *Videte, quod ego ſim ſolus,& non eſt alius præter me*,& per Eſaiam pluribus in locis hoc de ſe affirmauit: nam cap.41. inquit: *Ante me non eſt formatus Deus,& poſt me non erit*,& c.44. *Ego primus, & ego nouiſſimus,& abſque me nõ eſt Deus, quis ſimilis mei?* & c. 45. *Ego Dominus & non eſt alius, extra me non eſt Deus* & infra, *conuertimini ad me omnes fines*
Oſeæ. *terræ, quia ego Deus, non eſt alius*, & per Oſeam c.13. inquit, *Deum abſque me ne ſcies*, item hoc idem teſtatur Chriſtus
Matt.c.12 Dominus qui inquit Matth. c.12 pri-
Luc.4. mum omnium mandatum eſt, *Audi Iſ-*
Ioan. 17. *rael, Dominus Deus tuus vnus eſt*,& Lucæ c.4. *Dominum Deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies*,& Ioannis 17. Patrẽ alloquens ait: *Hæc eſt vita æterna, vt*
17 *cognoſcant te ſolum Deum verum.*
Deute. 4. Hoc idem Prophetarum teſtimo-
& 6.c. nio veteris teſtamenti confirmatur:
Pſal.17. nam Moyſes Deuteronomij 4. ait: *Do-*
Pſal.85. *minus ipſe eſt Deus,& non eſt alius præter*
3.Reg.c.8. *vnum*,& ibi: *Dominus ipſe eſt Deus ſeor-*
Sap.c. 12. *ſum,& in terra deorſum,& non eſt alius,*
Eccle. c.1. & c.6. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter*
1.Reg. c.2. *vnus eſt*, item Dauid Pſal.17. *Quis Deus*
Matt. 12. *præter Dominum, aut quis Deus præter Deum noſtrum?* & Pſalm.85. *Faciens mirabilia tu eſt Deus ſolus*,& 3.Reg.c.8. dixit Salomõ: *Domine Deus Iſrael non eſt ſimilis tui in cælo deſuper,& ſuper terram deorſum*,& Sapientiæ c.12. *Nõ eſt alius Deus quam tu*, Eccleſiaſt. cap.1. *Vnus eſt Altiſſimus*,& 1.Regum cap.2. cecinit Anna mater Samuelis: *Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus, nec enim eſt alius ex-*
tra te,& non eſt fortis ſicut Deus noſter. 18
Item probatur ex nouo teſtamen- *1.Corin.8.*
to, præſertim ex illo Matth.12. vbi dicitur: *Vnus eſt Deus,& non eſt alius præ-*
ter eum,& 1.Corinth.c.8. *Nobis vnus* *Ad Gal.3.*
eſt Deus,& infra *ſcimus quia nullus eſt* *Ad Eph.4.*
Deus niſi vnus,& ad Galat.3. *Deus au-* *1.Ad Tim.*
tem vnus eſt, ad Epheſios 4. *Vnus Deus* *2.*
pater omniũ, 1.ad Thim.2. *Vnus enim*
Deus,& mediator Dei,& hominum. 19
Secundo brobatur cõcluſio ex diffinitione Eccleſiæ,& primo ex Concilio Niſſeno primo, vbi in Symbolo fidei edito ab Apoſtolis, addita eſt pro
feſsio diuinæ vnitatis,& dicitur, *Cre-* *Conc.Niz.*
do in vnum Deum. Quod poſtea profi- *Conc. Ro-*
tebantur omnia fere ſequentia Conci *man.*
lia: ſed expreſſe præſertim in Conci- *Cõc. Hyp.*
lio Romano ſub Iulio I. in Concilio *Conc.Con-*
Hyppo. in principio, in Conſtantino *ſtan.*
pol.6. actione 17. cum ſym.c.1. diſtin. *Cap.1.*
5.c. baptizandos cum ſeq. de conſe- *Cap.bapti-*
crat diſt.4. Item Grego. in ca. *firmiter* *zando.*
de ſumma Trinitate,& fide Catholi- *Capi firmi-*
ca, vbi dicitur, *Firmiter credimus,& ſim-* *ter.*
pliciter confitemur, quod vnus ſolus eſt *Conc. Tri.*
Deus verus,& nouiſſimè hoc idem diffinitum eſt in Concil.Trid.ſeſſ.4. vbi ſacra Synodus profitetur Symbolum
fidei Concilij Nizeni dicens *Credo in* 20
vnum Deum. *Symbolum*
Tertio probatur Sanctorum Patrũ *Athan.*
auctoritatibus, in primis eſt Symbolum fidei Athanaſij, vbi hæc habẽtur:
Fides autem Catholica hæc eſt, vt vnum *D. Dyon.*
Deum in Trinitate,& Trinitatem in vni *D. Dam.*
tate veneremur, item D. Dyoniſius de *D. Athan.*
diuinis nominibus c.2. inquit, *In omnibus fere ſacris libris aduertimus diuinitatem ſanctè prædicari,& ſingularem quidem,& vnicã ob ſimplicitatem, atque vnitatem excellentis illius indiuidui, ex quo velut vnica virtute in vnum tendimus*, D.Damaſcenus lib.1.c.5. hæc profert, *Apud eos, qui ſcripturis credunt, Deum eſſe vnum, extra controuerſiam eſt.* Sed vlterius D.Athanaſius hoc idem non ſolum ex fide credentium ſcripturis, ſed contra eos, qui ipſis nõ credunt, duos

Deos

Digitized by Google

Deos conſtituere inſaniam eſſe in oratione contra Idola, ſic probat: nam ſi eſſent duo Dij: *æqua in ambobus eſſet poteſtas, & imbecillitas, par quidem poteſtas, quod alter alterius voluntatem vinceres, eo ipſo quod altero inuito eſſe poſſet. Par itẽ imbecillitas, quod nolentibus ipſis, ea, quæ nolens, euenirent, ſiquidem vnus præter alterius voluntatem existeret.* Videantur pro hac concluſione Ignatius in epiſtola ad Antiochenum, Tertulianus 16. contra Praxeam, & in Appologetico aduerſus gentes, D. *I*uſtinus in lib. de Monarchia, idẽ Athanaſius in epiſtola contra Gregales Sabelli, & in lib. de communi eſſentia diuinitatis, D. Nazianzenus orat. 2. de Theologia & oratione de natali Domini, *D*. Baſilius in oratione cõtra Sabellium; & Arrium, D. Cyprianus de vnitate Idolorum, D. Auguſt. lib. 1. de Trinitate c. 4. D. Ambroſius lib. 1. de fide c. 4. Lactantius lib. 1. diuinar. *I*nſtitutionum c. 4. & ſequentibus, ac reliqui Patres, & Doctores.

D. Igna.
Tertulian.
D. Iuſtin.
D. Naziã.
D. Baſilius
D. Cypr.
D. Augu.
D. Ambr.
Lactantius

§ 6.

Propoſitio Deus eſt vnus concluditur, naturaliter demonſtrari

21 DICO ſecundo, Deum eſſe vnum euidentibus diſcurſibus naturalis rationis lumine demonſtrabile eſt. Concluſio eſt Scoti, & communis omniũ dempto Varrone: quam primo probat Phyloſophorum Gentilium omni Scripturæ, aut Eccleſiæ teſtimonio carentium, multitudo: qui naturali ſolummodo lumine ducti, Dei vnitatem ſyllogiſtice concludebant, inter quos extiterunt Pytagoras Sophocles, Eſchilius Orpheus, Euripides, Plato, Menandrus, Ariſtoteles, Tulius, &c, & alij plures, quos refert D. *I*uſtinus Martyr, lib. de Monarchia, & in oratione Parænet. ad gentes, ac Euſebius Cæſarienſis lib. 11. de præparatione Euangelij c. 9. Cyrillus Alexandr. lib. 14. contra *I*ulianum, Arnobius lib. 3. contra gentes, & quam plurimi alij.

2. Concluſ.
Pithagor.
Sophocles.
Eſchilius.
Orpheus.
Euripides.
Plato.
Menandr.
D. Iuſt.
Euſebius.
D. Cyrill.
Alexandr.
Arnobius.

22 Ratione autem probatur hæc concluſio argumentis, & ex pluribus vijs diuinę vnitatis fit demõſtratio. Nam qui cõcederet eſſe duos *D*eos, nõ eſt cur plures alios *D*eos eſſe negaret: nõ enim maior ratio eſt de duobus, quam de pluribus alijs, & forſan infiniti tunc eſſent ex conceſſione plurium: ſed eſto quod ſint in numero finito, de duobus argui poteſt idẽ, quod de pluribus neceſſario infertur. Et argumentum optimum eſt illud nuper relatũ *D*. Athanaſij, iuxta quod ſuppono, quod ſi eſſent duo Dij, tantum diſtinguerentur numero: eſſent enim vnius ſpecificæ naturæ: quia ſi diſtincti eſſẽt ſpecie: non poſſet ratio Deitatis vtrique ex æquo competere. Et tũc qui inferior eſſet, alterum vt ſuperiorem coleret: & hic eſſet Deus, non tamen ille. Suppoſito ergo, quod eſſent eiuſdem naturæ: neuter haberet perfectionem indiuidualem alterius: & ſic neuter eſſet infinite perfectus: quia ſibi alterius perfectio deficeret: nec aliquis eorum eſſet prima omnium cauſa: quia non poſſunt eſſe duæ primæ cauſæ: tũc enim, nec vna, nec altera eſſet prima: ſi vero vnus eſſet prima cauſa omnium rerum: iam alter non eſſet cauſa illius, vel dependenter ab illo qui eſt prima cauſa, cauſaret. Et quidẽ ſi dependenter cauſaret, iam non eſſet æqualis virtutis cum illo, à quo dependenter cauſaret, & ideo non eſſet Deus ſicut ille. Si vero non eſſet cauſa omnium rerum, deficeret ſibi omnipotentia, & Deus non eſſet.

Quod etiam ex ratione cauſæ finalis, hoc probatur, facillimè cõſtat: nã ſi omnia amabilia debent diligi propter Deum, ipſe quoque magis amabilis eſt: quia ex eius amore pendet diligibilitas omnium, quæ ordinantur ad ipſum: atque ideo eſt diligibilis ſuper omnia. Si ergo vnus duorum ſuper omnia ſit diligibilis: iam profectò ſuper alterum diligibilis eſt. Et tunc iam alter non ſuper omnia diligibilis eſſet: ſi autem non eſſet ille diligibilis ſuper iſtum: profecto neuter diligibilis eſſet ſuper omnia, cum ergo ratio amabilitatis in Deo ſit eius ſumma, & infinita bonitas, proculubio qui non eſſet ſuper 23

omnia

omnia diligibilis, non haberet æqualẽ bonitatem cum altero, qui ſuper omnia diligibilis eſt: & ideo non eſſet Deus.

24 Probatur quoque ex via eminentiæ: quia duo eminentiſsima entia eſſe nequeunt: cum de ratione eminentiſsimi ſit non tantum à nullo perfecto excedi, ſed omnia perfecta, & eminentia excedere. Si ergo neuter excedit alterum: neuter quidem eſt eminẽtiſsimum. Si vero vnus alterum excedit, iam ille, qui exceditur, Deus eſſe non poteſt: & ſic ſemper relinquitur quod vnus ſit Deus.

25 Præterea ex ratione optima, qua omniũ vniuerſitas regitur, idem concluditur: quia ſi ambo ex æquo imperant ſimul, amborum eſt vna indiuiſa voluntas, & tunc iam vnitas Deitatis in pluribus perſonis admittitur. Si vero quilibet imperans ſua diſtincta voluntate gubernat: vel quidem ſemper vnus neceſsitatur ad conſentiendum voluntati alterius;, vel nonumquam illi poteſt reſiſtere. Si primum dicatur, iam ille conſentiens alterius imperio ſubiacet: ſi vero reſiſtit: vel profecto imperantis volũtas exequitur, vel reſiſtẽtis obſtaculo ceſſat effectus. Multa quidẽ alia ex pluralitate Deorum ſequuntur abſurda: quorum vitatio Dei vnitatem euidenter demonſtrat.

26 Item, probatur eadem concluſio à Doctore in textu huius ſecundi articuli, ſubtilibus ſeptem diſcurſibus, & demonſtrationibus, Dei vnitatem euidenter concludentibus, quæ quia habentur in textu, non eſt cur hic iterum repetantur. At non poſſumus non referre alias tres demonſtrationum vias, quibus D. Thomas 1. part. quæſt. 11. art. 3. hanc concluſionem corroborat.

27 *1. Demonſtratio. D. Thom.* Sic igitur illam demonſtrat, primo quia illud, vnde aliquid ſingulare eſt hoc aliquid, nullo modo eſt multis communicabile, illud enim vnde Sortes eſt homo, multis cõmunicari poteſt: ſed id, vnde eſt hic homo, non poteſt communicari, niſi vni tantum. Si ergo Sortes per id eſſet homo, per quod eſt hic homo, ſicut non poſſunt eſſe plures Sortes, ita non poſſent eſse plures homines. Hoc autẽ conuenit Deo: nam ipſe Deus eſt ſua natura: ſecundum igitur idem eſt Deus, & hic Deus: impoſsibile eſt igitur eſse plures Deos.

Secundo idem ſic probat ex infinitate eiuſdem perfectionis: nam Deus comprehendit in ſe totam perfectionem eſſendi. Si ergo eſſet plures Dij, oporteret eos differre, aliquid ergo conueniret vni, quod nõ alteri. Si autem hoc eſset perfectio, alteri eorum deeſset: & ſic ille, in quo eſset priuatio, non eſſet ſimpliciter perfectus, impoſsibile eſt ergo eſſe plures Deos. 28 *2. Demonſtratio. D. Thom.*

Tertio idem demonſtrat ab vnitate mundi, omnia enim, quæ ſunt, inueniuntur eſſe ordinata adinuicem, dũ quædam quibuſdam deſeruiunt: quæ autem diuerſa ſunt, in vnũ ordinẽ nõ conuenirent, niſi ab aliquo vno ordinarentur: melius enim multa reducũtur in vnum ordinem per vnum, quã per multos: quia per ſe vnius, vnum eſt cauſa, & multa nõ ſũt cauſa vnius, niſi per accidens, inquantum, ſcilicet, ſunt aliquomodo vnum. Cum igitur illud, quod eſt primum, ſit perfectiſsimum, & per ſe, nõ per accidens, oportet, quod primum reducens omnia in vnum ordinem, ſit vnum tantum: hoc eſt Deus: ergo &c. Hactenus D. Thomas. Demonſtrationes iſtæ, *D.* Thomę ſatis concluſionẽ confirmant, & plures aliæ à Phyloſophis naturalibus fabricatæ idem concludebant: ſed ſeptẽ ab Scoto factæ in textu proculdubio ſubtiliter vrgent. Ex omnibus ergo ſatis remanet concluſio comprobata. 39 *3. Demonſtratio. D. Thom.*

Dico tertio, quod adhuc ſtante articulo fidei, quo fideliter credimus, Deũ eſſe vnũ, hoc idẽ eſſe naturalibus diſcurſibus demõſtrabile, ac propterea propoſitionẽ iſtã *Deus eſt vnus* inſimul fidei, & ſcientiæ ſubiacere. Cõcluſio hæc ſatis ex duabus præcedẽtibus confirmatur. Si etenim ex prima conſtat propoſitionẽ huiuſmodi eſſe de fide: & ex ſecunda eſſe naturaliter demonſtrabilem: ac proinde de illa dari ſciẽtiam: optimè concluditur inſimul eſſe ſcitam, & creditam, & inſimul eſſe de fide, & demonſtrabilem. 30 *3. Concluſ.*

Quod

Quod vero concluſio iſta non ſolum reſpectu diſtinctorum intellectuum, verum & reſpectu eiuſdem intelligatur, pluſquam ex ſupra notatis in §.4. ſatis enucleatur, hic amplius probatur: nam poteſt quis Gentilis Phyloſophus, iam per naturalem diſcurſum comparata demonſtratiua, & euidenti noticia prædictæ propoſitionis, ad fidem conuerti, & in Baptiſmo ſibi infundi habitus fidei, inclinans ad aſſentiendum articulis ab Eccleſiâ propoſitis, inter quos primus eſt Deum eſſe vnum, iuxta illud, *Credo in vnum Deum*, quæro modo, aut iſte aſſentiet actu fidei, huic articulo, aut nõ. Secũdum dici non poteſt: quia tunc iſte in primo articulo fidei, eſſet infidelis: quia non credit primæ veritati dicenti, quæ eſt ratio formalis fidei, & cõſequenter, cum fides ſit indiuiſa, & per vnũ actum oppoſitum deſtruatur, iſte recens fidelis, eſſet proculdubio infidelis. Si autem dixeris primum, habetur intentum, cum autem actus huiuſmodi non deſtruat euidentiam eiuſdẽ propoſitionis, quam antea habuiſſe præſuponitur: conſquenter in eodem met intellectu permanent fides, & ſciẽtia huius propoſitionis *Deus eſt vnus*.

Nec valet, ſi reſpondeas illum talẽ Phyloſophũ infidelem nõ eſſe, eſto ꝙ propoſitionem prædictam non fide crediderit: quia quod alias naturaliter ſcitum ſupponitur, fide non indiget: fides namque eſt reſpectu eorum, quæ alias non ſciuntur. Contra: quia fides licet pro materiali reſpiciat cognitionem eorum, quæ ab Eccleſia proponũtur credẽda: nihilominus formaliter, non, niſi primam veritatem dicentem (in quo ratio formalis fidei conſiſtit) reſpiciat. Per accidens ergo ſe habet, quod hoc, vel illud proponatur credendum: ſed omnis aſſenſus hominis fidelis circa talia formaliter reſpicit primam veritatem dicentem: & ab ea ſpecificatur aſſenſus huiuſmodi, tanquam à ſuo formali obiecto: ſi ergo fidelis ille Phyloſophus, non aſſentiret ſub hac ratione, articulo illi, ſibi ab Eccleſia propoſito, procul omni dubio in fide deficeret, ſiquidem, nec crederet Eccleſiæ proponenti, nec primæ veritati dicenti: ergo &c. 32

Rationes vero dubitandi ſeu argumenta, quæ contra hanc concluſionem poterant machinari, ſatis ex ſupra notatis dilui poſſunt. 33

Finis Primi tomi huius Primi libri ſententiarum Scoti.

LAVS DEO.

SALMANTICAE

Apud Didacum à Cuſsio.

Anno M.DC.XXVIII.

Digitized by Google

SEX VTILISSIMI INDICES SEQVVNTVR, IN QVIBVS, QVIDQVID

in hoc Tomo habetur: per allegationes, vel paginæ, vel Diſtinctionis, Quæſtionis, Articuli, Expoſitionis Articuli, Difficultatis, Paragraphi, Literæ, aut numeri, diſtinctè, & facillimè reperitur.

PRIMVS INDEX ADDITIONVM, QVAE HABENTVR

inſertæ intra textum Scoti, in hoc primo Tomo, quæ ſolent dici litera cancelata.

Notatio ad iſtas Additiones.

EX indigeſta mole literæ textualis, Librorum ſententiarum Scoti, indicatur, poſt eius obitum ab ipſius diſcipulis fuiſſe collectos, & typis, vt poſthumos eiuſdem mandatos. Collectores autem prædicti vltra miſcelaneam confuſionis propria, quam textui Scotico miſcuerunt, ipſum abſque non nullis quaternionibus poſtillarum Scoti, vel quidem obliuione capti, vel forſan quia inter cæteros pro tunc non fuerunt inuenti, in primis editionibus typographiæ tradiderunt. Adinuentis verò, decurſu temporis, poſtillis eiuſmodi, in editionibus aliis, ipſas intra textum inſertas locis proprijs impreſſerunt. Deinceps Reuerendiſsimus P. Fr. Franciſcus Lychetus, cum totius noſtri Sacratiſsimi Ordinis clauum teneret, prædictas poſtillas Scoticas à priori textu Doctoris exenterauit: ac ſi Scotici ingenij legitima proles non eſſent: Fr. Antonius vero de Fantis, & alij illas intra textum manentes, lineis quibuſdam, ſeu ſignis ad marginem cancelarunt propterea que literea cancelata appellantur interdum. Ne ergo litera, quæ re vera Scotica eſt, extra textum Scoti collocetur, & ob id Textus Scoticus pluribus ſubtilitatibus (quæ theſaurizantur in illa) eneruatus in lucem nunc prodeat, ſicut ordinauit Lychetus, quem ſecutus eſt P. Fr. Ioannes de Incarnatione in ſuo bene ordinato libro Scotii. Ne etiam verum textum Scoti tanquam alienigenam tractaremus, & cancelatum, ſicut Antonius de Fantis, vel characteribus: minuſculis, ſcriptum, ſicut frater Vgo Cauello, ediderunt: in noſtris articulationibus conſtituerem: textus nunc cum prædictis poſtillarum additionibus indiſtincto, integer extat, & illas tanquam veram literam Scoti, honore debito veneramur. Ne attamen ab ſcrupuloſo aliquo Scotiſta, aliquid exinde Scoti literæ puritati derogare inſtetur; hunc indicem additionum hic, & in reliquis Libris & Tomis noſtri operis libenter adieci, vbi clare habetur Diſtinctio, Quæſtio, Articulus, Litera pagina, columna, & linea, vbi additio ponitur, & verba quibus incipit, & finitur.


Index Addictionum.

¶ ADDI-

SALMANTICAE

Apud Didacum à Cuſsio.

Anno M.DC.XXVIII.



Digitized by Google

SEX VTILISSIMI INDICES SEQVVNTVR, IN QVIBVS, QVIDQVID in hoc Tomo habetur: per allegationes, vel paginæ, vel Diſtinctionis, Quæſtionis, Articuli, Expoſitionis Articuli, Difficultatis, Paragraphi, Literæ, aut numeri, diſtincte, & facillime reperitur.

PRIMVS INDEX ADDITIONVM, QVAE HABENTVR inſertæ intra textum Scoti, in hoc primo Tomo, quæ ſolent dici litera cancelata.

Notatio ad iſtas Additiones.

EX indigeſta mole literæ textualis, Librorum ſententiarum Scoti, indicatur, poſt eius obitum ab ipſius diſcipulis fuiſſe collectos, & typis, vt poſthumos eiuſdem mandatos. Collectores autem prædicti vltra miſcelaneam confuſionis propriæ, quam textui Scotico miſcuerunt, ipſum abſque non nullis quaternionibus poſtillarum Scoti, vel quidem obliuione capti, vel forſan quia inter cæteros pro tunc non fuerunt inuenti, in primis editionibus typographiæ tradiderunt. Adinuentis vero, decurſu temporis, poſtillis eiuſmodi, in editionibus alijs, iſtas intra textum inſertas locis proprijs impreſſerunt. Deinceps Reuerendiſsimus P. Fr. Franciſcus Lychetus, eum totius noſtri Sacratiſsimi Ordinis clauum teneret, prædictas poſtillas Scoticas à priori textu Doctoris exenterauit: ac ſi Scotici ingenij legitima proles non eſſent: Fr. Antonius vero de Fantis, & alij illas intra textum manentes, lineis quibuſdam, ſeu ſignis ad marginem cancelarunt propterea que litera cancelata appellantur interdum. Ne ergo litera, quæ re vera Scotica eſt, extra textum Scoti collocetur, & ob id Textus Scoticus pluribus ſubtilitatibus (quæ theſaurizantur in illa) eneruatus in lucem nunc prodeat, ſicut ordinauit Lychetus, quem ſecutus eſt P. Fr. Ioannes de Incarnatione in ſua bene ordinato libr. Scoti: Ne etiam verum textum Scoti tanquam alienigenam tractaremus, & cancelatum, ſicut Antonius de Fantis, vel characteribus minuſculis, ſcriptum, ſicut frater Vgo Canello, edidcrunt: in noſtris articulationibus conſtituerem: textus nunc cum prædictis poſtillarum additionibus indiſtincto, integer extat, & illas tanquam veram literam Scoti, honore debito veneramur. Ne attamen ab ſcrupuloſo aliquo Scotiſta, aliquid exinde Scoti literæ puritati derogare inſtetur; hunc indicem additionum hic, & in reliquis Libris, & Tomis noſtri operis libenter adieci, vbi clare habetur Diſtinctio, Quæſtio, Articulus, Litera, pagina, columna, & linea, vbi additio ponitur, & verba quibus incipit, & finitur.

Index Additionum.

¶ ADDI-

ADDITIONES AD QVÆSTIONEM primam Prologi.

IN *articulo 3.pag.16.col.1.lin.20.lit.M.ponitur additio,quæ incipit,* contra hanc ſolutionem,*& finitur ante lit.N.his verbis*,vnius ad alterum.

In artic.7.pag.47.col.2 lin.21.lit.B ponitur additio.quæ incipit pono quod ſit aliquis,*& continuatur in lit.C.& finitur,pag.48.col.1.lin.8.ante lit. D.his verbis* neceſſarium ad ſalutem.

Ibidem lin.15.lit.E.ponitur additio,quæ incipit,Reſpondeo dicendum,*& finitur,col.2.lin.31 lit.F.his verbis* fidem acquiſitam.

Addit.ad quæſtion.3.Prologi.

In artic.6.pag.213.col.1.lin.29.ſub lit.H. ponitur additio,quæ incipit, quia paſſiones entis,*& finitur,col.2.lin.5.his verbis* ſubiecto particulariter.

Addit.ad quæſt.5.Prologi.

In articulo 3 pag.276.col.1.lin.33.lit.A. ponitur additio,quæ incipit quia diuiſio,*& finitur lin.35.his verbis*,eſt eſſentialis.

Ibidem col.1.lin.13 ſub lit.E.ponitur additio,quæ incipit Confirmatur iſta ratio,*& continuatur in lit.D.& finitur his verbis*,non eſſentialis.

In art 6.pag.290.col.1.lin.16.ſub lit.E ponitur additio,quæ incipit,hæc aute m quæ iam dicta ſunt,*& finitur lin 33.his verbis*,quæſtionis principalis in 6.artic,

In artic.10.pag.315.col.2.lin.32.ſub lit,D ponitur additio,quæ incipit, & hoc. propter ſubiectum,*& continuatur in ſequenti pagina,& finitur ante lit. E. his verbis* inconuenientia quare &c.

In art.13.pag 336.colu.2.lin.14.lit.G.ponitur additio quæ incipit ſuſtinendo primam viam,*& finitur ante lit.H his verbis*,quod non poſuit Philoſophus.

Ibidem lit.H.ponitur additio,quæ incipit ad tertium dico,*& finitur his verbis*, & ſic patet ad argumenta.

Additiones ad diſtinctionem primam primi libri Sententiarum Scoti.

Ad quæſtionem primam diſtinctionis primæ:

In art.3.pag.357.lin.21.ſub lit.H ponitur additio,quæ incipit ſicut quodcumq; eius ad finem,*& finitur ante lit.I his verbis* inter materiam,& formam.

AD-

Digitized by Google

Index additionum.

Addit.ad quæſtion.2.diſtinct.1.

In artic.1.pag.453.col.1.lin.35.ſub lit. G. ponitur additio,quæ incipit, ideo eſt alia reſponſio,*& finitur ante lit.H.his verbis*,eſt tantum eſſentiale &c.

In articulo 3 pag.465.col.1.lin.7.ſub lit.I. ponitur additio,quæ incipit,præterea ſi intellectus,*& finitur in col.2.lin.26.his verbis*,ſine ſecundo obiecto.

In eodem art.3.pag.468.lin.14.lit.Q.ponitur additio,quæ incipit,poteſt dici ꝙ concludit,*& finitur his verbis*,ad illud motiuum de imagine.

Addit.ad quæſt.4.diſtinct.1.

In art.1.pag.676.col.1.lin.36.lit.D.ponitur additio.quæ incipit, quia nihil facit,*& finitur his verbis* æque ſimpliciter.

In eodem art.1.pag.677 col.1.lin.12.ſub lit.E.ponitur additio,quæ incipit, aliter autem dicitur,*& finitur ante lit.F.his verbis*,actione agentis præuij.

Ibidem lit.F.ponitur additio,quæ incipit,quia ratio non ſoluitur,*& finitur,pa.680.lin.6.his verbis*,& ad extremum.

In eodem art.1.pag.680.col.1.lin.7.lit.G.ponitur additio,quæ incipit, ideo ad probationem,*& finitur in fine col.1.his verbis*, ad media neceſſaria.

In eodem art.1.pag.681.col.1.lin.1.lit.H.ponitur additio,quæ incipit,Reſpondetur ad iſtud,*& finitur ante lit.I.his verbis*,ſibi præſentialiter,vt obiectum cognitum.

In eodem art.1.pag.676.col.1.lin.16.lit.P.ponitur additio,quæ incipit, ſecundo præterea patet,*& finitur ante lit.C.his verbis* neceſſario ponit actū,ergo&c.

In eodem art.1.pag.677.col.1.lin.3.ſub lit.E.ponitur additio,quæ incipit,quidā tenendo concluſionem oppoſitam,*& finitur lin 12.his verbis*,neceſſario agēte.

In eodem art.1.pag.679.col.2.lin.34.ſub lit F. ponitur additio,quæ incipit, ſed item probatur,quia quidquid neceſſario agit,*& finitur,pag.680.col.1.lin.6.his verbis* ad medium,& ad extremum.

In eodem art.1.pag.681.col.1.lin.1.ponitur additio,quæ incipit, ad tertium dico quod vbicumque eſt,*& finitur lin.22.his verbis*,ad agēdum circa obiectum.

In 2.art.pag.684.col.1.lin.29.lit.F.ponitur additio,quæ incipit,ad iſtam rationem reſpondetur,*& continuatur per col.2 & finitur pag.685.co.1.lin.30.ſub eodem lit.F.his verbis*,de voluntate non de intellectu.

In art.3.pag.690.col.1.lin.7.lit.D.ponitur additio,quæ incipit quæcumq; potentia,*& finitur ante lit.E.his verbis* veriſsima videtur ergo &c.

In eodem art.& pag.col.1.lin.31.lit.E.ponitur additio,quæ incipit,ad rationē, quæ eſt de neceſſario,*& continuatur in col.2.& per totam,pag.691.& pag.692. & pag.693.col.1.vſq; ad finem litt.E.ibi finitur ante lit.F.his verbis*,in aliquo genere principij.

In art.3.pag.689.col.2.lin.25.ſub lit.C.ponitur additio,quæ incipit,tertio præterea voluntas,*& finitur pag.690.ante lit.D.his verbis*,cuiuſcumque alterius.

Index additionum.

In art.3.pag.690,col.1.lin.31.ſub lit.E. ponitur additio,quæ incipit, ad rationem,quæ eſt de neceſſario,*& finitur lin.3.his verbis*,eſſet conſiderare finem.

In art.4 pag.694.col.1.lin.vlt.ſub lit.A. ponitur additio,quæ incipit, quia ſi voluntas non poteſt,*& continuatur in col.2.per totam,& finitur pag.695.col.1.lin.5.ante lit.C.his verbis*,quam ipſum velle:ergo &c.

In eodem art.4.pag.695.col.2.lin.28.lit.E.ponitur additio,quæ incipit,ad argumenta reſpondeo,*& finitur lin.14.his verbis*,vel reſpectu huius.

In art 6 pag.698.col.2.lin 32.ſub lit.D.ponitur additio.quæ incipit,negatiua iſtius articuli poteſt poni,*& continuatur in pag.699.colu.1.& 2.vſq; ad lin.16.ibi finitur his verbis*,ſicut excedentia,& exceſſa.

In art 8.pag.704 col.2.lin.13.ſub lit.E.ponitur additio,quæ incipit, teneo igitur,*& finitur ante lit.F.his verbis*,ſiue in particulari.

Addit.ad duas quæſt.diſtinct.2.

Addit.ad quæſt.1.

In art.2.pag.741.col.2.lin.19.ſub lit.F ponitur additio,quæ incipit,eſt igitur iſta Deus eſt,vel hæc eſſentia eſt,*& finitur ante lit.G.his verbis*,ſic hæc eſt per ſe nota,Deus eſt.

In art.3.p.746.col.1.lin.36.ſub lit.E.ponitur additio,quæ incipit,hæc minor pẽdet ex opinione,*& finitur col.2.lin.30.his verbis* demõſtratur per duas rationes.

Addit.ad quæſtion.2.diſtinct.2.

In art.1.pag.760.col.1.lin.14.ſub lit.E.ponitur additio,quæ incipit,ex tribus differentijs cauſarum,*& finitur col.2.lin.2.his verbis*,aliud ſuperius agens.

Ibidem lit.F.ponitur additio,quæ incipit,ex iſto infero,*& finitur,lin.18.his verbis*,in finem,& vult propter finem.

In eodem art.pag.766.col.1.lin.14.lit.D.ponitur additio,quæ incipit, quia potentius eſt quod poteſt,*& finitur ante lit.E.his verbis*,eſt infinitæ potentiæ.

Ibidem lit.E.ponitur additio,quæ incipit,quia ſi omnes cauſalitates,*& finitur ante lit.F.his verbis*,infinitas intenſiua.

Ibidem pag.765.col.2.lin.34.lit.C.ponitur additio,quæ incipit, iuxta dictã probationem,*& finitur pag.766.col.1 ante lit.D.his verbis*,eminẽtis quã formaliter.

Ibidem p.765.col.2.lin.24.ſub lit.L.ponitur additio,quæ incipit,ad iſtas duas probationes,*& finitur p.770.col.1.ante lit.M.his verbis*, nõ autẽ diſtinctio numeralis.

In eodem art.pag.770.col.1.lin.20.lit.M.ponitur additio,quæ incipit, ad quintum per idem,*& finitur,ante lit.M.his verbis*,eſſe infinitum intenſiue.

Ibidem lit.N.ponitur additio,quæ incipit, ad ſextũ opportet negare, *& continuatur in lit.O.& finitur in co.2.lin.27.ante lit.P.his verbis*,materialiter extẽſiue.

Finis 1.indicis.

Aduerte quod &ſi non nunquam de iſtis additionibus dixerim non eſſe textum Scoti,intelligendum forẽ non eſſe textum primum,ſed additiones ipſius Scoti,ab eius diſcipulis poſtea intra primum inſertas.

SECVNDVS INDEX TEXTVALIS DIStinctionum, Quæſtionum, & Articulorum, tam Prologi, quam primi lib. ſententiarum, quæ in hoc tomo priori habentur.

Prologus ad lib ſententiarum Scoti.

QVÆSTIO PRIMA.

Prologi de neceſsitatate Sacræ Doctrinæ, in vndecim articulos diuiſa.

ART. 1. Vtrum poſſit homo cognitione naturali omnes veritates intelligibiles cognoſcere? pag. 2.

Art. 2. Vtrum natura humana vileſcat ex eo, quod non poſſit ex naturalibus attingere obiectum ſupernaturale? pag. 11.

Art. 3. Vtrum homo poſſit naturaliter cognoſcere Deum finem ſuum? pag. 12.

Art. 4. Vtrum homo poſſit ratione naturali cognoſcere ea, quæ ſunt neceſſaria, & ſufficientia ad acquiſitionem finis ſui? pag. 18.

Art. 5. Vtrum homo naturaliter poſſit cognoſcere ſubſtantias ſeparatas? pag. 21.

Art. 6. Vtrum homini pro iſto ſtatu, neceſſarium ſit aliquam doctrinam ſupernaturaliter inſpirari? pag. 27.

Art. 7. Vtrum ſupernaturalis Doctrina ſit homini ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem? pag. 47.

Art. 8. Vtrum Sacra Doctrina reuelata ſit ſupernaturalis intellectui comparata ad ipſius intellectus inclinationem? pag. 62.

Art. 9 Vtrum de his, quæ ſunt cognoſcibilia in Theologia, ſit poſſibilis cognitio in alijs ſcientijs? pag. 98.

Art. 10 Vtrum prima principia poſſint applicari ad concluſiones Theologicas? pagina 101.

Art. 11. Vtrum rationes, quibus probatur neceſſitas Sacræ Doctrinæ, ſint demonſtrationes, aut perſuaſiones tantum? pag. 105.

QVÆSTIO SECVNDA.

Prologalis de veritate Sacræ Doctrinæ, quoad ſui certitudinem, in quinque articulos diuiſa.

Art. 1. Vtrum Sacra Scriptura ſufficienter contineat Doctrinam neceſſariam viatori? pag. 108.

Art. 2.

Art.2.Vtrum veritas Sacræ Doctrinæ poſſit conuinci pronuntiatione prophetica, & ſcripturarum concordia? pag.147.
Art.3.Vtrum veritas Sacræ Doctrinæ conuincatur ex authoritate ſcribentium, & credentium diligentia? pag.150.
Art 4.Vtrum veritas Sacræ Doctrinæ conuincatur ex rationabilitate contentorum in ſcriptura & irrationabilitate ſingulorum errorum? pag.154.
Art.5.Vtrum veritas Sacræ Doctrinæ conuincatur ex ſtabilitate Eccleſiæ, & miraculorum claritate? pag.156.

QVÆSTIO TERTIA.

Prologalis de ſubiecto Theologiæ in octo articulos diuiſa.

Art.1.Vtrum ratio primi ſubiecti ſit continere virtualiter omnes veritates illius? pagin.165.
Art 2.Vtrum Theologia agat de neceſſarijs & contingentibus? pag.197.
Art.3.Vtrum ſubiectum Theologiæ ſit aliquid creatum, vel quid extra Deũ? pagin. 198.
Art.4.Vtrum Theologia, quantum ad veritates neceſſarias, ſit de Deo, tamquam de primo ſubiecto? pag.201.
Art.5 Vtrum Theologia, quantum ad veritates contingentes, ſit de Deo, tamquam de primo ſubiecto? pag.206.
Art.6.Vtrum Theologia ſit de Deo ſub aliqua ratione ſpeciali? pag.209.
Art.7.Vtrum Chriſtus ſit primum ſubiectum Theologiæ? pag.216.
Art.8.Vtrum Theologia ſit de omnibus ex attributione ad primum eius ſubiectum? pag.220.

QVÆSTIO QVARTA.

Prologalis qualiter Sacra Theologia ſit ſcientia, in duos articulos diuiſa.

Art.1.Vtrum Theologia in ſe, vel prout eſt in intellectu beati, ſit ſcientia? pag.229.
Art.2.Vtrum Theologia ad aliquam ſcientiam habeat habitudinem aliquam ſub alternantis, vel ſub alternatæ? pag.262.

QVÆSTIO QVINTA.

Prologalis de Sacra Theologia, qualiter ſit ſpeculatiua, vel practica, in ſexdecim articulos diuiſa.

Art.1.Vtrum praxis ſit actus voluntatis elicitus, vel imperatus? pag.268.

Art.2. Vtrum cognitio practica extendatur ad ipſam praxim per duplicem relationem aptitudinalem? pag. 274.

Art.3. Vtrum practicum, & ſpeculatiuum ſint differentiæ eſſentiales ſcientiæ? pagina. 276.

Art. 4. Vtrum intellectus, & habitus ab eodem habeant, quòd ſint practici? pag. 278.

Art.5. Vtrum habitus, ſeu actus per extenſionem ad finem, extendatur ad praxim, an verò per ordinem ad obiectum? pag. 281.

Art.6. Vtrum ex ordine ad praxim, vt ad finem, dicatur per ſe ſcientia practica? pag. 288.

Art.7. Vtrum Theologia abſoluatur à praxi, ex eo quod non ſit directiua reſpectu vltimi finis? pag. 302.

Art.8. Vtrum praxis ſequatur electionem? pag. 306.

Art.9. Vtrum Theologia ſit purè ſpeculatiua? pag. 310.

Art.10. Vtrum Theologia ſimul ſit ſpeculatiua, & practica? pag. 314.

Art.11. Vtrum Theologia ſit practica? pag. 322.

Art.12. Vtrum ex conformitate primi obiecti ad praxim, ſequatur Theologiam eſſe practicam? pag. 331.

Art.13 Vtrum Theologia ſit practica, quatenus eſt de neceſſarijs? pag. 333.

Art.14. Vtrum Theologia contingentium, tam in ordine ad intellectum creatum, quam etiam ad diuinum, ſit practica? pag. 339.

Art.15 Vtrum Theologia contingentium in ſe ſit ſpeculatiua, aut practica? pag. 343.

Art.16 Vtrum de contingentibus poſſit eſſe ſcientia practica? pag. 348.

LIBER PRIMVS ſententiarum diſtinct. I.

QVÆSTIO PRIMA.

De ſubiecto fruitionis in tres Articulos diuiſa.

Art.1 Vtrum obiectum fruitionis in communi ſumptæ ſit verus finis? pag. 350.

Art.2. Vtrum obiectum fruitionis ordinatæ ſit aliud à ſummo, & perfectiſſimo ente? pag. 353.

Art.3. Vtrum per ſe obiectum fruitionis ſit finis vltimus, ſecundum formalem rationem finis? pag. 356.

QVÆSTIO SECVNDA.

De vltimo fine, in quantum fruibili, & de ratione fruibilitatis ipſius, in quinque articulos diuiſa.

Art.1. Vtrum Deus, ſecundum quod Trinus, ſit formaliter obiectũ fruitionis? pag. 451.

Art. 2. Vtrum viator poſſit frui eſſentia, non fruendo perſona: ſeu frui vna perſona, non fruendo alia? pag. 457.

Art. 3. Vtrum de potentia abſoluta poſſit comprehenſor frui eſſentia, non fruendo perſonis: ſeu frui vna perſona, non fruendo alijs? pag. 462.

Art. 4. Vtrum comprehenſor loquendo de potentia creaturæ, poſſit frui eſſentia, non fruendo perſonis: ſeu vna perſona, non fruendo alia? pag. 468.

Art. 5. Vtrum tam comprehenſor, quàm viator, de facto fruantur eſſentia, non fruendo perſonis: ſeu vna perſona, non fruendo alijs? pag. 471.

QVÆSTIO TERTIA.

De fruitione ſecundum ſe in duos Articulos diuiſa.

ART. 1. Vtrum frui ſit delectatio voluntatis? pag. 651.

Art. 2. Vtrum nomen frui poſſit conuenire delectationi? pag. 655.

QVÆSTIO QVARTA.

De modo eliciendi actum fruitionis in octo articulos diuiſa.

ART. 1. Vtrùm ex eo, quod ponatur in voluntate neceſſitas reſpectu fruitionis finis vltimi, ſequatur, poni in ea neceſſitatem abſolutam, an vero conditionatam? pag. 675.

Art. 2. Vtrum fine obſcure apprehenſo in vniuerſali per intellectum, neceſſe ſit voluntatem frui? pag. 682.

Art. 3. Vtrum voluntas fruens fine vltimo, neceſſariò continuet actum fruitionis? pag. 689.

Art. 4. Vtrum ſicut voluntas poteſt non velle finem vltimum ſibi oſtenſum, poſſit ipſum nolle? pag. 694.

Art. 5. Vtrum fine obſcure apprehenſo in particulari, neceſſe ſit voluntatem frui eo? pag. 696.

Art. 6. Vtrum fine clare viſo, in habente voluntatem ſupernaturaliter eleuatam, neceſſe ſit, voluntatem frui eo? pag. 698.

Art. 7. Vtrum fine clare viſo in non habente habitum ſupernaturalem in voluntate, poſſibile ſit voluntatem frui eo? pag. 701.

Art. 8. Vtrum voluntas liberè fruatur fine, vt cumque per intellectum apprehenſo? pag. 703.

QVÆSTIO QVINTA.

De ſubiecto fruitionis in quinque articulos diuiſa.

ART. 1. Vtrum Deo conueniat frui? pag. 724.

Art. 2. Vtrum iuſtus tam beatus, quàm viator fruatur? pag. 728.

Art. 3. Vtrum peccator fruatur? pag. 729.

Digitized by Google

Art.4 Vtrum bruta fruantur? pag.732.
Art.5 Verum omnia fruantur? pag.733.

DISTINCTIO SECVNDA.

QVÆSTIO PRIMA.

De cognitione diuini eſſe in tres articulos diuiſa.

ART.1. *Vtrum propoſitio per ſe nota, ex ipſis terminis habeat veritatem euidenetem? pag.735.*
Art.2. Vtrum Deum eſſe, ſit per ſe notum? pag.740.
Are.3. Vtrum Deum eſſe neceſſario ens, ſummum bonum, & infinitum, ſit per ſe notum? pag.744.

QVÆSTIO SECVNDA.

De his, quæ pertinent ad infinitatem Dei, in terdecim articulos diuiſa.

Art.1. Vtrum in erentia detur aliquod, quod ſit ſimpliciter primum ſecundum efficientiam? pag.758.
Artic.2. Vtrum detur aliquod ſimpliciter primum ſecundum rationem finis? pagina 764.
Art.3. Verum detur aliqua natura eminens, ſimpliciter prima ſecundum perfectionem? pag.766.
Art.4. Vtrum primum efficiens, ſit tantum vnum ſecundum quidditatem, & naturam? pag.767.
Art.5 Vtrum primum efficiens ſit intelligens, & volens, & voluntate contingenter cauſee? pag.753. ſed erratur numerus, paginæ, qui debebat eſſe.771.
Art.6 Verum intelligere, & velle primæ cauſæ ſit aliud ab eius eſſentia? pag.759.
Art.7 Vtrum intellectus primæ naturæ ſemper intelligat? pag.763.
Art.8 Vtrum concludatur Deum eſſe infinitum ex via efficientiæ? pag.765.
Art.9. Vtrum Dei infinitas probetur ex hoc, quod Deus eſt diſtincte intelligens omnia intelligibilia, ſeu ex via finis? pag.772.
Art.10. Vtrum Dei infinitas ex parte eminentiæ inferatur? pag.775.
Art.11. Vtrum ex negatione cauſæ intrinſecæ, inferatur Deum eſſe infinitum? pagina 794.
Art.12. Vtrum in entibus ſit aliquid actu exiſtens infinitum? pag.823.

¶¶ *Art.13.*

Digitized by Google

Art.13. Vtrum ex potentia motiua infinita primi efficientis inferatur ipſum agere in non tempore? pag.828.

QVÆSTIO TERTIA.

De vnitate Dei, in duos articulos diuiſa.

A*RT.1. Vtrum ſit tantum vnus Deus? pag.853.*
Art.2. Vtrum hæc concluſio Deus eſt vnus, ſit demonſtrabilis? pag.857.

Finis ſecundi indicis.

TER-

TERTIVS INDEX DIFFICVLTATVM, QVÆ EXCITANTVR EX textu Scotico cum ſuis diuiſionibus per. §§.

DIFFICVLTAS I.

Vtrum intellectus humanus, viribus naturæ, poſsit cognoſcere quodcumque obiectum contentum ſub ratione ſui obiecti adæquati? pag. 32.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, & referuntur quorundam ſententiæ. pag. 32.*

§. 2. *Ponitur vera ſententia Scoti, atque eius fundamenta explanantur. p. 33.*

§. 3. *Statuuntur concluſiones difficultatis & ſoluitur ratio dubitandi. pag. 36.*

DIFFICVLTAS II.

Vtrum ſacra Doctrina homini neceſſaria ad ſalutem, habitum fidei omnium articulorum includat? pag. 40.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, & referuntur quorundam opiniones p. 40.*

§. 2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & ſtatuuntur concluſiones illius. pag. 41.*

§. 3. *Statuitur concluſio reſpondens difficultati, & ſoluuntur argumēta. p. 45.*

DIFFICVLTAS III.

Vtrum adultus aliquis ſine Sacra Doctrina, prout includit explicitam articulorum fidem acquiſitam, ſaluus fieri poſsit? pag. 50.

§. 1. *Proponitur caſus rarus, propter quē excitatur difficultas, & referūtur variæ opiniones. pa. 50.*

§. 2. *Ponitur vera ſententia Scoti, & eius fundamenta explanantur, pa. 52.*

§. 3. *Expoſitio verborum Scoti, & eius ſententiæ, circa meritum iuſtificationis. pag. 54.*

§. 4. *Applicatur doctrina præcedens de adulto, nutrito indeſerto. pag. 56.*

§. 5. *Statuuntur concluſiones difficultatis. pag. 58.*

§. 6. *Reſoluitur caſus ille de adulto nutrito indeſerto, & ſoluitur argumentum ex Apoſtolo. pag. 61.*

¶¶ 2 DIF-

DIFFICVLTAS IIII.

Vtrùm formæ ſupernaturales habeát ſupernaturalitatem formaliter à ſe ipſis? pag. 65.

§. 1. *Proponitur ſtatus cõtrouerſiæ, & variæ opiniones referuntur. pag.* 65.

§. 2. *Ponitur vera, & tenenda Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pag.* 66.

§. 3. *Statuuntur concluſiones difficultatis, & argumenta ſoluuntur. pag.* 69.

DIFFICVLTAS V.

Vtrum potentia naturalis, naturaliter inclinetur ad receptionem formæ ſupernaturalis? pag. 72.

§. 1. *Proponitur ſententia D. Thomæ, & aliorum, quæ argumẽtis confirmatur. pag.* 72.

§. 2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pa.* 73.

§. 3. *Statuuntur concluſiones difficultatis pag.* 76.

§. 4. *Soluuntur argumenta facta pro ſententia D. Thomæ, pag.* 80.

DIFFICVLTAS VI.

Vtrum Deus clare viſus, ſit finis hominis naturalis, ad quem naturaliter inclinatur? pag. 81.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, & prima ſententia circa illam ſuis argumentis confirmata. pag.* 81.

§. 2. *Ponitur vera Scoti, & D Thomæ ſententia, ſcilicet Deum eſſe finem naturalem hominis. pag.* 84

§. 3. *Explanatur differentia appetitus innati, & eliciti. pa.* 85.

§. 4 *Exponitur authoritas Scoti, & iuxta eius mentem, oſtenditur Deum eſſe finem hominis naturalem, quoad inclinationem, ſupernaturaliter tamen adipiſcendum. pa.* 87.

§. 5. *Quid conueniat naturæ ex intrinſecis eius, quid vero ex Dei eleuatione, oſtenditur. pag.* 89.

§. 6. *Naturam non immediato, ſed mediante potentia, Deum appetere, ſuadetur, pag.* 93.

§. 7. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag.* 94.

§. 8. *Soluuntur argumenta oppoſitæ ſententiæ. pag.* 96.

DIFFICVLTAS VII.

Vtrûm omnes libri, qui in ſacris Biblijs continentur, ſint canonici? pag. 115.

§. 1. *Non omnes libros Sacræ ſcripturæ canonicos eſſe, putarunt Doctores grauiſſimi. pag.* 115.

§. 2. *Omnes libros ſacræ Scripturæ eſſe canonicos, tenet Scotus, & omnes Catholici, dummodo ſint ab eccleſia diffiniti. pag.* 116.

§. 3

§.3. *Qui libri ſint Sacra Scriptura, pag.* 117.

§.4. *Oſtenditur nouem libros veteris teſtamenti, eſſe canonicos, pag.* 119.

§.5. *Oſtenditur alios nouem libros noui teſtamenti, eſſe canonicos. pagina* 122.

§.6. *Soluuntur argumenta in oppoſitum. pag.* 124.

DIFFICVLTAS VIII.

Vtrum omnia, quæ ſunt in ſacra vtriuſque teſtamenti Scriptura, nobis neceſſaria ſint ad ſalutem? pag. 126.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum argumentis quibuſdam, pagina.* 126.

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pagin.* 127.

§.3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag.* 128.

§.4. *Soluuntur argumenta in oppoſitum. pag.* 131.

DIFFICVLTAS IX.

Vtrum ea, quæ ſunt in ſacra vtriuſque teſtamenti ſcriptura, ſint nobis ſufficientia ad ſalutem? pag. 132.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum argumentis quorundam hæreticorum pagin.* 132.

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & D. Thomæ ſententia, quæ eſt omnium Catholicorum. pag.* 133.

§ 3. *Oſtenditur tria eſſe genera eorum, quæ ſunt de fide credenda, vltra ea, quæ habentur in ſacra Scriptura, pagin.* 134.

§.4. *Conciliorum authoritas, & quæ generalia Concilia fuerint in eccleſia, traditur. pag.* 136.

§.5. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis pag.* 137.

§.6. *Probatur plures eſſe traditiones Apoſtolicas, quæ ab eis ſcriptæ non extitere, pag.* 140.

§.7. *In quibus non poſsit errare Summus Pontifex, aut Eccleſia, prælibatur, pag.* 141.

§.8. *Quæ concilia, & in quibus errare non poſsint concluditur, pagina.* 143.

§.9 *Soluuntur argumenta hæreticorum, pag.* 145.

DIFFICVLTAS X.

Vtrum Sacra Theologia ſit formaliter ſpecies intelligibilis? pag. 170.

¶¶ 2   1. Tertius

DIFFICVLTAS IIII.

Vtrùm formæ ſupernaturales habeāt ſupernaturalitatem formaliter a ſe ipſis? pag. 65.

§. 1. *Proponitur ſtatus cōtrouerſiæ, & variæ opiniones referuntur. pag. 65.*

§. 2. *Ponitur vera, & tenenda Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pag. 66.*

§. 3. *Statuuntur concluſiones difficultatis, & argumenta ſoluuntur. pag. 69.*

DIFFICVLTAS V.

Vtrum potentia naturalis, naturaliter inclinetur ad receptionem formæ ſupernaturalis? pag. 72.

§. 1. *Proponitur ſententia D. Thomæ, & aliorum, quæ argumētis confirmatur. pag. 72.*

§. 2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pa. 73.*

§. 3. *Statuuntur concluſiones difficultatis pag. 76.*

§. 4. *Soluuntur argumenta facta pro ſententia D. Thomæ, pag. 80.*

DIFFICVLTAS VI.

Vrum Deus clare viſus, ſit finis hominis naturalis, ad quem naturaliter inclinatur? pag. 81.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, & prima ſententia circa illam ſuis argumentis confirmata. pag. 81.*

§. 2. *Ponitur vera Scoti, & D Thomæ ſententia, ſcilicet Deum eſſe finem naturalem hominis. pag. 84*

§. 3. *Explanatur differentia appetitus innati, & eliciti. pa. 85.*

§. 4 *Exponitur authoritas Scoti, & iuxta eius mentem, oſtenditur Deum eſſe finem hominis naturalem, quoad inclinationem, ſupernaturaliter tamen adipiſcendum. pa. 87.*

§. 5. *Quid conueniat naturæ ex intrinſecis eius, quid vero ex Dei eleuatione, oſtenditur. pag. 89.*

§. 6. *Naturam non immediate, ſed mediante potentia, Deum appetere, ſuadetur, pag. 93.*

§. 7. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 94.*

§. 8. *Soluuntur argumenta oppoſitæ ſententiæ. pag. 96.*

DIFFICVLTAS VII.

Vtrùm omnes libri, qui in ſacris Biblijs continentur, ſint canonici? pag. 115.

§. 1. *Non omnes libros Sacræ ſcripturæ canonicos eſſe, putarunt Doctores grauiſsimi. pag. 115.*

§. 2. *Omnes libros ſacræ Scripturæ eſſe canonicos, tenet Scotus, & omnes Catholici, dummodo ſint ab eccleſia diffiniti. pag. 116.*

§. 3.

§.3. *Qui libri ſint Sacra Scriptura, pag. 117.*

§.4. *Oſtenditur nouem libros veteris teſtamenti, eſſe canonicos, pag. 119.*

§.5. *Oſtenditur alios nouem libros noui teſtamenti, eſſe canonicos. pagina 122.*

§.6. *Soluuntur argumenta in oppoſitum: pag. 124.*

DIFFICVLTAS VIII.

Vtrum omnia, quæ ſunt in ſacra vtriuſque teſtamenti Scriptura, nobis neceſſaria ſint ad ſalutem? pag. 126.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum argumentis quibuſdam, pagina. 126.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pagin. 127.*

§.3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 128.*

§.4. *Soluuntur argumenta in oppoſitum. pag. 131.*

DIFFICVLTAS IX.

Vtrum ea, quæ ſunt in ſacra vtriuſque teſtamenti ſcriptura, ſint nobis ſufficientia ad ſalutem? pag. 132.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum argumentis quorundam hæreticoru pagin. 132.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & D. Thomæ ſententia, quæ eſt omnium Catholicorum. pag. 133.*

§ 3. *Oſtenditur tria eſſe genera eorum, quæ ſunt de fide credenda, vltra ea, quæ habentur in ſacra Scriptura, pagin. 134.*

§.4. *Conciliorum authoritas, & quæ generalia Concilia fuerint in eccleſia, traditur. pag. 136.*

§.5. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis pag. 137.*

§.6. *Probatur plures eſſe traditiones Apoſtolicas, quæ ab eis ſcriptæ non extitere, pag. 140.*

§.7. *In quibus non poſſit errare Summus Pontifex, aut Eccleſia, prælibatur, pag. 141.*

§.8. *Quæ concilia, & in quibus errare non poſſint concluditur, pagina. 143.*

§.9. *Soluuntur argumenta hæreticorum, pag. 145.*

DIFFICVLTAS X.

Vtrum Sacra Theologia ſit formaliter ſpecies intelligibilis? pag. 170.

¶¶ 2 §.1.

§.1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, & refertur ſententia Thomiſtarum. pag.* 170.

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta enucleantur. pagina* 172.

§.3. *Amplius explicatur ſententia Scoti, & oſtenditur, quæ ſpecies intelligibilis ſit ſcientia, & qualiter ſit habitus. pag.* 176.

§.4. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag.* 178.

§.5. *Soluuntur argumenta Thomiſtarū. pag.* 180.

DIFFICVLTAS XI.

Vtrum Sacra Theologia ſit plures ſpecies concatenatæ, & per conſequens, ſit qualitas compoſita, an vero ſimplex? pag. 182.

§.1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, & Thomiſtarum ſententia refertur. pag.* 182.

§.2. *Ponitur vera ſententia Scoti, & explanantur fundamenta illius. pagina* 183.

§.3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag.* 189.

§.4 *Probatur iterum prædicta concluſio & aliæ tres concluſiones ſtatuuntur. pag.* 192.

§.5. *Soluuntur argumenta Thomiſtarum. pag.* 194.

DIFFICVLTAS XII.

Vtrùm Sacra Theologia ſit propriè ſcientia? pag. 233.

§.1. *Ponitur generalis artium, & ſcientiarum diuiſio. pag.* 233.

§.2. *Mouetur dubium circa artem, & prudentiam. pag.* 237.

§.3. *Proponitur ſtatus difficultatis, an Theologia ſit ſcientia, & referuntur ſententiæ D. Thomæ, & aliorum. pa.* 238.

§.4. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamēta explanātur. pagina* 240.

§.5. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag.* 245.

§.6. *Soluuntur argumenta primæ, & ſecundæ ſententiæ. pag.* 250.

DIFFICVLTAS XIII.

Vtrûm Theologia noſtra noſtra propriè ſit opinio, aut fides acquiſita? pag. 252.

§.1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum varijs ſententijs circa illam. pagin.* 252.

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & explanantur eius fundamenta. pagina.* 254.

§.3. *Proponitur dubium, ex cuius ſolutione reſoluitur præſens difficultas. pagin.* 257.

§. 4.

§.4.*Statuuntur concluſiones huius diffi-cultatis.pa.260.*
§.5.*Soluuntur argumenta,pro ſententijs oppoſitis pag.261.*

DIFFICVLTAS XIIII.

Vtrûm ſcientia ſit ſpeculatiua, ſeu practica à fine, an vero ab obiecto? pag.292.

§.1. *Proponitur ſententia quorundam. pag.292.*
§.2 *Ponitur vera ſententia Scoti, & eius fundamenta explanantur. pag. 293.*
§.3. *Statuuntur concluſiones huius diffi-cultatis.pag.29?.*
§.4.*Soluuntur argumēta contrariæ ſen-tentiæ pag.300.*

DIFF ICVLTAS XV.

Vtrum bonum, prout complectitur finem,& medium,ſit obiectum adæquatum voluntatis? pag.359.

§.1.*Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum ſententia D.Thomæ, & aliorum.pa gin.359.*
§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur.pag. 361.*
§.3. *Statuuntur concluſiones huius diffi-cultatis. pag.366.*
§.4.*Soluuntur argumenta contrariæ ſen tentiæ.pag.367.*

DIFFICVLTAS XVI

Vtrûm finis ſecundum rationem for malem finis, moueat voluntatem, & qualiter illum moueat? pag.368.

§.1.*Proponitur ſtatus controuerſiæ,cum ſententia D.Tho.& Henrici,p.368.*
§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamēta explanātur. p.369.*
§.3.*Statuuntur concluſiones huius diffi-cultatis. pag. 375.*
§.4.*Soluuntur argumenta ſententiæ op-poſitæ.pag.377.*

DIFFICVLTAS XVII.

Vtrûm vnus finis poſsit in alium finē ordinari? pag.378.

§.1.*Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum ſententijs quorundam.pag.378.*
§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanātur.p.379.*
§.3. *Statuuntur concluſiones huius diffi-cultatis.pag.384.*
§.4.*Soluuntur argumenta contrariæ ſen tentiæ pag.386.*

DIFFICVLTAS XVIII.

Vtrum omni naturæ intellectuali, cō ueniat agere propter finem? pag.387.

§.1.*Proponitur ſtatus difficultatis, cum quibuſdam argumentis ſuadentibus partem falſam.pag.388.*

§. 2

Digitized by Google

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pag. 389.*

§.3. *Exponitur mens Scoti, & D. Thomæ, & oſtenditur qualiter Deus agit propter finem. pag. 391.*

§.4. *Oſtenditur nec ipſam diuinam bonitatem, poſſe eſſe Deo rationem agendi, per modum finis. pag. 394.*

§.5. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 397.*

§.6. *Soluuntur argumẽta in oppoſitum. pag. 399.*

DIFFICVLTAS XIX.

Vtrum homo poſsit prohibito ſuæ voluntatis, ſibi conſtituere finem vltimum? pag. 401.

§.1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum ſententia Adriani. pag. 401.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pag. 402.*

§.3 *Referuntur variæ expoſitiones illius axiomatis; quod ſcilicet mortaliter peccans, creaturam ſibi conſtituit finẽ vltimum. pag. 404.*

§.4. *Diſputatur, & concluditur, quo obiecto, tamquam vltimo fine, fruatur, qui mortaliter peccat. pagin a. 410.*

§.5. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 414.*

§.6. *Soluuntur argumenta ſententiæ Adriani. pag. 416.*

DIFFICVLTAS XX.

Vtrùm vnius hominis ita ſit vnus vltimus finis, vt plures infimul, eſſe non poſſint? pag. 417.

§.1. *Proponitur ratio dubitandi cum argumentis quibuſdam pag. 417.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pag. 418.*

§.3 *Oſtenditur repugnantia duorum finium vltimorum reſpectu vnius voluntatis. pag. 421.*

§.4. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis, pag. 423.*

§.5. *Expenditur dubium de fine vltimo iuſti venialiter peccantis, & ſequuntur aliæ concluſiones. pag 425.*

§.6. *Soluuntur argumenta primæ ſententiæ. pag. 429.*

DIFFICVLTAS XXI.

Vtrùm omnia, quæcumque appetit homo, etiam dum mortaliter peccat, appetat illa propter ſuum vltimum finem verum? pag. 431.

§.1. *Referuntur ſententiæ, & modus dicendi quorundam. pag. 431.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſentẽtia, & quadam eius fundamenta explanantur. pag. 432.*

§.3. *Inueſtigatur de operibus naturaliter, & moraliter bonis, & indifferentibus*

rentibus,in quem finem referuntur. pag.436.

§ 4. *Oſtenditur vltimus finis, quem reſpiciunt opera moraliter mala. pag. 438.*

§.5. *Proſequitur materia præcedentis. §.pag.443.*

§.6. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag.446.*

§.7. *Soluuntur argumenta pro ſententia oppoſita, pag.448.*

DIFFICVLTAS XXII.

Vtrùm naturæ intellectuali creatæ ſit poſsibilis viſio Dei, ſicut eſt? pag.471.

§.1. *Referuntur varij errores circa difficultatem. pag.472.*

§.2. *Ponitur vera Scoti, & omnium Catholicorum ſententia, & probatur ratione poßibilitas, viſionis beatæ. pag. 475.*

§.3. *Expenduntur fundamenta huius difficultatis pag.478.*

§.4. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis, & oſtenditur Deum videri non poſſe oculis corporis. pag.479.*

§.3. *Soluuntur omnia argumenta in oppoſitum. pa.484.*

DIFFICVLTAS XIII.

Vtrum intellectus creatus, viribus ſuis poſsit Deum intuitiue videre? pag.487.

§.1. *Ponitur error Anomæorum, & inſimul ſententia Durandi. pag.487.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, quæ etiam eſt D. Thomæ, & communis, cuius fundamenta explanantur. pag. 489.*

§.3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag.493.*

§.4. *Soluuntur argumenta Anomeorum & Durandi. pag.497.*

DIFFICVLTAS XXIIII.

Vtrum ſit dabilis ſpecies creata repræſentans diuinam eſſentiam, ſicuti eſt, per quam poſsit intuitiue videri? pag.499.

§. 1. *Proponitur prima ſententia D. Thomæ, & aliorum. pag.499.*

§.2. *Ponitur vera ſententia Scoti circa poſsibilitatem ſpeciei, & eius fundamenta explanantur. pag.500.*

§.3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis pag.505.*

§.4. *Soluuntur argumenta primæ ſententiæ. pag.510.*

DIFFICVLTAS XXV.

Vtrum beati videntes Deum, producant ſpeciem expreſſam, quæ ſit verbum? pag. 512.

§.1. *Proponitur prima ſententia Caietani, & aliorum, pag.512.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius*

¶¶¶ *ius*

ius fundamenta explanantur, pag. 513.

§.3. Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 516.

§.4. Soluuntur argumenta prioris ſententiæ. pag. 517.

DIFFICVLTAS XXVI.

Vtrum viſio beata poſsit à Deo totaliter, ſine aliqua actione intellectus creati, in ipſo intellectu creato produci? pag. 520.

§.1. Proponitur prima ſententia D. Thomæ, & aliorum, cum ſecunda Suarij. pagin. 520.

§.2. Ponitur vera Scoti ſententia, & eius problema exponitur. pag. 522.

§.3. Explanantur fundamenta ſententiæ Scoti. pag. 523.

§.4. Impugnatur ſententia Suarij, ponens intellectum eſſe inſtrumentum viſionis beatæ. pag. 526.

§.5. Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 528.

§.6. Soluuntur argumenta primæ, & ſecundæ ſententiæ. pag. 531.

DIFFICVLTAS XXVII.

Vtrum poſsit intellectus creatus Deū videre ſine lumine gloriæ? pag. 533.

§.1. Proponitur prima ſententia Thomiſtarum, & ſecunda Ricardi, & aliorum. pag. 533.

§.2. Ponitur vera Scoti ſententia, & cōtra calumniam aduerſariorum mens eius oſtenditur. pag. 535.

§.3. Vbi oſtenditur non requiri diſpoſitionem ſupernaturalem in ſubiecto, ad receptionem formæ ſupernaturalis. pag. 538.

§.4. Explanatur, quomodo poſsit Deus ſuplere cauſalitatem partialem luminis gloriæ. pag. 540.

§.5. Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 543.

§.6. Soluuntur argumenta primæ, & ſecundæ ſententiæ. pag. 546.

DIFFICVLTAS XXVIII.

Vtrum lumen gloriæ, ſit habitus ſupernaturalis, habens ſe ex parte potentiæ, in ordine ad viſionem beatam? pag. 547.

§.1. Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum quatuor ſententijs varijs circa illam. pag. 547.

§.2. Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pag. 551.

§.3. Vbi oſtenditur contra Vazquium, ex proprijs ipſius verbis, lumen gloriæ nō eſſe ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ. pagin. 554.

§.4. Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 556.

§.5.

§. 5. *Soluuntur argumenta in oppoſitum, pag. 557.*

DIFFICVLTAS XXIX.

Vtrum intellectui lumine gloriæ informato, connatnralis ſit viſio beata? pag. 561.

§. 1. *Proponitur prima ſententia quorundam, & ponitur vera ſententia Scoti pagin. 561.*

§. 2. *Explanantur fundamenta ſententiæ Scoti. pag. 562.*

§. 3. *Statuuntur concluſiones, & ſoluuntur argumenta. pag. 563.*

DIFFICVLTAS XXX.

Vtrum viſio beata ſit quidditatiua, & intuitiua cognitio, ac perfectiſſimâ ſcientia de Deo? pag. 566.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſia, cum prima ſententia quorundam, pagin. 566.*

§. 2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pag. 567.*

§. 3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 571.*

§. 4. *Soluntur argumenta propriori ſententia. pag. 573.*

DIFFICVLTAS XXXI.

Vtrum Trinitas perſonarum, aut attributa diuina, intrent rationem formalem obiecti beati: & an diuina eſſentia, non viſis perſonis, aut attributis, poſsit intuitiue videri? pag. 574.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſia, cum ſententia Thomiſtarum plurium, argumentis roborata, pag. 574.*

§. 2. *Ponitur vera Scoti ſententia, pag. 578.*

§. 3. *Explanatur fundamenta ſententia Scoti. pag. 579.*

§. 4. *Oſtenditur eadem in variata viſione, qua videtur eſſentia; ſimul cum perſonis, & attributis, videndam fore eſſentiam ſine illis. pag. 581.*

§. 5. *Oſtenditur qualiter vna perſona ſine altera videri poſsit, etiam ſi correlatiua ſint. pag. 586.*

§. 6. *Statuuntur tres concluſiones, circa ea, qua de facto ſunt in viſione beata pa. 589.*

§. 7. *Concluditur intentum difficultatis, duplici concluſione de potentia abſoluta. pag. 592.*

§. 8. *Soluuntur omnia argumenta pro prima ſententia. pag. 596.*

DIFFICVLTAS XXXII.

Vtrum ex vi viſionis beatæ, videantur in verbo omnes creaturæ poſſibiles, aut futuræ? pag. 598.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum prima ſententia Gotfredi, & aliorum, ac ſecunda Diui Thomæ. pag. 598.*

§. 2. *Referuntur tertia ſententia Henrici, & quarta Vazquij pag. 600.*

§. 3. *Ponit. r vera Scoti ſententia, & eius problema exponitur. pagina. 603.*

§. 4. *Inueſtigatur vnde prouenire poſſit impoſſibilitas viſionis omnium creaturarum in verbo, & oſtenditur ex tripli. i capite nullam eſſe, pagina. 605.*

§. 5 *Vbi oſtenditur, ex cap. 3. nempe ex parte viſionis ipſius, non implicare beatum omnes creaturas videre in verbo. pag. 609.*

§. 6. *Statuuntur duæ concluſiones, circa, quæ de facto, videt beatus in verbo. pag. 612.*

§. 7. *Ponitur concluſio de his, quæ iuxta abſolutam Dei potentiam, poteſt beatus videri in verbo. pag. 614.*

§. 8 *Concluditur videri ex vi viſionis beatæ quidquid à beato videtur in verbo pag. 617.*

§. 9. *Concluditur intellectum Chriſti Domini, de facto videre in verbo, omnia quæ videt ipſum verbum, pag 620.*

§. 10. *Soluuntur argumenta opinionum oppoſitarum. pag 621.*

DIFFICVLTAS. XXXIII.

Vtrum viſio Dei ſit in omnibus beatis æqualis? pag. 614.

§. 1. *Referuntur vltra Hæreſim Iouiniani, quadam ſententia Catholicorum, pa. 624.*

§. 2. *Ponitur vera ſententia Scoti, & eius fundamenta explanantur. pag. 625.*

§. 3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 624.*

§. 4. *Soluuntur omnia argumenta in oppoſitum. pag. 633.*

DIFFICVLTAS. XXXIIII.

Vtrum viſio alicuius beati, ita aliam viſionem poſſit intenſiue excedere, vt comprehendat diuinam eſſentiam? pag. 634.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, & refertur quædam opinio quæ colligitur ex Bazquio pag. 634.*

§. 2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius*

eius fundamenta explanantur, pag. 625.

§. 3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis pag.* 637.

§. 4. *Soluuntur argumenta in oppoſitum pa.* 640.

DIFFICVLTAS XXXV.

Vtrum beati inæqualiter Deum videntes, æqualiter ſatientur viſione illius? pag. 641.

§. 1. *Proponitur ratio dubitandi, & exponitur vera Scoti ſententia. pagina.* 641.

§. 2. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag.* 643.

§. 3. *Soluuntur argumenta in oppoſitū. pag.* 644.

DIFFICVLTAS. XXXVI.

Vtrum poſsit aliquis intellectus creatur viatoris, claram Dei viſionem habere in via? pag. 645.

§. 1. *Qui Sancti de facto diuinam eſſentiam viderint, oſtenditur, pagina.* 645.

§. 2. *Exponitur, qualiter praedicti Sancti potuerint in via videre eſſentiā, ſine eo, quod ex eius viſione, eſſent beati. pag.* 647.

§. 3. *Statuuntur concluſiones, pagina.* 649.

DIFFICVLTAS XXXVII.

Vtrum vſus ſit actus voluntatis ab electione, & alijs actibus voluntatis diſtinctus? pag. 657.

§. 1. *Proponitur ſententia, Bazquij, pagin.* 657.

§. 2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur, pagina.* 658.

§. 3. *Diuiditur actus liber in plures ſpecies. pag.* 660.

§. 4. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis, & reſpondetur argumentis primæ ſententiæ. pag.* 664.

DIFFICVLTAS XXXVIII

Vtrum fruitio ſit operatio voluntatis, in ſe delectationem includens? pag. 666.

§.1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, cum quatuor ſententijs, circa illam, pagin. 666.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur, pag. 667.*

§.3. *Statuuntur concluſiones huius diffi cultatis. pag. 671.*

§.4. *Soluuntur argumenta opinionum di uerſarum, pa. 674.*

DIFFICVLTAS XXXIX.

Vtrum poſsit voluntas Deo clare viſo non frui, aut actum fruitionis, iam elicitum, ſtante eadem clara Dei viſione ſuſpendere? pag. 706.

§.1. *Referuntur quædam diuerſæ opiniones. pag. 706.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & non nulla fundamenta illius declarantur. pag. 709.*

§.3. *Oſtenditur fruitionem non neceſſario ſequi ad viſionem, & alia fundamenta ſententiæ Scoticæ prælibantur. pag. 713.*

§.4. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 717.*

§.5. *Soluuntur argumenta diuerſarum opinionum. pag. 721.*

DIFFICVLTAS XXXX.

Vtrum Deus eſſentialiter exiſtat, & qua certitudine hoc ſit notum? pag. 749.

§.1. *Ponitur quorundam paganorum error, cum alia triplici ſententia Catholicorum. pag. 749.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, cum fundamentis. pag. 750.*

§.3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis pag. 754.*

§.4. *Soluuntur argumenta in oppoſitū. pag. 657.*

DIFFICVLTAS XXXXI.

Vtrum per Dei potentiam poſsit in rebus creatis dari aliquod infinitum in actu? pag. 779.

§.1. *Referuntur duæ ſententiæ diuerſæ. pag. 779.*

§.2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & non nulla fundamenta illius enucleantur. pag. 781.*

§.3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 801.*

§.4. *Soluuntur argumenta diuerſarum opinionum. pag. 792.*

DIF-

DIFFICVLTAS XLII.

Vtrum Deus ſit immaterialis, & incorporeus, & omnem compoſitionem excludens? pag. 795.

§. 1. *Referuntur errores quorundam Paganorum, & Hæreticorum. pagina. 795.*

§. 2. *Ponitur vera, & Catholica ſententia, cuius fundamenta explanantur. pag. 796.*

§. 3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 799.*

§. 4. *Alijs tribus concluſionibus probatur Dei ſimplicitas, & ſoluuntur argumenta in oppoſitum, pagina. 818.*

DIFFICVLTAS LXIII.

Vtrum Deus ſit formaliter infinitus per eſſentiam? pag. 830.

§. 1. *Expenduntur varij modi dicendi, circa intelligendum quid ſit infinitũ per eſſentiam. pa. 830.*

§. 2. *Impugnantur modi ſupra poſiti, pagin. 832.*

§. 3. *Ponitur vera Scoti ſententia, circa infinitum per eſſentiam, & prælibantur fundamenta illius, pagina. 837.*

§. 4. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 841.*

DIFFICVLTAS XLIIII.

Vtrum infinitas ſit de eſſentia Dei, aut eius modus intrinſecus? pag. 843.

§. 1. *Proponitur ſtatus controuerſiæ, & duæ variæ ſententiæ referuntur, pagin. 843.*

§. 2. *Ponitur vera Scoti ſententia, & eius fundamenta explanantur. pag. 845.*

§. 3. *Statuuntur concluſiones huius difficultatis. pag. 849.*

§. 4. *Soluuntur argumenta primæ, & ſecundæ ſententiæ. pag. 850.*

DIFFICVLTAS XLV.

Vtrum ſtante fidei articulo, quo creditur Deum eſſe vnum, id poſſit naturaliter demonſtrari? pag. 863.

§. 1. *Referuntur errores quorundam infidelium, cum ſententia Varronis. pagin. 863.*

§. 2. *Ponitur vera Scoti, & omniũ ſententia, cum fundamentis. pag. 864.*

§. 3. *Examinatur dubium, qualiter eadem propoſito, poſſit ſimul ſubeſſe fidei, & ſcientiæ. pag. 865.*

§. 4. *Proſequitur materia. §. præcedentis, & ſoluitur dubium eius, pagina. 866.*

§.

§.5 *Concluditur vnitas Dei, & authoritate probatur. pag.* 868.

§.6. *Propoſitio* Deus eſt vnus, *concluditur naturaliter demonſtrari.*

Finis 3. indicis.

INDEX

INDEEX QVARTVS LOCORVM SACRAE
Scripturæ, quæ in hoc primo tomo allegantur.

Per D. ſolum, intellige diſtinctionem, per Q. quæſtionem, per dif. intellige diffi cultatem, per n. numerum, per art. articulum, per expoſ. expoſitionem articuli.

Ex Geneſi

Cap. 1. FAciamus hominem ad Imaginem, & ſimilitudinem noſtram, dif. 42 n. 2.
Cap. 18. Scio, quòd Abraham præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiãt viam Domini, dif 8. o. 12.
Cap. 41. Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea, dif 22. n. 29.
Cap. 49 Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda, nec Dux de fœmore eius, &c. q. 2. prol. ar 4. lit. D.

Ex Exodo.

Cap. 3. ¶ Ego ſũ, qui ſum, dif. 40. n. 13. & 26. & diſt. 2. q. 3. ar. 2. lit. K.
Ibid. Qui eſt miſit me ad te, ibid.
Cap. 5. Neſcio Dñm, & Iſrael non dimittã, dif 41. n. 9.
Cap. 6. Ego ſum Deus Abraham. & nomen meum Adonai non indicaui eis, dif 9 n. 18.
Cap. 33. Domine oſtẽde mihi gloriam tuam. dif. 36. n. 2.
Ibid. Non videbit me homo, & viuet, ibid. n. 19. & n. 20. & dif. 22. n. 6.

Ex Deuteronomio.

Cap. 4. ¶ Non addetis ad Verbum, quod vobis loquor dif. 9. n. 8.
Ibid. Vocem verborum eius audiſtis, & formam penitus non vidiſtis. dif. 22. n. 23.
Ibid. Dominus ipſe eſt Deus, & nõ eſt alius præter vnum, dif. 45. n. 17.
Ibid. Dñs ipſe eſt Deus ſeorſũ, & non eſt alius, ibid.
Cap. 6. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt, diſt. 2. q. 5. ar. 3. lit. G.
Ibid. Audi Iſrael, Dñs Deus noſter vnus eſt, ibid.
Cap. 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam, nec minus, dif 9. n. 2.
Cap. 32. Videte, quòd ego ſim ſolus: & non eſt alius præter me, dif. 45. n. 16.

Ex Ioſue.

Cap. 1. Non recedat volumẽ legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, Expoſ. articu. 1 quæſt. 1. prol. num. 3.

Ex 1. Regum.

¶ Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus, neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis, ſicut Deus noſter, dif. 41. n. 40. & dif. 45. n. 17. Cap. 2.
Deus ſcientiarum Dominus eſt, ibid. Ibid.

Ex 3. Regum.

Loquutus eſt Salomõ tria millia parabolarũ, & fuerũt carmina eius quinque millia, dif. 9. n. 28. Cap. 4.
Dñs Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui in cœlo deſuper, & ſuper terrã deorſum, dif. 45. n. 17. Cap. 8.

Ex 1. Paralipomenon.

¶ Geſta autem Dauid priora, & nouiſsima, ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad videntis, dif. 9. n. 22. Cap. vlt.

Ex 2. Paralipomenon. Cap. 2.

Cœlum, & cœli cœlorum eum capere non poſſunt, dif. 42. n. 26. Cap. 9.
Reliqua autem operũ Salomonis ſcripta ſunt in verbis Nathã Prophetæ, & in libris Haiæ Silonitis, in viſione quoq; Ado videntis, dif. 9. n. 22.
Vbicũq; quæſtio eſt de lege, de mãdato, &c. oſtẽdite eis, vt nõ peccent in Dñm, dif. 9. nu. 34. Cap. 19

Ex libro Iob.

¶ Forſitan veſtigia Dei cõprehendes, & vſq; ad perfectũ omnipotentem reperies, dif. 32. nu. 50. & dif. 34. n. 11. Cap. 11.
In carne mea videbo Deum Saluatorem meum, dif. 22. n. 1. & 38. Cap. 19.
Excelſior cœlo eſt, dif. 42. n. 26. Cap. 20.
Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te; dif. 22. nũ. 1. & 38. Cap. 24.

Ex libro Pſalmorum.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dif. 6. n. 33. Pſalm. 4.
Quis oſtendit nobis bona? dif. 11. n. 13. Ibid.
Cœli enarrant gloriam Dei, dif. 40. n. 32. Pſalm. 18

Pſ.13.& 52 Dixit inſipiens in corde ſuo,non eſt Deus,diſt. 2.q.1.ar.2.lit.E.& dif.40.nu.1.& 16.
Pſalm.15. In hoc cognoui,quòd Deus es:quoniam bonorum meorum non eges,dif.40.n.13.
Pſalm.16. Satiabor,cum apparuerit gloria tua,dif.5.n.19. & dif.35.n.20.
Pſalm.17. Quis Deus,præter Dominum, aut quis Deus, præter Deum noſtrum?dif.41.n.17.
Pſalm.35 Quoniam apud te eſt fons vitæ,& in lumine tuo videbimus lumen,dif.29.n.1.& dif.28.num.1.
Pſalm.47. Magnus Dominus,& laudabilis nimis, dif.41. n.22:& dif.45.n.39.
Pſalm.50. Incerta,& occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi,dif.45.n.11.
Pſalm.72. Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te,quid volui ſuper terram?dif.20.n.20.
Ibid. Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter?dif.41.numer.12.
Pſalm.85. Faciens mirabilia,tu es Deus ſolus,dif.45. numer.17.
Pſalm.88. Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine,dif. 40.n.31.
Pſalm.99. Scitote,quoniam Dominus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos,& non ipſi nos,dif.20.n.10.
Pſalm.118. Beati,qui ſcrutantur teſtimonia eius,dif.8.numer.19.
Ibid. Super ſenes intellexi, quia lex tua meditatio mea eſt, dif.9.n.18.
Pſalm.144. Magnus Dominus,& laudabilis nimis,& magnitudinis eius non eſt finis,diſt.2.quæſt.1.ar. 12.lit.E.

Ex Prouerbijs.

Cap.7. ¶ Veni,fruamur cupitis amplexibus,dif.38 numer.2.
Cap.16 Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus,dif.20.n.20.& dif.51.n.45.

Ex ſapientia.

Cap.5. ¶ Iuſti autem in perpetuum viuent,dif.36.n.19.
Cap.7. Ipſe dedit mihi omnium,quæ ſunt,veram ſcientiam,dif.12.n.19.
Cap.9 Tu autem Domine,elegiſti me Regem populo tuo,dif.7.n.18.
Cap.11. Omnia in numero,& pondere,& menſura diſpoſuiſti,dif.41.n.24.
Cap.12. Non eſt alius Deus,quàm tu,dif.45.n.17.
Cap.13. A magnitudine enim ſpeciei,& creaturæ,cognoſcibiliter poterat creator omnium videri, dif.40.n.31.

Ex Eccleſiaſtico.

Cap.1. ¶ Vnus eſt altiſsimus, creator,omnipotens, dif.45.n.17.
Cap.8. Non te prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt ex patribus ſuis,dif.8.n.13.
Cap.43. Ne laboretis,non enim comprehendetis,dif.34. num.11.

Ex Iſaia.

Cap.1. ¶ Væ genti peccatrici,populo ſcelerato,dereliquerunt Dominum,&c.dif.19.n.35.
Extra me,non eſt Deus,diſt.1.q.2.ar.1.lit G. Cap.3.
Cui ſimilem feciſtis Deum,aut quam imaginē ponetis ei,dif.41.n.19. Cap.40.
Dicite,quæ ventura ſunt,& ſciemus, quoniam Dij eſtis.Expoſ.art.2.q.2.prologi. Cap.42.
Ante me non eſt formatus Deus,& poſt me non erit,dif.45.n.16. Cap.43.
Ego primus,& ego nouiſsimus,& abſque me nō eſt Deus,quis ſimilis mei?ibid. Cap.44.
Ego Dominus,& non eſt alius,extra me non eſt Deus,ibid. Cap.45
Conuertimini ad me omnes fines terræ, quia ego Deus,non eſt alius,ibid.

Ex Hieremia.

¶ Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ,dif. 19.n.35.& 36 & dif.20.n.24. Cap.2.
Dabo vobis paſtores,qui paſcant vos ſcientia & doctrina,dif.12.n.19. Cap.3.
Fortiſsime,magne,potens,Dominus exercituū nomen tibi,magnus conſilio,& incomprehenſibilis cogitatu,dif.24.n.11. Cap.32.

Ex Baruch.

¶ Non eſt,qui poſsit ſcire vias,&c. q.1.prol. art 6 lit.D. Cap.3.
Magnus eſt,& non habet finem excelſus,& immenſus,dif.43.n.29. Ibid.

Ex Ezechiele.

¶ Ego Dominus decepi Prophetam illum. Expoſ.ar.11.q.1.prol.n.2. Cap.14.

Ex Daniele.

Cum veneris ſanctus ſanctorum, quæſt.2.prol. art.4.lit.D. Cap.9.

Ex Oſea.

¶ Deum abſque me neſcies,dif.45.n.16. Cap.13.

Ex 2.Machabeorum.

¶ Deus ſolus iuſtus,dif.41.n.40. Cap.1.

Ex D.Matthæo.

¶ Beati mundo corde,quoniam ipſi Deum videbunt,dif 22.n.29. Cap.5.
Qui autem fecerit,& docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorum,dif.33.n.19. Ibid.
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire,dif.20 num.24. Cap.6.
Omnia ergo,quæcumque vultis,vt faciant vobis,& vos facite illis,q.2.prol.ar.4.lit.C. Cap.7.
Qui amat patrem & matrem,pluſquam me, nō eſt me dignus,dif.19 n.36. Cap.10.
Nemo nouit patrem,niſi filius,& cui voluerit filius reuelare,dif.13.n.20. Cap.11.
Qui autem minor eſt in regnum cœlorum maior eſt illo,dif.33.n.19. Ibid.
Ve tibi Corozain,ve tibi Betzaida:quia ſi in Tyro & Sydone factæ eſſent virtutes,quæ factæ ſunt in vobis,olim in cilicio,& cinere pœnitentiam egiſſent,ibid.n.30. Ibid.
Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, &c.dif.45.n.15. Ibid.
Magiſter volumus à te ſignum videre. Expoſ. ar.5.q.2.prol.n.9. Cap.12.

Audi

Digitized by Google

Ibid. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, vnus eſt, dif. 45. numer. 16.
Ibid. Vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum, ibid. num. 18.
Cap. 14 De die autem illo, vel horum, nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, dif. 32, num. 50.
Cap. 16 Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, diſſ. 9. numer. 34.
Cap. 18. Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, ibidem, num. 42.
Cap. 19 Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata Dei, dif. 8, num. 20.
Ibid. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ poſſides, ibid.
Cap. 20 Pares nobis illos feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus, dif. 33. n. 1.
Cap. 22. In duobus præceptis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ, quæſt. 2. prol. art. 4. lit. C. & quæſt. 5. art. 11. lit. G.
Cap. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. dif. 9. nu. 34.
Cap. 28 Prædicate Euangelium omni creaturæ, docentes ſeruare omnia, &c. dif. 3 n. 17.
Ibid. Vbicumque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego. dif. 9 n. 42.

Ex D. Marco.

Cap. 12 ¶ Num me ideo erraſtis neſcientes ſcripturas Expoſ. art. 1. quæſt. 4. prol. num. 3. & dif. 8. numer. 19.
Cap. 16 Qui non crediderit, condemnabitur. dif. 3. num. 18.
Cap. vl. Et ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis dif. 2. num. 11.
Ibid. Ipſi vero profecti prædicauerunt vbique. Expoſ. artic. 5. quæſt. 2. prolo. num. 5. & dif. 13. numer. 21.

Ex D. Luca.

Cap. 4. ¶ Dominum Deum adorabis, & illi ſoli ſeruies, dif. 45. nu. 18.
Cap. 6. Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes, diſſ. 26. num. 14.
Cap. 22 Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. dif. 9. num. 4

Ex D. Ioanne.

Cap. 1. ¶ Deum nemo vidit vnquam: filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe narrauit, dif. 22. num. 6. & numer. 41.
Ibid. Videmus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, dif. 23. num. 24.
Ibid. Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum, dif. 26. nume. 24.
Ibid. Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum. Expoſ. art. 1. quæſt. 2. prolog. num. 7.
Cap. 3. Exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, dif. 3. n. 23.
Cap. 5. Scrutamini ſcripturas. Expoſ. ar. 1. q. 2. prol. n. 3.
Ibid. Deus ſpiritus eſt, dif. 41. n. 19.
Cap. 5. Opera, quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me: ſi mihi vultis credere, operibus ſaltim credite, q. 2. prol. art. 5. lit. C.
Ibid. Hic eſt verus Deus, & vita æterna. dif. 42. n. 34.
Cap. 6. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, dif. 1, n. 9.
Ibid. Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſſit ille, dif. 3. n. 23.
Ibid. Qui credit in me habet vitam æternam, ibid.
Ibid. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me: non quia Patrem vidit quiſquam, niſi is, qui eſt à Deo, dif. 22. n. 6.
Cap. 10. Ego & pater vnum ſumus, dif. 42. nu. 34.
Cap. 11. Omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum, dif. 3 n. 25.
Ibid. Oportet, vt vnus moriatur homo, ne tota gens pereat. Expoſ. at. 3. q. 2 prol. n. 1.
Cap. 12 Quoniam gloriam hominum dilexerunt magis, quàm gloriam Dei, dif. 19. n. 40.
Cap. 14 Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego manifeſtabo ei me ipſum, dif. 22. n. 19. & dif. 18. numer. 1.
Ibid. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, dif. 33. num. 19.
Ibid. Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum, dif. 31, n. 4.
Cap. 15 Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, dif. 19. nu. 5. 45.
Ibid. Qui me odit, & Patrem meum odit, diſt. 1. q. 2. articu. 5. lit. C.
Cap. 16 Multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo, dif. 9. n. 27.
Cap. 17 Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, dif. 3. n. 23. & dif. 45. n. 16. dif. 22. n. 9.
Ibid. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, dif. 9. n. 33.
Cap. 20 Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, q. 5. prol. ar. 11. lit. A.
Cap. vlt. Sunt autem alia multa, quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum, arbitror, mundum capere poſſe, dif. 9. n. 27.
Ibid. Dixit Dominus Petro, paſce oues meas, ibidem num. 34.

Ex Actis Apoſt.

Cap. 5. ¶ Si eſt ex hominibus conſilium hoc, opus diſſoluetur: ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, q. 2. prol. art. 5. lit. D.
Cap. 14 Et quidem, non ſine teſtimonio ſe metipſum reliquit, benefaciens nobis, de cœlo dans pluuias. dif. 40. n. 31.
Cap. 15 Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis dif. 9. num. 3. & 41.
Cap. 17 Non debemus exiſtimare, ſculturæ artis, & cogitationis hominis, diuinum eſſe ſimile, dif. 42. num. 19.

Ex epiſtola ad Romanos.

Cap. 1 ¶ Ita vt ſint inexcuſabiles, quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, dif. 40. n. 17.

Ibid. Inuiſibilia Dei, per ea, quæ facta ſunt, à creatura mundi intellecta conſpiciuntur, dif. 23. n. 37. & dif. 38 n. 31. & dif. 42. n. 19.
Cap. 2. Quicumque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt, dif. 19. n. 24.
Cap. 6. Gratia Dei vita æterna eſt, dif. 23. n. 20. & dif. 28. num. 5.
Cap. 8. Si filij, & Hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, dif. 25. n. 27.
Cap. 10 Quomodo inuocabunt illum, in quem non crediderunt, dif. 2 . n. 12. & dif. n. 5. & 18.
Ibid. Teſtimonium perhibeo illis, quòd emulationem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, &c. dif. 20. n. 24.
Cap. 11 Quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, dif. 34. n. 11.
Ibid. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei dif. 45. n. 11.
Cap. 13 Finis legis eſt dilectio, q. ſ. prol. ar. lit. n. G.
Cap. 15 Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, dif. 8. n. 1.

Ex 1. ad Corinthios.

Cap. 1. ¶ Iudæi ſigna petunt, græci ſapientiam quærunt: nos autem prædicamus Ieſum Chriſtum crucifixum, dif. 45 n. 8.
Cap. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter aliud, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, dif. 3. nu. 23.
Ibid. Vt ſapiens Architectus fundamentum poſui, dif. 12. n. 29.
Ibid. Tunc autem facie ad faciem, difficultas. 32. numer. 29.
Cap. 4. Quis te diſcernit, quid enim habes, quod non accepiſti? dif. 33. n. 13.
Cap. 8. Si quidem ſunt Domini multi, & Dij multi, dif. 2. q. 3. art. 1. lit. A.
Ibid. Nobis autem vnus eſt Deus: quia omnes Dij gentium Dæmonia, difficultas 2. quæſt. 3. arti. 1. lit. I.
Ibid. Nobis vnus eſt Deus, dif. 45. n. 18.
Ibid. Scimus, quia nullus eſt Deus, niſi vnus, ibid.
Cap. 10. Omnia in gloriam Dei dif. 21. nu. 20.
Cap. 11. Ego enim accepi à Domino, quæ & tradidi vobis, dif. 9 n. 10. & 27.
Ibid. Laudo vos, quòd per omnia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis præcepta mea, tenetis, dif. 9. num. 28.
Cap. 13. Tunc cognoſcam, ſicut cognitus ſum, & videbimus facie ad faciem, dif. 30. n. 25. & dif. 32. num. 46. & dif. 33. n. 31.
Cap. 15. Alia eſt claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas ſtellarum, &c. dif. 33. n. 18.
Ibid. Ita in Chriſto omnes viuificabuntur, vnusquiſque in ſuo ordine, dif. 33. n. 20.

Ex 2. ad Corinthios.

Cap. 3. ¶ Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Expoſ. art. 1. q. prol. n. 3.
Cap. 9. Qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionis & metet, dif. 23. n. 9.
Cap. 10. Captiuantes intellectum in obſequiũ fidei, dif. 23. n. 35.
Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, &c. dif. 23. n. 30. & dif. 24. n. 41. & dif. 36. numer. 27. Cap. 12.

Ex epiſtola ad Galatas.

¶ Sed licet nos, aut Angelus de cœlo, euangelizet vobis, præterquam, quod euangelizauimus vobis, anathema ſit, dif. 9. n. 2. Cap. 1.
In fide viuo filij Dei, dif. 3. n. 23. Cap. 2
Scientes, quod non iuſtificabitur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, ibid. Ibid.
Antequã veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem, quæ reuelãda erat, dif. 3. num. 10. Cap. 3.
Deus autem vnus eſt, dif. 45. nu. 18. Ibid.
Fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, &c. diſt. 1. q. 3. art. 1. lit. B. & F. Cap. 5.

Ex epiſtola ad Epheſ.

¶ In alijs generationibus non eſt agnitum myſterium Chriſti, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis, dif. 9. n. 18. Cap. 3.
Vnicuique autem data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, dif. 33. n. 19. Cap. 4.
Vnus eſt Deus, pater omnium, dif. 45. n. 18. Ibid.
Auaritia eſt Idolorum ſeruitus, dif. 19. nume. 35. & 36. Cap. 5.

Ex epiſtola ad Philipenſes.

¶ Quorum Deus venter eſt, dif. nu. 23. & 36. & dif. 20. num. 5. Cap. 3.

Ex epiſtala ad Colloſenſes.

¶ Qui eſt imago Dei inuiſibilis, dif. 23. n. 23. Cap. 1.
In omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem myſterij Dei Patris, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei dif. 32. num. 73. Cap. 2.

Ex epiſtola 2. ad Theſalonicenſes.

¶ Tenete traditiones veſtras, quas accepiſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam, dif. 9. numer, 10. & 28. Cap. 2.
Ne terreamini, neque per ſermonem, neque per epiſtolam, tanquam per nos miſſam, nu. 52. Ibid.

Ex 1. ad Timotheum.

¶ Deus ſolus potens, dif. 42. n. 40. Cap. 1.
Vnus enim Deus, & mediator Dei, & hominum, dif. 45. num. 18. Cap. 2.
Quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt, dif. 21. n. 6. & dif. 30. n. 20. Cap. 6.
Deus rex immortalis, & inuiſibilis, dif. 21. nu. 23. Ibid.
Rex regum, Dominus dominantium, quem nullus hominum vidit, ibid. Ibid.
Lucem habitat inacceſsibilem, quam nullus hominum vidit, nec videre poteſt, dif. 23. n. 20. & dif. 30. n. 20. Ibid.
Solus immortalis, & beatus, dif. 42. n. 40. Ibid.

Ex

Ex 2. ad Timoth.

Cap. 3. ¶ Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, & arguendum, q. 1. prol. art. 4. lit. B. & diſ. 2. nu. 2. & diſ. 8. nu. 18. & 19. & diſ. 9. n. 2.

Ibid. Ab infantia literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem. Expo. art. 4. q. 2. prol. nu. 1.

Ex epiſt. ad Philemonem.

¶ Ego te fruar in Domino, diſ. 38. n. 4.

Ex epiſt. ad Hebreos.

Cap. 1. ¶ Qui, cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, diſ. 32. n. 73.

Cap. 10. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, difficultatem, 12.

Ibid. Iuſtus autem meus ex fide viuit, quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ, diſ. 41. numer. 3.

Cap. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quia remunerator eſt, diſ. 3. nu. 9. & diſt. 2. q. 3. art. 2. lit. K.

Inuiſibilem tanquam videns ſuſtinuit, diſ. 22. num. 23.

Ex 2. Petri.

¶ Fratres, hanc vobis, chariſsimi, ſecundam ſcribo epiſtolam, diſ. 7. n. 26. Cap. 3.

Ex 1. D. Ioannis.

¶ Scimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus; quoniam videbimus eum, ſicuti eſt diſ. 25. num. 16. & diſ. 30. n. 23. & diſ. 31. n. 49.

Ex 2. & 3. Ioannis.

¶ Multa habens ſcribere vobis, nolui per chartam, & attramentum, diſ. 9. n. 28. cap. 3.

Ex Apocalypſi.

¶ Ego ſum Alpha, & Omega, principium, & finis, diſ. 10. n. 20. cap. 21.

Ciuitas illa non eget Sole, & Luna, ſed claritas Dei illuminabit illam. diſ. 27. n. 1. Ibid.

Conteſtor enim omni audienti verba Prophetiæ huius, ſiquis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illam plagas ſcriptas in libro iſto, diſ. 9. n. 2. & q. 3. prol. art. 8. lit. [illegible] cap. vlt.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX NOTABILIVM RERVM, QVAE IN SCOTICO TEXTV PRIMI voluminis continentur.

A.

Abſolutum.

Abſoluta duo,quorum vnum eſt alio prius, & ab eo non dependet,poteſt prius eſſe ſiue poſteriori,D.1.q.4 art.6.lit.E.

Actio.

¶ Actio de genere actionis reducitur ad principium effectiuum,q 5.prol.ar.8.lit.F.

Actus.

¶ Actus vegetatiui,vel ſenſitiui,non dicuntur praxes,q 5.prol.ar 1.lit.C.

Actus imperatus à voluntate non eſt primo praxis,ſed per accidens,ibid.lit.D.

Actus elicitus à voluntate eſt primo perſe praxis, ibid.

Actus intellectus,quicumque ſit,nõ eſt proprie praxis,ibid,lit.E.

Actus bonus,non eſt primò bonus à circunſtantia ſiois,vtſiols ,ſed finis, vt obiecti, ibidem, lit.O.

Actus exterior conformatur actui interiori,à quo habet bonitatem ſuam, ibidem articu. 7. lit.G.

Actus elicitus voluntatis eſt in poteſtate ipſius voluntatis,diſt.1.q.4 ar.5.lit.D.

Actus voluntatis magis eſt in poteſtate voluntatis,quàm alius quicumque actus,ibid.lit.F,& art 3 lit.F.

Actus voluntaris eſt immediate in poteſtate voluntatis,ibid.

Actus ſecundus eſt vltima perfectio entis in actu primo conſtituti,diſtin.2.quæſt.2.art.6. lit.G.

Actus cognoſcendi, qui non eſt idem obiecto, eſt poſterior ipſo obiecto,diſt.2.quæſt.3. ar.2 lit.D.

Actus nullus poteſt ſimul habere duo obiecta adæquata,ibid.

Actus non dicitur practicus propter actualem extenſionem ad opus,ſed propter apticitudinalem,q.5.prol.art.5.lit.F.

Agens.

Agens propter finem triplicem cognitionem debet habere,& qualis ſiot,quæſt.1.prol. art.4. lit.D.

Agens propter finem neceſſario debet habere diſtinctam cognitionem finis, ibidem artic. 6. lit.E.

Agens ſupernaturale non agit niſi inducendo formam,ibid,art.8.lit.F.

Agens quodcumque eiuſdem rationis poteſt agere in quodlibet paſſum eiuſdem rationis,q.3. prol.art.7.lit.E.

Agens intendens formam per ſe inducere,per accidens intendit remotionem contrarij,q.5. prol.art.7.lit.H.

Agens neceſſarium non impeditum neceſſario remouet omne prohibens ad agendum , ſi poteſt,diſt.1.q.4.art,1.lit.E.& art.3.lit.E.

Agens neceſſarium eſt duplex alterum ſimpliciter,alterum ſecundum quid,& conditionarũ, ibid.art.1.lit.G.

Agens neceſſarium ſimpliciter habet in ſe totã rationem agendi:non tamen agens neceſſarium ſecundum quid, ibid.

Agens neceſſarium de neceſsitate agit ſecundum vltimum ſuæ potentiæ,ibid.art.2.lit. E. art.3.lit. E.

Agens approximatum paſſo,intenſius, ſine noua neceſsitate operatur,ibid.art.6.lit. D.

Agens neceſſario,poſita aliqua actione prænia, neceſſario ſe determinat ad illam,ſi poteſt,di. 1.q.4.ar.3.lit.E.

Agens neceſsitatum ad agendum non indiget habitu ſuperaddito,ibid.ar.2.lit.F.

Agens principale,neceſſario agens (quocũque agente ſecundario poſito) ex principali principio actiuo determinatur ad agendum ibidem.

Agens de neceſsitate circa obiectũ præſens neceſſario ſe determinat ad eius præſentiam, ſi poteſt, ibid.

Agens duplex eſt proprie, & metaphorice, & vtrumque neceſſario mouet aliquod contingenter

Digitized by Google

genter, diſt. 1. q. 4. ar. 8. lit. G.
Agens naturale mouet neceſſario metaphorice, agens autem liberum, quod eſt Deus, metaphorice contingenter, ibid.
Agens omne agit propter finem, diſt. 2. q. 1. ar. 2. lit. C.
Agens propter finem cognoſcit finem, ibid. art. 5. lit. E.
Agens, potens ex ſe cauſare infinita ſimul, eſt virtutis infinitæ, etiam ſi talia non poſsint ſimul cauſari, ibid. art. 8. lit. H. & K
Agens potens formaliter, vel virtualiter in plura, perfectius eſt ſimpliciter, quàm agens potens in pauciora, ibid. lite. L.

Adæquatio.

¶ Adæquatio eſt duplex, vna in entitate, requirens ſimilitudinem adæquatorum in natura, alia in proportione, requirens neceſſario diſsimilitudinem adæquatorum, diſt. 1. quæſt. 5. art. 3. lit. H.

Adoratio.

¶ Adoratio, qua tres diuinæ perſonæ adorantur, eſt vnica, diſt. 1. q. 2. ar. 2. lit. K.

Adultus.

¶ Adultus nocturnus in filuis meretur de congruo iuſtificari ab originali per bona opera moralia, q. 1. prol. art. 7. lit. F.

Amor.

¶ Amor obiecti cogniti, ſic, vel ſic circunſtantionabilis, eſt vere praxis, libere elicita. q. 5. prol. art. 9. lit. F.
Amor Dei terminatur ad eſſentiam, vt ad rationem propter quam, ad perſonas vero, vt ad rationem, quæ. ibid. art. 12. lit. L.
Amor concupiſcentiæ non eſt actus fruitionis, diſt. 1. q. 4. art. 2. lit. I.
Amor amicitiæ præcedit amorem concupiſcentiæ, diſt. 1. q. 5. art. 3. lit. D.
Amor Dei fecit ciuitatem Dei, & amor proprius peccatoris ciuitatem diaboli, ibid.
Amorem amicitiæ, & concupiſcentiæ habet viator iuſtus erga Deum, ibid. art. 2. lit. D.

Anima.

¶ Anima pro ſtatu iſto nõ eſt obiectũ ſui niſi ſecundum rationes generales, quæ ab imaginabilibus abſtrahi poſſunt, quæſt. 1. prolog. art. 3. lit. H
Anima eſt imago Dei, eſt propoſitio credita, diſt. 3. q. 1. art. 1. lit. C.

Appetitus.

¶ Appetitus vt ſic, communis eſt ad ſenſitiuum, & rationalem, quæſt. 3. prolog. articu. 1. lit. D.
Appetitus ſenſitiuus mouet cum ſenſu, & phantaſia, ibid.
Appetitus rationalis eſt voluntas, & mouet cũ intellectu, & ratione, ibid.
Appetitus creaturæ eſt ſubiectiue finitus, obiectiue vero infinitus, diſtinct. 1. quæſt. 1. articu. 3. lit. H.
Appetitus tendens neceſſario in oppoſitum cognitum, neceſſario ſe determinat ad cognitionem eius, ſi poteſt, diſtinct. 1. quæſt. 4. art. 3. lit. E.
Appetitus neceſſario tendens in obiectum ſummum apprehenſum, neceſſario ſe determinat ad eius apprehenſionem, ſi poteſt, ibidem.
Appetitus ſenſitiuus non eſt potentia referens votum ad aliud, diſtinct. 1. quæſt. 5. articul. 4. lit. C.
Appetitus ſenſitiuus inhæret alicui propter ſe negatiue, ſed non contrarie, ibid.
Appetitus ſenſitiuus dicitur frui abuſiue, ibidem.
Appetitus ſenſitiuus non ſe ducit in ſuum obiectum, ſed ducitur, ibid.
Appetitus ſenſitiuus magis conuenit cum voluntate, quam naturalis, ibidem articul. 5. lit. C.
Appetitus ſenſitiuus ſequitur cognitionem, non autem naturalis, ibid.
Appetitus naturalis, nec proprie, nec abuſiue dicitur frui, ibid.
Appetitus naturalis ducitur in ſuũ obiectum ab Auctore naturæ ibid. lit. D.
Appetitus naturalis, non per aliquem actum, ſed per habitualem inclinationem naturæ, inhæret ſuo obiecto, ibid.

Aptitudo.

¶ Aptitudo non conuenit alicui, niſi propter aliquod abſolutum prius, quæſt. 5. prol. art. 5. lit. F.
Vide Verbum, capacitas, inclinatio, proprietas, paſsio.

Aſſenſus.

¶ Aſſenſus intellectus eſt duplex, diſt. 1. q. 3. articu. 1. lit. D.
Aſſenſus voluntatis eſt duplex, ibid.
Aſſenſus intellectus diſtinguuntur ex natura obiectorum, ibid.
Aſſenſus voluntatis, non ex obiectis, ſed ex ipſa voluntate diſtinguuntur, ibid.
Aſſenſus intellectus, & voluntatis maximè inter ſe differunt, ibid.
Aſſenſum, quo voluntas aſſentitur bono propter ſe, conſequitur delectatio, ibid.
Aſſenſus, quo voluntas vult bonum propter ſe, dicitur fruitio, ibid.
Aſſenſus, quo voluntas vult bonum propter aliud, dicitur vſus, ibid.
Aſſenſus voluntatis non cauſatur neceſſario à bonitate obiecti, diſtinct. 1. quæſt. 4. articu. 1. lit. G.

Artica-

Articulus.

¶ Articuli fidei diſtincti ſunt circa tres diſtinctas perſonas, diſtinct. 1. quæſt. 2. articul. 2. lit. F.

Artifex.

¶ Artifex cognoſcit diuinitus ea, quæ facturus eſt, antequam fiant, diſt. 2 quæſtion. 2. art. 7. lit. B.

Antecedens.

¶ Antecedens continens duo oppoſita non inferr conſequens, ratione alicuius totius extremi, ſed tantum ratione partis alterius extremi, diſt. 2. q. 1. art 3 lit G.

Antichriſtus.

Antichriſtus quomodo ſit à nobis arguendus, q. 2. prol. art. 4. lit. D.

Attributum.

¶ Attributa diuina, quæ ſunt quaſi paſsiones eſſentiæ, non ſunt cauſata, & ideo ſunt idem realiter cum eſſentia, quæſt 3. prolog. articu. 4. lit. H.

Attributa diuina ſciuntur per rationem eſſentiæ, ac ſi ab ea realiter eſſent diſtincta, ibidem, & obiecta ſecundaria, ibid. lit. P.

Beatus de potentia ſua naturali non poteſt videre eſſentiam, non videndo perſonas, ibid. ar. 4. lit. D.

Beatus non poteſt ordinate, ſiue de potentia ſua ordinaria, aut abſoluta, frui eſſentia, ſine perſonis, ibid.

Beatus de facto vnica viſione, & fruitione, videt, & fruitur eſſentia in tribus perſonis, ibid. art. 5. lit. C.

Beatus eſt, qui habet omnia, qui ordinate vult, & poteſt velle, diſt. 1. q. 4 ar. 7. lit. F.

Bonitas.

¶ Bonitas moralis eſt formaliter in electionibus voluntatis, materialiter autem in praxibus imperatis, quæſtion. 5. prolog. articu. 8. lit. Q.

Bonitas obiectiua non cauſat neceſſario aſſenſum voluntatis, diſtinct. 1. quæſtio. 4. articu. 2. lit. G.

Bonum.

¶ Bonum eſt duplex, aliud, quod eſt paſsio entis, aliud, quod perfectum importat, id eſt, quod nullum habet defectum, diſtinct. 1. quæſt. 2. ar. 1. lit F.

Bonum, quod eſt paſsio entis, non eſt ratio formalis obiecti fruibilis: ſed bonum perfectum, ibid.

Bonum ſummum poteſt ex naturalibus concludi, ibid. art. 2. lit. F.

Bona plura infinita (ſi eſſent poſsibilia) plus bonitatis includerent, quàm vnum infinitum, diſt. 2. q. 3. art. 2. lit. F.

Bonum non dicitur infinitum, niſi ſit quietatiuũ cuiuslibet voluntatis, ibid.

Brutum.

¶ Bruta non habent amorem, quia nec voluntatem, diſt. 1. q. 5. art. 4 lit. B.

Bruta abuſiue dicuntur frui, ibid.

B.

Beatitudo.

Beatitudo eſt præmium datum ei, qui eſt dignus tali præmio, quæſt. 1. prolog. articul. 4. lit. D.

Beatitudinem appetunt omnes habitualiter, ſed non actualiter, diſtinct. 1. quæſtio. 4. articul. 2. lit. I.

Beatitudinem appetunt omnes non actu amicitiæ, ſed concupiſcentiæ, ibid.

Beatitudo non eſt obiectum odij, ibidem art. 4. lit. D.

Beatitudo non poteſt in duobus obiectis adæquate beatificis conſiſtere, diſt. 2. q. 3. artic. 2. lit. E.

Beatitudo noſtra formalis naturaliter poteſt recipi in anima noſtra, quæſt. 1. prol. articul. 2. lit. C.

Vide Verbum fœlicitas.

Beatus.

¶ Beati præter cognitionem beatam, poſſunt habere cognitionẽ naturalem ab obiectis creatis immediate cauſatam, quæſt. 3. prol. artic. 8. lit. D.

Beati propter perfectionem habitus directiui, quam habent, non poſſunt errare, ex ſe tamen poſſunt, q. 5. prol. ar. 7. lit. H.

Beatus poteſt de potentia abſoluta videre eſſentiam ſine perſonis, & vnam perſonam ſine alia, diſt. 1. q. 1. ar. 3. lit. I.

Beatus eadem quietatione quietatur fruendo perſonis, qua quietatur fruendo eſſentia, ibid. lit. O.

Beatus vnico actu videt eſſentiam, & perſonas,

C.

Charitas.

Charitas habitualis, tam infuſa, quàm acquiſita, inclinat in dilectionem vltimi finis, q. 5. prolg. art. 9 lit. D.

Capacitas.

¶ Capacitas paſsiua maior eſt in aliqua natura, quam eius cauſalitas actiua, q. 1. prol. art. 2. lit. C.

Capacitas finita eſt ad obiectum infinitum, vt ad correlatiuum, diſt. 1. q. 1. ar. 3. lit. H.

Vide Verbum, aptitudo, & appetitus.

Caſus

Caſus.

¶ Caſus eſt cauſa per accidens, diſt. 2. quæſt. 2. art. 2. lit. E.

Cauſa.

¶ Cauſa præciſa alicuius eſt, qua poſita, & quocunq; alio circunſcripto, & variato, ſequitur effectus, q. 1. prol. art. 8. lit. F.
Cauſa exemplaris eſt quoddam efficiens, diſt. 2. q. 2. in principio.
Cauſa exemplaris nõ eſt genus diſtinctum à quatuor generibus cauſarum, ibid.
Cauſæ, aliæ ſunt eſſentialiter, aliæ accidentaliter ordinatæ ibid. art. 1. lit. D.
Cauſæ per ſe, & cauſæ per accidens, differunt à cauſis per ſe, & per accidens ordinatis, ibidem.
Cauſa per ſe eſt, quæ ſecundum naturam propriam & non ſecundum aliquid ſibi accidens, cauſat, ibid.
Cauſa per accidens eſt, quę non ſecundum naturam propriam, ſed ſecundum aliquid ſibi accidens, cauſat, ibid.
Cauſæ eſſentialiter ordinatæ differunt tripliciter à cauſis accidentaliter ordinatis, ibidem.
Cauſæ eſſentialiter ordinatæ habent cauſalitates diuerſæ rationis, ibid.
Cauſa ſecunda dependet à prima in cauſando, ibid.
Cauſæ eſſentialiter ordinatæ neceſſario ſimul requiruntur ad cauſandum, ibid.
Cauſa prima efficiens eſt primum ens in ordine entium, ibid. lit. E. & ſequentibus.
Cauſa prima efficiens non eſt aliquid vniuerſi, ſed eſt in infinitum perfectius illo, ibidem.
Cauſa prima efficiens eſt primum eminens, in ordine eminentiæ, ibid. lit F.
Cauſa prima efficiens eſt cauſa æquiuoca, æternalior, & independens, ibid.
Cauſa prima efficiens eſt, primus finis, ibid. & art. 2. lit. B. & C.
Cauſa prima efficiens eſt incauſabilis, diſt. 2. q. 2. ar. 1. lit. K.
Cauſa extrinſeca eſt prior, quàm cauſa intrinſeca, ibid.
Cauſæ intrinſecæ cauſantur ab extrinſecis, ibidem.
Cauſa prima efficiens eſt in actu exiſtens, ibid. lit. L.
Cauſæ per accidens reducuntur ad cauſas per ſe agentes, ibid. art. 2. lit. C.
Cauſa eſſentialiter ordinata excellit effectum, ibid. art. 3. lit. D.
Cauſa prima contingenter cauſat, ibid. artic. 5. lit. F.
Cauſa ſecunda cauſat, vt mota à prima, ibidem.
Cauſa prima neceſſario mouente ſecundam, ſecunda neceſſario cauſat, ibid.
Cauſa prima perfectius continet cauſalitates cauſarum ſecundarum, quàm ipſæ cauſæ ſecundæ in ſe ens contineant, ibid. art. 8. lit. I.
Cauſa prima non poteſt eſſe multiplex, ibid. q. 3. art. 2. lit. G.

Cauſalitas.

¶ Cauſalitas actiua alicuius naturæ minor eſt, quàm eius capacitas paſsiua, quæſt. 1. prolog. art. 2. lit. C.
Cauſalitas cauſæ extrinſecæ dicit perfectionem ſine imperfectione, diſtin. 2. quæſt. 2. articu. 1. lit. K.
Cauſalitas cauſæ intrinſecæ dicit imperfectionem ſibi annexam ibid.
Cauſalitas finis eſt ſimpliciter prima omnium cauſalitatum, ibid. ar. 6. lit. F.

Cognitio.

¶ Cognitio incomplexi, reuelati à Deo viatori, non eſt illi neceſſaria de communi lege, q. 1. prol. art. 1. lit. G.
Cognitio veritatum complexarum nobis neceſſariarum non poteſt haberi virtute intellectus agentis, & phantaſmatis, ibid.
Cognitio (ſecundum Aug.) dependet ab anima cognoſcente, & obiecto cognito, & non ſolum ab anima, vel ab obiecto, ibid. lit. H.
Cognitio ſubſtantiarum ſeparatarum, & earum, quæ ſunt eis propria, eſt nobiliſsima, ibid. art. 5. lit. D.
Cognitio proprietatum ſubſtantiarum ſeparatarum non poteſt à nobis naturaliter haberi, ibidem lit. E.
Cognitio aliqua ſupernaturalis nobis debuit ſupernaturaliter tradi, ibid. ar. 6 lit. E.
Cognitio, alia in ſe, & alia in nobis, q. 3. prol. ar. 2. lit. C.
Cognitio in ſe eſt, quæ nata eſt haberi de obiecto eius, ſecundum quod natum eſt ſe manifeſtare intellectui proportionato, ibid.
Cognitio in nobis eſt, quæ nata eſt haberi in intellectu noſtro de obiecto illo intellecto, ibidem.
Cognitio Dei per eſſentiam eſt perfectior, quàm cognitio per attributa. ibid. ar. 6. lit. F.
Cognitio certa, euidens, & de ſe perpetua, perfectior eſt in ſe, quàm ſcientia de obiecto neceſſario. q. 4. prol. ar. 1. lit. E.
Cognitio theologica de contingentibus perfectior eſt ex ſe, quàm ſcientia de neceſſarijs, ibidem.
Cognitio theologica de contingentibus magis aſsimilatur intellectui principiorũ, quàm ſcientia concluſionum, ibidem articul. 1. lite. G.
Cognitionis extenſio, qua ipſa cognitio dicitur practica, in duplici relatione aptitudinali conformitatis, & prioritatis naturalis conſiſtit, q. 5. prol. at. 2. lit. E.
Cognitio practica extenditur ad praxim, vt directiua ad directum: ſiue vt regulatiua ad regulatum, ibid.

Cognitio practica habet relationem conformitatis per ſe ab obiecto, ibid. art. 6. lit. E.
Cognitio practica habet relationem prioritatis ad praxim, ex ordine intellectus, & voluntatis, ac etiam ex obiecto, ibid.
Cognitio practica dicitur prior praxi, quando eſt determinatiua formaliter, vel virtualiter, rectitudinis ipſius praxis, ibid.
Cognitio diſtincta de fine, & de eis, quæ ſunt ad finem, tota eſt practica intellectui creato, ibid. art. 10. lit. E.
Cognitio practica circa finem vltimum nobilior eſt ſpeculatiua, ibid. art. 11. lit. N.
Cognitio qualibet ſcientifica, circa ſuum obiectum, æqualem certitudinem habet proportionaliter, ſed non quantitatiue, ibidem, litera O.
Cognitio diuina nullo modo eſt prior volitione diuina, vt conformatiua, ſeu regulatiua, ſed vt oſtenſiua, ibidem articul. 13. litera. E.
Cognitio practica, & praxis, ad quam extenditur, neceſſario debent eſſe reſpectu eiuſdẽ ſuppoſiti operantis, ibid. art. 14. lit. D.
Cognitio practica, & praxis, poſſunt eſſe in diuerſis ſuppoſitis, ibid.
Cognitio multorum, ratione diſtinctorum, non petit, vt intellectus ea habeat tanquam obiecta diſtincta, ſed vt in primo obiecto aliquid enncipiat, diſt. 1. q. 2. art. 3. lit. N.
Cognitio alicuius obiecti in ſimili, ſeu in vniuerſali, non eſt intuitiua, diſtinct. 2. quæſt. 3. art. 2. lit. D.
Cognitiones differunt eſſentialiter per differentias eſſentiales, ab obiectis differentia non eſſentiali, q. 5. prol. art. 3. lit. D.
Vide Verbum, notitia, intellectio, cõceptus, verbum mentis.

Chriſtus.

¶ Chriſtus non poteſt eſſe obiectum adæquatum in Theologia, quæſt. 3. prol. articul. 7. lit. D. & E.
Chriſtus fuit à Sybillis prænuntiatus, q. 2. prol. art. 1. lit. E.
Chriſti vnitas, vt Chriſtus eſt, non eſt æterna, q. 3. prol. art. 7. lit. E.

Conceptus.

¶ Conceptus nullus de Deo continet veritates theologicas pertinentes ad Trinitatem, q. 3. prol. ar. 6. lit. F.
Conceptus aliquis, ita eſt proprius Dei, qui non eſt communis illi, & creaturis, diſt. 2. quæſt. 1. art. 3. lit. E.
Conceptus, qui eſt proprius Dei, non eſt ſimpliciter ſimplex, ibid. lit. E.
Conceptus ſimpliciter ſimplex eſt, qui nõ eſt reſolubilis in alios cõceptus ſimplices, quorũ quilibet poſsit actu ſimplici diſtincte cognoſci, ibid.

Concluſio.

Concluſiones practicæ habent principia practica, quæſt. 5. prol. art. 12. lit. I.
Concluſio non eſt per ſe nota, ſed demonſtrata, diſt. 2. q. 1. ar. 1. lit. E.
Concluſio ex principio practico neceſſario illata non magis dependet à voluntate, quam cõcluſio ex ſpeculatiuo deducta, quæſt. 5. prol. art. 5. lit. K.

Contingens.

Contingens eſt id, cuius oppoſitum poteſt fieri, quando illud fit, diſt. 2. q. 2. ar. 5. lit. I.

Contingenter.

Contingenter, & neceſſario, ſunt modi determinantes agere, diſt. 1. q. 4. ar. 1. lit. H.
Contingenter, & naturaliter agere, non continentur ſub agere libere, diſt. 2. q. 4. art. 6. lit. D.

Contingentia.

Contingentia datur in rebus, diſt. 2. quæſt. 2. art. 5. lit. F. G. & H.

Contradictoria.

Contradictoria non ſunt ſimul vera, etiam in diuinis, q. 1. prol. ar. 10. lit. C.
Contradictoria diſtant, non per aliquam diſtantiam mediam, inter extrema: ſed propter extrema interſe, diſt. 2. q. 2. ar. 8. lit. O.
Contradictoria diſtant in infinitum, ideſt, indeterminate, ibidem lit. Q.
Contradictoria ex ſuis proprijs rationibus contradicunt, ibid. art. 10. lit. C.

Contrarium.

Contrarium poteſt eſſe vnum alteri dupliciter; vel eſſentialiter, vel virtualiter, diſt. 2. quæſt. 2. art. 12. lit. G.

Conueniens.

Conueniens alicui eſt duplex, actuale, & aptitudinale, diſt. 1. q. 4. at. 8. lit. F.

D.

Damnatus.

Damnatus vltimum finem apprehendit quẽ, nec amore amicitiæ, nec concupiſcentiæ appetit, diſt. 1. q. 4. at. 2. lit. F.

Deceptio.

¶ Deceptio non datur circa primum principium, nec circa Deum viſum, quæſt. 2. prol. ar. 5. lit. D.

Definitio.

¶ Definitio diſtinguitur ex natura rei à definito, diſt. 2. q. 1. ar. 1. lit. E.
Definitio non eſt prius nota definito, ibid.

Definitio dicit diſtincte, quod definitum in cõfuſo dicit, ibidem.
Definitio eſt medium in demonſtratione, diſt. 2. q. 1. ar. 1. lit. E.

Definitum.

¶ Definitum diſtinguitur formaliter à definitione, diſt. 2. q. 1. art. 1. lit. E.
Definitum eſt prius notum, quam definitio, ibidem.
Definitum dicit in cõfuſo, quod diſtincte definitio importat, ibid.

Delectatio.

¶ Delectatio eſt paſsio conſequens naturaliter operationem perfectam, quæſt. 5. prol. art. 9. lit. F.
Delectatio ſequitur ad aſſenſum voluntatis, quo aſſentitur bono propter ſe ipſum, diſt. 1. q. 3. art. 1. lit. D.
Delectatio ſequitur ad fruitionem, & non eſt ipſa fruitio, ibid. lit. D. E. & F. vbi multa præclara ad hãc materiam delectationis inuenies.

Demonſtrabile.

¶ Demonſtrabile eſt, Deum eſſe, diſt. 2. q. 3. ar. 2. lit. K.
Demonſtrabile eſt, Deum eſſe vnum, ibidem lit. D.
Demonſtrabilia de Deo debuerunt nobis reuelari, ibid. lit. K.

Deſcenſus.

¶ Deſcenſus ſub ſubiecto vniuerſalis affirmatiuæ eſt licitus, non tamẽ ſub prædicato, q. 1. prol. art. 10. li. D.

Deus.

¶ Deus, de potentia abſoluta, poteſt aliquem ſaluare ſine fide, non tamen de potentia ordinata, q. 1. prol. ar. 7. lit. E.
Deus non eſt ſacramentis alligatus, ibidem, lit. F.
Deus non deeſt quærentibus toto corde ſalutẽ, q. 3. prol. ar. 1. lit. E.
Deus legem Chriſtianam innitentem ſacræ Scripturæ irrefragabiliter approbat, ibid.
Deus legem Chriſtianam in ſacra Scriptura cõtentam ad ſalutem noſtram ordinauit, ibid.
Deus ſolus poteſt certitudinaliter futura contingentia præuidere, q. 2. prol. ar. 2. lit. D.
Deus non poteſt eſſe falſus teſtis, ibid. articu. 5. lit. D.
Deus viſus non poteſt eſſe obiectum deceptionis, ibid.
Deus ſub diuerſis reſpectibus conſideratur, vt obiectum Theologiæ eſſe poſſit, q. 3. prol. art. 6. lit. F.
Deus, quando perfectiſsimè cognoſcitur, eſt ſub ratione abſoluta, & quidditatiua, ibid.
Deus eſt vltimus finis ſub ratione Deitatis præciſe, ibid. lit. K.
Deus ſub ratione bonitatis dicitur vltimus finis appropriate, ibid.
Deus eſt finis vltimus inquantum eſt vnus, & nõ in quantum trinus, ibid. ar. 10. lit. D.
Deus, quatenus eſt ſummum bonum, poteſt naturaliter cognoſci, diſt. 1. q. 1. art. 1. lit. F.
Deus poteſt abſolutum prius ſine poſteriori cauſare. ibid. q. 4. ar. 6. lit. G.
Deus fruitur ſe propter ſe, ſed nõ propter aliud, ibid. q. 5. ar. 1. lit. C.
Deus eſt ſphæra intellectualis, cuius centrum vbique eſt, & circumferentia nuſquam, ibid.
Deus non eſt finis ſui, benè tamen eſt obiectum ſuæ voluntatis, ibid. lit. E.
Deus eſt finis omnium ad ſe ordinabilium, ibid.
Deus agit propter finem effectus, & non propter finem ſui, ibid. lit. F.
Deus vt primum efficiens, eſt primum ens in ordine entium, diſt. 2. q. 2. ar. 1. lit. E. & ſe quentibus.
Deus, vt primum efficiens, non eſt aliquid vniuerſi, ibid.
Deus, vt primum efficiens eſt perfectius vniuerſo, in infinitum, ibid.
Deus eſt primum eminens, ibid.
Deus eſt cauſa æquiuoca, actualior, & independens, ibid.
Deus, ſicut eſt primum efficiens, ſic eſt & primus finis, ib. & art. 2. lit. B. & C.
Deus, vt primus finis, eſt incauſabilis, ibid. 2. lit. C.
Deus, vt eſt primus finis, eſt actu exiſtens, lit. D.
Deus, vt eſt primum efficiens, eſt primum eminens, ibid. art. 3. lit. B.
Deus eſt primum emineos ordine perfectionis, ibid. lit. C.
Deus, vt eſt primum eminens, eſt incauſabile, ibid. lit. D.
Deus, vt eſt primum eminens, eſt actu exiſtens, ibid. lit. E.
Deus, vt eſt primum efficiens, eſt vltimus finis, art. 4. lit. C.
Deus agit propter ſe, vt propter vltimum finẽ, ibid.
Deus eſt cauſa æquiuoca efficiens, ibid.
Deus eſt primum efficiens, vnum ſecundum naturam, & quidditatem, ibid, lit. lit D.
Deus eſt ex ſe neceſſe eſſe, ibid.
Deus diſtat in infinitum à creatura, ibid. art. 3. lit. O.
Deus diſtat in infinitum à creatura, non propter diſtantiam mediam, ſed propter ipſius Dei infinitatem, ibid.
Deus non minus eſt gratioſius in iuſtificando aliquem de congruo ſine ſacramento, quàm in iuſtificando ſine omni merito cum ſacramento q. 1. prol. art. 7. lit. E.
Deus eſt, quo cogitato ſine contradictione, maius ſine contradictione cogitari non poteſt, ibid. at. 10. lit. E. & art. 12. lit. G.

Deus

Digitized by Google

Deus eſt ens actu infinitum, ibid. art. 1. per totum.

Deus ita eſt vnus, vt ſine contradictione plures Dij cogitati non poſſint, diſtin. 2. quæſt. 3. ar. 1. lit. K.

Deus eſſe vnum, demonſtrari poteſt, ibid. art. 2. lit. D.

Deus eſt, eſt propoſitio per ſe nota, ibidem.

Deus, ſicut ſuo velle poteſt omne poſsibile producere, ſic ſuo nolle poteſt impedire illud, & omne productum deſtruere, ibid. lit. F.

Deum eſſe, eſt demonſtrabile, ibid, lit. K.

Deus eſt obiectum perfectiſsimum Metaphyſicæ q. 3. prol. ar. 6. lit. H.

Dictio.

¶ Dictio reduplicatiua, vt ly in quantum, ſumitur, vel reduplicatiue, vel ſpecificatiue, di. 1. q. 2. ar. 1. lit. H.

Differentia.

¶ Differentiæ oppoſitæ aliquod commune diuidentes non poſſunt ſimul alicui illius particulari conuenire, quæſt. 5. prolog. articu. 10. lit. D.

Dilectio.

¶ Dilectio Dei, & proximi, res eſt ex ſe rationabilis, q. 2. prol. ar. 4. lit. C.

In Dei dilectione contingit errare dupliciter, q. 5. prol. art. 7. lit. F.

Vide Verbum amor.

Dimenſio.

¶ Dimenſio vna replet vnum locum, ſecundum vltimum capacitatis ſuæ, diſt. 2. q. 2. ar. 10. lit. H.

Dimenſio ita replet locum, vt non patiatur ſecū aliud corpus replens locum, ibid.

Dimenſio patitur ſecum corpus non replens locum, ibidem.

Diſtinctio.

¶ Diſtinctio in diuinis penes quatuor attenditur, diſt. 1. q. 2. in principio.

Dubium.

¶ Dubium aſſerere, vel eſt mendacium, vel nō longè à mendacio diſtat, quæſt. 2. prol, art. 3. lit. E.

Duratio.

¶ Duratio maior, vel minor non addit maiorem perfectionem. diſt. 2. q. 2. ar. 8. lit. G.

E.

Eccleſia.

ECcleſiæ ſtabilitas eſt via rationabilis ad veritatem Catholicam contra Hæreticos probandam, quæſt. 2. prol. articu. 5. lit. D.

Effectus.

¶ Effectus Dei non oſtendunt, ipſum eſſe trinum: quia ab eo non procedunt, vt trinus, q. 2. prol. art. 5. lit. E.

Effectus non procedit à cauſa, vt eſt apta cauſare: ſed vt actu cauſat, quæſt. 5. prol. articu. 5. lit. G.

Effectus vnius rationis non poteſt produci à cauſis efficientibus proximis eiuſdem ordinis, & vniuocis: ſi ipſæ, vt diſtinctæ ſumatur, ibid.

Effectus non eſt à cauſa, vt apta cauſare, ſed vt actu cauſat, ibid.

Effectus non diſtinguit cauſam, ibid.

Effectus idem non poteſt a duabus cauſis totalibus eiuſdem ordinis cauſari, diſt. 2. q. 2. art. 4. lit. E. & q. 3. art. 2. lit. G.

Efficiens.

¶ Efficiens primum in ratione efficientis, eſt ens primum in ordine entium, diſt. 2. q. 2. ar. 1. lit. E. & ſequentibus.

Efficiens primum non eſt aliquid vniuerſi, ſed in infinitum perfectius, ibid.

Efficiens aliquod eſt ita primum ſimpliciter, quod ſit ineffectibile, & nec in virtute alterius efficiat, ibid. lit. D.

Efficiens primum eſt primum eminens, & independens, ibid. lit. F.

Efficiens primum eſt in actu exiſtens, ibidem, lit. I.

Efficiens primum eſt primus, ſiue vltimus finis, ibid. & ar. 2. lit. B. & C. & ar. 4. lit. C.

Efficiens, & finis per accidens in eodem concurrunt, diſt. 1. q. 2. art. 2. lit. H.

Vide verbum, cauſa, & Verbum, Deus.

Ens.

¶ Ens non cognoſcitur naturaliter, ſecundum totam ſuam communitatem, eſſe obiectum primum intellectus noſtri, quæſt. 1. prol. articu. 3. lit. L.

Ens, vt eſt vnum intelligibile vna intellectione, attingitur naturaliter ab intellectu noſtro pro hoc ſtatu, ibid. art. 6. lit. G.

Ens, vt eſt obiectum adæquatum intellectus noſtri, non attingitur naturaliter ab eo, pro hoc ſtatu, ibid.

Ens ignobilius non poteſt eſſe finis per ſe alicuius entis nobilioris, quæſt. 5. prol. articu. 5. lit. H.

Ens infinitum, quo ad nos, non demonſtratur propter quid, ſed demonſtratione quia, diſt. 2. q. 2. in principio.

Ens poſsibile, vt diſtinguitur contra neceſſariū, datur, diſt. 2. q. 2. ar. 1. lit. O.

Ens nullum poteſt deſtrui, niſi per aliquid ſibi incompoſsibile poſitiue, vel priuatiuè, ibid. art. 4. lit. D.

Ens, quod de ſe non eſt neceſſarium, eſt poſsibile, ibid, lit. E.

Ens

Digitized by Google

Ens imperfectum reducitur ad perfectum, diſt.2. q.3. art.1. lit.M.
Ens per participationem reducitur ad ens per eſſentiam, ibid.
Ens imperfectum dicitur eſſe, vel ſecundum per perfectionem ſimpliciter, & non limitatã, vel ſecundum perfectionem limitatam, ibid.
Ens in communi eſt obiectum Metaphyſicæ, q.3. prol. art.6. lit.H.
Ens imperfectum, vel reducitur ad perfectum vniuocum, vel ad perfectum æquiuocum, ibidem.
Ens, aliud eſt ens quidditatiuum, aliud ens habens quidditatem, ſeu ens ſubſiſtens, diſtinct.1. q.2. articu.2. lit.G.

Error.

¶ Error in fide oritur ex ſcripturis male intellectis: & quia verba antecedẽtia, & conſequentia interſe non conferuntur, quæſt.2. prolog. ar.4. lit.D.

Electio.

¶ Electio recta neceſſario requirit rationem rectam, q.5. prol. ar.2. lit.C.
Electio eſt vera, & per ſe primo praxis, ibid. art.8. lit.E.
Electio eſt principium actus moralis imperati, ibidem.
Electio ſumitur dupliciter, ibid. lit.H.

Eſſe.

¶ Eſſe, prædicat tertium adiacens, vel ſecundũ, diſt.1. q.1. art.3. lit.F.
Eſſe Dei eſt demonſtrabile per naturam, diſt.2. q.3. art.2. lit.K.

Eſſentia.

¶ Eſſentia diuina, ſub propria ratione cognita, eſt obiectum natum, cauſare notitiam huius, Deus eſt trinus, & vnus, & ſimilium, q.1. prol. art.8. lit.D.
Eſſentia quælibet cognita habitualiter, continet virtualiter primo notitiam habitus, q.3. prol. art.1. lit.D.
Eſſentia diuina eſt cauſa intellectui diuino, vt cognoſcat omnia, quæ cognoſcit, ibidem artic.8. lit.D.
Eſſentia diuina non cauſat immediate in nobis actum credendi, ſicut in beatis cauſat immediate actum videndi, diſtin.1. quæſt.2. articul.1. litera H.
Eſſentia, quæ relatiuè dicitur, non eſt eſſentia, ibidem ar.2. lit.E.
Eſſentia quælibet eſt aliquid, excepto relatiuo, ibid.
Eſſentia diuina, vt talis, non petit eſſe communicata tribus, ibid. art.3. lit.I.
Eſſentia diuina eſt obiectum primarium intellectus beati, creaturæ vero ſecundarium, ibidem.
Eſſentia diuina perſonis comparata eſt obiectum primum, & perſonæ ſunt obiectum ſecundum, ibidem.
Eſſentia diuina, eſt cõmunis, & etiam de ſe, hæc, & ſingularis, ibid. lit.M.
Eſſentia diuina non multiplicatur in perſonis, ibid.
Eſſentia diuina ſine perſonis videri poteſt intuitiue, ibid.
Eſſentia Dei eſt eadem cum volitione ipſius Dei diſt.2. q.2. art.6. lit.I.
Eſſentia de ſe finita eſt finita in ſe, ſecluſa comparatione ad aliam eſſentiam, ibid. art. 11. lit. D.E. & F.
Eſſentiæ plures in ſimul eſſendo, non ſe habent, ſicut plures dimenſiones, reſpectu eiuſdem loci ibid. art. 12. lit.H.
Eſſentia diuina eſt hæc & ſingularis eſt obiectum Theologiæ habens pro partibus quaſi ſubiectiuis tres diuinas perſonas, q.3. prol. ar.4. lit. H. & art.7. lit.E.
Eſſentia diuina obiectum primum Theologiæ contingentiũ quæcumque ipſa ſit, ibidem art. 5. lit.C.

Euidentia.

¶ Euidentia obiecti neceſſario cauſat aſſenſum in intellectu, diſt.1. q.4. ar.2. lit.G.
Euidentia veritatis propoſitionis conformitas habitudinis terminorum interſe, diſt.2. quæſt. 2. art.2. lit.K.

Excellentia.

¶ Excellentia vnius ad alterum non habetur per comparationem optimi ad infimum, ſed optimi ad optimum, vel ſimpliciter ad ſimpliciter, quæſt.5. prol. art.5. lit.I.

Exemplar.

¶ Exemplar non eſt genus aliud à quatuor generibus cauſarum, diſt 2. q.2. in principio.
Exemplar eſt quoddam efficiens. ibi

Exiſtentia.

¶ Exiſtentia Dei eſt via naturali demonſtrabilis, diſt.2. q.3. ar.2. lit.K.

Extremum.

¶ Extremum neceſſario reſpiciens aliud extremum, etiam reſpicit media requiſita inter talia extrema, diſt.1. quæſt.4. art.1. lit.F. & L. & at. 3. lit.E.

F.

Fœlicitas.

Fœlicitas ſupernaturalis, quæ eſt noſtra beatitudo, poteſt naturaliter recipi in anima, q.1. prol.

prolog.art.cul.1.lit.C.

Fœlicitas in ſummo, in quo ab Ariſt. ponitur, ibidem art.1.lit.G.

Vide Verbum beatido.

Fides.

¶ Fides non eſt habitus ſpeculatiuus, nec etiā actus credendi, q.1.prol.art.11.lit.K.

Fides & Theologia idem habent obiectum, q.3. prol.art.3.lit.H.

Finalis cauſa.

¶ Finalis cauſa non dicitur talis, niſi in quantum amata, & deſiderata, mouet efficiens ad agendum, q.5.prol.art.5.lit.G.

Finalis cauſa nō datur, niſi reſpectu cuius eſt cauſa efficiens, diſt.5.art.1.lit.F.

Finalis cauſæ cauſalitas eſt mouere efficiens ad agendum, ibid.

Finalis cauſa non cauſat, niſi quia metaphorice mouet efficiens ad agendum, diſt.2.quæſt.1.at. 1.lit.K.

Finalis cauſæ cauſalitas eſt ſimpliciter prima omnium cauſalitatum, ibid.art.6.lit.F.

Vide Verbum, cauſa, & verbum, finis.

Finis.

¶ Finis vltimus hominis non poteſt ab en diſtincte ex naturalibus cognoſci, quæſt.1.ptol. art.3.lit.G.

Finis proprius cuiuslibet ſubſtātiæ non cognoſcitur à nobis, niſi ex actibus eius nobis manifeſtis, ibid.

Finis vltimus, vt efficaciter à nobis inquiratur neceſſario requiritur cognitio aliquarum conditionum, quæ illum appetibiliorem reddunt, ibid.

Finis ſumitur, vel pro cauſa finali, vel pro fine attingendo per operationem, ibid.lit.H.

Finis naturaliter ſciens, & præeligens media, naturaliter concludit ea, ibidem articul. 4. lit.F.

Finis pro fundamento eſt ratio nobiliſſima cognitionis non vero ipſe finis pro formale, q.1. prol.art.4.lit.K.

Finis vltimus eſt Deus ſub ratione Deitatis. & non ſub ratione bonitatis, niſi appropriate, ibidem.

Finis non eſt cauſa, niſi vt amatus & deſideratus mouet efficiens ad agendum, q.5. prol.artic.5. lit G

Finis cognitus habet rationem obiecti, ibidem

Finis vltimus eſt Deus, vt vnus, non vt trinus, ibid.art.10.lit.D.

Finis vltimus vere dicitur realis ex natura rei, diſt.1.q.1.at.1.lit.C.

Finis vltimus apparens eſt, qui oſtenditur à ratione errante, ibid.

Finis vltimus conſtitutus eſt, quem ſibi volūtas pro ſua libertate, vt vltimum præfigit. ibidem.

Finis vltimus abſtrahens à vero, apparente, & præfixo, eſt obiectum fruitionis, ibid.

Finis vltimus, vt finis eſt reduplicatiue, non eſt obiectum fruitionis, ibid.ar.3.lit.F.

Finis pro formali dicit reſpectum rationis concomitantem obiectum fruibile, ibid.

Finis ratio formalis concomitatur obiectū fruibile verum, & apparens, & tendere ad fruitionem: ſequitur tamen fruitionem finis præfixi, ibid.

Finis & efficiens per accidens in eodem concurrunt, diſt.1.q.2.art.1.lit.H.

Finis, alius ex natura rei, alius finis ſectus eliciti, ibid.lit.I.

Finis in operabilibus ſe habet, ſicut & principiū in ſpeculabilibus, diſt.1.quæſt.4.art.1.lit.G.

Finis vltimus non eſt obiectum odij, ibid.art.2. lit.D.& E.

Finis non eſt conueniens vel huiusmodi actualiter, ſed aptitudinaliter, ibid.art 8 lit.F.

Finis non eſt ratio obiecti fruibilis, ſed ratio boni abſolute, cui conuenit eſſe finem, diſt.1.q.5. art.1.lit E.

Finis cauſalitas eſt mouere efficiens ad agendum ibid.lit F.

Finis non cauſat, niſi quia metaphorice mouet efficiens ad efficiendum, diſtinct.2.quæſt.1.ar. 1.lit K.

Finis vltimus eſt etiam primum efficiens, ibid. art.4 lit.C.

Finis vltimus eſt primum ens, in ordine entium, & in ordine eminentiæ, ibid.

Finis cauſalitas eſt ſimpliciter prima omniū cauſalitatum, ibid.art.6.lit.G.

Forma.

¶ Forma eſt communior & ſuperior ad habitū, q.1.prol.ar 9.lit.C.

Formarum diſtinctio infert diſtinctionem in habitu, ibid.

Forma, quæcumque ſit, non ſatiat appetitum materiæ totaliter extenſiue, diſtin.1.quæſt.1. artic.1.lit.D.

Fortuna.

¶ Fortuna eſt cauſa per accidens, diſtin.2.quæſt. 2.artic.2.lit.C.

Fructus.

¶ Fructus eſt vltimum, quod expectatur, non vt poſſidendum, ſed vt obiectum guſtandum, diſt. 1.q.3.art.1.lit.F.

Fructus eſt obiectum fruitionis, ibid.

Frui.

¶ Frui eſt amor honeſtus, diſtinctus ab amore vtilis, & delectabilis, diſt.1.q.1.ar.3.lit.G.

Frui

Frui vtendis, & vti fruendis, magna eſt peruerſitas, ſecundum Auguſt. diſt. 1. quæſt. 3. art. 1. lit. C.

Frui eſt amore inhærere alicui rei, propter ſe ipſam, ibid. lit. D.

Frui, ex rigore vocabuli, importat actum, & nõ paſsionem, ibid.

Frui eſt nomen æquiuocum, ibid. lit. F.

Frui eſt actus voluntatis, quo voluntas inhæret obiecto propter ſe, quem concomitatur delectatio, diſt. 1. q. 5. art. 1. lit. D.

Vide Verbum amor, & fruitio.

Fruitio.

¶ Fruitio in communi eſt ſuperior ad fruitionem ordinatam, & inordinatam, diſt. 1. quæſt. 1. lit. C.

Fruitio ordinata eſt ea, quæ nata eſt eſſe recta ſecundũ circunſtantias debitas, ibid.

Fruitionis obiectum in communi eſt finis vltimus in communi, ibid.

Fruitio ordinata habet tantum vltimum finem pro obiecto, ibid. art. 3. lit. F.

Fruitio non eſt vſus, nec actus neuter voluntatis, diſt. 1. q. 3. ar. 2. lit. D.

Fruitio variè, apud Auguſt. ſumitur, et deſcribitur, ibid.

Fruitio Dei clarè viſi ſine charitate non eſſet ſupernaturalis, ſed naturalis, diſt. 1. q. 4. ar. 7. lit. E.

Fruitio non cauſatur niſi à fine conueniente actuali, ibid. ar. 8. lit. F.

Fruitio quietat potentiam, quantum eſt ex parte potentiæ, ſed non ex parte obiecti, diſtin. 1. quæſt. 5. art. 1. lit. D.

G.

Gratia.

Gratia poteſt infundi ſine fide, quæſt. 1 prol. art. 2. lit. E.

Graue.

¶ Grauis vltimus ſoæ quietis terminus, eſt centrum, diſt. 2. q. 5. ar. 1. lit. D.

Grauia quadrupliciter adhærent centro, ibid.

H.

Habitus.

Habitus, qui dicitur ſcientiſicus, eſt ſpecies intelligibilis primi obiecti, quæſt. 3. prol. art. 1. lit. D.

Habitus ſcientiæ, & intellectus, ſe habent per ordinem, quoad eorum vſum, ibid.

Habitus ſpecie differentes, poſſunt habere vnũ obiectum commune, ibid. lit. E.

Habitus ſecundum naturam ſuam denominant habentem, q. 5. prol. ar. 4. lit. D.

Habitus non dicuntur practici propter actualem extenſionem ad opus, ſed propter aptitudinalem, ibid. art. 5. lit. F.

Habitus practicus, & ſpeculatiuus, non poſſunt habere idem obiectum, ibid. lit. M.

Habitus eſt practicus per aliquid ſibi intrinſecum, tanquam per cauſam formalem, ibidem lit. F.

Habitus eſt practicus ab obiecto, tanquam per cauſam efficientem, ibid.

Habitus directiuus non ponitur propter ſubſtantiam actus; ſed propter circunſtantiam, ibidem, art. 7. lit. F.

Habitus directiuus dirigit per ſe: & per accidẽs excludit errorem, ibid. lit. H.

Habitus perfectus non compatitur ſecum errorem, ibid.

Habitus non habens euidentiam ex obiecto, nõ diſtinguitur ſecundum diſtinctionem obiectorum. ibid. ar. 10. lit. D.

Habitus non ponitur in agente neceſsitato ad agendum, d. 1. q. 4. ar. 1. lit. F.

Habitus & obiectum proportionatur, ſicut cauſa & effectus, q. 3. prol. art. 1. lit. E.

Hæreticus.

¶ Hæretici nõnulli nihil de Scripturæ ſacræ recipiunt. q. 2. prol. ar. 1. lit. A.

Hæretici errant, quia aliqua loca ſacræ Scripturæ malè intelligunt, & interpretantur, ibidem.

Hæretici duplici via ſunt à Catholicis conuincendi, ibid. art. 2. lit. B.

Homo.

¶ Homo exponendo ſe periculo peccandi peccat mortaliter actu, qui ex ſe non eſt mortale peccatum. q. 2. prol ar. 1. lit. H.

Homo eſt ſubiectum medicinæ, & ſcientiæ moralis, q. 3 prol. ar. 3. lit. M.

Homo intelligitur ſecundum diuerſos conceptus, ibid. art. 6. lit. F.

Hominis perfectiſsima notitia eſt ſub ratione abſoluta quidditatiua, ibid.

Vide Verbum, iuſtus, & verbum, peccator.

I.

Identitas.

Identitas aliquorum, inter ſe non infert abſolute identitatem, reſpectu tertij, diſt. 2. q. 2. art. 6. lit. M.

Infinitas.

Infinitas in aſcendendo eſt impoſsibilis, diſt. 2. q. 2. art. 1. lit. C. & F.

Infinitas eſſentialiter ordinatorum eſt impoſsibilis, ibid. lit. G. & N.

Infinitas accidentaliter ordinatorum eſt impoſsibilis, niſi poſita infinitate eſſentialiter ordinatis, ibid. & infra.

Infi-

Digitized by Google

Infinitas Dei quatuor vijs naturaliter demonſtratur, ibid. ar. 8. & ſequentibus.
Infinitas, ſecundum Philoſophos, eſt poſsibilis, ib. 3. ar. 8. lit. K.
Infinitas extenſiua non concludit infinitatem intenſiuam, ibid. lit. O.

Infinitum.

¶ Infinitum intelligitur per ens finitum, diſt. 2. q. 2. art. 2. lit. G.
Infinitum eſt, quod aliquod finitum, ſecundum nullam habitudinem finitam præciſe excedit, ſed vltra omnem habitudinem aſsignabilem excedit adhuc, ibid.
Infinitum non additur per additionem finiti, ibid. art. 4. lit. H.
Infinitum eſſe, nõ eſt propoſitio per ſe nota, diſt. 2. quæſt. 1. art. 3. lit. D.

Intellectio.

¶ Intellectio, & volitio in Deo ſunt idem cum eſſentia diuina, diſt. 2. q. 2. art. 6. lit. F. & I.
Intellectio diuina, quæ intelligitur ad eſſentiam diuinam, ibid.

Intellectuale.

¶ Intellectuale quodlibet eſt actiuum, diſt. 2. quæſt. 2. ar. 6. lit. G.

Intellectus.

¶ Intellectus poſsibilis natus eſt moueri ab intellectu agente, & phantaſmate, ad omnem cognitionem incomplexam naturalem, habitam de lege communi à viatore, q. 1. prol. art. lit. F. & ſequentibus.
Intellectus agens dicitur omnia agere, actione ſolũ ſe tenente ex parte animæ ad producendã notitiam, non vero prout actio ſe tenet ex parte obiecti, ibid. lit. H.
Intellectus poſsibilis non eſt proportionaliter mobilis ab agentibus illis, quæ ex phantaſmatibus, & lumine naturali intellectus agentis, non poſſunt cognoſci, ibid. ar. 6. lit. K.
Intellectus poſsibilis dupliciter ad credendum proportionatur, à Deo ſcilicet, reuelante in ratione mouentis, & ab aſſenſu in ratione formæ, ibid.
Intellectus poſsibilis ex ſe eſt in potentia obedientiali ad agens ſupernaturale, illique eſt proportionatus, vt ab eo moueatur, ibid.
Intellectus poſsibilis eſt ex ſe naturaliter capax ad recipiendum aſſenſum ſupernaturalem, ibidem.
Intellectus poſsibilis naturaliter recipit omnẽ notitiam, etiam ſupernaturalem, ibid. artic. 8. lit. D.
Intellectus poſsibilis dicitur ſupernaturalis, quã do recipit formam ab agente ſupernaturali, ibid.
Intellectus poſsibilis naturaliter recipit omnẽ notitiam, etiam ſupernaturalem, ibid. art. 8. lit. D.
Intellectus poſsibilis dicitur ſupernaturalis, quã do recipit formam ab agente ſupernaturali, ibidem.
Intellectus naturaliter, determinate, & neceſſario, ſcit alteram partem huius contradictionis fruitio eſt finis, fruitio non eſt finis, ibid. art. 11. lit. C.
Intellectus neſcit naturaliter, quæ pars dictæ cõtradictionis ſit neceſſario cognoſcenda, niſi per fidem, ibid.
Intellectus diuinus in ſui cognitione, à nulla quidditate creata moueri poteſt, q. 3. prol. ar. 8. lit. D.
Intellectus ab eodem dicitur practicus, à quo habitus & actus practici dicuntur, q. 5. prol. art. 4. lit. E.
Intellectus tres ſunt gradus, ſecundum Ariſt. ibidem art. 5. lit. M.
Intellectus diuinus non habet omnem notitiam contingentem ſibi compoſsibilem, ante actum diuinæ voluntatis, ibid. ar. 13. lit. F.
Intellectus diuinus ante actum diuinæ voluntatis habet omnem cognitionẽ neceſſariam, ibidem.
Intellectus non poteſt firmius, vel minus firmiter aſſentire vero, ſed aſſentit iuxta proportionem ipſius veri mouentis, diſt. 1. quæſt. art. 3. lit. K.
Intellectus diuinus eſt idem cum eſſentia diuina, diſt. 2. q. 2. ar. 6. lit. K.
Intellectus diuinus intelligit ſemper neceſſario, & diſtincto acto, quodcumque obiectũ, prius quam in ſe ſit, ibid. art. 7. lit. C.
Intellectus habet pro obiecto ens communiſsime ſumptum, ibid.
Intellectus diuinus intelligit infinita in actu, ibidem. ar. 9. lit. C.
Intellectus diuinus probatur eſſe infinitus, ex eo quod intelligat infinita in actu, ibid.
Intellectus diuinus cognoſcit totum ens, diſt. 2. q. 3. ar. 1. lit. D.
Intellectus creatus cognoſcit totum ens, ibidem.
Intellectus duplicem habet actum aſſentiendi, diſt. 1. q. 3. ar. 1. lit. D.

Intelligere.

¶ Intelligere in Deo non poteſt eſſe accidens, diſt. 2. q. 2. ar. 6. lit. K.
Intelligere vnum poteſt eſſe plurium obiectorũ ordinatorum, ibid.

Ioſephus.

¶ Ioſephus Iudæus pulchrum teſtimonium perhibet de Chriſto, q. 2. prol. art. 2. lit. E.

Iudæi.

¶ Iudæi tantum vetus teſtamentum recipiunt q. 2. prol. art. 1. lit. E.

L.

Lex.

LEX naturæ pauciorib9 fuit contenta, quàm lex ſcripta, & gratiæ: & quare, q. 2. prol. ar. 1. lit. F.

Lex ſcripta ex ſuo proceſſu oſtendit auctorem ſuum, ibid.

Lex Chriſtianorum octo vijs probatur eſſe vera contra Idolatras, Hæreticos, & Iudæos; ibid. lit. E.

Lex Chriſtianorum mendacium damnat, ibid. art. 3. lit. C.

Libertas.

¶ Libertas virtualiter ſtat cum apprehenſione præuia, q. 5. prol. ar. 13. lit. F.

Libertas & neceſsitas non ſimul compatiuntur, diſt. 1. q. 4. ar. 8. lit. D.

Libri.

¶ Libri Scripturæ ſacræ habent duplicem materiam pro obiecto, quæſt. 3. prol. art. 7. lit. G. & H.

Logica.

¶ Logica non eſt ſcientia practica, ſed ſpeculatiua, q. 5. prol. ar. 1. lit. C.

M.

Mahometus.

MAhometi ſecta cito finenda eſt, quæſt. 2. prol. art. 5. lit. E.

Malum.

¶ Malum, ſiue defectiuum, eſt obiectum actus nollendi, diſt. 1. q. 4. ar. 2. lit. I. & at. 3. lit. F.

Manichæus.

¶ Manichæi ſolum nouum teſtamentum recipiunt, q. 2. prol. ar. 1. lit. E.

Manichæi merito aſini appellantur, ibidem ar. 4. lit. D.

Materia prima

¶ Materia prima tot appetitus habet ad formas, quot ſunt formæ in ea receptibiles, diſt. 1. q. 1. art. 1. lit. D.

Materia prima ad nullam formam determinate inclinatur, ibid. lit. F.

Materia prima ſub quacumque forma quieſcit non violenter, ſed naturaliter, ibid.

Materia prima ad quamcumque formam dicit indeterminatam inclinationem, ibid.

Medicina.

¶ Medicina diuiditur in ſpeculatiuam, & practicam, q. 5. prol. ar. 5. lit. N.

Medicina ſpeculatiua eſt practica ſimpliciter, ibidem.

Medium.

¶ Media ad finem naturaliter requiſita poſſunt ex eodem fine naturaliter concludi, q. 1. prol. ar. 4. lit. D.

Medium inter extrema eſt duplex, alterum eſſentialiter ordinatum: alterum non, ibid. ar. 5. lit. F.

Medium eſſentialiter ordinatum intelligitur intellectis extremis, non autem medium nõ eſſentialiter ordinatum, ibid.

Medium in demonſtratione eſt definitio obiecti, diſt. 2. q. 1. ar. 1. lit. E.

Medium non poteſt eſſe propter quid, niſi reſpectu paſsionis, quæ in ipſo virtualiter includitur, q. 1. prol. ar. 10. lit. D.

Metaphyſica.

¶ Metaphyſica non eſt de Deo tanquam de primo obiecto, q. 3. prol. art. 6. lit. H

Metaphyſica habet Deum pro obiecto perfectiſsimo inter omnia entia, quæ conſiderat, ibidem.

Metaphyſica oſtendit eſſe aliquod ens actu ſimplex, independens, & neceſſe eſſe, ibidem lit. I.

Metaphyſica perfectius oſtendit primam cauſam eſſe, quam Phyſicam, ibid.

Metaphyſica appellatur Theologia à Boetio, q. 5. prol. at. 11. lit. N.

Miraculum.

¶ Miraculorũ claritas via eſt ad fidei veritatem oſtendendam cõtra Hæreticos, q. 2. prol. art. 5. lit. D.

Miraculorum differentia, quæ à Deo fiunt, & quæ à diabolo, aſsignatur, ibid.

Miraculum eſt, quidquid arduum, aut inſolitũ, ſupra ſpem, aut facultatem mirantis, apparet, ibid.

Miſeria.

¶ Miſeria non eſt obiectum amoris concupiſcentiæ, diſt. 1. q. 4. at. 4. lit. D.

Mouens.

¶ Mouens primum eſt potentiæ infinitæ, non infinitate durationis, ſed infinitate potentiæ, diſt. 2. q. 2. at. 12. lit. E.

N.

Natura.

NAturæ perfectio maxime à Phyloſophis, ſed non à Theologis extollitur, q.1.prol. art.1.lit F.& ſequentibus.
Natura ſumitur,vel pro principio intrinſeco motus,vel vt contra agens liberum diſtinguitur,ibid. lit.I.
Natura aliqua maiorem capacitatem paſsiuã habet,quam actiuitatem , ibidem articu.2. lit.C.
Natura minus deficit in nobilibus, quomodo intelligitur,ibid.lit. D.
Natura non deficit in neceſſarijs,etiam ſi potẽtiæ non poſsint Deum attingere, ibid. art.6. lit.L.
Natura agit propter finem,directa à cognoſcẽte finem,diſt.2.q.2.ar.5 lit.G.
Natura diuina habet pro proprietate eſſe communicabilem tribus,quæſt.1. prolog.articu. 5.lit.E.

Naturaliter.

¶ Naturaliter,& contingenter agere, non cõtinentur ſub agere libere,diſt.1.quæſt.4. ar. 6 lit.D.

Neceſſario.

¶ Neceſſario & contingenter,ſunt modi determinantes agere,diſt.1.q.4.ar.2.lit.H.

Neceſsitas.

¶ Neceſsitas agendi eſt per aliquid intrinſecum principio actiuo principali, diſt. 1.q.4. ar.1.lit.F.G.& K.& arte.6 lit.D.
Neceſsitas extremi ad extremum arguit neceſsitatem extremorum ad media, ibid.ar.3. lit.E.
Neceſsitas,& libertas non ſimul compatiuntur,ibid.ar.8.lit.D.

Nomen.

¶ Nomen vnum multa ſignificare poteſt, diſt. 1. .ar.2.lit.D.
Nomen eſt prius notum , quàm definitio,diſt. 2.q.1.ar.1.lit.E.
Nomen dicit in confuſo,quod definitio diſtincte importat,ibidem.

Notitia.

¶ Notitia ſupernaturalis quomodo, & à quo dicatur cauſari,quæſt.1.prol.articu. 8.lit.D. & F.
Notitia perfectiſsima eſt de ratione abſoluta & quidditatiua, q.3.prol.art.6.lit.F.
Notitiæ cauſæ ſunt intellectus & obiectum,licet diuerſo modo,diſt.1.q.2.ar.3.lit.I.
Notitia intuitiua eſt rei exiſtentis,in quantum exiſtens,ibid.lit.L.
Notitia intuitiua,non oportet,vt ſit rei ſubſiſtentis incommunicabiliter, ibid.
Vide Verbum,cognitio,& intellectio.

Numerus.

¶ Numerus grammaticalis differt ab alijs modis ſignificandi grammaticalibus.diſt.2.q.3. art.2.lit.K.

O.

Obiectum.

OBiectum noſtri intellectus pro hoc ſtatu eſt quidditas rei ſenſibilis,vel in ſe,vel in ſuo inferiori ſenſibili . q.1.prol.ar.3.lit.L.
Obiectum potentiæ non concluditur eſſentialiter ex cognitione potẽtiæ,ſed ex cognitione actus,quem experimur,ibid.lit.N.
Obiectum naturale eſt duplex,quoad attingentiam,& quoad inclinationẽ,ibid.ar. 6.lit.F.
Obiectum ſe habet ad habitum, ſicut cauſa ad effectum,q 1.prol.ar 1 lit D.
Obiectum primum intellectus eſt idem,ac obiectum primum ſcientiæ,ibid.
Obiectum primum intellectus & ſcientiæ non diſtinguit ea,ſed obiectum proximum,purũ verum immediatum , & verum mediatum, ibidem.
Obiectum primum intellectus, & ſcientiæ,ſe habet ordine quodam ad obiecta proxima ipſorum,ibid.
Obiectum contingens cadit ſub ſcientia, q.4. prol.ar.1.lit.G.
Obiectum cognitionis eſſe neceſſarium,non eſt conditio cognitionis,ſed ipſius obiecti: ibid.lit.E.
Obiectum & habitus proportionantur,ſicut cauſa & effectus.q.3.prol.ar.1.lit.E.
Obiectũ Theologiæ eſt eſſentia diuina,vt hæc & ſingularis,& tres diuinæ perſonæ ſunt eius quaſi partes ſubiectiuæ,q.3.prol.ar. 4.lit.H. & art 7.lit.E.
Obiectum eſt primum in cognitione practica, q 5 prol.ar.1.lit.K.
Obiectum primũ Theologiæ includit notitiã conformem volitioni rectæ.ibid.ar.12.lit.G
Obiectum primum Theologiæ , quod eſt vltimus finis,non poteſt eſſe obiectũ alicuius ſciẽtiæ ſpeculatiuæ,ibid.
Obiectũ intellectus diuini natũ eſt gignere notitiã cõformẽ volitioni rectæ,naturaliter priorem ipſa volitione,ibid.ar 12.lit F.
Obiectũ fruibile non eſt bonũ tranſcendens: ſed bonũ perfectum,diſt.1.q.2.ar.1.lit.F.
Obiectũ potentiæ eſt duplex, aliud per ſe primũ:aliud per ſe non primũ,ibid.ar.1 lit.N.
Obiectum præſens tantum cauſat in voluntate actus inperfectos,non tamen neceſsitatẽ, diſt.1.q.4.ar. 6.lit.D.

Oble-

Digitized by Google

Obiectum & potentia proportionantur, ſicut motiuum & mobile,& ſicut actiuum & paſsiuum,quæſt.3.prol.ar.1.lit.E.

Omnipotentia.

¶ Omnipotentia Dei non poteſt naturaliter demonſtrari,diſt.2.q.3.ar.2.lit.1.
Omnipotentia Dei habet,pro obiecto,poſsibile,ibidem.

Oratio.

¶ Oratio,quæ prius fuit vera poteſt eſſe nunc falſa,q.4.prol.art.1.lit. C.
Orationes Eccleſiæ, huic, vel illi perſonæ diuinæ,actualiter diriguntur,diſt.1.quæſt. 2.ar.2.lit.K.

P.

Paſsio.

PAſsio propria vnius obiecti non ſcitur per medium commune:ſed per proprium,& ſpeciale,q.1.prol.art.10.lit.D.
Vide Verbum, proprietas.

Pater æternus.

¶ Pater æternus prius eſt beatus, quàm generet filium.diſt.1.q.2.art.3.lit, I.

Peccator.

¶ Peccator fruitur ſe ipſo, & non actu ſuo, nec obiecto ipſius actus,diſt.1. quæſt. 5.art.3. lit.D.
Vide Verbum,viator,& Verbum,voluntas.

Perfectio.

¶ Perfectio formalis eſt,quæ in quolibet ente,melius eſt eſſe,quam non eſſe,diſt.1.quæſt. 2.art.1.lit.E.
Perfectio maior,vel minor,non ſumitur à maiori,vel minori duratione,diſt.2.quæſt.2.art. 8,lit.G.

Per ſe.

¶ Per ſe,& per accidens, non opponuntur reſpectu eiuſdem,quæſt.5.prol.art.15.lit.G.

Perſona.

¶ Perſonæ diuinæ non poſſunt vna ſine alia creare:bene tamen vna ſine alia fruitionem terminare,diſt.1.q 2.ar.2.lit.I.
Perſona quæque diuina intelligit intellectu, vt eſt in ipſa,& non vt eſt in alia,ibid. ar.3.lit. H.& I.
Perſonæ diuinæ ſunt veluti partes ſubiectiuæ obiecti Theologiæ,q.3.prol.ar.4.lit.H.& ar. 7.lit.E.

Perſonalia.

¶ Perſonalia in diuinis includunt propriam notitiam rectam,præter notitiam rectam,quã includit eſſentiale in actu amoris Dei, quæſt. 5.prol.art.12.lit.L.

Phyloſophus.

¶ Phyloſophi multa falſa miſcuerunt illis, quæ de virtutibus tradiderunt,q.1.prol.art.6. lit.E.

Phyſica.

¶ Phyſica non ita perfecte primam cauſam eſſe demonſtrat,ſicut Metaphyſica, quæſt.3. prol.ar.6.lit.I.

Plurale.

¶ Plurale differt à ſingulari in modo ſignificãdi,diſt.2.quæſt.3.ar.2.lit K.

Portio.

¶ Portio ſuperior ; & inferior,diſtinguuntur penes officia, q.5.prol.ar.11.lit.G.
Portio ſuperior & inferior habent imaginem Trinitatis increatæ, ibid.
Portio ſuperior dicitur contemplatiua, & inferior dicitur actiua,ibid.
Portionis ſuperioris contemplatio eſt actio prãctica,ibid

Potentia.

¶ Potentiæ paſsiuæ naturali debet correſpõdere aliquod principium actiuum naturale,quo modo intelligitur,q.1.prol.ar.lit I.
Potentiæ animæ noſtræ non ſunt nobis naturaliter cognoſcibiles ſub ea ratione ſpeciali, qua ſunt capaces gratiæ conſumatæ,ibid.art. 3.lit.H.
Potentia,ſiue poteſtas,bene poteſt habere naturalẽ inclinationem ad obiectũ,quin illud poſſit naturaliter attingere,ibid.ar.6.lit. H.
Potentia cõparatur ad actũ,quẽ recipit,ad& agẽs,à quo illum recipit,ibid.ar.8.lit.D.
Potentia comparata ad actum eſt naturalis, violenta,vel neutra,ibid.
Potentia ad agens cõparata eſt naturalis,vel ſupernaturalis,ſiue obedientialis,ibid.
Potentia ſenſitiua hominis eſt nobilior ſenſitiua bruti,quia ad nobiliorem actum ordinatur,q.5.prol.ar.11.lit.N.
Potentia inclinata ad multa per ſe obiecta non quietatur perfecte,niſi in vno alia continente,diſt.1.q.1.ar 2.lit B.& C.
Potentia libera,alia eſt per participationẽ, alia per eſſentiam.diſt.1.q.4.ar.2.lit.F.
Potentia per participationẽ eſt potentia cognitiua,per eſſentiã vero eſt potentia appetitiua, ibidem.
Potentia operans neceſſario circa aliquod obiectum neceſſario continuat actum circa illud, ibid.ar.3.lit.D.

Potentia agentis non dicitur maior ex ſimultate plurium effectuum, diſt. 2. quæſt. 2. art. 8. lit. N.

Potentia operans neceſſario circa obiectum perfectiſsimũ præſens, continuat operationẽ, quantum poteſt, ibid. lit. B.

Potentia quieſcens neceſſario in obiecto præſente, quantum eſt ex ſe, neceſſario mouetur ad illud abſens, ibid.

Potentia & obiectum proportionãtur, ſicut motiuum, & mouile, ſeu actiuum, & paſsiuum, quæſt. 3. prol. art. 1. lit. E.

Practicum.

¶ Practicum, & ſpeculatiuum non ſunt differentiæ eſſentiales ſcientiæ, ſeu notitiæ in communi, quæſt. 5. prol. ar. 3. lit. C.

Praxis.

¶ Praxis eſt actus alterius potentiæ, quàm intellectus, natus elici conformiter rationi rectæ, vt ſit actus rectus, q. 5. prol. ar. 1. lit. B.

Praxis, ad quam extenditur habitus practicus, eſt tantum actus voluntatis, ſiue elicitur, ſiue imperatus, ibid. lit. C.

Praxis eſt actus, qui eſt in poteſtate cognoſcentis, ibid.

Praxis tres habet conditiones, ibid.

Praxis eſt bona a circunſtantia, non tamen intellectio: licet hæc dicatur recta ab obiecto, ibid. ar. 5 lit. O.

Praxis eſt recta, quia cognitioni rectæ eſt conformis, ibid. ar. 6. lit. E.

Praxis rectitudo eſt duplex, neceſſaria, & contingens, ibid.

In praxi contingit errare dupliciter, ibidem ar. 7. lit. F.

Praxis eſt operatio, ad quam inclinat virtus appetitiua, ibid. ar. 9. lit. D.

Praxis & cognitio, quæ ad ipſam extenditur, neceſſario debent eſſe reſpectu eiuſdem ſuppoſiti operantis, ibid. ar. 14. lit D.

Praxis in Deo operante eſt ipſa volitio diuina, ibid.

Praxis perfecte dicta includit circunſtantiam operantis, ſine qua non dicitur recta, ibidem lit. E.

Vide Verbum, cognitio, ſiue notitia.

Præmiſſa.

¶ Præmiſſa eſt principium per ſe notum, diſt. 2. q. 1. art. 1. lit. E.

Prædicatum.

¶ Prædicatum in qualibet vniuerſali affirmatiua ſtat confuſe tantum, quæſt. 1. prol. art. 10. lit. D.

Principium.

¶ Principia prima non includunt virtualiter omnes concluſiones ſcibiles: nec virtute ipſorum ſciuntur de inferioribus, niſi prædicata communiſsima, quæſt. 1. prolog. articu. 1. lit. L.

Principia ſolùm in genere cauſæ efficientis diſtinguunt habitus concluſionis, ibid. artcu. 9. lit. C.

Principium illud, de quodlibet affirmatio, vel negatio, explicatur, ibid. ar. 10. lit. D.

Principia prima nota ſunt intellectui tam in ſenſibilibus, quam in inſenſibilibus, ibidem lit. E.

Principium primum non poteſt cadere ſub deceptione, q. 2. prol. ar. 5. lit. D.

Principia practica quandoque ſumuntur à fine praxis, q. 5. prol. ar. 5. lit. K.

Principia prima practica ſemper ſumuntur à fine, quomodo debeat intelligi, ibid.

Principia practica non ſumuntur à fine pro reſpectu, ſed abſoluto, in quo fundatur reſpectus, ibid. ar. 12. lit. H.

Principia practica habent concluſiones practicas, ibid. lit. I.

Principium naturale, & principium liberum, oppoſitum habent modum operandi, diſt. 1. q. 4. art. 8 lit. D.

Principia prima cognoſcuntur, cognitis terminis, diſt. 2. q. 1. ar. 1. lit. E.

Proportio.

¶ Proportio inter obiectum, & potentiam, eſt motiui ad mobile, vel actiui ad paſsiuum, q. 3. prol. art. 1. lit E.

Propoſitio obiecti ad habitum eſt ſicut cauſæ ad effectum, ibid.

Proportiones obiecti ad potentiam, & obiecti ad habitum, differunt, ibid.

Propoſitio.

¶ Propoſitio per ſe nota non diſtinguitur in per ſe notam in ſe, & in per ſe notam in nobis, diſt. 2. quæſt. 1. ar. 1. lit. D.

Propoſitio per ſe nota in ſe cuilibet intellectui eſt euidenter nota ex terminis ſi termini actu concipiantur, ibid.

Propoſitio per ſe nota non excludit notitiã terminorum, ibid. lit. E.

Propoſitio per ſe nota, quid ſit, explicatur, ibid.

Propoſitio non eſt per ſe nota, niſi quidditas diſtincte per diffinitionem concipiatur, ibidem

Propoſitio, quæ eſt vera in primo modo, non eſt per ſe nota, ibid.

Propoſitio per ſe nota eſt, quæ ex terminis ſic cõceptis, vt ſunt eius termini, nata eſt habere euidentem veritatem complexionis, ibid.

Propoſitio per ſe nota, & per ſe noſcibilis, idem ſunt, ibidem.

Propoſitio iſta, Deus eſt, eſt per ſe nota, ibid. ar. 2. lit. F.

Propoſitio iſta, Deus eſt, non eſt per ſe ſecundo modo, ſed immediata, & per ſe primo modo, ibidem.

Propoſitio iſta, Deus eſt, defacto eſt euidens Deo, & beatis, non tamen nobis, ib id.

Propoſitio iſta, ens infinitum eſt, non eſt per ſe nota, diſt.2.q.1.ar.3.li.D.

Propoſitio in qua eſſe prædicatur de aliquo conceptu proprio Dei, & non communi creaturæ, non eſt per ſe nota, ibid.lit.E.

Propoſitionis veritas requirit rationem ſubiecti in ſe veram, & quòd contradictionem non includat, diſt.2.q.3.ar.1.lit. L.

Proprietas.

¶ Proprietates relatiuæ entis infiniti ad creaturas immediatiue ſe habent ad demonſtrationem, quia: quam abſolutæ, diſt.2.q.2.in principio.

Proprietates relatiuæ entis infiniti ad creaturas, aliæ ſunt cauſalitatis, aliæ eminentiæ, ibidem.

Proprietates relatiuæ cauſalitatis in Deo, aliæ ſunt efficientiæ, aliæ finis, ibid.

Vide Verbum, paſſio.

Prudentia.

¶ Prudentia eſt ſimpliciter nobilior virtute morali in appetitu ſenſitiuo reſidente, quæſt.5.prol.ar.5.lit.I.

Prudentia eſt habitus acquiſitus particularis propinquus ad dirigendum, ibid.ar.16. lit.E.

Q.

Quies.

Quies violenta non eſt, niſi quieſcens determinate inclinetur ad oppoſitum, diſt.6.quæſt.1.ar.2.lit.F.

R.

Reduplicatio.

Reduplicatio, v.g.iy inquantum, ſumitur dupliciter, reduplicatiue, vel ſpecificatiue, diſt.1.quæſt.2.art.1.lit.H.

Relatio, reſpectus.

¶ Relatio non poteſt cognoſci ſine cognitione amborum extremorum, quæſt.3.prol.art.8.lit.D.

Relatio naturæ intellectualis ad hunc Deum, vt finem vltimum non poteſt à nobis naturaliter cognoſci, ibid.

Relatio finita terminatur ad terminum infinitum, diſt.1.q.1.ar.3.lit.H.

Relatio inter obiectum, & potentiam non eſt relatio ſimilitudinis, ſed proportionis, ibidem.

S.

Sanitas.

Sanitas dicit multas proportiones, diſt.2.q.4.art.6.lit.G.

Sarraceni.

¶ Sarraceni aliquid vtriuſque teſtamenti approbant, q.2.prol.ar.1 lit.E.

Sarraceni dicuntur viliſſimi porci: quia ſuam beatitudinem in gula, & coitu ponunt, ibidem art.4.lit.D.

Scientia.

¶ Scientiæ ſpeculatiuæ non agunt de proprijs ſpeculabilium, de quibus agunt, q.1.prol.ar.9.lit.C.

Scientiæ finis eſt, per proprium actum, ſuum attingere obiectum, q.3.prol.ar.3.lit.N.

Scientia realis habet obiectum reale, ibid.ar.6.lit.F.

Scientia non eſt de ente per accidens, ibid.

Scientia ſubalternans, & ſubalternata, non ſunt primo de eiſdem prædicatis, ſiue veritatibus, q.4.prol.ar.2.lit.C.

Scientia ſubalternata incipit, vbi ſubalternans deſinit, ibid.

Scientiarum ſubalternatio requirit, quod notitia principiorum ſcientiæ ſuperioris, ſit cauſa notitiæ principiorum ſcientiæ inferioris, ibidem lit.D.

Scientia aliqua practice magis conuenit cum aliqua ſpeculatiua, conuenientia eſſentiali, quam vna ſpeculatiua cum alia, q.5.prol ar.3.lit.C.

Scientiæ diſtinguuntur eſſentialiter per differentias eſſentiales & ab obiectis, vt à cauſis extrinſecis aliæ differentiæ non eſſentiali, ibid. lit.D.

Scientiæ moralis finis eſt fœlicitas, quæ ſecundum Ariſt. in ſpeculatione conſiſtit, ibid.ar.5.lit.G.

Scientia practica eſt ignobilior ſpeculatiua, ibidem ar.6.lit.G.

Scientiæ practica, & ſpeculatiua habent diuerſos fines, ſed ab eis non per ſe primo, ſed ab obiectis diſtinguuntur, ibid.lit.H.

Scientia in communi diuiditur in practicam, & ſpeculatiuam, ibid.ar.10.lit.B

Scientia non poteſt eſſe ſimul practica, & ſpeculatiua, ibid.

Scientia practica verſatur circa contingens, ibidem ar.11.lit.L.

Scientia, quæ eſt ſui gratia, eſt nobilior, quàm ea quæ eſt gratia alicuius actus inferioris, ibid. lit.O.

Scientia nulla ſpeculatiue poteſt habere Deum vt vltimum finem, pro obiecto, ibid.

Scientia practica habet pro obiecto finem, vel ens ad finem, ibid.ar.16.lit.C.

Scientia datur de contingentibus, multas de eis veritates demonſtrando, ibi.lit.C.& D.

Scientia ſtricte ſumpta quatuor includit, q.4. prol.art.r.lit.C.
Scientia eſt habitus neceſſario verus, certus, & euidens, ibidem.

Scriptores.

¶ Scriptores ſacri, nec fuerunt decepti, nec propter lucrum mentiri voluerunt, quæſt.2, prol.art.3.lit.B.

Scriptura.

¶ Scriptuea ſacra tradit finem hominis in particulari, etiam quantum ad circunſtantias, & media ad illum conſequendum, q.2. prol.art. e.lit.E.
Scriptura ſacra contioet ſufficiencer doctrinam neceſſariam ad ſalutem, ibid.
Scripeura ſacra multas veritates neceſſarias cõtinet virtualiter, quas Doctores inueſtigare laborant, ibid.lit.H.
Scriptura ſacra in eis, quæ ad mores pertinent, videtur eſſe quædam explicatio legis naturæ ibid.ar.4.lit.C.
Ex Scriprura ſacra male intellecta erroees oriũtur, ibid.lit.D.

Secundum quid.

Secundum quid, & ſimpliciter, decerminant prædicara, tanquam denominatiua, q.5. prol.art.15. lit.D.& G.

Senſus.

¶ Senſus literalis dulcius continae ſenceentiã, quàm ſi eſſe in ſacra Scriptuea expeeſſa, q.2. prol.ar.1.lit.G.
Senſus ſcripturæ, qui in vna paree non eſt literalis, in alia eſt literalis, q.2.prol.ar.3.lit.L.
Senſus quatuor ſcripturæ dantue ſimul in eadẽ parte, ibidem.

Sybilla.

¶ Sybillæ teſtimonium dederunt de Chriſto, quæſt.2.prol.art.1.lit.E.

Simpliciter.

¶ Simpliciter, & ſecundum quid, determinãt prædicata, tanquam denominatiua, quæſt. 5.prol.ar.15.lit.D.& G.

Simultas.

¶ Simulcas multorum effectuum nihil facit ad maioritatem potentiæ agentis, diſt.2.q.2. art.8.lit.N.

Singulare.

¶ Singulare, & plurale, differunt in modo ſignificandi, diſt.2.quæſt.3.art.1.lit.K.
Singulare eſt vniuerſale, in quo ſenſu eſt verum, ibidem art.2.lit.L.

Singularitas.

¶ Singularitas aliter conſideratur, vt obiectũ aliter, vt modus concipiendi obiectum, diſt.2. quæſt.3.art.2.lit.L.

Species.

¶ Species corruptibilis non determinat numerum indiuiduorum, diſt.2.q.3.ar.2.lit.H.

Speculatio.

¶ Speculatio dicitur praxis, lato modo, quæſt. 5.prol.arc.4.lit.E.

Speculatiuum.

¶ Speculatiuum dicit priuationem reſpectuũ, quos practicum dicit, q 5.prol.ar.5.lit.C.
Speculatiuum, & practicum non ſunt differentiæ eſſentiales ſcientiæ in communi, ibid.

Subiectum.

¶ Subiectum primum eſt, quod concinet in ſe primo virtualiter omnes virtutes illius habitus, cuius eſt, q.3.prol.art.1.lit. D.& artic.4. lit.F.
Subiectum ſcientiæ pertinet ad cauſam efficientem, ibid.art.4.lit.G.
Subiectum ſcientiæ dicitur materia per ſimilitudinem, ibid.
Subiectum ſcientiæ naturaliter acquiſitæ eſt aliquod vniuerſale partes ſubiectiuas habens, ibidem lit.H.
Subiectum ſcibile debet habere principia per quæ eius paſsiones de ipſo demonſtrentur & ex quibus, vt ex medijs, principia complexa formentur, ibid.
Subiectum non continet veritaces contingentes, ſed ſolum neceſſarias, ibid.ar.5.lit.C.
Vide Verbum obiectum.

Subſtantia.

¶ Subſtãtia ſub propria ratione cognita, poſſet eius per ſe cauſa cognoſci demõſtratione, quia q.1.prol.ar.3.lit.I.
Subſtantia nulla cognoſcitur à nobis ſub propria ratione demonſtratione quia, ibidem.

Succeſsio.

¶ Succeſsio in motu cauſatur à reſiſtentia mobilis, & ex diuerſa approximatione, diſt.2.q. 2.ar.13.lit.C.

Super.

Supernaturale.

¶ Supernaturale quid ſit,& vnde dicatur tale, q.1.prol.ar.8.lit.D.

Supernaturale aliquod non poteſt naturaliter oſtēdi ineſſe viatori,aut neceſſario requiri ad eius perfectionem,ibid.ar.11.lit.C.

Suppoſitum.

¶ Suppoſiti perfectio contra perfectionē qui ditatiuam diſtincta,nec eſt ratio formalis agē di,nec ratio formalis termini alicuius actionis,diſt.2,q.2,art.1.lit.D.

Syllogiſmus.

¶ Syllogiſmus perfectus nullius indigēt,vt appareat neceſſarius,diſt.2.q.1.ar.1.lit.D.

T.

Theologia.

Theologia,vt includit fidem infuſam,eſt neceſſaria,de potentia ordinata,omnibus ad ſalutem,q.1.prol.ar.7.lit.E.

Theologia,vt fidem acquiſitam includit, non eſt omnibus ad ſalutem neceſſaria,niſi forte adulto potenti habere magiſtrum,ibid.

Theologia in ſe, & Theologia in nobis, quid ſint,q.3.prol.art 2.lit.C.

Theologia cōtinet neceſſaria, quæ ſunt ea,quæ Deo ad intra conueniunt, & contingentia, quæ Deo ad extra competunt,ibid.

Theologia,& eſt ſapientia,& eſt ſcientia ſecundum Auguſt.ibid.ar.3.lit.G.

Theologia,ſiue in ſe,ſiue in nobis, habet Deum pro obiecto primo,ibid.lit.H.& ar.4.lit.E.

Theologia & fides idem habent obiectum,ibid. art.3.lit.H.

Theologia interpretatur ſcientia de Deo, ibid.

Theologiæ obiectum eſt hoc,& ſingulare, ſcilicet,eſſentia diuina habens, quaſi pro partibus ſubiectiuis,tres diuinas perſonas,ibid.art. 4.lit.H.& art.7.lit.E.

Theologia contingentium ,ſiue ſit Theologia in ſe,ſiue in nobis,ſiue in beatis,habet pro primo obiecto eſſētiā diuinā,q.3.prol.ar.5.lit.C

Theologia diuina eſt de omnibus cognoſcibilibus,ibid.art.8.lit.D.& E

Theologia Dei eſt omnis cognitio poſſibilis, quam Deus habere poteſt,ibid.

Theologia beatorum alia dicitur in ſe, alia,vt eſt habitus perficiens intellectū beatorum,ibid.

Theologia beatorum,vt eſt Theologia in ſe, eſt de omnibus cognoſcibilibus,ibid.

Theologia beatorum,vt eſt habitus perficiens, poteſt eſſe de omnibus cognoſcibilibus:licet de facto à voluntate diuina limitetur, ibid.

Theologia noſtra pro hoc ſtatu non eſt omnium cognoſcibilium,ſed ex diuina voluntate eſt limitata,ibid.

Theologia noſtra de facto eſt de ijs,quæ in ſacra Scriptura cōtinentur,& quæ de eis elici poſſunt,ibid.

Theologia noſtra non poteſt eſſe de omnibus cognoſcibilibus,ibid.

Theologia noſtra non poteſt ſtare cum notitia euidente,quam naturaliter habemus,ibid.

Theologia,quæcumque ſit,eſt de omnibus entibus,quantum ad reſpectus,quos dicunt ad eſſentiam diuinam,ibid.

Theologia in ſe,in quo ſenſu dicatur ſcientia,& in quo non,q.4.prol.ar.1.lit.C.

Theologia eſt de neceſſarijs de poſſibili,ibid.

Theologia ſecundum ſe potius dicitur ſapientia,quàm ſcientia,ibid.lit.G.

Theologia in ſe nulli ſcientiæ ſubalternatur, ibid.art.2.lit.C.

Theologia in ſe nullam ſibi ſubalternat, ibid.

Theologia noſtra non ſubalternatur Theologiæ Dei,aut beatorum,ibid.

Theologia eſt ſcientia practica,q.5.prol. art.7. lit.F & art.11.lit.I.

Theologia non poteſt ſimul eſſe practica, & ſpeculatiua,ibid.art.10.lit.D.

Theologia non eſt inuenta propter moderantiā paſſionum,& operationum,aut propter ignorantiæ fugam,ibid.art.11.lit.P.

Theologia eſt inuenta propter operationem eorum,quæ docentur in ea,ibid.

Theologiæ conformitas,& prioritas ad volitionē,ſumitur ex primo obiecto,ibid.ar.12.lit.F.

Theologiæ veritates,quæ metaphyſicæ videntur,puta Deus eſt trinus, pater generat, &c. ſunt practicæ,ibid.lit.G.

Theologia de neceſſarijs in Deo,non eſt practica,ibid.art.13.lit.E.

Theologia Dei de neceſſarijs poteſt dici practica,ibid.

Theologia de contingentibus in intellectu diuino non poteſt eſſe practica , ſed ſpeculatiua, ibid.ar.14.lit.D.

Theologia de contingentibus in intellectu creato eſt practica,ibid.

Theologia contingentium in ſe, ſiue ordine ad aliquem intellectum,eſt per ſe ſpeculatiua,ibidem ar.15.lit.E.

Theologia contingentium in quocumque intellectu poteſt eſſe practica per accidens,ibid.

Theologia beatorum non eſt ipſa viſio beata,q. 3.prol.art.5.lit.D.

Theologus.

¶ Theologus debet aliquando à Philoſopho diſcordare,q.5.prol.ar.9.lit.E.

Terminus.

¶ Termini ſubiecti, & prædicati,ſunt æque communes,q.1.prol.ar.10.lit.D.

Termini ſubiecti in Theologia in ordine ad prædicata communia, ſolum faciunt ſcire de eo prædicata communia,ibid.

Trinitas.

¶ Trinitas perſonarum diuinarum non eſt ratio formalis obiecti fruitionis, ſed ipſa eſſantia diuina præciſe, diſt. 1. quæſtio. 2. art. 1. lit. E. & H.

V.

Verbum.

VErbum eſt homo, crucifixum, incarnatũ, &c. eſt verum creditum, & theologicum, quæſt. 3. prol. art. 7. lit. E.

Veritas.

¶ Veritas perfecta non patitur ſecum teſtis taciturnitatem, ſi præſens adſit, q. 2. prol. ar. 5. lit. F.
Veritates contingentes inter ſe ordinem ſeruant, q. 3. prol. ar. 5. lit. C.
Veritates contingentes de Chriſto enunciatæ in nullo ſubiecto virtualiter continentur, ibidem, art. 7. lit. F.
Veritates contingentes de Chriſto enunciatæ habent aliquod, de quo immediate annunciantur, ibid.
Veritas principij practici neceſſarij non depẽdet à voluntate, magis quam ſpeculatiui: nec ſimiliter concluſiones ex tali principio illatæ, q. 5. prol. ar. 5. lit. E.
Veritates omnes neceſſariæ de volitione diuina ſunt practicæ: non autem contingentes, ibidem art. 14. lit. D.
Veritas tantum eſt duplex, principij, & concluſionis, diſt. 1. q. 3. ar. 1. lit. D.
Veritas eſt duplex, in re, & in intellectu, diſt. 2. q. 1. art. 2. lit. I.
Veritas eſt, eſt propoſitio per ſe nota, ibid.
Veritas propoſitionis requirit rationem ſubiecti in ſe veram, & quod contradictionem non includat, diſt. 2. q. 3. art. 1. lit. L.

Viator.

¶ Viator non poteſt naturaliter habere cognitionem neceſſariam ad conſequendum vltimum finem, quæſt. 1. prolog. artic. 4. litera D.
Viator poteſt ordinate frui eſſentia, non fruendo perſonis, diſt. 1. q. 2. ar. 2. lit. F.
Viator non poteſt ordinate frui perſonis, ſine eſſentia ibid.
Viator poteſt frui vna perſona, non fruendo alia, ibid.
Viator de facto, vnica fruitione habituali ordinata fruitur neceſſario eſſentia, & perſonis, ibid. art. 5. lit. C.
Viator non poteſt ordinate frui vna perſona, non fruendo alia habitualiter, ibid. lit. D.
Viator iuſtus diligit Deum amore concupiſcentiæ, & amore amicitiæ, diſt. 1. q. 5. art. 2. lit. D.
Viator peccans quieſcit in vltimo fine, nec per ſe primo, nec immobiliter. ibidem articu. 3. lit. D

Violentum.

¶ Violentum ſumitur ex habitudine paſsi ad formam, & non ex habitudine ad agens formam introducens, quæſt. 1. prol. art. 8. lit. F.

Virtus.

¶ Virtus moralis eſt habitus electiuus ex electionibus generatus, q. 5. prol. art. 8. lit. E.
Virtus infinita, quia libere agit, poteſt agere in tempore, vel in non tempore, diſt. 2. q. 1. art. 23. lit. B. & ſequentibus.

Viſio.

¶ Viſio beata non eſt Theologia: ſed eſt viſio incomplexa Theologiam beatorum præcedens, q. 3. prol. art. 5. lit. D.
Viſio beata eſt cognitio practica, q. 5. prol. art. 11. lit. K.
Viſio beata non eſt principium actiuum reſpectu fruitionis, vel ſi eſt, tantum eſt principiũ ſecundarium. diſt. 1. q. 4 ar. 6. lit. D.
Viſio beata poteſt dari ſine fruitione, ibid. lit. E.

Vnitas.

¶ Vnitas Chriſti, vt Chriſtus eſt, non eſt vnitas æterna, quæſt. 3. prol. ar. 7. lit. E.
Vnitas, & eſt perfectio quidditatiua, & eſt ratio ſuppoſiti. diſt. 1. q. 2. ar. 1. lit. E.
Vnitas Dei debuit reuelari Iudæis, quia rudes erant. diſt. 2. q. 3. ar. 2. lit. K.

Vniuerſale.

¶ Vniuerſale diuiditur in ſingularibus cum ſui imperfectione, diſt. 8. q. 2. ar. 4. lit K.
Vniuerſalis cognitio eſt confuſa, & imperfecta, ibidem.

Vniuocatio.

¶ Vniuocatio eſt duplex, completa, & diminuta, q. 5. prol. ar. 5. lit. G

Vnum.

¶ Vnum, quod eſt paſsio entis prædicatur in diuinis de eſſentia & perſonis, diſt. 1. quæſt. 2. art. 1. lit. Q
Vnum in diuinis eſt nomen eſſentiale, & notionale, ibid.

Volitio.

¶ Volitio diuina non eſt poſterior cognitione diuina, vt regulatiua, ſed vt oſtenſiua obiecti, q. 5. prol. ar. 13. lit. E.

Ve-

Digitized by Google

Volitio diuina eſt idem cum eſſentia diuina, diſtinct.2.q.2.art.6.lit.F.

Voluntas.

¶ Voluntas diuina eſt omnimoda regula ſui, in agendo, q.5.prol.art.13. lit. E. & art.15. lit.E.
Voluntas diuina tantum eſt potentia practica in Deo, ibid.art.15.lit.E.
Voluntas, ſicut habet in ſua poteſtate, velle, & nolle, ſic & medium volendi & nolendi, diſt. 1.q.1.art.2.lit.C.
Voluntas poteſt intenſius aſſentire, vel non aſſentire bono, ibid art.3.lit K.
Voluntas non neceſſitatur ad volendum totum quod ſibi oſtenditur ab intellectu, diſt.1.q.2. art.3.lit.N.
Voluntas non eſt abſtractiua vniuerſalis à ſingulari, ibid.
Voluntas duplicem habet actum aſſentiendi bono, vel propter ſe, vel propter aliud, diſt. 1.q. 3.art.1.lit.D.
Voluntas triplicem habet actum, ibid. & art.2. lit. E.
Voluntas eadem neceſsitate tendit in finem, & in media, diſt. 1.q.4.ar.1.lit.F.
Voluntas eleuata, quantum eſt ex ſe, non fruitur neceſſario Deo clare viſo, ibid.lit.I.
Voluntas poteſt velle, vel non velle vltimum finem, ibid.ar.2.lit.D.
Voluntas non poteſt habere actum circa ignotum, ibid.
Voluntas non fruitur neceſſario fine vltimo obſcure, & in vniuerſali apprehenſo, nec medijs ad ipſum, ibid.lit.F.
Voluntas nō ſeruat ordinē in actibus ſuis, qualem ſeruāt obiecta volibilia ex natura rei, ibid. lit.G.
Voluntas nihil vult neceſſario, ibid.lit.H.
Voluntas quidquid vult, vult participatione vltimi finis, vel vt efficientis, vel vt obiecti, ibid.
Voluntas poteſt non velle vltimum finem, ſiue perfectiſsimum bonum, ibid.lit.I.& art.4. lit.D.
Voluntas, non ſolum poteſt ſic, vel ſic velle, ſed velle, & non velle, ibid.
Voluntas tam ordinata, quàm inordinata concupiſcit bonum amore concupiſcentiæ, non tamen amore amicitiæ, ibid.lit.I.
Voluntas auertit intellectum à conſideratione vltimi finis, ibid.art.2.lit.D.
Voluntas ex ſe non ceſſat agere circa aliquod obiectum, niſi ſe conuertendo ad aliud magis conueniens, perfectiua, ſeu ad quod magis determinatur, ibid.lit.E.
Voluntas poteſt circa hoc obiectum ſuſpendere omnem actum ſuum per nolle elicitum reflexum, ibid.
Voluntas poteſt non velle vltimum finem, non tamen ipſum nolle, ibid.art.4.lit.C. & D.
Voluntas poteſt frui aliquo fine compoſsibili cū vltimo fine, ibid.art.5.lit.C.
Voluntas non fruitur neceſſario fine vltimo, in vniuerſali, aut in particulari apprehenſo, ibidem lit.D.
Voluntas in via, & in patria eodem modo, ſcilicet, contingenter operatur, ibid.ar.6.lit. C.
Voluntas eleuata non neceſſario fruitur Deo clare viſo, ibid.lit.D.
Voluntas creata ſine charitatē poteſt frui Deo clare viſo, ibid.art.7.lit.D.
Voluntas fruens Deo clare viſo ſine charitate, non eſſet beata, ibid.lit.F.
Voluntas libere vult finem, & media, ibid.art.8. lit E.
Voluntas reſpectu finis & mediorum eſt eadem potentia, ibid.
Voluntas oppoſitum habet modū operandi ei, quem habet intellectus, ibid lit. D.
Voluntas poteſt non velle finem vltimum, ſiue in vniuerſali, ſiue in particulari, ibid.
Voluntati nihil eſt actualiter conueniens, niſi quod ſibi complacet actu, ibid.lit.F.
Voluntas quieſcit in vltimo fine, ad modū quo grauia in centro quieſcere dicuntur, diſt.1.q. 5.art.1.lit.D.
Voluntatis centrum eſt vltimus finis, ibid.
Voluntas diuina quieſcit in vltimo fine per ſe primo, ibid.
Voluntas beati quieſcit in vltimo fine per ſe, immobiliter, ſed non primo, ibid.ar.2.lit.C.
Volūtas creata iuſti quieſcit in vltimo fine per ſe, ſed non primo, nec immobiliter, ibid.
Voluntas mortalis et peccans fruitur ſimpliciter, ex parte ſui, non vero ex parte obiecti, quod propter ſe amat, ibid.ar.3.lit.D.& E.
Voluntas peccans fruitur ſe ipſa, & non actu ſuo, neque obiecto actus, ibid.
Voluntas ſola eſt principium liberum, & cōtingens, diſt.2.q.2.ar.2.lit.F.
Voluntas diuina eſt eadem cum eſſentia diuina, ibid.ar.6.lit.I.
Voluntas diuina præintelligitur volitioni diuinæ, ibid.
Voluntas noſtra naturaliter inclinatur ad amādum bonum infinitum, ibid.ar.9.lit.F.
Voluntas diuina eſt recta, diligens quodlibet diligibile, inquantum eſt diligibile, diſt.2.q.3. art 2.lit.F.
Voluntas ordinata poteſt maius bonum diligere, ibid.lit.F.

Vſus.

Vſus eſt actus, quo voluntas vult vnum propter aliud, diſt.1.q.3.at.1.lit.D.
Vſus eſt actus voluntatis imperfectus ordinatus ad frui, diſt.1.q.5.at.5.lit.C.

F I N I S.

INDEX SEXTVS

OMNIVM FERE NOTABILIUM rerum quæ in articulorum expoſitionibus, & ſuper difficultates in hoc tomo primo agitatas, continentur.

A.

Abſolutum.

ABſolutum non poteſt eſſentialiter contrahi per reſpectiuum. Expoſitione, 3. art. q. 5. prol. num. 1.

Accidens.

¶ Accidēs dicitur id, quod accidit alicui extra eſſentiam illius, diſ. 43. num. 12.

Actio.

¶ Actio generatiua in Petro v.g. eſt ratio fundandi relationem paternitatis, & terminandi filiationem, quæ eſt in filio, diſ. 17. n. 15.

Actiones omnes humanæ, vt humanæ, non ſunt neceſſario propter finem, diſ. 18. n. 28.

Actiones omnes Angelicæ non ſunt neceſſario propter finem, ibid.

Actio libera indifferentiam in volente ſupponit, diſ. 10. n. 1.

Actio tam immanens, quàm tranſiens, manet in agente, diſ. 16. n. 18.

Actio tranſiens dicitur, quia tranſit in terminum extra agens productum, ibid.

Actio immanens dicitur, quia eius terminus manet in agente receptus, ibid.

Actio non manet, termino iam producto, ibid. & num. 19.

Actio habitus ſupernaturalis eſt vna indiuiſibilis, cum actione potentiæ cuius eſt habitus, ibidem numer. 32.

Actio cauſæ principalis diſtinguitur ab actione cauſæ inſtrumentalis, ibid.

Actio quælibet requirit ex parte agentis principium quod, & quo, diſ. 31. n. 19.

Actio ex parte obiecti requirit terminum qui, & terminum, quo, ibid.

Actio non multiplicatur penes principium, aut terminum, quod, ſed penes, quo, ibid.

Actus.

¶ Actus intellectus non poteſt eſſe praxis in expoſ. ar. 1. q. 5. prol. n. 4.

Actus, qui imperio voluntatis non ſubiacet, vt actus potentiæ vegetatiuæ, non poteſt dici praxis, ibid. n. 5.

Actus intellectionem præcedentes, qui tamen à voluntate imperari poſſunt, praxis, ſeu potius pratici, appellari poſſunt, ibid.

Actus intellectus, qui à voluntate imperari queunt, praxes, ſeu practici dicuntur, ibidem numer. 6.

Actus moralis eſt indifferens ad bonum, & malum, ibid. n. 8 & 9.

Actus virtutis poteſt elici à voluntate, ſine habitu virtuoſo. Expoſ. artic. 8. quæſt. 5. prolog, num. 4.

Actus virtutis ab habitu elicitus, perfectior eſt, quam ille, qui habitui præſupponitur, ibidem.

Actus intellectus, & ipſe intellectus dicuntur fieri practici, quia vt priores voluntate, dirigunt ipſam in praxim. Expoſ. art. 11. quæſt. 4. prol. n. 3.

Actus comparatiuus tam intellectus, quàm voluntatis

tatis, præſupponit actuum abſolutum, diſti. 15.num.13.
Actus voluntatis & eſt vſus, & fruitio, ibidem num.14.
Actus neuter datur inter vſum, & fruitionem, ibidem.
Actus ſupernaturalis in via à noſtris potentijs effectiue procedunt, dif.26.n.40.
Actus ex ſe inſtus eſt prius recipi in potentia, quàm habitus acquiſitus, dif.27.nu.23.
Actus permanens multo magis perficit potentiam, quàm habitus. ibid.
Actus per ſe vnius, vna eſt per ſe potentia receptiua, ibid.n.36.
Actus ſupernaturales ſæpe ab auxilio ſupernali eliciuntur, ibid.n.42.
Actus charitatis reſpicit charitatem, & voluntatem tanquam ſuas cauſas, dif.28.n.42.
Actus charitatis eſt ex duplici formalitate compoſitus, ibid.
Actus cuiuſcumque potentiæ denominat immediate ſuppoſitum, vt quod, & potentiam, vt quo. Expoſ.ar.5.q.3.prol.n.2.
Actus intellectualis eſt practicus, vel ſpeculatiuus, dif.12.num.2.

Adam.

¶ Adam fuit libere à Deo de limo terræ creatus, & productus, dif.25.n.12.
Adam differt à Cain in productione ſui, ibidem.
Adam habuit cognitionem infuſam omnium rerum naturalium, dif.33.nu.36.
Adam non vidit in via diuinam eſſentiam, dif. 36.num.6.12.& 20.

Adæquatio.

¶ Adæquatio eſt triplex, entitatis ad entitatem, repræſentantis ad repræſentatum abſolute, vel in ordine ad actum, quem potentia elicere poteſt, dif.24.n.24.
Adæquatio entitatis ad entitatem, & repræſentantis ad repræſentatum abſolute non eſt dabilis inter ſpeciem intelligibilem, & Deum per ipſum repræſentatum, ibidem, & numer.27.
Adæquatio repræſentantis ad repræſentatum in ordine ad actum, datur in ſpeciem intelligibilem creatam, & Deum ipſum, ibid.

Adoratio.

¶ Adoratio eſt duplex, actualis, & habitualis, Expoſ.ar.2.q.2.diſt.1 n.9.
Adoratio habitualis neceſſario debet terminari ad tres diuinas perſonas, non tamen adoratio actualis, ibid.

Adultus.

¶ Adultus nutritus in ſiluis ex auxilio generali Dei meretur de congruo iuſtificari, & liberari à peccato originali, dif.3 n.15.
Adultus rudis, ad vſum rationis perueniens, quos articulos fidei debeat explicite credere ibid.nu.17.
Adultus, non niſi ſupernaturaliter diſpoſitus, gratiam recipit, dif.27.n 21.

Æternitas.

¶ Æternitas infertur à carentia inceptionis, & fine durationis, dif.41.n.22.
Æternitas longè differt ab infinitate, ibid.
Æternitas ſupponit infinitatem, ibid.

Agens.

¶ Agens propter finem duo requirit, & vt ſit agens intellectuale, & vt iuxta ſuis motionem operetur, dif 18.n.14.
Agens propter finem diſtinguitur à non agente propter finem, ibid.n.15.& 16.
Agens liberum, etiam in actibus peccaminoſis, dicitur agere propter finem, dif. 21. numer.39. & 52.
Agens liberum & naturale differunt inter ſe ibidem num.39.
Agens liberum dupliciter propter finem agere dicitur, debite, ſcilicet, & indebite, ibidem num.61.
Agens propter finem in particulari agit propter finem in communi, ſed non ècontra, ibidem.
Agẽs propter finem inter medium, ſemper agit propter aliquem finem vltimum, ibidem numer.63.
Agens liberum agit propter principium immobile, & neceſſarium, dif.40.n.34.
Agens propter finem agit ex cognitione finis. Expoſ.ar.5.q.2.diſt.2.n.2.
Agens potens ex ſua virtute cauſare infinita, & ſi talia in actu poni non poſſint, eſt infinitũ. Expoſ.art.8 q.2.diſt.2.
Agens infinitum, neceſſarium neceſsitate naturæ, agit in non tempore. Expoſ.ar.13.quæſt.2. diſt.2.nu.1.
Agens ſupernaturale ſolum reuni animam ſeparatam ſuo corpori, dif.5.n.25.

Agere.

¶ Agere propter finem includit imperfectionem, dif.18.num.14.

Amor.

¶ Amor creatus productus habet rationem termini, ſed non obiecti, reſpectu voluntatis producentis, dif.19.n.17.
Amor amicitiæ eſt cauſa amoris concupiſcentiæ, dif.16.n.26.
Amor amicitiæ dicitur fruitio, ibidem numer.28.

Amor

Index ſextus rerum notabilium operis Auctoris.

Amor amicitiæ,& concupiſcentiæ realiter diſtinguuntur,diſ.18.n.33.
Vide Verbum,fruitio.

Angelus.

¶ Angeli non vident in verbo omnia,quæ in verbo repræſentantur,diſ.30.n.76.
Angelus,ſeu anima ſeparata, cognoſcens relationem ſui ad Deum,non ideo cognoſcit diſtincte Deum.Expoſ.art.3. quæſt.1. prolog. num.4.
Angeli de facto non cognoſcunt futura libera, nec actus liberos creatos,diſ 32.nu.76.
Angelus ſuperior clariorem habet notitiam de diuinis myſterijs, quàm Angelus inferior, diſ.30.n.20.
Angelus per ſuam eſſentiam Deum cognoſcit, diſ. 23.n.11.
Angelus non poteſt naturaliter Deum intuitiue videre,ibid.n.13 & 14.
Angeli non diſcurrunt, diſ.30. nu.16.
Angeli prius cognouerunt res in Verbo, quàm in genere proprio,ibid.n.30.& 31.
Angelus reuelat animæ purgatorij orationes pro ea factas,diſ 33.n.59.
Angelus poteſt Deum diſtincte abſtractiue cognoſcere,diſ.23.n.29.cum ſequentibus.
Angeli in via cognouerunt omnia creata in genere proprio,diſ.33.n.36.

Anima.

¶ Anima ſeparata cognoſcens relationem ſui ad Deum,non ideo cognoſcit Deum diſtincte.Expoſ.ar.3.q.1.prol.n.4.
Anima ſeparata eſt in potentia naturali ad reunionem ſui corporis, non tamen reunitur, niſi per agens ſupernaturale,diſ.5.n.25.
Anima quam operationem beatificam prius appetat,diſ.6.n.32.
Animæ purgatorij non vident orationes pro eis factas,ſed eas ab Angelo ſciunt,diſ.33. n.39.

Animal.

¶ Animal,quod eſt in homine,præciſe,& metaphyſicè poteſt eſſe in equo:non tamen phyſicè loquendo,diſ.21.n.31.

Annomæi.

¶ Annomæorum error, & vnde ſic dicantur, diſ.23.num.1.

Appetitus.

¶ Appetitus eſt duplex,alter innatus, & naturalis,alter elicitus,ſeu liber,diſ.6.n.13.
Appetitus naturalis in omni natura reperitur, ibid.
Appetitus liber in ſola intellectuali natura reperitur,ibid.
Appetitus naturalis formaliter eſt reſpectus, tranſcendentalis ad ſuam perfectionem, ibidem,num. 4
Appetitus naturalis metaphoricè deſiderium appellatur,ibid.n. 5.
Appetitus naturalis eſt in actu primo in potentijs actiuis,non tamen in paſsiuis,ibid.
Appetitus naturalis in actu ſecundo reperitur proprie in voluntate,non vero in intellectu, ibid.
Appetitus elicitus eſt duplex,elicitiuus,& elicitus,ibid n.16.
Appetitus naturalis hominis ad Deum clare viſum late oſtenditur, ibidem, numer. 32 & 35.
Appetitus ad beatitudinem non ſemper eſt efficax,ibid.n.45.
Appetitus prius mouetur à bono in ratione obiecti,quàm in ratione finis,diſ.14.n.28.
Appetitus naturalis,& liber valde inter ſe differunt,diſ.21.n.46.
Appetitus naturalis ſemper tendit in ſuam perfectionem,ibid.
Appetitus ad Deum clare viſum datur in homine naturaliter,ab intrinſecis ipſius naturæ,diſficu.35.n.5.
Appetitus naturalis ad videndum Deum nihil abſolutum addit ipſi naturæ,ibid.
Appetitus naturalis ad videndum Deũ ineſt damnatis,& homini in puris naturalibus, ibid.
Appetitus in homine ad beatitudinem eſt duplex,alter innatus & alter liber,ibid.n.6.
Appetitus liber præſupponit cognitionem intellectus,ibid.
Appetitus innatus ſemper ineſt naturæ,liber autem poteſt non ineſſe, ibid.
Appetitus aliter reſpicit obiectum ſecundum quidditatem,aliter ſecundum eius appetibilitatem,ibid.n.7.
Appetitus liber beatorum tendit in beatitudinem iuxta ordinationem diuinæ voluntatis, ibid.n.8.
Appetitus liber in viatoribus inordinate poteſt tendere in ſummam beatitudinem, ibid.
Appetitus liber in beatis ſatiatur eo beatitudinis gradu,qui ſibi à Deo determinatur,ibid. num.9.
Appetitus innatus beati ſubditus diuinæ diſpoſitioni ſatiatur ea beatitudine,quæ ſibi à diuina voluntate eſt ordinata,ibid.n.10.
Appetitus innatus beati,ſecundum ſuam inclinationem,non ſatiatur qualibet beatitudine, ſed ſummum gradum gloriæ appetit, ibid.& num.15.
Appetitus innatus eſt rectus in genere naturæ, non tamen in genere moris,ibid.
Appetitus elicitus eſt rectus in genere moris, ibidem.
Appetitus naturæ humanæ ad claram Dei viſionem,ratione naturali probari poteſt,diffic.22. num.34.

Appetibilitas.

¶ Appetibilitas eſt paſsio bonitatis,diſ.15.n.9

Appetit.

Aptitudo.

¶ Aptitudo ad aliquam perfectionem eſt duplex, dif.6. n.20.

Ars.

¶ Ars late ſumpta eſt collectio præceptorum in vnum finem tendentium, dif.12.n.2.
Ars late ſumpta ad plures habitus intellectus extenditur, ibid.
Ars ſtricte ſumpta eſt habitus faciendi, vera cũ ratione, ibid.
Artes liberales dicuntur ſcientiæ, & etiam artes: & quare, ibid.n.16.
Artium genus ſecundum Ariſt. eſt duplex, ibid. num.17.
Artium omnium diuiſio late ponitur, ibid.
Artium inſtrumenta alia ſunt omnibus artificibus communia, alia excellentioribus, dif.8. num.20.

Articulus.

¶ Articuli, quos debet credere explicite adultus perueniens ad vſum rationis, dif.3. numer.17.
Articulus fidei creditus, & concluſio ab eo illata, reſpondet duplici quæſtioni, quia eſt, & propter quid eſt, dif.13.num.14.
Articuli fidei, vt credantur, non exigunt interſe ordinem, vt vnus ab altero deducatur, ibidem, num.20.
Articulus primus credibilis eſt, Deum eſſe vnũ dif.45.num.31.

Aſſenſus.

¶ Aſſenſus intellectus eſt duplex, alter, quo aſſentitur principijs, & alter, quo aſſentitur cõcluſioni. Expoſ.ar.2.q.3.diſt.1.n.2.
Aſſenſus voluntatis eſt duplex, alter, quo aſſentitur bono propter ſe: alter, quo aſſentitur bono propter aliud, ibid.
Aſſenſus, quo voluntas aſſentitur bono propter ſe, dicitur fruitio, ibid.
Aſſenſus, quo voluntas aſſentitur bono propter aliud, dicitur vſus, ibid.
Aſſenſus intellectus eſt voluntatis differunt in multis, ibidem.

Attributum.

¶ Attributa diuina dimanant ab eſſentia, de ipſaque in ſecundo modo prædicãtur. Expoſ. ar.1.q.2.dif.1.n.4.
Attributa diuina ſunt infinita ſecundario, & in genere proprio, dif.31. n.27.
Attributa diuina nullam eſſentialem perfectionem eſſentiæ ſuper addunt, ibid.n.50.
Attributum vnum poteſt de potentia abſoluta, videri ſine alio, ibid.n.30.& 51.
Attributa non ſunt de ratione formali obiecti beatifici, ſed ſolum ipſa eſſentia diuina, ibid. à num.16. cum ſequentibus.
Attributa diuina ſunt veræ formalitates ab eſſentia ex natura rei diſtinctæ, dif.42.n.15.
Attributa diuina ſupponunt eſſentiam vere cõpletam, de qua in ſecundo modo prædicantur ibidem.
Attributa non ſunt accidentia, nec cum eſſentia compoſitionem faciunt, ibid.
Attributa ſolum ſunt in ſuo genere infinita, nõ tamen vnum alterius infinitatem tranſcendit dif.43.num.21.
Attributa ad eſſentiam comparata, ſunt realiter & formaliter in ea, & tamen non ſunt de conceptu eius formali, ibid. num.30. & dif.44.numer.26.
Attributa cum infinitate comparata non ſunt formaliter in illa, ſed ſolum cum ea identificantur, dif.43.num.31.

Auerſio.

¶ Auerſio à Deo incompoſſibilis eſt cum dilectione Dei, dif.19.n.42.

Auxilium.

¶ Auxilium intrinſecum ſupernaturale in intellectu non ſufficit ad credendum, ſine auxilio extrinſeco magiſterij, dif.3.n.5.

B.

Baptiſmus.

Baptiſmus paruulorum non habetur cognitus ex ſacra Scriptura, ſed tantum ex appoſtolica traditione, dif.9.n.31.

Beatitudo.

¶ Beatitudo competit naturæ, medijs potentijs, dif 6.31.
Beatitudo hominis conſiſt in immobili quietatione voluntatis, quæ in ſolo Deo reperitur, dif.19.num.20.
Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, dif.21.num.12. & dif.36.numer.12.
Beatitudo noſtra integratur ex duplici fine vltimo, naturali, & ſupernaturali, non abſtrahẽs ab ipſo, ibid.& n.40.
Beatitudo noſtra in multis rebus fuit à gentilibus poſita, ibid.n 13.
Beatitudo noſtra eſt noſter vltimus finis in particulari, ibid.n 42.
Beatitudo noſtra eſt duplex, formalis, & obiectiuus, ibid.& dif.35.n 12.
Beatitudo faciat noſtrum appetitum naturalẽ, ſi ſit ordinatus, dif.33.n.35.
Beatitudo, ſecundum Anſelmum, eſt ſufficientia competentium commodorum, ſine vlla indigentia, dif.35.n.12.
Beatitudo obiectiua eſt ſummum bonum, quod appe-

appetimus, non autem beatitudo formalis, ibidem. nu. 14.

Beatitudo in vniuerſali abſtrahit ab ea, quã nſic cognoſcimus per fidem. Expoſ. ar. 5. q. 4. diſti. 1. nu. 1.

Beatitudo eſt cuilibet beato à Deo præfixa, diſ. 35. nu. 11.

Beatus.

Beatus quicunque quieſcit in Deo bono non nato, non tamen quieſcit in perfectiſsimo gradu gloriæ ſibi poſsibili, & quare, diſti. 10. num. 29.

Beatus poteſt cognoſcere Deum, ſecundum omnem veritatem ſcibilem de ipſo. Expoſ. 4. art. q. 3 prol n. 5.

Beatus cognoſcens de Deo omnem veritatem de ipſo ſcibilem, non comprehendit ipſum. ibidem.

Beati duplicem notitiam habent, alteram in cõplexam, & alteram Theologicam, diſticu. 12. num. 55.

Beati voluntas eſt libera libertate indifferentiæ ad velle & non velle. Expoſ. artic. 11. q. 5. prol. nu. 6.

Beatus habet amorem amicitiæ, & concupiſcẽtiæ, diſti. 18 n. 23.

Beatus aliter diligit Deum, & aliter creaturas in ſe, ibidem.

Beatus in dilectione creaturarum agit propter finem, cui non tamen propter finem, cuius. ibidem. nu. 34.

Beatus de potentia naturali ſua non poteſt videre eſſentiam ſine perſonis Expoſ. ar. 4. q. 2. diſt. 1. nu. 1.

Beatus de lege ſua ordinata, & naturali, non poteſt frui eſſentia diuina, ſine perſonis. ibidem num. 2.

Beatus de potentia ſua naturali non poteſt frui eſſentia, ſine perſonis, ibid. nu. 3.

Beatus non poteſt ſimul duas habere notitias intuitiuas diſti. 23. n. 12.

Beati non videntur ſpeciem expreſſam, quæ eſt naturalis ſimilitudo Dei diſti. 24 n. 28.

Beati vident in Deo, nõ ſolum prædicata neceſſaria: ſed multa contingentia Theologica, diſ. 30 nu. 16.

Beatorum viſio in verbo circa contingentia nõ dicitur ſcientia, ibid.

Beatorum viſio in verbo circa neceſſaria dicitur ſcientia. ibid.

Beatorum Theologia eſt vere ſcientia, non tamen eorum viſio beata. ibid. & n. 24.

Beatorum viſio eſt cognitio practica, ibidem. num. 18.

Beati nunc Deum, ſicuti eſt, videntes, ſolum ratione eſſentiæ, dicuntur formaliter beati, diſ. 31. nu. 18.

Beatorum viſio vnica, & indiuiſsibilis eſt, ibid. num. 20.

Beatorum viſio, qua nunc vident Deum, ſicut eſt, eiuſdem rationis eſt cum ea, qua viderent Deum ſine perſonis, & attributis. ibidẽ. num. 23.

Beatorum viſio cauſatur ab eſſentia diuina immediate in genere cauſæ formalis: & mediate in genere cauſæ efficientis, ibid.

Beatorum viſio duplex habet obiectum terminatiuum, primarium, & ſecundarium. ibidem. num. 25.

Beatorum viſio vnica, & indiuiſsibilis poteſt terminari ad eſſentiam, quin terminetur ad perſonas, & attributa. ibid.

Beatorum viſio beata pendet ab obiecto primario, quod eſt eſſentia, non autem à ſecundario. ibid. n. 26. & 51.

Beati de facto vident eſſentiam, perſonas, & attributa. ibid. nu. 40.

Beatus poteſt de abſoluta Dei potentia, videre intuitiue vnam perſonam relatiuam, ſiue correlatiua, ibid. n. 51. cum ſeq.

Beatus poteſt omnia videre, quæ videt anima Chriſti domini. diſti. 32. n. 10.

Beatus videns Deum videt creaturas in verbo, ibid. nu. 46.

Beatus quilibet non videt omnes creaturas poſſibiles, & futuras in verbo. ibid. n. 50.

Beatus poteſt videre actualiter omnes creaturas poſsibiles, & futuras, in ipſo relucentes. ibid. n. 53. & 55.

Beatus, ex vi viſionis beatæ, videt quidquid in verbo videt. ibid. n. 63.

Beati tria rerũ genera poſſunt videre in patria. diſti. 33. n. 17.

Beati non ſunt æquales in viſione creaturarum in verbo. ibid. n. 31.

Beati vident in verbo myſteria fidei, quæ crediderunt in via. ibid.

Beati vident in verbo omnes ſpecies creaturarum, ex quibus vniuerſum conſtat, ſiue ſint præteritæ ſiue futuræ. ibid. n. 32.

Beati vident omnia indiuidua ſpecierum vniuerſi quæ ad earum perfectam cognitionem ſufficiunt. ibid.

Beati nõ vident æqualiter in verbo omnes creaturas poſsibiles, ibid.

Beati vident in verbo futura contingentia libera, quæ ad vnius cuiuſque ſtatum pertinẽt. ibidem. nu. 38.

Beati vident orationes, quæ ſibi ab eccleſia fiũt. ibidem.

Beati omnes vident quidditatem Dei, ſed non æque intenſe, diſti. 34. n. 9.

Beatus quilibet habet gradum ſuæ beatitudinis à Deo præfixum. diſti. 35. n. 13.

Beati omnes appetitu libero, ſunt ſua beatitudine ſaciati, ibid. n. 12.

Beatus cognoſcit alterius beatitudinem eſſe maiorem eam tamen nõ appetit, imo de ipſa gaudet. ibid. n. 16.

Beati peccatum odio habent, & non triſtantur, diſti. 38. n. 19.

Beati volunt omnes eſſe volitione habituali: ſed non actuali elicita. Expoſ. art. 2. q. 4. diſt in. 1. nu. 3.

Beatus de facto non poteſt non frui Deo. diſ. 39. num. 15.

Beatus quieſcit in vltimo fine immobiliter, per ſe non primo. Expoſ. ar. 1. q. 5. diſt. 1. n. 3. & expoſ. ar. 8. n. 1.
Vide verbum, beatitudo, verbum, viſio, verbum, fruitio, verbum comprehenſor.

Begardi, & Beguinæ.

¶ Begardorum, & Beguinarum error refertur, diſ. 23. num. 14.

D. Benedictus.

¶ D. Benedictus viuens vidit eſſentiam diuinam, diſ. 36. n. 9. & 11. & 20.

Bonitas.

¶ Bonitas moralis eſt conformitas cum præcepto, ſeu regula rationis, diſ. . . n. 3.
Bonitas medij poteſt eſſe bonitas finis, diſ. 14. num. 30.
Bonitas, & perfectio idem ſunt, diſ. 15. n. 10. & diſ. 17. n. 11.
Bonitas eſt illa forma perfectiua, qua actu perficitur ens, & habet eſſe in actu, ibid. n. 11.
Bonitas, & malitia priuatiue opponuntur, ibidem.
Bonitas in naturalibus eſt formalitas abſoluta ibidem.
Bonitas moralis eſt formalitas reſpectiua, ibidem.
Bonitas medij relatiua menſuratur iuxta bonitatem finis, ibid. n. 16.
Bonitas medij dicitur extrinſeca, quia prouenit ei ex eo quod reſpicit finem, ibid.
Bonitas diuina eſt ratio volendi omnia diuinæ voluntati, non per modum finis, ſed per modum obiecti, diſ. 18. n. 20.
Bonitas diuina tripliciter ſe habere poteſt in mouenda diuina voluntate, ibid. n. [illegible]
Bonitas in Deo eſt duplex, attributalis, & quidditatiua. Expoſ. ar. 1. q. 2. diſt. 1. n. 4.
Bonitas infinita communicatur omnibus creaturis iuxta earum capacitatem. Expoſ. ar. 12. q. . . diſt. 2. n. 3.
Bonitas diuina dupliciter à nobis participatur, diſ. 21. nu. 45.

Bonum.

¶ Bonum in ratione obiecti prius mouet appetitum, quàm in ratione finis. diſ. 14. num. 23.
Bonum eſt duplex, aliud dicitur medium, & aliud finis, diſ. 15. n. 1.
Bonum eſt, quod omnia appetunt. Explicatur, ibid. n. 9.
Bonum ſumitur, vel vt conuertitur cum ente, vel pro ente perfecto, ibid. n. 10.
Bonum, & perfectum idem ſunt, ibid. & diſ. 17. nu. 11.
Bonum abſtrahit ab abſoluto, & relatiuo difficul. 16. num. 12.
Bonum eſt triplex, ſcilicet, medium [illegible] quod nec eſt medium, nec finis ibi[illegible] mer. 13.
Bono abſolutè ſumpto accidit referri [illegible] referri ad aliud, diſ. 15. n. 15.
Bonum omne eſt diligibile per ſe, ſed non propter ſe, niſi ſolus finis, ibid. n. 17. & 17.
Bonum, aliud honeſtum, aliud vtile, & aliud delectabile, ibid. n. 19.
Bonum in communi eſt obiectum adæquatum voluntatis, ibid. n. 22.
Bonum ex triplici cauſa non poteſt in aliud referri, diſ. 20. n. 31.
Bona omnia naturalia ſunt referibilia in Deũ finem naturalem. ibid. n. 17.
Bona moralia ex ſe ſunt referibilia in Deum finem vltimum pro quocumque hominis ſtatu ibid. n. 18.
Bona moralia non ſunt referibilia in Deũ, ex fine operantis, ibid.
Bonum infinitum contrariatur omni malo. Expoſ. art. 12. quæſt. 2. diſt. 2. nu. 5.

Brutum.

¶ Bruta non dicuntur proprie frui, ſed improprie, & abuſiue. Expoſ. ar. 4. q. 5. diſt. 1.

C.

Canonizatio.

Cannonizatio Sanctorum præcipuè attendi⸗tur penes miracula ab eis facta. Expoſ. art. 3. quæſt. 2. prol. num. 2.

Cauſa.

¶ Cauſa euidens eſt duplex. Expoſ. art. 1. q. 4. prol.
Cauſa altiſſima dupliciter ſumitur, diſ. 12. nu. 28.
Cauſa extrinſeca eſt duplex, finalis, & efficiens, diſ. 14. num. 7.
Cauſæ motiuæ ſunt tantum intellectus & obiectum, ibid.
Cauſa ſecunda efficiens duplicem reſpectum habet, alterum ad cauſam primam, alterum ad effectum, diſ. 17. n. 15.
Cauſa efficiens cauſat, quia mouet cauſa finalis, diſ. 18. n. 14.
Cauſa efficiens, alia eſt totalis in actu primo, alia in actu ſecundo, diſ. 10. n. 17.
Cauſæ ſe adiuuant in eodem genere cauſæ, nõ in diuerſo, diſ. 24. n. 54.
Cauſa, vt cauſet, prius debet habere eſſe in genere entis, & cauſæ, diſ. 27. n. 45.
Cauſa realis actiua neceſſario producit aliquid in effectu, diſ. 33. n. 25.
Cauſa vniuerſalis contrahitur à particulari, & quid ſit talis contractio, ibid. n. 28.

Index ſextus rerum notabilium operis Auctoris.

Cauſa exemplaris ad cauſam efficientem reducitur. Expo.ar.1.q.2.diſt.2.n.1.

Cauſa ſecunda in cauſando dependet à prima, ibidem.

Cauſæ eſſentialiter ordinatæ requiruntur ſimul neceſſario ad cauſandum, ibid.

Cauſa eſt perfectior,& eminentior ſuo effectu. Expo.ar.4.q.2.diſt.2.n.3.

Cauſa vniuoca, in quãtum cauſa, eſt perfectior ſuo effectu, ſed non in quidditate, ibid.

Cauſa æquiuoca eſt perfectior effectu, tam in eſſe cauſæ, quam in entitate, ibid.

Cauſa non producit effectum perfectiorem ſe, ibid.

Cauſa æquiuoca ſuperior eſt perfectior,& illimitatior quacumque cauſa vniuoca ſibi inferiore, ibid.n.4.

Cauſa æquiuoca continet virtualiter, & eminenter omne, quod in effectu reperitur, ibidem.

Cauſa accidentaliter producit effectum omogeneum, dif.41.n.27.

Cauſa vniuoca in cauſando contrahit æquiuocam, dif.14.num.17.

Cauſalitas.

¶ Cauſalitas cauſæ principalis præcedit, prioritate naturæ, cauſalitatem cauſæ ſecundæ,& inſtrumentalis, diſ.26.num.3.

Cœlum.

¶ Cœlum non habet animam, nec ab ea mouetur. Expo.ar.5.q.5.prol.n.2.

Cœlum immediate mouetur à Deo, ſecundum Ariſt.ibid.n.3.

Cœli mouentur ab intelligentijs, ibid.

Charitas.

¶ Charitas eſt habitus intrinſece eleuans voluntatem ad diligendum Deum, diffien.18. num.2.

Charitas non poteſt inhærere intellectui, ibidem.

Charitas eſt cauſa partialis ad eliciendum cũ voluntate actum meritorium. Expoſ. art.7. q.4.diſt.1.n.1.

Chritas datur voluntati, non ad facilius, ſed ad poſſe ſimpliciter operari, ibid.n.3.

Charitas eſt pars voluntatis, vt eſt potentia finitiua, ibidem.

Chriſtus.

¶ Chriſtus, vt Chriſtus, eſt poſterior Patre,& ſpiritu Sancto. Expoſ.ar.7.q.3 prol.

Chriſtus non poteſt eſſe ſubiectum adæquatũ in Theologia, ibid.

Chriſtus eſt vere filius genitus à Virgine per filiationem temporalem, diffic.25.num. 27.& 29.

Chriſtus, vt homo, non eſt genitus,& filius Dei, bene tamen, vt eſt Deus, ibid.

Chriſtus dicitur naturalis filius Dei per naturale ius hæreditandi, ibid.

Chriſti anima videt in Verbo omnia, quæ videt viſione infinita, dif.12.n 72.

Chriſtus fuit ſimul viator, & comprehenſor, dif.36.n.2.

Chriſti humanitas non habuit phyſicam virtutem actiuã faciendi miracula,& creandi gratiam, dif.26.n.26.

Chriſtus fuit cauſa meritoria gratiæ, non phyca, ibid.n.27.

Chriſti humanitas fuit inſtrumentum ad operandum miracula, ibid.

Circulus.

¶ Circulus non committitur, probando effectum per cauſam, & cauſam à poſteriori per effectum. Expo.ar.9.q.2.diſt.2.n.4.

Clementina.

Clementina, *ad noſtrum de Hæreticis*, quomodo debeat intelligi, reſpectu neceſsitatis luminis gloriæ, dif.27.n.40.& 41.& dif.28. num.31.& 34.

Cognitio.

Cognitio intellectiua pro hoc ſtatu dependet à cognitione ſenſuum, tanquã à conditione. Exp.ar.1.q.1.prol.num.2.

Cognitio intellectus, pro hoc ſtatu, indiget miniſterio intellectus agentis,& phantaſmatis, ibidem.

Cognitio naturalis intellectus eſt illa, quæ ſolum miniſterio intellectus agentis, & phantaſmatis habetur, ibid.n.3. & diffi. 1.num.4. & 5.

Cognitio incomplexa eſt notitia termini incõplexi, ſicut & complexa complexi, ibidem num.5.

Cognitio naturalis non habetur de aliquibus incomplexis naturalibus,& quæ ſint iſta, ibidem n.6.

Cognitio complexorum ſupernaturalium non habetur actione intellectus agentis, & phantaſmatum, ſed per Dei reuelationem, ibidem nu.7.

Cognitio veritatum complexarum, etiam naturalium, non habetur ab intellectu, niſi ſint terminorum ſenſibilium, vel in ſenſibilibus, eſſentialiter, ſeu virtualiter includantur, ibidem.

Cognitio diſtincta Dei finis ſupernaturalis nõ poteſt haberi naturaliter ab homine, nec ab Angelo, ſiue ab anima ſeparata. Expo. ar.3.q. 1.prol,n. 2.& 3.

Cognitio diſtincta ſui ipſius, prout reſpicit Deum finem ſupernaturalem, non poteſt haberi ab aliqua creatura intellectuali: ibidem num.3.

Cognitio præ requirit vnionem potentiæ cũ

obie-

obiecto:& quæſit iſta vnio, diſ.1. num.4.
Cognitio quælibet præréquirit præſentiam obiecti cum potentia, quæ præſentia ſit, vel per intimam obiecti vnionem, aut ſpeciei illud repræſentantis, ibid.
Cognitio diſtincta Dei, & omnium ſupernaturalium, habetur per diuinam reuelationẽ, traditam per Eccleſiam proponentem, vel per alias cauſas ſecundas, ibid.
Cognitio cauſatur ab obiecto, quatenus motiuum eſt, ibid. n.5.
Cognitio naturalis noſtri intellectus plura requirit, quàm eſſentialis, ibid. n.8.
Cognitio obiecti primarij eſt cauſa cognitionis obiecti ſecundarij, ibid. n.15.
Cognitio aliquorum ſupernaturalium neceſſaria eſt Angelis, & hominibus pro quocumque ſtatu, diſ.2. n.1.
Cognitio ſupernaturalium nobis neceſſaria, in quo conſiſtat, ſecundum Caietanum, & Vazquium, ibid. n.2. & 3.
Cognitio omnis eſt perfectio naturalis intellectus. diſ.5. n.15.
Cognitio ſupernaturalis maior eſt perfectio, quàm naturalis, ibid. n.16.
Cognitio Beatorum non omnis eſt theologica Exp. ar.8. q.3. prol. n.6.
Cognitio Dei, quam habet de omnibus rebus, dicitur Theologia, ibid. n.5.
Cognitio obiectorum contingentium, quæ fide credimus, non eſt verè, & propriè ſcientia, diſ.12. n.35.
Cognitio concluſionis terminata ad eam, tanquam ad principium, à quo eſſentialiter dependet, ibid. n.63.
Cognitio practica dicitur, quæ dirigit actum voluntatis, ne deficiat in operando. Expo. ar.13. q.5. prol nu.1.
Cognitionis extenſio, qua formaliter dicitur practica, in duplici relatione ad praxim cõſiſtit, ibidem n.2.
Cognitio practica (etiam in diuinis) non attẽditur penes indifferentiam voluntatis. Expo. ar.13. q.5. prol. n.1.
Cognitio diuina oſtendit voluntati diuinæ diuinam eſſentiam, tanquam obiectum Theologicum, ac beatificum, ibid.
Cognitio diuina non eſt directiua diuinæ volitionis, ibid.
Cognitio practica, & praxis, ad quam extenditur, poſſunt eſſe, vel in diuerſis ſuppoſitis vel in eodem. Expoſi. art.15. q.5. prol. numero.9.
Cognitio, quæ non eſt directiua in praxim, ex eo eſt ſpeculatiua, ibid.
Cognitio naturalis eſt, quæ virtute intellectus agentis, & phantaſmatis haberi poteſt, diſ. 21. nu.7.
Cognitio tripliciter haberi poteſt de aliqua re diſ.13. num.8.
Cognitio intellectiua eſt duplex, confuſa, & diſtincta, ibid. n.9.
Cognitio diſtincta intellectiua eſt duplex, intuitiua, & abſtractiua, ibid.
Cognitio intuitiua, & abſtractiua ſunt euidentes, ibid.
Cognitio abſtractiua fit media ſpecie intelligibili, ibid. nu.10.
Cognitio intuitiua dupliciter fieri poteſt, ibidem.
Cognitio intuitiua, & abſtractiua valde inter ſe differunt, ibid. n.12.
Cognitio abſtractiua, qua Angelus Deum diſtincte cognoſcit, eſt naturalis, & ſupernaturalis, ibid. n.15.
Cognitio euidens obiecti exiſtentis, & nõ præſentis, dabilis eſt, diſ.30. n.11.
Cognitio euidens rei exiſtentis nõ infert cognitionem intuitiuam, ibid. n.12.
Cognitio demonſtratiua tantum ad obiecti quidditatem terminatur, ibid.
Cognitio euidens, & diſtincta diuinæ eſſentiæ dabilis eſt, quin ſit intuitiua, ibid. nu.19. & ſequentibus.
Cognitio matutina, & veſpertina Angelorum, quid ſint, ſecundum Auguſt. ibidem num.20. & 21.
Cognitio matutina eſt cognitio diſtincta, ibidem.
Cognitio matutina Angelorum fuit ante eorum beatitudinem, ibid.
Cognitio diſtincta effectus in ſua cauſa, cognitionem diſtinctam cauſæ præſupponit, ibid. num.21.
Cognitio euidens exiſtentiæ creatæ non poteſt ſine eius præſentia dari: bene tamen reſpectu eſſentiæ diuinæ exiſtentis, ibidem num.26. & 27.
Cognitio cauſatur ab obiecto, & potentia, vt à duabus partialibus cauſis, diſ.31. n.24.
Cognitio infinita non dicitur ex infinitate extenſiua obiectorũ, ſed ex infinitate principij, & modi cognoſci, diſ.32. n.37.
Cognitio diuina dicitur infuſa: non autem creata, ibid. n.40.
Cognitio intellectus eſt duplex, in actu primo & in actu ſecundo, ibid. n.42 & 43.
Cognitio intellectus in actu primo dicitur verbum informans intellectum, ac etiam notitia habitualis, ibid.
Cognitio intellectus in actu ſecundo dicitur verbum tendens in obiectũ, & notitia actualis, ibid.
Cognitio complexa ſupponit cognitionem incomplexam. Ex art.1. q.1. diſt.2. n.6.
Vide verbum, *notitia*, & verbum, *viſio*.

Compoſitio.

¶ Cõpoſitio, & ſimplicitas opponũtur, & quomodo dicitur vna, tot, & altera, diſ.11. nu.12.
Cõpoſitio multipliciter ſumitur, ibid. nu.13.
Compoſitio eſt vnio duorum, quorum vnũ eſt actus, & alterum potentia, diſ.42. n.6.
Compoſitio eſt duplex, phyſica, & metaphyſica, ibid.
Compoſitionis multiplex ſubdiuiſio, ibidem.

 Com-

Compoſitum.

¶ Compoſitum quolibet habet partes,& non poteſt eſſe ſumme ſimplex, diſ.42. numer.7. compoſitum metaphyſicè eſt ſimplex phyſicè,ibid.

Comprehenſio.

¶ Comprenhenſio eſt cognitio adæquata omni cognoſcibilitati obiecti cogniti, diſſi. 32.n.25.
Comprehenſio Dei non prouenit ex cognitione creaturarum,diſ.34.n.18.
Comprehenſionis definitio ab Aug.tradita,declaratur,ibid.n.5.22.& 13.

Concilium.

¶ Concilia,alia ſunt generalia,alia nationalia,alia prouincialia,alia dioceſana, diſſi.9. num.14.
Concilia generalia hucuſque celebrata ſunt octodecim,ibid n.15.
Concilia,non ſolù generalia,ſed nationalia,& prouincialia,ab Eccleſia confirmata, multa continent ad ſalutem neceſſaria,quæ in Scriptura expreſſe non habentur, ibidem,num. 42.
Conciliorum definitiones definiunt concluſiones,quæ ex fidei principijs vere deducuntur,quæ ex tunc remanent tanquam fidei articuli,& principia,diſ.13.nu.25.

Concluſio.

¶ Concluſio ſpecificatur à terminis, quibus conſtat,diſ 11.n.19.
Concluſiones in ſcientijs quadrupliciter fieri poſſunt,ibid. n.20.
Concluſionum diuiſio optime explicatur,ibidem n.21.
Concluſio contingens demonſtrabilis reſoluitur in aliquam primam contingentem. Expoſi.art.5.q.3.prol.n 4.
Concluſio illata ex vna præmiſſa naturali, & ex altera credita,dicitur credita,diſ.12. numer.53.
Concluſio terminat ſuam cognitionem, tanquam eſſentiale principium,à quo ipſa dependet,ibid.n.63.
Concluſio theologica,& articulus fidei,a quo infertur,reſpondet duplici quæſtioni, quia eſt,& propter quid eſt.diſ.13.n.14.
Concluſio dupliciter certitudinem habet,alteram propriã, & demonſtratam,alteram ſibi à principijs per ſe notis communicatam,ibid, num.19.
Concluſiones ab Eccleſia definitæ remanent, vt articuli fidei,& principia in Thelogia,ibidem n.25.
Concluſiones dupliciter in principijs includi dicuntur, vel ſecũdũ rationem communem, vel particularem,difficult.13.num.56.
Concluſio illata euidenter ex vna præmiſſa de fide,eſt de fide,diſ.34.n.8.& 22.
Concluſio demonſtrata fit in ſecundo modo dicendi per ſe,diſ.40.n.17 & 18.
Concluſio habet rationem obiecti ſecundarij intellectus.Expo.ar.4.q.1.prol.n.1.

Concurſus.

¶ Concurſus Dei generalis ad quodcumque opus,etiam ad malum, requiritur, difficult. 3.num.14.

Confirmatio.

¶ Confirmationis ſacramenti materia non habetur expreſſe in ſacra Scriptura, difficul. 9.num.20.

Connotatiuum.

¶ Connotatiuum dicit formam de principali,& ſubiectum de connotato,diſ.29.n. 17.

Conſequens.

¶ Conſequens differt à conſequentia, diſſic. 29.num.4.

Conſequentia.

Conſeqnẽtia,& conſequens differunt interſe, diſ.29. n.4.
Conſequentia ita non tenet,non video Deum ſapientem:ergo video Deum non ſapientẽ, diſ.31.num.63.

Continentia.

¶ Continentia quotuplex ſit, & quid qualibet ſit,optime explicatur,Expoſi.art.1.q.3. prol.n.4.
Continentia eminentialis duo importat. Expoſi.at.10.q.5.prol.num.14.

Contrarium.

¶ Contraria alia opponuntur formaliter, alia virtualiter.Expoſi.art.12. quæſt.2. diſt. 2.num.5.

Corpus cœleſte.

¶ Corpus cœleſte continet virtualiter vitalitatẽ effectus vitalis,quem cauſat.Exp. ar.4. q.2. diſt.2.n.4.
Vide verbum *cœlum*.

Creatio.

¶ Creationis dies non fuerunt cum temporis ſucceſsione,ſed in Angelica cognitione,diſ. 30.n.20.

Crea-

Index ſextus rerum notabilium operis Auctoris.

Creatura.

¶ Creaturæ ſunt in eſſenria diuina. ſicut in aliquo, virtute cuius cognoſcuntur, diffi. 1. num. 13.
Creatura, & ſi includat reſpectum, nihilominus eſt ens abſolutum, dif. 4 n. 13.
Creaturæ omnes agunt aliquomodo propter finem, dif. 18. n. 1.
reatura omnis intellectualis agit proprieprò C ter finem, ibid. n. 26.
Creaturæ intellectuali cõuenit agere propter finem, penes actiones liberas, difficult. 19. numer. 1.
Creatura non videtur in eſſentia diuina, qui n ſecundum ſuam propriam rationem non videatur, dif. 31. n. 58.
Creaturæ in eſſe poſsibili ad Dei omnipotentiam referuntur: & in eſſe futuro ad diuinā voluntatem, dif. 32. n. 1.
Creaturæ in eſſe poſsibili naturaliter in diuina eſſentia repræſentantur: in eſſe autem futurn. libere, ibid. nu. 2.
Creaturæ terminant per ſe ſecundo diuinam cognitionem, ſecundum propias rationes, ibid. nu. 31.
Creaturæ ſuum primum eſſe formale, & diſtinctum, habent per diuinam cognitionem, ibidem nu. 33.
Creaturarum eſſe primum, quod habent in intellectu diuino, non eſt reale, ſed cognitum ibidem.
Creaturæ omnes habent vitam in Deo, ibidē num. 53.
Creaturam contineri in Deo, quomodo intelligatur, ioid. n. 60. & 61.
Creatura quæcumque aut eſt compoſita, aut pars compoſiti, dif. 42. n. 8.
Creatura ſi ab æterno eſſet creata, adhuc inciperet eſſe, dif. 43. n. 19.

Credibile.

¶ Credibilia non poſſunt naturaliter demonſtrari, dif. 45. nu. 11.
Credibilia alia ſunt per ſe credibilia, alia quaſi per accidens, ibid.
Credibilia per ſe non poſſunt per reuelationē cognoſci, ibid.
Credibilia per accidens poſſunt ratinne naturali cognoſci, & demonſtrai, ibidem, & num. 13.
Credibilia per accidens ſunt de fide credenda ibidem.
Vide verbum, *articulus*, & verbum, *fides*.

D

Dæmon.

DÆmones ſe ipſis fruentes non delectantur, dif. 38. num. 29.

Damnatus.

¶ Damnatus odit Deum, quia perfecte eius boniratem, & æquitatem non conſiderat, difficul 39. n. 56.
Damnati fruuntur ſe ipſis. Expo. ar. 3. q. 5. diſt. 1. num. 2.
Damnati ſe ipſis fruentes non delectantur ibidem.

Delectatio.

¶ Delectatio à quibus cauſetur, optimè explicatur, difficult. 38. numer 54. & ſequentibus.
Delectario dicitur paſsio conſequens fruitionem, ibid. n. 18.
Delectatio eſt qualitas, ibid.
Delectatio ſupponit poſſeſsionē boni, de quo delectamur. ibid. n. 31.
Delectatio non ſemper ſequitur ad fruitionem boni, ibidem num. 29.

Demonſtratio.

¶ Demonſtrationis definitio habita in 4. Topic. explanatur. Expo. 11. art. q. 1. prol. numer. 3. & 4.
Demonſtrationis definitio (vna ſola particula dempta) poteſt ſyllogiſmo Theologico adaptari, ibid.
Demonſtratio eſt medium inter ſpecies impreſſas, & ſcientiam, dif. 10. n. 17.
Demonſtratio immediate, vel mediate debet ex primo per ſe notis procedere, difficul. 12. num. 47.
Demonſtratio poteſt fieri de rebus creditis per fidem infuſſam, dif. 45. n 6.
Demonſtratio terminatur per ſe primo ad ſciētiam, & ſecundario ad facilitatem, difficult. 10. num. 23.

Denominatio.

¶ Denominatio extrinſeca nihil reale eſt in denominato, dif. 16. n. 24.

Deſiderium.

¶ Deſiderium eſt actus voluntatis importans ſimplicem motum in bonum non habitum, dif. 37. n. 15.
Deſiderium, ſpes, & intentio, feruntur in obiectum non habitum, ibid. n. 16.
Deſiderium eſt impoſsibilium, ibid.
Deſiderium dicit actum voluntatis efficacē, & inefficacem, ibid. n. 17.
Deſiderium eſt ſuperius ad ſpem, ibid.
Deſiderium eſt tam de re dificili, quām non difficili, ibid. n. 19.
Deſiderium eſt, tā de medijs, quā de fine, ibid.

Deus.

¶ Deum eſſe, pluribus vijs, ſecundum Scotū, demonſtratur. Expo. ar. 3. q. 1. prol. n. 1.
Deus poteſt gratiā conferre ſine ſacramētis,

non tamen glutiam ſine gratia, diſſi.3.numer.16.

Deus, non ſolum vt trinus, ſed vt vnus, eſt obiectum beatificum, & noſter vltimus finis, dif 4.n.3.

Deus, vt auctor naturæ, dicitur cauſa naturalis: licet non agat neceſsitate naturæ, nec ſecundum ſe conſideratus clandatur ſub naturalium rerum vniuerſitate, ibidem, numer.6.

Dei cognitio, quam habet de omnibus rebus dicitur Theologia. Expoſ.ar.8.quæſt.3.prol. num.5.

Deus non dicitur Aſtrologus, Phyloſophus, aut Mathematicus: bene tamen dicitur Theologus, ibid.

Deus aliter eſt obiectum Metaphyſicæ, & aliter Theologiæ. Expo. 11.art.q.5. prol. numer.11.

Deus in ſtatu puræ naturæ non eſſet finis vltimus hominis pro illo ſtatu, difficult.16. num.26.

Deus non agit propter finem: & quare, dif.18. n.14. cum ſequentibus.

Deus, licet velit vnum effectum eſſe propter aliud: non tamen agit propter finem, etiam noſtro modo intelligendi, ibidem num.29. 30.& 31.

Deus vult omnia eſſe propter bonitatem ſuam ibid.nu.31.

Deus, ſicut eſt auctor naturæ, ſic eſt finis naturalis, dif.ar.num.15.

Deus dicitur noſter vltimus finis in particulari iuxta duplicem modum, quo à nobis eius bonitas participatur, ibidem nu.45.

Deus eſt finis vltimus imitationis, & fruitionis, ibid.

Deus, vt finis imitationis, eſt finis vltimus omnium creaturarum, & omnium entitatum, ibidem.

Deus, vt eſt finis fruitionis, eſt finis vltimus tantum creaturæ intellectualis, ibid.

Deus cadit ſub obiecto adæquato intellectus creati, dif.22.n.14.

Deus non cadit ſub obiectu viſus corporei, & ideo ab eo videri nequit, ibidem cum ſequentibus.

Deus, ſicuti eſt, ſecundum propriam ſubſtantiã viſibilis eſt ab intellectu creato, ibid.n.28.& ſequentibus.

Deus, cur in ſcriptura inuiſibilis nominetur, & in quo ſenſu intelligatur, ibidem num.30. & 38.

Deus, cognitione cõfuſa, & quoad quid eſt, nobilius cognoſci poteſt per creaturas totius mundi, quàm per ſolam Angeli eſſentiam, diſſi.23.nu.11.

Deus, & ſi cadat ſub obiectu intellectus creati, non niſi ſupernaturaliter ab eo clare cognoſcitur, ibid.n.36.

Deus ſupplere poteſt cauſalitatem cauſæ efficientis: non tamen cauſæ formalis, diſſi.26, num.20 & 21.

Deus dicitur ſufficienter præmiare per ſui oſtenſionem obiectiuam, ibidem, num.36.

Deus non effectiue, ſed moraliter cruciat damnatos, ibid.

Deus de facto producit totaliter viſionem beatam, ſecundum probabilem opinionem, ibidem, num.37.

Deus, quidquid facit cum cauſa ſecunda, ſe ſolo poteſt facere, ibid.

Deus vtitur creaturis, vt inſtrumentis, duobus modis, ibid, n.45.

Deus plures formalitates includit, quarum aliquæ vt ab eſſentia diſtinctæ nullam perfectionem dicunt: aliquæ ſic, non a ſe, ſed ab eſſentia manantem, dif.31.nu.16.

Deus, omnia quæ cognoſcit, in ſua eſſentia, & ex vi eſſentiæ cognoſcit, dif.31.nu.19.

Deus creaturas poſsibiles intuitiue cognoſcit ibid.n.22.

Deus ſe comprehendit, etiam ſi non eſſent creaturæ poſsibiles, aut futuræ, difficul. 34. num.18.

Deus in ſe, & non prout viſus, eſt noſtra beatitudo obiectiua, diſ.38.num. 33.

Deus non eſt obiectum odij. Expo.ar.4.quæſt. 4.diſt.1.& 2.& dif.39. nu.41.& 42.

Deus per ſe primo, & immobiliter, quieſcit in ſe. Expo.ar.1.q.5.diſt.1.n.3.

Deus reſpectu ſuæ fruitionis non eſt vltimus finis: ſed obiectum, ibid.n.4.

Deus poteſt in intellectu creato cauſare cognitionem iſtius propoſitionis, Deus eſt: non tamen euidentiam eius. Expo.art.1. quæſt 1.diſt.2.n.5.

Deus, quid Græce, quid ve Hebraice ſignificet dif.40.n.13.

Deus eſt viuens, immortale per ſe ipſum, ac bonum ſufficiens, eſſentia ſempiterna, ipſius boni cauſa, ibid.

Deus ſignificat ens quoddam, ſua natura præſtantiſsimum, efficiens, & mouens, & conſeruans, & regens omnia: quod ſuæ quadam naturæ neceſsitate à ſe ipſo eſt, ibid.

Deus permittit mala, vt ex illis bonum eliciat ibid n.33.

Dei infinitas, quoad nos, eſt tãtum demonſtrabilis demõſtratione quia: licet ex natura terminorum ſit demonſtrabilis propter quid. Expo.q.2.diſt.2.n.1.

Deo non competit eſſe cauſam materialem, aut formalem, ſed ſolum efficientem, vel finalem, ibid.

Deus relatiue ad creaturas conſideratus eſt primũ efficiens, primum finitiuum, primũ eminens, & primũ independens, ibid.n.2.

Deus abſolute conſideratus eſt intelligens, & volens, ibid.

Deus intelligens infinita intelligit, ibid.

Deus, vt volens, contingenter, & neceſſario vult, ibid.

Deus eſt primum ens effectiuum. Exp. art.1.q. 2.diſt.2.n.1.

Deus eſt ens incauſabile, ibid.& n.2.

Deus eſt ens à ſe, & actus exiſtens, ibid.

Deus eſt primũ ens, in ratione finis, ibid.ar.2.

Deus

Deus in ratione primi finis eſt incauſabilis, ibidem.
Deus vt primus finis, eſt actus exiſtens, ibidem.
Deus in ordine eminentiæ eſt primum ens, incauſabile, & actu exiſtens. ibid. ar 3.
Deus eſt primum efficiens, ac vltimus finis, & primum [illegible] ens, ibid. ar. 4. n. 1.
Deus agit propter ſe, tanquam propter vltimum finem, ibid.
Deus eſt intelligens, & volens, ibid. [illegible] n. 1. & ſequentibus.
Deus intelligit infinita diſtincte. ibid.
Deus voluntate ſua contingenter cauſat, ibidem.
Deus non poteſt creare ſimul omnia, quæ ſucceſsiue creare poteſt, difficult. 41. num. 50. & 51.
Deum eſſe partem compoſitionis vniuerſi, tenuerunt Stoici, dif. 43. n. 1.
Deum eſſe compoſitum corporeum, tenuerunt A[illegible] ibid. n. 2.
Deus [illegible] compoſitus, nec pars compoſiti, [illegible] ibid. n. 9. & ſ[illegible].
D[illegible] incorporeus, & immaterialis [illegible]
Deus non eſt compoſitus ex genere, & differentia, ibid. nu. 31.
Deus non eſt compoſitus ex natura, & ſuppoſito, ibid. nu 34 & ſequentibus.
Deus non eſt accidentaliter compoſitus, ibidem [illegible] 40.
Deus dicitur videre, loqui, & habere membra corporea, noſtro modo loquendi, ibidem, numer. 45.
Deus, quia libere agit, permittit malum, & peccatum. Expoſit. 21. 12. quæſt. 2. diſtio. 2. numer. 6.
Deus, ob ſuam immenſitatem, nullo circumſcribitur loco, dif. 43. nu. 21.
Deus eſt formaliter per eſſentiã infinitus, ibid. num. 19.
Deus dicitur infinitus per eſſentiam, licet infinitas non ſit de conceptu eſſentiali eius, ibidem.
Deus diſtinguitur à creatura, & per ſuam eſſentiam, & per infinitatem, difficult. 45. num. 24.
Dei diſtinctio per eſſentiam à creatura dicitur quidditatiua, per infinitatem vero quantitatiua, ibid.
Deos duos, alterum bonum, & alterum malũ, multi hæretici poſuerunt, difficult. 45. numer. 8.
Deum eſſe vnum, eſt de fide tenendum, ibidem n. 14. & 15.
Deus eſt vnus, eſt propoſitio demonſtrabilis, ibid. n. 2[illegible].
Deus eſt diligibilis ſuper omnia, & omnia propter ipſum diliguntur, ibidem, numer. 2[illegible].
Deus eſt vnus, eſt propoſitio cadens ſub fide, & ſub ſcientia, ibid. n. 30.

Differentia.

¶ Differentiæ oppoſitæ, aliquod commune diuidentes, non poſſunt ſimul vni ex membris diuidentibus conuenire. Expo. 10. ar. 5. prol. nu. 7.
Differentiæ vltimæ ſunt phyſicè, & metaphyſicè ſimplices, cum hoc tamen compoſitionẽ intrant, dif. 42. num. 7.

Dilectio.

¶ Dilectio Dei incompoſsibilis eſt cum auerſione ab eo, dif. 19. n. 41.

Diſcurſus.

¶ Diſcurſus ex ſe non requirit temporis ſucceſsionẽ, nec ordinem in ipſius: ſed ſufficit ordo naturæ, dif 12. nu. 20.
Diſcurſus non eſt in Deo, ibid.
Diſcurſus datur in Angelis. ibid.
Diſcurſus Theologicus non debet inferre pro cõcluſione aliquid reuelatũ: ſed aliquid reuelatum, ex reuelatis, dif. 13. num. 20. & 21.

Diſpoſitio.

¶ Diſpoſitio ad gratiam dicitur meritum de congruo, dif 3. n. 18.
Diſpoſitio ad gratiam nullo modo procedit ab ipſa gratia, dif. 27. n. 45.

Diſtinctio.

¶ Diſtinctio formalis optimè compatitur identitatem realem. dif. 35. n. 55.
Diſtinctio realis aliquorum non arguit eorum ad inuicem ſeparationem, diffic. 39. numer. 57.
Diſtinctio, qua Deus per eſſentiam diſtinguitur per infinitatem, eſt quantitatiua, dif. 44. num. 29.

Doctrina.

¶ Doctrina ſacra vniuerſali Eccleſiæ neceſſaria, fidem infuſam, acquiſitam, & Theologiam ſcholaſticam includit, difficult. 2. numer 9.
Doctrina ſacra, ad ſalutem neceſſariã, non ſolum ſupernaturalia, ſed multa naturaliter cognoſcibilia continet, ibidem, numer. 13.

Donum.

¶ Donum quodlibet ſupernaturale dicitur gratia Dei, ſed nõ dicitur gratia iuſtificans, dif. 28. num. 32.

E.

Eccleſia.

Eccleſia cognouit per reuelationẽ, quæ credenda fidelibus proponit, diſ.2.n.9.

Eccleſia in difiniendo aliquid, non illud de fide conſtituit denuo, ſed declarat eſſe de fide diſ. .nu 25.

Eccleſia, & ſummus Pontifex multa definierũt quæ nobis ſunt ad ſalutem neceſſaria, & tamen expreſſe in ſcriptura non continentur, ibid. n.33.

Eccleſia in definiendo, teſtimonijs ſcripturæ. & Spiritus Sancti aſsiſtentia adiuuatur, ibidem nu.n.49.

Eccleſiæ ſtabilitas in quatuor præcipue ſplendet. Expo.art.5.q.2.prol .nu.1.

Eccleſia Incipit in primo parente, vel ſecundũ aliquos, in Abel iuſto, ibid.

Eccleſia in lege gratiæ, & olim Synagoga diu regebantur ſine ſcriptura, diſ.8.n,14.

Effectus.

¶ Effectus à cauſa efficiente productus duplicem reſpe tum dicit, alterum ad efficiens alterum ad finem, diſ.14.n.11.

Effectus idem poteſt à duplici cauſa cauſari, altera æquiuoca, & altera vniuoca, ibidem num.17.

Effectus cauſatus à cauſa æquiuoca, & vniuoca, aſsimilatur vniuocæ, quia hæc illam contrahit, ibid.

Effectus poteſt diſtingui per quatuor cauſarũ genera, ibid.n.31.

Effectus à prima cauſa procedentes, alij ſunt immediati, qui alios non præſupponunt, alij ordinati, qui alios priores, tanquam ſuas cauſas finales præſupponunt, diſtinc. 18. numer.37.

Effectus nunquam referrar ad ſuam cauſam, quin ab ea aliquid in ſe recipiat, diſ.28. num. 41.

Effectus realiter ad ſuam cauſam refertur, ibidem.

Effectus dupliciter dicitur in ſua cauſa contineri, vel cauſatiue, vel ſecundum ſuum eſſe formale ab ipſa cauſa diſtinctum, diſtinc. 32.numer.60.

Efficiens.

¶ Efficiens realiter mouet, quia per realem influxum an[illegible] effectum à ſe realiter diſtin[illegible]n[illegible].num 10.

Vide V[illegible]m *cauſa.*

Electio.

¶ Electio eſt per [illegible] praxis, præſuppoſita ad actum imperatum. Expoſit.ar[illegible]c. 5.quæſt.5.prol.numer.5.

Electio eſt actus voluntatis mediorum, ex intentione finis, & ex conſultatione rationis proueniens, diſ 37.n.15.

Electio, & vſus, inter ſe differunt, ibidem numer.23.& 24.

Eleuatio

¶ Eleuatio naturæ eſt ordinatio Dei ordinãtis naturam ad [illegible] ipſum finem ſupernaturalem, diſ.6 n .22.& 30.

Eleuatio non va[illegible] intrinſeca naturæ eleuatæ ibid.num,25.

Eleuatio eſt duplex, intrinſeca, & extrinſeca ibid.num.27.

Eleuatio intrinſeca poteſt dari in homine in puris naturalibus: non vero extrinſeca, ibidem.

Eleuatio non extrahit potentiam à ſua ratione formali, nec vt extra ſuum obiectum operetur, diſ.22.n.16.25.26.& 27.

Ens.

¶ Ens commune ad ens reale, & rationis eſt obiectum primum noſtri intellectus, primitate adæquationis, diſ.1.n.1.

Ens commune, ad creatum, & increatum cadit ſub obiecto adæquato noſtri intellectus, ibidem & nu.9.

Ens, vt eſt adæquatũ noſtri intellectus, poteſt ab eo attingi: ſed non naturaliter, ibid.n.10

Ens, ſecundum præciſam rationem entis (abſtracta vniuerſalit. cc, qua eſt obiectum adæquatum noſtri intellectus) poteſt ab eo eſſentialiter. & naturaliter attingi, ibid.

Ens reale eſt obiectum primarium intellectus noſtri, per ſe primo motiuum, & terminatiuum. ibid,n.16.

Ens rationis eſt obiectũ intellectus nõſtri per ſe, non primo terminatiuum, ibid.

Ens commune ad reale, & rationis, eſt obiectum adæquatum terminatiuum, intellectus noſtri, ibidem.

Ens reale eſt obiectum adæquatum motiuum, & per ſe primo terminatiuum intellectus noſtri, ibidem.

Entia, quæ infra Deum ſunt, ſunt in duplici modo, diſ 4.n.7.

Ens omne non eſt omnimode cognoſcibile per phyſicas diſciplinas: ſed tantu eo modo, quo poteſt illuſcecere per lumen intellectus agẽtis. Expoſ. art.9.q.1.prol.n.8.

Ens omne non eſt cognoſcibile per phyſicas diſciplinas ſecundum omnia de eo cognoſcibilia. bene tamen ſecundum omnia à ſenſibus abſtrahibilia, ibid.

Entia ſuperiora non poſſunt per inferiora cognoſci, diſ.24.n.44.

Entia ſupernaturalia non poſſunt ab Angel[illegible] viribus naturæ, cognoſci ibi[illegible].

Ens

Ens prius diuiditur in infinitum, & finitum, quàm in decem genera, difficult. 42. numer. 11.
Ens dicitur intrinſece finitum ab aliquo eſſe limitato, diſ. 45. n. 17.
Ens diuiditur per finitum, & infinitum, diuiſione modali, diſ. 44. n. 29.
Entia omnia ſunt bona bonitate transcendentali, ſed non bonitate dirigibili ad operationem, diſ. 14. n. 52.

Epiſcopus.

¶ Epiſcopi, & omnes maiores Eccleſiæ, tenentur ſcire explicite omnes articulos fidei, diſ. 3. num. 19.
Epiſcopi debent vbicumque teſtamentum ſcire, ibidem.

Error.

¶ Error Hæreticorum recurrentium ad ſacras Scripturas, & negantium traditiones Apoſtolicas, & conciliorum ac Pontificum definitiones, diſ. 9. n. 1.

Eſſe.

¶ Eſſe, ſiue exiſtere, intelligitur in communi à viatoribus, diſ. 40. n. 11.

Eſſentia.

¶ Eſſentia diuina mouet diuinum intellectum ad ſui cognitionem per ſe primo, & ſecundario ad cognitionem aliorum, diſ. 1. nu. 14.
Eſſentia diuina ſola eſt obiectum motiuum intellectus diuini ad cognoſcendum omnia: & ideo eſt eius obiectum adæquatum. Expoſ. ar. 8. q. 3. prol. n. 3.
Eſſentia diuina eſt obiectum perfectiſsimum intellectus creati, non tamen adæquatum ibid.
Eſſentia diuina, reſpectu intellectus creati, eſt obiectum liberum, quoad exercitium, & quoad ſpecificationem actus, ibidem numer. 9.
Eſſentia diuina, perſonæ, & creaturæ eodem actu videntur à beatis, ibid.
Eſſentia diuina eſt ſingularis, & exiſtens per ſe primo modo, diſ. 11. n. 32.
Eſſentia diuina eſt ens neceſſarium, & obiectū propriæ ſcientiæ, ibid.
Eſſentia diuina radicaliter, & eminenter, habet in ſe omnia attributa. Expo. artic. 1. q. 2. diſt. 1. n. 4.
Eſſentia diuina, vt mouet intellectum creatum induit rationem ſpeciei intelligibilis, diſ. 24. num. 21.
Eſſentia diuina, vt terminat viſionem beati, eſt obiectum primum primitate perfectionis, ibidem.
Eſſentia diuina mouet intellectum creatum, vt volens: terminat autem vt eſſentia, ibid. num. 22.
Eſſentia diuina mouens intellectum creatum, dicitur obiectum primum, primitate virtutis ibidem.
Eſſentia diuina, de facto, per ſe vnitur immediate cum intellectu beati, in ratione obiecti intelligibilis, diſ. 24. n. 42.
Eſſentiam diuinam de facto videri à beatis per ſpeciem intelligibilem creatam, probabilior eſt opinio, ibid. n. 43.
Eſſentia diuina, ſi vult, videtur ab intellectu creato: ſi non vult, non videtur, diſ. 27. num. 37.
Eſſentia diuina eſt in ſe, & à ſe quidditatiuè, & infinite bona, ſapiens, &c. attributa vero non à ſe, ſed ab eſſentia diuina, difficu. 31. numer. 16.
Eſſentia diuina eſt fontalis plenitudo, in ſe, & à ſe, ibidem.
Eſſentia, diuina, ſub præciſa ratione eſſentiæ, eſt obiectum beatificum, ibid. & n. 43. cum ſequentibus.
Eſſentia diuina eſt ſummum, & infinitum bonum, & verum, nō in genere peculiari, ſed in omni fontali plenitudine infinitæ perfectionis, ibid. n. 17. & 50.
Eſſentia diuina, reſpectu intellectus creati, eſt ſpeculum voluntarium, ibid. nu. 59. & 69. & diſ. 32. n. 86.
Eſſentia diuina libere ſe, perſonis, & attributa oſtendit intellectui creato, difficult. 31. numer. 30.
Eſſentia diuina, reſpectu diuini intellectus, nō eſt ſpeculum voluntarium, ſed naturale, ibid. n. 42. 49. & 69.
Eſſentia diuina per ſe exiſtit, & ſubſiſtit, ſine ſubſiſtentia perſonarum, ibidem numer. 68.
Eſſentia diuina omnia diſtincte repræſentat, tam poſsibilia, quam futura, diſ. 32. n. 30. 34. & 75.
Eſſentia diuina prius mouet intellectum diuinum ad ſui cognitionem, quàm ad cognitionem creaturarum, ibid.
Eſſentia diuina eſt ſimilitudo creaturarum, nō pro primo inſtanti, in quo intelligitur antecedere diuinam cognitionem: ſed in ſecundo, pro quo iam ſunt cognitæ, ibidem numer. 23.
Eſſentia diuina, ex ſe, eſt repræſentatrix omnium creaturarum poſsibilium, & futurarum, reſpectu intellectus creati, ibidem, numer. 35.
Eſſentia diuina libere repræſentat intellectui creato plures, aut pauciores creaturas, ibid. & n. 75.
Eſſentia diuina, viſa tanquam cauſa, videntur omnes creaturæ, vt effectus, ibid. n. 61.
Eſſentiæ diuinæ eſt, ſe ipſam repræſentare prius: & ſecundario creaturas: non vt eſt earum cauſa: ſed vt eas diſtincte cognoſcit ibid. num. 84.

Eſſentia diuina, non neceſſario, ſed libere, mouet intellectum beati ad viſionem beatam: & eodem modo ſe habet reſpectu voluntatis, diſ. 9. n. 18.
Eſſentia diuina non poteſt agere ad extra, niſi libere, & contingenter, ibid.
Eſſentia diuina, vna in ſe forma, habet duplex materiale ſibi correſpondens, difficult. 42. num 38.
Eſſentia diuina præconcepta infinitati formali, adhuc dicitur infinita realiter, & eminenter, diſ. 44. num. 30.
Eſſentia diuina ſuæ infinitati præconcepta, non concipitur, vt formaliter infinita, aut non finita, ibidem.

Eſſentialiter.

¶ Eſſentialiter eſſe in alio differt ab eo, quod eſt, eſſe de eſſentia illius, diſ. 44. nu. 26.

Euidentia.

¶ Euidentia rei, alia eſt propter ſe, alia propter aliud. Expoſ. art. 1. quæſt. 3. diſt. 1. num. 2. & 3.
Euidentia non ſumitur penes obiecta ſcibilia in ſe; ſed penes ordinem ſcibilium ad intellectum, diſ. 12. n. 59.
Euidentia concluſionis ſumitur ex euidentia principiorum: prout ſunt ab intelectu euidẽter cognita, ibid.
Euidentia & obſcuritas, ſolùm reſpectu vnius actus opponuntur: non reſpectu diuerſorum, diſ. 45. num. 14.

Exiſtentia.

¶ Exiſtentia in creatis eſt primum prædicatum accidentale, diſ 30. n. 8.
Exiſtentia in Deo, eſt de eius conceptu, ita vt eius eſſentia ſine ea concipi non poſsit, ibid. & expo. ar. 2. q. 1. dict. 2. n. 3. & diſ. 40. n. 16. & 28 cum ſequentibus.
Exiſtentia Dei non poteſt ab intellectu creato diſtincte cognoſci, diſ 40. n. 11.
Exiſtentia Dei, & creaturæ vniuoce cõueniũt: non tamen in aliqua realitate, ibidem, & num. 35.
Exiſtentia creata eſt modus intrinſecus, & primum prædicatum accidentale illi adueniens, ibidem num. 26.

Extaſis.

¶ Extaſis, ſiue raptus, fit à Deo intellectum poſitiue immutante, diſſi. 36. n. 14.
Extaſis, ſeu raptus fit, anima à ſenſibus alienata, ibid. n. 17.

F.

Fides.

Fides infuſa, & acquiſita differunt in certitudine, diſ. 2. n. 6.
Fides eſt ſimpliciter neceſſaria ad fideliter & ſupernaturaliter credendum, ibidem, num. 8. & 11.
Fidei reſolutio fit in primam veritatem tanquam in cauſam formalem, & in Eccleſiam proponentem, tanquam in atteſtãtem, ibid. n. 11. & diſ. 13. n. 29.
Fides habitualis infuſa datur intellectui ad ſimpliciter credendum ſupernaturaliter, diſ. 2. num. 8.
Fides habitualis infuſa poteſt dari in non actualiter credentibus, ibid.
Fidei actus ſupernaturalis ſupponit fidem habitualem in credente, ibid.
Fidei actus explicitus eſt aſſenſus, quo credens, articulis ſibi propoſitis aſſentitur, ibidem.
Fides implicita eſt, quæ habetur de aliquo, non in ſe, ſed in alio, in quo includitur, ibidem
Fides implicita eſt duplex, ibid.
Fides explicita omnium credibilium non omnibus eſt æque neceſſaria: bene tamen aliquorum, ibid. n. 9.
Fides explicita credibilium in ſymbolo Apoſtolico contentorũ omnibus adultis eſt neceſſaria, niſi ſint valde rudes, ibid.
Fides explicita credibilium, quæ in ſcriptura, & Eccleſiæ definitionibus continentur, eſt neceſſaria maioribus: non tamen alijs, ſed ſufficit eis fides implicita, ibid.
Fides infuſa eſt ſimpliciter neceſſaria cuilibet fideli de lege ordinata, ibid. n. 29.
Fides acquiſita explicita articulorum non eſt abſolute neceſſaria neceſsitate medij ad ſalutem comparandam, ibid.
Fides acquiſita quid ſit & quomodo ſit maior, vel minor in credentibus, diſ. 8. n. 5.
Fides acquiſita ſacræ Scripturæ eſt de lege cõmuni, cuilibet fideli ad ſalutem neceſſaria: cum triplici tamen limitatione, ibid. no. 5. & ſequentibus.
Fidei materia à ſummo Pontifice definienda, quæ, & quintuplex ſit, diſ. 7. n. 12.
Fidei materia in concilijs definienda diuiditur, ſicut diuiduntur traditiones, & Pontificum definitiones, ibid. n. 17.
Fidei habitus præſtat in Theologia idem, quod habitus principiorum in ſcientijs naturalibus, diſ. 10. n. 12.
Fidei certitudo eſt infallibilior omni alia certitudine: non tamen ſufficit, vt noſtra Theologia ſcientia dicatur, diſ. 12. n. 50.
Fides infuſa, & acquiſita ſpecifice, & realiter diſtinguuntur, diſ. 12. n. 12. & 26.
Fides eſt perfectior habitu ſcientiæ quoad certitudinem, non tamen quoad euidentiam diſ. 12. n. 35.

Fides

Fides,& ſcientia ſimul ſe compatiuntur, diſti. 45.num.6.

Fidei regula eſt duplex,totalis,& partialis,diſ. 9.n 51.

Fidei auctoritatem Arthemonitæ negarunt,& rationem naturalem approbarunt , ibidem num 8.

Fidei aſſenſus non requirit naturales demonſtrationes:& oppoſitum eſt error, ibidem numer.10.

Fides eſt argumentum non apparentium,ibid. num.12.

Fides excludit lumen viſionis beatæ, & lumen demonſtrationis,ibid.

Fides,& ſcientia poſſunt dari ſimul de eodem credibili per accidens:non vero de eodem credibili per ſe,ibid.n.13.& 15.

Fides acquiſita eſt habitus medius inter ſcientiam,& opinionem,ibid.n.30.& 31.

Fideles.

¶ Fideles omnes habent fidem:ſed non habitum Theologiæ.dif.13.n.9.

Finalis cauſa.

¶ Finalis cauſa eſt cauſa extrinſeca . diſ.14. num 7.

Finalis cauſa præſupponit efficientem, tanquam ſubiectum ſuæ motionis, ibidem numer 10.

Finalis cauſæ cauſalitas eſt mouere efficiens, vt amata,& deſiderata,ibid.

Finalis cauſa nullam phyſicam cauſalitatem habet,niſi vt eſt obiectum,ibid.n.11.

Finalis cauſa non cauſat ſui amorem:ſed illum cauſatum ſupponit,diſ.16.n.19.

Finalis cauſæ cauſalitas eſt metaphorica, ibid. n.20.& ſequentibus.

Finalis cauſæ cauſalitas eſt eadem actio,qua efficiens phyſice attingit effectum,motus ab intentione finis,ibid.

Finalis cauſæ cur per ly *propter* reſpondemus? diſ 17.n.20.

Finalis cauſa non mouet neceſſario ad volitionem aliquam mediorum:ſed præciſe ad volitionem medij,ſiue ſit vnum,ſiue multiplex, ibidem n 23.

Finalis cauſa totalis eſt duplex,alia in actu primo,alia in actu ſecundo,diſ.20.n.11.

Vide Verbum.*finis*.& verbum *cauſa*.

Finis.

¶ Finis ſupernaturalis , vt attingatur,requirit potentiam ſupernaturalem.Expoſ. ar.2. q 1.prol.

Finis non poteſt cognoſci ex medijs, niſi cognitis ipſis ſub ea ratione, qua ordinantur in finem,diſ.5.n.26.

Finis ſumitur ſex modis,diſ.14.n.8.

Finis cauſalitas eſt mouere efficiens , vt amatus,& deſideratus,ibid.n.10.

Finis metaphorice mouet efficiens, quia nihil reale cauſat in ipſo , ſed tantum intentionaliter,ibid.

Finis,vt cauſa,nullam phyſicam cauſalitatem habet : vt autem eſt obiectum habet eandem quam obiectum,ibidem numer.11.

Finis dupliciter amatur, naturaliter,& libere, ibid.n.25.

Finis cauſalitas præcedit cauſalitatem efficientis,ibid.

Finis vltimus eſt triplex , verus,apparens,& præfixus.Expoſ ar.2.q.1.diſt.1.

Finis vltimus,communis ad verum , apparentem,& præfixum eſt obiectum fruitionis creatæ in communi,ibid.

Finis vltimi ratio,ac etiam efficientis primi, per accidens coniunguntur in obiecto fruitionis ordinatæ.Expo.ar.2. quæſt. 1. diſt.1. num.3.

Finis vltimus ſolùm eſt obiectum fruitionis: non tamen ſub ratione finis.Expoſ.art.3.q.1. diſt.1.n.1.& 2.& diſ.16 n.25.

Finis vltimus ſumitur fundamentaliter,& formaliter,ibid.

Finis vltimus pro fundamento eſt diuina eſſentia , ſub ratione eſſentiæ:formaliter eſt ipſa eſſentia , vt terminat actum fruitionis,ibidem.

Finis vltimi ratio præcedit in apprehenſione fruitionem veram,& apparentem:ſequitur tamen fruitionem in fine præfixo à voluntate, ibid.n.2.

Finis diligitur,quia eſt bonus:non quia eſt finis.diſ.15.nu.58.

Finis ſolus dicitur propter ſe diligibilis,ibid. nu.17.& 16.

Finis ab alio habet,quòd ſit bonum : & ab alio, quod ſit finis,ibid.

Finis aliter conſideratur , vt finis , & aliter,vt cauſa finalis,diſ.16 n.7.

Finis dupliciter à voluntate diligi poteſt,intentione,& fruitione,ibid.

Finis cauſalitas non conuenit fini,vt poſſeſſo: ſed vt intento:ibid.& n.28.

Finis,vt cauſa,appetitu deſiderij appetitur,ibidem.

Finis poſſeſſus dicit finire;ſed non finalizare, num 8.& 10.

Finis,vt cognitus,eſt conditio ſine qua non vt moueat voluntatem,ibid.num 12.& ſequentibus.

Finis bonitas realis eſt ratio formalis,qua mouet voluntatem,ibid.

Finis tripliciter conſideratur,ibid. num.13.15. & 16.

Finis in quo ſenſu poſſit dici mouere voluntatem,tanquam obiectum,ibid.

Finis mouens voluntatem tanquam obiectum habet cauſalitatem realem.ibid.

Finis,vt cauſa,includit reſpectum diligibilis propter ſe,ibid.num.22. & diſ. 17.numer. 9. & 10.

Finis,vt cognitus (ſumpto , *vt* ſpecificatiue) mouet

Digitized by Google

moüet tamquam conditio, diſ. 16. nu. 29.
Finis inter medius, reſpectu diuerſorũ, & propter ſe, & propter aliud diligibilis. diffi. 17. nu. 12. 16. & 24.
Finis vltimus & diligibilis propter ſe, cum negatione diligibilitatis propter aliud ibid. nu. 13. & 24.
Finis inter medius mouet ad electionem aliorum mediorum, dependenter tamen à fine vltimo, ibid. n. 16.
Finis vltimus non æque immediate mouet ad electionem omnium mediorum: ſed cum ordine quodam, ibid. n. 17.
Finis proximus, & inter medius, ad finem vltimum reducuntur, dif. 19. n. 1.
Finis vltimus eſt, qui non eſt alterius gratia: ſed eius caſa, cætera, ibid. n. 8.
Finis vltimus tria includit, ibid.
Finis vltimus eſt triplex, verus, apparẽs, & præfixus, ibid. n. 9.
Finis vltimus eſt obiectum fruitionis, ibidem num. 18.
Finis vltimus, nec actualiter, nec aptitudinaliter eſt ordinabilis in alium finem, ibid. n. 16. & diſ. 20. n. 31. & 32.
Finis vltimus in communi contrahitur ad eſſe verum, vel non verum, per mobilitatem, vel immobilitatem obiecti, ibidem n. 10.
Finis vltimi ratio, vt ſic, ſolum petit, vt æſtimetur à voluntate tanquam ſummum bonum, & vt ſummo bono præferatur, ibidem numer. 22.
Finis vltimus ſummum bonum, ibidem, n. 39. & dif. 20. n. 28.
Finis vltimus poteſt eſſe ſimplex, vel compoſitus, partialis, ſeu totalis, difficul. 10. numer. 8.
Fines plures totales non poſſunt eundem numero effectum finalizare, ibidem numer. 11. & 14.
Finis noſter vltimus vnicus eſt, tam ſecundum fidem, quàm ſecundum rationem naturalem, ibidem n. 20. & ſequentibus.
Finis vltimus verus ſolus ſaciat capacitatem hominis, ibid. n. 39.
Finis vltimus noſter formalis ex Dei viſione, & fruitione integratur, ibidem, & numer. 13.
Finis noſter vltimus eſt duplex, naturalis, & ſupernaturalis, diſ. 21. n. 12.
Finis noſter vltimus ſumitur, aut in communi, aut in particulari, ibid. n. 13.

Forma.

¶ Forma ſupernaturalis alia eſt per ſe, alia per accidens talis. dif. 4. n. 1.
Formæ ſupernaturales, cum quibuſdam rebus comparatæ, habent ſe tanquam excedens, & exceſſum, ibid. n. 5.
Formæ ſupernaturalitas non poteſt penes ſubſtantiam ſumi, ibid.
Forma ſupernaturalis, non dicitur talis, quia eleuat naturam: ſed ideo eleuat, quia ſupernaturalis eſt, ibidem num. 7. & 10.
Forma ſupernaturalis duplicem reſpectum ſibi identificatum dicit alterum ad agens, & alterum ad obiectum, ibid. n. 8.
Forma ſupernaturalis dicitur formaliter talis à duplici reſpectu, quem dicit ad agens, & ad obiectum, ibid. n. 11.
Formæ ſupernaturales dicuntur theologales. & quare, ibid.
Formæ ſupernaturales propter reſpectum, quẽ dicunt, ſunt in ſe entitates abſolutæ: ibidem num. 12.
Formæ ſunt in duplici differentia, omogeneæ, & etcrogeneæ. dif. 11. n. 18.
Forma inhærens intellectui, alia eſt per modũ habitus, alia per modum fluxus, diffi. 28. numer. 11.
Formæ ſupernaturales non extrahunt naturales potentias à ſua naturali virtute: ſed ipſas eleuant, & perficiunt. dif. 19. nu. 17.
Forma ſubſtantialis accidit materiæ, quam informat, difficu. 43. num. 11.

Franciſcus.

¶ D. Pater noſter Franciſcus viuens in hac vita vidit eſſentiam diuinam, diffic. 36. num. 8. 11. & 20.

Frui.

¶ Frui eſt nomen æquiuocum, ſignificans propire actum voluntatis, & improprie delectationem, quæ eſt paſſio. Expoſ. artic. 2. quæſt. 3. diſt. 1.
Vide Verbum, *fruitio*.

Fruitio.

¶ Fruitio eſt actus amoris amicitiæ, non concupiſcentiæ, dif. 19. n. 28.
Fruitio ordinata eſt duplex, actualis, & habitualis. Expo. ar. 2. q. 2. diſt. 1. n. 7.
Fruitio eſt aſſenſus voluntatis, quo aſſentitur bono propter ſe. Expoſ. art. 1. quæſt. 3. diſt. 1. num. 2.
Fruitio reſpicit finem, dif. 17. n. 9.
Fruitio ordinata non ad libitum fertur in obiectum perfectiſsime ſui quietatiuum. Exp. art. 2. q. 1. diſt. 1. n. 1.
Fruitio beata poteſt dari, ſolum beatus fruatur attributis, aut perſonis. diſ. 31. n. 73.
Fruitio eſt actus voluntatis, quo quis adhæret alicui bono propter ſe ipſum, ibid. num. 15. & dif. 38. n. 12.
Fruitio varie ab Aug. deſcribitur, eiuſque deſcriptiones ponuntur, ibid. n. 12.
Fruitio eſt quædam dilectio, & operatio voluntatis, ibid. n. 13. & 21.
Fruitio realiter à delectatione diſtinguitur. ibidem, n. 22. & ſequentibus.
Fruitio ordinata terminatur in Deum in ſe, prout eſt ſummum bonum, & vltimus finis, ibid. n. 35.

Fruitio

Fruitio eſt neceſſario actus amicitiæ. Expoſ. ar. 2. q. 4. diſt. 1. n. 4.
Fruitio perfecta ſupponit claram viſionem vltimi finis in particulari, ibid.
Fruitio poteſt eſſe circa vltimum finem, tam in vniuerſali, quam in particulari apprehenſum, ibid. n. 5.
Fruitio viatoris, & comprehenſoris valde differunt, ibid. n. 6.
Fruitio viæ, & patriæ diſtinguntur ſpecie, propter aliam, & aliam præſentiam obiecti. dif. 30. n. 25 & 26.
Fruitiones diſtinguntur penes viſiones ad quas ſequuntur, ibidem.
Fruitio, ſiue ordinata, ſiue inordinata, eſt actus terminans vltimate acquietans potentiam, in vltimo fine. Expoſ. art. 2. quæſt. 5. diſt. 2. num. 2.
Fruitio quietat potentiam, quantum eſt ex parte potentiæ: non quantū eſt ex parte obiecti, ibid. nu. 3.
Fruitio non eſt amor concupiſcentiæ, ſed amicitiæ, ibid.
Vide verbum, *aſſenſus*, & verbum, *amor*

Futurum.

❡ Futurum diſtinguitur à poſsibili per negationem exiſtentiæ, dif. 32. n. 16.

G.

Generatio.

GEnerationis principiū in indiuiſibili conſiſtit, di[illegible] 11. n. 29.
Generatio actiua formaliter in viris, & in pueris datur, ibidem.
Generatio vera duo neceſſario requirit, dif. 55 num. 30.
Generatio naturalis ex imperfectiori ſolis concurſu producit fœtum imperfectum, vt patet tempore Eclipſis. dif. 55. n. 28.
Generatio actiua in diuinis eſt prior origine generatione paſsiua, dif. 31. n. 44. & 48.

Gratia.

❡ Gratia eſt duplex, habitualis, & actualis, ſiue præueniens, dif. 3. n. 13.
Gratia actualis eſt duplex, concurſus, ſcilicet, generalis, & ſpecialis, ibid. n. 14.
Gratia eſt finis pœnitantiæ, & aliorum, quæ ſunt media ad ipſam conſequendam, & eſt m[illegible] reſpectu beatitudinis, difficult. 17. num. 15.
Gratia [illegible]ficans requirit neceſſario de lege ſubiectum ſupernaturaliter diſpoſitum, dif. 17. n. [illegible] & 15.
Gratia duo habet, & eſt habitus iuſtificatiuus, & productiuus, ibid. n. 15.
[illegible] & peccatum tantum moraliter deme[illegible] opponuntur, ibid, n. 52.
Gratia excitans, & operans neceſſariæ ſunt ad ſupernaturaliter agendum, difficult. 28. numer. 29.
Gratia iuſtificat formaliter, actio vero cauſatiua gratiæ iuſtificat cauſaliter, ibidem numer. 34.
Gratia non poteſt in infinitum augeri, dif. 42. num. 54.
Gratia gratis data non perit ex ſe ſanitatem ſubiecti. Expoſ. ar. 3 q. 5. ptcl. n. 2.

Graue.

❡ Graue quadrupliciter poteſt quieſcere in centro. Exp. ar. 1. q. 5. diſt. 2. n. 3.

H.

Habilitas.

HAbilitas, ſiue facilitas, ad facile ſciendum non prouenit ab vna concluſione, ſed à pluribus concaten[illegible] dif. 10. nu. 18.
Vide verbum, *habitus*.

Habitus.

❡ Habitus ſupernaturalis reddit potentiam participem Dei, ſibique proportionatam quoad eſſe, & operari, dif. 4. n. 12
Habitus ſupernaturales recipiuntur in natura humana, & non in lapide: & quare, dif. 5. numer. 9.
Habitus omnis operatiuus eſt habilitas, facilitas, & pronitas, dif. 10. n. 12.
Habitus ſcientiæ includit facilitatem, tanquā ſui proprietatem, ibid. & n. 20.
Habitus vnius concluſionis ſolum inclinat ad actus circa eandem concluſionem, & non alterius, dif. 11. n. 10.
Habitus voluntatis bene inclinant ad actus: ſed non repræſentant obiectum, ibidem numer. 45.
Habitus voluntatis verſantur circa ſingularia: Intellectus autem, circa vniuerſalia, ibid. numer. 46.
Habitus voluntatis, alij ſunt ſupernaturales: alij ſunt acquiſiti, ibid. n. 47.
Habitus ſupernatuaalea dant ſimpliciter poſſe ſecus acquiſiti, ibid.
Habitus ſupernaturales non multiplicantur, aut extenduntur, obiectis multiplicatis: benè tamen acquiſiti, ibid.
Habitus intellectualis eſt quintuplex, dif. 12. nu. 5.
Habitus ſpeculatiuus eſt triplex, ibid.
Habitus practicus eſt duplex, ibid.
Habitus Theologiæ eſt medius inter fidem acquiſitam, & ſcientiam: non tamen inter fidē, & opinionem, dif. 53. n. 6. & 8.
Habitus Theologiæ innititur lumini obſcuro fidei, n. 7. & 8.

Ha-

Habitus dicitur practicus ab obiecto, vel à fine, vt eſt obiectum. Expoſ. articu. 5. quæſt. 5. prolog.
Habitus directiuus potius datur propter circunſtantiam, quàm propter ſubſtantiam actus. Expo. ar. 7. q. 5. prol. n. 3.
Habitus non dicitur practicus, quia imperatur à praxi, ſed quia eſt directiuus in praxim. Expoſit. art. 11. quæſt. 5. prol. numer. 3. & 4.
Habitus ſupernaturalis concurrit cum potentia vnica indiuiſibili actione. diſſicu. 26. numer. 32.
Habitus acquiſitus non diſponit potentiam ad receptionem actus: ſed è contra, diffi. 27. num. 22.
Habitus infuſi non noſtris actibus acquiruntur, ibid. n. 24.
Habitus, tam infuſus, quàm acquiſitus perficit potentiam habitualiter eam in actu primo conſtituendo, ibid.
Habitus ſupernaturalis vere concurrit ad ſubſtantiam actus ſupernaturalis. Expoſi. art. 7. quæſt. 4. diſt. 5. num. 1.

Hæreticus.

¶ Hæreticus quis dicendus ſit, diſſicult. 7. numer. 5.
Hæreticorum error, qui recurrunt ad ſacram Scripturam, & negant Apoſtolicas traditiones, conciliorumque ac Pontificum definitiones, dif. 9. n. 1.
Hæreticorum Eccleſia eſt quædam barbarorũ congregatio, fine vnitate, vnione, & capite. Expo. art. 5. q. 2. prol. n. 4.
Hæretici fruſtra intentabant miracula facere, ibidem n. 5.
Hæreticus nullum articulum credit infallibilitate primæ veritatis [illegible] à. is, dif. [illegible] n. 6
Hæreticus non habet verã Theologiam, ibid.

Homo.

¶ Homo in puris naturalibus, ſeclusa Dei eleuatione, adhuc naturaliter inclinaretur ad Deum clare viſum, dif. 6. nu. 27. & 38.
Homo in puris naturalibus, quomodo dicatur facia. ſ Deo fine naturali, ibid. num. 18.
Homo in lege naturæ, fide, ſpe, & charitate ac interiori cultu exteriori Deũ colebat, fine aliqua ſacra Scriptura, dif. 8. nu. [illegible]
Hominis actiones, aliæ dicuntur humanæ, aliæ dicuntur actiones hominis, dif. 18. num. 13. & 14.
Homo non poteſt habere plures fines veros: [illegible] fortan, nec apparentes, diffic. 20. numum. 8.
Homo poteſt ſucceſsiue habere plures fines præſtitutos, ibid.
Homo in quadruplici ſtatu conſiderari poteſt, dif. 21. [illegible]
Homo in primo [illegible] ſtatu [illegible] appeteret bonum naturale, ibidem.
Homo ſtatu ſecundo dicitur infidelis, & appetit bonum apparens, ibidem.
Homo in ſtatu tertio dicitur Hæreticus, ſiue Iudæus, ibid.
Homo in quarto ſtatu dicitur Catholicus, ibidem.
Homo quadruplex bonum appetere poteſt, ibidem num. 11.
Homo, non omnia, quæ vult, appetit propter vltimum finem in communi, ibidem, numer. 47.
Homo non quæcumque appetit, neceſſario appetit propter aliquem finem, ibid.
Homo in quo ſenſu dicitur agere propter vltimum finem in communi, ibidem numer. 5.
Homo non ſemper appetit propter vltimum finem in particulari opera in differentia moraliter bona, ibid. n. 55.
Homo omnia appetit propter Deum vltimum finem imitationis, ibid. num. 59.

I.

Ideæ.

Ideæ creaturarum ſunt ipſæ creaturæ, obiectiue in Deo exiſtẽtes vel rationes per [illegible] rerum prout à Deo intelliguntur: vel eſſentia diuina, vt creaturas repræſentat, diſſi. 31. num. 55.
Ideæ non diſtinguuntur à Deo pluſquam ratione, ibidem.

Ignis.

¶ Ignis conſideratur, vel in genere naturæ, & entis, vel in genere cauſæ. difficult. 4[illegible]. num. 36.
Ignis in ratione entis, habet terminum determinatum ſui augmenti: non vero in ratione cauſæ, ibidem.

Imago.

¶ Imago ſub qua ratione adoratur, difficult. 25. num. 24.

Immenſitas.

¶ Immenſitas ſolum in ſuo genere concludit infinitatem Dei, dif. 4[illegible]. num. 2[illegible].

Imperium.

¶ Imperium eſt actus voluntatis, difficult. 37. num. 44.

Incarnatio.

¶ Incarnationis opus fuit ordinatum [illegible]

qoſm infinem non vltimum, in redamptionem generis humani, diſ.17.num.19.

Inclinatio.

¶ Inclinatio hominis ad Deum finem ſupernaturalem non includit actiuam cauſalitatem: ſed in potentia receptiua eſt rendentia perfectibilis ad ſuum perfectiuum. Exp. ar.1.q.1.proi.

Vide verbum, *aptitudo*, & verbum *capacitas*.

Indiuiduum.

¶ Indiuiduum, & ſuppoſitum non idem important in diuinis: bene tamen in creatis, diſſi.42.num.37.

Infernus.

¶ Infernus eſt locus deſtinatus ſolum eis, qui in mortali peccato diſcedunt, diſſicu.3. num.1.

Infinitas.

¶ Infinitas extenſiua, quoad aliqua, infert infinitatem intenſiuam, diſ.32.n.81.

Infinitas Dei, licet ſit demonſtrabilis propter quid ex natura terminorum: quoad nos tamen tantum eſt demonſtrabilis demonſtratione quia. Expoſit. quæſt. 2. diſtinct. 2. numer. 1.

Infinitas non contrahit ens, vt ens: ſed ens quantum, diſ.41.n.10.

Infinitas intenſiua eſt quidam modus poſitiuus poſitiue Deum à creaturis diſtinguens, diſ.42.n.16.& 35.

Infinitas intenſiua non ſolùm negat finitatem de Deo: ſed ei perfectionem maximam tribuit, ibid.n.16.

Infinitas intenſiua non poteſt habere principium durationis, ibid.n.19.

Infinitas intenſiua à poſteriori probatur ab Alexandro Alenſi, ibid.n.20.

Infinitas intenſiua conſiſtit in ratione, qua Deus continet realiter, & eminenter omnes perfectiones, ibid.n.29.

Infinitas eſt pelagus omnium perfectionum conueniens eſſentiæ diuinæ attributis præconceptæ, ibid.n.30.

Infinitas non continet formaliter attributa: ſed radicaliter, ibid.

Infinitas habet omnem perfectionem compoſſibilem cum eſſentia diuina identificare, ibidem, nu.31.

Infinitas Dei extrahit illum ab ordine rerum, à quibus ſinitum diſtat, difficult. 4. numer.12.

Infinitas eſſentiæ differt ab infinitate attributorum, ibid.num.32.& 34.

Infinitas eſſentiæ nihil accipit ab infinitate attributorum: bene tamen è contra, ibidem,

Infinitas eſſentiæ poteſt concipi ſine infinitate attributorum: non è conuerſo, ibid.

Infinitas intenſiue eſt gradus perfectionis eſſentiæ diuinæ, ibid.num.33. & diſſic.44.numer.22.

Infinitas cum eſſentia facit quoddam conſtitutum, ibid.nu.33.

Infinitas dicitur paſſio tranſcendens diuinæ eſſentiæ: non tamen dicitur eius attributum, ibid.n.12.& 19.

Infinitas intimior eſt eſſentiæ, quàm attributa ibid. & n.14.

Infinitas non dicit formalitatem diſtinctam à formalitate eſſentiæ, ibid.nu.13.

Infinitas dicit formalitatem modi, ſed non entitatis, ibid.

Infinitas poteſt ab eſſentia præſcindi, ibidem, num.14.

Infinitas tenet medium inter eſſentiam, & attributa, ibid.nu.17.

Infinitas diſtinguitur formaliter negatiue, ſed non poſitiue, ab eſſentia, ibid.

Infinitas non pertinet ad quidditatem Dei, ibidem n.20.

Infinitas demonſtratur de Deo, ibidem numer.24.

Infinitum.

¶ Infinitum in actu non datur. Expo. art.9. q.2.diſt.2.n.1.

Infinitum à nullo ente exceditur, & excedit omne ens. Expoſi.art.10.quæſt.2.diſt.2.n.1. 2.& 3.

Infinitum eſt, cuius quantitatem accipientibus, ſemper eſt aliquid extra, ibid.n.3.

Infinitum eſt duplex, vel penes quantitatem molis, vel penes quantitatem virtutis, diſſi. 41.num. 11.

Infinitum in quantitate virtutis eſt duplex: vel ſecundum magnitudinem, vel ſecundum multitudinem, ibid.n.12.

Infinitum in quantitate molis intelligitur, vel in potentia, & ſyncathegorematice, vel cathegorematice, & in actu, ibid,n.13.

Infinitum in potentia eſt cuius quantitatem accipientibus, ſemper eſt aliquid extra ſumere, ibid.

Infinitum in actu eſt, quod habet tot partes, vt aliam, poſt illas habere nõ poſsit, ibidem numer.14.

Infinitum in perfectione entitatiua, non poteſt dari de potentia abſoluta, in rebus creatis, nec in actu, nec in potentia, ibidem numer.22.

Infinitum in perfectione graduali, nec in actu nec in potentia eſt dabile, de potentia abſoluta, ib.n.24.

Infinitum in quantitate continua non eſt dabile, nec in actu, nec in potentia, ibidem numer.17.

Infinitum corpus non poteſt moueri, ibidem num.18.

Infinitum ſecundum multitudinem, & ſi ſit dabile

bile in potentia:non tamen in actu, etiam de potentia Dei,ibid.nu.38.
Infinitum eſt,quod aliquod finitum, ſecundū nullam babitudinem finitam præciſe excedit,ſed vltra omnem babitudinem aſsignabilem exeedit adhuc, difficult.43. numer. 23.
Iofinitum affimationem dicit, & ſi per negationem explicetur,ibid.num.25.
Iofinitum intenſiue negat quamcumque finitatem in vniuerſali: & non hanc, vel illam in particulari,ibid.
Infinitum intenſiue dicitur infinitum per eſſentiam,per naturam, ſeu in entitate, ibidem.
Infiniti ratio,qua omne finitum exeedit,eſt in ſe abſoluta,licet per habitudinem ad finitum explicetur,ibid.nu.25.
Infinitum elare deſeribitur, ibidem,& num.26. & 27.
Infinitum per eſſentiam omnem imaginabilem perfectionem includit,ibid.n.27.
Infinito nulla poteſt fieri additio, ibidem numer.19.
Infinitum reſoluitur in conceptum eſſentiæ, & in conceptum infinitatis,quæ eſt eius modus intrinſeeus,diſ.44.n.37.

Innocentes.

¶ Innoecs martyres æqualem beatitudinem habent,diſ.33.num.23.

Inſtrumentum.

¶ Inſtrumenta artis,alia ſunt communia artificibus vulgaribus: alia excellentiora Artificibus excellentibus eiuſdem artis, diſ.8. num,20.
Inſtrumenta in rigore non habent propriam actiuitatem: ſed agunt actione agentis principalis,diſ.26.n.22.& 33.
Inſtrumentum multiplieiter accipitur, ibidem.

Intellectio.

¶ Intellectio formalis idem eſt, quod viſio, diſ.25.n.53.
Intellectio,& volitio Dei, non ſunt aliud ab eſſentia Dei: nec intellectus, & voluntas. Expo.art.6.q.2.diſt.2.n.2.
Vide verba, *viſio*, *notitia*, cognitio, *verbum*.

Intellectus.

¶ Intellectus noſter non poteſt ſupernaturalia cognoſcere:quia ea ſibi præſentia facere non poteſt,diſ.2.n.5.
Intellectus noſter non intelligit,eo quod agit, aut patitur præciſe:ſed quia percipit obiectum relucens in forma,qua dicitur pati,ibidem nu.7.
Intellectus habet duas actiones,& duas paſsiones,& vnam operationem,ibid.
Intellectus agens,& poſsibilis eſt vnus met intellectus,ibid.
Intellectus,vt intelligat,requirit ſolum ſecundam paſsionem,& illam vnicam operationem,ibid.n.8.
Intellectus,vt naturaliter intelligat, vtramque actionem,& paſsionem, & operationē poſtulat,ibid.
Intellectus noſter poteſt eſſentialiter intelligere omne, quod ſub ſuo obiecto continetur: non vero naturaliter.ibid.
Intellectus noſter tantum intelligit pro hoc ſtatu ea,quæ à ſenſibilibus abſtrahere poteſt ibid,nu.17.
Intellectus duplicem habet impoſsibilitatem ad intelligendum,phyſicam,& moralem,diſficu.2.n.13.
Intellectus, potens naturaliter cognoſcere principium, poteſt actualiter cognoſcere tantum concluſiones in tali principio incluſas. Expoſit.articu.10.quæſt.1.prol.n.3.
Intellectus poſsibilis, reſpectu ſpecierum intelligibilium impreſſarum, mere paſsiue ſe habet:reſpectu tamen earum,quæ ſunt ſcientia,non paſsiue,ſed actiue ſe habet,diſſi.10. num.17.
Intellectus diuinus ordinem ſeruat in ſua cognitione.Expoſit.artic.8. quæſt.3. prol.numer.4.
Intellectus extenſione fit practicus. Expo.at. 1.q.5.prol.n.2.
Intellectus conſideratus, vt ſiſtit in actibus ſuis, dicitur ſpeculatiuus: & vt dirigit actus aliarum potentiarum, practicus, ibidem, num.3.
Intellectus,habitus,& actus,ab eodem practici dicuntur;licet non ita immediate.Expo. art.4.q.5.prol.n.3.
Intellectus dicitur practicus,quia vt prior voluntate eam dirigit in praxim.Expo. at.11.q. 5.prol.nu.3.
Intellectus,& voluntas differunt in ordine ad ſuos actus quadrupliciter,diſ.16.nu. 13.15.& 56.
Intellectus humanus poteſt abſtractiue diſtincte Deum cognoſcere:ſicut & Angelus,diſ. 53.num.16.
Intellectus creatus quadrupliciter conſiderari poteſt,reſpectu viſionis beatæ,ibidem numer.17.
Intellectus creatus ad recipiendas formas ſupernaturales, non indiget eleuari, ibidem.
Intellectus creatus ad eliciendam Dei viſionem indiget defectu luminis gloriæ, ibidem, & num.38.
Intellectus creatus, quatenus eſt potentia operatiua,non indiget lumine gloriæ, ibidem.
Intellectus quilibet creatus non poteſt naturaliter Deum intuitiue videre, ibidem numer.19.

In-

Intellectus creatus adhuc præſentata ſibi diuina eſſentia non poteſt ſine eleuatione eam intuitiue videre, ibidem, numer. 23.

Intellectus videns diuinam eſſentiam in raptu habet memoriam ipſius diſtincte, ibidem, num. 30.

Intellectus creatus, reſpectu Dei, eſt in potentia obedientiali: reſpectu vero actus ſuper naturalis, eſt in potentia naturali, ibidem, numer. 35.

Intellectus ex ſe reſpectu verbi, eſt principium æquiuocum, dif. 25. nu. 9.

Intellectus aſſimilat ſibi verbum ratione obiecti ſibi coniuncti, ibid. nu. 22.

Intellectus aliter ſe habet, reſpectu intellectionis naturalis, & aliter reſpectu viſionis beatæ, dif. 26 n. 13.

Intellectus intelligit, quia recipit intellectionem, tanquam rationem formalem intelligendi, ibid. nu. 25. & 40.

Intellectus eſt cauſa principalis viſionis beatæ: & non tantum inſtrumentalis, ibid. nu. 23. & 28.

Intellectus eadem actiuitate, quam nunc habet in via, videt Deum in patria, dif. 27. numer. 25.

Intellectus creatus ad videndum Deum indiget aliquo lumine eleuari, ibidem, num. 40.

Intellectus creatus poteſt naturaliter Angelũ videre: non tamen Deum, difficul. 28. num. 26.

Intellectus lumine gloriæ eleuatus adhuc eget obiecto beatifico ad videndum ipſum; ibidem num. 25.

Intellectus creatus habet virtutem operatiuã circa Deum: non tamen productiuam viſionis beatæ, ibid. n. 36.

Intellectus diuinus non poteſt videre eſſentiã ſine perſonis, & attributis, dif. 31. num. 49 & 69.

Intellectus creatus ex quadruplici capite (ſecundum multos) non poteſt videre in verbo, quæ verbum videt, difficult. 32. numer. 23.

Intellectus creatus videns infinitatem in actu non dicitur comprehenſiuus, ibidem, num. 25. & 37.

Intellectus diuinus videt infinita impoſsibilia, vt impoſsibilia: ſed non vt exiſtentia actu, dif. 32. nu. 27.

Intellectus creatus poteſt videre infinita poſsibilia, vt poſsibilia exiſtere, ibidem.

Intellectus diuinus cognoſcit poſsibilia ante decretum voluntatis: futura autem poſt decretum, ibidem numer. 34.

Intellectus creatus non poteſt ſimul infinitas intellectiones elicere: bene tamen eas ſimul recipere, ibid. n. 39.

Intellectus creatus poteſt ſimul infinita obiecta videre, ibid. nu. 81.

Intellectus, & lumen gloriæ ſunt duæ partiales cauſæ viſionis beatæ, difficu. 33. num. 9. & 42.

Intellectus æquales, cum æquali lumine gloriæ, erunt in gloria inæquales ex inæqualitate intellectuum, ibidem numer. 54. & 145.

Intellectus creatus immediate attingit viſionem beatam ibid. n. 20.

Intellectus nullus creatus poteſt Deum adæquate videre, ſicut ipſe viſibilis eſt, diffi. 34. num. 10.

Intellectus nullus creatus poteſt comprehendere Deum, ibid. & ſequentibus.

Intellectum creatum Deum comprehendere non poſſe, eſt propoſitio Catholica, & de fide ibid. n. 20.

Intellectus creatus videns Deum, & omnia, quæ quomodolibet ſunt in Deo, nõ comprehendit Deum, ibid. n. 50.

Intellectus comprehendens Deum videt omnes creaturas, eſt verum à fortiori, ibidem, num. 54.

Intellectus eſt potentia ſpeculatiua, & practica, dif. 37. n. 7.

Intellectus dicitur practicus, quia dirigit voluntatem ad finem, nu 8.

Intellectus, & voluntas poſſunt eſſe adinuicem cauſæ in ſuis actibus, ibidem, numer. 11.

Intellectus ſine libertate voluntatis, peccare non poteſt ibid n. 21.

Intellectus ſiue practicus, ſiue ſpeculatiuus, ſubditur imperio voluntatis: & voluntas vtitur illo, ibid. n. 34.

Intellectus, cur pro hoc ſtatu ſe diuertit ab actuali intellectione, quam de obiecto habet, dif. 39. nu. 18.

Intellectus diuinus intelligit ſemper, neceſſario, & diſtincte, quodlibet obiectum, priuſquam in ſe ſit. Expoſit. art. 7. quæſt. 2. diſt. 2. num. 1.

Intellectus creatus, & diuinus in quatuor differunt, reſpectu cognitionis obiectorum, ibidem.

Intellectus diuinus dicitur infinitus, quia ſimul in actu intelligit infinita. Expoſi. art. 8. quæſt. 2. diſt. 1. n. 1.

Intelligere.

¶ Intelligere non eſt actio, difficult. 25. num. 22.

Intelligere eſt effectus formalis viſionis, ſiue verbi mentis, ibid.

Intelligere eſt operatio vitalis intellectus, ibid.

Intelligere diuinum eſt neceſſario intelligere ſui, & omnium intelligibilium: non ſic autem intelligere creatum. Expoſi. art. 9. quæſt. 5. diſt. 2. num. 4.

Intentio.

¶ Intentio voluntatis eſt tendentia in finem, dif.

difficult.16.numer.8.
Intellectio interpretatiua ſupponit obiectum interpretatiue volitum potuiſſe eſſe actu in ſe ipſo volitum,difficult. 19. numer. 17.
Intentio eſt actus voluntatis circa finem per media conſequendum,diſ.37.n.15.
Intentio non eſt impoſsibilium, ibidem num. 16.
Intentio,& electio relatiue opponuntur ibid. n.20.
Intentio includit in obliquo ſpem, ſeu deſiderium finis per media conſequendi, ibidem.
Intentio differt à deſiderio,& ſpe,tam ex parte obiecti,quàm ex parte ipſius actus,ibidem num.21.

Iurans.

¶ Iurans falſum pro amico mortaliter peccat,diſ.19.num.43.

Iuſtus.

¶ Iuſtus venialiter peccans non fruitur, ſed vtitur creatura,diſ.20.num.29.

L

Lex.

LEx vetus,& noua, quomodo interſe differant.Exp.ar.1.q.2.prol.n.7.
Lex vetus,& noua,fuerunt ſpirituales.non tamen vtraque contulit ſpiritum,ibidem, numer.9.
Lex vetus, & noua ſunt attramento ſcriptæ: non tamen,quando conditæ ſunt,ibid.
Lex vetus non dabat gratiam niſi ex opere operantis:lex autem noua ex opere operato, ibidem.
Lex gratiæ fuit à Chriſto ſancita, & ab eius diſcipulis ſcripta ſolum ad memoriæ perpetuitatem,ibid.n.10.
Lex vetus punit delinquentes; lex vero gratiæ iuſtificat peccatores, ibidem numer.12. & 13.

Libertas.

¶ Libertas dari non poteſt, ſine intellectus conſultatione,diſ.37.n.12.
Libertas voluntatis eſt duplex, contrarietatis & contradictionis,diſ.39.nu.59.
Libertas contrarietatis requirit in obiecto cognito bonitatem,vel malitiam,ibidem,& num.61
Libertas contradictionis poteſt exerceri, etiã ſi obiectum cognitum ſit ſumme bonum, ibidem.
Vide verbum, *voluntas*, & verbum *neceſſitas*.

Libri.

¶ Libri canonici quot ſint,oſtenditur, diffi. 7 n.8.& 12.cum ſequentibus.
Librorum canonicorum triplex eſt ordo, ibid. num.9.& 10.
Libri apocriphi quid ſignificent, & quales in ſacra Biblia ſint inſerti,ibid.n.34.

Logica.

¶ Logica eſt ſcientia ſpeculatiua,& non practica.Expo.ar.1.q.5.prol.n 5.
Logica dicitur vtens, quia medijs dialecticis vtitur,diſ.37.num..7.
Logica duplex habet obiectum adæquatum alterum totale,& eſt inſtrumentum ſciendi:alterum libri Priorum,& eſt ſyllogiſmus.Exp. art.1.quæſt.3.prol,num.2.

Lumen.

¶ Lumen gloriæ habet ſe ex parte potentiæ, & non ex parte obiecti.Exp.art.4.q.3.prol. num.4.
Lumen obſcurum fidei. & lumen gloriæ non diuerſificant Theologiam noſtram.& Beatorum.Exp.art,2. quæſt.4. prol. numer. 4.& 5.
Lumen naturale eſt tantum conditio, reſpectu viſionis corporeæ,diſ.23.n.38.
Lumen gloriæ eſt vera cauſa viſionis beatæ, ibidem.
Lumen gloriæ de facto neceſſarium eſt ad viſionem beatam eliciendam:non tamen ad recipiendam,niſi de congruo,diſ.27. num.12.& 37.
Lumen gloriæ eſt habitus productiuus:ſed nõ ſanctificatiuus,ibid.n.15.
Lumen gloriæ,de potentia abſoluta nullo modo eſt neceſſarium intellectui creato, ad claram Dei viſionem,ibidem num.18.& ſequentibus.
Luminis gloriæ cauſalitas dupliciter à Deo suppleri poteſt,ibid.n.25.
Lumen gloriæ non eſt ſpecies intelligibilis tenens ſe ex parte eſſentiæ diuinæ,ibid.nu.27. & 30.& diſ.28.n,25.
Lumen gloriæ non eſt habitus charitatis, aut gratiæ gratum facientis, difficult.28.numer.2.
Lumen gloriæ non poteſt voluntati inhærere, ibidem.
Lumen gloriæ non eſt ipſa viſio beata, ibidem num.3
Lumen gloriæ, vt eſt forma intrinſece inhærens intellectui, dupliciter conſiderari poteſt,ibid.nu.12.&.13.
Lumen gloriæ,non poteſt concludi, eſſe formam actualem,ſeu habitualem, nec ſe tenere ex parte obiecti, ibidem, numer. 14. 15.& 25.

Lumen gloriæ non eſt ſimilitudo eſſentiæ diuinæ, ibid n. 6.
Lumen gloriæ eſt donum Dei & forma realis, intrinſece intellectui beati inhærens, ibid. num. 23. & 24.
Lumen gloriæ tenet ſe ex parte intellectus creati, tribuens ei efficacitatem, ibidem numer. 26.
Lumen gloriæ eſſe auxilium Dei, probabile eſt: probabilius tamen, eſſe habitum, ibidem nu n. 21.
Lumen gloriæ eſt quoad modum & quoad ſubſtantiam ens ſupernaturale, diffic. 29 numer. 11.
Lumen gloriæ non eſt præmium correſpondẽs merito, dif. 33. n. 11. & 44.
Lumen gloriæ non tollit actiuitatem intellectus: ſed eum determinat ad determinatum effectum, ibid. num. 28.

Lux.

¶ Lux eſt ratio formalis, ſub qua obiectum viſus videtur. dif. 27. n. 19.

M.

Mahometus.

MAhometus Turcarum ſeductor fuit Epilepticus, dif. 36. num. 13.

Malitia.

¶ Malitia, & bonitas priuatiue opponuntur, dif. 15. n. 10. & dif. 17. n. 11.
Vide verbum, *bonitas*.

Maria Virgo.

¶ Maria Virgo, ante cœlorum ingreſſum, diuinam eſſentiam vidit, dif. 36. n. 2.
Maria Virgo tertia die ſurrexit à mortuis, ibidem.
Maria Virgo in die veneris à mortuis ſurrexit ibid.
Maria Virgo in via vidit eſſentiam diuinam, ibidem n. 4.

Materia.

¶ Materia prima quacumque forma ſubſtantiali perfectè quietatur, dif. 5. n. 20.
Materia prima eſt in potentia naturali ad omnes formas naturales, & non in potentia neutra, ibidem num. 21.

Matthæus.

¶ Matthæus Euangeliſta quaſi ſyllogiſtice Chriſti diuinitatem probat. Expoſ. artic. 2. quæſt. 2. prol.

Medium.

¶ Medium ad finem, & ſi habeat propriam bonitatem, non tamen eſt per ſe primo volitum, ſed ſecundario propter finem. Expo. ar. 4. q. 1. prol. nu. 1.
Medium ad finem non cognoſcitur, cognito fine, ibid.
Medium à Deo ordinatum ad conſequendum finem ſupernaturalem habet eſſentialẽ connexionem cum ipſo fine, non tamen naturalem, ibid. n. 2.
Medium commune ſolum facit ſcire concluſiones communes, non tamen proprias cuiuſliber ſubiecti ſub cõmuni ſubiecto contenti. Expoſit. artic. 10. quæſt. 1. prolog. numer. 3. & 4.
Media ad vnum finem ſunt plura, ſe habentia ordinate. dif 17. n. 1.
Medium vnum poteſt eſſe cauſa finalis, reſpectu alterius medij, ibidem numer. 7. 17. & 19.
Medium formaliter dicit ordinem, vt appetatur propter finem. ibid.
Medium eſſe finem proximum alterius medij, probabile eſt: ſed non finem vltimum, ibid. n. 8.
Media inter media habent rationem veri, & formaliſſimi finis, ibid. n. 21.
Medium, vt medium, reduplicatiue, non habet rationem finis: ſed ſpecificatiue tantum, ibidem n. 26.
Media ad aliquem finem vltimũ opponuntur inter ſe: ſicut & fines vltimi inter ſe opponuntur. dif. 19. n. 33
Media ad malum finem pertinent ad ſpeciem eiuſdem finis. ibid.
Medium cognoſcendi eſt duplex, aliud cognoſcendi cognitum, aliud cognoſcendi non cognitum, ſeu vt quod, & vt quo, difficult. 24. numer. 11.
Medium cognoſcendi cognitum, cuius imago & ſimilitudo ſit prius cognita, non eſt dabile, ibid. nu. 12.
Mediorum bonitas eſt duplex: propria, & participata, dif. 14. n. 9.
Media ordinari ad finem, & finem mouere ad electionem mediorum, eſt valde diuerſum, ibidem.
Media, vt media, duplicem habent bonitatem intrinſecam, diffi. 15. numer. 15. & diffic. 17. num. 11.
Medium eſt per ſe bonum, & obiectum voluntatis, ibidem num. 19.

Memoria.

¶ Memoria fœcunda eſt intellectus ſpecie intelligibili informatus. dif. 10. nu. 11. & diffi. 25. n. 19.
Memoriæ actus terminatus ad duplex obiectum, dif 24. n. 41.
Memoria fœcunda producit Verbum per actũ dicendi, ab actu intelligendi realiter diſtinctum, dif. 25. n. 10.

Meritum

Index ſextus rerum notabilium operis Auctoris.

Meritum.

¶ Meritum iuſtificationis eſt diſpoſitio ad gratiam, dif. 5. num. 12.

Miraculum.

¶ Miraculorum patratio non ad gratiam gratum facientem, ſed ad gratis datam ſpectat. Expo. ar. 5. q. 2. prol. n. 5.

Miracula à Deo facta in alicuius doctrinæ confirmationem, oſtendunt, talem doctrinam eſſe veram, & ab ipſo approbatam, ibid.

Miracula ſolùm ſunt à Deo effectiue à ſanctis vero inſtrumentaliter, ibi .

Miraculi definitio ab Aug. tradita diffuſſe exponitur, ibid. nu. 10.

Miracula ſunt in duplici differentia, alia rigoroſa, alia non rigoroſa, ibid. n. 11.

Miracula non rigoroſa, alia ſunt veræ res, alia res non apparentes, ibid. n. 12.

Miracula non rigoroſa fient ab Antichriſto, virtute dæmonis, ibid. num. 14.

Mixtio.

Mixtio vini, & aquæ in calice habetur tantum ex Eccleſiæ, & ex Apoſtolica traditione, dif. 9. num. 31.

Modus.

¶ Modus dicendi per ſe eſt quadruplex, dif. 40. num. 17.

Modus intrinſecus dicit alium conceptum à te cuius eſt modus, dif. 4?. n. 48.

Modus intrinſecus non eſt ens in recto, ſed in obliquo, dif. 44. n. 13.

Modus intrinſecus eſt, qui non variat rationem formalem conſtituti per ipſum, nec eſt remotus ab illo, ibid. n. 15.

Modus intrinſecus differt à differentia eſſentiali, ib n. 16.

Modus intrinſecus eſt duplex, alter ſpecificus, alter indiuidualis, ibib. n. 12.

Moyſes.

¶ Moyſes non fuit conditor legis ſcriptæ: ſed promulgator. Expoſ. art. 1. quæſt. 2. prol. num. 10.

Moyſes vidit in via eſſentiam diuinam, diffic. 36. num. 5. & 11.

Mutatio.

¶ Mutatio realis datur per deſtructionem, ſiue aduentum relationum, dif. 13. n. 27.

N.

Natura, naturale, naturaliter.

NAtura, naturale, & naturaliter, aliqualiter ſunt æquiuoca. dif. 4 n. 6.

Natura noſtra duplicem rationem habet, alteram abſolutam, quæ eſt eius quidditas: alteram reſpectiuam, qua reſpicit ſupernaturalia, dif. 5. n. 26.

Natura noſtra poteſt ab Angelo cognoſci ſub ratione abſoluta: non tamen ſub reſpectiua, ibidem.

Natura noſtra eſt in potẽtia paſſiua naturali ad omnes actus ſupernaturales, quibus de facto perfici poteſt, ibid. n. 27.

Natura noſtra eſt in potentia paſſiua neutra ad actus ſupernaturales poſsibiles, qui nunquã erunt, ibid.

Natura noſtra maximam excellentiam habet, ex eo quòd inclinetur naturaliter ad actũ, quem eius actiuitas attingere non valet. ibidem, n. 28

Natura noſtra non eſt naturaliter inclinata ad vnionem hypoſtaticam: bene tamen ad reliquas formas ſupernaturales, etiam & ad vltimum finem. diſ. 6. 17. 18. & 19.

Natura agit propter finem ex directione ſupremi agentis, dif. 40. n. 34.

Natura agit propter finem directa à cognoſcẽte finem. Expoſi. articu. 5 quæſt. 2. diſt. 2. numer. 2.

Natura Angelica non eſt ex ſe indiuidua, & ſuppoſitata: ſed per aliud à ſe indiuiduatur, diſſi. 42. num. 36.

Neceſsitas.

¶ Neceſsitas duplex medij, & præcepti, diſ. 3. nu. 16.

Neceſsitas eſt quadruplex coactionis, immutabilitatis, ineuitabilitatis, & neceſsitas naturalis, dif. 39. nu. 12.

Neceſsitas naturalis ſola eſt neceſsitas, non tamen aliæ, ibidem.

Neceſsitas ineuitabilitatis reperitur in diuina voluntate, ſimul cum dilectione diuinæ eſſentiæ & productione ſpiritus Sancti. ibidem.

Neceſsitas immutabilitatis reperitur cum libertate voluntatis diuinæ in operibus ad intra. ibid. n 23.

Neceſsitas ineuitabilitatis dilectionis diuinæ prouenit ex eſſentia diuina, & ex diuina voluntate, dif. 39. nu 25.

Neceſsitas ineuitabilitatis non datur in voluntate diuina in operibus ad extra, ibidem numer. 26.

Neceſsitas agendi prouenit per aliquid intrinſecum in principio actiuo, ibid. num. 48.

Negatio.

¶ Negatio nulli conuenit, niſi ratione alicuius affirmationis. diſ. 45 n. 16.

Negatio nihil tribuit rei: ſed aliquid negat de re, ibidem.

Negatio non facit diſtinguere poſitiue, ibidem.

Notitia

Notitia.

¶ Noticia concluſionum in Deo non prouenit ex notitia principiorum: ſed veraque immediate ex notitia diuinæ eſſentiæ prouenit dif.12.n.37.
Notitiæ cauſæ ſunt intellectus, & obiectum, dif.14.n.7.
Notitia practica reſpicit obiectum, vt cauſam efficientem, & vt cauſam ſpecificantem, hoc eſt, vt motiuum, & terminatiuum, ibid. nu. 14.15. & 16.
Notitia practica, vt practica, & ſpeculatiua, vt ſic, cauſantur ab intellectu, & obiecto, vt à duabus cauſis productiuis, ibidem.
Notitia practica reſpicit intellectum, vt cauſam, & vt ſubiectum, ibid.n.16.
Notitia practica ſpecificatur ab obiecto, & non ab intellectu, & quare, ibidem, numer.18.
Notitia intuitiua dicit ordinem ad obiectum in ratione mouentis, & terminantis, ibidem nu 0.22.
Notitiæ intuitiuæ ordo ad obiectum, vt mouens, eſt ei accidentalis, & à Deo ſuppleri poteſt: ſecus ſecundus reſpectus, quia eſt ei eſſentialis, ibid.
Notitia intuitiua dicitur eſſe rei exiſtentis, exiſtentia pro connotato ſumpta, difficult. 30.num.14.
Notitia intuitiua & abſtractiua interſe differunt, penes preſentiam, & abſentiam obiecti, ibid.nu.9. & 10.
Notitia euidens eſt idem, quod diſtincta. ibid.
Notitia diſtincta eſt quidditatiua. ibidem.
Notitia quidditatiua poteſt eſſe abſtractiua. ibidem.
Notitia abſtractiua terminatur ad obiectum preſens in ſpecie relucens: intuitiua vero ad obiectum in ſe præſens per extrinſecã vnionem intellectui vnitum, difficult. 30, numer.18.
Notitia abſtractiua reſpicit realiter obiectum, realiter non exiſtens, difficult.31. num. 19.
Vide verbum, cognitio, intellectio, conceptus, verbum.

Nolle.

¶ Nolle eſt actus poſitiuus voluntatis: non velle autem eſt mera negatio actus, dif.39. num.4.
Vide verbum, actus, aſſenſus, voluntas.

O.

Obiectum.

Obiectum, quatenus motiuum eſt, cauſa eſt ſui cognitionem, dif.1.n.3.
Obiectum eſt duplex, motiuum, & terminatiuum, ibid.n.13.
Obiectum poteſt dupliciter cognoſci, immediate, & mediate, ibid.n.14.
Obiectum terminatiuũ eſt duplex, aliud, quod per ſe primo, aliud, quod ſecundario terminat, ibid.n.13.
Obiectum primum, & adæquatum idem propriè ſunt ſecundum Scotum. Expo. art.1.q.3. prol num.1.
Obiectum primum eſt triplex, primitate, ſcilicet, adæquationis, virtutis, & perfectionis, ibid.num.3.
Obiectum eſt, quod continet in ſe primo virtualiter omnes veritates illius habitus, cuius eſt, ibid.n.4.
Obiecti adæquati definitio hæc exponitur, ibidem.
Obiectum continet virtualiter concluſiones de ipſo demonſtrabiles: ſicut antecedens continet conſequens, ibid.n.5.
Obiectum & intellectus ſunt cauſæ notitiæ, dif.14.n.7.
Obiectum, vt mouens, concurrit in genere cauſæ efficientis, eius terminans cognitionem in genere cauſæ formalis, ibid.n.13.
Obiecti cauſalitas contrahit cauſalitatem intellectus, ibid.
Obiectum contingens habet eſſe primum à voluntate diuina. Expoſ. art.14.quæſt. 5.prol. num.1.
Obiectum adæquatum voluntatis eſt bonum in communi, dif.15.n.12.
Obiectum intellectus, & voluntatis eſt cauſa illis principalior actiua, reſpectu viſionis, & amoris, dif.16.n.18.
Obiectum beatificum requirit vnitatem eſſentiæ, & bonitatem eſſentialem: diuerſimode tamen. Expoſi ar.1.q.2.diſt.1.n.5.
Obiectum beatificum, vt ſic, non includit tres diuinas perſonas, ibid & n.6.
Obiectum ex duplici capite dicitur cognoſci adæquate, vel inadæquate. Expoſi. ar.1.q.2. diſt.1.n.1.
Obiectum primum intellectus creati, imò & increati idem prorſus eſt, dif.12.n.16.
Obiectum cuiuſlibet ſcientiæ, imo & Theologiæ habet rationem communem ſibi, & alijs, & etiam propriam. Expo.ar.9. quæſt.1.prol. num.4.
Obiecta creata aliter ſe habẽt, reſpectu intellectu creati, & aliter reſpectu intellectus diuini. Exp.ar.8.q.3.prol.n.6.
Obiectum primum potentiæ eſt triplex, ſcilicet, primitate adæquationis, virtutis, vel perfectionis, ibid.n.18.
Obiectum viſus variè à Doctoribus aſsignatur ibidem.
Obiectum primum intellectus diuini dicitur primum primitate virtutis adæquationis, & perfectionis, ibid. & n.19.
Obiectum primum intellectus diuini eſt ipſa eſſentia diuina, ibid.
Obiectum primum primitate adæquationis,

reſpectu intellectus creati,eſt aliud,& aliud, ibid.num.20.
Obiectum eſt intellectui propria ratio agendi diſ.24.nu.54.
Obiectum, reſpectu verbi,eſt principium vniuocum ex ſe,generans ſibi ſimile in eſſe in tentionali,diſ.25.nu.19.
Obiectum,& intellectus actiue ad quamcumque intellectionem côcurrunt, difficu.26.numer.13.
Obiectum quodcumque naturale viſibile(dempta luce) eſt imperfectum,reſpectu oculi corporei,diſ.27.n.18.
Obiectum, dum ſe proxime intellectui præſentat, ſubſtituit locum ſpecie. iſficat. 28. numer.21.
Obiectum dicitur eſſe præſens,vel in ſe,vel in ſua ſpecie,diſ.30.nu.14.
Obiectū beatificum reſpectu beatitudinis Dei & noſtræ,vnum,& idem eſt, ſecundùm eandem rationem formalem,diſ.31.n.15.
Obiectum beatificum beat,in quantum viſionem,& fruitionem,terminat,ibid.
Obiectum beatificū eſt Deus, ſub ratione ſummi veri,& ſummi boni,ibid.
Obiecti quidditas eſt aliud ab intelligibilitate obiecti,diſ.32.num.19.
Vide verbum, *ſubiectum,potentia, & ſcientia.*

Obſcuritas.

¶ Obſcuritas, & euidentia ſolum reſpectu vnius actus opponuntur:non reſpectu diuerſorum,diſ.43.num.15.

Odium.

¶ Odium Dei pro ſubſtracto eſt capax rectitudinis,diſ.21.n.30.
Odium Dei pro ſubſtracto non eſt referibile in vltimum finem,ibid.& ſequentibus.

Operatio.

¶ Operatio multipliciter deſcribitur. Expo. ar.1.q.5.proæmio.n.8.
Operatio vitalis,quid ſit. Exponitur, diſſi.22. num.27.
Operationes immanentes non ſunt actiones: ſed qualitates de genere qualitatis, diſſ.25. num.18.
Operatio vitalis differt ab actione vitali, diſ. 26.n.17.18.& 19.
Operatio vitalis abſtrahit ab omni actione: ſed non à receptione notitiæ productæ, ibidem,nu.17.
Operatio vitalis eſt omnino immanens, ibidem.
Operatio vitalis petit principium vitaliter operatiuum,ibid.num.39.

Opinio.

Opinio datur circa veritatem theologicam, diſ.13.n.25.

Oppoſitio.

¶ Oppoſitio in qualitatibus non fit penes intenſionem,aut remiſsionem:ſed penes quidditatem,diſ.20.n.28.
Oppoſitio maior,vel minor bene fit in qualitatibus penes intenſionem, aut remiſsionem,ibidem.

Opus.

¶ Opus bonum morale, ſine gratia non eſt meritorium,diſ.2.n.14.
Opus naturale nullam cum gratia habet proportionem, diſ.3.n.15.
Opera, quæ in finem vltimum ordinari poſſunt,ſunt in quatuplici differentia, diſ.21. num.15.
Opera explicita ab intentione operantis,alia referuntur actualiter,alia habitualiter, ibid. num.16.
Opus ex ſe indifferens ſolum habet bonitatē entitatiuam,ſiue tranſcendentalem, ibidem nn.19.& 20.
Opus iuxta Euangelium conſilium factum eſt moraliter bonum:ſi autem iuxta illud non fiat,non eſt moraliter malum,ibid.
Opus indifferens refertur in Deum finem vltimum naturalem:non tamen, vt eſt noſter vltimus finis,ſiue in communi,ſiue in particulari,ibid.n.21.
Opera mala,alia ſunt mala,quia prohibita,alia prohibita,quia mala,ibid.n.22.
Opera mala,quia prohibita poſſunt referri in Deum ab eis, quibus non eſt lex impoſita, ibidem.
Opera prohibita,quia mala,non ſunt cum beatitudine compoſsibilia,ibid,n.25.
Opus aliquod non poſſe fieri propter vltimū finem,ſtat dupliciter,negatiue, & contrarie, ibid.n.35.
Opus,quod non poteſt fieri negatiue propter vltimum finem adhuc ſtat dupliciter, ibid.

Orationes.

¶ Orationes non fundebantur ſanctis in vetere lege:quia nondum Deum videbant,diſ. 33.nu.39.
Orationes pro animabus purgatorij factæ nō videntur ab eis,ſed illis ab Angelis reuelantur,ibidem.

Ordo.

¶ Ordo inter obiecta paſsiue volita inferre ordinem in volitionibus actiuis voluntatis, diſ.18.n.9.

P

Papa.

Papæ authoritas quoad ſpiritualia eſt duplex,diſ.9.n.33.

Papa in quadruplici ſtatu conſideratur, ibidem.

Papam in ſe habere infallibilitatem Eccleſiæ circa fidei controuerſias, communior tenet opinio, ibid. n. 13.

Papa, definiendo aliquem articulum, non illum conſtituit de fide; ſed ſolum declarat eſſe de fide, ibid. n. 25.

Papa multa definiuit ad ſalutem neceſſaria, quæ in ſcriptura non continentur, ibidem, num. 33.

Vide verbum, *Eccleſia*, & verbum *Pontifex*.

Parabola.

¶ Parabola vineæ, & denarij diurni de beatitudine declaratur, dif. 33. n. 21.

Paruulus.

¶ Paruulus recipit gratiam ſine aliqua ſupernaturali diſpoſitione præuia. dif. 27. n. 21.

Paruuli cum ſolo Baptiſmo decedẽtes, æqualẽ gloriam habent de lege ordinata, diſtic. 33. num. 13.

Paſsio.

¶ Paſsiones propriæ, licet ſint idem realiter cũ ſubiecto, inter ſe tamen ſpecifice diſtinguntur, dif. 11. n. 22. & 23.

Paſsiones entis coniunctæ conueniunt omni enti, diunctiue vero non omni: ſed alicui duiſſim, dif. 42, no. 16.

Paſsiones propriæ, aliæ ſunt extrinſecæ ſubiecto, aliæ tranſcendentes, quæ illi antecedenter ad omne genus conuertibiliter conueniunt, dif. 44. nu. 11.

Paſsiones extrinſecæ accidentaliter de ſubiecto prædicantur, & cum eo compoſitionem accidentalem faciunt, ibid.

Paſsiones tranſcendentes nullam cum ſubiecto compoſitionem faciunt, ibid.

Vide verbum *proprietas*.

Pater.

¶ Pater æternus prius eſt beatus, quàm generet, dif. 31. n. 44.

Pater æternus generatione actiua eſt formaliter Pater, ibid.

Patres Eccleſiæ exponendi ſunt, & non damnandi, diſficu. 22. num. 43.

Paulus.

¶ D. Paulus meruit illa fruitione, quam habuit in raptu, dif. 39. nu 47.

Peccans.

¶ Peccans mortaliter præſtituit ſibi finem vltimum in bono commutabili, diſficult. 16. num. 10.

Peccans mortaliter non omnia refert (nec interpretatiue) in creaturam, cui peccando adhæret, ibid. nu. 17.

Peccans mortaliter quietatur in creatura ſecũdum quid: quia quietatur in fine mobili, ibid num. 19.

Peccans conſtituit creatura, vt vltimum finem non vero vt vltimum finem verum, & ſummum bonum, ibidem num. 20. & 21. diffi. 21. num. 41.

Peccans eſt finis vltimus cui ſuarum operationum, ſeque diligit amore amicitiæ, dif. 19. n. 23. & 40.

Peccans ſe ipſum diligit amore amicitiæ, & concupiſcentiæ, ibid. n. 28.

Peccans conſideratur, vel vt homo præciſe, vel vt peccator, ibid. n. 30.

Peccans, vt homo, eſt referibilis in Deum, vt peccator eſt irreferibilis in ipſum, ibidem.

Peccans eſt vltimus finis præſtitutus à ſua voluntate conſequens amorem ipſius voluntatis, ibid. n. 32.

Peccans non poteſt prolibito conſtituere ſibi finẽ vltimum, in quacumque creatura referibili in Deum, ibid. n. 35.

Peccans mortaliter prolibito conſtituit ſibi finem vltimum in creatura, ibid, & ſequentibus.

Peccans ex ignorantia inuincibili ex cauſatue à peccato: non vero ex ignorantia affectata, ibid. n. 42.

Peccans cum ſpe veniæ à Deo conſequendæ, peccat maiori malitia, ibid. n. 44.

Peccans cum animo efficaci pro fide moriẽdi non habet dilectionem Dei: caſſus eſt impoſſibilis ſecus, ſi quadam velleitate moriendi peccaret, ibid. n. 45.

Peccans venialiter non reſpicit opus veniale, ſummum bonum: niſi illud, vt irreferibile reſpiciat, dif. 20. nu. 28.

Peccans venialiter poteſt dici, nec vti, nec frui in ſua actione, ex natura actionis, ibid, n. 33. & 34.

Peccans mortaliter ſine fide, non habet negationem volitionis beatitudinis in vniuerſali, Expo. ar, 5. q. 4. diſt. 1. n. 1.

Peccans mortaliter cum fide fruitur aliquo incompoſsibili cum vltimo fine, ibid.

Vide verbum, *peccator*.

Peccator.

¶ Peccator formaliter adhæret creaturæ vt vltimo fini, dif. 19. n. 14.

Peccator, & iuſtus differunt, quando ſunt fines ſuarum actionum, ibidem numer. 23. & 40.

Peccator, cum peccat, eſt vltimus finis cui, & cuius, ſuarum actionum, ibid. n. 25. & dif. 20. num. 18.

Peccator, cum peccat, vtitur commutabilibus tanquam medijs, vt fruatur ſe ipſo, ibidem & dif. 20. n. 4.

Peccator dupliciter intelligitur ſe ipſum diligere, ibid.n.28.
Peccator, tranſacto actu peccati, remanet in peccato habituali, diſ.10.n.13.
Peccator eodem actu poteſt plura peccata committere, ibid.
Peccator plura mortalia committens non habet plures vltimos fines, ibid.num. 12.27.& 41.
Peccator viator fruitur ſe ipſo, & non actu ſuo aut obiecto. Exp.ar.3.q.5.diſt.1.n.1.

Peccatum.

¶ Peccatum eſt irreferibile in Deum vltimũ finem, diſ.19.n.30.
Peccatum veniale non opponitur Deo per charitatem diſtincto intenſius, vel remiſsius, diſ. 20.n.28.
Peccatum mortale diſſoluit amicitiam cum Deo.ibid.
Peccatum veniale non diſſoluit amicitiam cũ Deo.ibid.
Peccatum veniale eſt actio humana, ab agente propter finem procedens, ibidem, & numer. 33.
Peccatum veniale eſt ex ſe malum, nec actu, virtute, aut habitu, poteſt fieri propter Deũ vltimum finem, ibid.n 32.
Peccatum mortale non poteſt referri in vltimum finem, diſ.21.nu.36.
Peccatum mortale, & gratia tantum moraliter & demeritorie opponuntur, diſ.27.n.52.

Perfectio.

¶ Perfectio in formis fit per augmentum gradnum, & non per formas ſpecie diſtinctas, diſ.11.n.33.
Perfectio aliqua tripliciter in vno ente reperiri poteſt, formaliter, virtualiter, vel eminenter, diſ.4.nu.28.
Perfectio eſt duplex, alia ſimpliciter, alia ſecundum quid, ibid.
Perfectio ſimpliciter eſt realiter in Deo: ſecundum quid vero, virtualiter, & eminenter, ibidem.
Perfectio, & bonitas reciprocantur, ac etiam bonum, & perfectum, diſ.15.num. 10.& diſ. 17.num.11.

Perſona.

¶ Perſonæ diuinæ non ſunt tria obiecta beatificatiua, ſed tria ſuppoſita habentia eandem rationem obiecti beatifici, difficult.31. num.18.
Perſonæ diuinæ non poſſunt ſine eſſentia videri, ibid.nu.42.
Perſona diuina alia eſt correlatiua, alia non, ibidem.n.34.
Perſona diuina relatiua poteſt videri abſcato, ſine correlatiua, ibid.n.36.
Perſona quælibet diuina intelligit formaliter eſſentiam diuinam per intellectum in ſe exiſtentem.ibidem.num.46.

Perſonalitas.

¶ Perſonalitas creata realiter à natura diſtinguitur.diſ.38.num.28.

Pontifex.

¶ Pontifex, & Eccleſia multa ad ſalutem neceſſaria definierunt, quæ in ſacra Scriptura expreſſa non habentur, diſ.9.n.33.
Pontificum decreta varia non tollunt Eccleſiæ ſtabilitatem, Expo.ar.5.q.1.prol.n.2.
Vide verbum, *Papa*.

Poſsibile.

¶ Poſsibile diſtinguitur à futuro per negationem exiſtentiæ, diſ.32.n.16.

Potentia.

¶ Potentia paſsiua naturalis naturæ humanæ habet capacitatem ad actus ſupernaturales, licet non habeat actiuam. Expo.ar.2.q.1.prol.
Potentia obedientialis attenditur, non penes formam: ſed penes agens formam inducens, diſ.1.n.6.
Potentia ſumitur, vel in ordine ad formã, vel in ordine ad agens. Expo.ar.8.q.1. prol. & diſ.5.n.11.& 14.
Potentia in ordine ad formam nõ dicitur ſupernaturalis: ſed per ordinem ad agens ibidem.
Potentia obedientialis conſiſtit formaliter in reſpectu ad diuinam potentiam: & non in reſpectu ad formam receptam, diſ.5.n.8.
Potentia obedientialis etiam ſemi poteſt per ordinem ad agens naturale, licet impropriè, ibidem nu.11.
Potentia bene perficitur quæcumque actum & tamen quæcumque faciatur, ibid n.19.
Potentia creata indiget lumine gloriæ & habitu charitatis ad actus beatificos eliciendos, diſ.33.n.9.
Potentia naturalis contra ſupernaturalem ſumpta eſt naturalis, violenta, vel neutra, diſ.5. num.7.
Potentia non ſupponit actum: ſed è contra, diff ficu.3 n 8.
Potentia naturalis receptiua formarum ſupernaturalium non eſt violenta, nec neutra, ibid, num.21.
Potentia paſsiua in natura nunquam eſt fruſtra, ibid.n.25.
Potentia humanæ naturæ, quam habet ad hypoſtaticam vnionem, deſumitur tantum in ordine ad Deum, & non ad ipſam vnionem, difficul.6.n.19.

Potentia, & poteſtas pro eodem ab Anſelmo vſurpantur, ibid n.24.
Potentia non poteſt vltra ſphæram ſui obiecti eleuari, ibid. nu.24.
Potentia creata eſt duplex, ſenſitiua, & ſpiritualis, diſ.22.n.4.
Potentia limitata non poteſt ſimul plures actus habere, diſ.21.n.12.
Potentia vitalis creata non habet limitationẽ, nec terminum ad operandum, diſ.26.n 40.
Potentia per actus acquirit habitum, vt per eũ in actu primo perficiatur, diſ.17.n.22.
Potentia receptiua plurium formarum quietatur in perfectiſsima immediate, & priua recepta, ibid.n.34.
Potentia determinatur per obiectum, non tamen completur in ratione potentiæ, diſtinc. 28 num.37.
Potentia ſenſitiua non poteſt eleuari ad videndum Deum, ibid.n.390.
Potentia finita, & infinita vident idem obiectũ: ſed non eodem modo, diſ.32.n.79.
Potentiæ interiores, & exteriores ſubduntur voluntatis imperio, diſ 37.n.11.
Potentiæ exteriores dicuntur vti, non primo, & per ſe, ſed vt vſum voluntatis exequuntur, ibid.
Potentia naturalis, poſito obiecto præſenti, non poteſt ex ſe non operari, & actum continuare, diſ.39 n.38.
Potentia libera, ſicut poteſt libere producere actum, ſic & illum continuare, vel ſuſpendere, ibid.nu.37.& 38.
Potentia quælibet habet vnum modum operādi ſicut habet vnum obiectum, ibid.n. 49.
Potentia Dei non poteſt exauriri, diſ.41.n.40. & ſequentibus.
Potentia ſuperior poteſt, quidquid poteſt inferior, diſ.22.n.35.
Potentia operatiua eſt triplex, diſ.37. num.7, & ſequentibus.

Practicum.

¶ Practicum, & ſpeculatiuum diuidunt ſcientiam, vel notitiam, tanquam earum proprietates. Exp.ar.9.q.5.prol.n.1.
Practicum, & ſpeculatiuum ſunt contradictoria, quæ non poſſunt eidem habitui conuenire, Exp.ar.10.q.5.prol.nu.16.
Practicum per ſe, & ſpeculatiuum per ſe opponuntur: non autem practicum per ſe, & ſpeculatiuum per accidens: aut è conuerſo. Expoſi.art.15.q.5 prol.n.2.
Practicum, & ſpeculatiuum contradictorie opponuntur, ibid.num.6.

Praxis.

¶ Praxis, Græce. Latine, operationem ſignificat. Expo.ar.1.q.5 prol.n.1
Praxis eſt actus alterius potentiæ, quàm intellectus, &c. ibid.n.2.
Praxis habet tres conditiones, quæ iſte explicantur, ibid n.4.
Praxis eſt operatio Indifferens ad bonitatem, & malitiam, ibid.
Praxis non dicitur actus ille, qui imperio voluntatis ſubiacere nequit, ib.num.55
Praxis ab Scoto diffinita conuenit praxi rectæ, & non rectæ, ibid.n 8.
Praxis per ſe primo conuenit actibus voluntatis elicitis, per accidens imperatiua, qui potius practici dicuntur, ibid.n.10.
Praxis, & cognitio practica mutuo ſe reſpiciunt: & vtraque duplicem relationem dicit. Expo.art.2.q.5.prol.n.2.
Praxis, & practicæ cognitionis eſſentia per relationes tanquam per proprietates explicatur, ibid.n 3.
Praxis eſt duplex, elicita, & imperata. Expoſi. art.11.q.5.prol.num.3.

Præceptum.

¶ Præceptum ſupponit libertatem in eo, cui imponitur, diſ 39.n 62.
Præceptum de non fruendo poteſt imponi beato non tamen præceptum de non videndo Deum, ibidem, & num.63.

Prædeſtinatio.

¶ Prædeſtinatio, tam actiua, quam paſsiua ordinis ſunt ſupernaturalis, diſ.6.n.44.

Prædeſtinatus.

¶ Prædeſtinatus ad maiorem gloriam maiora recipit auxilia, diſ. 8.n.20.

Prædicatio.

¶ Prædicatio quidditatiua, & formalis fit in primo modo, in quo prædicatur definitio de definito, diſ.40.n.17.
Prædicatio quidditatiua habet quatuor gradus, ibid.
Prædicatio paſsionis, vel modi intrinſeci de ſubiecto fit in ſecundo modo, ibid.
Prædicatio in diuinis fit in primo, & ſecundo modo dicendi per ſe, diſ.44.n.28.

Prædicatum.

¶ Prædicatum tranſcendens nullam facit cõpoſitionem cum aliquo ente, diſ. 42. nu.15.& 16.
Prædicata tranſcendentia, alia cõueniunt omni enti, alia huic, vel illi, ſed non omni, ibid. num.16.

Præmiſſa.

¶ Præmiſſa ſcientiæ ſubalternatæ non eſt per ſe nota, Exp. ar.3 q 4.prol.nu.8.
Vide verbum *propoſit.o.*

Principium.

Principium habet rationem obiecti primarij intellectus. Expoſi. ar. 4. quæſt. 1. prol. num. 1.
Principia prima cognita pro hoc ſtatu via naturali poſſunt facere ſcire concluſiones, quarum termini aliquo modo in ſenſibilibus continentur. Expoſi. art. 1. quæſt. 1. prol. num. 5. & 6.
Principium actiuum eſt duplex, naturale, & liberum, diſ. 39. n. 52.
Principia per ſe nota dantur in primo, & ſecundo modo dicendi per ſe, difficult. 40. nomer. 17.
Principium eſt certum, vel in ſe ipſo, vel in reuelante, diſ. 2. num. 6.

Prioritas.

Prioritas originis ſtat cum ſimultate naturæ, diſ. 31. num. 48.

Productio.

Productio verbi creari eſt actio vitalis: in diuinis autem non, ſed eſt vitalis productio, diſ. 26. n. 19.
Productio ſpiritus Sancti non eſt generatio, & quare, diſ. 25. n. 32.
Productio Verbi diuini eſt vera generatio, ibidem.

Propoſitio.

Propoſitio omnis euidenter illata ex præmiſſis de fide, eſt etiam de fide, diff. 9. numer. 8. & 9.
Propoſitio per ſe nota non diuiditur in per ſe notam in ſe, & in nobis. Expoſi. art. 1. q. 1. diſt. 2. nu. 2.
Propoſitio per ſe nota, & propoſitio demonſtrabilis interſe conueniunt, & differunt, ibidem.
Propoſitio per ſe nota, cognitis terminis, fit euidens intellectui, ſine aliquo alio, ibid.
Propoſitio per ſe nota nunquam demonſtratur: bene tamen ſyllogizatur, ibidem numer. 6.
Propoſitio iſta, *Deus eſt*, eſt per ſe nota intellectui terminos cognoſcenti. Expoſi. articu. 2. quæſt. 1. diſtinct. 2. numer. 2. & difficul. 40. numer. 2.
Propoſitio iſta, *Deus eſt*, de facto eſt per ſe nota Deo, & beatis, non tamen nobis, ibidem, & diſ. 40. n. 11.
Propoſitio demonſtrabilis eſt, quæ cognitis terminis, non fit per ſe nota: ſed indiget alia notiori, per quam fiat euidens, ibidem, numer. 4.
Propoſitio iſta, *Deus eſt*, non eſt à viatoribus demonſtrabilis euidenter, ac diſtincte, ibid. n. 4. & 5. & diſ. 40. n. 11, 29. & 30.
Propoſitio per ſe nota bene poteſt eſſe de fide credita, diſ. 40. n. 20.
Propoſitio iſta, *Deus eſt*, certa eſt de fide, ibid. num. 26.
Propoſitio iſta, *Deus exiſtit*, nota eſt lumine naturali, ibid.

Propoſitum.

Propoſitum eſt actus voluntatis efficax, idem quod intentio, diſ. 37. n. 25.
Propoſitum eſt actus efficax voluntatis finis non habiti, ibidem.

Proportio.

Proportio eſt triplex, nempe, quantitatis ua effectus ad cauſam, & potentiæ ad actum, diſ. 21. n. 14.
Proportio inter Deum, & creaturam, qualis detur, ibidem.

Proprietas.

Proprietas aliter dicitur prædicari de ſubiecto, & aliter inferri de ſubiecto, difficult. 12. num. 61.
Proprietates oppoſitæ, ab oppoſitis differentijs dimanantes, non poſſunt eidem ſpeciei conuenire. Expoſi. art. 10. quæſt. 5. prol. numer. 8.
Proprietates Dei relatiuæ ad creaturas, aliæ ſunt cauſalitatis, aliæ emioentiæ, Expoſi. q. 1. diſt. 2. n. 1.
Vide verbum *paſſio.*

Propter.

Propter præpoſitio denotat cauſalitatem finalem, diſ. 17. num. 19.

Prudentia.

Prudentia eſt recta ratio rerum à nobis agibilium, diſ. 12. num. 2.

Puer.

Pueri cur non ratiocinentur, diſ. 12. n. 19.

Q.

Quantitas.

Quantitas eſt duplex, molis, & virtutis, diſ. 41. num. 10.
Quantitas continua, & diſcreta maxime inter ſe differunt quoad augmentum ſuum, ibid. num. 19.
Quantitas continua ex ratione ſua petit habere terminum, ibid. n. 48. & 52.

Quan-

Quantitas virtutis non poteſt dari ſine ſuo modo intrinſeco, dif. 44.n.18.
Quantitatis virtutis modus non eſt de ratione formali eius, ibidem.

R.

Ratio.

RAtio agendi, & ratio agentis inter ſe valde differunt. Exp. ar. 1.q.2. diſt. 1. n.8.

Relatio.

Relatio poteſt diſtincte cognoſci, quin eius terminus diſtincte cognoſcatur. Exp ar.3.q. 1.prol.n.4.
Relatio includit ordinem ad terminum, non tamen terminum ipſum, niſi in obliquo, ibidem.
Relatio non poteſt eſſentialiter contrahere abſolutum. Exp. ar. 4.q.5.prol.n.1.
Relatio deſtruitur, deſtructo termino, dif.15. num.27.
Relatio eſt entitas ab entitate termini diſtincta, ibid.
Relatio cauſat mutationem realem per ſui aduentum, ſiue deſtructionem, ibid.
Relationes habent bonitatem à ſe licet per ordinem ad terminum, ibid.n.28.
Relatio intrinſecus adueniens non reſultat de nouo, niſi aliquo de nouo poſito, dif.16. num.24.
Relatio terminatur ad abſolutũ ſui termini, dif.17.n.15.
Relatio tranſcendentalis realiter identificatur cum ſuo fundamento: non autem prædicamentalis, dif.23.n.31.& 32.
Relatio tranſcendentalis poteſt manere, termino non manente; non tamen prædicamentalis, ibid.nu.33.& 34.
Relatione cognita, cognoſcitur eius terminus in obliquo, nõ tamẽ in recto, ibid.n.37.
Relatio realis multiplicatur termino primario multiplicato, non tamen multiplicato ſecundario, dif.31.n.33.
Relatio poteſt intuitiue videri, eius termino non viſo, ibid.n.37.
Relatio prædicamentalis, & tranſcendentalis differunt, ibidem, num.39.

Reuelatio.

Reuelatio diuina fit Angelis inferioribus per ſuperiores, & hominibus per Angelos, dif. 3.num.20.

S.

Sacerdos.

SAcerdos ſummus, in veteri lege, habebat poteſtatem definiendi res fidei, dif.7.n.37. & 38.
Sacerdos ſummus, nunc in lege gratiæ habet eandem poteſtatem, & canonizandi libros, ibidem.
Vide verbum, *Papa*, & verbum *Pontifex*.

Sacramentum.

Sacramentum pro delendo peccato originali in fœminis, in veteri lege, non habetur expreſſe in ſacris literis, dif.9 n.21.
Sacramenta ſunt gratiæ inſtrumenta, dif.16. num.22.

Sapientia.

Sapientia, ſcientia, & ars, ſæpe à Theologis confunduntur, dif.12.n.1.
Sapientia amplectitur ſimul principia, & conclusiones, dif.2.n.8.
Sapientia quinque modis accipitur, diſſi. 12. num.28.

Sciens.

Sciens dicitur talis formaliter à ſcientia, dif. 10.num.18.
Sciens dicitur facilis ad ſciendum, à facilitate, quæ eſt proprietas ſcientiæ, ibid.

Scientia.

Scientia non includit habitum principiorũ, dif.2.n.7.
Scientia eſt cognitio abſtractiua habitualis, dif.13.n.9.
Scientia intrinſece includit certitudinem, dif.2.n.6.
Scientiæ ratio duplex eſt, prima ex ratione formali obiecti: ſecunda ex principijs, & medijs cognoſcendi. Expo. art 9.quæſt.1.prol. num.3.
Scientia quælibet habet principia communia ſibi, & alijs: & etiam propria ſibi tantum, ibidem, n.4.
Scientia quomodo definiatur, diſ. 10.n.27.& dif.11.n.18.
Scientia eſt habitus iudicatiuus, diſſic. 10. numer.34.
Scientia ſumitur dupliciter, diſ. 11.n.14.
Scientia pro aggregatione habituum ſumitur dupliciter, ibid.n.15.
Scientiæ totalis concatenatio ſumitur, vel cauſatiue, vel attributiue, ibid.n.16.
Scientia non dicitur compoſita & vna, ratione cauſalitatis, ſed ratione attributionis ad vnum ſubiectum, ibidem numer. 18.& 45.
Scientiæ totalis, quælibet pars eſt in ſe, integra qualitatis ſpecies, ibid.
Scientia habitualis ſpecificatur ab extremis, quibus conſtant concluſiones, quas reſpicit, ibid.nu.16.
Scientia quælibet continet tot habitus ſpe-

cie diſtinctos, quot ſunt in ea concluſiones diuerſæ ſpeciei, ibid. n. 25.
Scientia quælibet eſt plures ſpecies inter ſe concatenatæ, ibid. n. 40.
Scientia quælibet eſt qualitas compoſita, ibidem num. 41.
Scientia eſt in prima ſpecie qualitatis: eſtque ſpecies inter media, ibidem, numer. 48.
Scientia proportionatur cum intellectu: quia vterque reſpicit obiectum, ibidem numer. 49.
Scientia non eſt ſimplex, ſicut intellectus, ibidem.
Scientia in rigore quatuor, ſecundum Ariſto. conditiones requirit. Expoſi. ar. 1. quæſt. 4. pro[l].
Scientia eſt de vniuerſalibus, & quare ibidem.
Scientia ſæpe cum ſapientia, & arte confunditur, diſ. 12. n. 1.
Scientiæ, vel artes diuiduntur, vel ex parte materiæ, vel finis ordinis, ibidem numer. 2.
Scientiarum omnium, ac artium diuiſio late ponitur, ibid.
Scientia multipliciter ſumitur, ibidem numer. 29.
Scientiæ conditiones ſunt ſeptem, ſecũdum aliquos, ibid. n. 30.
Scientia non dicitur practica ex motione deſiderij finis, ſed quia dirigit voluntatem, vt finem diligat, & deſideret. Expoſi. ar. 11. q. 5 prol. n. 6.
Scientia quid ſit, ibid.
Scientia eſt de obiecto neceſſario, abſtrahendo, an ſit vniuerſale, an ſingulare, ibidem, num. 32.
Scientia de nullo ſingulari datur, niſi de Deo ibid. n. 34.
Scientia non datur proprie de contingentibus, quæ fide credimus, ibid. nu. 35.
Scientia proprie dicta non ſtat ſimul cũ fide, ibid. n. 44.
Scientia dicit ordinem tranſcendentalem ad obiectum, ibid. n. 63.
Scientia eſſentialiter eſt ens abſolutum: & per identitatem relatiuum. Exp. ar. 3. q. 5. prol. num. 1.
Scientia dicitur practica à cauſa intrinſeca, & ab extrinſeca, diſ. 14. n. 6.
Scientia non eſt practica à praxi, tanquam à fine, vt finis eſt cauſa finalis, ibidem num. 19.
Scientia practica per accidens ordinatur in praxim, tamquam in finem, vt cauſa finalis eſt, ibid. nu. 20.
Scientia eſt practica obiectiue ab obiecto operabili, vt operabile eſt, ibid. nu. 25.
Scientia dicitur practica à fine, vt finis induit rationem obiecti, ibid. n. 26. 27. & 28.
Scientia practica, & ſpeculatiua differunt à fine, vt finis eſt obiectum, ibidem, num. 28. & 31.
Scientia proprie eſt de obiecto neceſſario, diſ ficu. 30. n. 15.
Scientia non datur de ſingularibus, quia contingentia ſunt, ibid.
Vide verbum *cognitio*, & verbum *notitia*.

Scotus.

Scotus gratiam præuenientem agnouit, & circa hoc à calumnia Thomiſtarum liberatur, diſ. 3. à nu. 11. cum ſequentibus.
Scotus in toto hoc opere defenditur, exponitur, laudatur, & veneratur.

Scriptor.

Scriptorum auctoritas non ſufficit ad probandum veritatem ſacræ Scripturæ. Expo. art. 3 q. 2. prol. n. 1.
Scriptorum auctoritas medium eſt congruum ad veritatem ſcripturæ oſtendendam, ibid. num. 3.
Scriptorum auctoritas ab Eccleſia approbata, eſt medium de fide ad ſacram Scripturam probandum, ibid. n. 4.

Scriptura.

Scriptura ſacra non eſt vernaculo ſermone ſcribenda: & quare, diſ. 8 n. 3.
Scripturæ ſacræ notitia talis non eſt cuilibet fideli neceſſaria ad ſalutem, ibid. n. 9.
Scriptura Sacra, nec ſecundum ſe totam, imò nec ſecundum aliquam partem, eſt abſolute, & ſimpliciter neceſſaria vniuerſali Eccleſiæ, ita vt ſine illa ſtare, aut conſeruari non poſsit, ibid. n. 10.
Scriptura Sacra tota, eſt, de lege ordinaria, neceſſaria in Dei Eccleſia, ibid.
Scriptura Sacra reddit Eccleſiam magiſtram ad omnia, quæ ſibi neceſſaria ſunt, ibidem.
Scriptura Sacra in duas diuiditur partes, in nouum, ſcilicet, & vetus teſtamentum, ibid. num. 16.
Scriptura Sacra quoad vetus teſtamentum eſt de Deo, vt creatore: quoad ſecundum de eo, vt redemptore, ibid.
Scriptura Sacra quoad nouum teſtamentum aſsimilatur libris veteris teſtamenti, ibidem.
Scripturæ Sacræ cognitio vtilis eſt cuilibet homini in particulari: non tamen ad eius ſalutem præciſſe neceſſaria, ibidem, num. 18.
Scriptura Sacra non continet expreſſe omnia ad ſalutem neceſſaria: bene tamen virtualiter, diſ. 9 n. 18. & 23.
Scriptura non continet expreſſe materiam omnium ſacramentorum, ibidem numer. 20.

Senſus.

Index ſextus rerum notabilium operis Auctoris.

Senſus.

Senſus communis eſt ſuperior ad quinque ſenſus exteriores, eorumque operationes eminenter continet. Expoſi. art. 10. quæſt. 5. prol. num. 15.

Similitudo.

Similitudo rei eſt repræſentatio ipſius rei, dif ficul. 32. n. 69.
Vide verbum, *ſpecies.*

Simplicitas.

Simplicitas & compoſitio opponuntur: & quot modis dicitur vna, tot & alia, diffi. 15. num. 12.
Simplicitas ſumitur multipliciter, ibidem & num. 13.

Somnus, Somnium.

Somnus nō eſt cauſa, vt anima à ſenſibus alienetur. dif. 36. n. 13.
Somnus deſeruit, vt anima magis à ſenſibus alienata Deum videre poſsit, ibidem, numer. 6.
Somnia non fiunt in profundiſsimo ſomno, ſed in tenui, ibidem num. 13.

Species.

Species intelligibilis cauſatur ab intellectu agente, & phantaſmate, vt à duobus agentibus. Exp. ar. 1. q. 1. prol. n. 2 & 3.
Species intelligibilis habet rationem obiecti motiui, & non terminatiui, dif. 1. n. 13.
Species intelligibilis eſt ratio cognoſcendi non cognita. ibid.
Species intelligibilis differt dupliciter ab obiecto primario intellectus, ibid n. 15.
Species intelligibilis tripliciter accipitur, dif ficul. 10. n. 10.
Species ſenſibilis in phantaſmate dicitur phã taſma. ibid.
Species intelligibilis impreſſa intellectui repræſentat tantum rem ſimplicem, ibid.
Species expreſſa repræſentat idem obiectũ quod impreſſa, ibid. n. 11.
Species expreſſa dicitur proles, verbum, notitia, conceptus, &c. ibid.
Species expreſſa, nec impreſſa, ſunt ſcientia, ibid. & n. 25. & 26.
Species intelligibilis habet ex ſe repræſentare obiectum intellectui, ibid. n. 13.
Species intelligibilis repræſentans obiectum compoſitum dicitur notitia complexa, ibidem.
Species, quæ eſt notitia complexa, & dicitur habitus principiorum, & dicitur ſcientia, ibidem,
Species obiecti cõplexi ſcientifici ſumitur actualiter, & habitualiter, ibid. n. 14. & 17.
Species intelligibilis, quæ dicitur ſcientia, eſt ſpecies expreſſa. ibid. nu. 16 & 27.
Species intelligibilis, quæ eſt ſcientia, differt ab alijs expreſsis, ex parte cauſæ, ordinis, & termini ad quem. ibid. n. 17.
Species intelligibilis ſcientifica dependet à pluribus impreſsis, ibid.
Species intelligibilis ſcientifica dependet ab impreſsis in fieri tantum, & ab obiecto in fieri, & in facto eſſe, ibid.
Species intelligibilis ſcientifica remanet deſtructis impreſsis, à quibus cauſatur. ibid.
Species, quæ ſunt ſcientia, ſupponunt demonſtrationem tanquam cauſam, ibid.
Species, quæ eſt ſcientia, non eodem modo in ſapiente, ac in ruſtico reperitur, ibidem nu. 31 & 36.
Species intelligibilis, qua Angelus Deum, abſtractiue diſtincte cognoſcit, dicitur naturalis, & ſupernaturalis, dif. 23. n. 15.
Species intelligibilis ponitur tanquam habitus in intellectu, vt intelligat, cum ſibi placuerit, ibid. n. 12.
Species impreſſa dicitur medium cognoſcendi non cognitum, dif 24. n. 53.
Species impreſſa poteſt eſſe ordinis inferioris, quã obiectum, quod repræſentat, ibid.
Species impreſſa eſt effectus obiecti vniuocus in eſſe intentionali, ibid.
Species impreſſa datur de obiecto perfectiſſimo iuxta virtutem potentiæ, cui tribuitur, ibid. n. 17.
Species intelligibilis repræſentat & in ordine ad obiectum, cuius eſt, & in ordine ad potentiam, cui tribuitur, ibid. n. 18.
Species intelligibilis duplicem cauſalitatem dicit, vnam ad cauſam efficientem, & aliam ad formalem. ibid. n. 20.
Species intelligibilis duplicem reſpectum dicit ad obiectum, alterum prædicamentalem & ſeparabilem, alterum tranſcendentalem, & inſeparabilem ibid.
Species intelligibilis ab obiecto naturaliter cauſata repræſentat ipſum, quantum eſt repræſentabile, ibid.
Species intelligibilis libere cauſata ab obiecto non illud repræſentat, quantum repræſentabile eſt, ibid.
Species intelligibilis libere ab obiecto cauſata eſt eius naturalis ſimilitudo, ipſum naturaliter repræſentans, ibid.
Species intelligibilis repræſentans diuinam eſſentiam cauſatur libere, differtque à ſpecie cauſata ab obiecto creato, ibid. n. 21.
Species intelligibilis diuinam eſſentiam repræſentans non dicit ordinem ad ipſam tãquam ad cauſam efficientem, ſed tanquam ad obiectum, ibid.
Species intelligibilis creata diuinã eſſentiam repræſentãs eſt eius naturalis ſimilitudo, ibi.
Species intelligibilis diuinam eſſentiam repræſentans non beat intellectum ſine præſentia ipſius eſſentiæ, ibid. n. 22.

Species

Species intelligibilis ponitur, vt obiectum fiat præſens, & vt notitia ſit in poteſtate operantis, ibid. n. 23.
Speciei intelligibilis immaterialitas non ſumitur penes obiecti immaterialitatem, ſed penes proportionem potentiæ, cui vnitur, ibid. n. 25.
Speciei intelligibilis ad obiectum non eſt relatio ſimilitudinis in natura, ſed repræſentationis, & menſurati ad menſuram, ibidem.
Speciei intelligibili, vt repræſentet obiectū, accidit eſſe materialem, vel immaterialem, ibidem.
Species intelligibilis proportionat obiectum cum intellectu, ibid.
Species repræſentans diuinam eſſentiam eſt materialior, quam illa, ibid.
Species intelligibilis non debet eſſe ſemper immaterialior, quam obiectū repræſentatū per ipſam, ibid.
Species intelligibilis in præſentia obiecti, tātum eius vicem terminatiuam ſupplet, diſ. 30. n. 29.
Species impreſſa minus repræſentat obiectū, quàm expreſſa, ibid. n. 33.
Species impreſſa eſt habitualis in actu primo: expreſſa vero actualis in actu ſecundo, ibidem.
Species impreſſa cauſat expreſſam, & poteſt eſſe ſine illa, ibid.
Species intelligibilis obiecti inferioris non facit cognoſcere ſuperius, ibid. n. 44.
Species repræſentans diuinam eſſentiam eſt determinata in eſſendo, non tamen in repræſentando, ibid. n. 46.
Speciei repræſentatio ſumitur, vel formaliter, vel terminatiue, ibid.
Species intelligibilis, & obiectū ſunt eiuſdē rationis in eſſe repræſentatiuo, & intentionali, ibid. n. 49.
Species intelligibilis repræſentans Deum eſt infinita obiectiue, ibid.
Species intelligibilis tantum repræſentat obiectum illi intellectui, cui ineſt, & non aliter, ibid. n. 51.
Species intelligibilis gerit vicem obiecti, & intrinſece fœcundat intellectum, ibidem numer. 54.
Species impreſſa reddit obiectum actu intelligibile: expreſſa autem actu intellectum, diſ. 25. num. 24.
Speciei intelligibilis eſſe, eſt repræſentare obiectum, quod reſpicit. diſ. 32. n. 83.

Spes.

Spes eſt actus voluntatis de obiecto bono nō habito arduo, ſeu difficili & poſsibili, quod probabiliter creditur eſſe futurum, diſti. 37. num. 15.
Spes non eſt impoſsibilium, ibid. n. 16.
Spes dicit actum efficacem voluntatis, ibid. num. 17.
Spes eſt deſiderum, ſed non è contra, ibidem.
Spes & deſideriū habent ſe ſicut includens & incluſum, ibid.
Spes eſt tantum de re ardua, & difficili, quæ ex alterius voluntate creditur eſſe futura, ibid. n. 18 & 19.
Spes eſt de fine, ac etiam de medijs, ibid. n. 19.
Spes, etiam ſi ſit de fine, non tamen eſt intentio, ibid. num. 22.

Speculatio.

Speculatio intellectus non dicitur praxis. Ex poſi. ar. 1. quæſt. 5. prol. n. 11.

Speculatiuum.

Speculatiuum, & practicum ſunt contradictoria, & non poſſunt eidem habitui conuenire Exp. ar. 10. q. 5. prol. n. 16.
Speculatiuum in mera negatione practici cōſiſtit. Expo. ar. 15. q. 5. prol. n. 9.

Status.

Status hominis eſt quadruplex. & qualis vnuſquiſque ſit, explicatur, diſ. 21. n. 10.

Subalternatio.

Subalternatio vero ſcientiarum tres conditiones requirit. Exp. ar. 2. q. 4. prol. n. 7.

Subalternatum.

Subalternata ſcientia nō habet præmiſſas per ſe notas. Exp. ar. 2. q. 4. prol. n. 8.
Subalternata ſcientia patitur ſecum ſubalternantem: & è contra, ibid. n. 5.
Subalternata ſcientia non demonſtrat propter quid, ibid. num. 8.

Subiectum.

Subiectum primum ſcientiæ, & continet virtualiter veritates, ſcientiæ, & ſimul cauſat euidentiam illarum. Exp. ar. 4. q. 3. prol. n. 2.
Subiectū continens virtualiter veritates demonſtrabiles de ipſo habet cum illis neceſſariā connexionē. Exp. ar. 5. q. 3. prol. n. 1.
Subiectum non habet neceſſariam connexionem cum veritatibus contingentibus: nam ad iſtas indifferens eſt ibid.
Subiectum habitus, ſiue potentiæ duo habet, nempe ſe ipſum, & rationem ſub qua. Exp. ar. 6. q. 3. prol. n. 2.
Subiectum ſciētiæ differt in ratione formali ſub qua, à ratione formali aliorum habituū, ibidem.
Subiecti ratio ſub qua eſt ipſius definitio, ibidem num. 3.
Subiecti ratio ſub qua in ſubiectis nō definibilibus, per abſtractum ſignificatur, ibid.
Subiectū naturale ad formam ſupernaturalē recipiendam non indiget alia forma ſupernaturali priori, diſ. 27. n. 19. n. & 22.

Subie-

Subiectum ſcientiæ eſt duplex, ſpecificum, & genericum, diſ.11.num.20.
Vide verbum, *obiectum*.

Subſtantia.

SVbſtantiæ ſeparatæ dicuntur Deus, atque etiam Angeli. Expo.ar.5.q.1.prol. n.1.
Subſtantiæ ſeparatæ cognoſcuntur, quoad an eſt, à fidelibus, & Phyloſophis naturalibus, ibidem.
Subſtantias aliquas ſeparatas eſſe, ratione naturali oſtendi poteſt, ibid.
Subſtantiarum ſeparatarum pluralitas non demonſtratur à naturalibus ex motu cœlorũ: ſed ſolum probabiliter coniecturaliter, ibid. num.2.
Subſtantiæ ſeparatæ non cognoſcuntur à nobis diſtinctè, & quidditatiue pro hoc ſtatu, ibidem n.5.
Subſtantia qualibet perfectior eſt omni accidente, diſ.4.n.5.
Subſtantia Dei dicit aliud, quam eſſentia Dei, diſ.44 num.28.

Summum

¶ Summum eſt duplex, poſitiuum, & negatiuum, diſ.20.n. 15.
Summum bonum eſt ſummum poſitiue, & extra genus, ibidem.

Superius.

Superiùs aliter cõtrahitur ad inferius, per differentias contrarias: & aliter per contradictorias. Expoſi.articu.15.quæſt. 5. prol. num.7.
Vide verbum inferius.

Supernaturalitas.

¶ Supernaturalitas formæ non poteſt penes eius ſubſtantiam ſumi, diſ.4.n.5.
Vide verbum *forma*, & verbum *habitus*.

Suppoſitum.

¶ Suppoſitum in diuinis nullam pro formali perfectionem dicit: nec Imperfectionẽ. Expo.ar.1.q.2.diſt.1.n.7.
Vide verbum, *indiuiduum*, & verbum *ſingulare*.

Symbolum.

¶ Symbolum Apoſtolorum quomodo fuit ab illis ordinatum, diſ.3.nu.21.
Symbolum Apoſtolorum optime, ſecundum Scotum, exponitur, ibid.

Syllogiſmus.

¶ Syllogiſmus quatuor habet ſpecies, ex ſ. Topicorum. Expoſi.articu.11.quæſt.1.prol. num.
Syllogiſmus, ſecundum Theologos quintam habet ſpeciem, ibid. n.1.
Syllogiſmus Theologicus vnam ſaltem præmiſſam habet de fide, ibid.n.5.
Syllogiſmus theologicus non concludit contra Phyloſophum naturalem, ibid.
Syllogiſmus eſt obiectum adæquatum libri Priorum: non tamen totius logicæ. Exp.arti. 1.q.3.prol.nu. 2.
Syllogiſmus eſt obiectum primum logicæ, nõ primitate adæquationis, ſed perfectionis, ibidem num.3.

T.

Theologia

THeologia, vt includit articulos fidei, non eſt ſcientia, nec cuilibet homini neceſſaria, diſ 2.num.7.
Theologia triplicem habitum includit, ibidem.
Theologia, quæ eſt ſcientia, eſt præciſe habitus concluſionum, quæ ex articulis creditis deducuntur, ibid. n. 28.
Theologia ſcholaſtica docet nos inferre concluſiones practicas, & ſpeculatiuas, ibidem num.6.
Theologia eſt ſcientia non rigoroſa, diſ.10.numer.28.
Theologia habitualis acquiſita nititur diſtinctis ſpecie principijs, per fidem acquiſitam cognitis, diſ.11.n.53.
Theologia in ſe abſtrahit à limitatione, qua cõtrahitur in intellectu creato. Expo. art.4.q. 2.prol.n.4.
Theologia eſt triplex, alia in ſe, alia noſtra, alia Beatorum, ibidem num.5.& exp. art.8. num.4.
Theologia in ſe adæquat obiectum ſuum, & in intellectu diuino tantum reperitur, ibidem.
Theologia in nobis adæquat obiectum ſub lumine fidei, prout Deus nobis credenda neceſſaria reuelauit, ibid.
Theologia Beatorum adæquat obiectum in lumine gloriæ, ibid.
Theologia Dei eſt de omnibus cognoſcibilibus intellectui diuino. Expo.at.8.q.3. prol. num.4.
Theologia viatorum non eſt de omnibus cognoſcibilibus, ibid.n.10.& 11.
Theologia reuelata ſtare poteſt cum naturaliter notis, no.11.
Theologia omnis eſt cognitio certa, diſ.12.numer. 36.
Theologia Dei, & beatorum eſt cognitio euidens: noſtra autem ineuidens, & obſcura, ibidem.

Theologia in ſe ab omni Theologia abſtrahens non habetur per diſcurſus ſyllogiſticos, ibid. num. 37.
Theologia beatorum acquiritur per diſcurſum ſyllogiſticum, ibid.
Theologia contingentium in nullo intellectu, etiam in diuino, eſt ſcientia, ibidem, numer. 40.
Theologia contingentium aſsimilatur habitui principiorum, diciturque ſcientia, ut ſcientia opinioni opponitur, ibidem, num. 43.
Theologia neceſſariorum in nobis non eſt propriè ſcientia, ibid. n. 44.
Theologia noſtra eſt alius habitus à fide acquiſita, & infuſa. ibid. n. 51.
Theologia noſtra eſt ſcientia, vt ſcientia contra opinionem ſumitur, ibid.
Theologia neceſſariorum in Deo non eſt ſcientia in Ariſtotelico rigore, ibid. n. 54.
Theologia neceſſariorum in beatis eſt in rigore ſcientia, ibid.
Theologia noſtra, & ſi diſcurſibus acquiratur talis diſcurſus non ſunt demonſtrationes, ibid. num. 61.
Theologia, & fides acquiſita eodem lumine engimatico acquiruntur, difficult. 13. num. 16.
Theologia noſtra eſt habitus adhæſiuus, & delectatiuus, ibid. n. 22.
Theologia noſtra non poteſt dici opinio, ibid. num. 23.
Theologia in ſe nulli ſcientiæ ſubalternatur. Exp. ar. 2. q. 4. prol. n. 2.
Theologia in ſe nullam ſibi ſcientiam ſub alternat, ibid.
Theologia noſtra non ſubalternatur ſcientiæ Dei, nec beatorum, ibid.
Theologia nulli ſcientiæ ſubalternatur, nec aliquam ſibi ſubalternat, ibid. n. 8 & 9.
Theologia, tam circa media, quàm circa finẽ vltimum eſt ſcientia directiua, & practica. Exp. art. 7. q. 5. prol, n. 3.
Theologia acquiſita eſt neceſſaria ad melius finẽm vltimum conſequendum: non tamen neceſſaria ſimpliciter. Expo. ar. 8 q. 5. prol. num. 4.
Theologia acquiſita dat melius dirigere ad finem vltimum: non tamen ſimpliciter, ibid. num. 5.
Theologia creata non poteſt eſſe ſimul practica, & ſpeculatiua. Expo. art. 10. q. 5. prol. nu. 7. & ſequentibus.
Theologia noſtra potius ordinatur in Dei fruitionem, quàm in viſionem. ibid. n. 10.
Theologia dicitur infinita dupliciter, vel in ſe vel obiectiue, ibid. n. 11.
Theologia infinita in ſe, eſt Theologia Dei: noſtra autem eſt infinita obiectiue, ibid.
Theologia noſtra eſt ſimpliciter finita, ibidem.
Theologia non eſt ſuperior ad alias ſcientias, ordine vniuerſalitatis, ibidem, numer. 15.
Theologia dicitur affectiua, quod idem eſt, quod practica. Exp ar. 11. q. 5. prol. n. 1.
Theologia tam beatorum, quàm viatorum, eſt ſimpliciter practica, ibid. & n. 3. cum ſequentibus.
Theologia noſtra aliter dicitur practica, quàm Theologia beatorum, ibid. n. 5.
Theologia dicitur qualis, & practica ab obiecto operabili, quod eſt Deus, ibidem num. 8. & 9.
Theologiæ perfecta cognitio tendit in Deum, vt eſt vltimus finis noſter, ibid.
Theologia Dei de neceſſarijs practica dici poteſt. Expo. art. 13. q. 5. prol. n. 3.
Theologia Dei de neceſſarijs ſpeculatiua eſt, ſecundum ſententiam probabiliorem, ibid. num. 4.
Theologia Dei de contingentibus non eſt practica, ſed ſpeculatiua. Expo. art. 14. q. 5. prol. num. 1.
Theologia contingentium in intellectu creato eſt practica, ibid. n. 4.
Theologia contingentium in ſe, abſtrahendo ab omni intellectu, eſt per ſe ſpeculatiua: per accidens autem in hoc, vel illo intellectu poteſt eſſe practica. Expoſi. ar. 15. quæſt. 5. prol. num. 2.
Theologia contingentium in intellectu creato poteſt dici practica per accidens, ex dupli ci cauſa extrinſeca, ibid.
Theologia contingentium in intellectu creato (ſi notitia practica, & praxis ſint in eodem ſuppoſito) eſt practica per ſe ex obiecto, & non per accidens à cauſa extrinſeca, ibidem num. 4.

Theologus.

¶ Theologus Catholicus habet ſecundum aliquos habitum declarandi ſcripturam, & aſſentiendi myſterijs reuelatis, difficult. 13. num. 3.
Theologus Catholicus aliam certitudinem habet à Theologia ab ea, quam habet à fide acquiſita, ibid. n. 14. & ſequentibus.
Theologus aſſenſibus diuerſis aſſentit articulis fidei, & concluſionibus ex eis illatis. Expoſi. ar. 2. q. 4. prol. n. 2.

Traditio.

¶ Traditio in Eccleſia, quid, & quotuplex ſit, dif. 9. num. 10. & 11.
Traditiones diuinæ eandem auctoritatem habent, quam ſcriptura in Biblijs. ibid.
Traditiones Apoſtolicæ eandem habent auctoritatem, quam doctrina Apoſtolica in nouo teſtamento, ibid.
Traditiones diuinæ, Apoſtolicæ, & Eccleſiaſticæ, multa continent de fide credenda, ad ſalutem neceſſaria, ibid. n. 16.
Traditionibus credere Apoſtolicis non dubia eſt porta errandi, vt Hæretici exiſtimant, ibidem, num. 52.

Tranſcendens.

¶ Tranſcendens dicitur, quia non habet ſupra ſe genus, diſ.42.n.17.
Tranſcendens aliud competit Deo, aliud creaturis, aliud Deo, & creaturis, ibid.

Triſtitia.

¶ Triſtitia diſtinguitur realiter ab odio, diſſic.38.n.21.
Triſtitia non eſt in poteſtate voluntatis, ibid. num.23.& 24.
Triſtitia non eſt actus voluntatis, ibid.
Triſtitia non ſemper ſequitur ad odium, ſeu nolitionem, ibid num.29.

V.

Verbum.

VErbum creatum habet rationem termini, & obiecti, reſpectu intellectus producentis, diſ 16.nu.17.
Verbum creatum eſt genitum ab obiecto, & intellectu diſ.25.n.10.
Verbum mentis plures reſpectus dicit, vnum eſſentialem, reliquos accidentales, ibid.
Verbum mentis eſt formaliter viſio, ibid.n.14.
Verbum diuinum non eſt verbum creaturarū, nec ab eis procedit, diſ.32.n.69.
Verbum diuinum non eſt viſio formalis, propter duo ibid.
Verbum diuinum dicitur viſio de viſione, hoc eſt, notitia genita, ibid.
Verbum mentis petit produci per modum naturæ ibid.n.25.
Verbum mentis eſt ratio cognoſcendi nō cognita, nec prius, quam obiectum intelligitur, ibid.nu.25.
Verbo alicuius obiecti viſo, videtur ipſum obiectum eadem prorſus viſione, diſ.32.n.69.
Vide verbum, *viſio, cognitio, intellectio.*

Veritas.

¶ Veritates contingentes in eadem materia habent ordinem interſe. Exp. art.5.q.3.prol. num.1.
Veritas contingens theologica neceſſario cōtinetur in prima contingenti, ibid.n.4.
Veritas prima contingens continetur in volūtate diuina: & per hanc demonſtrātur ſecundæ, ibid.
Veritas eſt adæquatio rei ad intellectum, diſ. 16. num.13.
Veritas prima dicens eſt ratio formalis fidei, diſ.65.nu.31.& 32.

Viator.

¶ Viator facilius poteſt cognoſcere diuinam eſſentiam ſine perſonis, quam comprehēſor: Expo art.2.q.2.diſt.1.n.1.
Viator poteſt ordinate frui eſſentia ſine perſonis, ibid.nu.4.
Viator dupliciter conſiderari poteſt, vel vt ſenſibus alligatus, vel vt ab illis alienatus, diffic. 36.num.12.
Viator ſenſibus alligatus non poteſt Deum videre: bene tamen ab eis alienatus, ibid. n.21.
Viator tripliciter à ſenſibus alienari dicitur, ibid.n.13.
Viator dupliciter Deum videre poteſt, vel dicitur, ibid.nu.13.
Viator dupliciter Deum videre poteſt, vel diu vel tranſeunter, ibid.n.18.
Viator ad intuitiue videndum Deum indiget lumine gloriæ, & præſentia obiectiua diuinæ eſſentiæ, ibid.
Viator videns Deum per modum tranſeuntis non dicitur beatus: ſecus, ſi permanenter Deum videns in tali viſione moreretur, ibid. & num.19.
Viator, qui vidit Deum, non fuit mortuus, ſed à ſenſibus alienatus, ibid.n.21.
Viator iuſtus quieſcit in vltimo fine per ſe, nō primo, nec immobiliter. Exp.ar.1.q.5.diſt.1. n.3.& exp.ar.2.nu.1.
Viator peccator, non per ſe, nec primo, nec immobiliter quieſcit in vltimo fine, ibid.

Videns.

¶ Videns Deum nullatenus poteſt illū odio habere, diſ.39.n.56.
Vide verbum *viſio.*

Virtus.

¶ Virtus moralis, quatenus eſt nobis medium ad gloriam conſequendam, non eſt nobis naturaliter cognoſcibilis, diſ.2.n.14.
Virtus Dei infinita poteſt agere in tempore. Expo.art.13.diſt.2.q.2.n.2.

Viſio.

Viſio Dei Intuitiua probatur eſſe poſsibilis in intellectui creato, diſ.22.n11.& ſequēte.
Viſio beata eſt ſpecies expreſſa, imago, & ſimilitudo diuinæ eſſentiæ, diſ.25.n. 6.,5. & 18.
Viſio beata, ſi à Deo Immediate in intellectu produceretur, non diceretur verbum, Ibid. num.19.
Viſio beata non eſt genita, nec verbum, ibidem nu.12.& 20.
Viſio beata nec inadæquate verbum dicitur, ibid.nu.29.
Viſio beata poteſt immediate produci à Deo in intellectu creato, difficult.26. nume r. 11.& 38.
Viſio beata poteſt partialiter produci ab intellectu creato, tanquam à cauſa principali, Ibidem.
Viſio beata producitur ab intellecto creato, tā quam à cauſa minus principali, ibid. num 21.& 34.
Viſio beata habet eſſe permanens, diſ.27.n.24.
Viſio beata habet pro completo principio intellectum creatum, lumen gloriæ, & eſſentiam diuinam, diſ.28.n.38.
Viſio beata, ſecundum entitatem ſupernaturalem, reſpicit lumen gloriæ, tanquam cauſam ſui, diſ.29.n.4.

Viſio beata non eſt connaturalis intellectui creato lumine gloriæ informato, vt ipſe eſt potentia paſsiua, ibid. n. 6.
Viſio beata eſt connaturalis intellectui creato nude ſumpto, vt eſt potentia paſsiua: non tamen vt eſt potentia actiua, ibid.
Viſio beata connaturalis eſt intellectui creato, vt actiuo, quatenus eſt informatus lumine gloriæ, ibid. n. 7. 8. 14. & 15.
Viſio reſtituta cæco per miraculum eſt quoad modum, ſupernaturalis: naturalis vero quoad ſubſtantiam, ibid. n. 11.
Viſio beata, quate dicitur practica, diſ. 39. numer. 57.
Viſio beata magis intenſa non cauſat intenſiorem fruitionem, ibid. n. 58.
Viſio beata non dicit naturalem connexioné cum fruitione, ibid. n. 60.
Viſio, tam naturalis, quam ſupernaturalis connaturales ſunt ſuis principijs. ibidem, numer. 2.
Viſio beata eſt notitia quidditatiuâ, & intuitiua Dei, diſ. 30. n. 1. & 13.
Viſionem eſſe quidditatiuam, intuitiuam, ſcientiam ſiue practicam, ſiue ſpeculatiuam, diuerſum eſt, ibid.
Viſio beatorum circa contingentia non dicitur ſcientia: bene tamen circa neceſſaria, ibidem n. 16.
Viſio beata eſt cognitio practica, ibidem numer. 8.
Viſio beata eſt cognitio omnem ſcientiam ſuperans, ibid. n. 25.
Viſio eſſentiæ diuinæ, ſine perſonis, & attributis, eſſet perfectiſsime beata, diſ. 31. num. 1. & 61.
Viſio, qua beatus videt eſſentiam, perſonas, & attributa, vna, & indiuiſibilis eſt, ibidem, num 20.
Viſio beata duplex habet obiectum terminatiuum, ibid. n. 25.
Viſio beata eadem indiuiſibilis manens poteſt terminari ad eſſentiam, ſine perſonis, & attributis, ibid.
Viſio beata pendet in ſuo eſſe ab obiecto primario, & non à ſecundario, ibidem num. 26. & 51.
Viſio beata nunc terminata ad eſſentiam, & poſtea ad attributa, ſiue perſonas, non terminatur per nouum reſpectum: ſed ipſa extenditur, ibid. n. 33.
Viſio continet in ſe, & ſuo conceptu formali, obiectum repræſentatiue, ibid. n. 39.
Viſio tria in ſe identificat, entitatem, obiectū, & ordinem, quo illud reſpicit, ibid.
Viſio beata non petit eſſe comprehenſiuam, ibid. n. 72.
Viſio beata dicitur viſio in verbo, per appropriationem, diſ. 32. n. 21.
Viſio beata ſi eſſet infinitorum obiectorum infinitos diceret reſpectus ad illa, ibidem numer. 41.
Viſio beata creata poteſt eſſe infinitorum obiectorum, ibid. n. 38.
Viſio beata, qua Beatus poteſt omnes creaturas in verbo cognoſcere, dicitur habitualis, ibid. num. 44.
Viſio beata dicitur æqualis, vel inæqualis, à lumine gloriæ, ſiue ab intellectu, difficult. 33. num. 6.
Viſio beata dicitur maior, vel minor, ſecundū maioritatem meritorum iuxta iuſtitiam commutatiuam, ibidem numer. 11 & ſequentibus.
Viſionis beatæ æqualitas, non eſt ſpecifica, ſed gradualis, ibid. n. 15.
Viſio beata non eſt in omnibus æqualis: ſed ex hoc non eſt neceſſario inæqualis, ibidem numer. 18.
Viſio beata poteſt dari ſine fruitione: non vero è contra, diſ. 39. n. 27 & 28.
Viſio beata compatitur ſe cum vita mortali, diſ. 36. num. 17. & 21.

Vita.

¶ Vita æterna includit intuitiuam Dei cognitionem, diſ. 22. n. 44.
Vita mortalis bene cum beatitudine compatitur, diſ. 36. n. 17. & 21.

Vitalitas.

¶ Vitalitas actus ſupernaturalis prouenit à potentia, diſ. 27. n. 42.
Vide verbum *operatio, & intelligere.*

Volitio.

¶ Volitio diuina non eſt dirigibilis à diuina cognitione. Expo. ar. 13. prol. n. 4.
Volitio diuina conformis eſt diuinæ cognitioni, ibid.
Volitio dicitur recta, vel materialiter, vel formaliter, ibid.
Volitio diuina dicitur recta materialiter, non vero formaliter, ibid.
Volitiones voluntatis ordinantur ſecundum ordinem obiectorum, quæ ſunt paſsiue volita, diſ. 18. num. 9.

Voluntas.

¶ Voluntas non quietatur perfecte, niſi in vltimo fine, diſ. 5. n. 20.
Voluntas non fertur in incognitum, difficu. 6. num. 43.
Voluntas fertur in bonum ſpecificum, tanquā in obiectum, tanquam in finem, & tanquam in medium, diſ. 14. num. 28.
Voluntas tendens in bonum tanquam in obiectum, diligit illud: & tendens in illud, vt in finem, intendit illud: & tendens in illud, ve in medium, eligit illud, ibid.
Voluntas errare poteſt circa finem vltimū in particulari. Exp. ar. 7. q. 5. prol. n. 5.
Voluntas beati eſt libera libertate ad velle, & non velle. Exp. ar. 11. q. 5. prol. n. 6.

Digitized by Google

Voluntas diuina non eſt dirigibilis à diuino intellectu. Expo.ar.13.q.5.prol.n.4.
Voluntas triplicem habet actum, vſum, fruitionem, & actum neutrum, dif.15.n.14.
Voluntas, & intellectus quadrupliciter differunt, in ordine ad ſuos actus, dif.16.num.13.15.& 16.
Voluntas viatoris habet pro obiecto bonum commutabile, & incommutabile, dif.19.n.1.
Voluntas diuina ita eſt recta, vt nulla regula indigeat, dif.18.n.11.& 35.
Voluntas nihil, vt ſummum bonum diligit, niſi ut tale ſibi ab intellectu proponatur, diſſ.19.n.16.
Voluntas dupliciter dicitur in aliquo obiecto quietari, dif.19.n.19.
Voluntas habet pro obiecto quietatiuo illud, quod eſt in ſe immobile, & inreferibile, ibid.
Voluntas non poteſt ſimul amare duo ſumma bona poſitiua, vt ſumma bona ſunt, dif.20.num.16.
Voluntas non poteſt ſimul duos vltimos fines amare, ibid.
Voluntas diuina concurrit ad viſionem beatã, & concurſu cauſæ primæ, & concurſu obiecti mouentis, dif.31.n.29.
Voluntas diuina poteſt clare perſonas, & attributa, ne à Beato videantur, ibid.n.30.
Voluntas fruitione aſſentitur bono propter ſe, & vſu, aſſentitur bono propter aliud. Expo.ar.1.q.3.diſt.1.n.2.
Voluntas circa idem obiectum poteſt actus diſtinctos elicere, ibid.n.3.
Voluntas reſpicit bonũ tanquam obiectũ, dif.37.n.10.
Voluntas eſt agens liberum, moraliter operãs, ibidem.
Voluntas, vt agens morale, ſubditur regulis intellectus practici, ibid.
Voluntas, vt agens morale, reſpicit finem fruẽdum, & vtitur medijs oſtenſis, ad illum conſequendum, ibid.
Voluntas mouet alias potentias, vt ſuos actus exreſcant, ibid.n.11.
Voluntas, & intellectus poſſunt eſſe ad inuicẽ cauſæ in actibus ſuis, ibid.
Voluntas, & intellectus cur peccare dicuntur, ibid.nu.12.
Voluntas vtitur alijs potentijs, vt inſtrumentis, eas ad ſuas operationes applicãdo, ibid.
Voluntas, ſine libertate peccare non poteſt, ibidem.
Voluntas applicat alias potentias, actu, qui dicitur vſus, ibid.
Voluntas triplici actu fertur in finem, fruitione, intentione, & deſiderio, ibid.n.22.
Voluntas eſt potentia diſtinctiua, & comparatiua vnius ad aliud, ibid.n.33.
Voluntas vtitur intellectu practico, & ſpeculatiuo, ibid.n.34.
Voluntas non neceſſitatur abſolute ab obiecto ſuo, ſolum neceſſitate conſequentiæ, dif.38.num.20.
Voluntas in receptione delectationis non eſt libera, ibidem.
Voluntas non fruitur neceſſario vltimo fine in vniuerſali apprehenſo, nec medijs ad ipſum. Expo ar 2.q.4.diſt.1.n.2.
Voluntas eſt libera libertate contradictionis, & contrarietatis, ibid.
Voluntas poteſt non velle vltimum finem in vniuerſali apprehenſum, ibid.
Voluntas tendit in vltimum finem obſcure apprehenſum, amore concupiſcentiæ, & non amicitiæ, ibid.n.4.
Voluntas non poteſt nolle Deum vltimum finem. Exp.ar.4.n.4.diſt.1.& 2 & dif.39.num.41.& 42.
Voluntas non fruitur neceſſario vltimo fine in particulari, Exp.ar.5.q.4.diſt.2.n.2.
Voluntas noſtra differt à ſe ipſa, vt volitiua. Exp.ar.5.q.4.diſt.3.n.3.
Voluntas non eſt ex ſe ſimpliciter potens ad ſupernaturaliter operandum, ibid.
Voluntas ſine charitate poteſt frui Deo clare viſo, amore naturali, ibid.n.4.
Voluntas diuina eſt principium liberum, & neceſſarium producendi Spiritum Sanctum, dif.39.n.16.
Voluntas diuina libere neceſſario diligit eſſentiam diuinam, ibid.
Voluntas creata eſt libera per eſſentiam, ibid.nu.20.& 44.
Voluntas creata non extrahitur per charitatẽ à ſua libertate, ibid.& n.21.
Voluntas in productione actus charitatis eſt cauſa magis principalis, quàm ipſa charitas ibid.& n.22.
Voluntas charitate perficitur, ſed nõ contra ſuum modum libere operandi eleuatur, ibid.
Voluntas creata in via, & in patria ſemper libere operatur, ibid.& nu.24.
Voluntas creata beata fruitur Deo clare viſo neceſſario neceſsitate immutabilitatis, ibid.num.33.
Voluntas creata non fruitur Deo clare viſo, neceſsitate ineuitabilitatis, ibid.n.36.
Voluntas non poteſt nolle Deum clare viſum, ibid.n.41.& 42.
Voluntas beati, ex ſe poteſt non velle Deum clare viſum. ibid.n.44.
Voluntas nullomodo poteſt ex ſe habere modum operandi libere, & naturaliter, ibid.n.51.& 52.
Voluntas quietatur in vltimo fine, ſicut grauia in centro. Expo.ar.1.q.5.diſt.1.n.1.
Voluntatis quietatio eſt ipſa fruitio, ibid.

Vnio.

¶ Vnio potentiæ cum obiecto in quo conſiſtat, declaratur, dif.1.n.4.
Vnio hypoſtatica non habet connexionẽ phyſicam cum Deo vltimo fine, niſi de congruo & moraliter, dif.6.n.17.& 18.
Vnio hypoſtatica non eſt proprie compoſitio dif.42.n.13.

Vnitas

Digitized by Google

Vnitas.

¶ Vnitas in diuinis eſt duplex, alia eſſentialis, alia notionalis, Expoſi.art.1.quæſt.2.diſt. 2.num.

Vnum.

¶ Vnum dupliciter poteſt ſumi, affirmatiue, vel excluſiue, diſ.45.n.5,

Vſus.

¶ Vſus importat applicationem alicuius rei ad operationem aliquam, diſ 37.n.7.

Vſus non eſt actus intellectus practici dirigentis voluntatem in ipſum, ibid. num.9.

Vſus reſpicit media ad finem ibid.

Vſus eſt actus voluntatis, vt eſt potentia moralis, ibid.n.10.

Vnus eſt actus voluntatis, quo quis vtitur bonis propter fruitionem finis optati, ibidem num.15.

Vſus eſt actus volendi bonum propter aliud, ibidem.

Vſus, primo & per ſe, non poteſt eſſe actus alicuius potentiæ exterioris, ibid.n.17.

Vſus eſt actus diſtinctus ſpecie à deſiderio, & intentione, ibid.n.28.

Vſus diſtinguitur ſpecie ab electione, & ab actione exteriori, ibid.n.29.

Vſus non poteſt in brutis reperiri, ibid.nu.32.

FINIS.

Digitized by Google

SALMANTICAE

Apud Didacum à Cuſsio,

Anno M.DC.XXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google